UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

CODEX TRADITIONVM CORBEIENSIVM.

DIPLOMATARIVM.

SARACHONIS ABBATIS

REGISTRVM.

F. J. Lohr

CODEX TRADITIONUM CORBEIENSIUM.

DIPLOMATARIUM.

SARACHONIS ABBATIS REGISTRUM.



Joh. Georg Schmidt fc. Brunsvigae

CODEX TRADITIONVM CORBEIENSIVM

NOTIS CRITICIS ATQVE HISTORICIS
AC
TABVLIS GEOGRAPHICIS ET GENEALOGICIS
ILLVSTRATVS

QVIBVS
ANTIQVISSIMVS
GERMANIAE
INPRIMIS AVTEM
SAXONIAE
STATVS
A CAROLO MAGNO VSQVE AD CONRADVM II IMPERATOREM
NEC NON
ORIGINES
MVLTARVM FAMILIARVM ILLVSTRIVM
EXHIBENTVR
ACCEDVNT PRAETEREA
DIPLOMATA ADHVC **INEDITA**
HISTORIAE
IMPERATORVM, ARCHIEPISCOPORVM, DVCVM, EPISCOPORVM,
ABBATVM, PRINCIPVM, COMITVM, ET DYNASTARVM
GERMANIAE
INSERVIENTIA:
NEC NON
REGISTRVM
ABBATIS SARACHONIS
DE
BONIS ET PROVENTIBVS ABBATIAE CORBEIENSIS
OMNIA AD MANVSCRIPTORVM FIDEM

E LATEBRIS IN LVCEM PROTRAXIT
ET
ADNOTATIONES VARIAS AC FIGVRAS AERI INCISAS
ADDIDIT
IOHANNES FRIDERICVS FALKE
ECCL. EVES.

LIPSIAE ET GVELPHERBYTI
APVD IOH. CHRISTOPH. MEISNERVM
CIↃ IↃ CCLII.

0.6
LUHC
1173



0716787

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CASPARO

SACRI ROMANI IMPERII

PRINCIPI

LIBERAE ATQVE IMPERIALIS

ABBATIAE CORBEIENSIS

ABBATI ETC.

PRINCIPI AC DOMINO

CLEMENTISSIMO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS AC DOMINE,

DOMINE CLEMENTISSIME.

Non e longinquo mihi petendae sunt rationes, quibus inductus hasce *Corbeiensis Historiae* primitias REVERENDISSIMAE CELSITVDINI TVAE consecrare adgredior. Offerro enim TIBI monumentum rerum gesta-

rum illuſtre, quod TVVM pridem fuit et quodammodo iam TVVM eſt, certe ad neminem propius ſpectat, quam ad TE et TVOS, quibus, locum principali faſtigio fulgentem merito TVO tuens, feliciſſimis praeſides auſpiciis, ac, adplaudentibus omnibus bonis, vtinam perdiu! porro es clementiſſime praefuturus. Omnium itaque iudiciorum, in vtramque partem fieri ſolitorum, ego ſecurus, hanc antiquitatum CELEBRATISSIMAE ABBATIAE TVAE commemorationem ad pedes TVOS obedientiſſime depono, TVOQVE CELSISSIMO NOMINI, quanta quanta valeo, cura et deuotione, ſacram ac dedicatam eſſe decerno.

Conſtitueram iam mihi apud animum, annos olim natus duodeuiginti, Hiſtoriam Patriae meae, adiuuante Numine aeterno, litteris commendare. Ex illo iam tempore coepi eum circumſpicere et colligere adparatum, qui ad argumentum tantae molis iuſte perſequendum aliquid adiumenti praeſidiique adferre videbatur. Cauſa haec non cadebat in animum, otio immerſum, nec minimae induſtriae erat imago. Sed quamuis nihil ſit tam arduum tamque alte a natura conſtitutum, quin id religioſa in Patriam pietas vincat, et in eorum mente exſuperet, qui cultu et ſplendore ſoli natalis nihil ſibi ſecundum Deum vnquam carius eſſe debere arbitrantur; ſenſi tamen deinde et admodum

modum intellexi, me, impetu quodam animi correptum, in ſpatioſiſſimam conniti ſiluam, exoptatumque illud opus viribus meis eſſe ſublimius, et ad illud recte perficiendum multa, quae a me deſiderabantur, monumenta vetuſtatis remotiſſimae exquiſitiſſima requiri.

Vicit autem impedimenta quaecunque et peruicit vtilitas publica. Vicit ardentiſſimus, qui mihi inerat, de mea poſteraque aetate bene merendi animus. Vicit qualiacunque repagula ſtudium mihi inſpiratum. Cui conſulere cum ſtuderem, acceſſi perquam reuerenter ad CLEMENTIAM TVAM, ac, induſtriae meae quantaecunque mihi omnino conſcius, a CELSITVDINE TVA eo, quo par erat, obſequio et pietatis cultu petiui et ſummopere contendi, vt pro GRATIA TVA indefeſſa aditum mihi ad locupletiſſimum TVVM antiquitatum Germanicarum ſacrarium benigniſſime concedere dignareris. Certo enim noueram, me, ſi per TVAM CLEMENTIAM mihi illud perluſtrare et in publicos vſus conſulere liceret, ſitim meam vberrime reſtinctum iri.

Adnuiſti precibus meis haud inuitus, DOMINE. Clementiſſime aures mihi dediſti, REVERENDISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS, ſimulque id mihi praecepiſti,

vt, cum *haec prima Hiſtoriae lex ſit, ne quis quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiae ſit, ne qua ſimultatis*, nauiter darem operam, vt ſemper mihi hanc ſummi quondam apud Romanos Principis ſententiam ante oculos ponerem, animumque, ſicuti ab omni ſuco et oſtentatione, ſic ab odio et gratia omni prorſus vacuum oſtenderem.

Quid iuſtius, quid aequius, mihi praecipere valebas? Mandata TVA, OPTIMO PRINCIPE digna, non inuitus hauſi. Non grauate eis morem geſſi, ſed prompte potius et alacriter illis obſecundaui, ratus, nihil vnquam mihi dictum fuiſſe in aurem et in praeſcriptum, quod veritati ſtabiliendae ſit accommodatius. Sicuti enim in certiſſimam ſpem veniebam, fore, vt celeriter, quod cupiebam, conſequerer; ita illa ipſa acroamata publice heic TIBI in memoriam reuocanda eſſe exiſtimaui, ne quis ſuſpicetur, me ad Patriae Hiſtoriam, memoriae litteris prodendam, gratia, ſpe, pretio, fuco, aut promiſſis fuiſſe indictum vel inflammatum.

Quid autem, CELSISSIME PRINCEPS, aeuo noſtro diplomatico euenire poterat optabilius! Quid ei poterat obtigiſſe fortunatius, quam clementiſſimum TVVM decre-

tum

tum de tot egregiis autographis et litterarum documentis, tanquam publicis et splendidis ECCLESIAE TVAE testimoniis et pignoribus, ex abstruso intimorum penetralium recessu, vbi hucusque ea latuerant abdita, in lucem proferendis?

Quantis itaque TE laudibus, CELSISSIME PRINCEPS, non eruditi solum, sed omnes quoque probi ciues ornabunt, et in coelum iustissimis tollent elogiis, quod chartaceas TVAS opes et membranarum delicias, nunquam non auidissime exspectatas et votis publicis expetitas, satura, vt ita loquar, lance vsui communi foeneraris et clementissime formis publicis describendas praebes. Dum ex his fontibus in posterum vniuersi bibent, dum quisque sibi spolia inde colliget, dum quisque inde ditior euadet, numquam CORBEIA TVA glorioſior, nunquam fuisse celebrior, numquam potentior et ditior ipsis, quam nunc adparet, videbitur.

Quis enim non admirabitur magnum illum ac paene incredibilem praediorum et bonorum numerum, quibus olim ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Comitibus et Nobilibus Dominis ECCLESIA TVA prae aliis insigniter ornata et cumulata fuit? Ea, in vnum collecta, non ad Abbatiam, non ad Episcopatum,

tum, ſed ad Archiepiſcopatum et Patriarchatum ſuſtinendum videntur fuiſſe ſuffectura. Fines enim donationum, in CORBEIAM olim confluentium, per Brabantiam, per Belgium Foederatum, per ſuperioris Rheni Tractus, per Friſiam orientalem, per Weſtfaliam, Haſſiam, Buchoniam, per Saxoniam Superiorem et Inferiorem, per Principatus varios, nominatim Halberſtadenſem atque Anhaltinum, per Ducatum Magdeburgicum, immo per patentiſſimas et remotiſſimas regiones vſque quaque ac longe lateque ſe olim diffuderunt.

Ad haec ornamenta et praedia tuenda atque cuſtodienda olim ab Imperatoribus multi profecto potentiſſimi Duces, Principes, ac Comites fuerunt conſtituti, qui ſimul cum numeroſiſſima equeſtris ordinis nobilitate ſtrenue ac fortiter iis conſeruandis ac vindicandis inuigilarent.

Vigebat eo tempore in ABBATIAE TVAE ſedibus florentiſſima diſciplina. Florebat ibi Academia celebratiſſima. Adfluebat ea Collegiatis Eccleſiis et Praepoſituris, Sacrarum virginum Aſceteriis et Monachorum Coenobiis, quae maximam partem ac pleno iure ad ECCLESIAM TVAM veluti ad dominam reſpiciebant. Erant in ea permulti Apoſtoli, qui, cum alii interea in monaſteriis deliteſcerent, in extremas

tremas oras, ſeptemtrionales inprimis, ad exponendum dulciſſimum Ieſu euangelium et ad hoc paſſim diſſeminandum impauidi penetrabant.

Vix enim vllum in orbe fuit Aſceterium ſacrum, quod plures ſpectatioreſque in chriſtianam Septemtrionis vniuerſi conuerſionem praecones educauerit, quod plures Ieſu legatos ignaris ſubmiſerit, quam TVA illuſtris NOVA CORBEIA.

Horum enim opera et induſtria effectum eſt, vt doctrinae Ieſu praeconium iuratos rei publicae chriſtianae hoſtes et tenebricoſos ſatanae ſatellites regno Chriſti adiecerit, vniuerſum Germaniae Imperium a maximo liberauerit metu et ad tempus praeſtiterit a barbarorum inſultibus ſatis immune.

Nulli certe hoſtes magis Europae omni chriſtianae ſaeculis VIII, IX et X, metuendi erant, quam Populi Septemtrionales. Immortali igitur hoc ipſo beneficio ſibi ABBATIA TVA Imperium Germaniae noſtrae olim ſummopere obſtrinxit, et expedita Slauorum, Danorum, Suecorumque ad Ieſum adgregatione decus aeternum, gloriamque, omni aere perenniorem, peperit atque conciliauit.

Nemini igitur id mirum videri poteſt, ſi tot Principes ac Nobiles ECCLESIAM TVAM

dignam exiſtimarunt, quam immunitatum priuilegiis iuribusque, praediis, donis, aliiſque ornamentis ad cacumen omnino ſublime eueherent, et de ea communiter bene merendi aeque flagrarent mirabili cupiditate.

Verum enim vero quid non longa imminuit ac debilitat aetas? Ex tot enim ac tantis ornamentis, quamuis adhuc hodie multa ſuperſtitent, plurima tamen deſiderantur et conſpectui ſcrutantium ſeſe dudum ſubtraxerunt. Et quidni, originem et fata calamitatis tantae indicare, operae pretium ducerem?

Qui Traditiones has cum aeui conſecuti rationibus in contentionem adducere haud grauabuntur, initia et progreſſum efflorescentis CORBEIAE haud inuita Minerua diſcent. Qui Hiſtoriam Corbeienſem *Traditionibus* adiungere volent, eis fata reliqua et viciſſitudines rerum non latebunt. TVVM eſt, DOMINE, iubere et ſtatuere, an Hiſtoriae illi euulgandae tempus vireſque debeam addicere et conſecrare.

Accipe nunc, PRINCEPS CLEMENTISSIME, ea, qua aliorum labores proſequi ſoles, CLEMENTIA, et fronte ſerena hanc debitorum meorum ſyngrapham, aeternum deuotiſſimae in Patriam pietatis meae et obſeruantiae, immo admodum ſubmiſſae in TE venerationis, monimentum, et perge, quod Deum ardentiſſime oro et obſecro, in gloriam atque eruditorum

torum emolumentum viuere, famamque TVAM, inter sidera fulgentem, ad seram feliciter transmittere posteritatem.

Meum est, eam, quam precibus meis, obseruantia humillima plenis, impertiuisti clementissime, benignitatem et gratiam immortalem publica hic gratiarum actione et obsequentissima mente admirari, praedicare, et in dies monimentis nouis venerari.

Fruere, DOMINE, porro gloria TVA et inter eam diutissime sospes versare. Ita enim fiet, vt porro de glorioſis pro eorum, qui a TE pendent, laboribus, ab homine haud vno susceptis, TIBI Patria, vniuersa in primis litteratorum respublica, tantis TIBI beneficiis obstricta et in contemplationem meritorum TVORVM defixa, de illustri TVO Patrocinio in posterum quoque sibi gratulari queat.

Deus vero ter optimus maximus TE ad Principatus TVI florem et ornamentum, ad bonarum artium litterarumque ac scientiarum decus et praesidium, ad *Illustrissimae Gentis* TVAE splendorem, diu diuque inuiolatum et incolumem, conseruare dignetur.

Ego vicissim in eo ero totus et adsiduus, vt nihil magis curae cordique habeam, quam eum, quo me condecorare haud grauatus fuisti, fauorem vbicunque prosequi ea, qua decet,

pietate et TVI religiosa veneratione. Et quid mihi optatius maiusque vsu venire potest, quam si gratiae TVAE praestantia, quam obsequentissimo submississimoque animo TE in posterum oro et exoro, porro subleuare, et firmare digneris,

REVERENDISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME.

REVERENDISSIMAE CELSITVDINIS TVAE

Scribebam Evesii
d. XV. Aprilis
MDCCLII.

Cultorem et seruum obseruantissime
obedientissimum,

IOHANNEM FRIDERICVM
FALKEN.

PRAE-

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.

Enititur tandem aliquando in lucem illud, quod eruditiſſimi Hiſtoriae Germanicae ſcrutatores adſiduique cultores dudum votis iterum iterumque expetierunt, rariſſimum *Traditionum Corbeienſium*, multiſque de cauſis commendabile, monimentum. Tuum erit, Lector Beneuole, iudicare, quantum laboris in eo deſcribendo et commentariis illuſtrando exhauſerim. Dabis hoc haud inuitus eis, qui exponendis aliorum geſtis vel rebus eodem referendis, praecipue ex medio aeuo obuiis, dant operam, facilius eſſe ac procliuius, res patriae ſuae ac terratum vicinarum, quam regionum, quas natura procul a nobis diſcreuit, explorare, eaſque locis ſuis veluti puncta adfigere, et cum corpore hiſtoricarum veritatum coniungere et compaginare. Notitia Hiſtoriae, quae natale ſolum lareſque patrios potiſſimum reſpicit, plerumque nobis magis curae cordique eſſe ſolet, quam ea, quae de rebus, ſpatio locorum diſiunctiſſimis, ſuſcipi poteſt enarratio.

PRAEFATIO.

Ediſſererem tibi, Lector Beneuole, ſummam et vſum *Codicis* noſtri *Traditionum Corbeienſium*, niſi hoc munere iam defunctus eſſem in *Miſcellaneis Lipſienſibus Nouis*, *Volum.* IV. P. II. p. 242 ſqq. Egi enim ibi de origine, ſcriptura et antiquitate codicis noſtri, de methodo, qua in explicandis his *Traditionibus* vſus ſum, de raritate, deque earundem *Traditionum* vtilitate, quam ipſae aut in *Genealogiis* virorum hominumque illuſtrium, aut in *Etymologia* atque *Onomatologia*, aut in *Hiſtoria* tam ciuili quam eccleſiaſtica, aut in *antiquitatibus iurium Germanicorum*, aut in *pagis* Germaniae priſcis eruendis ac determinandis, aut in reliqua *Geographia* medii aeui ſcrutanda, de quibus omnibus l. c. ſigillatim quaedam in medium protuli, amatoribus praeſtare valent.

Fidem tibi iam facio oculatam, oſtendens, *Traditionibus* hiſce ineſſe tum antiquitatis gloriam, tum Geographiae medii aeui per Angariam, per Saxoniam orientalem atque occidentalem, perque vicinas regiones, tum definiendae multiplicis Genealogiae heroum, quorum paſſim adhuc ſera ac celſiſſima progenies exſtat, ſtamina et ſpecimina excellentiora. Illis enim, qui eas condituri, vel ad veritatem quam proxime reuocaturi ſunt, codex noſter teſtimonia exhibet, coniecturas mouet, et ad lucem ipſam quaerendam quodam modo iſagogen offert.

Feci, vt horum ferculorum amatoribus ſpecimina quaedam olim praeberem, periculum in eis, quas anno 1746 inſtitui, *Generis Regii Danici* vltimis originibus exhibendis. Exhibui praeterea in Relationibus, quas *Braunſchweigiſche Anzeigen* dicunt, paulo pleniorem *Deſcriptionem Pagi Derlingo*, *origines comitum Brunſuicenſium*, *origines Palatinorum Sommerſchenburgicorum*, *comitum Walbeccenſium et Supplinburgicorum*, nec non *Principum Anhaltinorum*, et vnum atque alterum rei genealogicae documentum, quod iam in hoc ipſo opere limatius apparet. Praeter haec in Ephemeridibus Litterariis Altonauienſibus anno 1745 *de origine Carolingica*, *Ida Duciſſa*, *Ecberti Ducis Saxoniae coniuge* nonnihil ediſſerui.

Ei,

PRAEFATIO.

Ei, qui appendicem criticam meis ibi cogitatis subiunxit, gratias gaarem publice, si is eis vel indigeret, vel sese dignum reddidisset. Videtur vir ille bonus honori vel suo vel aliorum consulere voluisse, quos violare a me prorsus erat alienum. Obiiciebat mihi quidem ille naeuos, nescio quos, et prouocationem ad argumenta, quae prorsus adhuc sint inedita et lateant adhuc intra penetralia Vestae. An vero id vitio oculorum mentis, an quod caruerit microscopiis, quibus alias vsus est, adscribi debeat, id aliis iudicandum relinquimus. Nolunt homines interdum ea videre, quae in oculis omnium versantur.

Non ego desumseram argumenta ad res *Idae* illustrandas ex scriptis, nondum editis. Diplomata et testimonia scriptorum coaetaneorum, ad quae prouocaueram, leguntur in *Annalibus Paderbornensibus Nicolai Schatenii*, in *Actis Sanctorum Bollandi et Henschenii*, in *Andreae du Chesne Scriptoribus Historiae Francorum*, et in *G. G. Leibnitii Scriptoribus Rerum Brunsuicensium*. Quid causae sit, cur Anonymus ille hos libros referat inter ineditos, admodum ignoro.

Non intellexeram, salutem Europae per me videri laboraturam, nisi potius cum Leibnitio, vel Eccardo, vel Gundlingio, quam cum *Tabularum Brunsuicensium* conditore viuo, quem ceteroquin colo et obseruo, manus conseruissem. Quis ergo mihi vitio vertet, quod virum illum obscurum seu anonymum in *Iudiciis liberis Hamburgensibus*, germanice *in denen freyen Urtheilen*, gnauiter depexum dedi? Atque in üs iam adquiesco, et Anonymum res suas sibi habere volo.

Mirati sunt non pauci, hominem fines verecundiae ita transiliisse, vt nihil eorum adsecutus fuerit, quae receptae opinionis causa impugnare voluit, atque id praecipue, quod ne quidem notitia historiae medii aeui vel leuiter sit tinctus. At ea est fundi litterarii calamitas, vt homines aliis calamum suum addicant, qui elementis rerum, quibus scribendis se accingunt, nondum sunt imbuti. Qui exemplum requirunt, eis tenebrionem nostrum commendamus. Iucundum mihi omnino fuerit, si virum

nactus

nactus fuero et rei peritum et veritatis studiosum, cum quo colloquia et erudita et beneuolentiae plena, instituere, et sic ab eruditiore viro quaedam addiscere, queam. Sed quis grammaticorum feret calumniatorem, qui contenderit, inter nomen et verbum et aduerbium omnino nullum intercedere discrimen? Quis suffragabitur illis, qui veritates, dudum in luce collocatas, disturbare tenebrisque circumfundere laborant? Valeant illi, sibique quaerant alios, quibuscum digladientur, antagonistas.

Eam sane iam mihi indui mentem, vt nemini, qui malo quodam affectu, odio vel inuidia, actus, aduersus me calamum strinxerit, vnquam respondurus sim. Alium autem me prorsus praestabo, si mecum agant viri et cordati et eruditi et pii, quorum consilia et monita semper adamabo semperque exosculabor. Si huius indolis viri mihi errores demonstrauerint, quos errauerim, tunc maxima cum iucunditate, qui omnino nulla ab erroribus immunitate me fulgere credo, illos corrigam, eisque pro tanto, quo me mactabunt, beneficio, publice gratias eaque maximas verbisque ampliſſimis agam. Quodsi autem quidam futuri sint, qui ex ingenii quodam aut scientiae historicae defectu nostra non satis capiunt, eisque illud non placuerit, quod alicubi recedam a peruulgatis patrum sententiis, quae etiam virorum celeberrimorum assensum nactae sunt, eis libertatem relinquo persistendi in via trita et communi. Ipsi per me lyra, cui semel assueti sunt, lyrare et delirare pergant. Eandem vero libertatem et mihi stipulor, saltem in eo deteriorem conditionem meam faciens, quod promtissimus sim mutare meam quamcunque doctrinam, simulac meliora fuero edoctus.

Non autem promitto, me opiniones meas mutaturum esse, siqui sint, qui sibi persuadeant, ipsos me meliora docuisse. Non id mihi sufficit, si medicus putat, se aegrotantibus sanitatem restituisse, dum hi valetudinem nouam minus sentiunt. Qui ergo me meliora docere voluerit, is ante omnia in id inquirendo incumbat, an ipsemet ad docentium, non vero ad discentium, classem referri et amandari debeat: an affectibus sit vacuus: an praeiudicatis laboret opinionibus: an fallacibus ratiocinandi deductionibus vtatur: an contradictio, si quam forte ostendere velit, sit

vera,

vera, an talis appareat. Non id mihi latet, viros esse in republica litteraria non paucos, qui verbis tendiculas alteri struunt, qui sententiarum receptarum auctoritatisque humanae nebulis toti sunt immersi, et qui, cum alios vident, quibus sanior mens floret, statim classicum canunt, remque publicam in periculo versari clamitant, atque insulsis vociferationibus omnia replent. Detrecto ergo illos iudices, qui iudiciis suis mihi obesse, sibi vero prodesse, operae pretium arbitrantur.

Si tu, Beneuole Lector, neutri parti addictus sis, iudiciumque pro aequitate tua et rei grauitate tuleris, non potero, quin, vt tibi prober, proxime *Diplomatariuum Corbeiense* atque plenius expositam *Historiam*, ei superstructam, eum orbe communicem erudito. Edidi iam anno 1738 prodromum siue *Sciagraphiam* huius operis, quod vltra sex diplomatum millia tibi suppeditabit, multumque lucis omni rerum Germanicarum Historiae immittet.

Non sum ille, qui probabilia pro certis, qui coniecturas pro solidis argumentis venditat. In exstruendis *Tabulis Genealogicis* nunc certa, nunc probabilia, sequor, tam vt emendem veterum naeuos, quam vt posteros ad accuratius examen accendam. Paucis moneo, me, si de demonstratione subinde loquor, haud intelligere demonstrationes, quae mathematicae vocantur, omniumque creduntur euidentissimae. Vt enim taceam, postulatum hoc vel eapropter iniquum esse, quod pro vario rerum genere etiam varia argumentorum genera adhibenda sunt, in mathematicis mathematica, in rebus physicis physica, in historicis et moralibus historica et moralia, ita heic tantum mihi res est cum argumentis, quae in hoc doctrinae genere certa sunt, et diplomatibus genuinis nituntur, quippe quae ita comparata esse solent, vt, qui in dubium ea reuocare velit, sanum perdidisse sinciput videri possit.

In eruendis *Germaniae priscae pagis* nullius partibus me addixi, vnice intentus rei ipsi et fidei veterum chartarum seu diplomatum. *Mappas Geographicas*, vt eos clarius exprimerem, huic operi adiunxi, non accuratissimis Astronomorum obseruationibus conformatas, sed ad situm fluuiorum,

qui in optimis huc vsque chartis repraesentatur, exactas, secutus tabulas recentiores, hucusque vsu vulgari tritas.

Erunt, qui mihi exinde vnum atque alterum impatientiæ argumentum opponendum esse censebunt, quod tum in *Tabulis Geographicis* meis, tum in pagorum seu tractuum prouincialium recensione saepius viris quibusdam clarissimis, inprimis autem b. *Ioachimo Bernardo Lauensteinio*, olim apud Hildesheimenses ad S. Iacobi pastori, teneam contrarium. At eos velim oratos, vt rationes, cur ita fecerim, exaudiant meas. Edidit Lauensteinius ille anno 1745, 4. *Specimen Geographiae medii aeui, hoc est, Descriptionem dioecesis Hildesheimensis per antiquos suos pagos*, atque in eo sese praebuit huius studii dictatorem. Inaedificauit pleraque vir egregius diplomatibus post incendium Hildesheimense, quod anno 1044 contigit Basilicae Hildesheimensi, in lucem protractis vel potius denuo factis, ac in vicem priuilegiorum ac donationum collocatis. Conflagrarunt omnino ad annum 1044 ibi simul Tabulae *Traditionum*, quas nemo proh dolor! a flamma vindicauit. Incendium illud funestissimum describitur ab auctore *Chronici Episcoporum Hildesheimensium et abbatum S. Michaelis* ad annum 1044 Tom. II S. R. *Brunsuic. Leibnitii* p. 789, atque ab *Annalista Saxone* ad annum 1044. *Tom. I Corporis Medii Aeui I. G. Eccardi* p. 474. Sunt mihi in promptu aliae rationes diplomaticae ac historicae, cur pleraque diplomata Hildesheimensia, anno illo ferali vetustiora, conflagrasse existimem, quas alibi sum enumeraturus.

Breuiter pauculos annotabo viri beate defuncti naeuos, quos Tabulae Geographicae dioecesis Hildesheimensis illeuit. Apud *Holtesminnam* Visurgis, ipso iudice, in partes duas diffluit, in duas nempe insulas. Testor autem de falsitate enuntiati incolarum et circum vicinorum fidem. *Beueram* video ibi ab oppido *Holtesminna* disiunctam milliari vno germanico. At illa ab hoc oppido distat nonnisi quadrantem milliaris. Villa *Albaxia* Corbeiensis Principatus ibi posita est e regione Visurgis et Holtesminnae in loco villae Stalae. Neque appellant veterum Chartae locum illum *Albaxiam*, sed *Alberteshusen*. *Bodichissun*, villa, loco suo inibi turbata est. Sita quidem haec erat villa in pago Tilithi; sed posita tamen erat iuxta vicum Ohre prope Hameliam vrbem. Vicus *Boixen*, in principatu Corbeiensi situs, olim vocabatur *Bodikeshus*, et spectabat ad pagum Auga. *Heinhuson* villa, ad pagum Auga relata, non est *Heinsen*, vicus ad Visurgim, quippe qui olim tribuebatur pago Tilithi, sed *Heinsen*, positus prope

vicum

vicum Bökendorp et Brakelam oppidum in terris episcopatus Paderbornensis. Villam *Brechal* iam exstitisse anno 836, non nisi ex auctore *Translationis Sancti Viti*, apud Meibomium Tom. I. S. R. Germanicarum reperiundo, et scriptore supposititio, accepimus.

Aldenthorp villa non est Oldenborg, praedium Dominorum Comitum de Oynhausen, situm prope monasterium Marienmünster, sed locus desolatus, inter Bökendorp et Apenborg, situs, qui fuit in loco, vbi adhuc est molendinum, dictum *die Oldendorper Möhle*. Locus, quem Johannes Gigas in *Tabula Geographica Episcopatus Paderbornensis* nominat Oldendorp prope Bökendorp, dicitur vniuerse *Olenberge*. Eadem in regione quondam erant termini pagorum Auga, Nithega, atque Huuetigo. Situs villae *Haionhus* recte positus non est a Lauensteinio nostro. Sita est enim illa in Principatus Corbeiensis tractu haud procul a vico Brokhusen, atque hodie appellatur *Haienhuse*. Vndenam, quaeso, liquet, vicum *Collrebeke* et locum *Sualenberg* iam ante annum 1100 exstitisse?

Polethe villam, quam oppidum *Polle* ad Visurgim esse sibi persuasit Lauensteinius, ad pagum Auga spectasse, nequaquam est existimandum. Villa enim Heinsen, ad Visurgim sita, quae in membranis antiquis nuncupatur *Heianhus*, ad pagum refertur Tilithi. Non ergo locus *Polle* spectare potuit ad pagum Auga. *Comitatum Schyren* in pago Huuetigo nondum in vllo diplomate, ante annum 1100 exarato, deprehendi. Nec probabile est, locum *Luydi* esse oppidum *Lüde*, situm non procul ab Acidulis Pyrmontanis, ad fluuium Embrinam positis. Villa enim *Liuithi* dudum desolata est, vti in *Notis* ad *Traditiones* nostras diximus. Non sane constat, *Bodonis Insulam*, locum *Ottenstein* et castrum *Peremunt* iam ante annum 1100 exstitisse. Quodsi autem castrum *Perremunt* iam anno eodem exstructum fuisset, verisimillime illud aeque ac castrum *Herminsburg*, quod ante annum 1100 nondum fuit in orbe terrarum adspectabile, in pago Huuetigo fuisset situm, vti ex villae *Holthusen* situ prope castrum Pyrmont apparet. Villa *Hegen* ad pagum fuit relata Tilithi, nec ad viciniam Pyrmonti, sed ad Visurgim collocanda, hodie *Hagen* dicitur. Praefectura *La-*

chen ex fide vetuſtarum chartarum non appellatur *Lacni*, ſed *Lochtenum*, quippe quae referebatur ad pagum Oſterburg, ſeu Aſterburgi. Ita comparata eſt Tabula Lauenſteiniana, quantum attinet ad regionem, quae circa et trans Viſurgim eſt conſpicua.

Cis Viſurgim adhuc maiores illa Tabula habet naeuos. Circa caſtrum Wikanafeldiſten b. Lauenſteinius pagum *Wakanauelde* plane omiſit. *Winzethun*, pagi Tilithi locus, non eſt, vt ille credidit, villa Wendſen, haud procul ab vrbe Einbeka intra praefecturam Grene ſita, quippe quae apud veteres appellabatur *Winethuſen*, hodieque ad praefecturam Grene refertur; ſed *Wentzen* locus, ſitus intra praefecturam Lauenſtein non procul a vicis Duingen et Thueſte ſeu Dühſte verſus meridiem, atque a monte in tota illa regione altiſſimo, quem dicunt *die bloſſen Zellen*, vix quatuor millia paſſuum verſus ſeptemtrionem poſitus.

Quocunque aciem oculorum, ex monte illo flexeris, iucundiſſime ibi oculos tuos poteris paſcere. Si oculis tuis perluſtras regionem, verſus ſeptemtriones patentem, ſpectabis a dextris cacumen montis, in quo olim caſtrum *Hoinboken* reperiebatur, antrum intra cautes montis horrendum, a quodam Lippoldo de R. dictum *die Lippoldsköhle*, et vicum *Dujen*, olim dictum *Duthungen*, locum natalem illuſtris viri Io. Georgii ab Eccard. Ab hoc vico verſus occaſum iter vnius horae abeſt locus *Wentzen*, et vicus *Cappellenhagen*, diſtans iter duarum horarum itidem verſus occidentem, et praeterea in eadem regione videntur *Wallenſen*, *Zueſte*, *Ockenſen*, *Hemmendorp* et *Saltzhemmendorp*, omnia ſita cis montem Idt ſiue Nied, olim dictum *Igath*, loca. Vnde iudicare poteris, Tabulam Lauenſteinianam vilioris eſſe pretii. Si porro ex eodem monte oculos dirigis verſus occaſum, proſpicere poteris ad caſtrum *Wikanefeldiſten* et caſtrum *Homburg*, loca vno milliari, et quod excurrit, inde remota. Oculis quoque tuis ſubiicere ibi poteris caſtrum ruinis inuolutum *Everſtein*, vix iter horae vnius a caſtro Homburgico ſitum verſus occaſum, et trans *Viſurgim*, conſpicabere ſimul *Corbeiam* atque *Huxariam*. Datur oculis ex Cellis nudis proſpectus porro vſque

que in montem *Brunsberg*, ab Euersteinensi castro versus occidentem duo milliaria disiunctum, cui olim insidebat castrum, per omnem Saxoniam validissimum, *Brunonisburgum*. Hoc est in *Annalibus Francorum* celebratissimum, atque a Carolo Magno anno 775 expugnatum. Si lumina conuertis porro versus orientem, aspicis *Elmum* siluam, ad decem milliaria inde sitam, et montem *Bructerum*, aequali fere itinere ab eo remotum. Ante oculos deinceps habes cominus montem *Selter*, tendentem a meridie versus septemtrionem, olim dictum *Salteri*, qui terminus Hildesheimensis dioecesis erat, nec iam procul abest a vico Deljesen, atque Officina ferraria, dicta *die Carlshütte*, quae iter duarum horarum abest a fastigio montis, *die Bloſſen'-Zellen* adpellato. Si progredimur a monte praedicto *Salteri*, incidimus in terminos Hildesheimensis episcopalis dioecesis eorumque loca *Eringabrug*, *Hilisesgrone*, *Bockle*, *Merkbiki* et castellum *Wikanafeldisten*. *Eringabrug* procul dubio est locus, desolatus olim, situs non procul a loco *Carlshütte* in monte dicto *der Eringerbrink* seu *Ellingserbrink*, vbi adhuc rudera et cella murata reperiuntur, ante duos annos ibi a Nobilissimo viro, *Hagemeiero*, inspectore Carlshuttensi, detecta, quum lepus siluestris ac fugitiuus in illam se abdidisset. *Hilisesgrone* ergo fuerit oportet ad radices montis Hils, et in primis ad infima illius montis, qui hodie dicitur *die Fuhregge*, quique pars est siluae latissimae Hils. Ima huius montis versus septemtrionem et occasum tendunt a loco *Carlshütte* vsque ad castrum *Hoinboken*, locum, qui verisimillime denotatur in Ludouici Imperatoris diplomate per locum *Bockle*. Castellum olim stetit in quodam ibi cacumine montis supra vicum Hoinboiken ad sinistram, si oculos conuerteris a monte, dicto *die Fuhregge*, versus orientem. *Merkbiki* ergo non fuit riuulus, a loco *Markeldissen*, vti perhibent, defluens in riuum Wispe, sed amnis ille, qui stringit vicum *Holthusen*, dictum *Holtzen vor dem rothen Steine*, et oppidum *Eschershusen*. Recto tramite ab hoc amne itur ad domicilium praefecturae *Wickensen*, quam fuisse olim castellum *Wikinafeldisten*, nemo negatum ibit. Patet rursus ex hoc indicio, Lauensteinium non recte satis posuisse terminos dioecesis suae. *Eringabrug* non nisi valle, per quam amnis Wispe defluit, stringens vicum *Deljesen* et officinam ferrariam, dictam *die Carlshütte*, diuiditur a monte, dicto *die Fuhregge*, qui pars est mon-

montis, dicti *die Bloſſen Zellen*. Locus *Bockle* ergo a Lauenſteinio ponendus erat ad radices montis illius in cacumine alio, haud procul inde ſito. *Merkbiki* vero locus erat ponendus inter locum *Bockle* et caſtrum *Wikanafeldiſten*. Ipſe haec loca anno 1749 menſe Iulio vidi et perluſtraui, vt cum lectore ea, quae ſunt certa atque dubio vacua, ideo communicare poſſim. Deo propitio proxime daturus ſum paullo pleniorem *deſcriptionem Itineris* illius, peracti in locum dictum *die Carlshütte*, in qua de variis hactenus incognitis monimentis foſſilibus et petrefactis, intra ſcrinia mea adſeruatis, diſſeram, vt corroborentur ea, quae quondam Illuſtriſſimus G. G. Leibnitius in praeſtantiſſimo libro, *Protogaea* dicto, de *Coſmogonia* egregie expoſuit. At redire iuuat ad Lauenſteinium, virum inuita Minerua ſublimius quiddam molitum.

An caſtrum *Grubenhagen*, ipſe enim ſic putauit, iam anno 1100 exſtitit? Terminus dioeceſeos Hildesheimenſis per montem *Fogler* aliter eſt definiendus, ac Lauenſteinius ſibi perſuaſit. Pagum *Zigilde*, ſeu *Zilgide*, *Cigildi* et *Cilgide*, vti in *Traditionibus Fuldenſibus* Clariſſimi olim viri I. F. Schannati p. 300 ſeq. nominatur, a pago *Tilithi* diuerſum non fuiſſe, omnino arbitramur. Vocatur hic pagus in *Traditionibus* noſtris *Tilgethi*, et ad eandem referuntur multae villae, inprimis autem villa *Heloon*, quae in Traditionibus Fuldenſibus appellatur *Heli*. Vnam eandemque deſignari villam, nemo negabit, qui meminit vicum *Helen*, ſitum ad Viſurgim, praedium equeſtre dominorum Comitum de Schulenburg. Hoc momentum Lauenſteinio aliiſque plane fuit ignotum. Omittimus iam alia, de quibus in *Notis* ad *Traditiones* noſtras pluribus exponendum duximus.

Biſcopesroth villa, quae a Lauenſteinio noſtro ad pagum refertur *Guddingon*, non eſt vicus *Biſperode*, praedium dominorum Comitum de *Metternich*, et intra praefecturam Wickenſen ſitum: haec enim villa Biſperode olim vocabatur *Biſcopincgerothe*. Haec villa probabiliter ad pagum Tilithi, ſi ea exſtitit, ſpectauit; villa autem *Biſcopesroth* pagi Aſtfala fuit *Nouale Epiſcopi* iuxta montem S. Mauritii, qua ex illo monte trames ducit ad vrbem Hildeſiam. Nouale illud anno 1151 ab Epiſcopo Hildesheimenſi Bernhardo reparandae viae publicae fuit deputatum. Diploma eam in rem exſtat

ſtat Bernhardi. Ita coecutiiſſe deprehendimus Hildesheimenſem dictatorem noſtrum in rebus, quae ei ante pedes erant.

Villam *Cobbinghuſen*, ad pagum Marſtem relatam, eſſe caſtrum Coppenbrück, concedendum non eſt Lauenſteinio. Vicum enim *Cobbenſem*, ante ſiluam Deiſter ſitum, eſſe villam *Cobbinghuſen* nemo peritorum rei arbitrorum inficiabitur. *Amplithi*, villam pagi Guddingo, fuiſſe vicum deſolatum *Empnam*, mihi praeterea nemo perſuadere poterit. In *Empna* enim ſalinae non fuerunt, ſed in vico *Emplethe*, hodie dicto *Empelde*, non procul a monaſterio Wennigſen ſito. Pagum *Seleſen*, prope Aleram et Leinam fluuios ſitum, b. Lauenſteinius omittere non debuiſſet. De pagis *Gretinge*, *Muldeſe*, *Muthiwide* et *Flotwitha* plura dixi in *Notis* ad *Traditiones*. Pagus *Oſterwalde* non ad dioeceſin Hildesheimenſem ſpectauit, ſed in Marchia veteri eſt locandus. Pagus praeterea *Heilanga* prope Marchiam Veterem ponendus erat. Oſterwalde, recentior officina vitraria praefecturae Lauenſtein, huc haud ſpectat.

De ſitu palatii regii *Werla* aliquid ad haec monendum eſſet. Defungor autem hoc labore in *annotationibus* ad *Traditiones* ipſas. Pagus *Betsheim*, ſiue *terra Balſamorum*, non in terras Halberſtadenſes, ſed Marchiam Veterem, eſt locandus, nomen indeptus, vti putant, a fluuio Belſama ſeu Bilſena, Biſena, et tantum non omnem Marchiam Veterem complectens. Villa *Hebesheim* ſeu Eveſen, in qua haec ſcribo, fluuio Ouaccrae non adiacet, milliari quippe vno Germanico inde remota verſus orientem. Pagus *Wentzigawi*, quem Lauenſteinius quoque refert ad dioeceſin Hildesheimenſem, intra comitatum Rauensbergicum et in Weſtfaliam erat ponendus. Idem hic fuit pagus, qui appellabatur *Weſſaga*. Limites pagorum *Liſgo*, *Ambergo*, *Flenithi* ſeu *Fleithi*, *Hrittiga* et *Aringho* minus recte ſunt a b. Lauenſteinio collocati et definiti. Pagus *Ambergo* ad orientem adtigit prope Gitteldam, nunc vicum, omnino pagum Liſgo. Id vero dicere omiſit Lauenſteinius p. 23.

Daleheim inter Bokenem et inſulam, in qua *Werdera* olim erat ſtructa, non iacet, licet ſic b. Lauenſteinio p. 22. fuiſſet viſum. Villa *Dalem* ſita eſt potius inter Rüden villam et Bokenen vrbem, verſus orientem huius vrbis. Quodſi autem *Daleheim* fuerit in pago Ambergo, vti aſſeritur p. 24 ſeq. quomodo illud caſtrum ad pagum Wenzigawi ſeu Weſſaga ſpectare potuit? Villa *Bezzem*, lege *Nezzem*, a villa Bekkem omnino diſtat, licet Lauenſteinius p. 28 differentiam indicare omiſerit. *Bekkem* villa erat poſita prope eum locum, vbi oppidum Gronau ſeculo XIII fuit conditum. *Nezze* vero villa iacet prope Graveſtede ſiue Graſte in tractu praefecturae Winzenburgicae ſuperiori,

riori, *Overboerde* dicto, prope villam Haribernessun siue Harnbarnsen. *Aluzun*, villa pagi Flenithi siue Fleithi, videtur Oelstet esse, villa desolata prope Westlen versus salinam Salzdetfurtensem. *Mons Wrisberg* eminet supra villam Pezze. Lauensteinius vero eum posuit ad Inneram fluuium minus solide p. 32. Omitto alia complura, quibus in tractatione ipsa immoratus fui passim.

B. Lauensteinii manibus, opinor, parentatum fuit satis, viri, qui diplomatibus Hildesheimensium episcoporum, monasteriorum atque oppidanorum prorsus vacabat, et nihilo minus historiam minabatur et edere sustinebat diplomaticam Hildenesheimensem. Delegabat ipse aliis, idem saxum voluentibus, et adparatu scientiaque maiori instructis, conscribendam Historiam Alfeldensem, Corbeiensem, Brunsuicensem, et quidni Hispahanicam? ratus, suum esse, terras regnorumque orbis descriptionem et gloriam inter historiographos, suos veluti ministros, distribuere. At cessauit viri magnitudo diplomatica. Exstincta fuit imbecillitatum eius materies. Infirmitates ipse exuit, vt candidus et praeclarus in coelum iret. Condonamus eius beatitudini, quidquid ipse concepit, quod nobis aliisque haud admodum potuit probari. Sequebatur ipse Cynosuram suam, in historicis monumentis suis occupatus. Quid non agitur, luditur, scribitur, monente patrono imaginario et vindicta praesidente?

Cum veterano nobis iam ad extremum res est. Virum diligentissimum suisque laudibus haud indignum designo, ecclesiasten Wesdorfiensem aetatis admodum prouectae, perquam reuerendum, *Casparum Abelium*. Edidit hic, varia eruditione refertus, vir, quem scripta edita nonnulla illustrarunt, *Heinrici Meibomii senioris, Professoris olim Helmstadiensis, Chronicon Walbeccense*, anno 1619 euulgatum, atque a seniore collegiatae ecclesiae Walbeccensis *Carolo Friderico Dingelstädt*, vltra dimidiam partem auctum, lingua germanica Helmstadii 1749, 4. publicatum impensis Christiani Friderici Weygandi, librarii mercatoris Helmstadiensis.

Praefixit D. *Abelius* chronico illi praefationem, quam credidit haud satis fore plenam scopoque adaequatam, nisi mei mentionem indidem iniecisset. Imitatus fuit *Dingelstadii* sui ingenium, qui, cum annotationes nonnullas ad Meibomium parturiisset, existimauit, se iam Parnassi historici fastigium conscendisse et dictatorem historiae Germanicae sedere, testibus annotationibus, quas larga sinistraque interdum manu, saepius praeter causam et rem, *Meibomio* adsudit.

Car-

Carpit me D. *Abelius* in *praefatione* memorata, quod ego in Relationibus Brunſuicenſibus, quas *Anzeigen* vocant, anno 1748. p. 77, 78, 80 et 82 comites et principes *Walbeccenſes*, *Sommerſchenburgicos*, *Supplinburgicos*, *Plozgauienſes* atque *Anhaltinos* ab *Albione*, illuſtriſſimo quondam Saxonum principe, deduxerim, et ſtatuerim, hunc *Albionem* fuiſſe filium *Aſigi* ſeu *Heſſi*, referendi ad tempora Caroli Magni, Aſigi ſcilicet celeberrimi Oſtfalorum ducis. Hanc meam ſententiam refutari poſſe arbitratus eſt D. *Abelius* teſtimonio grauiſſimo auctoris *Vitae S. Liutbirgis*, quam non Eccardus, ſed clariſſimus et *M. R. P. Pezius* e codice ochſenhuſano primus edidit, in qua relatum legimus: *Aſigum ſeu Heſſi, vnico filio in adoleſcentiae flore defuncto, filiabus locupletem dimiſiſſe ſubſtantiam, et tandem grandaeuum, et bona aetate profectum, haereditate filiabus diſtributa, Fuldenſe coenobium, domino militaturum, perrexiſſe, ibique ſub monachico habitu diem vltimum feliciter obiiſſe.* Miratus ergo eſt D. *Abelius*, quid cauſae fuerit, quare ego ſtatuerim, *Albionem* fuiſſe filium *Aſigi*, ſeu ducis oſtfalorum *Heſſi*.

Videtur autem vir optimus ſententiam meam oculo trepidante et fugiente perluſtraſſe. Nunquam enim *Albionem Aſigi* filium conſtitui, ſed tantum per probabilem coniecturam, vxorem *Albionis* filiam fuiſſe *Aſigi*, dixi ac pronunciaui. Vide tu ipſas Relationes Brunſuicenſes l. c. Vide hoc ipſum opus paſſim et inprimis p. 344. Mirum ergo mihi omnino videtur, D. *Abelium* credidiſſe, opinionem meam teſtimonio *Vitae S. Liutbirgis* facillime refutari poſſe, quum in eandem, quam auctor Vitae S. Liutbirgis habuit, ſententiam iam dudum pedibus iuerim, multaque huic ſententiae atque argumento conuenientia in hoc ipſo opere diſputauerim. Naeuos Eccardi, ſi quos hic admiſit, non facio meos, licet in eo notando ſuam quoque auctor ſiue potius editor voluerit exſtare et rotari induſtriam.

Reprehendit me porro *Abelius* eo nomine inprimis, quod e chartis Corbeienſibus ea colligendo eruere ſtuduerim, quae inde haud videantur colligi poſſe. Ego quidem ignoro, vndenam eas videre et diiudicare potuerit chartas *Abelius*. Nondum eo tempore eas in lucem ederam, nec illas ante me alii ediderunt. Qui ea declarare valet documenta ab aliorum ratiocinationibus aliena et diſcrepantia, quae nec vidit vnquam, nec videre valuit, eum plus quam lynceum atque omnino omniſcium eſſe oportet. At praefatio videbatur ſuam requirere menſuram eamque ſatis amplam. Quamobrem editor exiſtimauit, ſuum exigere munus, vt paginae dimidium, quod vacabat a naeuis typothetae repurgandis, memoria mei impleret.

Perſuaſit ſibi deinde D. *Abelius*, demonſtrari non poſſe, *Thiadricum comitem*, fratrem *Eſici*, anno 984 Corbeiae praeſentem, non fuiſſe mar-

chionem Theodoricum, vti Eccardus crediderit. Sed discere id poterit reuerendus *Abelius* partim e verbis Chronici nostri coaetanei, quae infra in hoc opere p. 161 attulimus, partim e verbis in eodem Chronico sequentibus, quae sic se habent: *qui* (scilicet Eebertus) *multa passus, malam de abbate nostro, comitum praedictorum agnato, opinionem imbibit animo, multa et grauia damna intulit monasterio nostro.* E quibus verbis colligimus, *Thiadricum* atque *Esiconem* fuisse *agnatos abbatis Corbeiensis Thiadmari.* Cum igitur hic abbas ad Walbeccensem familiam spectauerit, vti ipse credidit Abelius; *Thiadricus* atque *Esico* ad eandem gentem omnino iure referri potuerunt. Optimo ergo iure a progenitoribus comitum Walbeccensium deriuaui comitum *Sommerschenburgicorum* ac *Supplinburgicorum* genus, nec non Sereniſſimorum *Principum Anhaltinorum* stirpem, ratus, satorem Comitum Sommerschenburgicorum fuisse *Athelberonem*, Supplinburgicorum Comitum *Thiadricum*, atque Anhaltinorum Principum *Esiconem*, qui omnes fratres appellantur *Luitharii*, quem habemus pro *Luithario*, huius nominis tertio, fundatore monasterii Walbeccensis, et patre *Thiatmari*, Corbeiensis Abbatis.

Nihil itaque id curamus, si plurimum reuerendus *Abelius* credidit, hanc nostram sententiam repugnare antiquissimis relationibus Anhaltinorum hominum, siue potius narratiunculis *Henrici Bassei*, *Ernesti Brotuffii*, *Milagii*, et potissimum *Io. Christophori Becmanni*, qui omnes vno conatu Anhaltinos e seculo quinto accersunt, atque pro seculi sui more eo audaciae processerunt, vt assertiones omni exceptione maiores se edidisse crediderint. Si tibi, Beneuole Lector, iucundum erit, ire per eiusmodi fabulas, ipsum *Becmannum*, quaeso, euoluas. Noli autem festinare, ne nauseae molestiam inuitus suscipias.

Summae antiquitatis ea esse monimenta, celeberrimus *Abelius* praedicat. An ea ipsemet vnquam inspexerit, an ea diplomatibus genuinis et testimoniis scriptorum coaetaneorum comprobari queant, ipse haud significat. Vtinam hoc munere fungi solide libuisset eruditissimo *Abelio!*

Si quis coniecturis nostris certa et solida pronunciata substituerit, eum non fastidimus, sed potius omnino summi aestimamus. *Askenaso* tamen, cuius Moses Genes. X, 3. meminit, in hunc censum amplius venire haud licet. Neque quis asserat velim, *Thiadricum* eiusque fratrem *Esiconem* non fuisse Walbeccensis stirpis. Illi enim omnino ad eandem gentem spectarunt. Alius ergo fuerit oportet *Esico*, a quo omnes, atque etiam ipse *Abelius* Anhaltinam gentem deducunt: aut pronunciandum erit, Sereniſſimam Domum Anhaltinam ex illustrissimis potentissimisque progenitoribus Walbeccensium comitum originem suam traxisse.

Quae

PRAEFATIO.

Quae in meis qualibuscunque scriptis historicis Cel. *Abelius* non potuit non adprobare suoque prosequi suffragio, ita sunt comparata, vt vicem vice rependere non recusem, ac enunciatis eiusdem solidis impertiam, quibus ea sunt digna, laudum argumenta. *Dingelstadius Abelium* ipsum subinde vel retellit vel refellere adgressus est. Hic vicissim in *annotationibus* suis *Dingelstadio* immixtis, causam suam perorauit, ostendens, quid iuris sibi in alios sit, quid iuris sit aliis in praestantissimum *Abelium*. Hic tamen, quod praedicamus factum, ea est aequitate, vt *Dingelstadii* inficetum de S. R. *Ioh. Christophoro Harenbergio*, monasterii S. Laurentii apud Scheningenses praeposito celeberrimo, qui Dingelstadii inuidiam nullius fecit pensi, iudicium repudiauerit p. 25, eandem nobis aequitatem procul dubio exhibiturus, quam primum hoc opus nostrum, in quo passim ab eo dissensimus, perlegerit ad finem. Dingelstadii nisi edidisset foetus vir eiusque adiutor, Helicon caruisset heroë magno et Iunone ipsa.

Nolim aliorum diligentiae aliquid detractum. Fruantur illi per me gloria sua, ex solido quaesita. Deprecor tantum illorum iudicia, qui per aliena perspicilla naeuos spectare mihique obesse voluerint. In eo, Lector Beneuole, mecum consenties, dictitante, me nulli operi in hoc argumento exsequendo peperciisse, me horas meas subsiciuas Vacunae non consecrasse, meque noluisse aliorum desideriis et diligentiae deesse.

Restat, vt ipse nonnihil ad sententias meas vel clarius exponendas vel emendandas commenter. Dies enim diem docet. Ad pag. 13 conferri dignus est L. Mushardus in *Bremischen und Verdischen Ritterſaal*. Ibi de villa *Lesmona* exponitur copiosius p. 18, 344. Ibi Dynastae, *de Mehden* dicti, memorantur p. 402, quibus nomen haesit a villa *Medemahem* seu *Mehden*. Villam *Medlistanfadervurd* Mushardus habet p. 65 pro loco *Vorde*, cui per aliquot secula iam fuit nomen *Bremervörda*. Idem Mushardus exposuit de castro *Bederikesa* p. 59. *Liusci*, villa pagi Wimodia videtur nunc esse Lehe, ni Line. Locum inuenies infra in Sarachonis Registro n. 737.

Locus *Westrifranbeverigisati*, si probabilia sectemur, nunc dicitur Wester-Beversete. Diploma Regis Henrici Aucupis, quo tradita fuerunt Liesmundi ac paludes, exhibuit publicae luci Mushardus p. 24. Liceat mihi porro nonnihil monere de situ loci Empna. Primum est id, quod neminem facile praeterire potest, diploma Henrici III, quo pagi ficti et inter eos *Empnagawi*, memorantur, et quod in Harenbergii *Historia Gandersh. Eccl.* p. 672 legitur, esse saeculi XIII mercem commentitiam, ipso Harenbergio non abnuente. Empna, Empne, Emne fuit villa, cuius plerique incolae Saeculo XIII demigrarunt in vrbem nouam Leinae adiectam Gronau. Comites olim ab Emne fuisse adpellatos quosdam, inter omnes constat. Inde origo fingendi pagum Empnegawi, cui adiecit architectus pagos Gandesemigawi, Grenagawi, Fretenagawi, Flenithagawi, Auganagawi, Venzagawi, Eriggawi, Spilberigawi, Ommergawi. Respexit autor diplomatis suppositicii ad Gandershem vrbem et monasterium et castrum, ad Grenam, ad Vredam castrum et villam vtramque Leinae adiacentem in pago Aringo: ad pagum Fleithi seu Fleutigau, in quo erat Gandershemium ipsum situm: ad pagum Auga iuxta Corbeiam: ad villam Wenzen praefecturae Grene, ni ad pagum Wentsgoi: ad vicum Erich, in Comitatu Schwarzburgico Thuringorum positum: ad pagum Spilberg, circa Dasselam et Eimbecam: et ad Ambergo pagum. De reliquo villae *Amplithi* et *Amphidi* differunt. Villa vtraque referenda est ad pagum Guddingo, in quo describendo Cel. Baringius fuit dili-

gens et multus. In diplomate Ludowici Regis apud Schatenium in *Annal. Paderborn.* Tom. I, p. 132 legitur quidem *Amplidi*; in autographo contra obuium est *Amphidi*. In pago Guddingo indicando Schatenius nil peccauit, nec peccare potuit. Nam tum Amplidi, tum Amphidi, in pago Guddingo fuit obuium. Fidem oculatam ei pronuntiato facit *Regiſtrum Sarachonis* n. 115, 131 et 746. *Amphidi* villam in Empne seu Emne latere, mihi persuadeo. At *Amplidi* villa, ab illa discrepans, restare mihi videtur in Empelde, Principatus Calenbergici loco, cuius sit mentio in diplomate nostro 470 p. 933 infra. Correxi igitur sententiam meam, qua adductus villas Ampliti et Amphidi haud inuicem discreueram satis, sed in vnicum conſtrinxeram villae locum.

Ad p. 73 animaduertas velim, Lector, me, postquam illa, quae ibi leguntur lin. 11, scripseram, venisse coram in locum Smedenstet, Peinensis praefecturae vicum. Vicus hic quidem non procul distat a loco Dungelbeck. At ad Fusam flumen haud est conspicuus. Abest potius a Fusa millia aliquot passuum. Differentiam nunc agnosco inter priscum et nouum Smedenstede. Prisca villa *Smithenſtide* dudum fuit euersa. Nil eius praeter templum lapideum satisque amplum restat, ruinam minans. Inter templi epitaphia vetusta legere hanc vnicam micam valui: † Anno dñī MCCCLX. VI Kalendas Iunii die dōñē obiit. dñs Berwardus de Smedenſt . . . . . or . . . . . h . . . ol . . . c . āīā requieſcat in pace † .

Ad p. 209 l. 17 et 18 haec sunt obseruanda. Lege ibi loco verborum *deinde* . . . . . *pertinuiſſe* ita: Deinde nobis probabile videtur, Alfredam, Bardonis II vxorem atque eapropter Godefridi matrem, partem fuisse stemmatis Brunoniani ac prolem. Igitur loco dotis hae possessiones ad posteros Widekindi Magni videntur peruenisse.

An *La* et *Lake*, vnde vox prior est alicubi decurtata, ad Visurgim et in Westfalia denotent locum stagnationibus aquarum obnoxium, merito viri harum rerum periti dubitabunt. At in diuersis locis regionibusque differunt interdum eaedem voces litterarum earundem. Nam vox *lobe* nunc designat corticem quercus et succum inde expressum, vnde vocantur *La-mölen*: nunc designat flammam, alaçriter in sublime tendentem: nunc virgulam et ipsum virgultum. Postrema vocis potestas penes Westfalos est tritissima, ac restat in nominibus *Bocklo, Merklo, Martisło* etc. Ad Leinam interpretanda sunt haec, *et liet upper La*, per hanc enunciationem, *iacet ſuper ciſta, iacet ſuper vel in loco, vndis ſtagnantibus obnoxio.*

Verba illa p. 270 lin. 27, s. *Monogramma Ottonem indicat quartum, non ſecundum. Aut itaque illud eſt recentioris manus artificium, aut diploma ipſum laborat*, sunt delenda, siquidem non sunt mea. Diploma nostrum, quod ibi suppeditatum fuit, optimae notae est, nam id nec scripturae laborat naeuis vel nouitate, nec a Sarachonis pronunciatis abludit. Dabo alias alia Ottonis II sigilla, nostro huic simillima.

§. 395. 396. De traditis bonis in villis Aliereshus, Hrochburghuhus, Leri et Aſtieieshus intra pagos Logne, Heſſi Saxonicum, Derlingo et Norththuringi, nec non de origigine comitum *Schaumburgicorum* et comitum (palatinorum) *Sommerſchenburgicorum.*

PARS DECIMA.

DE TRADITIS BONIS TEMPORE ABBATIS CORBEIENSIS BOVONIS TERTII AB ANNO 942 VSQVE AD A. 949.

§. 397. De Marcwardi traditione familiæ in villa Smittheardeshus in pago Auga.

§. 398. De comitis *Sigifridi* traditione in villa Laheim in pago Wikanavelde.
§. 399. De Siberti traditione unius familiæ in villa Othdereshus in Aſtfala in pago Falhen, nec non de marca Irixlevu in Aſterluidi intra pagum Herthogo.

PARS VNDECIMA.

DE BONIS TRADITIS TEMPORE CORBEIENSIS ABBATIS GERBERNI AB ANNO 949 VSQVE AD A. 965.

§. 400. De Erponis traditione bonorum in villis Duggun, Walliwiſtun, Mekkieſtorpe, Cothun, Breme, Liaeveringtorpe, Dringtorpe atque Hemſſcendu in pagis Auga et Nithega, nec non de clara Erponum tribu, atque origine comitum de *Padberg* et Pontificis Maximi Clementis II et Conradi patriarchæ Aquileiæ.
§. 401. De traditione Thangmari unius familiæ in villa Stammen in pago Scotelingen.
§. 402. 403. De traditis bonis in Folcberghehus et Tinchilburg intra pagos Suilbergi et Heſſi Saxonico.
§. 404. De traditis bonis in villa Hallu in pago Tilithi.
§. 405. De familia tradita in Lengithi in pago Logne,
§. 406. De parte ſalinarum tradita in villa Stesforde in pago Svevon.

PARS DVODECIMA.

DE TRADITIS BONIS TEMPORE ABBATIS CORBEIENSIS LVIDOLFI AB ANNO 965 VSQVE AD A. 983.

§. 407. De traditione Immiconis et Thangmari in villis Thieddegeſhus atque Aldanthorpe in pago Suilbergi.
§. 408. De Gerfridi traditione bonorum in villis Ladricun et Brokhus in pago Nithega.
§. 409. De *Udonis* atque *Amelungi*, Epiſcopi Verdenſis, traditione pro patre eorum *Billingo* in villa Ludulfinhus intra pagum Logne.
§. 410. De tradita familia in Scattun in pago Fleithi.
§. 411. De Luidarii traditione iugerum ſitorum in villa Rothem intra pagum Derlingo pro filio ſuo Tiatmaro, poſtea abbate Corbeienſi.
§. 412-415. De bonis traditis in villis Heribremun, Aldanthorpe, Tithemudele, Widenbrukin et Mangereshus in pagis Pathergo, Suilbergi, Itergowe, Sudergo atque Almunga.
§. 416. 417. De traditis bonis in Aſtereshus Baldualdun atque Aieshus in pagis Hrecwiti, Heſſi Franconico et Loginacgowe.
§. 418. De traditione familiæ in villa Thiedreſſun in pago Marungun, nec non de villis ad hunc pagum relatis.
§. 419-423. De bonis traditis in villis Amaleveshus, Haverga, Erpeshus, Thieddegheshus et Werethun intra pagos Suilbergi, Logne et Nithega, nec non de Comitibus *Herimanno* ac *Luidolfo*.

PARS DECIMA TERTIA.

DE BONIS TRADITIS TEMPORE CORBEIENSIS ABBATIS THIATMARI AB ANNO 983 VSQVE AD A. 1001.

§. 424. De *Immedi* traditione familiæ in Meynmodeshus intra pagum Itergowe.
§. 425. De bonis traditis in villis Holthus, Lindduri, Eccanhus et Lauingi intra pagos Agrotingun et Derlingo.
§. 426. De familia et mola traditis in Thiekburiun et Tithemudele intra pagos Nithega atque Itergowe.
§. 427. De comitis *Ekberti* traditione bonorum in villis Berghſtallum et Natheſungun intra pagos Derlingo et Nithega, nec non de dominis nobilibus de *Natheſungen* atque origine *Brunonis*, Herbipolenſis epiſcopi.

PARS DECIMA QVARTA.

DE TRADITIS BONIS TEMPORE ABBATIS CORBEIENSIS HOSEDI AB ANNO 1001 VSQVE AD A. 1010.

§. 428. De Hodæ traditione bonorum in Burghus atque Adishus intra pagos Huuetigo et Nithega.
§. 429. De manſis traditis in villa Badvaldun intra pagum Fleithi.
§. 430. de *Brunonis* traditione bonorum in villa

villa Hambanhus in pago Nithega pro *Rethario*, episcopo Paderbornensi, nec non de origine modo dicti episcopi, ac de decimis Paderbornensis episcopi in territorio Corbeiensi, itemque de iniuria ab Episcopo Paderbornensi Meinwerco illata abbatiæ Corbeiensi huiusque Abbati Wahloni.

PARS DECIMA QVINTA.

DE BONIS TRADITIS SVB REGIMINE CORBEIENSIS ABBATIS WALHONIS

AB ANNO 1010 VSQVE AD A. 1014.

§. 431. De Dodiconis comitis traditione bonorum in villa Reun intra pagum Nithega.

§. 432. De *Brunonis* traditione familiarum et mansorum in villis Rotholleshus, Silihem, Smitherdeshus, Theski et Thetmereshus intra pagos Hessi Saxonicum, Auga, atque Hemerveldun.

§. 433-436. De bonis traditis in villis Ballevan, Watheri, Frithegenligarothe, Sickiunhus, et Bieranhus in pagis Westfalon, atque Almunga, nec non de origine comitum de Arnesburg.

§. 437. De Immedi traditione familiæ in Holthus in pago Hrittiga, itemque de origine comitum de Scartfelde et Lutterberg.

§. 438. 439. De bonis traditis in villis Ameleveſſen et Bernwardeshus intra pagos Suilbergi et Marungo.

§. 440. De comitis Amalungi traditione bonorum in villa Durpethe in pago Patherga.

§. 441. De comitis Ludgeri traditione in villa Siculithi in pago Derlingo, nec non de vera origine comitum de Supplinburg et Cæsaris *Lotharii Saxonis*.

§. 442. De Bucconis traditione iugerum in villa Bevenhus intra pagum Tilithi.

§. 443. 444. De bonis traditis in Husleri et Densum in pagis Logne et Guddinge.

§. 445. De comitis Borchardi traditione in Hrothwardeshus intra pagum Flotwita.

§. 446. De bonis traditis in villa Brunmingtorpe.

§. 447. De iugeribus traditis in villa Snesla intra pagum Tilithi.

§. 448. De Oddonis traditione mansi in Hamersleve intra pagum Norththuringi nec non de comitia Sehusen atque iudicio *Goscaph.*

§. 449. De bonis traditis in villis Bennenhus, Emsteki, Hareburgun et Erelithe in pagis Nithega atque Leri, itemque de origine Oldenburgicorum comitum.

§. 450. 451. De traditis bonis in villis Holtushus et Wigbeke in pagis Wikanavelde et Logne, nec non de terminis diœceſis eccleſiaſticæ Hildesheimenſis.

§. 452. De Werenfridi comitis traditione familiæ in Diverntha intra pagum Auga.

§. 453. De bonis traditis in Walingarothe, nec non de Corbeiensis abbatis Walhonis origine Lutterbergica.

§. 454. De Gherberti traditione familiæ in Anhemathium intra pagum Enterigawi.

§. 455. De familia tradita in villa Borsun intra pagum Scotelingo.

§. 456. De marchionis orientalis Geroldi, et Thiadrici traditionibus bonorum in villis Manesrode et Frithwardighus intra pagum Hessi Saxonicum, nec non de Manno, filio Tuistonis, patris Germanorum, itemque de origine nobilium dominorum de Horhusen.

§. 457. 458. De bonis traditis in villis Berneſtorpe et Durpethe intra pagos Itergowi et Patherga.

§. 459-462. De traditis bonis in villis Hainem, Bennanhus, Evergoteshusen et Cathinghus intra pagos Suilbergi, et Hlisgo.

§. 463-466. De bonis traditis in villis Holthus, Hwinni, Linthi, Aesibiki, Odighus, Gelighus Karlasthan, et Holthusan intra pagos Huuetigo, Agrotingun, Fleithi, Logne et Marungo.

§. 467. De bonis traditis in villa Adaloldeshus intra pagum Hrittiga, nec non de origine abbatis Corbeiensis Drutmati, de controversia inter Principes Anhaltinos atque Episcopos Halberstadenses ob Comitatum Croppenstedensem, de legibus *fraternitatis S. Viti*, atque de Advocatia Gröningensis comitatus.

PARS DECIMA SEXTA.

DE TRADITIS BONIS SVB CORBEIENSI ABBATE DRVTMARO

AB ANNO 1014 VSQVE AD A. 1037.

§. 468. 469. De manſis traditis in villis Pykuleſun et Bechi, in pagis Heſſi Saxonico et Weſſaga.

§. 470. De traditione Raginholdi atque Adalbirini in villa Sipeſtorpe in pago Derlingi, nec non de origine Drutmari abbatis Corbeienſis.

§. 471. De bonis traditis in villa Diſileshus intra pagum Wikanavelde, nec non de origine S. *Bennonis*, Miſnenſis epiſcopi.

§. 472. De iugeribus traditis in villa Piſuſſun intra Germare marcam.

§. 473. De bonis et manſis traditis in villa Haildein intra pagum generalem Angeri et intra pagum Leri, et in villis Werelidde et Sugila intra pagum maiorem Emiſgo et intra pagum Agrotingun, nec non de loco Ponteburg intra pagum Ammeri, et de Abbatia *Fiſchbechi* intra pagum Leriga.

§. 474. De iurnalibus traditis in villa Aſikinthorpe intra pagum maiorem Emiſgo et intra pagum Laingo.

§. 475. De traditione Folchardi in villa Hemeteshus intra pagum Nithega et in villa Icanrode intra pagum Auga.

§. 476. De iugeribus traditis in villa Balleri intra marcam Suilbergi, nec non de libertate eccleſiæ et territorii Corbeienſis, ad diœceſin Paderbornenſem non ſpectantis.

§. 477. De mancipiis traditis in Ocisfelde intra pagum Norththuringi.

§. 478. De iugeribus traditis, in villa Dikeſſen intra pagum Leri.

§. 479. De traditionibus Thiadrici atque Erponis ſpectantibus ad villas Rothe in pago Auga, et Sulugun in pago Almunga.

§. 480. De Siwardi ſeu comitis Sigefridi traditione, referenda ad bona in Aewerlan et Hiadanoſon intra pagum Logne.

§. 481. De manſo et mancipio traditis, ſitis ad villas Radirinhus atque Aeneſi intra pagum Itergowe.

§. 482. De manſo et mancipiis traditis, poſitis in villa Witmeri intra pagum Heſſi Saxonicum.

§. 483. De Volcmari traditione bonorum, in villa Pepenghus intra pagum Ruricgao, et in villa Wicbeke intra pagum Logne ſitorum.

§. 484. De tradita eccleſia in Boda intra pagum Agrotingun, atque de bonis, ad eam ſpectantibus, quæ ſita erant in villis Hwenni, Bernſium, Bernſiun, Helerithi, Boclithi et Hallithi intra pagum Agrotingun, nec non in villis Apulderiun, Tehtlingi, Staverrevar et Hlareshuthun intra pagum Enterigawi item in villis Derlgun et Derigun intra pagum Leri.

Appendicis loco additur traditio Vredeberi, dicti Ketelhoor, & nonnihil de eius bonis in pago Niſin ſitis; atque agitur de nobilibus dominis de Ketelhodt, de quibus plura differendi occaſio erit in *Clientela Corbeienſi*, in qua diplomata, genealogiam horum dominorum illuſtrantia atque ex autographis accurate deſcripta, reperientur. In præſens paucula in Addendorum calce exhibentur, quibus familiæ generoſiſſimæ viri ad ætatem et genus ſuum argumento ſolido haud uno adfiguntur.

TRADI-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS PRIMA,

QVAE

CONTINET TRADITORES ET RES TRADITAS

SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS ADALARDI

IMPERANTE HLUDOVVICO

AB ANNO 822 VSQVE 826.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





§. 1.

Cunctae traditioneſ (a) quae fuerunt traditae ad reliquiaſ ſti ſtephani temporibuſ domni abbatiſ adalardi (b).

§. 2.

Folcheri et delheri duo fratreſ tradiderunt tertiam partem de omni proprio quidquid pater et mater eiſ dimiſit ſiue

(a) Traditionis vocabulum duplici ſenſu vſurpari ſolet, eccleſiaſtico nempe et politico. Priori modo traditionem eminentiſſimus cardinalis Bellarminus Lib. IV. de Verbo Dei cap. 2. ita definit, quod ſit *doctrina* (eccleſiæ) *non ſcripta, non quidem, quod nuſpiam ſit ſcripta, ſed quod non ſit ſcripta a primo auctore.* In hoc ſenſu traditionis vocabulum hic non ſumitur, ſed in ſenſu politico, indicaturque per illud nihil aliud, quam donatio ſeu oblatio alicuius hominis, et quidem liberi, cui ius et poteſtas erat aliquid dandi. In Capitularibus regum Francorum, et quidem Lib. VI. cap. 305. ita traditiones deſcribuntur: *oblationes fidelium dicuntur, quæcunque domino a fidelibus offeruntur, ſiue in mancipiis, ſiue in agris, vineis, ſiluis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, artificiis, libris, utenſilibus, petris, ædificiis, veſtimentis, pellibus, lanificiis, pecoribus, paſcuis, membranis, mobilibus et immobilibus, vel quæcunque de his rebus, quæ ad laudem Dei fiunt, vel ſupplementum ſanctæ Dei eccleſiæ eiuſque ſacerdotibus, atque ornatum præſtare poſſunt Domino eccleſiæque, ſiue a quibuſcunque ultro offeruntur Domino, indubitanter conſecrantur et ad ius pertinent ſacerdotum.* Sunt ergo traditiones Corbeienſes nihil aliud, quam donationes ſeu oblationes quorundam fidelium, qui obtulerunt bona ſua Deo, eccleſiæ Corbeienſi, eiuſque Sanctis Stephano ſcilicet, Vito, Juſtino et reliquis; hinc pertinentia ad ius abbatis et conuentualium Corbeienſium. Solemnitatem ſeu proceſſum circa huiuſmodi oblationes ſeu traditiones rurſus non noſtris, ſed Capitularium regum Francorum, omni exceptione maiorum, verbis exprimimus. Sic enim illa Lib. V. capit. 285. *Quiſquis noſtrum res ſuas eccleſiæ tradit, domino Deo illas offert et dedicat, ſuiſque ſanctis, et non alteri, dicendo et agendo ita. Facit enim ſcripturam de ipſis rebus, quas Deo dare deſiderat, et ipſam ſcripturam coram altari aut ſupra tenet in manu, dicens eiuſdem chori ſacerdotibus et cuſtodibus: offero Deo atque dedico omnes res, quæ hac in chartula tenentur inſertæ, pro remiſſione peccatorum meorum ac parentum et filiorum, aut pro quocunque illas Deo dedicare voluerit, ad ſeruiendum Deo ex his in ſacrificiis miſſarumque ſolemniis, orationibus, luminariis, pauperum et clericorum alimoniis, et ceteris diuinis cultibus atque illius eccleſiæ utilitatibus.* De vſu traditionis ac vocis ſignificatione.

(b) Reuerendiſſimo *Adalardo*, ex cœnobio Corbeia in Francia abbati, mandatum de- De initiis

diſſe

Ab anno 822 vſque 826 imperante Hludouuico et

ſiue de hoc quod ipſi acquiſiuerunt dauo rainuuarduſ godo uillo uuihelm hemo heio ſunt teſteſ qui uiderunt et audierunt. tradiderunt ſiuuart et duae ſororeſ thanburgh et frithuburgh quidquid de proprio habuerunt in uilla *haribernesſun in pago fleithi* unum ſcilicet manſum et dimidium et *ſeruoſ* (c) duoſ reliqua bona quae in eadem uilla poſſident ſibi reſeruanteſ teſteſ

chronologicis traditionum Corbeienſium.

diſſe Hludouuicum imperatorem de conſtruendo in prouincia Saxonica ſuper fluuium Wiſera in villa regia Hucxori in honorem ſancti Stephani protomartyris monaſterio, quod dictum fuit Corbeia æque atque illud, docet nos eiuſdem imperatoris originale diploma, quod in Hiſtoria Corbeienſi æri inciſum in lucem emittere volumus, quodque datum eſt VI Kalendas auguſtas anno X imperii domni Hludouuici (id eſt anno reparatæ ſalutis 824) indictione prima. Cum igitur præfatus *Adalardus* in noſtro monaſterio Corbeia in prouincia Saxonica fuerit abbas ab anno 822 uſque ad annum 826, Chronico Corbeienſi mſcto et coætaneo teſte, ſequitur, traditiones ſeu donationes ſequentes ab anno 822 uſque ad annum 826 eſſe promulgatas. Illud vero hac occaſione lectorem beneuolum monere voluimus, deſignationes annorum in margine adſcriptas non comparere in codice noſtro mſcto, ſed nos eas ex ingenio noſtro, nunquam autem ſine rationibus, ex ipſo contextu traditionum petitis, adieciſſe.

DeSiwarto et loco Haribernesſun.

(c) De *Siwarto*, qui ſator Northeimenſium et Daſſelenſium Comitum videtur, plura dicturi ſumus infra §. 338. *Pagum Fleithi* fuiſſe partim in ducatu Brunſuicenſi, partim in epiſcopatu Hildeſheimenſi, demonſtrabimus infra ad §. 193. Intelligimus ergo per villam *Haribernesſun* vicum Harnbarnſen in epiſcopatu Hildeſheimenſi in præfectura Winzenburg. Eandem villam etiam habet Saracho abbas in ſuo præſtantiſſimo *Regiſtro bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeienſis*, quod codicem noſtrum κατὰ πόδα ſequitur. Cum ergo in ſeqq. ad idem Regiſtrum ſæpe prouocauerimus, initium eiuſdem hoc loco adducere volupe erit. Incipit ita:

> Ego S. indignuſ pro nunc abbaſ monaſterii ſc̄ōrum martyrum Stephani atq;. Uiti Corbeia uulgariter nuncupati hoc regiſtrum bonorum et prouentuum ec̄clię ñr̄ę de uetuſto chartulario in formam ſubſequentem ea qua potui induſtria tranſſcripſi ac redegi et iuſſi conſeruari, ut ſciant tam ſucceſſoreſ mei quam poſteri, quale commodum temporaliſ ſubſidii in ñr̄a ec̄clia ſub canonica et regulari diſciplina domno ñr̄o ih̄u X p̄ō indefeſſe ſeruienteſ et perſeueranter famulanteſ poſſideant ad laudem et honorem omnipotentiſ dei glorioſiſſimeq;. genetriciſ ſemperq;. uirginiſ marię nec non ſc̄ōrum martyrum Stephani Uiti atq;. Iuſtini.
>
> In Haribernesſun in pago Fleithi continentur LXXXX iugera quę habent gunzelin et dietbolt et perſoluent LXXXX modioſ ſiliginiſ. in Scitira in pago Huuetigo megindac habet manſum unum et perſoluet in uno anno XXX modioſ ſiliginiſ et XXX modioſ auenę et IIII oueſ. etc.

Cum autem *Siwartus* in villa Haribernesſun tradiderit eccleſiæ Corbeienſi duos ſeruos, atque ex eo pateat, *Siwartum* fuiſſe dominum ſeu hominem liberum, plures ſeruos et manſos in eadem villa tenentem, obſeruandum id eſt contra Io. Frid. Rhetium, quondam conſiliarium Brandenburgicum et iuris profeſſ. in academia Francofurtana, qui in *Inſtitutionibus iuris publici* edit. Francof. ad Viadrum a. 1683. p. 97. ſeqq. aſſerit, Saxones noſtros a Carolo M. non alia conditione, quam ſeruili ſubiugatos et habitos eſſe. Hæ enim, quas nunc damus, traditiones contrarium docere nos poſſunt, quando in Saxonia noſtra mentionem faciunt liberorum, dominorum, nobilium, comitum et ſeruorum et quidem iis temporibus, quæ proxime ad tempora Caroli M. accedunt. Alia autem in ſententia eſt Gabriel Swederus conſil. Wurtenb. et iuris publici Prof. in academ. Tubing. in *Introduct. ad Jus Publicum* edit. Tubingæ 1701, cum Herm. Conringio p. 59. rectiſſime pronuncians, iura ſua libertatemque non amiſiſſe Saxones, ſed ea cum Francis communia habere cœpiſſe, quibus adſtipulatur Severinus de Monzambano i. e. Sam. Pufendorfius in libro *de Statu Imperii Germanici* p. m. 41. edit. Thomaſianæ. Plura in hanc ſententiam ſcribere poſſemus,

teſteſ qui uiderunt et audierunt enno folcber leutheri efger ſier rainuuarduſ hrodhard badag uuulfhard uuitger godo uuillo humbert . . . . tado marchardus numero XVI. guber-nante Corbeiam Adalardo.

duo fratreſ boſo et benno tradiderunt ſeruum ſuum dictum nomine hroduuertuſ ad reliquiaſ ſti ſtephani teſteſ godhard deddo uuicha dagharod hechard uuilheri hilduuerd numero VII.

§. 3.

Buto comeſ (d) tradidit manſum (D) unum in *pago huuetigo* (e) ſuper

ſemus, ſi opus foret. Illud tamen intermittere non poſſumus, quin aſſeramus, eos quoque falli, qui ſeruitutem ætate demum Caroli M. arbitrantur in Saxonia et Weſtfalia eſſe introductam. Licet enim eo tempore Saxonia multis oppleta fuerit hominibus propriis, inde tamen non ſequitur, Carolum M. demum hanc introduxiſſe ſeruitutem. Ante enim Caroli M. tempora ſeruos et ſeruitutem in omni pæne Germania, et ſic etiam in noſtra fuiſſe Saxonia, docent nos verba Cornelii Taciti, ſic exponentia de moribus Germanorum: *Aleam, quod mirere, ſobrii* (Germani) *inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendiue temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate et de corpore contendant. Victus voluntariam SERVITUTEM adit. Quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. SERVOS conditionis huius per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoriæ exſoluant. Ceteris SERVIS, non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis, utuntur. Suam quiſque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono iniungit: et SERVUS hactenus paret. Cetera domus officia uxor ac liberi exſequuntur. Verberare SERVUM, ac vinculis et opere coërcere, rarum. Occidere ſolent, non diſciplina et ſeruitute, ſed impetu et ira, ut inimicum, niſi quod impune. Liberti non multo ſupra SERVOS ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim et ſuper ingenuos et ſuper nobiles aſcendunt. Apud ceteros imparer libertini libertatis argumentum ſunt.*

(d) *Butonis* nomen in noſtra Saxonia non inuſitatum fuiſſe, ex Hucbaldi Vita Lebuini, quæ in Laurentii Surii Hiſtor. Sanct. Tom. VI. menſ. Nouemb. f. 282 ſeqq. reperitur, conſtat. Cum enim Saxones noſtri in media Saxonia ſecus fluuium Wiſeram et locum *Marklo* nuncupatum, exercerent generale concilium, tractantes communis commoda vtilitatis, Chriſti miles Lebuinus deſtinauit animo, ſe illuc iturum. Spretis quoque dehortationibus cuiuſdam illuſtris ac potentis viri nomine *Folcberti*, adiit Lebuinus iſtud concilium Saxonum in loco *Marklo*, cumque cerneret, Saxones noſtros ad inſtituta proauorum ſuorum numinibus ſuis vota ſoluere ac ſacrificia, in media illorum prorumpit agmina, atque ex improuiſo vociferans, exaltat vocem ſuam vt tuba, redarguens ſcelera eorum et idololatriam, prænunciatque illis, Deum præordinaſſe fortem regem, Saxonum regionem aggreſſurum et gladio, vaſtitate, incendio atque exterminio cuncta depopulaturum, niſi confeſtim pœnitentiam agerent. Quibus dictis Saxones, idololatriæ tenaciſſimi, perſtrepunt vndique clamore confuſo: en ecce adeſt ſeductor ille, ſacrorum noſtrorum et totius inimicus patriæ, æquum eſt, vt debitas ſumat ſuo ſanguine pœnas. Tum ex proximis ſepibus palos rapiunt, detruncant et exacuunt, vt eum illis ſudibus perimerent. Sed inter ipſos tamen erant quidam ſanæ mentis, quorum corda Deus tetigerat, qui hæc fieri in ſanctum Dei omnimodis prohibebant; quorum vnus ceteris honoratior nomine *Buto*, cuius dehortationibus ceteri commoti, communi decreuerunt conſenſu, ne a quoquam impeteretur Lebuinus. An hic *Buto* vnus idemque cum noſtro *Butone* ſit, pro certo quidem affirmare non poſſumus, quia Lebuinum iam anno 766 in *Aldeſale* villa *in pago Twente* mortuum eſſe, et conſequenter hæc ante annum 766 accidiſſe conſtat ex Wilh. Hedæ Hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium p. 38. Interim ex hiſce manifeſtum eſt, *Butonis* nomen in Saxonia noſtra in vſu fuiſſe. Forte noſter *Buto* filius huius ſenioris, et conſanguineus Widekindi M. erat. In De Comite Butone et loco Marklo.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

per fluuium *embrine* (f) in uilla nuncupante *ſcitiru* (g) teſtef helmuni rainger teoduuard gherhard ſehard teoding heribert.

§. 4.

eius enim ſtirpe nomen Butonis non fuiſſe inuſitatum, in ſequentibus videbimus conf. infra Addenda num. 192.

De Manſis.

(d) *Manſum* denotare vnam houam ſiue huobam germanice *eine Hufe Landes*, diſcimus ex vetuſtiſſimo quodam MSćto Regiſtro Prouentuum et Bonorum temporalium incliti monaſterii Corbeienſis, in quo hæc verba leguntur: *In Visbechi continentur ſalicæ terræ quatuor manſi ſiue huobæ, unaquæque eorum LX habens iugera.* Item: *In Heſduni duo continentur huobæ vel houæ, hoc eſt manſi latine, unaquæque earum habens LX iugera, et inſuper XVII iugera.* Item: *In Liuimareſhuſon continentur tres huobæ, id eſt, houæ, hoc eſt manſi, et unuſquiſque manſus ad LX iugera extenditur, et inſuper XXX iugera.* Sic quoque rex Arnolfus dilecto ac fideli comiti ſuo Ekbertho VII idus decemb. indict. V anno DCCCXCII donabat infra terminos pagorum *Tilithi*, *Marſtheim*, *Lainga* et *Bardanga* XXXVI manſos, id eſt, hobas tantæ magnitudinis, vt vnuſquiſque manſus *iurnales* LX haberet in menſura. Hinc J. G. Leuckfeldius in *Antiquitat. Kaltenborn.* p. 95. manſum non recte interpretatur *einen Kehln- oder Meyerhoff auf den Dorffern*; errant quoque Marquardus Freherus Tom. I. *Script. Rerum Germanic.* edit. Struuianæ f. 709, qui per manſum intelligit *eine Morgen Landes*, et Winckelmannus in *Notitia Veteris Saxo-Weſtphaliæ* Libro III cap. 5 de origine et conſtitutione epiſcoporum in Saxonia, vbi num. 40 ita iudicat: *Addictus eſt unicuique eccleſiæ vnus manſus, dictus a manendo. Erat villa conſtans XII iugeribus terræ arabilis, eine Hufe Landes, ut interpretatur auctor Speculi Saxonici.* Ex hoc vero idem Winckelmannus ita concludit: quia Carolus M. duos duntaxat manſos cum XII iugeribus et duobus mancipiis vnicuique eccleſiæ attribuit, ergo Carolus M. voluit, vt ſint clerici pauperes et paruis rebus contenti. Ex falſis autem enuntiationibus præmiſſis falſa ſequitur concluſio. Minime profecto Carolus M. fuiſſet ſapiens, ſi ea, qua vult Winckelmannus, mente præditus fuiſſet. Maiori inueſtigatione et inquiſitione nobis digna videntur verba imperatoris Friderici in diplomate, dato ad annum 1160, indict. X, IIII Kal. Martii, quæ ita ſonant: *Manſi Franconica lingua Lehen appellantur.* In quibus verbis vox *Lehen*, beneficium ſeu feudum interpretanda. Sic manſus rectiſſime denominatur a manendo. Quidquid enim quidam in feudum offert, manet ei, et id poſtulat, vt eædem res ipſi et ſuæ legitimæ poſteritati in beneficium concedantur. *Buto* ergo comes ſe cum LX iugeribus in vaſallum ſeu clientem beneficiarum abbatis noſtri Adalardi, qui conſanguineus imperatoris, atque auctoritate grauis et gloria clarus erat, obtuliſſe videtur.

De Pago Huuetigo.

(e) *Pagum Huuetigo* in comitatibus Pyrmontano et Sualenbergico atque adiacentibus prouinciis quærendum eſſe, multa in noſtris Corbeienſibus euincunt. Ponuntur in hoc pago villæ *Billurbechi*, *Bracu*, *Diringiſa marca*, *Adekenhuſon*, *Muchohuſon*, *Bennanhuſon*, *Valabroc*, *Dadanbroch*, *Sannanibiki*, *Hornan*, *Frotinctorp*, *Vinesbiki*, *Raſſeti*, *Knechtahuſon*, *Bukinhuſon*, *Scuni*, *Berchem*, *Homa*, *Holthuſun* et aliæ, de quibus plura in ſqq. Fuiſſe vero illum *pago Auga*, in quo erat Corbeia noſtra, contiguum, liquet ex diplomate quodam dato in palatio regio *Werla* anno D CCCC XXXX et hactenus inedito. Fuit quoque in hoc pago villa *Liuithi*, de qua non incongruum erit memoraſſe, errare viros doctiſſimos, illam oppidum hodiernum Lüde fuiſſe, prædicantes. Vrbs enim Lüde eſt opus recentioris ſtructuræ, veruſque villa *Liuithi* inter villas deſolatas recenſenda, vti in ſequentibus ſumus oſtenſuri.

De Fluuio Embrine.

(f) Fluuius *Embrine*, hodie dictus die Emmer, per comitatus Sualenbergicum et Pyrmontanum tandem ad villam *Emmer* infra præfecturas Gronde et Oſen influit Wiſeram, quam corrupte Romani dixere Viſurgim, vti id quidem non ex relatione aliorum, vel ex charta geographica, ſed noſtra inſpectione, memoramus.

De Scitiru villa.

(g) *Scitiru* vel *Scitira*. Vtraque placet? a enim et u accuratiſſime in vetuſtiſſimo codice noſtro diſcerni non potuerunt. Annales Rerum Francorum villam hanc modo *Kidroburg*, modo *Skidrioburg*, modo *Skidinburg*, modo *Cidrioburg* appellant.

§. 4.

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

Ymmaduſ comeſ (h) tradidit quidquid habuit de proprio in uilla *uuidiſleue* in pago *hardego* (i) cum hominibuſ hiſ nominibuſ ratbert lanſuit hadubret odilred ſuuanegard lentghard beio unn iſti ſunt teſteſ leutheri rainuuard hrodulf marculf hrodhard abbo uuiglef hripo alfdag iuo odag rainold hrodhard mainbred.

§. 5.

lant. Ex qua denominatione non inepte coniicere placet, locum iſtum burgo, caſtro ſeu caſtello, in altiſſimo monte ſito, vti more Saxonum caſtra conſtituebantur, praeditum fuiſſe. An recentiores hiſtorici illud caſtrum in *Harminiti-burgum* mutarint, parum nobis veriſimile videtur. Interim Erneſtus Caſimirus Waſſerbachius in diſſert. *de Statua Harminii*, *Harminii-burgum* in comitatu Pyrmontano pro celeberrimo *Eresburgo* venditauit, et inde concluſit, *Irmenſulam*, celebratiſſimum Saxonum idolum, Cheruſcorum ducis Harminii ſimulachrum fuiſſe. Quemadmodum vero hanc opinionem nullo niti fundamento, demonſtraturi ſumus, ita, Deo dante, Chronicon quoddam vetuſtiſſimum ex codice authentico, qui in Archiuo Corbeienſi exſtat, in lucem proferemus, e cuius verbis euidentiſſime palam fiet, *Irmenſulam* neque ducis Harminii ſimulachrum fuiſſe, neque in alio loco, quam *Eresburgo* noſtro, quod hodie nominatur *Stadberge*, ſtetiſſe. Quibus ipſis ſententia et Reineccii et Eccardi et aliorum, Irmenſulam in montes Teutonicos intra comitatum Lippienſem ponentium, corruet. Si autem *Scitira* fuit burgum ſeu caſtrum, in altiſſimo monte ſitum, inde poteſt colligi, illud non eſſe hodiernum *Schier*, quod ſplendidiſſimum palatium eſt Dominorum Comitum, de Lippia dictorum, ſed aliud quoddam, inter deſolata caſtra Saxoniæ referendum, caſtellum, quod vel *Butonis* comitis proprium fuit, vel cui Buto a Carolo M. ad illud cuſtodiendum erat impoſitus.

De comite Immado.

(h) *Immadus comes* proprii quid poſſedit in *pago Hardego*. Infra §. 29. et §. 42. inter teſtes reperitur. Donat vero §. 47. ea, quæ habuit in villa *Lithingi in pago Falhon*. An ad ſtemma Widikindeum ipſe pertineat, nomenque *tribui Immedingiorum* dederit, pro certo tibi dicere non poſſumus. Fortaſſe erat filius *Widekindi M.* fraterque *Wiberti*, cuius pronepos, abnepos, et atnepos nomen Immadi ſortiti fuerunt. Sane hæc adfirmatio veritati non plane diſſimilis videtur, quum §. 231. *Immo* quidam inter propinquos matronæ *Folclog*, coniugis comitis *Bevonis* fratris ducis *Luidolfi* ex ſtemmate *Widekindi M.* oriundæ, referatur, qui huius Immadi filius eſſe potuit, a quo *Immed* filius *Reginherni* et *Mathildis* aui et auiæ reginæ *Mahtildis* nomen acceperit, de quibus plura in ſequentibus proferre animus eſt.

De Pago Hardego.

(i) *Pagum Hardego*, et, vti in diplomatibus quibuſdam nominatur, *Harteri*, *Hardago*, *Hartingo*, *Hartgo*, *Hardgo*, *Harthagewi* et *Harthega*, nomen accepiſſe a ſaltu, qui vocatur *Harz*, quique olim Saxoniam et Thuringiam diuidebat, res ipſa loquitur. In hoc pago erat fluuius *Bade* (Bode), utraque *Groninga*, *Winithohus* monaſteriolum (hodie dictum zum Thale ad Bodam non procul ab oppido Blankenburgo) *Darneburc* (Derenburg in principatu Halberſtadienſi inter Halberſtadium et Wernigerodam urbes) *Badveldum* (Bodfelden ad Elbingerodam oppidum), *Rediborum* (Redber), *Abbenrod* (Appenrode ad deſolatum monaſterium Ilſenburg pertinens) *Uplingi* (Uplingen), *Reresheim* (Roresheim in principatu Halberſtadienſi), *Nethidorp* (Neindorf), *Ilſineborg* (Ilſenburg), et aliæ, quibus iam villam *Widisleue* hæ addunt traditiones. Hanc eſſe eam villam, quæ in Corbeienſibus noſtris ad annum 1167 *Widesleue*, ad annum 1333 *Weddesleue*, et 1351 ac 1471 *Weddersleue* nuncupatur, olimque a comitibus de Regenſtein poſſidebatur, hic non eſt, quod adducamus. Illud a ſcopo noſtro alienum non videtur, ſi monuerimus, quod villæ *Uplingi* et *Reresheim* etiam *in pago Derlingi*, qui pago *Hardego* contiguus erat, ponantur, de quibus villis infra egimus copioſius. Si ea etiam vera eſſent, quæ Frid. Lucæ im *Grafen-Saal* p. 156. aſſerit, caſtrum *Hartingau*, quod olim ſedes comitis ſeu iudicis in pago Hardego fuit, et anno 1034, teſtante Lamberto Schafnaburgenſi, deſtructum eſt, in colle ante vrbem Halberſtadium ſtetiſſe, cuius reliquiæ ſint ipſa eccleſia S. Iohannis, domicilium noſtri *Immadi* comitis, ante Halberſtadium urbem.

(k) Villa

Ab anno 822 uſque 826 imperante Hludouuico et

§. 5.

Uuiric tradidit quidquid habuit de terra in uilla *uuillibechi* (k) cum hominibuſ iſtiſ hund uuitta huſi crea bruni horobolla aaluuini uuigiſ uuilme unde iſti ſunt teſteſ *enno comeſ* (1) freſger uuorid tidi huſuuard humbret hrothard horid uuicbrand marcuuard.

§. 6.

Thancold tradidit diſogangum ſuum in pago *habogo* (m) teſteſ oio uualdulf.

§. 7.

De villa Willibechi.

(k) Villa *Willibechi* quonam in pago ſita fuerit, non definiunt traditiones. Si vero aliquid dicendum erit, occurrit 1) *Wibbeke* in dynaſtia Adelipſen in principatu Göttingenſi. 2) *Volbeck* in præfectura Brunſtein eodem in principatu. 3) *Walbeck* in principatu Halberſtadienſi. 4) *Willebeke* in comitatu Bionis comitis Merſſenburgenſis, tempore imperatoris Ottonis III, teſtante *Chronico Montis Sereni* p. 201. 5) *Willerbeke* in montibus Harzicis. 6) Villa *Welbeke* Geronis marchionis, quam ipſe anno 963 monaſterio Gerenrode donauit, teſtante diplomate in Beemanni *Hiſtoria Anhaltina* P. III. f. 168. 7) *Wanbeck* in principatu Göttingenſi in præfectura Nienouer et 8) *Wabeche* fluuius, qui anno 1031 Mindenſem et Hilleshemenſem epiſcopatum diſcernebat, teſtante Diplomate Conradi II cæſaris in I. C. Lunigii *Reichs-Archiv Spicil. Eccleſ.* P. II. im *Anhang* f. 108. Iam quæritur, an ex hiſce, quæ magnam cum noſtra villa *Willibechi* ſimilitudinem habent, vna ſit, de qua loquuntur traditiones? Sed reſpondemus, primum *Willebeke*, *Wabeche* et *Willerbeke* fluuios eſſe. Ergo hi ipſi non poſſunt intelligi, quia *Willibechi villa* nominatur. Deinde quid cauſæ ſit, cur villas *Wibbeke*, *Volbeck*, *Walbeck* et *Welbeke* admittamus, non videmus. Sola ergo villa Wanbeck reliqua eſt, quam hic eam ob cauſam intelligi arbitramur, quia in *Regiſtro Bonorum Abbatiæ Corbeienſis* villa *Willibechi in pago Logne* reperitur, quam vnam eandemque cum hac noſtra fuiſſe putamus. Si ergo *Wanbeck* villæ *Bodenfelde*, quæ infra §. 33. etiam *in pago Logne* adducitur, eſt proxima, iter trium horarum a noſtra Corbeia diſtans, nihil erit reliquum, quo impediamur, quo minus per *Willibechi* villam vicum *Wanbeck* intelligamus. Accedit, quod hiſce temporibus, quemadmodum diplomata noſtra Corbeienſia teſtantur, *Wibricus* quidam in hiſce regionibus comitatum ſuum, et in villa *Ouenhus in pago Auga* domicilium ſuum habuerit; et quod vicus *Wanbeck* olim feudum nobilium de Winthuſen fuerit, qui in villa deſolata *Winethahus in pago Logne*, in ſaltu Sollingano, in loco vulgo dicto *das Wintfeld* ſedem ſuam habuere. Wintfeld vero ad præfecturam Nienouer in principatu Göttingenſi uſque in hodiernum diem refertur.

DeEnnone Comite.

(l) *Ennonem* hunc *comitem* ſine attentione, quæſumus, ne dimittas: infra enim videbimus, illum inter progenitores illuſtriſſimæ familiæ Billinganæ eſſe referendum. An ipſe in pago *Logne*, ſeu pago *Suilbergi* hoc tempore comitatum ſuum habuerit, non liquet.

De Pago Habogo.

(m) *Pagum Habogo* in nullo diplomate hactenus deprehendimus. Vellemus per eum intelligere caſtrum *Hoinboken*, haud procul a villa Brunkenſen in ducatu Brunſuicenſi ſitum, niſi pagum *Aringho* in iſta regione collocare neceſſum foret. Diſtributio Saxoniæ noſtræ per pagos antiquior eſt ætate Caroli M, alioqui dicere vellemus, caſtellum *Hohbuchi*, Albi flumini contiguum, hic poſſe intelligi. De illo Annales Eginhardi ad annum 808. f. 162. ita: *Imperator ædificaris per legatos ſuos ſuper Albim fluuium duobus caſtellis, præſidioque in eis contra Sclauorum incurſiones diſpoſito, Aquisgrani hyemauit, natalemque domini et paſcha celebrauit.* Ex hiſce vero duobus caſtellis vnum eſſe *Hohbuchi*, putat B. G. Struuius, præceptor quondam noſter etiam poſt mortem venerandus, Tom. I. *Script. Rerum German. Marq. Freheri* fol. 19. not. **. cui aſſentitur Reuer. Caſp. Abelius in *Antiquit. Saxon.* p. 134. De illo autem caſtro idem Eginhardus in Annal. cit. ad a. 810. f. 163. aſſeruerat, *caſtellum nomine Hohbuchi Albi flumini contiguum, in quo Odo legatus imperatoris, et orientalium Saxonum fuerit præſidium, a Wilſis eſſe captum.* Idem vero caſtellum ab imperatore Carolo anno 811. reſtauratum eſſe, *Egin-*

§. 7.

Tradidit rotharduſ quidquid habuit in pago *Guddingo* (n) teſteſ mainuuerc guber-nante Corbeiam Adalardo.

Eginhardus l. c. f. 164. et *Annales Francorum Fuldenſes* Tom. cit. Freheri f. 20. teſtantur. Sunt præterea viri quidam docti, qui docere volunt poſt Albertum Stadenſem ad an. 810, et 811, p. 86. ſeq. edit. Witteb. caſtrum *Hohbuchi* eſſe *Hamburgum*. Qua quidem in ſententia ſunt Lambecius, Conringius, Struuius et alii; G. G. Leibnitius autem Tom. I. *Script. rerum Brunſuic.* fol. 30. not. 5. de eo dubitare videtur, ſi ciuitatem *Nocdac*, quæ occurrit in chorographo Ravennate per *Hohbuochi* interpretatur, adeoque vetuſtiorem originem caſtello iſti, ætate Caroli M. tribuere videtur. Et ſane auctoritas Alberti Stadenſis ſcriptoris, qui ſeculo XIII. floruit, nullo modo mouere nos potuit, vt noſtrum aſſenſum in hiſce antiquioribus ei præbere potuiſſemus. Originalia noſtra diplomata ex ſeculo IX ſemper *Hammaburgum*, nunquam vero *Hohbuoki* pro Hamburgo, legunt. Iam vero nullo modo credibile eſſe arbitramur, inter tam anguſtum temporis ſpatium, *Hohbuchi* in *Hamburgum* eſſe tranſmutatum, qui potius ſtatuimus, caſtrum *Hohbuchi* antiquioris originis eſſe, quam imperium Caroli M. Nondum enim demonſtratum eſſe credimus, caſtellum *Hohbuchi* vnum ex duobus fuiſſe, quæ Carolus M. per legatos ſuos anno 808 ædificarit. Tacent de eo verba ex Annalibus Eginhardi adducta. Nullamque habet vim comprobandi hæc concluſio: Carolus M. duo caſtella in Albis fluuii ripa ædificauit, ergo vnum eorum fuit caſtellum *Hohbuchi*. Quis enim omnia caſtella ſuper fluuium Albim numerauit? Et quid poteſt ei reſponderi, qui dixerit, caſtrum Hohbuchi captum eſſe a Carolo M, poſtea maiori munitione cinctum, eique Odonem præfuiſſe ad illud cuſtodiendum. Si autem mos ferebat antiquorum Saxonum, vt aliquando pagi a burgis ſeu inſignioribus caſtellis denominarentur, caſtrum *Hohbuchi pago Habogo* fortaſſe nomen dedit. Aliorum maiori inueſtigationi hæc relinquimus, qui non ſine aliqua probabili coniectura, pagum *Habogo* eundem in Brabantia exſtitiſſe, coniectamus.

(n) Nullo vnquam tempore maiori animaduerſione et diligentia in ſitum, amplitudinem, et villas *pagi Guddingo* inquiſiuere eruditi, quam hiſce recentioribus temporibus. Occaſio pagi definiendi erat longe ſapientiſſimum decretum Sereniſſimi et Potentiſſimi Regis ac Domini Domini Georgii II. Magnæ Britanniæ, Franciæ et Hiberniæ Regis, Fidei Defenſoris, itemque Brunſuicenſium et Luneburgenſium Ducis S. R. I. Electoris atque Archithеſaurarii etc. de academia in vrbe Göttingenſi condenda. Hæc eſt etiam, quæ, vti apud omnes notum atque peruulgatum eſt, viris doctiſſimis, omnibusque, quæ iuuentutis palæſtram poſſunt facere felicem et celebrem, maxime floret. Iam ſi anſeri licet ſtrepere inter olores, putamus, eruditiſſimum ſollertem felicemque antiquitatum indagatorem in der *Zeit- und Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Göttingen* ſatis ſuperque demonſtraſſe, *pagum Guddingo* non inueniri in agro Göttingenſi, ſed in ea parte dominii Homburgici, quæ partim ad Duces Brunſuic. et Luneb. partim ad epiſcopatum Hildesheimenſem pertinet, et in qua vrbes Gronau et Eltze reperiuntur. Villæ enim in hoc pago erant ſecundum filum diplomatum quorundam *Midele* (Mehle in præfectura Poppenburch, cuius eccleſia regitur a diacono morante in Eltze), *Sualenhuſen* (hodie dicitur Saltz-Hemmendorf), *Oſithe* (Oſede prope Eltze), *Ledhi* (villa deſolata haud procul ab vrbe Gronau, cuius templum adhuc ſupereſt, quod ipſi ante aliquot annos oculis noſtris vidimus) et *Amplithi*, quæ vltimæ villæ etiam in hiſce traditionibus §. 58. 94. 108. 203 et 356. cum Medeli et aliis reperiuntur. De villa *Amplithi*, hoc loco aliquid licitum erit prælibare. Putat illuſtris auctor Lib. cit. P. III. p. 11. per *Amplithi* villam, villam *Empenam* ſatis commode poſſe intelligi. De hac villa *Empena* auctor chronici Hildeſ. T. I. S. R. Brunſ. Leibnit. f. 756. narrat: *villas Zerſtede* (hodie Sarſted in epiſcopatu Hildeſ. in præfectura Ruthe) *et Empnam per ducem Brunſuicenſem Albertum eſſe deſtructas, mortuo autem duce per epiſcopum Hildeſienſem Sifridum reſtauratas, et Empnam in tutiori loco locatam mutato nomine Gronove appellatam eſſe.* Hæc autem inſtauratio, et villæ Empnæ tranſportatio ſi vera eſſet, ante annum 1310 accidere debuiſſet, quia ex mente cuiuſdam Annaliſtæ anno ſuperiori patribus ſuis cum geographia ſua adgregati, Sifridus

De Pago Guddingo.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

uuerc uuulfger theoddag bernhard friduard aſculf ricger had uuillic ſiuuard hrodman hadaret hierita ado reduuert.

§. 8.

Tradidit hunold quidquid habuit de proprio in uilla *fuilmi* (o) in pago *laingo* et in uilla *autburga* in pago *aſterburgi* (p) teſteſ hildibern helmbold folcric heribert haduuuerc ferigiſ.

§. 9.

epiſcopus eodem anno 1310 mortuus eſt. Quod vltimum vero falſum eſſe teſtabuntur noſtra Corbeienſia. Sed totam hanc narratiunculam, de reſtauratione et poſitione villæ *Empnæ* in tutiori loco, fictitiam eſſe, docet nos originale diploma, quod e manibus viduæ de Embden cognatæ noſtræ, in vrbe Alfeldia habitantis, accepimus. Ex eo enim apparet, villam *Empne* anno 1351 nondum inter deſolatos fuiſſe vicos, quia Hannes, Ludolf et Hartwich fratres de Brugem dimidiam decimam ſeu den haluen rodthegheden in villis *Dedenſen* et *Empne* Iohanni de Empne in feudum dant, ſaluo iure, ſi quod haberet in illa, epiſcopi Hildeſienſis. Hiſce præmiſſis, maior diſſonantia inter *Empna* et *Amplithi* nobis videtur, quam vt nomen vtrumque in vnam maſſam conflari poſſit. Neque eam ob cauſam credere poſſumus, villam *Amplithi* eſſe Empnam, ſiquidem in toto archiuo Corbeienſi ne veſtigium quidem deprehendimus, abbatiam noſtram in villa *Empna* vnquam aliquid poſſediſſe. Quodſi autem per villam *Amplithi* intelligeremus vicum *Emplede*, vti originale diploma ad annum 1332 legit, vicum ſcilicet haud procul a monaſterio Wennigſen ſitum, probabile quid et veriſimile proferremus. Etſi enim nobis obiici poſſet, vicum *Empelde* verſus Haleram fluuium iacere, et ſic longius diſtare, quam vt ad pagum Guddingo referri poſſet, tamen reſpondemus, 1) villam *Empelde* ne duo quidem milliaria ab vrbe Eltze abeſſe, 2) quæſtionem eſſe de hoc: num pagus *Guddingo* non maior fuerit, quam hucusque ſit creditum? et 3) ex villa *Amplithi* atque aliis poſſe probari, hunc pagum ſe extendiſſe latius, et vltra regionem circa Eltze vrbem (quæ anno 1338 adhuc erat *en Dorp*) et Gronau oppidum patuiſſe: 4) Multas alias villas ad Haleram fluuium in hoc pago quondam eſſe potuiſſe, quas diplomata nobis nondum aperuerunt, et 5) pagum *Aringho* nobis non obſtare: pagum enim *Aringho* non in comitatu Hallermundano, ſed circa caſtrum *Hoinboken* et vrbem Alfeldiam in epiſcopatu Hildeſienſi exſtitiſſe, infra oſtendemus et videbimus. *Amplithi* ergo *Empelde* eſt. Primum enim ex hiſce traditionibus §. 58. apparet, in villa Amplithi fuiſſe ſalinas; in vico *Empelde* vero olim *Saltkoten* ſeu ſalinas eſſe repertas, ex originali diplomate ad annum 1354, quod cum pluribus aliis originalibus chartis de hac villa in noſtris manibus eſt, patet. Deinde olim cum bonis Corbeienſibus in hoc vico *Empelde* nobiles domini de Dorſtad infeudabantur, qui nobiles de Dorſtad bona ſua feudalia anno 1376 monaſterio Wenigheſſen vendiderunt, vti rurſus diploma originale, quod ipſum etiam poſſidemus, docet.

De punćto litteræ i.

(o) In margine codicis noſtri eſt *Fiulmi* alia manu adſcriptum, et quia in hiſce antiquioribus nunquam (.) ſuper i ponitur, hinc elige lećtionem, quæ tibi maxime placeat, licet nobis lećtio Fuilmi magis arrideat. Ioannes Tolandus rećte monuit, ſeculo demum tertio ac decimo litteræ iota punćtatum fuiſſe ſuper impoſitum. Ignorantia latini ſermonis ingruens tunc id diſcrimen exegit.

De pago Aſterburgi.

(p) Situm *pagi Laingo* inueſtigaturi e re noſtra eſſe iudicamus, eadem opera quoque ſitum pagi *Aſterburgi* oſtendere. Hi enim duo pagi hic coniunguntur. Fortaſſis ergo *Laingo* regio non longe ab *Aſterburgi* pago abfuit. Pagum autem *Aſterburgi* diſtinguendum eſſe a pago *Aſterga*, intra epiſcopatum Bremenſem ſito, arbitramur. Pagum enim *Aſtergo* ad epiſcopatum Bremenſem olim pertinuiſſe, indicant verba S. Anſgarii noſtri, primi Hamburgenſium archiepiſcopi. Hic enim in Vita et Geſtis S. Willehadi p. 666. (edit. a I. A. Fabricio in Memoriis Hamburg.) ita, *memoratus*, inquit, *præcellentiſſimus princeps* (Carolus), *in Wormatia poſitus ciuitate, ſeruum Dei Willehadum conſecrari fecit epiſcopum, tertio idus Iulii, conſtituitque eum paſtorem atque rectorem ſuper Wigmodiam et Laras, et Ruiſtri*

§. 9.

guber-
nante
Corbe-
iam Ada-
lardo.

Tradidit eilger pro anima fratrif ſui manſum unum - - - - - - - - teſteſ hildibern helmuuard heribert helmuuert gherbern ico keto. aſulfuſ tradidit in uilla *falohuſ* (q) quidquid ibi habuit uidelicet manſum unum

Ruiſtri et ASTERGA, nec non Nordendi et Wanga, vt inibi auctoritate epiſcopali et præeſſet populis, et, vti cœperat, doctrina ſalutari, operibusque eximiis, ſpeculator deſuper intentus prodeſſe ſtuderet. Pagi *Aſterburgi* autem meminit idem S. Anſgarius, quando l. c. p. 681. narrat, quandam feminam, quæ fuit *Adſuit* nomine, ex *pago Oſtarburgo* ex villa *Baldrikeſwich* natam, paralyſi valde grauiter et diu vexatam ad templum S. Willehadi deductam et diuino nutu priſtinæ incolumitati redditam fuiſſe. Vti vero diœceſis Bremenſis olim longe lateque patuit, ita diploma imperatoris Heinrici III ad annum 1048 oſtendit, regionem Aſtergo præcipue in Friſia ſitam fuiſſe. Heinricus enim cæſar, in ciuitate Bremenſi præſens, archiepiſcopo Adelberto donat Freſiæ Comitatum, ad quem Herlinga, Nordendi, Auria, Wanga, *Aſterga* et Ruſtria referebantur. Per *Aſtergam* vero hic intelligi Oſtringiam regionem, in Friſia orientali ſitam, manifeſtum eſt. Pagum vero *Aſterburgi* non in epiſcopatu Bremenſi, ſed in comitatu Schaumburgico et in epiſcopatu Mindenſi exſtitiſſe, ex villis, quæ in hoc pago collocantur, coniicere placet. *Aſterburgi et Oſtarburg* vnum idemque eſſe, res ipſa loquitur. Litteras enim a et o in veteribus documentis facillime inter ſe permutari, pluribus exemplis demonſtrari poſſet, ſi neceſſum foret. Hac vero vice ſufficiat indicaſſe Oſtfaliam, quæ ſæpiſſime quoque appellatur Aſtfalia. Fuere autem in hoc *pago Oſterburg*, teſtante diplomate imperatoris Arnolfi, (quod ex mente viri cuiuſdam doctiſſimi ineditum eſt, iam vero exſtat in Ch. Phil. Dohmii *ſtricturis, ad hiſtoriam cœnobii Mollenbeccenſis pertinentibus* p. 25. ſeqq. Rintelii 1720 excuſis, aſt mancum, ideoque ex MScto in Hiſtoria Corbeienſi integre reddendum) 1) *monaſterium Mulinbike*, id eſt, Möllenbeck in Comitatu Schaumburgico ad Wiſeram haud procul ab vrbe Rintelio; et 2) *Acriſten*, id eſt, Eckerſtein, vti iam dudum ita explicauit Lerbeccius in *chronico epp. Mind.* T. II. S. R. Brunſuic. Leibnitii f. 161. 3) In I. Frid. Schannati *Corpore Tradit. Fuld.* p. 303. n. 67. adducitur villa *Roda* ſita in pago Oſterburga, quæ eſt vel villa *Honrode* in comitatu Schaumburgico, vel *Rodenberg*, eodem in comitatu ſita, teſtante Cyriaco Spangenberg in *der Schaumburg. Chronica* f. 2. et 40, vel *Roden caſtrum*, quod anno 1353 Gerhardus epiſcopus Mindenſis, iſque Comes de Schowenborch, comparauit a militibus de Seſmele et de Scelen, teſtante Lerbeccio l. c. f. 191, vel *Rodenbeke*, circa ciuitatem Minden l. c. f. 198. 4) in eodem pago erat *Lochtenum*, Lachen non procul a monaſterio Visbeck in comitatu Schaumburgico, teſte Spangenbergio l. c. f. 258, et 5) *Autburga*, per quam Arnsburg in eodem comitatu intelligimus. Quod autem denique ad *pagum Laingo* attinet, olim in Friſia orientali quandam regionem fuiſſe *Lenghene* dictam, auctor anonymus chronici Raſtadenſis Tom. II. Script. Rerum Germ. Meibomii f. 105. ſignificat his verbis: *His etiam temporibus comes Chriſtianus terram Friſiæ, quæ LENGHENE dicitur, propter malitiam furum et incendiariorum in ea habitantium incendiis et rapinis deuaſtat.* Habitatores huius regionis etiam nominabantur *Lengenarii* et probabiliter in ea *Lengene* locus erat, quem circa annum 1458 Gerhardus Oldenburgenſis Comes, frater Mauritii, combuſſit, et eam ab cauſam Friſones irritauit, vti *Chronica Oldenburgenſium Archicomitum* Tom. II. S. R. G. Meibomii f. 179. teſtantur. Cum ergo in principatu Oſtfriſiæ ſit flumen Lage vel Lange, influens in Emiſam fluuium; *Fuilmi* vero villa in quodam Regiſtro bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeienſis nominetur *Follun*, per villam Fuilmi *Vollen* in Friſia orientali intelligi, arbitramur. Confer infra §. 241.

(q) *Falohus* villa erat in vicinia noſtræ Corbeiæ et in *pago Nithega*. Sita autem hæc villa olim fuit in epiſcopatu Paderbornenſi prope monaſterium *Gerden* et oppidum Peckelſen; iam vero eſt deſolata. Reliquiæ adhuc nominantur in ea regione *das Vaelhuſer Feld*. Joh. Letznerus quendam Ottonem de Vaelhuſen, vt ſolet, ſibi fingit, quem perhibet adhuc anno 839 in viuis fuiſſe, eidemque Carolum

De villa Falohus.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

unum cum siluis et mancipia decem theodrad et uxor eius cum infantibus IIII nec non maynred uuilman folculf aluo testes asulf tado asika liutdae heriger tado graculf haduuuert helmuuard.

§. 10.

Tradiderunt duo fratres uualtmer et reutmer pro remedio animae fratris sui hominem nomine aso cum uxore et infantibus testes ingadag oio aildag bernuuard niithard albmer addic uualdulf uuihelm uualding teodo heinric liutdag.
tradidit osdac in *guddianstede* (R) quidquid ibi habuit siue in hominibus siue in terris seu etiam in siluis testes hildiuuert throitbold uuillet hildiger aico.

§. 11.

Tradiderunt duo fratres hrodold et teutmar in *uuaritbeke* (r) de terra iurnales (s) IIII testes hildibern oio helmulf heriman halmger rainold baio hroduuard.

§. 12.

lum M. locum quendam ibidem inhabitandum donasse, quem eius posteri dicti *de Valhusen* possederint, vsque dum vltimus huius familiae concesserit naturae. Quemadmodum igitur hic aperti mendacii arguitur Lerznerus, sic desinant aliquando viri eruditi cum Lerznero fabuloso, qui in antiquioribus plerumque nugas habet, venales ineptire. Est autem villa *Falohus* eadem villa, in qua decimam Wernerus de Brakel (non Wernerus de Bruck, vti *Origin. Pyrmont. & Sualenb.* p. 53. et 57. volunt) in beneficio seu feudo tenuit a Volquino comite de Sualenberg. Minus bene ergo villa *Valhusen* l. c. *Walhusen* hoc loco intelligitur. Asulfus, qui bona tradidit in hac villa, videtur fuisse *Asolf*, qui anno 815 bona quædam tradidit ecclesiae Fuldensi in pago Grapfelde in villa Rannungu, testante I. F. Schannat *Corpore Trad. Fuld.* p. 118. Fortassis is est Esulfus, qui infra §. 104. inter cohæredes ducis Ostfalorum *Hessi* refertur.

De villa Gudianstede.

(R) In registro nostro MSto bonorum Corbeiensium villa *Gudianstede in pago Falim* reperitur, quam vnam eandemque cum hac nostra *Guddianstede* esse, minime dubitamus. Exstitisse autem pagum *Falim* in ducatu Brunsuicensi et episcopatu Hildesiensi, et quidem iis in regionibus, quae Brunsuicum et Guelpherbitum vrbes occidentem versus attingunt, infra §. 35. pluribus monstrabimus. Quodsi ergo in episcopatu Hildesiensi in praefectura Peina vicus quidam nomine *Gadensted* reperitur, per Guddianstede villam, eundem vicum *Gadensted* intelligimus, qui in litteris e seculo XIII et XIV adhuc *Goddensted* et *Godensted* adpellatur, tandem vero *Gadensted* dicitur. Per *homines*, quos *Ordac* monasterio nostro donauit, mancipia intelligi arbitramur. Totam enim Saxoniam nostram mancipiis fuisse oppletam, passim hae Traditiones, nostraque Corbeiensia monumenta approbant, de quibus in Obseruationibus nostris historicis de *Vitusmanno* pluribus egimus.

De villa Waritbeke.

(r) *Waritbeke* villa erat, testante Registro nostro in nota (R) citato, *in pago Auga*, iam vero desolata est. Situs fuit locus in campo Stummergenfelde supra Huxariam in loco dicto *Varbeke*. Insignis olim praepositura in campo Lüre, vulgo dicta *Negenkercken* seu Ecclesia Nova prope Corbeiam, ab abbate Corbeiensi Adalgerio anno 863 fundata, in eadem villa *Varbeke* bona quædam possedit, quae sine dubio fundator eius, qui frater Archiepiscopi Hamburgensis eiusdem nominis fuit, eidem praepositurae donauit, vti *Registrum MSctum bonorum huius praepositurae* testatur.

De Iurnalibus.

(s) *Iurnalem* denotare iugerum, *einen Morgen Landes, ein Tagewerk zu mehen*, ex diplomate regis Arnolfi patet. Cum enim dilecto comiti suo Ekbertho XXXVI mansos, id est, hobas, vti supra §. 3. not. (D) didicimus, donaret, vnaquaeque hoba habebat iurnales (iournées) sexaginta, id est LX iugera, vti in nostro registro MSto et loco excitato definitur. *Teutmar*, qui hæc bona cum fratre *Hrodoldo* tra-

§. 12.

Tradidit eisgot in pago *uuimoa* (t) in uilla nuncupante *uuerihem* de gango medietatem testes theodger rainuuere ghikin. gubernante Corbeiam Adalardo.

§. 13.

Tradidit uuago pro remedio animae fratris sui hildiuuard in uilla *immanhus* mansum *indominicatum* (u) et per omnia quidquid ibi habuit testes oio addic uualdulf mainhard.

§. 14.

tradidit, probabilissime ad familiam Brunonianam spectauit, de quo momento infra videbimus potiora.

(t) *Wimoa* pagum intra episcopatum S. Willehadi i. e. Bremensem exstitisse, iam supra not. (p) ex S. Ansgarii verbis didicimus. Nomen huius pagi merito deducitur a fluuio *Wimme*, qui oritur in episcopatu Verdensi, et a flumine Wisera in ducatu Bremensi excipitur. Accolae vero fluuii Wimmae in vtraque ripa *Wigmodi* vocabantur. Pagum eundem *Wimodiam* vsque ad fluuium Wiseram se extendisse, et ei confinem fuisse villam *Liusti* (non Luisti, vti ill. Grupenius in *Discept. For.* p. 547. cum C. F. Paulini legit) Originale diploma Hludouuici imperatoris in archiuo Corbeiensi ad ann. 833 testatur. Villas, in hoc pago quondam sitas, ex veterum documentis adnotauimus sequentes. 1) *Bremon* ad annum 782. 2) *Lesmona* in terra Wigmodiae ad annum 1050, cuius situm ex verbis hisce Henrici Wolteri *Chron. Brem.* T. II. S. R. G. Meibomii f. 34. cognoscere licet: *In diebus illis* (scil. post annum 1035) *venerunt piratae in Wesseram fluuium usque in* Lesmoniam *et deprædarunt terram circumquaque, et fugati tandem a Bremensibus sunt, et, qui remanserunt capti et necati.* Quibus addimus verba Chronici Rastadensis l. c. f. 102. *Eodem tempore* (anno 1234) *transfertur per Gerhardum II, archiepiscopum* (Bremensem) *monasterium monialium cisterciensium ab Utbremen in vallem liliorum, quod Gerhardus primus eius prædecessor, qui solo triennio regnauerat, de Walde in Lesmonam traduxerat, et postea in Utbremam, et incorporauit ecclesiam in* LESMONA *monasterio prædicto, et dedit collationem abbatissæ et conventui ibidem.* 3) *Medemahem*, 4) *Medlistan fadarvurd*, et 5) *Westrifranbeverigisati* anno 822. seqq. quae vltima villa forte ea fuit, quae postea *Bedericksa* castrum, haud procul ab vrbe Brema positum, nuncupata fuit. 6) *Urlaha* et *Ottingha* ad annum 937. Sic enim interpretamur diploma Ottonis M, quod reperitur in Lunigii *Reichs Archiv Spicileg. Eccles.* P. I. im *Anhang* f. 3. et ex Sagittarii *Antiquit. Magdeb.* in Jo. Georg. Eccardi *Historia Genealogica Principum Saxon. Super.* f. 135. seqq. perque locum *Urlaham* intelligimus *Orle*, locum haud procul ab oppido Bremervöhrde situm. Ad explicationem vero villae Werihem iam nihil addimus praeter verba Henrici Wolteri l. c. f. 70. *Christianus* (comes de Oldenborg) *dedit pro liberatione sua in pignus terram Worden cum omnibus attinentiis, spectantibus ad dominium suum in* WIGMODIA, *puta Lee et Zanstede et facta est pax inter comites Oldenburgenses et Bremenses, amissa victoria a comitibus.* Praeter has villas in viri clariss. doctissimique D. Gebhardi *Marchionibus Aquilon.* p. 50. reperimus eidem pago *Wimodi* anno 1062 esse tributam *Liestmone* in comitatu marchionis Udonis, cum insulis *Bremensi* et *Lechter*, et cum paludibus *Linebroch, Asebroch, Aldenebroch, Weigevibroch, Hachtingebroch, Brinscimibroch*, et *Weigeribroch*, de quibus alio tempore pluribus differendi erit locus. De pago Wimoa.

(u) Verbum *indominicatum* ex nostro fatemur ingenio nos substituisse. Non potuit enim distincte legi verbum, quod valde doluimus, quia in nomine deleto res magni momenti latet. Posset etiam quis legere *in ducatu.* Certe litteræ o. m. et i. absunt, itemque finale m. et ita scribitur: *in dncatu.* Abbreuiaturæ autem seu scripturæ compendia in nostro codice vel nullæ vel perpaucæ sunt. Si ergo tibi arrideat prior lectio, facillimum est recordatu, vocem istam *indominicatus* sæpissime in diplomatibus occurrere. Qui enim tradebat mansum indominicatum, donabat mansum dominio principis non obnoxium, sed liberum ab aduocato ac Domino proprium, eine Herrenbrede. Si vero posterior lectio tibi, vt mihi quoque ea adridet, magis placeat, quam prior *ducatus Ostfaliæ* indicari videtur. De voce indominicatum.

§. 14.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

Tradidit beno in uilla nuncupante *buria* (v) quidquid ibi habuit teſtef bilif hobert raduuerc helmuuerc ſiuuard.

§. 15.

tur. Vnde demonſtrari poterit, errare multos viros, alias præſtantiſſimos doctiſſimosque, qui in Jurisprudentia Publica Imperii Romano Germanici aſſerunt, Saxoniam noſtram ante Hermannum, Billingi filium, nullos habuiſſe duces cum propria poteſtate præter Cæſares. Hæc ergo ſententia cum multos inuenerit patronos atque adprobatores, nos in Hiſtoria Corbeienſi originale diploma cæſaris Hludouuici æri inciſum dabimus, quo ſumus contrarium oſtenſuri. Vt autem quædam hic prælibemus res ipſa poſtulat. Omnes mecum fatebuntur, *ducatum* ſine poteſtate ſibi fingere, eſſe idem ac cum ratione inſanire. Fuiſſe vero in vtraque Saxonia *ducatum*, ex hiſce traditionibus patet, quibus quippe vt coætaneis et ætati rerum geſtarum ſuppariibus omnino fides videtur habenda. Iam ad argumenta dominorum iuris peritorum reſpondebimus vnum et alterum. Monemus, 1) diploma in Hiſtoria Eccleſiaſtica Adami Bremenſis, ad quod prouocant, eſſe fictitium, 2) Eginhardi verba non comprobare ea, quæ comprobare debebant, 3) idem nos pronunciare de verbis Poëtæ Saxonis, a Domino Illuſtri Johanne de Cocceii in *Juris publici Prudentia* cap. III. Sect. 3. adductis, 4) Heinricum aucupem maiori quidem poteſtate regnaſſe in Saxonia, inde vero non ſequi, ante eius tempora Saxones noſtros nullos habuiſſe duces, 5) 6) et 7) Helmoldi, Alberti Stadenſis, aliorumque recentiorum, tanquam non coætaneorum nihil euinci poſſe. Si denique putant, ex nullo idoneo auctore contrarium poſſe doceri, has traditiones, quas nunc primum edimus, noſtraque Corbeienſia oſtendunt, neque Cocceium, neque alios ſuffeciſſe euoluendis omnibus auctoribus, nec diplomata omnia vidiſſe. Hiſce præmiſſis, perquirendum nobis eſt, quænam intelligatur villa per *Immanhus*. Multæ in noſtra Saxonia olim fuere villæ, quarum nomina cum hac villa noſtra conuenire videntur. Primum ex hiſce traditionibus diſcimus, et quidem ex §. 155, villam Immichuſen referri *ad pagum Niftarſi*, quondam comitis *Ekberti proprium*, quem Carolus M. *ducem præfecit Saxonibus, qui inter Rhenum et Wiſurgim, maxima flumina, inhabitabant*, teſte Uffingo, Monacho Werthinenſi, in *Actis Idæ duciſſæ* Tom. I. S. R. Brunſuic. Leibnitii p. 172. Hæc villa hodie dicitur *Himmighuſen*, ſita in epiſcopatu Paderbornenſi, olim ſedes nobilium de Schilder, iam vero dominorum de Donop. Poſtea reperitur villa *Imminghuſen* in comitatu Waldeccenſi in præfectura Lichtenfels, quondam *in pago Itergowe*. Deinde erat olim comitatus quidam *Immedeshuſen* dictus in locis Soratfeld, Sinutfeld, Almunga, Treueresga et Burclaun, etiam in Saxonia occidentali inueniendus. Tum eſt villa *Immſen* non procul ab vrbe Alfeldia in epiſcopatu Hildeſienſi, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in vico Wiſpenſtein obuiæ, ad nobiles Dominos de Steinberg referenda. Poſtea dynaſtia *Imbshuſen* in principatu Grubenhagenſi ad dictos L. B. de Steinberg ſpectat, in qua eſt *Imbshuſen*, vbi nobilium domus eminet et Lagerhuſen. Tum vero eſt villa quædam *Imbſen* itidem in principatu Göttingenſi in dynaſtia Levenhagen, quam nobiles de Stokhuſen, mareſchalli hereditarii abbatiæ noſtræ Corbeienſis, incolunt. Deinde olim fuit villa quædam *Immenſe* dicta, quæ iam deſolata, ad ſiluam Thrimming, hodie appellatam *der Drömling*, in aduocatia Steinbeke ad nobiles dominos de Bartensleben, quorum vltimus anno 1742 naturæ conceſſit, referenda. Denique etiam in Regiſtro Abbatis Sarachonis villa *Immadeshus* refertur *ad pagum Heſſi Saxonicum*, quæ probabiliſſime eſt oppidulum *Immanhauſen* in Landgrauiatu Haſſiæ intra præfecturam Grebenſtein. Hoc loco intelligi vicum *Immſen* non procul ab vrbe Alfeldia, patet ex eodem Regiſtro Bonorum et Prouentuum abbatiæ Corbeienſis. Retulit enim eamdem Abbas Saracho *ad pagum Aringho*, quem in regione vrbis Alfeldiæ exſtitiſſe, infra demonſtrabimus. Quodſi autem pagus *Aringho* in Saxonia orientali, et villa *Immanhus*, in eodem pago poſita, fuit in *ducatu*, tum profecto ſequitur, iam tempore cæſaris Hludouuici exſtitiſſe *ducatum* in Saxonia et ea quidem orientali.

De villa Buria.

(v) Villam *Burta* tribuit Saracho Abbas in præſtantiſſimo ſuo Regiſtro *pago Almunga*, qui ſitus erat in epiſcopatu Paderbornenſi ad flumen dictum *die Alme*, vti infra videbimus. *Buria* ergo erit *Buren* in dynaſtia Büren in Paderbornenſi principatu,

§. 15.

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

Ricbert comes in pago *derlingo* in campo *bochinafeld* (w) tradidit quidquid

tu, quam probe discernas velim a vico *Buhren*, sub præfectura Munden in principatu Gottingensi posito.

De pago Derlingo.

(w) Pagum *Derlingo* exstitisse in aliqua ducatus Brunsuicensis ac Luneburgensis, nec non principatus Halberstadiensis, parte, comprobant villæ, quæ in veterum documentis atque actis publicis eidem pago tribuuntur. Cum itaque hic idem pagus sit, in quo serena luce fruimur, in quo auram dulcissimam trahimus, et in quo sub SAPIENTISSIMI CLEMENTISSIMIQVE PRINCIPIS AC DOMINI CAROLI, BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS SERENISSIMI, viuimus, ea propter placet nobis, huius pagi paulo pleniorem dare descriptionem, vt pateat cunctis, id extra omnem dubitationis aleam esse positum, si, eundem pagum in ducatu Brunsuicensi atque Halberstadensi episcopatu olim esse repertum, pronuntiauerimus. Nomen accepisse hunc pagum a veteribus Germaniæ populis *Derlingis*, res omnino est probabilissima. Hos olim appellatos esse *Herlingos* seu *Herulos*, viri quidam doctissimi aiunt, atque illos intelligunt *Herulos*, qui, patria relicta, sedes suas habuerunt ad mare Germanicum eadem in regione, quæ Frisiam occidentalem atque Albim fluuium interiacet, quamque hodie Frisiam orientalem, comitatum Oldenburgicum, et Ducatum Bremensem appellamus. Quamuis enim Leibnitius hanc regionem *Varnis* seu *Werinis* quoque tribuerit; negari tamen non posse plerique censent, *Warinos* tantum temporis successu in Belgio et Frisia occidentali habitasse, *Herulos* autem Werinorum fuisse conterminam gentem. Quæ quum ita sint, iudicant hi docti porro, *Thuringos* non esse potuisse, qui *Hadolaun*, hodie dictam Hadeliam, *das Hadelerland*, in ducatu Bremensi, eo tempore incoluerunt, quo *Saxones* nauibus aduecti his regionibus accesserunt, vti Widekindus noster loquitur Annal. Lib. I. p. 629; sed *Herulos*. Si enim tota regio inter Albim atque Frisiam occidentalem ad *Herulos* spectauit, eadem *Thuringis* esse non potuit obnoxia vel habitata.

Quo anno, quaque e regione, *Saxones* aduenerint, in nullo scripto veterum relatum legimus. Coniecturæ ergo defectum rei omissæ supplere debent. De primo *Saxonum* aduentu in Europam, de quo exponit Widekindus l. c. qui *Saxones* nostros reliquias fuisse exercitus Alexandri M. perhiber, dicere certi nil audemus. Claudius enim Ptolomæus, seculi secundi scriptor, iam eorum in Geographiæ Lib. II. c. 11. et quidem primus meminit, significans, eos *supra dorsum Cherſoneſi Cimbricæ*, id est, in Jutlandia habitasse. Fortasse ex eodem Jutlandia venere Saxones nostri, nauibus in Hadeliam aduecti. Minus enim probabilis nobis videtur sententia Einhardi, qui perhibet, *Saxonum gentem ab Anglis, Britanniæ incolis, egressam, per oceanum nauigantem, Germaniæ littoribus studio et necessitate quærendarum sedium appulsam esse in loco, qui vocetur Hatheloë.* A Germanico enim littore Angli seu Saxones potius in Britanniam transierunt, vti probant Gildæ *Historia*, per Thomam Gale edita, et Nennii *Historia Britonum*, ab eodem Thoma Gale in lucem emissa, nec non Bedæ *Historia Ecclesiastica gentis Anglorum*. Hic vltimus refert, Saxonum gentem, anno 409 a Vortigerio rege Britonum inuitatam, in Britanniam nauibus esse aduectam. Ante annum itaque 409 Saxones in Hadeliam aduenisse, statuere debemus. Quamuis autem *Herlingi* a Saxonibus oceano sint pulsi, et profligati, ideirco tamen non extirpati fuisse funditusque deleti videntur. Videntur potius Saxones reliquias gentis pulsæ ad tributa pendenda condemnasse, atque illis inter sese habitandi donasse libertatem. Eosdem *Herlingos* postea esse dictos *Derlingos* perhibere porro licebit. Facile enim ex *Herlingis Derlingi* fieri potuerunt, ita, vt pronomen teutonicum *de* (illi) coaluerit in *Derlingi*, quasi dicti *de Herlingi*. Sunt, qui ex Osterlingis per celeriorem pronuntiationis rationem prodiisse existimant. Nostrum non est lectori imperare. Relinquimus cuique arbitrium sentiendi. Optet et deligat lector, vtrum malit.

Hisce præmissis, quæritur, quanam in regione *pagus Derlingi*, qui etiam *pagus Derlingo* in traditionibus nostris appellatur, exstiterit? et respondemus merito, id ipsum e chartis veterum nos docere posse. Ex his enim discimus primo, olim pagum *Derlingo* aliquam Halberstadensis diœceseos partem comprehendisse.

quid ibi habuit teſteſ bennuco beuo enno (x) focco uuidrad dio theadinch.

Ab anno 822 vſque 826 imperante Hludouuico et

§. 16.

diſſe. Cæſar enim Hludouicus in diplomate quodam, in I. C. Lunigii *Reichs Archiv*, et quidem in *Spicilegio Eccleſ.* P. II. im *Anhang* p. 15. reperiundo, *Halberſtadienſis eccleſia*, inquit, *conſtructa eſt in honorem Chriſti ſuique protomartyris Stephani ſuper fluuium Holtemme in pago Hartingowe, cuius parochia piiſſimi patris noſtri Caroli imperatoris auguſti ſtatuta et determinata eſt his pagis* DARLINGOWE, *et Northuringowe, et Belenisheim, Hartingowe, Suauia et Haſſigowe.* Quodſi perhibere velles, quædam huic diplomati ineſſe, quæ ei falſitatis notam inurere poſſint, eo quod annus Chriſti 814 more tunc prorſus inuſitato adiectus adparet; ſcias tamen velim, id ſemper pro genuino eſſe reputatum, ac teſte Chronico Halberſtadenſi Tom. II. S. R. B. Leibn. p. 121. Arnolphum Halberſtadenſem epiſcopum tempore cæſaris Heinrici II a Benedicto Papa confirmationem et priuilegium impetraſſe *ſuper terminis epiſcopatus Halberſtadenſis, et hos pagos Hardengau,* DERLINGAVE, *Nortiringen, Belekiſchem, Sueuiam et Haſingowe, excepta tamen determinatione inter viam quam dicunt Friederichsweg ac tres fluuios Albiam, Bodam et Oram* (id quod ad diœceſin ſpectabat Magdeburgenſem) *et quantum per interuentum Heinrici imperatoris Merſeburgenſi eccleſiæ eſt permiſſum, et omnia quæ Ludouicus imperator Halberſtadenſi eccleſiæ præconceſſerat, auctoritate priuilegii apoſtolici obtinuiſſe confirmari.*

In orientali parte fluuii Ouacrae, qui, vti infra demonſtrabimus, Halberſtadenſem et Hildesheimenſem, diœceſes, diremit, fuiſſe pagum *Derlingo* comprobant villæ, quæ huic pago tribuuntur. Hæ nunc adducendæ ſunt, et quidem primo e Traditionibus noſtris.

Primum ergo donauit in hoc §. noſtro *comes Richert*, in campo Bochinafeld quidquid habuit. Videtur intelligi ille campus, qui in præfectura Wolfenbuttel inter Hachen et Detten vicos reperitur, et qui vſque in hodiernam diem appellatur der *Bochenberg* ſeu *Bokenberg*. Quantum e ſitu huius campi colligere licet, putamus, comitem *Richertum* accepiſſe eum ex hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi ſeu *Aſig*. Infra enim (§. 104.) *Richertus* inter coheredes eiuſdem Ducis refertur. Si porro caſtrum Aſſeburg ad eundem Ducem ſpectauit, quod eſt probabiliſſimum; tunc neminem negare poſſe cenſemus, eundem ducem tenuiſſe campum illum, quippe qui a caſtro prædicto vix iter dimidiæ horæ abeſt.

Ad pagum Derlingo retulerunt veteres porro villam haud vnam, nempe

2) *villam Odenhus*, quæ Oſenſen fuiſſe videtur, ad Aleram non procul a vico Dannenbuttel, ſita. Confer §. 24, vbi memorantur præterea villæ

3) *Dallengebudli*, id eſt, Dannenbuttel, locus in præfectura Gifhorn, et

4) *Boclo*, quæ villa deſolata eſt, olim ſita iuxta caſtrum Gifhorn ad Aleram in Ducatu Luneburgico. Hæc erit eadem villa *Bocla*, in qua Iohannes abbas monaſterii in Marienrode, natus dominus de Harlſem, procurauit fieri domum ligneam et magnam, vbi poſtea Henningus Holekmeier, depoſitus abbas eiuſdem monaſterii, *prouiſionem ſuam accepit, et ad tempus vitæ ſuæ habitauit*, teſte Chronico Marienrodenſi Tom. II. S. R. B. Leibn. p. 465 et p. 445 vbi pro *Bocka* legendum eſt *Bocla*.

5) Refertur §. 29. villa *Suntſtede* ad pagum Derlingo, in qua *Comes Otto*, qui etiam infra (§. 104) inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi ſeu Aſig apparet, tradidit, quidquid habuit. Hæc villa nulla alia eſſe poterit, quam vicus *Sunſted* haud procul ab oppido Königslutter. Spectat eccleſia ibidem ad eccleſiam monaſterialem ſupra oppidum prædictum, videturque hic vicus villa fuiſſe eadem, de qua loquuntur tabulæ ſequentes:

Wy *Arnd van godes gnaden eddele here to Dorſtad* bekennen in deſſem breue vor uns unde vor unſe eruen unde nakomelinghe unde vor alseweme de deſſen breu ſehn edder horet leſen dat wy *hanſe van Sparkelſen* verkofft hebben unde ſynen eruen unde hebbere deſſes breues ſunder ore wedderſprake to eynem erue kope twey houe landes unde eynen hoff beleghen to *lutleken Hilgendorpe* twey houe landes unde eynen hoff beleghen to *Dobbelen* eyne halue houe landes unde einen hoff belegen to *Sunſtede*. Duſſer vorgheſcreuenen goyder

unde

unde gudes wille wy rechte here unde were weſen unde ſe entleddeghen van aller unrechten Anſprake unde ſe en ſchullen dar neyne plicht van don edder gaue. Ok moghen ſe dit gud verkopen verſetten verpenden vor welckerleye mathe ſe willen we en willen one neyne verhinderniſſe don in deſſen vorge ſcreuen gude edder nemand van unſer weghen ſe ſchullen dat rauweliken hebben edder deyenne den ſe des to ſtaden weren. dit loue wy vor uns unde vor unſe eruen ſtede unde vaſt unvorbroken to holden ſunder ienigherleye argeliſt. To mehrer wiſſenheyt openbare bewyſinghe hebbe wy unſe jnghefeghel heten henghen an deſſen breu de gegeuen is na der bort Chriſti verteynhundert jar darna in dem twey unde drittegeſten Jare des mandaghes negheſt des hilgen Kerſtes daghe. guber-nante Corbeiam Adalardo.

6) et 7) Spectarunt ad eundem pagum *Derlingo* villæ *Chirſenbrucge* et *Nienthorpe*, teſtante §. 42, in quo *Thurinc comes* largitus eſt, quidquid habuit, probabiliſſime ex hereditate Ducis Oſtfalorum Heſſi. Villa *Chirſenbrucge* procul dubio erit *Kiſſenbruck*, ſita ad fluuium Ouacram, vix iter vnius horæ diſtans ab vrbe Wolfenbuttel, olim ſedes archidiaconi eccleſiæ Halberſtadenſis, hodie autem Superintendentis. *Nienthorpe* autem erit vel vicus *Neindorp*, qui vix iter dimidiæ horæ abeſt ab vrbe Wolfenbuttel, ſitus in radicibus montis, in quo olim caſtrum Aſſeburg ſtetit, vel *Neindorp* villa deſolata, olim non procul ab oppido Scheppenſted in præfectura Wolfenbuttel reperta in loco adhuc dicto *das Neindorper Feld*. Probe autem hæ villæ diſcernendæ ſunt 1) a *Neindorp* villa, intra eamdem quidem diœceſin Halberſtadenſem, ſed ad fluuium Salicam ſita, 2) a *Ntendorpe* villa, olim filia eccleſiæ in Amerſtede in eadem diœceſi, 3) a *Nottorp*, ad paludem villa deſolata, non procul a Dardesheim poſita intra eamdem diœceſin, 4) a *Niendorf*, villa deſolata, olim duo milliaria ſita a Wolmirſted ad Oram fluuium, vbi ille Biueram recipit, 5) a *Niendorp* villa, ſita ad ſiluam Thrimmening, hodie dictam de Drömling, 6) a *Nendorp* in comitatu Hojanc in pæfectura Stolzenau, 7) a *Neudorp* in præfectura Eilhauſen, et 8) a *Neudorf* in præfectura Landau intra principatum Waldeccenſem, de quibus infra pluribus dicemus.

8) *Aluchi* villa (§. 57) eſſe poſſet vicus *Alen*, iter dimidiæ horæ ſitus ab vrbe Wolfenbuttel. In hac autem villa tradit Abbic ex hereditate Grimoldi tertiam partem, quam habuit femina eius ex opere ſalis. Quod ipſum nobis dubium mouere poterit, neutiquam ſermonem eſſe de villa *Alen* in præfectura Wolfenbuttelenſi, quia in hac villa, quantum ſcimus, nunquam opus ſalis fuit repertum. Optaſſem, vt doctiſſimus D. auctor *Memorabilium Scheningenſium*, Brunſuigæ 1728 editorum, omiſſis multis haud commemorabilibus, nobis dediſſet vtiliſſimam atque accuratam camporum et regionum Scheningenſium deſcriptionem, vtpote apprime facientem ad indagandum ſitum villarum et locorum vetuſtorum ac deſolatorum. Studioſis enim geographiæ antiquæ illa anſam præbuiſſet indagandi, an non olim villa *Aluchi* in agris Scheningenſibus fuiſſet reperta. In eadem regione, in qua olim pagus *Derlingo* fuit, nobis tria nota ſunt loca, quæ quandam ſimilitudinem habent cum ipſa villa noſtra *Aluchi*. Vnus locus eſt ille iam dictus vicus *Alen*. Secundus reperitur in ſaltu Elmo, atque appellatur das *Allenfeld*. Tertius fuit in agris Scheppenſtedenſibus, vbi a vico quodam deſolato olim dicto *Allende*, cuius mentionem iniecit Rodolfus Halberſtadenſis epiſcopus in litteris infra in *Addendis* ſub. num. 12. productis, campus quidam nuncupatur das *Allenfeld*. Villa *Allende* hodie dicta *Ahlen* et ſpectans ad *Bezendorf*, nimis remota videtur, quam vt ad pagum *Derlingo* referri queat. Cum autem neque in *Ahlen* ſeu *Allende*, neque in *Allenfeld*, neque in *Alenfeld* neque in *Alen* olim ſal ſit excoctus, in notis ad §. 57. coniecturas quaſdam adduximus, atque arbitrati ſumus, per opus ſalis in villa *Aluchi* intelligi *ſalinas Dalhemenſes* vico *Alen* vicinas, ſiquidem veteres Teutoni vocabant *ſalem alec halec*. Inde Salzdetfurt vocatum fuit *Alecvorde*. Piſces ſale conditos Teutonus adpellauit *halec*, *halecia*, id eſt, Halecfiſche, piſces ſale conditos. *Aluchi* igitur eſt *Alecheim*, domicilium ſalis. Quam noſtram ſententiam tam diu habemus pro veriſimili, donec nos aliquis meliora edoceat. Vnum eſt, quod nos mouet, vt ne ſententiam noſtram habeamus pro vera. Reperitur illud in Chronico Riddagshuſano Tom. III. Script. Rer. Germ. Henr. Meibomii p. 356, vbi aſſeritur, *Conradum, Riddagshuſanum abbatem, emiſſe a Volrado Halberſtadenſi epi-*

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

ſcopo anno 1256 decimas frugum ex agris pagorum (villarum) *Adenem et Scheppenſtedt.* Decimam poſſidet monaſterium Riddagshuſanum in vico *Alen*, atque ex hoc quis colligere poſſet, vicum *Alen*, prope Guelpherbytum, olim appellatum eſſe *Adenem* et non *Aluchi*. Sed quis neſcit, quantis mutationibus fuerint obnoxia nomina vetuſtarum villarum. Eadem ergo villa, quæ ad annum 826 appellata eſt *Aluchi*, anno 1256 nominari potuit *Adenem*. Præterea neſcimus, annon monaſterium Scheningenſe decimarum permutationem fecerit cum monaſterio Riddagshuſano. Scheningenſe cœnobium decimam habet in vico Eilen in præfectura Wolfenbuttel olim dicto *Adelen*. Fortaſſe decima vici *Eilen* ſpectauit ad Riddagshuſanum, et decima vici *Alen* ad Scheningenſe monaſterium. *Alen* vicus proprior eſt Riddagshuſanis, et *Eilen* Scheningenſibus. Vtrique ergo parti hac permutatione facta maior commoditas erat in locorum ſitu, quam fuerat antea. Potuit ergo villa *Adenem* in Chronico Riddagshuſano eſſe *Eilen*, et non *Alen*, atque hæc non eſſe non potuit villa noſtra *Aluchi*, niſi potius Aluchi ſit Salzheim, Salzdaleheim. *Grimoldus* quis fuerit, qui, vti videtur, cum vxore ſua hereditario iure acquiſiuit partem ſalinarum in villa *Aluchi*, id in obſcuro latet. Probabiliſſime is idem *Grimoldus* eſt, qui in §. ſequenti, id eſt 58, per presbyterum Hermenradum iterum tertiam partem ſalinarum in villa Amplithi in pago Guddingo Corbeienſibus tradidit. Cum autem §. 108. nos doceat, villam Amplithi olim ſpectaſſe ad ducem Oſtfalorum Heſſi ſeu Aſig, qui et Adalricus vocabatur, probabiliſſimum inde fieri cenſemus, et olim ſalinas in villa *Aluchi*, ad pagum Derlingo ſpectante, pertinuiſſe ad eundem celebratiſſimum ducem, qui plura bona in hoc pago habuit, vti infra videbimus. Fortaſſis et *Grimoldus* ille *Grimoltus* eſt, cuius Io. Frid. Schannatus in Corpore Traditionum Fuldenſium p. 307. num. 49. meminit his verbis: *Grimolt tradidit in villa Mitte, quæ ſita eſt in terminis Sulzmiſcen, vnum videlicet ſeruum cum huba et duabus capturis cum ſuis pertinentiis.* Si enim *Sulzmiſcen* denotat *Sulzmezzere marcam*, et *Mitte Mittaha* villam, de quibus eædem Traditiones Fuldenſes loquuntur p. 282. num. 37, eam in Comitatu Solmenſi fuiſſe arbitramur. Infra demonſtrabimus, in eadem regione olim ducem Oſtfalorum Heſſi ampliſſima tenuiſſe bona. Fortaſſis ergo *Grimoldi* vxor quoque filia ſeu neptis eiusdem Oſtfalorum ducis fuit.

9) Spectauit quoque ad pagum *Derlingo*, teſtante §. 74, villa *Lianbeke*, in qua *Tiado* tradidit, quidquid habuit. *Tiado* probabiliſſime idem *Tiadde* eſt, qui §. 24. *marſcalcus* appellatur, et in villis Odenhus, Dallengebudli et Beclo quædam tradiderat, quemque infra §. 188. ad progenitores comitum palatinorum de Sommerſchenburg retulimus. Situm vero villæ *Lianbeke* indagare nobis nondum datum eſt. Villa *Lianbeke* videtur vicus *Lembecke*, cuius anno 1482 mentio iniicitur in charta Alberti de Wuſtrowe et Hinrici de Eſtorppe, reperiunda in den *Braunſchweigiſchen Anzeigen* a. 1745 p. 1134. An hic vicus *Lembecke* vnus idemque ſit cum villa *Limbeck*, cuius meminere chartæ in Rethmeieri *Braunſchweigiſchen Kirchen Hiſtorie* Tom I. in den Beylagen p. 35. et 39, e quibus diſcimus, nobilem dominum Bernhardum de Dorſtad in villa *Limbeck* nouem *houas* dediſſe monaſterio S. Ægidii Brunſuigæ, pro certo quoque dicere nequimus. Haud procul a vico Mackendorf, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam in Saalsdorf in Brunſuicenſi ducatu ſub præfectura Bardorf, reperitur fluuius *Lembeck*, qui ſe in Aleram exonerat. Fortaſſe in eadem regione villa noſtra *Lianbeke* quondam inueniebatur.

10) Ad eundem pagum *Derlingi* §. 188. refertur villa *Lauuingi*, et §. 425. *Lauingi*, quæ fuiſſe vna eademque videtur. Vicus *Lauingen* eſt non procul ab oppido Königslutter in Brunſuicenſi ducatu ſitus. *Frithericus* et *Thiadricus*, qui in hac villa bona quædam largiti ſunt, referendi videntur inter progenitores comitum palatinorum de Sommerſchenburg, et comitum de Supplinburg, inter quos eadem nomina crebro repetuntur.

11) *Sinieſtorpe* villa quoque erat *in pago Derlingi*, teſtante §. 260, et fine dubio intelligitur vicus, *Seinſtorp* in Brunſuicenſi ducatu ſub præfectura Campen poſitus.

12) Tradidit §. 346. *Luthardus* quidam pro coniuge ſua Demod bona quædam in *Eccanhus in pago Derlingo*, quæ eadem villa eſt, in qua teſtante §. 425. *comes Aſic* pro fratre ſuo *Luidhario* vnum manſum cum duabus familiis circa finem ſeculi decimi largitus eſt. Hæc villa videtur *Eicen* fuiſſe, ſita non procul ab oppido Scheppenſted. *Comes* autem *Aſic* conſanguineus erat abbatis Corbeienſis *Thiatmari*. Quem e familia comitum de Walbeck ortum eſſe, infra monſtrabimus.

13) Tri-

13) Tribuitur §. 381. eidem pago *Derlingo* villa *Ernun*, quæ nobis fuiſſe videtur vicus *Ehra* intra præfecturam Kneſebeck in ducatu Luneburgico. Traditor bonorum in villa *Ernun* nominatur *Thiadricus*. gubernante Corbeiam Adalardo.

14) Tradidit, teſte §. 396, circa finem anni 929 *Dodico* quidam ſeu Thiadricus pro fratre ſuo *Luithario* 90 iugera in villa *Leri* in eodem pago *Derlingo*. Hic vicus *Lere* eſt, ſubiectus inſpectioni Campenſi in ducatu Luneburgico. *Luitharius* ille erat *Luther*, quem Ditmarus epiſcopus Merſeburgenſis Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 326. nominat *abauum ſuum*, et Corbeienſes noſtri in *Chronico* ſuo ducem. Hi etiam referunt, eum fuiſſe occiſum in pugna contra Slauos anno 929 die 4 Septembris. Annaliſta Saxo Tom. I. *Corp. Hiſtor. medii æui* J. G. Eccardi p. 252. ſeq. hoc perperam refert ad annum 930.

15) Largitus eſt *Liudharius* quidam, teſtante §. 411, bona quædam in *Rothem* villa *in pago Derlingo*, quæ an ſit *Rauten* prope Brunſuicum, vel *Rethem* in præfectura Gifhorn, vel *Roden* in præfectura Fallersleben, vel *Rade* in præfectura Kneſebeck in ducatu Luneburgico, id in medio relinquimus. Illud certum eſt, *Liudharium*, qui bona in villa *Rothem* tradidit, fuiſſe patrem *Thiadmari* Corbeienſis abbatis, cuius originem deduximus e comitibus, de Walbeck dictis. Probabiliſſime intelligitur vicus *Roden* in præfectura Fallersleben.

16) Spectauit ad pagum *Derlingo Berghſtallum*, teſtante §. 427, quæ nulla alia villa fuiſſe videtur, quam vicus *Berſel*, locus principatus Halberſtadenſis non procul ab oppido Oſterwik, hodie ſpectans ad iura dominorum de Röſſing. *Ekbertus* comes, qui in hac villa bona quædam tradidit, nullus eſſe poterit alius, quam comes *Ekbertus*, quem dicunt monoculum. Eodem enim §. teſte, idem *Ekbertus* bona quoque largitus eſt in pago Nithega in principatu Paderbornenſi, et quidem in eadem regione, in quam familia Brunoniana dominata eſt.

17) Retulit ad pagum *Derlingo* Saracho abbas villam *Siculithi* in *Traditionibus* noſtris (§. 441.) occurrentem, quæ probabiliſſime eo in loco exſtitit, vbi adhuc reperitur *der Sickelſche hof*, qui inter oppidum Königslutter et caſtrum Supplinburg exſtat, cumque traditor appelletur *Ludgerus comes* et pater *Egiloldi* monachi Corbeienſis, infra oſtendemus, eundem comitem fuiſſe auum cæſaris *Lotharii* Saxonis, et patrem *Geuehardi* comitis de Supplinburg. Tandem quoque

18) ad pagum noſtrum refertur §. 470. villa *Sipeſtorpe*, quæ deſolata eſt, olim autem exſtitit non procul ab vrbe Helmſtadio. Et hæc eſt villa, in qua *Adalbiro* ſeu Adelbertus, pater Friderici comitis palatini de Somerſchenburg, bona quædam tradidit.

Hactenus egimus de villis in Traditionibus Corbeienſibus ad pagum *Derlingo* relatis. Iam porro recenſendæ ſunt villæ, quæ in Traditionibus Fuldenſibus eidem pago tribuuntur. Illæ ſunt

1) *Tuiſlinga*. Ita enim verba ſonant in Jo. Frid. Schannati Corpore Tradit. Fuldenſ. p. 301. num. 16. *Thurinc et Meginolt tradiderunt ſancto Bonifatio bona ſua in Rumereſtleba et in Tuiſlinga, quod eſt in pago Darlinga cum mancipiis XXXVIII.* Rumereſtleba eſſe poterit vel maior vel minor Rotmersleben in ducatu Magdeburgico, vel Rodensleben in eodem ducatu, vel Remkersleben vicus, duo milliaria ſitus ab vrbe Magdeburgo occidentem verſus. Si vna deſignaretur ex illis, ea referenda eſſet ad pagum Norththuringi. *Tuiſlinga* autem erit *Twiſlingen* in ducatu Brunſuicenſi, ſub inſpectione Scheningenſi eccleſiaſtica adquieſcens.

2) In eiſdem Traditionibus Fuldenſ. p. 304. num. 86. aſſeritur, *Thuringum de Saxonia ſancto Bonifatio tradidiſſe in terminis Darlingen nouale, quod dicitur Duringesrod, iuxta fluuium Ouacra.* Locus Duringesrod non procul ab vrbe Brunſuico abfuit. Beatus I. B. Lauenſteinius ex nomine huius loci collegit, Thuringos ad Brunſuicum, immo per terras diœceſeos Hildeneshemenſis, incoluiſſe. At locus dictus fuit ex colono primo, cui fuit nomen Thuringo.

3) et 4) ad eundem Derlingo in eiſdem Traditionibus Fuldenſ. p. 304. num. 90. referuntur loca *Burg* et *Graſeloh*. *Graſeloh* probabiliſſime eſt *Grasleben* in ducatu Brunſuicenſi, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam monaſterii Marienthal, olim autem ſpectauit ad eccleſiam Weferlingæ in ducatu Magdeburgico. Villa *Burg* vero citra dubium deſolata eſt. Olim autem reperiebatur locus non procul a Wenthuſen in eodem ducatu Brunſuicenſi haud procul a loco nuncupato der *Borgſtruck*, cuius mentionem iniecere litteræ ſequentes ducis Heinrici iunioris, quas ex originali adducimus:

Ab anno 822 vique 826 imperante Hludouuico et

Wir von Gotts Gnaden *Heinrich der iunger Herzog zu braunſchweig unnd Luneburg* Bekennen offentlich In unnd mit diſem brief. fur unns. unnſer Erben unnd yder meniglich. das wir zu einem rechten Erblichen Man lehen belehnet haben. unnd belehnen gegenwertiglich. Inn unnd mit Krafft diſes briefs *Ernſten van Hanrode Ludolffs ſeligen Sohne* mit der Burck *Veltheim.* mit gerichte unnd ungerichte. dienſten. rechte. plichten unnd unplichten. mit den geiſtlichen lehnen im ſelbigen gerichte. mit den holtze geheiſſen. die *Veltmer ohe* dem *Pethaue.* mit dem *Cremelinge horne.* mit der *hertzogen berge.* mit allen Zubehorungen. Inn holtze. velde Waſſer. Acker. Weide. unnd Wieſen. nichts dauon auſſ beſcheiden. in aller maſſen ſein vatter *Ludolff* ſeliger auch *Churdt von Veltheim* zuuor. Inn unnd auſſerhalb dem gerichte zur Burck gehabt hat, unnd ob *Ernſt von Honrode* unnd ſeine menliche leibs lehens Erben. ane manliche leibs lehens Erben verſturben. unnd Hauſſfrauen unnd dochter nachlieſſen, dieſelbe beleibzuchtigen wir mit der vorgenannten Burck *Veltheim.* unnd aller Irer zubehorung. wie leibzuchts Recht iſt. in Krafft dieſes briefs. ferner belehnen wir Ine mit Syben hufe Landes gelegen uff dem velde zu *Honrode* mit allen freiheiten. gerechtigkeiten. unnd Zubehorungen. Inn velde holtze. Waſſer Wieſen unnd Weiden. mit Sechs hufe Landes. unnd Sechs houen gelegen zuu *Detten.* noch mit funſt hufe Landes. unnd neun morgen. ainen bau hofe funff Kotthofen. ainer Worth, einem Zehendt freien hoffe, noch mit ainer hufe Landes. unnd einem hofe alle gelegen Im Velde. unnd Dorff zu *Detten.* mit ainer hufe Landes. unnd einem hofe gelegen Im Velde unnd Dorfe zu *Hetzem.* mit ainem hoff. unnd anndert halb hufe landes zu *Siegerſe.* mit dem drittentail an der Schallingswiſche gelegen auf dem velde zu *groſſen Valberg.* mit einer hufe landes fur *Scheningen,* unnd zweien Salzwerken belegen auf der Sultzen daſelbſt zu *Scheningen.* die alle viertel Iahrs Rennten vier und zweinzig ſchilling alt, mit dreitzehen morgen Landes belegen zwiſchen den BORGSTRVCKE, unnd dem *Edeſſeberge* bey *Wenthauſen.* mit ainer halben hufe landes belegen gegen *Wenthauſen.* Im *Saltzwege,* mit einer Wieſen unnd einem Holtzblecke geheiſſen der *Bomgarte* belegen in der *Wuſten Marcke.* mit einem hofe zu *Einem* geheiſſen der Schmedehoffe, mit einer hufe, unnd einer viſſe kulen zu *Henlaw.* einem hofe zu *Vrelſtede.* mit einer halben hufe Landes. unnd einem hofe gelegen Im velde unnd Dorff zu *Hachem.* mit zwen hufe landes. unnd einem hofe auf dem velde unnd im dorff zu *Weſterbiwende,* unnd mit der *weltlichen Probſtei zu Olſſburg.* mit all diſer Guter zubehorung freyheit. unnd gerechtigkeit, ſchlacht, nutz. unnd zubehorung. Inn holtz. Velde. Waſſer, Wieſen unnd Weiden, wie man di benennen mag. nichts dauon auſſ beſcheiden. In allermaſſen ſein vatter Ludolff ſeliger ſelige gutter zuuor von unnſſ zu lehen gehabt, Sollen unnd wollen Ime derſelben rechter bekenniger herr unnd Wehr ſein, ſo uil unns deſſen zue Rechten zukombt. unnd wir darzu gefurdert werden, unnd ſoll Er widerumbt dauon unnſer getrewer Mann ſein, die guter verdiennen. unnd ſo offt die zu fall kommen, rechte vohr thun. Wie Er unns deſſen gewonnliche Lehens pflicht geleiſtet hat, Ohne geferde, des zu wahrer Urkundt haben wir unnſer Inſigel zu ennde diſes briefs hangen laſſen, Geſchehen unnd geben zu *Wolffenbuttel* am freitag den drey und zweintzigiſten tag des Monats Julii. Nach Chriſtj unnſſers ſeligmachers geburt funffzehenhundert unnd Im Sybendfunftzigeſt. Iarn.

Locus, qui in his litteris appellatur *Einem,* in authenticis litteris feudalibus ducis Heinrici Julii anno 1595 nuncupatur *Eymem.* *Henlaw* ſcribitur in eiuſdem ducis litteris feudalibus authenticis anno 1590 *Honlhue,* et *Hachem* nominatur in eiuſdem ducis litteris feudalibus *Haichen* ad annum 1595. *Einem* erit Eimen in præfectura Fallersleben. *Henlaw* eſt Honlage ſeu Hondelen, et *Hachem* eſt vicus Hachen in præfectura Wolfenbuttel, inſpectioni Saltzthalenſi ſubmiſſus.

E Chro-

E Chronico noſtro Corbeienſi manuſcripto porro patet, et quidem e verbis infra §. 104. not. (n) adductis, ad pagum noſtrum *Derlingo* anno 984 quoque ſpectaſſe *ciuitatem Aſeburg* et *caſtrum Hebesheim*. Ciuitas ſeu caſtrum *Aſeburg* procul dubio eſt caſtrum *Aſſeburg*, cuius rudera adhuc ſuperſunt in monte, qui a caſtro illo dicitur *die Aſſe*, iter vnius horæ ſitus ab vrbe Wolfenbuttel. Dolemus, Corbeienſes noſtros non ſimul addidiſſe, ad quemnam eo tempore ſpectauerit caſtrum *Aſeburg*. Ad comitem *Ecbertum* monoculum illud ſpectaſſe non videtur. Ante annum 984 iam exſtitiſſe caſtrum illud, in veterum documentis non inuenimus. Neminem autem fore ſperamus, qui adſerat, illud eodem anno medias inter turbas Germaniæ fuiſſe exſtructum. Sed iam antea illud ædificatum eſſe, nemo negare poterit. Ab *Aſicone* quodam nomen accepiſſe illud, res loquitur ipſa. Ducem Oſtfalorum *Aſig*, qui et Aſic atque Eſic appellatur, exſtruxiſſe illud coniectura auguramur. Nullum enim alium in his regionibus bona hereditaria poſſidentem, eodemque nomine inſignitum, inuenimus præter illum celebratiſſimum ducem, de quo in ſequentibus plura. Cuinam autem caſtrum *Aſeburg* ex eius heredibus ceſſerit, nondum eſſe planum cenſemus. Illud videtur certiſſimum, caſtrum illud poſt annum 984 fuiſſe deſtructum. Si enim fidem habere volumus litteris bullatis papæ Honorii III, quas exhibet celeber. Dominus I. Chr. Harenbergius in *Gandersh. Hiſtor. Diplomat.* p. 750. Gunzelinus dapifer et *B. de Vulferbotele* anno 1231 erexerant caſtrum *Aſſenburc*. Hoc de ædificatione noua interpretandum eſſe, ex dictis patet. Occupaſſe autem anno 1262 caſtrum *Aſſeburc* vi ſumma et munitionibus priuaſſe *Albertum ducem* Brunſuicenſem, referunt Chronica. *Iohannes* et *Albertus duces de Brunſwik* ceſſerunt a. 1269 fratri ſuo *Conrado*, Bremenſis eccleſiæ præpoſito, quingentarum marcarum reditus *annuatim* recipiendos in decima montis *Rammeſberg Goslariæ*, in telonio *Tzellis* et *Luneborch*, et de *molendinis Brunſuicenſibus*, et de aduocatia in *Aſſeborg*, teſtantibus litteris ducum ſereniſſimorum prædictorum. Ex hiſce pateſcit, caſtrum *Aſſeburg* iam anno 1269 ſpectaſſe ad duces Brunſuicenſes.

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

Caſtrum *Hebesheim*, in pago noſtro *Derlingo* ſitum, citra omne dubium quoque euerſum eſt. In tota enim regione noſtra nullum huius nominis caſtrum amplius reperitur. Arbitratus ſum aliquando, illud ſtetiſſe olim in vico *Eueſen*, orientem verſus ſito duobus milliaribus ab vrbe Brunſuico et vnum milliare ab oppido Wolfenbuttel. Sed quamuis circa hunc vicum deprehendantur veſtigia ſummæ antiquitatis, e quibus concludendum, heic iam ante tempora Caroli M. habitaſſe homines; nullum tamen hucusque veſtigium in vico *Eueſen*, in quo hæc ſcribo, inuenimus, ex quo colligi poſſit, in eo quondam exſtitiſſe caſtrum. Ab hoc autem vico noſtro quatuor millia paſſuum ſitus eſt mons in tota hac regione altiſſimus, dictus der *Eueſer berg*, in quo deprehenduntur ingentes murorum et foſſarum reliquiæ, quæ omnino mouent dubium, annon ibi quondam ſteterit magnificum et firmiſſimum caſtrum. Cum itaque mos antiquorum Saxonum fuerit in montibus excelſis caſtella ſua conſtituendi, itaque cenſemus, caſtrum *Hebesheim* in nullo alio loco eſſe quærendum, ac in monte prædicto, qui denominationem vſque in hodiernum diem retinet a caſtro, ſuper eum quondam conſtructo.

Iam tempore Caroli M. illud caſtrum exſtitiſſe, demonſtrare quidem nullo teſtimonio ſcripti vllius coætanei licet. Neminem autem perhibiturum, ſperamus, illud demum anno 938, quo eius primam Chronicon noſtrum manuſcriptum mentionem iniecit, eſſe exſtructum. Inuenimus potius indubitata veſtigia, e quibus colligendum, ante tempora Caroli M. heic habitaſſe homines illuſtres. Hæc ſunt tria notatu digniſſimi tumuli, lingua noſtra Saxonica dicti *Hünen-hügel* ſeu *Heiden Begräbniſſe*, in quorum vno, a meo muſeo vix paſſus trecentos ſito, anno 1744 et quidem die XIV Nouembris vrnam prægrandem deprehendimus, de qua latius egimus in denen *Braunſchweigiſchen Anzeigen* anno 1745 Parte V. p. 65 ſeqq. Viri cuiuſdam illuſtris cineres eo in loco eſſe reconditos, nemo negare poterit. Saxones enim noſtri tantum heroës ſuos et viros illuſtres eiuſmodi tumulis condecorare ſolebant. Neque in tota hac regione ſimiles tumuli inueniuntur. Coniectura ergo auguramur, heic fuiſſe cœmeterium dominorum, ante Caroli M. tempora caſtrum *Hebesheim* incolentium, quibus illud addere libet, a colonis vici noſtri totam illam regionem, quæ interiacet tumulos prædictos, vſque in hodiernum diem appellari *cœmeterium ethnicorum*, lingua noſtra Saxonica *der Heiden Kirchhof*. Quæ appel-

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

latio ipsa veruſtis Regiſtris agrorum et bonorum eccleſiæ Eueſenſis quam accuratiſſime reſpondet. Fortaſſe in ea plures deprehenduntur vrnæ. Quas vero ad quærendas effodiendasque ſumtus et tempus nondum ſuffecere nobis. Si autem tumuli noſtri fuere cœmeterium dominorum illuſtrium, quinam illi alii eſſe potuerunt, ac progenitores ducis Oſtfalorum *Heſſi* ſeu *Aſig*? Totam enim hanc regionem pagi *Derlingo* ſpectaſſe ad eundem ducem, nemo negare poterit, qui omnia bene conſiderabit, quæ in notis ad traditiones noſtras dicturi ſumus. *Hiddi* fuiſſe eius patrem, ex originali diplomate Caroli M. infra adducendo patebit. Quis vero eius auus fuerit, pro certo quidem dicere nequimus; interea tamen infra §. 369. cum quadam veritatis ſpecie, vt ſperamus, dicemus, ducis Oſtfalorum *Heſſi* auum atque auiam fuiſſe *Nothradum* ac *Adelburgam*, qui et auus atque auia fuere *S. Lutgeri*, qui fundauit monaſterium Lutgerianum prope Helmſtadium, et *Hildegrimi*, primi Halberſtadenſis eccleſiæ epiſcopi.

Palatium regium *Werla*, cuius meminere Corbeienſes noſtri in verbis, ſupra excitatis et infra §. 104. adductis, procul dubio quoque ſpectauit ad pagum noſtrum *Derlingo*. Illud exſtitiſſe in vico *Warl*, iter vnius horæ ſito ab oppido Scheppenſted intra præfecturam Wolfenbuttel, omnino arbitramur. Illorum enim ſententiam, qui illud palatium in oppido *Warl* ſeu *Werliz* in Weſtfalia fuiſſe perhibuerunt, nullo aſſenſu eſſe dignam cenſemus. Nullum enim illi aliud fundamentum pro ſua ſententia, quam ſimilitudinem nominis, proferre poſſunt. Quis autem non videt, irritum et inane eſſe factum, ſi nullum aliud exſtat argumentum. Ex ſola nominum ſimilitudine coniicere de veritate rei non licet. Celebratiſſimum palatium *Werla* non eſſe potuiſſe in oppido *Warl* intra Weſtfaliam, comprobant diplomata, comprobant acta publica, comprobant teſtimonia ſcriptorum fide omnino digna. Primum huius palatii *Werla* meminere Corbeienſes noſtri in Chronico ſuo manuſcripto ad annum 919, ex quo Widekindus in Annal. ſuis Lib. I. p. 638. retulit, *regem Heinricum, Vngariis totam Saxoniam percurrentibus, in præſidio vrbis Werla fuiſſe et rudi populo et bello inſueto contra tam ſæuum hoſtem non credidiſſe.* De hac Vngariorum irruptione in Saxoniam, pluribus egimus infra §. 391. Iam ſi annotamus dies, quibus cæſares *Werlæ* diplomata dederunt, euidentiſſimum erit, palatium *Werla* non exſtitiſſe in Weſtfalia, ſed Oſtfaliæ potius eſſe adnumerandum. Otto ſcilicet M. anno 936 die 21 Septembris erat *Magdeburgi*, die 17 Octobris *Werlæ*, et die 30. Decembris in loco *Kalcheim*. Idem Otto erat porro, teſtantibus diplomatibus, die 21 Iunii a. 937 *Werlæ*, menſe Auguſto *Walhuſæ*, die 27 Septembris *Magdeburgi*, die 11 Octobris in loco *Tærenburch*, et die 20 Octobris *Alſleti*. Anno 940 Otto erat die 19 Aprilis *Werlæ*, die 23 Aprilis *Magdeburgi*, et diebus 5 ac 29 Maii in ciuitate *Salze*. Idem Otto erat anno 946 die 4 Maii *Werlæ*, die 30 Maii *Froſæ*, et die 29 Iulii *Magdeburgi*. Anno 956 idem rex Otto erat die 21 Aprilis *Werlæ*, die 27 Maii in loco *Walahuſen*, et die 5 Decembris in loco *Mimile*. Heinrico II in regem anno 1002 *Werlæ* electo, Ekkihardus marchio, cum omnia aliter, atque ſperauerat, ibi euenirent, optimum duxit, vt *occidentales* viſendo *regiones* Hermannum ducem cum ceteris optimatibus de reipublicæ ſuique commoditate compellaret. Poſtera ergo die *Werla* cum Berwardo antiſtite *Hildeſiam* venit, deinde ad *Patherbrunnam* pergens, ad *Northeim* Sigifridi comitis curtem, et tandem *ad locum prædeſtinatum*, qui *Polithi* dicitur, peruenit, vbi 2 Kal. Maii interfectus eſt, teſte Ditmaro Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 365 ſeq. E quibus momentis euidentiſſime patet, locum *Werla* non in regione occidentali, id eſt, in Weſtfalia, ſed in Oſtfalia, exſtitiſſe. Ad occidentales enim regiones Ekkihardus marchio *Werla* iter dirigebat.

Hoc etiam clare elucet ex actis, quæ rex Heinricus II anno 1013 peregit, quæque in annalibus veterum commemorantur ratione ſequenti. Heinricus ſcilicet anno 1013 *Palithi* natalem domini celebrauit, et *Alſleti* epiphaniam Chriſti. Inde venit *Merſeburgum*, et purificationem Mariæ celebrauit *Magdeburgi*. Proxima quadrageſima *Werlam* diuertens, aliquandiu ibi commoratus, paſcha Aquiſgrani acturus, quod ne fieret, repentina et grauis infirmitas diſtulit. Hebdomadum vero quinque ſpatio decubuit. Conualeſcens rex *Werla* profectus eſt *Hildeſiam*, vbi erat die 26 Martii, teſtante diplomate in I. G. Eccardi *Hiſtor. geneal.* p. 299 ſeq. feſta autem paſchalia rex *Paderbornæ* celebrabit,

et

et die 24 Aprilis in caſtello, quod *Gruona* dicitur, de ſtatu regni cum principibus neceſſaria tractauit, pentecoſtes vero feſtum *Merſeburgi* celebrauit. Inde Heinricus ad *occidentales regiones* iter diſpoſuit, atque iterum ad *Merſeburgenſes repedauit*, inde autem die 21 Septembris diſcedens per *Bauariam* et *Sueuiam* in *Italiam* iuit. Quæ omnia latius referuntur a *Ditmaro* p. 396 et 397, ab auctore *Vitæ Meinwerci* p. 525, nec non in *Chronico Quedlinburg.* p. 289, atque in *Annalib. Hildesh.* p. 723, qui etiam addunt, Heinricum *Papiæ* natalem domini celebraſſe, quod quomodo connecti queat cum diplomate in clariſ. I. F. Schannati Corp. Tradit. Fuldenſ. p. 244. reperiundo, in quo Heinricum regem anno 1013 die 29 Decembris Fuldenſibus foreſtum Zanderhart, *Polidæ* præſentem dediſſe refertur, non videmus, ſi locum *Polida* denotare monaſterium *Polithi* in Saxonia, id eſt, Pölde ſtatuere velis. Spatio enim XLVIII horarum *Polida* in *Italiam* nemo proficiſci poteſt. Ex his autem omnibus probabiliſſimum fieri ſperamus, palatium regium *Werla* in vico noſtro *Warl* exſtitiſſe, in quo etiam rudera caſtri cuiuſdam reperiuntur. gubernante Corbeiam Adalardo.

Quam primum in eam incidimus ſententiam, cupiditate ardebamus nouæ huius rei detegendæ, et proficiſcebamur ab Eueſio noſtro ad vicum, *Warl* nominatum. Ante locum deſtinatum, circiter duo millia paſſuum ab eo occidentem verſus deprehendebamus lapidem oblongum congruenter perpendiculo erectum, ac in illius altero latere imaginem epiſcopi, pontificalibus veſtimentis conſpicui, cum multis litteris antiquitatem redolentibus. In altero autem crucem ſequentis formæ conſpeximus, et



oculis

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

oculis noſtris obſeruauimus. Pleræque autem litteræ erant per vetuſtatem detritæ. Quamuis autem nullum inde eruere ſenſum potuerimus, hæc tamen inopinata res promittebat nobis ſpem, iter noſtrum cœptum non fore ſuperuacuum vel inane. Greſſus ergo noſtros ſine mora ferebamus ad vicum, ante quem occidentem verſus quendam inueniebamus tumulum, quem incolæ appellabant *aulam angelorum*, lingua noſtra Saxonica *den Engelhof*. Ipſi referebant, ſe ab auis ac proauis ſuis audiſſe, quondam in eadem regione multas ſtetiſſe domus, ſe autem neſcire prorſus, quo potiſſimum tempore illæ ſint deſtructæ; illud eſſe certum, ſe multos eo in loco effodiſſe lapides, poſteaquam atrox flamma ante aliquot annos multas ædes vici ſui conſumſerit. Tacita dulcedine mentem noſtram eadem commemoratio implebat. Et colligebamus ex ea, olim ampliorem fuiſſe vicum noſtrum, et plures in eo quondam exſtitiſſe domus, quam hodie ibi conſpiciuntur. In præſens enim tantum ſunt quindecim domus ibi reſiduæ.

Hiſce rite ponderatis, veſtigia ferebamus ad ædificia reliqua, inter quæ ſtatim deprehendebamus tres turres quadratas in ſublimiori loco et quidem in triangulo ſitas, et inuicem trecentos, et quod excurrit, paſſus poſitas, quas incolæ appellabant *aulas templariorum*, lingua noſtra Saxonica *die Tempel hofe*, et quarum vna vix decem paſſus ab eccleſia abeſt, quasque olim Templarios ſeu die Tempelherrn incoluiſſe referebant. Altitudo turrium illarum hodie menſuram quadraginta pedum non excedit, incolæ autem narrabant, has turres olim fuiſſe altiores. Cum enim vidiſſent, lapides earum ſibi vſui fore in nouis ædificiis exſtruendis, ideoque partem illarum magno ſe labore demolitos eſſe. Reliqua pars gypſo firmata adhuc conſpicitur, et conſtat lapidibus quadratis. Hi vero inſtar vnius lapidis videntur, quia gypſus fere in formam ſilicis abiit. Has turres indicia ſummæ antiquitatis habere, nemo ſolide negare poterit. Sed illæ turres cupiditati noſtræ nondum ſatisfaciebant. Propterea quærebamus ex incolis, annon in fundis vici ſui inueniſſent reliquas murorum? quibus auditis, ruſtici nos et comites noſtros pro hominibus, qui theſauros tellure recludere vellent, reputabant. Cum vero illis diceremus, nos eam non induiſſe mentem, affirmabant illi, in eadem regione, in qua dictæ tres turres ingentes conſpicerentur, inueniri latorum murorum reliquias, et duos ibi fuiſſe muros, quorum vnus poſt alterum exſtitiſſet, et hos ſe habere pro mœniis, templariorum aulæ circumdatis. Cum igitur hoc id ipſum eſſet, quod quærebamus, noſtræque manus eſſent oculatæ, creditiræ, quod vident; ad manus eſſe debebant inſtrumenta, quibus aperiri poſſent illorum murorum fundamenta. Hac in re templi cuſtos inter alios ſe ſatis induſtriam exhibebat. Quibus fundamentis apertis obſtupefacti ſumus, dum vidimus in terra lapides quadratos nec amplius informes. Vidimus quos vocant *groſſe Werck-Stucke*, *welche dazu behauet waren*. Ex quo concludebamus, muros, quondam ſuper hæc fundamenta poſitos, fuiſſe opus ſimilis ſtructuræ, eosque in modum circulorum circumdediſſe totam illam regionem, in qua templariorum aulæ inueniuntur. Cum porro et hæc detectio nobis nondum ſatisfaceret, fodere ipſos iuſſimus in regione, inter duas priores turres ſita, in qua ſtatim ſimilia murorum fundamenta reperiebamus. Deſiderauimus itaque amplius nihil, ex iſtis ruderibus colligentes, quondam ibi exſtitiſſe magnificum et firmiſſimum caſtrum, in quo Heinricus Auceps anno 919 tutus ab Vngariorum inſultibus latere potuerit ac meliori ſeſe tempori reſeruare.

Hiſce omnibus rite perluſtratis, calcauimus quoque limina templi, quod quidem e lapidibus quadratis conſtructum eſt, ſed qui eam non oſtendebant antiquitatem, quam ſupra dictæ tres turres exhibuerant cognoſcendam. Templum ergo illud pro regio ſacrario habere non potuimus, opus id eſſe recentioris ſtructuræ iudicantes, in primis cum in latere templi occidentali in lapide quodam inciſam crucem deprehenderemus, cuius erat forma, qualem hic exhibemus viſentibus.

Ex

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.



Ex hac forma collegimus, vel templariorum ordinem, qui locum noſtrum, palatio regio ex *Werla Goslariam* translato, poſſediſſe videtur, vel ordinem ſanctæ domus hoſpitalis ſancti Johannis Hieroſolymitani, cuius anno 1357 per Saxoniam, Marchiam, Slauiam et Pomeraniam Hermannus de Werberge præceptor generalis erat, templum illud conſtruxiſſe. Illud autem tacere nequimus, ædituum nobis retuliſſe, ante aliquot annos adhuc in latere templi ſeptentrionem verſus ſtetiſſe, ſeu, vt ſcriptores medii æui loquuntur, capellam, in qua iacuerint multi lapides, formam lapidum ſepulchralium æmulantes, in quibus multæ litteræ longæ, ſed plane lectorem deſtituentes, fuerint conſpicuæ, dominum autem paſtorem Stalmannum hos lapides inde deportandos curaſſe atque ex iis fieri curaſſe ſuile. Horum itaque iacturam mecum omnes antiquitatum ſcrutatores valde dolebunt. Fortaſſe enim inter eos fuere lapides nonnulli ſepulchrales veterum palatinorum comitum Saxoniæ, quorum corpora in regia capella fortaſſis fuere condita ac humata. Documentum ergo inſcitiæ, quorum *animalia prædicabilia* ſibi plura erigere ſolent, hoc loco ſilentio præterire noluimus.

Tandem quoque totam regionem, in cuius medio quondam palatium noſtrum imperiale erat ſitum, contemplati ſumus. Deprehendimus eam iucundiſſimam amœniſſimamque. Pinguis enim ager ferre ſolet meſſes opimas. Verſus meridiem conſpicitur ſilua Harcinia, atque in ea mons *Bructerus*, caput ad aſtra attollens. Verſus ſeptentrionem *Elmus*, nemus illud arboribus denſum venatibuſque aptum, oculos paſcit. Orientem verſus eminet vmbroſa opacis ramis ſilua *Hui*, atque in ea ſupra montis cacumen hodie ſe offert obtutibus noſtris ſplendidum monaſterium ordinis D. Benedicti, *Huisburg* vocatum. Occidentem verſus cernuntur montes et ſiluæ *Falſtein* et *Aſſeburg*. Verſus meridiem oculis obſeruamus, vix iter dimidiæ horæ emenſi, a palatio noſtro *Werla* villam *Bernherdeſtorpe*, hodie *Bernſtorf*, olim ad pagum noſtrum Derlingo relatam. Verſus orientem intuemur curtem dictam den *Mehrdorfiſchen hof*, olim appellatam *den Tempel hof*, hodie *den Cloſter hof*. Verſus meridiem eſt præfectura *Jerxheim*; verſus occidentem oppidum Scheppenſted et vicus Kubbelingen. Vici autem *Schliſted* et *Eizen* iacent ſeptentrionem verſus. Undique ergo locus *Werla* cinctus erat villis, olim ad pagum *Derlingo* relatis. Nemo ergo inficiari poterit, palatium regium *Werla* olim in meditullio pagi *Derlingo* exſtitiſſe. Quibus id quoque addere libet, caſtrum *Sommerſchenburg*, olim comitum palatinorum Saxoniæ ſedem, eminere inde a palatio *Werla* verſus orientem, atque in vico noſtro *Warl* quatuordecim manſos cum iure patronatus quondam illos de *Borchdorp*, teſtantibus id litteris cæſaris Caroli IV, infra in Addendis ſub num. 423 producendis, poſt illos de *Steinberg*, et denique Ioachimum Munſingum de *Frondeck*, olim Brunſuicenſem cancellarium, ab imperatoribus et imperio

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

tenuisse in feudo. Hodie autem iura patronatus ibi exercent dynastæ de *Veltheim*. Hæc eam ob rem in medium adducere voluimus, vt intelligerentur verba testamenti Cæsaris Ottonis IV. ad annum 1218, quæ sic habent: *Arnoldus de Borchtorp turrim suam cum feodo suo, sicut ab imperio tenere debet, habeat feodum suum.* Quis vero palatium regium *Werla* condiderit, non patet.

Porro quoque spectauit ad pagum nostrum *Derlinga* castrum *Alaburc*, testantibus verbis, quæ infra §. 104. e Chronico nostro manuscripto adduximus. Quod castrum quidem in vico *Alen* non procul ab vrbe Wolfenbuttela sito exstitisse, *in den Braunschweigischen Anzeigen* 1745. p. 460. asseruimus; sed cum ibi nulla reperiantur murorum rudera, atque antiquis Saxonibus mos in montibus castra sua ædificandi adriserit, illi non repugnabimus, qui perhibiturus est, illud stetisse in Elmo nemore, et quidem in loco adhuc dicto das *Alfeld*, castrumque nostrum ansam præbuisse condendæ deliciosæ domui *Langeleben*, quod palatium ducale non procul ab eodem loco reperitur.

Quodsi iam alia diplomata, in quibus villarum quarundam, ad pagum *Derlingo* spectantium, mentio iniicitur, nobis ante oculos ponimus, illa duo diplomata scilicet Bernwardi Hildesheimensis episcopi, atque Heinrici imperatoris, in quibus anno 1022 fundatio monasterii S. Michaelis, ad Hildesheimium tunc siti, confirmatur, consideratione sunt dignissima. In his litteris pagus noster appellatur *Derningon*. Quamuis autem hoc nomen per imperitiam descriptorum videatur corruptum, ad hunc tamen pagum, et quidem *ad præfecturam comitis Ekberti* referuntur villæ, et quidem

1) *Remminge*, quæ *Remlingen* esse videtur, inspectioni Kissenbrukensi ecclesiasticæ adstricta. Hæc eadem villa erit, quæ anno 1118 in litteris Reinhardi Halberstadensis episcopi appellatur *Remmige*, quas e membrana adducere videtur operæ pretium. En illas:

In nomine Sc̃e et indiuidue trinitatis. *Reinhardus* dei gr̃ā sc̃e *halberstadiensis* ec̃clie ep̃us. religiosis desideriis assensum facile accommodare debemus. ut ista semper uota promptus consequatur effectus. Unde notum esse uolumus cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus. quod fidelis dei famulus uenerabilis coep̃us n̄cr *Bartholdus hildensemensis* ec̃clie antistes ec̃clasticis rebus necessariam satagens prouidere tutelam cum sorore sua dn̄ā *Hedewiga* eaque uenerabili priorissa in *Stedereburg* īntimis precibus a nobis exegit. ut in uilla. que *Linden* dicitur. ec̃cliam fieri in fundo eiusdem *Stederburgensis* ec̃clie concederemus. quatenus tam predia memorate ec̃clie eidem uille adiacentia quam et populum ibi consistentem nec non et uniuersos cuiuscunq. rei gr̃ā uel necessitatis articulo eo confugientes ab omni inuasione direptione siue qualibet iniusta lesione constructe ibidem ec̃clie uicinitas communiret. annuentes igitur karissimorum amicorum petitioni ut eadem ec̃clia edificaretur. licentiam dedimus eamq. in extruendo consummatam ipsis denuo exposcentibus pro debito n̄rī officii ec̃clastico more dedicauimus idus nouembris. dotata uero est eadem ec̃clia manso uno in eadem uilla. et altero in uilla. que *Remmigge* dicitur. sito. quatenus tam hec predia quam et omnia que in futurum eadem ec̃clia quibuscunq. iustis modis adipisci posset. deo ibidem seruiturum sustentarent. uolentes autem eidem ec̃clie firmam in posterum prouidere cautelam. statuimus. ut nullus sacerdos curam eius ullatenus usurpare presumat. nisi quem predicta priorissa de *Stederburg* ad explendum diuinum officium canonice ibi collocauerit. adiicientes ex n̄r̄ā beneuolentia. ut eiusdem uille populus in ipsa ec̃clia a sacerdote ibidem deo seruiente gratiam baptizandi et infirmos uisitandi nec non et mortuos sepeliendi habere consequatur. exceptis solis *liberis hominibus* quos ad matricem ec̃cliam sepeliendos deferri censuimus. hec omnia eidem ec̃clie ex n̄r̄ā auctoritatis largitate pro petitione predicti coep̃i n̄r̄ī *Bartholdi* et sororis sue constituimus atq. concessimus. salua tamen matrici ec̃clie debite subiectionis recognitione quatenus idem populus in eius instauratione et omni necessaria melioratione promta deuotione quantum eidem uille competit auxilium ferre non recuset. Ut autem hec omnia inconuulsa et illibata irre-

irrefragabiliter conſeruentur preſentem paginam in teſtimonium huius rei conſcriptam banni ñrī auctoritate et ſigilli ñrī impreſſione teſtiumq; ſubſcriptione in perpetuum communiuimus. teſtes uero huius ſunt *Bernhardus canonicus* ſc̄ī *ſtephani in Halberſtad. Thangmarus canonicus* ſc̄ē *marie. Hardwigus ſubdiaconus. Biegrinus canonicus goſlarienſis. Heregildus preſbyter in Allegſen. Bernhardus uice* dñūs. *hildeſheimenſis curie. Wittekindus. de Wolfferbutle. Engelmarus uice* dñūs *halberſtadienſis curie. Witterus et frater eius Geuehardus. Thethardus de Kelbice. Gunzelinus de Biwende. Thetwinus de Halberſtede* et alii quum plures. Anno dñīc̄e incarnationis M. C. XVIII. indictione XI. idus nouembris actum eſt feliciter amen. gubernante Corbeiam Adalardo.

In eadem villa *Remlingen* poſſedit rector eccleſiæ ſanctæ Katharinæ in Brunſwich vnum manſum litonicum, atque alios duos manſos, cum duodecim manſis aliis litonicis, in *Twelken* ſitis. *Twelken* villa deſolata eſt. Olim vero exſtitit non procul ab oppido Scheppenſted in præfectura Wolfenbuttel, vbi adhuc reperitur *die Twelken Mühle* et *das Twelken Feld*. Litteras, in papiro ſcriptas, in quibus villa noſtra anno 1327 nominatur *Remmelinghe*, inuenimus inter documenta parochiæ Eueſenſis, quæ olim collegit Ioannes Crecelius, parochus eccleſiarum Eueſenſis et Luckelemenſis, cuius anteceſſores ſodales erant kalendariorum vrbis Brunſuici; ſed cum eas iam exhibuerit B. Gebhardi in *der Hiſtor. Nachricht vom Stifft S. Matthæi in Braunſchweig* ac eæ p. 87. ibidem legantur, noſtrum non eſt, hiſce immorari. Idem quoque in lucem emiſit litteras *Bernhardi* atque *Hinrici ducum Brunſuicenſium et Luneburgenſium*, in quibus anno 1408 iidem duces profitentur, eccleſiam S. Matthæi, intra vrbem Brunſuicum, emiſſe a *Wilhelmo de Ampleue* quatuor manſos cum adnexis, in *Remmelinghe* ſitos.

2) Referuntur in diplomatis Bernwardi atque Heinrici ad pagum noſtrum Derlingo *Cimmenſtide*, quæ eſt villa *Semmenſted*, inſpectione Kiſſenbrukenſi comprehenſa.

3) *Mollenſide*, procul dubio villa deſolata. Huius quidem villæ ſitus nobis nondum accurate eſt cognitus. Fortaſſis autem ea exſtitit inter vicum Eueſen atque oppidum Scheppenſted in agro quodam adhuc dicto *der Molla*, vel in alio campo, qui reperitur non procul a vico *Hachen*, et nominatur *der Molenberg*. Hunc vltimum vero locum ita appellatum eſſe referunt a mola alata ſeu pneumatica, olim ibi exſtructa ac euentilata. Nec eſt, quod in contrarium quid monendum exiſtimem.

4) *Achem*, id eſt, *Achem*, vicus non procul ab oppido Hornburg, ſpectans ad iura celebratiſſimorum, Baronum et Dominorum de Steinberg, a Bodenburgo cognominatorum.

5) *Achem*. Vicus *Hachen* in præfectura Wolfenbuttel, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in Eueſen, videtur hic ſubeſſe.

6) *Seinſtede* eſt *Seinſted* intra inſpectionem Kiſſenbruk. Villa illa probabiliſſime eſt locus *Senſum*, a deſcriptoribus deprauatus. Huius meminit epiſcopus Merſeburgenſis Ditmarus Tom. I. *Script. Rer. Brunſu. Leibnitii* p. 349. Hunc vicum obuiam habent ei, qui iter dirigunt Aſſeburgo Werlam.

7) *Tiederezingeroth*, quæ villa deſolata eſt, cuiusque ſitus adhuc latet in obſcuro. Attamen reperitur locus quidam inter vicos *Gilzen* et *Groſſen-Valberg*, hodie dictus *Diezingel* et campus appellatus der Dizingelcamp, quod nomen ſimilitudinem quandam habet cum villa noſtra. Hic nobis anſam præbuit cogitandi ac coniectandi, olim fuiſſe eum appellatum *Diezingerode*, tandem vero *Diezingel*. Hodie vnus tantum colonus ibi eſt, qui cauponatur, atque hamo linoque ſalientes ſolet decipere piſces, et tramite non recto gradientes quærere cancros, qui riuos dictos die *Altona*, et den *Gilzenbach*, amnem, qui oritur in horto parochiali Eueſenſi, natitantes percurrunt vel porro retroque Mæandros moliuntur. A quodam Tiedone villam noſtram *Tiederezingeroth* nomen accepiſſe, negari vix poteſt. Fortaſſe eſt hic ille Tiedo, quem in traditionibus noſtris ampliſſima bona in pago Derlingo Corbeienſibus tradidiſſe reperimus. *In præfectura Luidgeri* erat

8) *Sceninge*, hodie oppidum Scheningen, ſitum in Brunſuicenſi ducatu, vbi et præfectura eſt. Situm eſt id oppidum quatuor milliaria maiora ab vrbe Brunſuico, orien-

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

orientem versus. Hic locus probabilissime idem est, ac is, de quo loquuntur Annales Rerum Francorum Eginhardi p. 145. Anno 747, *Frater Karolomanni et Pipini nomine Grifo, Pipino fratri suo subiectus esse nolens, quanquam sub illo honorifice viueret, collecta manu in Saxoniam profugit, collectoque Saxonum exercitu super fluuio Obacro in loco, qui dicitur Horheim, consedit. Pipinus autem cum exercitu Francorum per Thuringiam profectus, contra fratris dolos Saxoniam ingressus est, consedit que super fluuium Missaham in loco, qui vocatur Schaninge: prælium tamen inter eos non est commissum, sed ex placito discesserunt.* Fluuius enim *Obacrus* est *die Oker*; *Horheim* vero Orhen, vicus iter vnius horæ, et quod excurrit, ab vrbe Wolfenbuttel disiunctus, situsque ad flumen Obacrum; *Missaha* autem est riuus, oppido Scheningensi vicinus, hodie appellatus *die Missau*, oriens non procul a vico *Warberg*, alluens cœmeterium Kisleuiense, a villa desolata Kisleuen ita dictum, et vicum *Erbeck*, stringens. Tandem effunditur in flumen, dictum die Aue. Multa de hoc loco Scheningen dicere possemus, si id nostra instituti ratio permitteret. Olim Scheningæ fuisse monasterium sanctimonialium, a Reinhardo autem episcopo Halberstadensi anno 1120 transmutatum amotis sancti monialibus et introductis canonicis regularibus ordinis D. Augustini, a multis postea dominis et dominabus bonis multis ornatum, comprobant documenta et diplomata, infra in *Addendis* a num. 8. vsque 184. allata, ante nos inedita omnia ac nunc demum in lucem protracta.

9) *Kisleuen* seu *Kissunleue*, est villa iam dudum euersa *Kisleuen*, olim haud procul a vico Warberg sita. Cum autem Papa Innocentius III. in bullatis litteris datis anno 1209, queis priuilegia monasterii Ringelheimensis confirmauit, nos edocet, villam quandam appellatam fuisse *minorem Kisseleue*, dubium est, an intelligatur in diplomatis Heinrici cæsaris atque episcopi Bernwardi *maior* vel potius *minor Kisleuen*.

10) *Zezingeroth* inter desolatas villas est recensenda, exstititque olim non procul ab vrbe Helmstadio, qua in regione multæ aliæ villæ fuerunt olim repertæ quæ dudum funditus sunt deletæ.

11) *Wurungon* seu *Wurungen* cum silua *Aleburi* seu *Alabure*, probabilissime est Uhri in præfectura Fallersleben cum silua dicta *die Alper*.

12) *Seltzstide* nullus videtur alius vicus, ac *Slisted*, iter dimidiæ horæ situs ab oppido Scheppensted.

13) Erat in eodem pago anno 1022, *in præfectura autem comitis Luidolfi, Biscopeshusen* villa, quam absque dubio inter desolatos vicos recensere debemus. Possumus illam habere pro eo vico, qui olim non procul a regio palatio *Werla* stetit, et in quo monasterium S. Crucis, ante portas vrbis Brunsuici Petrinas situm, decimam habet. Sed cum edocti simus, hunc vicum desolatum in diplomatibus appellari *Biscopesdorp*, villaque *Biscopeshusen* exstiterit in Luidolfi comitatu, qui vsque ad palatium *Werla* non extendendus videtur, villa *Biscopeshusen* alia fuisse videtur, et alia porro *Biscopesdorp*. Quo autem ea in loco exstiterit, id adhuc in obscuro latet. Fortassis villa *Biscopeshusen* sita erat non procul a vico Frelsted, vbi adhuc silua quædam reperitur, atque appellatur *das Bischoper holtz*.

15) *Meinem* seu *Meinum* erit *Meine* in eadem præfectura Luidolfi.

16) *Sinesrode*, seu, vti editores diplomatis S. Bernwardi hanc villam exprimunt, *Smesrode*. Omnia mihi hic sunt obscura Luidolfi.

17) *Wilradesbutile* seu *Wilradesbuttle* est probabilissime *Warsbuttel* in præfectura Gifhornensi.

18) *Vourdop* seu *Vurdorp*, erit *Vordorp* in eadem præfectura Gifhorn. Non procul ab hoc vico olim alia quædam villa exstitit, quæ in diplomatibus appellatur *Asenrode* et *Assenrode*. Hæc villa autem diuersa videtur a villa nuncupata *Asenroth*, quippe quæ anno 1178 spectauit ad comitatum comitissæ Gertrudis. In ea villa monasterium Hammersleue anno 1178 nouem tenuit mansos. Tota vero villa *Asenrode* paruit ecclesiæ cathedrali Halberstadensi, quæ eam confert in feudum dominis de Brock. Nomina has villas esse sortitas a quodam Asicone seu Asig, coniicere licet. Fortasse ea nomina indita sunt locis illis ab *Asig* Ostfalorum duce, vel ab aliquo progenitorum eius, eodem nomine insignito.

19) *Tnipenstide* videtur esse *Twuldsted*, villa subiecta inspectioni Konigslutterensi et præfecturæ Bardorf. Sequitur hanc villa

20) *Flechtdorp* seu *Flegthorp*, quæ erit *Flechtorp* in præfectura Campen prope amnem Schunter et domicilium præfecti, quod *Campen* vocatur. Hunc situm locorum

rum si nobis ante oculos ponimus, probabilissimum esse putamus, *Luidolfum comitem* fuisse *Luidolfum* filium *Ekberti* monoculi, *Ekbertum* autem comitem extitisse filium *Luidolfi*. Castra *Hebesheim* atque *Alaburc* spectasse ad *Ekbertum monoculum*, iam supra diximus. Monoculo fuisse filium *Luidolfum*, infra §. 104. pluribus demonstraturi sumus. Fuisse ergo *Luidolfum*, comitem anno 1022 in pago Derlingo, filium *Ekberti monoculi*, verisimillimum nobis videtur. Comitem autem *Luidgerum* fuisse auum cæsaris *Lotharii*, ac patrem *Geuehardi* comitis de Suplingeborg, id vero est, quod infra §. 188. pluribus comprobauimus. Cum enim ille anno 1022 bona hereditaria, in pago Derlingo sita, habuerit, et quidem non procul a castro Suplingeborg et Kissunleue posita, quæ posterior villa ad eius comitatum anno 1022 spectauit, vti infra videbimus; stupidus sit oportet, qui non intelligat, comitem *Luidgerum*, in diplomatibus Heinrici cæsaris et Bernwardi episcopi, a comite *Luidgero*, qui bona tradidit in villa Siculithi sita, non fuisse diuersum. Non enim potuit vno tempore vna villa ad duos comites et comitatus referri. Patet autem ex hoc momento, nugas nobis venditasse pro veritate eos viros doctos, qui cum Alberico perhibuerunt, bona in pago Derlingo sita spectasse ex vniuerso ad cæsares, Ottones, atque Heinricum II. Eidem ideo, auum, Lotharii Cæsaris Ottonem Sueuiæ ducem et nepotem cæsaris Ottonis I fuisse, statuerunt. Quam sententiam infra latius examinaturi sumus. guber-nante Corbeam Adalardo.

Quodsi iam alia diplomata considerare velimus, quæ pagi nostri *Derlingo*, faciunt mentionem, Jo. Georg. Eccardus in *Genealog. Princ. Superioris Saxoniæ* p. 185. ex Copiario Magdeburgico attulit diploma quoddam Ottonis, in quo rex Otto anno 967 in dict. IV. 2. idus aprilis, atque anno XXX regni sui pro remedio animæ patris sui Heinrici regis, et pro incolumitate matris suæ Mahtildæ reginæ, nec non pro statu et incolumitate regni sui, dilectæque coniugis suæ Adelheidis, et filii sui Luidolfi, instinctu et monitu Friderici Moguntinæ sedis venerabilis archiepiscopi, Adaldagique archiepiscopi, nec non Bernhardi Haluerstedensis ecclesiæ episcopi, quandam curtem suam, quæ *Hebesheim* nominatur, *in pago Derlingun, in comitatu Brunonis* situm, in præsentia eiusdem Brunonis filiique eius Liudolfi, Geronis Marchionis, Christiani comitis, nec non Liutharii et Friderici comitum Magdeburgensi ecclesiæ donauit. *Quod actum est Ulliba*, Liudolfusque cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognouit.

Id si diploma genuinum esset, curtis *Hebesheim* absque dubio foret vicus *Euesen*, duo milliaria ab vrbe Brunsuico, et vnum milliare ab oppido Wolfenbuttel orientem versus situs. Sed multa eaque momenti plena huic diplomati insunt, quæ falsitatis notam illi inurunt. Primum enim anno 955 Otto M. se non regem, sed imperatorem Augustum appellare consueuit. Deinde filius Ottonis *Liudolfus* non amplius tunc in viuis erat, quippe qui, teste Chronico nostro coætaneo, iam mortuus erat in Italia anno 957. Tum quoque *Fridericus* archiepiscopus Moguntinus iam anno 954 e vita exierat, testante eodem Chronico excitato. Et Wilhelmus iam tum in aliis diplomatibus nominatur archiepiscopus Moguntinus, ad annos 959, 961, 962, 963, 965, reperiundis apud Lunigium im *Reichs Archiv Spicil. Eccles.* P. I. p. 261, et im *Anhang* p. 6, 9, et Part. III. p. 21, et 78. Denique etiam die 12. aprilis a. 865 indictio IV non currebat, sed septima. Neque annus tunc erat regni Ottonis XXX, sed XXIX. Nihil ergo ex hoc diplomate demonstrari poterit, siquidem illud est oppido falsum, atque ab otioso quodam homine confictum. Diploma id datum esse debuisset anno vel 952 vel 953, si notam falsarii effugere voluisset auctor. Anno enim 951 nupsit Adelheidis Ottoni, et Fridericus archiepiscopus mortuus est anno 954. Vt vero ex protographo, seu apographo quodam antiquissimo diplomatis sphalmata singula accurate emendentur, id est, quod optamus. Hoc autem an fieri possit, valde dubitamus. Nam minus probabile videtur, cæsarem voluisse archiepiscopo Magdeburgico donare castrum *Hebesheim*, quod etiam adhuc anno 984 spectauit ad comitem *Ekbertum*. Vicum autem *Euesen* anno 965 nomen *Hebesheim* nondum habuisse, valde nobis probabile videtur. Vicum enim *Euesen* olim fuisse duas curtes minores, quarum altera dicta *Ostendorp*, atque altera *Westendorp*, patet ex antiquo Registro bonorum parochiæ atque ecclesiæ Euesensis. Coloni præterea vsque in hodiernum diem nomina hæc retinent, et se appellant *die Ostendorp* et *Westendorper*. Atque hæ duæ curtes minores probabilissime erant comprehensæ sub curte dominicali *Hebesheim*, quæ *castrum* nominatur in Chronico nostro Corbeiensi. Castro illo destructo, curtes *Ostendorp* et

Ab anno 822 vſque 826 imperante Hludouuico et

Weſtendorp nomen *Hebesheim* retinuiſſe, dictæ videntur Ebesheim, et tandem *Eueſen*. Quod vltimum nomen illis tribuitur ab Erico Brunſuicenſium ac Luneburgenſium duce, in litteris, quas e manuſcripto in lucem iam emittimus. En illas, Lector;

In deme namen godes amen. up dat de handelinge der dynk de geſchen van den, dede yegewordich ſint, den nagekommenen luden ok witlick werden un ok up dat ſe deſte ſteder un vaſter geholden werden, ſo is des nod. dat man ſe beſcreue unde ſterke mit breuen de beſegelt ſin. hirumme ſo bekenne wy *Erck* van godes gnaden *Hertoge to brunſwich* hertogen *Albres Sone* ſeliger in diſſen breue vor uns unde unſen Eruen unde nakomelinge. dat wy mit wolbedachten mode unde vulbord alle der de dat to rechte vulborden ſcholden. hebben geegnet unde gevriget unde laten un vryen to ewigen tyden mit krafft diſſes breues negen houe landes up deme velde to *Eueſſen* unde de houe unde kothoue. de dar to horet mit aller nut unde tobehoringe an velde an deipe an holte an wyſſchen an weyden unſen leuen getruwen *Gerwyn van Hamelen* borgern to brunſwich unde ſynen Eruen dat ſe de mogen rowelken beſitten unde gebruken unde dar mede don, wat ſe willen. an diſſen vorgeſcreuenen negen houen heft gerwin vōrb. gegeuen vif marck geldes iahrliken gulde brunſwickeſſcher witte unde wichte to eyneme altare, den he heft gebuwet laten bouen in de ſudern halue des *Cloſters to deme hilgen Cruze up dem Rennelberge vor brunſwich*. de wy dorch ſyner beyde willen beſundern dar to gevriget un geegnet hebben, ſunder wat komen unde vallen mochte van denſulven negen houen bouen de vorgeſcreuene vif mark Geldes, dat mogen Gerwyn eder ſyne erven geuen unde laten wor ſe willen. vortmer ſo verſake wy unde don afftichtinge vor uns vor unſe Eruen un nakomelinge alles rechten unde egendomes dinſtes unde plicht, de wy an den vorgeſcreuenen negen houen hadden un noch hebben mochten, to ewigen tyden. ok wille wy den iuncvrowen vōrb. unde gerwyn diſſe ſuluen negen houen unde aller vryheit unde egendomes dar an recht war weſen unde ſe entledigen van aller rechten anſprake, wur unde wan on des nod is, unde ſe dat van uns eſſchet. ok ſo heft de hochgeborne furſte unſe leue veddere Hertoge *Friederik Hertoge to brunſwich Ernſtes Son* ſeliger dit vorgeſcreuen gud mit aller tobehoringe reds ouerlang gevriget unde geegnet hinrick kerchoue unſeme borger to brunſwich van ſyner un van unſer wegene, *do he unſe rechte vormund was*. in alſo daner macht, dat de ſulue kerchof de ſuluen vorgeſcreuen gude geuen unde laten mochte wem he wolde, alſo wol utwiſet unde ynholdet unſer vedderen opene beſegelde breue, de he darouer gegeuen unde beſegelt heft van ſyner unde unſer wegene alſe vorgeſcreuen is. to eyner meren bekantniſſe, dat diſſe ding unde ſtucke ſtede un unuerbroklicken geholden werden, ſo hebbe wy hertoge *Erick* hertoge to brunſwich unſe grote Ingeſegele witliken laten gehangen an diſſen bref, unde is geſchen na Godes bord unſen heren Xpī duſen verhundert jar, darna in deme dridden Jare des negſten Sondages nah lichtmiſſen.

In ſigillo appenſo apparet forma leonis, dextrum brachium attollentis. Hæc in gratiam curtis *Hebesheim* ſunto dicta, de qua Chr. Franciſcus Paulini in *Commentario de Pagis* p. 56. nonnihil ſcribit, cui ſi eius ſitus paulo accuratius fuiſſet perſpectus, de pago Derlingo certiora afferre potuiſſet. Ex quo adparet, Paulinium de pago noſtro certa et explorata nondum protuliſſe.

Porro Jo. Georg. Eccardus *Hiſtoriæ Genealog.* iam ſupra citatæ p. 139, aliud diploma regis Ottonis inſeruit, in quo Otto nonis Decembris an. 942 indict. 14. atque anno 6 regni ſui monachis Magdeburgenſibus in proprium conceſſit prædium, ſibi ab Everhardo traditum, quidquid ſcilicet Everhardus et mater ipſius Helmburg in *Roreshem* in *Uplingi* ac *Nottorp in pago Derlingen* et in comitatu Thietmari habuerunt. Quamuis autem in hoc diplomate indictio XV adeſſe debeat, atque eapropter quis ſuſpicari poſſet, illud quoque minus eſſe genuinum, ſcimus tamen aliunde, Eccardum illud diploma ex copiario, non ex originali, exhi-

exhibuiſſe, in quo aliter, et fortaſſe etiam pro *Genonaha*, vbi actum eſt, legi aliud quid auguramur, nempe *Gruonaha*. Hoc erat illud palatium regium *Gruonaha*, quondam in pago Logne exſplendeſcens, vbi rex Otto eo tempore præſens eſſe potuit. Villa autem *Roreshem*, *ad pagum Derlingen* relata, eſt *Roresheim* in principatu Halberſtadenſi, qua in regione etiam non procul a vico Dardesheim villæ *Uplingi* et *Nottorp* quondam exſtitere, vti amicus quidam doctiſſimus me docuit, cui heic publice ideopropter gratias agimus. Ibi enim adhuc inueniuntur *das Uplinger* et *Nottorperfeld*. *Uplingen* ergo villa, quondam non procul a caſtro Sommerſchenburg obuia, ad pagum noſtrum *Derlingo* referri non poterit. Et cum in *Regiſtro feudali* manuſcripto Alberti Halberſtadenſis epiſcopi ad annum 1311 inueniantur *magnum Uplinge*, *paruum Uplinge*, et *hohen Uplinge*, atque ideo etiam villa quædam exſtare debuerit appellata *nieder Uplinge*; villas *Uplingi*, *Roreshem* et *Nethitorp*, quas Otto rex eodem anno 942 *ad pagum Hardega*, atque ad comitatum Thietmari refert, teſtante diplomate in I. G. Eccardi *Hiſtor. Geneal.* p. 139, a villis *Roreshem*, *Uplingi* et *Nottorp*, quæ erant *in pago Derlingo*, plane diuerſas fuiſſe putamus. Sed de his infra pluribus. guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

Quid porro de diplomate imperatoris Ottonis, quod ex eodem Copiario Magdeburgico attulit Eccardus l. c. p. c. ſtatuere debeamus, neſcimus. Datum eſt illud diploma anno 956, 6 Kal. iunii Indictione quarta, et anno regni ſui XXVIII. atque imperii IX. Otto ſe in eo appellat *imperatorem auguſtum*. Sed anno 956 Otto nondum erat imperator, neque indictio tunc erat IV, ſed potius XIII, annusque regni Ottonis fluxit vigeſimus. *Muſiſchi* ergo villam, quam fuiſſe *in pago Darlingen* atque in comitatu Ditmari comitis diploma nos docet, non exſtitiſſe in rerum natura, ſtatuere malumus, quam vt in villam Maſcherode incidamus. In pago *Derlingo* reperiri riuum dictum *die Miſſau*, iam ſupra vidimus. In eo autem et fuiſſe locum *Muſiſchi*, id nondum deteximus.

Hæc ſunt diplomata, in quibus villæ quædam verbis luculentis pago noſtro *Derlingo* tribuuntur. Addere poſſemus diploma cæſaris Ottonis II, in quo mentio iniicitur villæ *Valereslebo*, quæ ſine dubio erit oppidum *Fallersleben*, de quo autem, et de villa *Apolderſtedt*, quæ etiam ad pagum noſtrum *Derlingo* ſpectauit, quæque eſt vicus *Apelſted* in præfectura Wolfenbuttel, non procul a vico Saltzthal ſitus, alio tempore plura dicturi ſumus.

Iam adducere debemus ea diplomata, quibus villæ quædam exponuntur, quæ quidem villæ verbis totidem ad pagum noſtrum non referuntur, ſine dubio tamen ad eundem pagum ſpectarunt, quia vndique villis cinctæ erant, quæ pago noſtro tribuuntur et adnumerari ſolent.

Inter hæc diplomata primum locum occupet diploma regis Arnolfi, quod infra §. 163. ex protographo adduximus. Arnolfus in eo quidem pagi noſtri Derlingo planam mentionem haud iniecit. Quilibet autem facillime perſpicere poteſt, intelligere Arnolfum eam regionem, in qua olim pagus noſter exſtitit. Datum eſt diploma illud in palatio regio *Franchonofurt* anno 888, eoque teſtante Otto illuſtris atque aduocatus Corbeienſis a Corbeia noſtra bona quædam accepit titulo permutationis in villis, *in orientali parte vltra fluuium Ouaccram coniacentibus*, ſcilicet

1) In *Dalhem* litos XIV, colonum I, et ſextam partem ſalinarum. Quæ nulla alia villa eſſe poterit, quam *Salzthalem*, vicus, iter dimidiæ horæ ab vrbe Wolfenbuttel ſitus. Porro

2) In *Odenhem* litos XIV, et colonos duos. Quæ villa eſſe poterit *Eilen* in præfectura Wolfenbuttel, diſtans a vico Eueſen iter dimidiæ horæ, ad cuius ſatrapiam, lingua noſtra ſaxonica dictam *die Landuogtey*, vterque ſpectat. Vicus *Eilen* olim dictus eſt *Adelem*. Hoc comprobamus litteris ſequentibus:

> Ich hannſſ Bapſt wonhaftig zu Eveſen vor mich meine Erben unndt Erbnemen thue hiemit gegen Jeder menniglichen bezeugen, das ich kraft dieſes den wirdigen und wolgelarten herrn paſtoribus Im gerichte Eveſen, alſſ zu *Eveſen*, *Detten*, *Sikte*, *Hotzem* unndt *Adelem*, ſchuldig worden bin ſechzig gulden, ieglichen zu zwanzig marien groſchen, *welche vom Caland herrurende*, der wirdiger, und wol gelarter Ehrn *Johannes Willichius* pfarherr zu *Eveſen* etzliche Jharlang In zinſen gehabt, unndt mir nun Auf der Andern herrn paſtoren bewilligung unndt befehlich Auf mein Anſuchen, mit drei gulden, Jerlich Auf Michaelis

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

lis tage zu verzinſen, vorgeſtrecket, unndt In der ſemptlichen herrn paſtoren Namen, uberliefert hatt: verpflichte mich Auch hiemit nochmalſſ, das ich gedachte ſechzig gulden mit ietzo erwenten drei gulden, ſo lange ſie bei mir unabgeleget ſtehen werden, Jerlich Auf Michaelis verzinſen, unndt dieſelbigen dem herrn Superintendenten hinbringen wil, So haben wir uns Auch beiderſeits dieſe freiheit unndt macht vorbehalten, das welchem theile das gelt lenger ſtehen oder gebrauchen zu laſſen nicht beheglich oder gefellig ſein wurde, derſelbige dem Andern theil Auf Johannis Baptiſtæ eine rechte beſtendige loſekundigung thun unndt anmelden, Alſſ den Auch von mir creditore uff die loſekundigung nachfolgenden Michaelis danckbarlich erlegt werden ſolle, da ich Aber In bezalung ſeumig, welches ob Gott wil nicht geſchehen ſol, unndt mher gemelte herrn creditoren wegen meiner ſeumung, oder gar nicht bezalung, ſchaden erleiden, unndt unkoſten Anwenden wurden, alſſ habe ich hiemit unndt In kraft dieſes, den herrn Creditoribus drei morgen Landes, ſo ich von der frederiſchen hoffe bekommen, Auf dem Eveſchen felde gelegen, verunterpfendet, unndt verſetzet, daran ſie ſich der bezalung, unndt meinentwegen erlittenen beweiſſlichen ſchaden, ohne Jenige weder meine, noch meiner beſchriebenen einſprache erholen unndt bezahlet machen ſollen, der Erſte morgen ligt Auf dem Steinwege (*hæc eſt via, qua itur ad locum, quo olim caſtrum Hebesheim ſtetit*) bei meiſter Tielen her nach dem dorffe werths, der Ander In den Elm Acker bei der frederiſchen her, Auch nach den dorffe werths, der dritte uber der wiſchen bei Ehrn frederich frederichs her. zu mehrerer verſicherung, habe ich oft gemeldeten herrn creditoren dieſe recognition mit getheilet unndt zu mehrerer verſicherung iſt dieſelbige von dem herrn landtvogdte frantz langeluddeken unterſcrieben worden, doch ihme unndt den ſeinigen ohne ſchaden. gegeben zu Eveſen den 30 ſeptembris Anno 1622. frantz Langeluddeken.

Quodſi ergo vicus *Eilen* adhuc ante centum annos dictus fuit *Adelem* (intelligi enim vicum *Eilen*, et non *Alen* patet ex eo, quod vicus *Alen* non ſpectat ad ſatrapiam Eveſen) eademque villa probabiliſſime ſit villa *Adenem*, de qua ſupra diximus, nihil impedit, quo minus per villam *Odenhem* intelligamus *Eilen*: A enim et O facile inter ſe permutantur. Deinde porro recepit Otto Illuſtris

3) in *Kikthi* litos duos ſeu mancipia. Hæc nulla videtur alia fuiſſe villa, niſi *Sikte* vicus, vnum milliare ab vrbe Brunſuico ſitus, ſub præfectura Wolfenbuttel et in Satrapia Eueſenſi. Eadem villa in diplomatibus modo appellatur *Tzyćte*, modo *Zichte*, et modo *Sickte*. Ex *Kikthi* itaque eodem modo formari potuit Tzyćte, et Zickte, quo ex *Kiellu* factum eſt Tzelle, et tandem Zelle, et ex Tzellenſtede Sellenſted. Olim pro littera C crebro ſcripta fuit littera K. Recepit Otto

4) In *Leri* litos, colonum I, et manſos II, et dimidium. Hæc erit *Iere*, ſub inſpectione Campenſi ſita. Lere enim in pago Liergewe heic in cenſum venire non poterit, de qua infra pluribus. Recepit Otto

5) In *Lauhingi* colonum vnum, quæ villa eſt *Lauingen* in præfectura Kœnigslutter, de qua iam ſupra egimus. Otto obtinuit

6) In *Scoderſted* duos litos, quæ villa deſolata eſt, olim vero exſtitit non procul ab oppido Kœnigslutter, vbi adhuc reperitur ſilua et campus, dicti das *Scoderſteter holtz* et *das Scoderſteter feld*. Teſte Henrico Meibomio T. III. S. R. G. p. 357. Hermannus, nobilis dominus de Elleſen, anno 1243 monaſterio Lotharienſi donauit decimam frugum in agro Schoderſtedenſi. Otto accepit quoque

7) In *Mullumſtedi* litos tres, quæ villa procul dubio iam dudum euerſa eſt, et de cuius ſitu iam ſupra egimus. Otto recepit

8) In *Sephingi* manſos quinque, quæ villa eſſe poterit *Scheppau* in præfectura Campenſi. Otto obtinuit

9) In *Uredu* litos ſeptem et duodecim manſos, qui vicus *Urde* eſt vnum milliare ſitus ab vrbe Wolfenbuttel et in præfectura Wolfenbuttelenſi poſitus. Otto recepit porro

10) in

10) in *Dallangibudli* colonos et manſos XV, erit Dannenbuttel in præfectura Gifhornenſi, guber-
nante
et 11) in *Beriwidi* colonos et manſos XVI, quæ eſſe poterit vel Barmke ſeu *Bar-* Corbe-
weke, non procul a monaſterio Marienthal, vel *Barwedel* in præfectura Gifhor- iam Ada-
nenſi. Præterea in eodem diplomate regis Arnolfi occurrunt ac memorantur lardo.
Rodenerleua et *Ailimundesrothe* villæ et *marca Sladforde*. Marca erat limes ſeu terminus alicuius prouinciæ maioris. Probabiliſſime ergo hæc marca exſtitit non procul a vico *Slanſted*, et veriſimillime ibi terminus fuit pagorum *Hardego* et *Derlingi*. *Rodenesleua* autem villam fuiſſe in pago Norththuringi, infra §. 20. videbimus.

Denique, quantum coniectura auguramur, eſſe poterit *Ailimundesrothe* villa Groſſen-Rode in ſaltu Elmo, a campo Alfeld et arce Langeleben non procul ſita curtis. Caſtrum *Alahure* ad comitem ſpectaſſe Ekbertum monoculum, certum eſt, idemque ſtetiſſe in campo Alfeld ſeu Allenfeld, iam ſupra aſſeruimus. Quare ſi comes *Ekbertus* in recta linea deſcendiſſet a duce *Ottone* Illuſtri, magnam veriſimilitudinis ſpeciem haberet hæc noſtra ſententia. Contendere enim poſſemus, nouale *Ailimundesrothe*, fortaſſis ſic dictum ab Elmone nemore, iure hæreditario peruenisſe in manus Ekberti monoculi. Fortaſſe autem iure permutationis, vel alio nobis nondum cognito modo acquiſiuere caſtrum illud progenitores *Ekberti*. Fortaſſis etiam viginti manſi, in *Ailimundesrothe* ſiti, ſpectarunt ad beneficium, de quo agitur in diplomate Arnolfi, aduocatiæ Corbeienſis, quam mortuo *Ottone* Illuſtri acquiſiuiſſe progenitores comitis *Ekberti*, eſt certiſſimum, qui fortaſſis caſtrum *Alahure* ædificarunt ad tuenda bona ſua, in pago *Derlingo* paſſim diffuſa.

Secundum diploma, in quo villæ quædam reperiuntur, quæ ad pagum *Derlingo* referri debent, eſt cæſaris Ottonis I, in quo ille ad annum 966 *Mamaconi donauit, quidquid beneficii in pagis Derlingen* et *Northuringen in locis Veltheim, Heſſenheim, Arnaldesheim, Bernherdeſtorpe, Cugelinge, Echeim, Sehuſen, Drogenleue, Hahaldesleue* et *Valdorp comes Theodoricus pro remedio animæ ſuæ monaſterio fratribusque in Magdeburg Deo ſanctoque Mauritio famulantibus tradiderat*. Ex quo apparet, has villas partem fuiſſe vel pagi Northuringen, vel pagi Derlingen. Agedum diſpiciamus, quinam vici ſub illis nominibus latere queant, vt diiudicemus, quem potiſſime ad pagum quælibet villa ſpectare potuerit. Ad *Veltheim* ergo villam primum quod attinet, in libro feudali manuſcripto Alberti I epiſcopi Halberſtadenſis inueniuntur 1) *Veltheim ad paludem* 2) *Veltheim apud Brunneſwic* et 3) *Veltem dicta Nortvelten*, quarum altera eſſe poterit *Veltheim am Bruch* in epiſcopatu Halberſtadenſi ſub præfectura Hornburg, vulgariter dicta *Veltheim vor dem Valſtein*, altera erit Velten ad vrbem Brunſuicum iuxta flumen Ouaceram non procul a loco, dicto *der Wendenthurn*, vulgo appellata *der Veltenhof*, tertia autem erit *Veltheim an der Ohe*, vnum milliare et dimidium ſita ab vrbe Brunſuico. Omnia hæc tria loca ſpectare potuerunt ad pagum *Derlingo*. Hic autem *Veltheim vor dem Valſtein* in cenſum venit. Poſtea *Heſſenheim* eſt *Heſſen*, villa ibidem ſita ad paludem (am Bruch). Eſtque eodem in loco præfectura, ſpectans ad ducatum Brunſuicenſem, olim ſedes nobilium dominorum de Heſſenheim, quorum probabiliter ſator fuit Mamaco, cui bona prædicta ſunt tradita. Patet autem ex huius loci ſitu, perperam ſcripſiſſe Henricum Meibomium iuniorem T. III. S. R. G. p. 102: *Recte exiſtimauit auus meus pagum Haſſegun apud Witmarum, eundem eſſe cum pago Haſſingow, Epiſcopatus Halberſtadenſis, qui etiam ſcribitur Heſſingau, frequentiſſimæ litteræ A et E inter ſe permutatione, fuitque ſine dubio circa illa loca, vbi hodie Heſſen (in tabulis antiquis Heſſenheim) arx ducum Brunſuic. et Lyneburgenſium exſtat*. Si enim locus *Heſſenheim* ſpectauit vel ad pagum Derlingo vel ad pagum Norththuringi, vti ex diplomate cæſaris Ottonis eſt euidentiſſimum; apud locum Heſſen pagus Haſſegun ſitus eſſe non potuit, de quo infra pluribus.

Arnaldesheim deinde eſt villa deſolata, quæ in Libro feudali citato Alberti Halb. Epiſcopi anno 1311 appellatur *Arleshem apud Hesnem*, in qua etiam Epiſcopus Albertus nobilibus dominis de Heſſenheim bona quædam feudalia porrexit. Concluſimus e pronomine *apud*, adhuc alia in regione fuiſſe villam quandam *Arleshem* dictam. Quo autem in loco ea exſtiterit, nobis eſt incognitum. Fortaſſis hæc villa *Arnaldesheim* eſt locus *Arlebesheim*, in quo anno 1209. Meinardus erat archidiaconus eccleſiæ Halberſtadenſis.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

Postea esse poterit *Bernherdestorpe* vicus *Bernstorf* in præfectura Wolfenbuttel, iter dimidiæ horæ situs a vico Warl seu regio palatio *Werla*.

Tum *Cugelinge* erit *Kubbelingen* apud oppidum Scheppensted, cuius ecclesia spectat ad vicum Eizen, sub inspectione Scheppenstedensi.

Deinde erit probabile, per villam *Echeim* intelligi vel vicum iam dictum *Eizen*, vel *Hachen*, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Euesen. Si prius est verum, villa *Eccanhus*, de qua supra egimus, alio in loco est quærenda. Omnes autem hæ villæ spectare debuerunt ad pagum *Derlingo*.

Postea *Schusen* probabilissime est *Schusen* in ducatu Magdeburgico, olim comitatus, de quo infra egimus pluribus. Et hic sine dubio referri debet ad pagum Northuringen.

Postea *Drogenleue* itidem ad pagum Northuringen spectare debuit, si intelligitur, vti videtur, *Dretleben* in eodem ducatu Magdeburgico. In Libro feudali sæpius excitato illius Alberti episcopi Halberstadensis ad annum 1311 reperiuntur maior et minor *Drenleue*, atque vna ex illis nostra villa *Drogenleue* fuisse videtur. Porro non procul ab oppido Osterwik et Deersheim inuenitur turris quædam dicta der *Drouentburn*, cui fortassis nomen inditum est a villa quadam olim non procul ab ea sita. Quæ si villa esset *Drogenleue*, referenda esset illa ad pagum Derlingo.

Porro *Hahaldesleue* erit locus *Haldensleuen* in ducatu Magdeburgico, situs ad flumen dictum *die Ohre*, qui procul dubio quoque spectauit ad pagum Northuringen. Et cum
denique villa *Valdorp* erit *Valdorp* ad fluuium nominatum *die Ohre*, quæ autem iam dudum euersa est, itidem illa spectare debuit ad pagum Norththuringi. Tertium diploma, quod heic in censum venire debet, quodque est cæsaris Heinrici IV ad annum 1057, diiudicauimus latius infra §. 35. Interim ex eo ad pagum nostrum Derlingo referendæ essent villæ sequentes, scilicet
1) *Scheningen*, id est, oppidum Scheningen, iam supra nominatum,
2) *Wethnemstede* hodie vicus *Watensted* situs est ad vnum milliare ab oppido Scheningen, quem Lucius III. pontifex maximus in bulla infra in Addendis allata anno 1182 appellat *Wadenstede*.
3) *Lucgenheim* hodie appellatur *Lucklen*, villa sita ab vrbe Brunsuico iter duarum horarum et dimidiæ orientem versus. Lucius III. papa in Bulla, infra in Addendis num. 18 excitata, hanc villam nominat *Luckenem*, dum refert, quendam Anfridum beato Laurentio, id est, præposito eiusque fratribus ecclesiæ sancti Laurentii Scheningensibus, contulisse vnum molendinum in Luckenen situm. Papa Alexander eam appellauerat Lukkenheim, teste eius Bulla allata in Addendis num. 17. *Confraternitatem Kalendarum* olim fuisse in eodem loco, didicimus e litteris sequentibus, quas e schedis Io. Crecelii, quondam pastoris Euesensis et Lucklemensis ecclesiarum, adiungere volumus:

Nos decanus et camerarius ceteriq;. confratres et sorores *Kalendarum in Luckenem* dilectis sibi in Xpō decano et camerario ceterisq;. confratribus et sororibus *Kalendarum* sc̄i *scriptis in Brunswich* gratiam in p̄senti et gratiam in futuro. quoniam oratio et singula pietatis opera in sui participatione non minuuntur. sed fruct⁹ eorum et effect⁹ integer in singulis inuenitur ideoq;. merito redarguitur pietatis defectus. si in illis rebus communicandis aliqua seruetur parcitas. in quarum distributione non violatur integritas. Exigente igitur pie deuotionis affectu. quem ad n̄r̄ām confraternitatem nos habere intelleximus et uerboten⁹ nobis expressistis. donamus uobis in nomine d̄ni plenam confraternitatem et participationem omniū bonorū in uita pariter et in morte. que in sacris missis. uigiliis. orationib⁹. ieiuniis. elemosinis. ceterisq;. piis obseruantiis. que per confraternitatem n̄r̄ām operari dignabitur clementia saluatoris. In quorum omnium euidens testimonium sigillum mei Iohannis plebani in *Honlaghe* dicte confraternitatis decani quia sigillo confraternitatis caremus p̄sentibus est appensum.

Datum anno d̄ni M. CCCXLVII. in die s̄cē Katharine uirginis.

Sedem

Sedem ibi etiam quondam fuiſſe archidiaconalem diœceſeos Halberſtadenſis, comprobant litteræ ad annum 1477, in quibus locus noſter appellatur *Luckum*, quaſque affert Sam. Waltherus in *Singularibus Magdeburg.* Parte VII. p. 171. Atque adhuc anno 1553. ibi fuiſſe quatuor ſacerdotes, qui quotidie miſſas celebrare debebant, teſtatur Erneſtus, filius Ludolfi de Honrod. Hodie ibi eſt ſedes archicommendatoris ordinis Teutonici, qui eſt inde ex anno 1746 Reuerendiſſimus Dominus Auguſtus Wilhelmus Grote Magnæ Britanniæ regis generalis, ordinis Teutonici eques et commendator in Lucklen et Langlen, ſolemniſſime in ordinem equeſtrem cooptatus anno 1728 die 6 menſis octobris. Plura eaque egregia de hoc loco ſcribi poſſent, ſi diis placeret. Gaudent enim Lucklemenſes archiuo, multis membranis antiquis referto, e quibus egregie hiſtoria Gottingenſis, Moguntina, Halberſtadenſis, Brunſuicenſis, Magdeburgenſis atque Anhaltina illuſtrari poſſet. Inprimis quoque inde multa depromi poſſent, ad hiſtoriam genealogicam familiarum illuſtrium facientia. Quæ vt in lucem egregiam edantur, hiſtoriæ patriæ amantes mecum valde optabunt. gubernante Corbeiam Adalardo.

4) *Etlouesheim*, olim ſedes fuit archidiaconalis eccleſiæ Halberſtadenſis. Anno enim 1327 erat Heydenricus Aries archidiaconus banni *Atleueſſen* Halberſtadenſis eccleſiæ canonicus, teſtantibus litteris in B. Gebhardi *Hiſtor. Nachricht des Stiffts S. Matthæi in Braunſchweig* p. 87. Cum itaque hic ſedes archidiaconalis fuerit in loco *Athſen* ſita non procul a Saltzthal, procul dubio per villam *Etlouesheim* intelligitur *Athſen* vicus.

Tandem quoque villæ quædam inſunt in diplomate epiſcopi Halberſtadenſis, quæ procul dubio ad pagum noſtrum *Derlingo* ſpectarunt. In his ſcilicet litteris refertur, Branthagonem Halberſtadenſem epiſcopum dedicaſſe anno 1031. templum S. Magni in villa Bruneſwik. Cum autem ad diœceſin Halberſtadenſem pagus *Derlingo* pertinuerit, probabiliſſime etiam pleræque villæ, quæ tribuuntur eccleſiæ S. Magni, ad pagum noſtrum *Derlingo* ſunt referendæ. Si enim hæ villæ ad diœceſin Halberſtadenſem haud ſpectaſſent, Epiſcopus Halberſtadenſis eas cum eccleſia S. Magni iungere non potuiſſet. Vt ergo de illis eo melius iudicare queas, placet ipſas has huic commentationi inſerere litteras, quæ ſic habent:

In nomine ſanctæ et indiuiduæ trinitatis et ſanctorum Johannis baptiſtæ, Andreæ apoſtoli, Stephani, Mariæ Magdalenæ, Brigidæ uirginis, Margarethæ, Magni epiſcopi et martyris, Nicolai epiſcopi confeſſoris *Branthago Halberſtadenſis epiſcopus* hoc templum dedicauit, quod harum uillarum ſcilicet *Bruneſwik*, *Suerikeſbutli*, *Thuringeſbutli*, *Ibanroth*, *Ottonroth*, *Gliſmoderoth*, *Huneſhem*, *Frittherikeroth*, *Ricotnum*, *Morthorp*, *Reindageroth*, *Limbeki*, *Ekthi* ſpeciali determinatiione aſſignauit. His prædictis uillis, huic eccleſiæ mancipatis, idem uenerabilis epiſcopus ſuæ epiſcopalis poteſtatis bannum impoſuit, *Luidolfo* comite eiuſque principibus quamplurimis aſtantibus, ne quandoq;. filii unquam de ſemine kanaan, ſi exurgerent, ſuis uel aliis eccleſiis, quæ huius ſunt, falſo uendicarent. Hatheguuardus et uxor eius Alta homines liberi domno deuoti hanc eccleſiam pro ſe ſuiſq;. omnibus conſtruxerunt, cui duos manſos *Luidolfo comite* conſentiente in dotem manciparunt. nam eoſdem manſus Hatheguardus ex parte *Luidolfi* prædicti *comitis* in beneficium habuit. comes uero *Luidolfus* rus proximum huic atrio pro remedio animæ ſuæ ſuorumq;. tam poſterorum quam modernorum *parentum* ſuper altare in *Bruneſuuik* domno obtulit ſummo. Datum anno domni MXXXI.

In his litteris

1) villa *Bruneſwik* eſt ipſa vrbs Braunſchweig, certe pars eius Oldewick.

2) *Suerikeſbutli* eſſe poſſet, abiecta littera S. *Warkſbuttel* in præfectura Gifhorn, niſi locus propius abeſſe Brunſuico debuiſſet.

3) *Thuringeſbutli* probabiliter erit *Ribbeſbuttel*, vicus in eadem præfectura, de quo infra §. 35. pluribus egimus.

4) *Ibanroth* eſſe poterit vel *Immerode* in præfectura Widela in Hildesheimenſi epiſcopatu, vel *Iuenrode* non procul ab Altenhauſen in ducatu Magdeburgico, vel *Iſrode* non procul ab oppido Hornburg in principatu Halberſtadenſi. *Iſrode* ad pagum Derlingo ſpectare potuit, *Iuenrode* ad pagum Norththuringi, *Im-*

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

merode autem ad pagum Saltga. Sed omnes hæ villæ non placent. Probabilius villa *Ihanroth* est, abiecto littera *J*, *Beienrode* in præfectura Campen, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Flegtorf, quam vltimam ad pagum Derlingo pertinuisse, vidimus iam supra.

5) *Velittunun* probabilissime est *Veltenhof* ad flumen Ouaceram non procul ab vrbe Brunsuico.

6) *Hanroth* villa desolata est, olimque stetit inter vicos Hachen et Detten in præfectura Wolfenbuttel. Atque hæc eadem villa est, quam litteræ ducis Heinrici supra insertæ appellant *Honrode*.

7) *Guinuthun* esse poterit *Wenden*, locus sub inspectione Saltzthalensi ad flumen dictum *die Schunter* situs.

8) *Ruidun* erit vicus *Ruhme*, non procul a turri dicta *der Wendenthurn* situs, distans iter vnius horæ ab vrbe Brunsuico. Vicus enim *Ruhme* semper appellatur *Ruiden* vel *Ruhden* in litteris feudalibus antiquis et nouis.

9) Habemus villam *Marquarderoth* pro *Maschorode*, sub inspectione Saltzthalensi in præfectura Wolfenbuttel sita. Probabilissime hæc villa nomen suum accepit a quodam *Marquardo*, qui fortassis est ille, qui ad fluuium Ouaceram in pago Liergewe bona quædam tradidit ecclesiæ Fuldensi, de quo infra pluribus §. 35.

10) *Ottonroth* villam esse vicum *Appenrode* sub inspectione Campensi, statuere non audemus. Eundem enim locum Albertus Halberstadensis ecclesiæ episcopus anno 1353 appellat *villam Abbenrode prope Elmonem sitam*, vt eam probe discerneret, 1) a villa *Abbenrod* in pago Hartingo, 2) ab *Abbenrode* in principatu Gottingensi in dynastia Gleichen, atque 3) ab *Abbenrode* in Landgrauiatu Hassiæ. A quodam *Abbone* vel Abbate aliquo hanc villam *Abbenrode* prope Elmonem sitam nomen accepisse, negari non potest. Hic *Abbo* fortassis est ille, qui in pago *Derlingo* bona quædam possedit, quemque infra §. 188. ad progenitores comitum Supplinburgicorum retulimus. Iam autem nomina *Abbo* atque *Otto* non sunt inuicem confundenda. *Abbo* enim diminutiuum est ex *Adelberto*. Et quamuis *Otto* aliquando efferatur Oddo, nunquam tamen dicitur *Abbo*. Putamus ergo, villam *Ottonroth* inter desolatos vicos esse recensendam, cuius situs nondum est detectus.

11) *Glismoderoth* esse poterit *Glisenrode*, cuius ecclesia spectat ad monasterium Riddagshusen, locus iter dimidiæ horæ ab vrbe Brunsuico situs.

12) *Hunesheim* fortassis est *Hötsen* vicus, vnum milliare situs ab vrbe Brunsuico orientem versus, et vix tria millia passuum a vico *Sikte*, qui olim relatus ad pagum *Derlingo*.

13) *Frittherikeroth* idem est ac nouale cuiusdam Fritherici. Fortasse is fuit *Frithericus*, qui infra §. 188. in villa Lauuingi, in pago Derlingo sita, bona quædam Corbeiensibus tradidit, et fator fuit comitum, de Supplinborg cognominatorum.

14) *Ricotnun*, si non est Rotencampe, spectans ad vicum Scheppau, villa desolata erit, cuius situs adhuc latet in obscuro.

15) *Morthorp* esse poterit vel villa Mehrdorp non procul a vico Warl, dicta der Mehrdorfische hof, vel Mehrdorf, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in Watensted sub inspectione Scheningensi.

16) *Reindageroth* probabilissime est villa *Regindegesrode*, de cuius situ egimus infra §. 35. vbi etiam de aliis ad pagum Derlingo spectantibus villis plura diximus.

17) *Limbeki* verisimillime est villa *Lianbeki*, de qua egimus supra.

18) Villæ *Ekthi* situs nobis nondum est cognitus.

Omnibus his villis denique addere possemus *Dengdia marcum*, et *Witmari*, *Weuerlingi* et *Sutherum marcas*, quas proferunt duo Gandersheimensia diplomata scilicet Luidolfi ducis Saxoniæ, et Bernhardi Halberstadensis ecclesiæ episcopi, quorum vltimum exaratum esse asseritur anno 965, indict. IX, anno regni domni Ottonis XXX, imperii V. Sed cum vocabulum *marcus* in codice traditionum nostrarum, aliisque genuinis diplomatibus, e seculo IX ac X resiuis, eo in sensu non vsurpetur, quo in litteris Bernhardi episcopi sumitur, inde videmus, marcam sumi pro campo villæ alicui vicino, neque probabile sit, in vna eademque regione, ne quidem vnum milliare longa et lata, fuisse quatuor marcas, neque anno 965 fuerint indictio IX. et annus quintus imperii Ottonis; ea, qua flore-

§. 16.

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

Tradidit uuulfricuf in *loingo* (y) quidquid ibi habuit teſteſ hildiuuerc habert hrodhard albmer liuduuard uuulfger adic adalger uualding fridubald ſebern odulf.

§. 17.

Tradidit *uuihricuf comeſ* in *hretha* (z) quidquid ibi habuit teſteſ uualdric attid uuala ichard ſilhard addo helmulf hunuuard tudil alduuin. tradidit uuulfhard pro anima patriſ ſui hoger manſum unum (A) . . . . . teſteſ folcmaruſ thiado radulf ſihard ſuitger uueringelo heruuarp.

§. 18.

floremus, animi ſinceritas nobis prorſus haud permittit, vt credamus, litteras iſtas eſſe genuinas, atque e ſeculo X reſiduas. Qui protographum membranaceum ac ſigillum inſpexerunt attentius, vtrumque eſſe ſuppoſititium, teſtantur. *Dengdi* eſſe videtur *Denkte*, vicus ab vrbe Wolfenbuttel vix iter vnius horæ ſitus. *Witmari* eſt *Witmer*, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in Denkte, ad quam eccleſiam etiam ſpectat eccleſia in villa *Sotmer*. *Weuerlingi* autem eſſe poſſet vel *maior* vel *minor* vicus *Weuerling*. Ille adhuc ſupereſt, iacetque inter Eilen et Detten vicos, hic autem eſt deſolatus, ſtetitque inter Gilzen et Groſſen Weferling in campo, vſque in hodiernum diem adhuc dicto *das kleinen Weferlingen feld*. Vtram autem villam intelligere malis, vtraque tamen villa vltra milliare non abeſt a vico Denkte, qui ſpectat ad præfecturam Wolfenbuttel atque ad inſpectionem Kiſſenbrük. Addimus ergo amplius nihil, niſi vt dicamus, nos in Hiſtoria Corbeienſi inquiſiuiſſe in erroneam eorum ſententiam, qui arbitrati ſunt, pagum *Derlingo* olim fuiſſe comprehenſum vel ſub pago Norththuringi, vel ſub pago Hardego. Eadem enim ſententia ex eo eſt orta, quod putarunt, vnam eandemque eſſe villam, quæ tam pago Derlingo, quam pago Hardego tribuitur, et vnam eandemque eſſe villam, quæ tam pago Norththuringo, quam pago tribuebatur Derlingo. Supra oſtendimus, hanc ſententiam talo niti infirmo.

(x) *Bennuco, Beuo, Enno, Theadinch*, et alia nomina, vt vides, propria in noſtra Saxonia olim erant vſitatiſſima. In eadem Saxonia reperiebantur villæ nominatæ *Bennukenſten, Beuenhus, Beuenrode, Ennenhus*, et *Thedinchhuſen*, id eſt, Bennuconis lapis, Beuonis domus, nouale Beuonis, Ennonis domus, Theadinchi domus. Patet ex hoc, nomina, indita villis, petita fuiſſe a nominibus propriis poſſeſſorum earum. Hæc obſeruatio facit ad detegendas fictiones quorundam, qui inprimis ſeculo XVI. deduxerunt nomina villarum atque vrbium, neſcio e quibus actionibus mirabilibus, quarum Ioh. Letznerus et Cyriac. Spangenbergius aliique ſummi fuere artifices. De nominibus, vnde villæ ſunt dictæ.

(y) *Loingo* villam fuiſſe *in pago Enterigawi*, docet nos diligentiſſimus abbas noſter Saracho in præſtantiſſimo ſuo Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis. In comitatu Hoiano eundem exſtitiſſe pagum infra demonſtrabimus. An vero intelligatur vel *Lohe* in præfectura Nienburg, vel *Lohe* in præfectura Ehrenburg, vel *Loge* in præfectura Hoia, quæ villa, teſte celeber. Dom. Grupenio in *Diſcept. Forenſ.* p. 874. ſpectat ad parochiam Martfeldenſem, in medio relinquimus. Fortaſſe nobis alio tempore occaſio dabitur, in huius villæ ſitum accuratius inquirendi. De villa Loingo.

(z) *Hretha* erat, teſtante Sarachone in Regiſtro ſæpius laudato, ſita *in pago Nethga*. Hic pagus non eſt dictus Neltiga, neque fluuius ad quem illum fuiſſe perhibent, appellatur Nelte, ſed Nethe ſeu Neite. Vide et corrige *Origines Pyrmont*. p. 164. num. 7. *Hrethe* probabiliſſime eſt *Rothe* in epiſcopatu Paderbornenſi, non procul ab oppido Beuerungen ad Wiſeram ſita. Comes *Wihricus* referendus videtur ad progenitores comitum Euerſteinenſium. De villa Hretha.

(A) Villa, quæ in codice traditionum noſtrarum legi non poteſt, in Regiſtro abbatis Sarachonis appellatur *Honesleua*, quam exſtitiſſe *in pago Norththuringi* perhibet ille Honesvene- De villa leua.

§. 18.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

Tradidit *enno comes* (B) pro anima sororis suae *tunihild* quidquid habuit in *theutmareshuf* testes enno bernhard hugo oto mayco bernuuard. tradidit uuithmannus comes in *duncgon* (C) mansos decem testes heriman uuithard hrauuard adalhard beuo frederik hildilet adalrid dagarid erp addic abbo.

§. 19.

Tradiderunt geruuardus et eilbertus quidquid habuerunt in *loferdi* (D) testes uual brunink thanuui eilhard hunrad tato hunuuardus.

tra-

venerabilis præsul: Honesleua igitur videtur Hensleben in ducatu Magdeburgico vel Hoensleben non procul ab vrbe Helmstadio.

DeComite Ennone.

(B) *Enno comes* ortus videtur ex illustrissima stirpe familiæ Billinganæ. Infra sane §. 20. ille filius appellatur *Amalungi*, quem patrem appellat Benniti diploma Caroli M. *Tunituld* soror *Ennonis*, atque ita filia *Amulungi*, quae hactenus incognita fuit. Supra §. 5. euicimus, *Ennonem* fuisse testem, cum quædam in pago Logne, qui pago Suilbergi contiguus erat, traderentur. Iam ipse *Enno* donat quædam in pago Suilbergi, id est, comitatu Dasselienſi, qua in regione Billinganæ stirpis heroës alia plura bona possedisse, infra videbimus. Fortassis tempore cæsaris Hludouuici *Enno comes* comitatum suum habuit in pago Suilbergi, vel in pago Logne. Infra eum sæpius præsentem Corbeiæ deprehendemus. Videtur ille abbatis Corbeienſis Adalardi, qui Bernharti, fratris Pipini Franciæ regis, filius erat, et familiarissimus et consanguineus fuisse. Villam *Theutmareshus* exstitisse *in pago Suilbergi*, docet nos abbas noster Saracho in suo Regestro, eademque videtur fuisse vicus *Detershusen* seu *Detersen*, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in vico Marcoldendorf, olim in Comitatu Dasselienſi, iam vero in Hildesheimenſi episcopatu intra præfecturam Hundesrück situs.

De villa Duncgon.

(C) *Duncgon* erat, teste Sarachone, *in pago Auga*, vbi etiam sita erat ipsa Corbeia nostra. Villa autem *Duncgon* desolata est, distans a nostra Corbeia vnum milliare, olim reperta inter Furstenau et Leuendorp. Comites de Peremont quondam habebant in eadem villa ab abbatia nostra bona feudalia, quæ, illis exstinctis, acceperunt comites de Spegelberg, a quibus iterum ea recepere in feudum nobiles de Kannen, vti nostra diplomata Corbeienſia comprobant, de quibus in *Clientela Corbeienſi* pluribus disseremus.

De villa Loferdi.

(D) Villam *Loferdi* abbas noster Saracho in suo Regestro tribuit *pago Tilithi*, quo nos docet, ecclesiæ suæ non esse tradita bona in magno vel paruo *Lafferde* sub præfectura Peina in Hildesheimenſi episcopatu, neque in *Leiferde*, loco Brunsuicenſis ducatus sub inspectione Thide, quippe qui spectauit ad pagum Liergewe. Pagus *Tilithi* erat in vtraque Visurgis ripa, et ad eundem fluuium, Bodenwerderam inter atque Hamelam oppida, inuenimus vicum *Latferde*, quem villam nostram *Loferdi* esse omnino putamus. Hæc ergo eadem villa est, in qua, teste §. 227, *Wycbertus* quidam pro anima *Gerwardi* mansum vnum Nostris tradidit. Hic consanguineus fuisse videtur *Gerwardi* atque *Eilberti*, qui nostro in §. bona sua tradiderunt in villa *Loferdi* ecclesiæ Corbeienſi. Ad quam familiam spectarint tam *Gerwardus* quam *Eilbertus*, ita demonstrari non poterit, vt de eo nullus dubitare queat. Inuenimus enim, Hoianos, Schaumburgicos atque Homburgenſes dominos et comites in eadem villa bona possedisse. Quis ergo nos docebit, an *Gerward* atque *Eilbert* ad progenitores Homburgicorum aut Hoianorum Comitum sint referendi? *Wicbertos* reperimus inter Widikindeos, a quibus probabiliter et comites Hoiani descendunt. Atque exinde quis concludere posset, eos ad Widikindeos dominos spectasse. Fortasse villam *Loferdi* possederat dux Ostfalorum *Hessi* seu *Asig*, quem in eodem pago *Tilithi* bona habuisse, infra videbimus. Atque ex hoc ipso nobis probabile videtur, bona, in *Laferdi* sita, inter diuersos fuisse distributa, quod aliis eius bonis, in vna villa sitis, factum esse et vsu venisse, traditiones nostræ nos docent. *Eilbertus* sane,

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus miles et dei gra in homburg dominus. Omni-
bus xpi fidelibus presens scriptu Respicientibus. gratiam in vite presentis exilio. gloriam in Regni celestis pa-
latio. Quoniam Calcat itere mortis. terre genatio tota. et tpa pretenunt. more fluentis aque. ne Res gesta in ipe si-
mul cu tempore a memoria labatur. et oblivione seu errore. vel malivolentia Confundatur. pnide scripti testi-
monio perhennatur. Universitate igitur vram scire volumus. quod nos de pari volutate et comuni consensu omniu
coheredum nroꝝ. in Remissione peccaminu nostroꝝ. Bona sita in latforde. videlic; quatuor masos qs chami-
natesis ecclia coparauerat a iohane milite de hoye et fris heredib. contulim eidem ecclie. libe ppetuo possidenda.
et omi iuri qd in eis visi sum habe omimodis renuntiauim. et dno Ottom ppositu pfate ecclie comunicata manu. cu fili-
o nro Bodone. atq. fratruele nro Bodone. resignatum in ppetua eiusdem ecclie possessione. et ne in posteru ecclia vl
a nobis aut nostris hereclib in eisde Bonis molestet. psente Lutam diligenti conscripta. Sigillo nro fecim Roborari.
Acta sunt hec anno gre. m. cc. l. vi. mo. to. Presentib et testib hiis. Ernesto de rodhe. Lodewico de Bardeleve. Lode-
wico post. hmanno laico. Johane wittop. Burgardo. et hmanno hake. Johanne et Ernesto de embeke. albro clinge.
Johanne de euerstdorp. arnoldo lascoef. friderico Svengel. et aliis q plib. Datu in viglia Beati marce in aldendorp.



Ab an
822 vſq
826 im-
perant
Hludo
uuico e

DeCo
te En
ne.

De vi
Dunc
gon.

De vi
Lofe

ſane, *Gerwardus* et *Wicbertus* inter cohæredes ducis Oſtfalorum Heſſi numerantur, vti diſcimus ex §. 111. et 121. Illud interhæc negari non poſſe cenſemus, ipſum locum *Loſerdi* ſeculo XIII et ſequenti ad dynaſtiam Homburgicam ſpectaſſe. Cum enim *anno* 1222 *regnante Frederico Romanorum imperatore et ſemper Auguſto Ludegerus Lode miles quatuor manſos et dimidium in Latuorde pro quinquaginta marcis venderet eccleſiæ in Amelungesborne, atque ille hæc bona in beneficio poſſideret a dominis de Homburg, reſignauit ea in manus eorum, et Bodo ſenior et Bodo iunior fratres de Homburg conſenſu coheredum ſuorum eccleſiæ prædictæ proprietatis contulerunt libertatem*, teſte diplomate in Copiario Amelungelsbornenſi in membrana ſcripto. Fortaſſis hi ſunt iidem *quatuor manſi in Latuorde, quos Lutgarda de Homborg comparauit eccleſiæ Caminatenſi quinquaginta marcis, vt Caminatenſis eccleſia, ipſa ſuperſtite, quotannis penſitaret Amelungesbornenſibus quinquaginta moldera ſiliginis et hordei ante diem Martini, et vnam marcam argenti*, vti *anno* 1242 *profitetur Hermannus abbas Corbeienſis* in litteris, in eodem Copiario Amelungesbornenſi reperiundis, in quibus *teſtes* adducuntur *Hermannus abbas de Lucka, Conradus præpoſitus Corbeienſis, Henricus præpoſitus in Caminatis, Henricus prior de Amelungesborne, Arnoldus miles de Porta, Albero de Herſtelle*, atque *Hartungus miles de Aulica.* guber-nante Corbeiam Adalardo.

Poſt hæc eadem Caminatenſis eccleſia comparauerat a Iohanne milite de Hoye et ſuis heredibus quatuor manſos ſitos in *Latforde*, atque Henricus dominus in Homburg cum ſuis heredibus renunciarat omni iuri, quod in eis habere ſibi erat viſus, teſtantibus litteris ſequentibus, quas, diligentius quippe conſcriptas, neque vnquam in lucem emiſſas, in gratiam eorum, qui vetuſta diplomata legere ſtudent, æri inciſas damus:

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen: *Henricuſ miles.* et dei gratia *in Homburg dominus.* Omnibus chriſti fidelibus preſens ſcriptum reſpicientibus. gratiam in vite preſentis exilio. gloriam in Regni celeſtis palatio. Quoniam. calcat iter mortiſ. terre generatio tota. et tempora pretereunt more fluentis aque. ne res geſta in tempore ſimul cum tempore a memoria labatur. et obliuione ſeu errore. vel maliuolentia confundatur. prouide ſcripti teſtimonio perhennatur. Vniuerſitatem igitur veſtram ſcire volumus. quod noſ de pari voluntate et communi conſenſu omnium coheredum noſtrorum. in Remiſſionem peccaminum noſtrorum. Bona ſita in *latforde.* videlicet quatuor manſos. quos *chaminatenſis* eccleſia comparauerat a iohane milite de Hoye et ſvis heredibus. contulimus eidem eccleſie. libere perpetuo poſſidenda. et omni iuri quod in eiſ viſi ſumus habere omnimodiſ renuntiauimus. et *domino Ottoni propoſito* prefate eccleſie communicata manu. cum *filio noſtro Bodone.* atque *fratruele noſtro Bodone.* reſignauimus in perpetuam eiuſdem eccleſie poſſeſſionem. et ne in poſterum eccleſia vel a nobis aut noſtris heredibus in eiſdem Bonis moleſtetur. preſentem Litteram diligentius conſcriptam. Sigillo noſtro fecimus Roborari. Acta ſunt hec anno gratie M. CC. L. VI. Preſentibus et teſtibus hiis. *Erneſto de rodhe. Lodewico de Bardeleve. Lodewico poſt. Hermanno Laico. Johane wittop. Burgardo.* et *Hermanno Hake. Johanne* et *erneſto de embere. Alberto dinge. Johanne de euerſtdorp. Arnoldo laſtorf. Friderico Svengel.* et aliiſ quam pluribus. Datum in vigilia Beati marce in *Aldendorp.*

o o o mo to.

o

Sigillum appenſum et nunquam editum eſt et notatu digniſſimum. Patet enim ex eo primum, leonem Homburgicum æque ac Euerſteinenſem fuiſſe coronatum, leonem deinde in vnguibus gerere duo cornua ceruina, procul dubio deſumta ex inſignibus comitum de Daſſel, et denotantia communem originem comitum de Daſſel et nobilium dominorum de Homburg: et denique circa leonem cerni clauſuram, quam nominant Germani *eine Einfaſſung*, Galli *Bordure*, in XXIV. partes diuiſam. Cum autem pars vna altior ſit altera, atque in vna parte alta adhuc duo cornua ceruina ſatis diſtincte videantur, concluſimus ex eo, in reliquis eminentioribus partibus etiam eiuſmodi cornua extitiſſe, eaque vetuſtate eſſe detrita, neque illam clauſuram denotare abacum, quem

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

teutonice appellant *ein Schach-bret*, vti recentiores putarunt. Hanc nouam detectionem multis fore gratissimam, speramus. Infra aliud sigillum Homburgicum producemus, in quo eadem cornua ceruina apparent. In Historia autem Corbeiensi plura sigilla Homburgica in lucem emittemus.

In eadem villa *Latuorde* possedisse anno 1372 dominos de Haken bona quædam probant sequentes, nondum editæ, litteræ:

Wy *Ernst Dyderick* und *Henrick brodere* gheheten de *haken* und alle use rechten eruen bekennet in dessem oppenen breue de bezegheld is myt usen inghezeghelen dat wy Sculdich sint rechter Sculd Tylecken Eylingessen Sophyen, siner rechten vruwen alle oren rechten eruen und deme de dessem breff heft ane ore wederspracke twe unde twintich lodighe Mark hamelschen wichte und witte. vor de twe und twintich lodighe mark vorscreuen sette wy on tho eynen rechten Sate usen hoff tho *Latvorde* van twen houen mid aller slachten und alse dar tho horet en bynnen und en byten dem dorpe tho *Latvorde*, wor dat gheleghen is in holte in velde in watere in weyde und wyschen und dar tho eyne kotstede in demsuluen dorpe tho *Latvorde*, dar nu to tyden ynne wohnet de bernde und wy antworden on dut vorbenompde gud in ore bruckelken were to besittende unde to entsettende. also lange wente on ore twe und twyntich mark lodighes selvers vorscreuen degher und al betalet sint. vortmer hebbe wy de macht to bedenthaluen dat user eyn dem andern mach de lose alle iar kundighen twyschen wynachten und lechtmissen und betalen denne on de twey und twintich mark lodighes Suluers vorbenompt to den paschen dat dar neyst tokomende is unde wanne denne de vorkundighinge van uses eynes haluen weghene ghedan is, so will wy und schullen de vorscreuen twey und twintich mark lodighes on betalen to paschen dat neyst der vorkundighinge to komende is, unde betalen on oer gheld eder Suluer hamelischer wichte und witte twey myle eder drey van dem *bodenwerder* wor se dat eschet ane hinder und lengen vortock. Ok sette wy on na us tweyne borghen. were dat der ienich affstorve des god nicht en wille. eye desse twey und twintich lodighe mark vorscreuen betalet worden und wy darumme ghemanet worden So wolde wy bynnen veer weken al der neyst der manynge einen anderen also guden borghen weder setten in des doden stede myd eynem sunderliken breue dessem breue unschedelik, wanne dat van uns gheeschet werd. alle desse vorscreuen stucke loue wy on an trawen stede und vast to holdende. und wy *Henrick van Osen* und *Iohan van Vrencke* Ecbrechtes sone knapen bekennet in dessem seluen breue under usen inghesseghelen, dat wy hebbet gelouet und louet an truwen myd samder hant vor *Ernste* vor *Dyderke* vor *Henricke* broder vorghe nompd de *haken* und vor all oren rechten eruen und na oren truwen und vor al desse vorbenomenden stucke *Tyleken* Eyllingesen Sophien syner echten vruwen oren rechten eruen und dem de dessem breff hefft ane ore wedersprake. in desser wyse wer et dat on iennich bracke stucke in dessen twey und twintich marken lodighes seluers vorscreuen effte in ienighen stucke sunderlicken vorbenompt und wy darumme ghemanet worden so wil wy und schullen bynnen verteynachten alderneyst der manynghe on de brake degher und al erfullen myd reden pennyngen eder myd ghenogheden panden, dar se ore twey und twintich mark lodighen Seluers hemelsch wichte und witte bruckelken mede erweruen moghen ane oren schaden. alle desse vorscreuen dingh loue wy on an truwen stede und vast to holdende. desse breff is ghegheuen na Godes bord dritteynhundert jar und in dem twey und seuendegesten jare des donnersdaghes in der pasche weken.

Appendent quinque sigilla.

Ex his litteris patet, nobiles de Haken habuisse in villa *Latuorde* duos mansos, et vnum locum, qui dicitur Kotstede, ad quem refertur vnus mansus, quem vltimum illi de Haken dicti in feudum accipiunt, extinctis nobilibus dominis de Homburg,

ad pag. 40. lin. 4.

Nos Henricus dei gratia Corbeyen ecclie Abbas tenore psentium protestamur / qd cum Thydicus et Bernardus fratres dicti de Ilsen / medietatem omnium bonorum suorum in Kemenadhen existentium tam in villa qm in campo et in pascuis et in silvis cum heredum suorum consensu Caminatensi ecclie pro viginti et septem talentis Hamelen ac Insulen monete vendidissent / prout in alio scripto nro inde confecto expressius continetur - - - - - - - - - - - - - - Testes huius rei sunt / Albertus senior miles de Amelugessen. Henricus de Godelhem / Hermannus / et Everhardus fres de Nyenkerken / castellani nri in Brunesbg / Johes de Frenke Thydicus de Helen / milites / Albertus de Hupedhe / Henricus et Bernardus fres de Halle / Rudolfus / notarius nr / et qmplres alii fide digni. Ut aut h omnia utrobiq rata seruentur / et inconvulsa permaneant / psens scriptum sigillis / nro videlicet et Conventus nri Corbeyen / ac ipsius ecclie Cammaten decreuimus roborandum. Dat et actum ceperibus Ottonis ppositi Cammaten / anno dni. M°. CC°. Octogesimo quinto / feria quinta post Epyphaniam Domini /





burg, a ducibus Brunſuicenſibus et Luneburgenſibus, vti probant litteræ infra §. 227. allatæ, duos vero illos manſos in *Latuorde* habuiſſe dominos de Haken a comitibus de Schaumburg in feudo, demonſtramus litteris ſequentibus: gubernante Corbeiam Adalardo.

Von Gottes Gnaden wir *Wilhelm Landtgraff zu Heſſen* Furſt zu Herſſfeldt Graff zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda und Schaumburgk etc. bekennen hiemit vor unſſ, unſere Erben und Nachkommen Furſten zu Heſſen alſſ unſſ nach Ableben weylandt des hochwohlgebohrnen unſers lieben vettern und Getreuen *Graffen zu Holſtein Schaumburg und Sternberg* chriſtlicher Gedächtniſſ, als des letzten dieſes Gräfflichen Stambſſ, nicht allein der eigenthum etlicher deſſelben von unſſ zu Lehen gehabter Schauenburgiſcher Ampter, ſondern auch folgendts in dehme vor wenig Jahren zu Munſter und Oſſnabrugk getroffenen algemeinen Reichs frieden, noch ferner die ubrige und *gantze Grafſchafft Schaumburg* ſampt allen darzu gehorigen hohen und andern iuribus, wie die Nahmen haben mögen, reſpective eroffnet worden und erhblichen Zugefällen, und dannenhero mit und neben andern unſern adelichen Lehenmännern, welche von ſolcher unſerer Grafſchafft *Schaumburgk* und von deren itzo von unſſ einhabigen helfſte ihre Lehen zu recognoſciren haben, auch der veſte unſer lieber getreuer *Johan Wilke Haken* Obriſt Wachtmeiſter *Leviens* ſehl. *Sohn*, als der älteſte vor ſich und ſeine vettere *Georg Elmerhaus*, *Wilhelms* Sehl. *Sohn*, auch *Ernſt Henrichen*, *Friederich Allbrecht*, und *Chriſtoph Diederich* Gebrudere, *Lutter Ernſt* Sehl. *Sohne*, alle *Haken* ſich gehorſahmlich angemeldet, und unſſ unterthäniges fleiſſes erſucht und gebeten, wie ſie mit denen Lehen und Guthern, welche Sie und ihre vorfahren, biſſhero von weylandt dem herrn *Graffen zu Schawenburgk* und *Sternberg* chriſtlicher Gedächtniſſ beſage unſſ originaliter vorgezeigten Lehnbrieffs, zu Lehen empfangen, und getragen, numehr aber deren eigenthum obvorbemeldeter maſſen an unſſ kommen, gnädiglich wieder belehnen wolten. Daſſ wir demnach ſolchem ſeinen unterthänigen ſuchen in Gnaden ſtatt gethan, und jhn den vorgemeldten Obriſt Wachtmeiſter *Haken* als den elteſten vor ſich und zu mitbehueff vorberuhrte ſeine vettere, *Georg Elmerhauſſ*, *Ernſt Henrich*, *Friederich Albrecht*, und *Chriſtoph Diedrichen* alle *Haken* Gevettere und Gebrudere, und ihre rechte Manleibs Lehens Erben mit nachbenandten Lehen-Guthern, wie ſich nach Lehensrechts rechte Arth und Gewohnheit eignet und gebuhret, belehnet haben, und belehnen ihn in Krafft dieſes unſers brieffes, Nemlich mit dem dorff *Ohder*, mit achte hueffen Landes daſelbſt, mit recht und Gerechtigkeit wie die belegen, zwey hueffe Landes in einer breite in der *Ohdermaſch* an der Weſſer dahl von den feldmarks Graffen an biſſ an die neue Gerichte, in einer breite, den *Ohderberg* mit ſeiner zubehorunge, vierte halbe hueffe mit ſeiner Zubehorung zu *honroder bey Hameln*, und den Zehenden daſelbſt, zwey hueffe Landes zu *Tündern*, und den lutken Zehenden daſelbſt, zwey hueffe Landes zu *Harmerſſen*, funff hueffe Landes zu *Emmern*, mit ihren zubehorungen, neun hueſte Landes zu *Froleveſſen*, den Zehenden daſelbſt, und drey Kotſtette, eine hueffe Landes vor *Hameln*, die *Eickbreite* genandt, vor dem Wettthore (*forte Weſſer thore*) daſelbſt, den zehenden zu *Verdeſſen*, zwey Vorde an der *Weſſer*, einen zu *Ohder*, und den andern zu *Eilenkampe* bey dem *Hardbohme*, zwey hueffe zu *Schneſſell* mit neun hofen und einer Kotſtette, noch elffen hofen Zehendt frey daſelbſt, den vierdten theil des Zehendten zu *Lutken afferde*, die voigtey über zwey hueffe landes in dem *Hartmer felde*, zwey hueffe Landes zu *Lattferde*, zwölff morgen fur den hagen zu *Ohſen*, und das Schapwerk zu *Froleveſſen*, und fort mit allen ihren Zubehorungen, ſo die alle belegen ſeyn buten und binnen den vorbemeldten dorffern, in Holtze, in felde, in waſſern, wiſchen und weyden, davon nichts auſbeſchieden, wie man das alle benennen mag, welcher Guther aller, mit ihrer Zubehorung, Wir fur unſſ und unſere Mitbeſchriebene, den vorbenahmten Obriſt Wachtmeiſter *Johan Wilken Haken*, und ſeinen mitbemeldten, rechte bekennige Herren und

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

tradidit heluco in *uuithem* (E) quidquid habuit ibi. teſteſ eſo folchard uuido marcuuarduſ aſuko uuitbern ingeld frederic hildibert fal aſic eilod.

§. 20.

Tradidit bernharduſ in pago norththuringi (F) . . . . . teſteſ

Wehrer ſeyn wollen, und ſollen, wo, und wie offt ihnen des nothig und behueff ſeyn wird, und ſie das von Unſſ heiſchen oder heiſchen laſſen. Dagegen hat er unſſ gewohnliche Gelubde und Eyde gethan, Unſer und unſer Erben und ſucceſſoren Furſten zu Heſſen, wer die iederzeit ſein, und unſer Furſtenthum Heſſen Caſſel einhaben werden, beſtes nach ſeinen hochſten vermögen zu thun und zu wiſſen, auch derſelben Arges zuwenden und zu verhindern, darzu von angezogenen allen Guthern nichts zu verpfänden, verſetzen, oder verkommen zu laſſen, ſondern ſie nach vermögen getreulich bey ein zu verwahren, und zu erhalten, weitern Inhalts des Unſſ hieruber zuruck gegebenen Reverſes, alles ohne Argeliſt und Gefährde. Zu Uhrkundt haben wir dieſen brieff mit eigenen Händen unterſchrieben, und unſer Furſtlich Inſiegel wiſſentlich daran laſſen hengen, Geſchehen in unſer Reſidentz und Feſtung *Caſſel* den achten monathstag Februarii. Anno nach Chriſti unſers herrn Gebuhrt Eintauſend Sechshundert funffzig und drey.

Wilhelm L. Z. H. mp. Johan Vulteius Cantzlar mp.

Sigillum exhibuimus in Tabula I. num. 1.

De pago Auga.

(E) Iam pedem noſtrum referimus e pago Tilithi in pagum contiguum *Auga*. Fuiſſe enim *in pago Auga Withem* villam, refert abbas noſter Saracho in *Regiſtro Bonorum* et P. A. C. Eſt autem villa *Withem* deſolata, olim reperta eis Wiſeram in campo Bruggenfeld in loco vſque in hodiernum diem appellato *Widen*. Olim debebant incolæ huius villæ arua monaſterii Corbeienſis aratro ſcindere, atque abbatiæ noſtræ alia ſeruilia opera facere, vti Regiſtra bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeienſis teſtantur. Eandem villam propter crebras inundationes Wiſeræ decreuiſſe, eiuſque incolas ſe ſuaque paulatim tranſtuliſſe in vrbem Huxariam, valde probabile eſt. Non eſt autem hæc villa confundenda cum villa *Werethan*, cuius mentionem iniecit anno 1079 Corbeienſis abbas Wernerus (non Warinus, vti cum Schatenio volunt *Origines Pyrmontanæ* p. 8. vbi enim anno 1079 Warinus erat?) Hæc enim villa hodie dicitur *Werden*, ſita ad Wiſeram, vnum milliare diſtans a noſtra Corbeia, et olim relata fuit ad pagum Nithega, vti infra videbimus.

De pago Norththuringi.

(F) Licet in hoc paragrapho quædam ſint vetuſtate detrita, reſtituenda tamen ea ſunt e Sarachonis Regiſtro B. et P. A. C.; digniſſimus enim eſt paragraphus, qui explicetur planiſſime. Primum enim de *pago Norththuringi* bene notes velim, probe eum diſtinguendum eſſe tam a tota *Thuringorum prouincia*, quam a *pago Sudthuringia* ſpecialiter ſic dicta. Per totam *Thuringorum prouinciam* intelligimus regnum Thuringiæ, procul dubio olim diuiſum in Thuringiam *orientalem*, *occidentalem*, *meridionalem* et *ſeptentrionalem*. Thuringia *orientalis* comprehendebat Miſniam atque Oſterlandiam. Ad Thuringiam *meridionalem* ſpectabat Franconia orientalis, Buchonia, Haſſia et comitatus Hennebergicus. Ad *occidentalem* Thuringiam referebatur eadem regio, quæ vſque in hodiernum diem nominatur Thuringia; ad *ſeptentrionalem* autem Thuringiam pertinebat principatus Anhaltinus, ducatus Magdeburgicus, et aliqua pars principatus Halberſtadenſis, et fortaſſis etiam Marchiæ Brandenburgicæ. Ita res ſine dubio erat, florente adhuc regno Thuringiæ. Poſteaquam autem regnum Thuringiæ per Francos, Saxones et Sueuos, ſeculo VI. a Chriſto nato a) deletum eſt, Sueui in prin-

a) D. Io. Iac. Maſcou in Geſchichten der Teutſchen bis zu Abgang der Merouingiſchen Könige Leipzig 1737, 4, L. XI §. 47, ſqq. p. 70, ſqq. et in V. Anmerkungen p. 16, ſqq.

principatu Anhaltino ſedes ſuas poſuere, Saxones Northuringiam atque Eichsfeldiam acquiſiuere, et Franci ceteras prouincias in poteſtatem ſuam redegere. An Saxones eo tempore quoque *pagum Heſſi Saxonicum* acceperint, in obſcuro latet. Illud eſt certum, tempore Hludouuici pii *pagum Heſſi Saxonicum* ad Saxones noſtros ſpectaſſe, vti hæ, quas damus, Traditiones paſſim comprobant. Neque probabile eſt, Carolum M. demum Saxonibus noſtris hunc latum et magnum pagum tradidiſſe. gubernante Corbeiam Adalardo.

Euerſo regno Thuringiæ, nomina Thuringiæ *orientalis* atque *occidentalis* penitus videntur omiſſa. Manſere tantum nomina Thuringiæ *meridionalis* ac *ſeptentrionalis*, quæ in diplomatibus appellantur pagi *Sudthuringia* ſeu *Thuringia Auſtralis*, et *Nortthuringia*. Quem vltimum noſtræ Traditiones, et Saracho abbas in ſuo Regiſtro appellant *Norththuringi*. Non autem nomen pagi *Norththuringi* eo in ſenſu accipere debemus, quo ſumi potuit, durante adhuc regno Thuringiæ. Pagus enim *Sueuon* tempore Carolingicorum a *Norththuringia* erat auulſus. An pagus *Hardego* ſub *Norththuringia* quoque fuerit comprehenſus, res erit altioris indaginis. Auctor ſane Vitæ S. Liutbirgis cap. I. refert, *Bilihildam filiam Bernhardi et proneptem ducis Oſtfalorum Heſſi* ſeu Aſig *condidiſſe monaſterium in loco, qui dicatur Winithohus in prouincia Saxoniæ, in pago, qui dicatur Harthagewi, in ſaltu, qui vocetur Harzs, qui diuidat Saxoniam et Thuringiam.* Ex quo loco diſcimus, pagum Hardego, vti Traditiones noſtræ illum appellant, fuiſſe intra Saxoniam, et ſiluam Harz terminum exſtitiſſe Saxoniæ et Thuringiæ. Totam quoque *Eichsfeldiam* ad Saxoniam et non ad Thuringiam tempore Carolingidarum ſpectaſſe, patet e Chronico noſtro Corbeienſi manuſcripto, in quo clare et perſpicue aſſeritur, *fines duarum prouinciarum Saxoniæ et Thuringiæ villam Dhuwige inter Oneſtrutum et Wipram fluuios diſterminaſſe.* Quemadmodum igitur concedimus, pagum *Norththuringi* nomen ſuum a Thuringis accepiſſe, et quemadmodum nuper acutiſſimi Nouorum Actorum Eruditorum collectores contra D. Joach. Berw. Lauenſteinium inficiati ſunt ſtrenue, vnquam Thuringos ad Hildeſiam incoluiſſe: ita et nos contra eundem Lauenſteinium inficiabimur ſtrenue, Thuringos vnquam in terras Brunſuicenſium imperium tenuiſſe, licet Lauenſteinius ſe nuperrime contra dictos cenſores ſtuduerit tueri; his autem poſtremis vindiciis ſeſe in nouum barathrum præcipitauerit. Sane enim villa *Duringerode* ad fluuium Ouaccram nullatenus rem conficit, vti infra videbimus. Denuo potius pernegabimus ſtrenue, vt iterum iterumque hanc voculam repetamus, *Helmſtadium* noſtrum vnquam ad pagum *Norththuringi* pertinuiſſe. Sed dicis, Hermannum Conringium ita ſtatuiſſe. Quid vero inde? An auctoritatibus pugnandum? Nonne tanto viro, quantus erat Conringius, aliquid dandum eſt, quippe qui eo viuebat tempore, quo ars diplomatico-hiſtorica tam clare nondum exſplendeſcebat, quam hoc noſtro æuo? At aſſeris, Conringium, ad Hiſtoriam Vitæ S. Hildegrimi primi Halberſtadenſium epiſcopi prouocaſſe. Sed illud ex ea comprobare non poteris, quod ſtudes. Nihil enim aliud in eadem Hiſtoria dicitur, niſi quod Hildegrimus *ſe ad Northuringenſem gentem* (vt ipſis eiuſdem Vitæ verbis obſcurioribus vtamur) *committere voluerit: vſum auxilio & hoſpitio fratris ſui* (ſcilicet S. Ludgeri) *manentis in loco vocato Helmenſtad, vbi ordinauerunt* (ſeu præparauerint) *ſemina ſanctiſſima euangeliorum, quæ deinde iecerint in Northuringorum pectora.* Sic ergo e pago Derlingo, in quo neceſſario Helmenſtadium ſitum fuerit oportet, vti ſupra monſtrauimus, quia illud vndique villis, ad pagum *Derlingo* ſpectantibus, circumdabatur, in pagum *Northuringi* homines illi venere, ibidem diſſeminaturi euangelium. Exſulat ergo primarium argumentum Lauenſteinii. Licet vero perhibeat ille, Thuringos in Hadolaun regnaſſe; illud tamen ipſum etiam ſupra (§. 15.) pernegauimus ſtrenue, oſtendentes, in Hadolaun non regnaſſe Thuringos, ſed Herulos. Qua ergo fronte dici queat, Thuringos terras Brunſuicenſes et Hildesheimenſem epiſcopatum incoluiſſe, nemo non videt. Illis quoque eruditis aſſentiri nequimus, qui perhibent, pagum *Northuringi* comprehendiſſe pagos *Hardego* et *Derlingi*. Primum enim diploma, ad quod prouocant, quodque etiam exſtat Tom. II. *Script. Rer. Brunſ. Leibn.* p. 111, ſententiæ illi haud fauet. Deinde alios id celare non potuimus, admodum nos dubitaſſe, an diploma illud ſit genuinum. Quemadmodum enim diplomati annus incarnationis dominicæ 814 eſt additus, quod fit contra morem eiuſdem ineuntis ſeculi, ita illa neque in vllo melioris notæ diplomate id ætatis inuenitur. Accedit, quod diploma excitatum ad IV Nonas ſeptembres indictione 8 dicitur datum.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

Quod temporis momentum sic est comparatum, vt diploma illud manifectæ falsitatis arguere possit. Anno enim 814 die 10 septemb. indictio VI. erat, non octaua. Fabricatum ergo et effictum fuisse diploma putamus, ad stabiliendam eorum sententiam, qui contendunt, iam Carolum M. eiusque filium Hludouuicum cum episcopis nostræ Saxoniæ episcopia cum suis circumscriptis limitibus dedisse. De quo autem facto genuina diplomata Carolingica et scriptores coætanei tacent, id merito lamiis laruisque mancipandum esse arbitramur.

Longitudinem et latitudinem *pagi* nostri *Northuringi* ex nulla ratione melius cognoscere possumus, quam ex villis, quæ huic pago tribuuntur. Et quanquam sunt viri quidam doctissimi, qui, terminum pagi nostri inter Ohram, Albim et Bodam fluvios esse constituendum, contendunt; demonstrant tamen villæ, ad pagum nostrum spectantes, eos non accurate posuisse limitum *pagi Northuringi* normam. Vt ergo hoc demonstremus, primum producere volumus villas, quas e diplomatibus quibusdam eruimus, et quæ huic pago in illis tribuuntur. Hic eas secundum alphabeti seriem exponere libet, additis annis, quibus data sunt diplomata, quibus innitimur. Vniuscuiusque industriæ relinquimus licentiam, illa ope *Regest. D. Georgischii* in locis ibidem adnotatis inquirendi; deinde autem addere eas villas, quas in traditionibus nostris et Registro abbatis Sarachonis huic pago tributas inuenimus, fuerit operæ pretium.

Sit ergo prima villa, quæ in diplomate S. Bernwardi ad annum 1022 appellatur *Adeligeresdorp*, in diplomate autem cæsaris Heinrici II, ad eundem annum *Edelgeresthorp* dicitur. Hanc villam quoque spectasse ad comitatum *Luidgeri* comitis, cuius in antecedentibus eiusdem diplomatis verbis asseritur comitatus fuisse in pago Derlingo, nobis videtur verisimillimum. Putamus ergo, nullum alium vicum, nisi *Algesdorf*, non procul ab oppido Scheningen, designari. Vulgus eum vulgo vocat *Aluerstorp*.

2) *Adanstanstede* ad annum 946 ab Ottone I tribuitur pago Northuringi, et comitatui comitis Geronis. Probabilissime ergo hæc villa exstitit ea in regione, in qua Unseburg, Bistorp et Biennen, reperiuntur, quæ exstant in ducatu Magdeburgico inter Bodam, Salam atque Albiam fluuios.

3) et 4) *Appendorp* et *Apendorp* ad annum 946 sunt duæ villæ desolatæ, olim obuiæ in archiepiscopatu Magdeburgico non procul a vico Macro-Ottersleben et a villa Bönnikenbeck, quæ illius erat filia anno 1698.

5) *Arrikesleua* erat anno 1021 in comitatu Thietmari Marchionis, et esse videtur *Arxleben* non procul ab vrbe Magdeburgo.

6) *Atung* memoratur ad annum 961. Hæc villa esse videtur *Attingen* vel *Attingen*, sita ad vnius horæ interuallum ab vrbe Magdeburgo, vel *Etingen* non procul a vico Marchiæ veteris Brandenburgicæ Catendorf ad saltum Drœmling, distans iter quadrantis horæ a vico Wegensted: vel *Scharn-Etingen*, quæ dudum desolata est, et olim sita fuit non procul a villa modo dicta Etingen.

7) et 8) *Badenleue* et *Badenleue* memorantur ad annum 1022, vel, vti adpellantur in diplomate Heinrici II ad annum eundem, *Badeleuen* et *Badeleuen*. Hæ villæ probabiliter quoque spectarunt ad comitatum supra dicti comitis *Luidgeri*, videnturque fuisse *Wester-Badeleue* atque *Oster-Badeleue*, quæ reperiuntur in Libro feudali manuscripto Alberti I. episcopi Halberstadensis, *Baddeleben* non procul a vico Ummendorp in ducatu Magdeburgico adhuc supereſt. Meminit autem Albertus episcopus in Libro excitato adhuc alius villæ *Bathesleue*, quæ probabiliter est monasterium *Badersleuen* in episcopatu Halberstadensi, quod in monumentis veterum nominatur *Badesleue* et *Bathersleue*. Hoc vero ad pagum *Northuringi* spectare non potuit. Alia quædam villa *Badenleue* seu *Bathesleue* refertur ad pagum Sueuon, testante Leuckfeldio in *Antiquit. Halberstad.* p. 17. et p. 685. Hæc in principatu Anhaltino visentibus sese offert.

9) *Bareboi* erat anno 987 in comitatu marchionis *Huodonis* sita. Procul dubio designatur *Barby* ad fluuium Albiam.

10) *Biere* ad annum 939 in comitatu *Geronis* sita erat. *Bieren*, distans duo milliaria ab vrbe Magdeburgo versus meridiem, est eadem.

11) *Biscopstorp*, ad annum 946 memorata, exstitit in commitatu *Geronis*. Probabiliter designari credo *Bistorfum* non procul a vico Borne in ducatu Magdeburgico, probe discernendum a Böstorf in præfectura Oebsfeld in eodem ducatu.

12) *Biunnen*, ad annum 946 in comitatu *Geronis* sita, fortassis est *Borne* haud procul a Bistorf. Videtur legendum esse *Brunnen* congruenter protographo.

13) *Biz-*

13) *Bizzunici* locus, ad annum 937 memoratus, erat ſitus in comitatu *Thietmari* illius, in cuius comitatu eodem anno etiam erat ipſa vrbs Magdeburg. An Bitzphul haud procul a Morſel? vel Petzau non procul a Scherme? An locus alius definitur? guber-nante Corbeiam Adalardo.

14) *Buchwin* villa, quæ erat anno 937 in comitatu *Thietmari*, et anno 946. *Buchwi*, fortaſſis eſt *Pechau* non procul ab vrbe Magdeburgo.

15) *Buchow*, quæ anno 937 in comitatu *Thietmari* erat, probabiliſſime eſt *Buco*, non procul a monaſterio Bergen ſita ante portas vrbis Magdeburgi, inclitiſſimis munimentis illuſtrati.

16) *Butirichesdorp* villa ad annum 946 obuia, videtur eſſe Botmersdorf, non procul a Wantzleben in eodem ducatu Magdeburgico ſita.

17) *Calua* anno 992 erat in comitatu *Hodonis* (fortaſſe marchionis). Veriſimillime ergo ſubeſt *Calba*, ad fluuium Salam ſita, cuius mentionem iniecit Halberſtadenſis epiſcopus Reinhardus in litteris adductis infra in *Addendis* num. 9, niſi in his potius Calwa, oppidum Gardelegiæ vicinum, deſignetur.

18) *Drogenleue* ad annum 966 eſt ipſa villa *Dreileben* in ducatu Magdeburgico. Confer tamen ea, quæ ſupra §. 15. diximus de hac villa.

19) et 20) *Dudelon* et *Dodelon* memorantur ad annos 946 atque 1022. Ad annum poſteriorem, locus vocatur *Dudulegen*, qui videtur *Hohen-* et *Nider-Dodeleben* fuiſſe, villæ vnum milliare circiter ſitæ ab oppido Magdeburg. Quodſi villa *Dudelegen* anno 1022 ad comitatum ſupra dicti comitis *Luidgeri* ſpectauit, vti omnino videtur; tunc comitatus *Sehuſen* ad eundem quoque comitem pertinuit. Comes ergo *Luidgerus* optimo iure dici poterit auus cæſaris Lotharii illius, qui quoque *comes* appellatur *de Sehuſen*. De hoc infra pluribus agemus expoſiturі de Lothario Imperatore.

21) *Duniſteti* villa, anno 961 memorata, eſſe videtur *Denſted*, vicus ſitus inter Hundisburg atque Aluensleben in Ducatu Magdeburgico.

22) *Emmode* villa, anno 1022 obuia, probabiliter in comitatu iam ſupra memorati comitis *Luidgeri* exſtitit. Videtur ergo hæc villa procul dubio eſſe vicus *Emden*, ſpectans ad iura dominorum Baronum de Schulenburg, ſitus in ducatu Magdeburgico inter Bregenſted atque Aluensleben.

23) *Faſtleuesthorp* villa, ad annum 946 memorata, videtur eſſe *Velſtorf* in præfectura Calvœr. Quia vero additur, eandem villam fuiſſe in comitatu Geronis, ad quem quoque ſpectarunt Biere, Biſcopſtorp & Biunnem, doctis viris Magdeburgenſibus id perſcrutandum relinquimus, quinam potiſſime vicus fuerit deſignatus.

24) *Flatunge* villa, anno 961 memorata, eſt *Flechtingen*, inter riuum dictum *die Spetze*, et flumen *Ohre*, ſpectans ad iura dominorum de Schenck, Helmſtadium inter ac vicum Calvœrdam, æquali diſtans vtrimque milliarium duoruminteruallo.

25) *Fridemaresleba* memoratur anno 937 in comitatu *Thietmari*, *Fridmarsleba* anno 939 in comitatu Dithmari, et *Fridumaresleua* anno 946. Cum ad eiuſdem Thietmari comitatum etiam anno 937 referatur Magdeburch, probabiliſſime ſignificatur per *Fridemareslebam Fermersleben* vicus, ſitus ad Albim, dimidium milliarii ab vrbe Magdeburgo disiunctus.

26) *Froſa* villa, anno 937 obvia, in comitatu *Thietmari* et anno 939 in comitatu *Dithmari*, erit vel *Vroſa* villa deſolata, olim ſita, vbi hodie reperitur neoſtadium Magdeburgi, vel oppidulum *Froſe*, diſtans ab oppido Magdeburgo duo milliaria, ſitum ad Albiam. *Froſa*, quæ in diplomatis Corbeienſibus, et in primis ad annum 946 occurrit, probabiliſſime erit *Froſe* ad mare Aſcanicum. Quæ autem villa ad pagum *Norththuringi* ſpectare non potuit.

27) *Germisleue*, anno 937 in comitatu *Chriſtiani*, erit vel *Nort-Germersleben*, *vel minor Germersleben* vicus, ſitus non procul a *maiori Germersleben*.

28) *Grimheresleua* anno 937 in comitatu *Chriſtiani*, qui fortaſſis erat idem comes *Chriſtanus* ſub num. 27, eiusque nomen videtur corruptum, nec denotat Chriſtianum, ſed Karſtanum. Probabiliter hæc villa erit *maior Germersleben*, vicus ad fluuium Bada, hodie dictum die Bode, et tria milliaria ab vrbe Magdeburg ſitus occidentem verſus, hodie habent ibi bona ſua domini de Kotzen.

29) *Habaldesleue* ad annum 966 erit vel *Alten-Haldensleben*, vbi eſt monaſterium, vel *Neu-Haldensleben*.

30) *Hartaradeſtorp* anno 937 in comitatu *Thietmari*, *Harteradeſtorf* anno 929 in comitatu Ditmahri, et *Hurtazgreſdorp* ad annum 946 eſt villa deſolata *Harſtorf*, olim ſita ante Diesdorf non procul ab vrbe Magdeburg.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

31) *Helmwardesthorp* esse posset Hermstorf non procul ab Eichen-Bardeleben. Quia autem hæc villa erat anno 946 *in comitatu Geronis*, ad quem, vti supra vidimus, spectabant Biscopstorp et Biunnen, situs eius adhuc latet in obscuro. Forte *Helmwardesthorp* est vel *Eilwardestorp* vel *Ilbersdorf*, quarum anno 1311 mentionem iniecit Albertus I, Halberstadensis episcopus, in Libro feudali manuscripto. *Eilwardestorp* villa quondam erat in Halberstadensi episcopatu non procul a monasterio Gröningen sita, hodie desolata. Fuit etiam quoddam monasterium in Thuringia, sed Halberstadensis diœceseos, dictum *Eilwardestorp*. Sed quamuis villa *Eilwardestorp* prope Groningam ad comitatum *Geronis* spectare potuisset, procul dubio tamen, si villa *Eilwardestorp*, ad annum 946 nominata, fuisset *Helmwardesthorp*, hæc villa ad pagum Hardego relata fuisset, nisi perhibere voles, sumi vocabulum Norththuringi in diplomate Ottoniano ann. 946 in sensu generaliori, ita, vt pagi *Hardego* quoque aliquam partem sub se comprehenderit. Hoc stare debebit, si nemo situm villæ *Helmwardestorp* curatius ostendere poterit.

32) *Heluеldui* vel *Heueldui* anno 937 fuit in comitatu *Christiani*, in cuius comitatu etiam erat eodem anno Grimheresleua. An sit indicata, vti vir quidam doctissimus perhibet, regio ad Hauelam inter Hauelbergam et Brandenburgum, valde dubito. Fortasse est *Helffta*, quam appellat celeb. Walther in Singular. Magdeb. P. II. p. 18. præfecturam ducatus Magdeburgici.

33) *Hugendorp* anno 1022. probabiliter quoque, vti Emmode, exstitit in comitatu *Luidgeri* comitis. Videtur subesse Heuersdorp in præfectura Calvœr, vel, si mauis, *Eikendorf* in ducatu Magdeburgico, olim dicta *Hoikendorp*. Quæcunque sit villa, indicat tamen ea, comitem *Luidgerum* anno 1022 tenuisse amplissimum comitatum in vtroque pago tam Derlingo quam Norththuringi.

34) *Imemwattinga* anno 937 in comitatu *Thiatmari*, villa est desolata, olim sita non procul a Langen-Wedding, vel Alten-Wedding, cum quarum villarum vna in vnam massam confluxit.

35) *Intersleue* anno 939 in comitatu *Dithmari*, etiam villa desolata est, olim sita vix iter dimidiæ horæ ab vrbe Magdeburgo.

36) *Istatesdorp* anno 937 in comitatu *Thietmari*, quæ refertur iterum ad annum 946 ad pagum Northuringi, est quoque villa desolata, sita olim apud vicum Botmersdorf versus Wantzleben, postea dicta *Tasdorf*.

37) *Koboltesdorp* ad annum 946 est etiam desolata villa, olim sita non procul ab vrbe Magdeburgo.

38) *Leueresdorp* ad annum 946 erit villa desolata, quondam sita inter Euendorf atque vrbem Magdeburg.

39) *Liemmidestorp*, anno 937 sita in comitatu *Thietmari*, hodie appellatur *Lemsdorf* non procul a vico Grossen-Ottersleben, ad cuius etiam spectat ecclesiam.

40) *Linen* ad annum 946. An hæc villa eadem est, in qua postea castrum est constructum dictum die Linderburg, quod hodie desolatum, olim autem situm erat in silua Linder, quæ fortassis nomen accepit a villa nostra, et hodie spectat ad vicum Vtmœden in præfectura Calvœr?

41) *Lioboldesdorp*, anno 937 in comitatu *Thietmari*, olim non procul abfuit ab vrbe Magdeburgo, hodie inter loca deserta recensenda.

42) *Lobosschor* anno 937. fuit in comitatu *Thietmari*. An Liebs? vel *Liebars* trans Albiam? vel alia?

43) *Mackstede*, anno 946 in comitatu *Geronis*, probe discernenda a *Mackensted* in præfectura Nienburg, a *Machtenstede* in Stedingia, atque a *Mackensted* in præfectura Harpsted in comitatu Hoiano. Situs villæ *Mackstede* in pago *Norththuringi* adhuc latet in obscuro.

44) *Magdeburch* erat anno 937 in comitatu *Thietmari* atque anno 939 in comitatu *Dithmari*, nominatur in chronico nostro Corbeiensi *Magadaburc*.

45) *Mandelsleua* anno 937 in comitatu *Thietmari*, et ad annum 946 *Mantesleua*. An *Madel* villa desolata, olim ad Grabau spectans, teste S. Walthero in Sing. Magd. P. II. p. 71. seqq. conf. P. VI. p. 187? vel *Madal* non procul ab oppido Burg? vel *Marsleben*, hodie Morsleben, quam olim teste eodem Walthero P. VI. p. 23. illi de Ouensfeld possederunt? Sed dicis, hanc vltimam villam *Maresleba*, esse eam, cuius meminerit Euerhardus in Corpore Traditionum Fuldensium I. F. Schannati p. 300. num. 10. his verbis: *Ego Hessi dono atque trado sancto Bonifatio predium meum in villa Maresleba et in villa Froreswic cum mancipiis inhabitantibus numero*

LXXX

LXXX et prole eorum. Si enim, pergis, Heſſi fuit dux Oſtfalorum Heſſi, qui monaſterium Fuldenſe intrauit, ſi fuit is, vti ſupra ſtatuiſti, in pagis *Derlingo* et *Norththuringi* bona ſua hereditaria habuit, veriſimillimum erit, villam *Maresleba* eſſe vicum Maresleben in ducatu Magdeburgico. Si ergo *Marsleben* vicus olim dictus eſt Maresleba, is villa *Mandelsleua* eſſe non poterit, quæ etiam erat in comitatu Thietmari, ad quem vtique Magdeburgum ſpectauit. Quidquid ſit, id erit veriſimillimum, villam *Mandelsleua* non procul ab vrbe Magdeburgo exſtitiſſe. Exſtat villa Morsleben Helmſtadium inter et Bartenslebam infra Magdeburgicum Ducatum. Opta, vtram malis. gubernante Corbeiam Adalardo.

46) *Moſan ad fluuium Horaha* ad annum 937. Hæc erit *Moſe* hodie vnum Vorewerc, ad dimidium milliarii ſitum a Wolmerſted ad fluuium Ohre in ducatu Magdeburgico.

47) *Necrowattinga* ad annum 946 eſt vicus *Neu-Weddingen*, iam deſolatus, reperitur vero in Langen-Weddingen, cum quo in vnum vicum coaluit.

48) *Nienburg* anno 975 in ripa fluminis Salæ, ad annum 987 nominatur *Niunburg* in comitatu *Huodonis* marchionis. Eiuſdem quoque villæ meminit *Annaliſta Saxo Tom. I. Eccardi* p. 327. his verbis (Anno 975 *translata eſt religio monaſtici ordinis de Thanmarersfeld in quoddam caſtellum Nigenburch dictum, in ripa fluminis Salæ in pago Northuringia ſitum. Nam ipſis ac compluribus Chriſti fidelibus loci ipſius aſperitas ac omnigena incommoditas inibi Chriſti militantibus obſtare videbatur.* Otto imperator Auguſtus anno 978 hoc monaſterium appellat *Nienburg* idque ſitum eſſe refert, *vbi Sala & Buda ſe miſcendo viciſſim ſtabili fœdere maritant, eique caſtellum confert Grimersleue, teutonice & ſlauonice Budizco nominatum, cum XXX manſis regalibus ad idem pertinentibus.* Otto III imperator anno 1000 ob petitionem Geronis Marchionis et interuentum Eggihardi, *Nienburgenſis* eccleſiæ abbatis, eccleſiæ *Nienburgenſi* dedit ciuitatem, *Niempſi* dictam, in comitatu Geronis marchionis, in ripa fluminis *Niza* nominati ſitam, cum villulis Pozdicum, Gotheruna, Bezdicz, Gozewa, Lepi, et Tamarini ad idem Burgwardium pertinentibus. Heinricus II ſeu ſanctus locum noſtrum nominat ciuitatem *Nuunburg*, eumque ad fluuium Sala eſſe ſitum dicit, eiusque monaſterii abbati Eggihardo, quem ſui ſanguinis abbatem nuncupat, donat anno 1004 aliquot iuris ſui ciuitates, id eſt, Triebus & Luiboehali, Mroſcina, Erothiſti, Liubſi, Zlupiſti et Goſtewiſſi cum territoriis ſuis, ac omne, quicquid Dietheri in beneficium habuit in pago *Luſici*, et in comitatu Geronis ſitum. An locus hic idem ſit, qui in Tradit. Fuldenſ. Schannati p. 304. num. 93. nuncupatur *Nuinburc*, in medio relinquimus. Interim accipe Ebirhardi monachi Fuldenſis verba: *Ego Fridebart trado Deo et ſancto Bonifatio in pago Saxoniæ in villa Nuinburc libertinos III cum vxoribus ſuis et filiis et omni ſubſtantia eorum.* Hodie nominatur hic locus *Munche-Nienburg*, iacetque, vbi Sala recipit fluuium Bode.

49) *Oskerlouo*, anno 1083 in comitatu *Sigifridi*, eſt oppidum *Oſchersleue*, quatuor milliaria ſitum ab vrbe Magdeburgo Halberſtadium verſus, olim quoque ſpectans ad Halberſtadenſem epiſcopatum. Ad comitiam *Sehuſen* pertinuiſſe locum, patet e litteris Volradi Halberſtadenſis epiſcopi, quas exhibet Dns. Walther in Singul. Magdeb. P. III. p. 54. ſeqq. Cum enim Volradus anno 1257 venderet Rudolpho archiepiſcopo eccleſiæ Magdeburgenſis *totam comitiam in Sehuſen, ab hac venditione excipiebat Goſlaph* (forte legendum Graffcap ſeu Goſcaph) *in villis Oſtenleue, Beckendorp, Horibuſen magnum, Emeringe, antiquam villam,* OSCHERSLEVE, *Wegersleue, Andesleue, Brandesleue, Neindorp, Hamersleue, quas ſubeſſe volebat aduocatiæ ſuæ in* OSCHERSLEVE *pleno iure.* Quodſi autem Sehuſenſis comitia probabiliſſime ſpectauit ad progenitores Anhaltinorum, Sommerſchenburgicorum ac Supplinburgicorum comitum, quos infra §. 188. ex vno deduximus ſanguine, veriſimillime quoque *comes Sigifridus* fuit frater Ottonis comitis de Ballenſtede et filius Adelberti, poſtea comes palatinus, mortuus anno 1123, maritus Gertrudæ filiæ Heinrici comitis de Northeim, aduocati Corbeienſis. Fortaſſis hic quoque habes originem feudorum, quæ habuere olim comites de Hademersleuen ab Anhaltinis principibus, teſte Milagio cancellario Deſſauienſi in Vindiciis Anhaltinis p. 61. §. 18. ſeq.

50) *Oſterweltinga*, anno 937 in comitatu *Thietmari*, appellatur ad annum 946 Oſterwaldinga, hodie nuncupatur *Oſterweddingen* ſita ab vrbe Magdeburg vnum milliare meridiem verſus.

51) 52) *Otteresleba* anno 937 in comitatu Thietmari, *Otersleue* 937 in comitatu *Thiet-*

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

Thietmari, Ottersleue a. 939 in comitatu *Diethmari*, atque ad annum 946 Otteresleba. Vna videtur maior atque altera minor Ottersleben. Situs est vicus vterque ab vrbe Magdeburgo iter vnius horæ.

53) *Partunlep* anno 1062 quidem in comitatu *Vtonis* fuit, spectans autem ad Ditmarum eiusque fratrem Bennonem, filios Christophori. Intelligitur sine dubio vicus *Barleip* ad siluam dictam den Dromling in præfectura Caluör in Brunsuicensi ducatu. Confer de hac villa infra §. 471. Alii designatum putant vicum Veltheimiorum Bartensleben.

54) *Pelnizi* ad annum 937. Hæc villa desolata est, olim reperta non procul ab oppido Wolmirsted.

55) *Pibheniſe* ad annum 939. Latet in obscuro.

56) *Piſakendorp* erat anno 1087 in comitatu *Sigifridi comitis*, de quo egimus supra num. 49. Villa autem *Piſakendorp* est *Peſekendorf* sita inter Schermke, Botmansdorf, Oschersleben atque Andersleben. Probabiliter est legendum in diplomate Volradi episcopi supra sub num. 49 citato Besekendorf pro Beckendorf, et, hoc stante, villa nostra quoque spectauit ad comitatum Sehusensem.

57) *Plioziuuſi*, anno 1021 in comitatu *Thiatmari* marchionis, est probabilissime *Plozek* ad Salam fluuium in principatu Anhaltino inter Bernburg atque Alsleben. Locus hic satis notus est, sedes peculiaris Anhaltini rami.

58) *Pretalize*, ad annum 937 memorata, exstitit in comitatu *Thietmari*. *Pretalitzſe* nuncupatur ad annum 939 in comitatu *Dithmari*, atque ad annum 946 *Predalize*. Villa hæc est vicus desolatus, olim situs in ducatu Magdeburgico non procul a vico Fermersleben.

59) *Rodensleba*, anno 1044 in comitatu Bernhardi marchionis sita, erit vel *maior* vel *minor* vicus *Rodensleben* in regione, quam dicunt die Magdeburgische Börde.

60) *Rothardestorp* anno 937 in comitatu *Thietmari*, a. 937 *Ruohartesdorp* in comitatu *Thiatmari*, anno 939 *Rodhardesdorph* in comitatu *Dithmari*, appellatur ad annum 946 *Rundhardesdorp*. Videtur vna eademque villa. Id si ita est, intelligimus vicum *Rotterstorf* desolatum, olim repertum non procul a Sudenburg ad campum dictum das Deichtfelde. Probe itaque hæc villa discernenda est a vico *Rodersdorf* in principatu Halberstadensi, non procul ab oppido Wegeleben, quod vnum milliare situm est ab vrbe Halberstadio.

61) *Sehuſen* anno 966 spectabat ad comitem Theodoricum. Hæc autem villa probe discernenda est primum a *Sehuſen* in ducatu Bremensi, & deinde a *Sehuſa* in pago Ambergau, quæ anno 974 erat in comitatu Rotimigii comitis, et hodie Sesen dicitur, quæ oppidum est in ducatu Brunsuicensi inter Gandersheim et Lutteram situm. *Sehuſen* in pago *Nortduringen* vsque in hodiernum diem appellatur *Sehuſen*, et reperitur in ducatu Magdeburgico. Hunc locum *Sehuſen* olim fuisse comitatum, e bulla papæ Alexandri patet, quam exhibet S. Walther in Singul. Magd. P. III. p. 51. seqq. Vendidisse autem hunc comitatum anno 1257 Volradum episcopum Halberstadensem archiepiscopo Magdeburgensi, demonstrant eiusdem Volradi litteræ l. c. p. 54 seqq. allatæ. Ad progenitores comitum Supplinburgicorum spectasse hunc locum, infra diximus: atque arbitrati sumus, cæsarem *Lotharium* Saxonem melius dici comitem de Selusen in ducatu Magdeburgico, quam comitem de Sehusen in ducatu Brunsuicensi.

62) *Suaunburgon* esse posset Sudenburg, hodie pertinens ad vrbem Magdeburgum; quia autem erat anno 939 in comitatu Geronis, ad quem etiam spectabant villæ Vnnesburg ad Bodam, et Biere ac Biscopstorp, maluimus intelligere *Swaneberg*. Id si tibi non placet, *Suaunburgon* villa desolata erit, cuius situm vt ostendas, te rogamus.

63) *Suldorp* anno 937 in comitatu *Dithmari*, a. 937 *Suldorff* in comitatu *Thietmari*, *Suldorff* anno 939 in comitatu *Dithmari*, et ad annum 946 *Suldorp*, esse poterit vna eademque villa. Intelligimus autem vicum *Suldorf* non procul a vico Osterweddingen, qui vnum milliare situs est ab vrbe Magdeburgo.

64) *Tiethensdorf* anno 937 in comitatu *Thietmari*, erit *Destorp* in ducatu Magdeburgico non procul a metropoli.

65) *Thetmundesdorp* ad annum 937 videtur esse *Dodendorp* in eodem ducatu Magdeburgico haud procul a vico Suldorp.

66) *Trumpſice* anno 937 in comitatu *Thietmari*, *Trumſice* anno 939 in comitatu Dithmari, *Trumplice* ad annum 946. Hæc villa desolata est, olim sita non procul a vico Fermersleben.

67) *Trul-*

67) *Trullinge* anno 946 in comitatu *Geronis*, et
68) *Tudulon* a. 937 in comitatu *Dithmari*. Illa nobis incognita est; hæc vero esse poterit *Dudulon*, de qua egimus supra sub num. 19 et 20.
69) *Valedorf* anno 937 in comitatu *Thietmari*, ad annum 966 *Valdorp*. Fortassis altera est vicus *Valdorf* ad Ohram fluuium, atque altera *Valdorp* villa desolata, olim non procul ab eodem vico *Valdorf* existens.
70) *Velhpuchi* ad annum 937 videtur esse *Volpke* in ducatu Magdeburgico non procul ab oppido Scheningen in ducatu Brunsuicensi, vel *Velpke*, quæ est villa desolata, teste S. Walthero in Singul. Magdeb. P. III. p. 18. *Velpke* in ducatu Brunsuicensi sub præfectura Bardorf ad pagum Norththuringi spectasse non videtur.
71) *Vnzoborg* ad annum 939 obuia est. Ita legitur in diplomate fundationis cœnobii Bergensis, quod ab Hahnio editum. Jo. Georg. Eccardus autem legit *Wizoboro*. Ponitur vltra *Horcham* fluuium. Laudatus Waltherus l. c. dicit, hanc villam esse desolatam, sed non indicat, vbi ea quondam fuerit sita.
72) *Unnesburg* erat anno 939, atque a. 946 in comitatu *Geronis*. Procul dubio intelligitur *Vndisburg* ad fluuium Bodam in ducatu Magdeburgico.
73) *Waddinga* ad annum 946. Hodie reperiuntur in ducatu Magdeburgico *Langen-Weddingen*, *Alten-Weddingen*, atque *Oster-Weddingen*, atque olim quoque erat in archiepiscopatu Magdeburgico *Necro-Wattinga*, de qua supra egimus. Fortassis villa *Waddinga* est *Alten-Weddingen*.
74) *Waharesdahl* ad annum 961 obuia, postea dicta *Waterdahl*, villa desolata est, olim reperta non procul ab Hundisburgo ad Ohram sito.
75) Reperitur in quodam diplomate Gandersheimensi, quod Ottoni M. tribuitur, atque anno 956 datum est, villa *Wanzleua*, quam Ludouicum regem tradidisse asseritur venerabili Odæ vxori Luitolfi Saxonum ducis, qui Gandersheimense monasterium construxit. Cum in hoc diplomate Oda appelletur socrus Ludouuici regis, diploma Ludouuici, ad quod in suo prouocat diplomate Otto M, datum esset intra annos 876, et 882, atque ex eo sequeretur, exstitisse intra hos annos villam *Wanzleua* in pago Northuringia in comitatu *Theodorici*. Quodsi hoc diploma genuinum esset, de quo tamen valde dubitamus, quia primum Otto se nominat dei gratia regem, non diuina fauente gratia regem, et deinde in eo legitur Ludouuicus, non Hludouuicus, Henricus rex, non Heinricus rex, annuli, non anuli, dominus, non domnus, ac denique Gandersheimia marcus, Aluungamarcus, et Lutheriamarcus videntur esse ficti, alia vt taceamus; villa *Wanzleua* esset *Wansleuen* in ducatu Magdeburgico, hodie sedes præfecti. Quidquid autem eius rei verum sit, siue sit diploma illud fictum, siue genuinum, negari tamen non poterit, locum *Wanzleua* iam exstitisse eo tempore, quo denominatio pagorum adhuc in vsu erat. Quamuis enim aliud diploma Gandersheimense, in quo Otto rex anno 946 hanc villam nominat *Wantzlouo*, æque videatur fictum ac prius; eiusdem tamen loci iam mentionem iniecit Dithmarus episcopus Merseburg. T. I. S. R. B. Leibn. p. 423.
76) *Watenesweg*, anno 937 in comitatu *Thietmari*, nominatur in Registro feudali episcopi Halberstadensis ad annum 1311 *Wetereswege*. Hodie appellatur locus ille *Wodenswege* et *Godenswegen*, iacetque ab vrbe Magdeburgo duo circiter milliaria occidentem versus.
77) *Welpuchi* vide Velpuchi sub num. 70.
78) *Wermerstorp* et *Wermeresthorp* ad annum 1022 probabiliter in comitatu *Luidgeri* comitis. Ergo non esse poterit illa Warmstorf vicus in principatu Anhaltino. Fortasse hæc villa eadem est, quæ anno 1311 in Libro seu Registro feudali manuscripto Alberti Halberstadensis episcopi appellatur *Warmestorp*, quæ, quantum coniectura auguramur, eadem villa est, quæ olim stetit in præfectura Weferling in loco hodie nuncupato Neugebeu. Illum vicum deperditum recentiores quidam nominant *Wolfstorf*, quem vero probe discernendum esse dicunt a vico Wolfstorf in Brunsuicensi ducatu sub inspectione Scheningensi; fieri tamen quoque potuit, vt olim hic vicus deperditus nominatus sit *Warmestorp*. Hæc si tibi non placet, producimus aliam villam dictam anno 1425 *Wasmestorpe*, hodie *Wassenstorf*, quæque reperitur in præfectura Obsfeld sub Magdeburgensi ducatu. Ad pagum *Norththuringi* sane hic locus spectare potuit, quia, vti infra videbimus, ipsum oppidum Obsfeld, situm ad Aleram fluuium, ad pagum eundem refertur. Et hoc nobis videtur probabilissimum.
79) *Wilmersleue orientalis* et

guber-
nante
Corbe-
iam Ada-
lardo.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

80) *Wilmersleue occidentalis* spectarunt anno 937 ad comitatum *Christiani.* Vna esse poterit *Wolmirsleben* ad Bodam fluuium inter Vndisburg et Blekendorf, altera fortassis non procul ab hoc vico quærenda.

81) *Winediscumsalebiti* erat anno 1036 sita in comitatu *Bernhardi* marchionis. Quia Bernhardus marchio procul dubio est Bernhardus IV marchio septentrionalis, veritati non absimile putamus, intelligi vicum *Wendischotten* non procul ab oppido Vorsfelde.

82) *Wizoboro* ad annum 937. Vide supra Vnzoborg sub num. 71.

83) *Wundischenburg* anno 937 in comitatu *Thietmari*, in quo etiam erat eodem anno ipsa vrbs Magdeburg. Nulla esse videtur alia villa, ac *Hundisburg* in ducatu Magdeburgico non procul a Watenesweg, quæ ad eundem *Thietmari* comitatum spectabat.

84) *Wytherichesdorp* anno 937 in comitatu *Thietmari*, *Vinterichsdorff* anno 939 in comitatu *Dithmari*, est villa desolata, olim inter Ebendorf et Barleben existens.

85) *Zelici* ad annum 937 est *Zielitz* non procul a Wolmirsted oppido ad fluuium Ohram sito.

86) *Zizowi* anno 987 erat in comitatu marchionis *Huodonis*, quæ erit *Zeits* in comitatu Barby. Hæ sunt villæ, quæ in diplomatibus verbis expressis ad pagum *Norththuringi* referuntur.

His addenda sunt alia loca, quæ ad pagum eundem procul dubio quoque spectarunt, quamuis expressis verbis ad pagum *Norththuringi* non sint relata. Inter hæc loca numerandum est primo castrum *Sommerschenburg*, cuius meminit presbyter Tangmarus in Vita S. Bernwardi Hildesheimensis episcopi T. I. S. R. B. Leibnitii p. 456. Sed cum in codice manuscripto nomen castri non exprimatur, et probabilissime pro eo legendum sit Olesborg, quod situm est ad Fusam in ducatu Brunsuicensi, vti infra §. 104. not. (w) videbimus; ex eo non patet, castrum *Sommerschenburg* iam ante annum 1100 exstitisse. Quia autem auctor Chronic. Montis Sereni p. 203 *Adelbertum nobilem*, qui Odam Friderici comitis filiam accepit vxorem, cuius mater Agnes iam anno 1020 vitam cum morte commutauit, nominat *Scueke de Summerscheburg*, qui habuit filium Fridericum comitem palatinum de *Summerscheburg*, anno 1120 mortuum, statui posse existimamus, castrum *Summerscheburg* iam anno 1090 in rerum natura fuisse, atque inter loca, ad pagum *Norththuringi* spectantia, referri posse. Exstitisse eundem locum iam anno 1137, patet e diplomate Rodolfi episcopi Halberstadensis, quod ex originum litteris exhibuimus in Addendis num. 11. et in quo Fridericus de Summersenburch fuisse videtur ministerialis Friderici comitis palatini Saxoniæ. Deinde eidem pago *Norththuringi* quoque tribuere debemus locum *Walbek*, in veterum scriptis celebratissimum, atque ad Aleram flumen vix vnum milliare ab vrbe Helmstadio situm, olim quorundam illustrissimorum comitum ac dominorum sedem, de quibus latius egimus infra §. 188. Eundem autem locum probe discernere debemus primum a villa *Walbisci*, quæ anno 993 erat in comitatu Karoli, quæque in comitatu Mansfeldico quærenda, et deinde a villa *Walbike* anno 1185 in episcopatu Monasterienſi, hodie dicta Wolbeck, a metropoli Munster iter vnius horæ et dimidiæ sita. Villa nostra, quæ patris Ditmari episcopi Merseburgensis ciuitas erat, ab eodem Ditmaro T. I. *S. R. B. Leibn.* p. 356 *Wallibiki*, et p. 351, 386, et 396. *Wallibizi* nominatur. Atque id omni caret dubio, Ditmarum intelligere supra dictum locum *Walbeck*, quem ad pagum nostrum referendum esse, omnino putamus.

His porro adnumerare possumus villam *Weferlingen* itidem ad Aleram fluuium, atque ab vrbe Helmstadio iter duarum horarum sitam, olim spectantem ad episcopatum, hodie autem ad principatum Halberstadensem. De hoc loco eruditissimus Waltherus in *Singul. Magdeb.* egit P. V. a p. 1. vsque ad p. 128 nullum autem testimonium produxit, hunc locum iam exstitisse tempore vel Carolingicorum vel Saxonicorum cæsarum. Quæ enim de diplomate cæsaris Conradi II. ad annum 1025 proferuntur, tanti non esse existimamus, vt illis assensum nostrum præbere queamus. Videtur enim auctor *Chronici membranacei*, in ecclesia S. S. Simonis et Judæ Goslariæ seruati, quod allegat Heineccius in *Antiquit. Goslarienſ.* p. 36, Conrados non satis distinxisse, ea tribuens Conrado II, quæ Conrado III cæsari tribuenda erant, qui vltimus se in diplomatibus suis Conradum secundum nominare solet, reuera autem tertius fuit. Locum *Weferlingen* nos inuenisse putamus in Annalista Saxone, quando Tom. I. Eccardi p. 316.

ad

ad annum 968 refert, *Hildiwardum mortuo Bernardo regulariter vnanimi totius cleri ac populi conſenſu electum octauum Halberſtadenſi eccleſiæ ab Herimanno Saxonum duce in Vewerlaon caſtello conſtitutum intraſſe epiſcopum.* Ex his verbis concludimus, caſtellum *Vewerlaon* ad diœceſin ſpectaſſe Halberſtadenſem, atque per idem debere intelligi locum *Weſerlingen.* Non enim intelligere potuit Annaliſta Saxo palatium regium *Werla,* quippe quod idem p. 315. nominat Werla locum, et nunquam *Vewerlaon.* Cum igitur nullus locus in Halberſtadenſi diœceſi fuerit ſitus, qui maiorem ſimilitudinem habet cum *Vevverlaon,* quam oppidulum *Weſerlingen,* olim in diplomatibus nominatum *Weuelingen,* cenſemus, Annaliſtam Saxonem intelligere *Weſerlingen.* gubernante Corbeiam Adalardo.

Tum autem nemo negare poterit, villam *Sundersleue,* quam ad Luitharium Walbeccenſem ſpectaſſe Ditmarus epiſc. Merſeb. *T. I. Leibn.* p. 335. refert, ad pagum *Norththuringi* quoque referendam eſſe. Si enim intelligi debet, vti perhibent cuncti, vicus *Sandersleben* in ducatu Magdeburgico, vndique villis ad eundem pagum ſpectantibus cinctus, ad alium is pagum pertinere non potuit, quam ad pagum *Norththuringi.*

His villis deinde accenſenda videtur locus *Amenesleue.* Hic eſſe poterit vel maior vel minor *Amnensleben* in ducatu Magdeburgico. Annaliſta Saxo p. 476. ad a. 1040 meminit cuiuſdam Theodorici, cuius frater *Hanulf* dicebatur *de Amenesleue.* Si locus *Amenesleue* anno 1040 nondum exſtitiſſet, ab eo Hanulfus nomen accipere non potuiſſet. Referri itaque eundem ad pagum *Norththuringi* poſſe, nemo non videt.

Cum autem Annaliſta Saxo idem p. 476 quoque mentionem iniecerit *Ekberti de Hærtbike, Arnoldi de Warmonestorp, Dedonis de Crozok, Adelſindis de Eilikiſtorp, Ottonis de Hildesleue, Bernhardi de Conradesburk, Geuehardi de Quernevorde* atque *Walonis de Vakenſtide,* loca, a quibus hi nobiles ac comites nomina ſortiti ſunt, eſſe antiqua et iam ſeculo XI extitiſſe, patet.

Hartbike autem eſſe poterit *Harpke* non procul ab vrbe Helmſtadio. Neſcimus autem, an hæc villa referenda ſit ad pagum Derlingo, an ad pagum *Norththuringi.*

Warmoneſtorp locum habemus pro villa *Warmſtorf* in principatu Anhaltino, probabiliſſime olim ſpectante ad pagum Sueuon.

Crozok erit Croſeck. *Eilikiſtorp* fortaſſis eſt Eikendorf in ducatu Magdeburgico. *Hildesleue* eſt Hillersleue ad Ohram in eodem ducatu. *Conradesburk* eſt Conradesburg non procul ab oppido Ermsleben in principatu Halberſtadenſi. *Querneuorde* Querfurt oppidum ſatis notum, et *Vakenſtide* eſt Fekenſted non procul ab vrbe Wernigerode.

His accedit villa *Wakeresleuo,* cuius auctor Vitæ Meinwerci Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 540, et Cæſar Heinricus ad annum 1016 in diplomate infra §. 229. adducto, mentionem iniecere, quæque eſt vicus *Wackersleben* in ducatu Magdeburgico præfecturæ Hötenslebienſis.

Tandem infra §. 385. egimus de terminis diœceſis Halberſtadenſis, qua occaſione quaſdam adduximus villas, quæ neceſſario quoque ad pagum Norththuringi ſpectarunt, quas ibidem vide. quibus omnino addenda eſt vrbs *Wolmirſtidi, Slauonice Uſtuice, quia hic Ara* (die Ohre) *et Albis fluuius conueniunt, vocata,* vti loquitur Ditmarus epiſc. Merſeb. *Tom. I. Leibn.* p. 388, qui prærerea addit, *eandem vrbem ad patrem nepotis ſui ſpectaſſe.* Hæc vrbs procul dubio eſt oppidum *Wolmirſted* in ducatu Magdeburgico, ad quod etiam olim Ohra ab Albi ebibebatur, quod in tabula noſtra geographica exprimi debuiſſet. ſed cum nobis non pateat, quem curſum eo tempore ſumſerit Albis ab vrbe *Wolmirſtidi* vſque ad locum Rogätz, maluimus Albim depingere, vti in nouiſſimis mappis geographicis conſpicitur, quam dubia proferre. Interim hæc eadem regio eſſe debet, in qua Carolus M. anno 780 caſtra metatus eſt. Eginhardus enim ad annum 780 p. 151 *prefectus,* inquit, *inde* (ſcilicet a loco Horheim ad fluuium Obacrum ſito) Carolus *ad Albiam, caſtriſque in eo loco, vbi Hora et Albia confluunt, ad habenda ſtatiua collatis, tam ad res Saxonum, qui exteriorem, quam et Sclauorum, qui vlteriorem fluminis ripam incolunt, componendas operam impendit. Quibus tunc pro tempore ordinatis atque diſpoſitis, in Franciam reuerſus eſt.*

Vt autem denique quædam addamus de villis, quæ in Traditionibus noſtris, ac Sarachonis Regiſtro Bonorum et P. A. Corb. pago *Norththuringi* tribuuntur, neceſſum eſt. ſunt illæ

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

1) villa *Rodenesleua*, quæ eadem villa est, quam in codice Traditionum nostrarum, vtpote vetustate detritam, legere non potuimus, quam vero Saracho abbas indicat, referens, abbatiam nostram olim in villa *Rodenesleua in pago Norththuringi* possedisse mansos LX et litos XX. Hæc villa procul dubio est vicus *Rodensleben* in ducatu Magdeburgico, vbi in Börda (sit venia verbo) seu tractu Magdeburgensi inueniuntur maior et minor *Rodensleben*. In harum villarum vna tradidit anno 1044 Heinricus rex ecclesiæ Wormatiensi prædium, quod idem rex appellat *Rodensleba*, situmque fuisse in pago Northuringon, et in comitatu marchionis Bernhardi asserit, quodque idem cæsar anno 1051 eidem ecclesiæ Wormatiensi confirmat; quod tempore illo prædium, in *Rodensleba* situm, erat in pago Nortduringum in comitatu *Liutherii* comitis. Bona Corbeiensia in *Rodenesleua* accepit Otto illustris, pater Heinrici aucupis, ab ecclesia nostra anno 888, testante diplomate regis Arnolfi infra §. 163 allato. An eadem bona, mortuo cæsare Heinrico II, in manus peruenerint Brunonis comitis, cuius vxor secunda Gisla, mortuo Brunone comite, nupsit cæsari Conrado II, id foret inquirendum. Fortassis Conradus II porro cum Gisla accepit bona in *Rodenesleua*, postea deuoluta ad filium eiusdem Conradi Heinricum III. Quidquid autem sit, patet tamen e Traditionibus nostris, *Bernhardum*, qui eadem bona in *Rodenesleua* tradidit, fuisse opulentissimum dominum, qui nullus alius videtur, quam *Bernhardus*, qui nepos erat *Hessi* ducis ac filius *Unwani*, quique floruit tempore cæsaris Hludouuici pii, testante *Vita S. Liutbirgis* cap. 3. et qui eadem bona possedisse videtur ex hæreditate ducis Ostfalorum Hessi, de qua infra pluribus.

2) Villa, quæ spectauit ad pagum Norththuringi, nominatur *Honesleua*. In eadem villa bona quædam tradidit testantibus §. 17, et 25, *Wulfhardus* quidam. Hæc bona postea a Corbeiensi abbate Adalgario iterum tradita sunt cuidam comiti *Geroldo*, teste §. 175, acceptis ab eo quibusdam bonis in pago Suilbergi. *Wulfhardus* ille l. c. filius appellatur *Hogeri*. Probabile nobis videtur, villam *Honesleua* esse vicum *Hoensleben* vel *Hausleben*, non procul ab vrbe Helmstadio situm, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in *Osleben* in ducatu Brunsuicensi. In *Registro feudali Alberti Halberstadensis episcopi* etiam villa quædam reperitur, quæ nuncupatur *Huneleue*, quæque spectabat ad Ottonem comitem de Ascharia. An eadem hæc nostra sit villa *Hunesleua*, pro certo dicere non possumus. Fortasse autem est vna eademque villa, quæ, mortuis *Geroldi* posteris, de quibus egimus §. 163, in manus peruenit comitum de Ascharia.

3) 4) 5) et 6) ad eundum pagum *Norththuringi* referuntur §. 28. villæ *Westeros*, *Saltbeke*, *Waldislef*, atque *Olua*, in quibus Ado et Odo tradiderunt ecclesiæ Corbeiensi, quidquid habuerunt. Cum villa *Westeros* in Registro Sarachonis appellatur *Westerhusen*, procul dubio est eadem ille vicus *Westerhusen*, ad Albiam inter Magdeburg atque oppidum Frose situs.

Saltbeke vna ex illis fuisse videtur, quarum mentionem fecit S. Waltherus in Singul. Magdeburg. P. VII p. 7, vbi refert, minorem *Salbeke* esse desolatam.

Waldislef in traditionibus nostris iterum occurrit §. 44. Discimus ibi, *Ordachum* quendam in villa *Waldislef* ecclesiæ Corbeiensi tradidisse multos homines proprios. Intelligimus autem vicum *Welsleben* in Magdeburgico ducatu situm inter Frosam et *Sultzam*, quæ vltima etiam esse posset villa nostra *Saltbeke*. Putamus autem omnino, hanc villam *Waldislef* fuisse eandem, quam noster Widekindus Corbeiensis p. 639. appellat vrbem *Wallisleui*, eandemque a Redariis tempore Heinrici aucupis captam esse refert, omnibus eius habitatoribus captis vel interfectis, id quod Widekindus e Chronico nostro Corbeiensi sumsit.

Oluæ villæ situm perquirant docti Magdeburgenses. Ni enim nos meliora doceant, habemus eam pro vico *Elbenau*, non procul a Westerhusen sito.

7) Tribuitur §. 46. eidem pago Norththuringi villa *Waldgeresleuo*. A quodam Waldgero villam accepisse nomen, negari non poterit. Eo tempore, quo bona in hac villa tradita sunt ecclesiæ Corbeiensi, *Andger* siue Andagarius eadem bona possidebat. Quis ille fuerit, an Francus? an Saxo? an clericus? an Laicus? dicemus alio tempore. Heic tantum dicimus, villam *Waldgeresleuo* nullam nobis aliam videri, quam vicum *Velgeleben*, situm inter Barby et Saltze, vix vnum milliare a villa *Waldislef* seu Welsleben in ducatu Magdeburgico distans.

8) Erat in eodem *Norththuringi* pago villa *Uffenleua* non procul ab oppido Scheningen, vti testantur præstantissimi paragraphi 104, 108, 111, et 121 in Traditionibus nostris. In iisdem enim §§. tradunt heredes ducis Ostfalorum Hessi

teſteſ enno comeſ amalungi filiuſ (G) bacco adulf hugo oſman (H) brun hrotger ſihard tidi euuurhard (I) oio ado uuichard uuulfger adold ſuſo uuilo herio godo. guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

§. 21.

Tradidit haddo in *ſtalo* (K) duaſ parteſ de manſo et hominem nomine

Heſſi bona ſua in *Uſſenleua*, quæ ad quemdam porro cum hac villa peruenerunt hereditatis iure.

9) Spectauit ad eundem pagum *Benneſthorpe* villa, in qua bona quædam tradit Adalwardus quidam ex eadem hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi, teſte §. 108, quam villam habemus pro vico *Behndorf*, inter Walbek atque Harpke ſito.

10) Tradidit, teſtante §. 300, quidam Adilger bona quædam in *Heriſtorpe* in eodem pago Norththuringo. Hæc eſſe poteſt Hergiſtorp villa deſolata, olim inter Kochſted atque Egelen ſita. Cum vero Kochſted referatur ad pagum Sueuon, maluimus intelligere villam deſolatam *Harſtorp*, olim non procul ab vrbe Magdeburgo exiſtentem.

11) Retulit Saracho abbas ad pagum noſtrum villam *Adalingereſthorpe*, §. 369 occurentem, quam eandem fuiſſe putamus, quæ in diplomate S. Bernwardi anno 1022 appellatur *Adeligeresdorp*, quam ſupra ſub num. 1) pro vico *Algesdorp* non procul ab oppido Scheningen ſito habuimus.

12) Sita erat in eodem *Norththuringi* pago villa, *Ricmeſtorpe* olim appellata, nunc *Rumeſtorpe* in præfectura Bardorf; quinam autem ſit vicus

13) *Aſtieieshus* villa, quam §. 396 reperimus, nobis non patet. Doctos Anhaltinos, vt ſtudioſius ipſi in ſitum eiuſdem villæ inquirant, rogamus. Monſtrato enim ſitu villæ huius, maiorem perſpicuitatem accipiet illuſtriſſima origo ſereniſſimorum principum de Anhalt, infra §. 188. a nobis demonſtrata.

14) Erat in eodem pago *Norththuringi* villa *Hamersleben*, locus in principatu Halberſtadenſi duo milliaria a metropoli huius principatus ſitus, in quo hodie monaſterium monachorum ordinis D. Auguſtini floret. Denique

15) relatum legimus in Sarachonis Regiſtro, villam *Ociſelde* ad pagum *Norththuringi* quoque ſpectaſſe, in qua Arnoldum quendam bona tradidiſſe quædam deprehendimus §. 477. Et hanc villam eſſe oppidum *Obiſeld* ad Aleram in ducatu Magdeburgico, neminem inficiari poſſe, omnino arbitramur.

(G) Notatu eſſe digniſſimum putamus, *Ennonem comitem*, cuius iam ſupra §. 5, 15, et 18 meminere traditiones noſtræ, heic nominari filium *Amalungi*, quem pro ſatore illuſtriſſimæ familiæ Billunganæ habemus, vti demonſtramus infra §. 104. not. (W) De Ennone comite.

(H) *Osman* nomen proprium, inter Turcas peruulgatum, etiam hic apud Germanos noſtros vſitatum fuiſſe, deprehendimus. Iſta veritas etiamſi quibuſdam iucunda non eſt, grata tamen erit illis, qui credunt, Turcas, Germanos et Thuringos vnam eandemque habuiſſe originem. De nomine Oſman.

(I) *Ewurhard* fortaſſis fuit ſator comitum Euerſteinenſium, et ſtructor caſtri Euerſtein, in vicinia noſtræ Corbeiæ ſiti, a quo poſtea huius *Ewurhardi* poſteri appellati comites de Euerſtein. Confer infra §. 22. De Ewurhardo.

(K) *Stalo* villa erat, teſtante Sarachonis Regiſtro, *in pago Auga*. Hodie dicitur *Stale*, et diſtat a celebratiſſimo caſtro Brunonisburgo iter duarum horarum orientem verſus, a noſtra autem Corbeia tantum iter vnius horæ, at ſeptentrionem verſus. Multa veſtigia in ſequentibus inueniemus, quæ indicio ſunt, illuſtriſſimam familiam Brunonianam ſeu Ludolfinam poſſediſſe circa caſtrum Brunonisburgum in pago Auga eique contiguo pago Nethga ampliſſima bona. In eadem quoque familia nomina *Haddo* atque *Hiddi* crebro repetuntur, vti infra §. 104. demonſtrabimus euidentiſſime. *Haddonem* ergo ad familiam Brunonianam referendum eſſe cenſemus. Et probabiliſſime idem dominus, qui pater fuit Ecberti ducis, etiam pater fuit *Haddonis* atque *Ewurhardi*. Illud ſane in dubium vocare poterit nemo, comites Euerſteinenſes a ſtirpe Brunoniana eſſe exortos. Infra ab Haddone noſtro marchiones quoſdam orientales deduximus. De villa Stalo.

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et

ne uuunred desuper manente uxore et infantibus suis ea uero ratione ut si aliqui filii eius his nominibus *uuendildac* et *berndach* redimere ea uoluerint XL solidos reddant sin autem hoc facere noluerint nullus ex heredibus supra scripti uiri praesumat hanc traditionem uiolare testes *theadbaldus comes* marcuuarduf folker hildiuuero goddo uuendico alsmar gherbald eiluuard.

§. 22.

commemoratio de illo *liud euuherhardi* qualiter fratres eius *thiadricus* et *eggricus* (L) firmitatem fecerunt quod nullus ex heredibus eorum ac extranei personis habitatores huius monasterii ullo aliquo tempore inquietare potuissent nos uero e contra promisimus missas eccl̃as (M) et psalteria XXXXV pro remedio animae eius. testes huius *thiodger comes* rainuuero marcbodo uuicbrand gichi eddic bacco badio uualdulf benno aldger hrodulf asger hroduuard emmic garuuard siger bernuuard thiadger uual.

§. 23.

Tradidit *esic comes* in budiniselde (N) quidquid ibi habuit. testes uurachio ettid thiadulf *echert* frederik uuihric gerlo thiadmer richard hemmun landuuard uualtheri sigot ricuuard rust.

§. 24.

De fatoribus comitum Euersteinensium Eberhardo Thiadrico et Eggrico.

(L) Hi tres fratres necessario in vicinia nostræ Corbeiæ domicilium suum habuerunt. Ipsi enim compactum ineunt, Corbeiam nostram neque per suos neque per alios inquietandi, sed consequenter eandem potius defendendi; deinde vero Adalardus eiusque fratres illis e contrario ecclesiis illas scilicet vtendas permittunt. Quadam etiam potestate hi tres fratres præditi esse debuerunt. nam alias monasterium nostrum neque defensionem aliquam ab iis sperare potuisset, neque cum eis hanc amicitiam et fœdus fecisset. Hæc vero omnia cum nullis dynastis melius connecti queunt, nisi cum progenitoribus comitum Euersteinensium quippe viciniorибus. *Liudeverhardum* igitur eiusque fratres *Thiadricum* et *Eggricum* e familia Euersteinensi fuisse putamus. Et cum *Liudewerhardus* idem sit, quod lütge seu paruus *Ewherhardus*, nomen hoc ei inditum fuisse videtur, vt illum homines a seniore quodam *Ewerhardo*, fortassis eius patre, discernerent, qui fortasse ille *Ewurhardus* est, quem §. 20. inter testes deprehendimus. Nostri tres fratres strenui martis pulli fuisse videntur, qui concoquere id non poterant, vt villæ Huexori, Withem et Stalo, in quas iure sanguinis aliquod ius habere potuissent, sibi subducerentur. Hinc ipsi personis monasterii nostri varias exhibuerant molestias, quas nunc omnes se deposituros pollicentur.

(M) Id est, ecclesias. Sed quasnam? Respondemus: in monasterio Corbeiensi, in Stalo, et fortassis in Withem. Alia enim loca in vicinia nondum inuenimus. Quæ enim Jo. Letznerus in Historia Ludouici pii de ecclesia S. Kiliani in vrbe Huxaria, ædificata ab Hildegarde Caroli M. vxore asserit, fabulæ sunt, quia hoc tempore vrbs Huxaria nondum erat in rerum natura.

De comite Eticone et villa Budinifelde.

(N) Fuisse tempore Caroli M. inter primores et nobilissimos Saxonicæ gentis quendam nomine *Hessi*, *quem Carolus M. muneribus, et magnæ sagacitatis industria, magnis quoque honoribus, sustentarit, quia fidelem sibi in cunctis reperierat*, docet nos auctor *Vitæ S. Liutbirgis*, seculo IX. scriptæ, atque a celeberrimo Pezio e codice Ochsenhusano publicatæ cap. 1. in quo ipse: *Hic Hessi*, inquit, *carens masculæ prolis, vnico, quem habuerat, filio in adolescentiæ flore defuncto, filiabus locupletem dimisit substantiam tandemque grandæuus ac bona ætate profectus, hereditate filiabus distributa, Fuldense cœnobium domino militaturus perrexit, ibique sub monachico habitu diem vltimum feliciter obiit.* Hunc autem *Hessi* vnum eundemque esse cum celeberrimo isto *Hassione Ostfalorum*, id est, orientalium Saxonum *duce*, *qui se ad fluuium Ouaccram cum Austrelendis Carolo M. submisit*, de quo Annales Rerum Francorum ad a. 775 videantur, res ipsa loquitur. Testantur bona, quæ ille

filia-

§. 24.

guber-nante Corbe-iam Ada-lardo.

notitia de traditione, quam *tiadde marſcalcuſ* (O) fecit in pago *darlingo* (P) in uilliſ nuncupantibuſ *odenhuſ* (Q) et *dallengebudli* (R) et *boclo* (S), ea tamen ratione ut quam diu uixerit ipſe poſſideat quod ſi filioſ habuerit irrita erit

filiabus ſuis reliquit, quæque in pagis Derlingo, Norththuringi, Hardego et Falhen quoad maximam partem ſita erant, eum in his pagis dominum fuiſſe, de quibus plura in ſequentibus. Manſiſſe eum ſemper, poſteaquam ſe ſemel cum patre ſuo *Hiddi* Carolo M. ſubmiſerat, eidem imperatori fidelem, confirmat originale diploma ipſius Karoli M. infra ex archiuo Corbeienſi afferendum. Quemadmodum enim hic imperator vir ſummi conſilii et maximi animi erat, atque idcirco proceribus Saxonicis damna, quæ in iſto teterrimo et periculiſſimo bello paſſi erant, bonis in Bocchonia, Haſſia et Francia ſitis, compenſare ſolebat: ſic etiam noſter Heſſi, quem diploma citatum *Aſig* appellat, in Bocchonia et Haſſia a Carolo M. quædam bona accepit, quæ ab ipſo eiuſque heredibus poſtea partim Fuldenſi partim Corbeienſi monaſteriis tradita fuerunt. Eundem vero *Aſig* noſtrum *Eſiconem* comitem ſeu Haſſionem eſſe, infra tam clare elucebit, vt de eo amplius dubitari nequeat. Cum itaque patria noſtri *Eſiconis* comitis fuerit in pagis Derlingo, Norththuringi, Hardego et Falhen, nihil videmus, quod nos impediat, quo minus ſtatuamus, ſermonem eſſe de illo Oſtfalorum duce Heſſi in noſtro paragrapho. Villam enim *Budinifelde* refert Saracho abbas in ſuo Regiſtro Bonorum et P. A. C. *ad pagum Hardego*. Atque hæc probabiliſſime eſt villa *Bothuelde* in montibus Harzicis, probe diſcernenda a Budinifeld in pago Logne, a Budineueldon in pago Niththerſe, a Budinueldun in pago Pathergo, atque a Baldualdun in pago Heſſi Franconico. Villa *Budinifelde in pago Hardego* eſt locus *Bothuelde*, in quo illuſtriſſimus dux *Heinricus Leo, cum accedere vellet ad curiam imperatoris in Saluelde, recipiendus ibi in plenam gratiam Friderici cæſaris, de equo corruit, atque ex contritione tibiæ ab itinere, quod cœperat, impeditus eſt, ſequenti vero die Walkenred deportatus, nuntios ſuos ad imperatorem ordinauit et deſtinauit, ipſe autem in eodem loco graui ex læſione laborans infirmitate manſit*, vti auctor Chronici Stederburgenſis Tom. I. S. R. Brunſ. Leibn. p. 866. latius narrat. Intercidit locus Bothfelde, curtis regia, ſeculo XIII. Incolæ conceſſerunt in proximam Elbingerodæ vrbem, cuius vna porta adhuc vocatur *Bothfeldica*.

(O) Hic ſe ſiſtit noſtris oculis quidam marſcalcus. Sed, cuius marſcalcus erat? quærimus. An imperatoris Hludouuici? an imperii? an Corbeienſis abbatis Adalardi? an alterius? Quodnam erat munus huius marſcalci? an ſtabularium? an iudiciarium? Si vltimum, an iam tempore Hludouuici iudicium marſcalci, vulgo dictum das Marſchalls-Gerichte, coram quo cauſæ nobilium dominorum diſceptabantur, in terris Brunſuicenſibus in vſu fuit? Multa hic habes, in quibus te exerceas, quæque, ſi velis, cogites. Nos hac occaſione intermittere non poſſumus, quin nouam proponamus quæſtionem: an ab hoc marſcalco *Thiadde*, Thidi villa, quæ ab Heinrico II, rege Romanorum, monaſterio Stederburgenſi anno 1002 fuit confirmata, in qua anno 1171 Wernerus de Dalem duos manſos et dimidium habebat, in qua anno 1319 Stederburgenſe monaſterium caſtrum et ſex manſos in campis ibidem ſitos emebat, quæque hodierno die in vicinia vrbis Wolfenbuttel adhuc conſpicitur, ædificata et caſtrum ibidem ab eius nomine appellatum ſit. Sane enim ex hac traditione apparet, atque ex Traditionibus Fuldenſibus æque, ſupra §. 15. et infra §. 35. adductis, didicimus, illum Thiadde marſcalcum in pagis Derlingo et Liergewe ampla tenuiſſe prædia. De marſcalco Tiadde.

(P) Situm pagi *Derlingo* iam ſupra §. 15. not. (w) oſtendimus.

(Q) Conſer de hac villa ſupra §. 15.

(R) Hodie locus appellatur *Dannenbuttel*, in ducatu Luneburgico in præfectura Gifhorn ad Aleram ſitus.

(S) Villa *Boclo* deſolata eſt, quondam ſita iuxta caſtrum Gifhorn in ducatu Luneburgenſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ab anno 822 vsque 826 imperante Hludouuico et gubernante Corbeiam Adalardo.

erit traditio sin autem firma permaneat et post obitum marscalci II uillas supradictas *dallengebudli* et *boclo* et monasterium habitatores loci statim recipiat tertiam uero quae uocatur *odenhuf* uxor eius usque ad obitum suum possideat post cuius obitum ad monasterium reuertatur hereditas et sunt ibi manentes *homines* (T) tam liti quam etiam serui XVIII testes hun oto teodi isi adalheri ricbold maynulf aldulf meynheri hunold oddo ido suitger ualdric uuihric teto eilbert sirio folcher tiadheri rotheri addric eio amalric beuo numero XXV.

§. 25.

Tradidit uuulfhard in uilla nuncupante *honesleua* (U) quidquid ibi habuit testes *enno comes* (V) bacco hadulf filius tanculf ualdman oslef osman (W) oio halcmar uuilun uuidger geio eilhard tancred.

TRA-

De vocabulo Hominis.

(T) Vocabulum *hominis* in nostris documentis Corbeiensibus diuersimode vsurpatur. In illis enim deprehendimus homines nobiles abbatiæ Corbeiensis, quorum munus erat prouidere securitati et vtilitati ecclesiæ Corbeiensis, operamque dare regiis interdum legationibus, vbi opus erat, exequendis, idcirco illis ab ipso imperatore Hludouuico datum erat, ne vnquam in expeditionem bellicam ire deberent, vti probant litteræ infra §. 104. atque in Additamentis sub num 1. adductæ. Alii erant homines ingenui seu ministeriales, et longe honestiores, quam homines liti et serui. Hi erant glebæ mancipati, dicunturque passim Eromeggere, Huslude et egene Lüde. Si ergo *manentes homines* tam litos quam seruos verbis teutonicis exprimere satagis, dicendi essent: Erbmeyer, Hausitzende et eigene Leute.

De villa Honesleua.

(U) Villam *Honesleua* fuisse *in pago Norththuringi*, refert abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Probabilissime ea erit *Hausleben* non procul ab vrbe Helmstadio.

De comite Ennone, atque anno emortuali S. Adalardi Corbeiensis abbatis.

(V) De *Ennone comite* vid. supra §. 20. not. (G) Hic inter testes postrema vice reperitur, et in sequentibus traditionibus alios testes, et quidem e familia abbatis Corbeiensis *Warini*, sæpissime deprehendimus. Coniicimus inde, S. *Adalardum* in vtraque Corbeia abbatem, post hæc abiisse in Franciam, vbi *in Corbeia aurea triduo ante natalem domini febri correptus, anno 826. secundo die Ianuarii dulcissime spiritum emisit supremum*, vti testantur Vitæ *Adalardi* nostri in *Actis Sanctorum*, a Io. Bollando et Godefr. Henschenio Antwerpiæ 1643. editis 2 Ianuarii, quarum vna scripta a Paschasio Ratberto, atque altera a S. Gerardo abbate Siluæ Maioris, quæ conferantur p. 109. seq. et p. 117. Discessio autem et mortuo S. *Adalardo*, *Enno comes* Corbeiam nostram nunquam rediisse videtur, et sine dubio non multo post in comitatu suo ex hac vita quoque migrauit. Infra enim §. 64. eum iam inter mortuos deprehendimus. Interim nouam volumus inchoare sectionem, et immutare annorum consignationem ad marginem adpositam.

(W) Hic deprehendimus iterum nomen inter Turcas vsitatum.



TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS SECVNDA,

IN QVA

EXPONVNTVR EA, QVAE TEMPORE
CORBEIENSIS ABBATIS

WARINI

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSI,

IMPERANTE

HLVDOVVICO PRIMO

ET

REGNANTE

HLVDOVVICO IN ORIENTALI FRANCIA

AB ANNO 826 VSQVE AD 853.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





§. 26.

Tradidit meinric in uilla nuncupante *sneuithi* (X) II manſoſ cum aedificiiſ et ſeruum unum ſine uxore ſimiliter autem et unum litum cum uxore et infantibuſ eorum teſteſ *bozo echert* (Y) hrodhard hildiuuart aldmer bruni mannic eddic gelo redbern uuilrec gerdac halecbert.

§. 27.

(X) Villa *Sneuithi* erat, teſte Sarachone in Regiſtro B. et P. A. C. ſita *in pago Logne.* Procul dubio ſignificatur vicus *Schneen* in principatu Gottingenſi. De villa Sneuithi.

(Y) Veriſimillimum eſt, per *Echertum* hic deſignari *Echertum ducem Saxoniæ*, ac patrem abbatis noſtri *Warini*, et *Luidolfi* ducis. *Bozo* ergo nobis vir quidam illuſtris, et miſſus ab imperatore rerum cognitor Hludouuico exſtitiſſe, videtur, miſſus, vt ipſius nomine præſto eſſet, cum abbas *Warinus* in abbatiam Corbeienſem introduceretur. Patet vtique e Chronico noſtro Corbeienſi Manuſcripto, *Echertum anno* 826. adhuc in viuis, *præſentemque fuiſſe cum* illuſtriſſima *Ida ac Miſſo cæſaris*, cum *Warinus*, primus e nobiliſſimis Saxonibus præſul Corbeienſis vngeretur abbas. Putamus ergo, eodem tempore hanc *traditionem* eſſe peractam. Id ipſum quoque ex eo fit veriſimillimum, quod in ſequentibus *traditionibus* fratres *Warini* abbatis inter teſtes apparent. Sit itaque *Echertus* ipſe pater *Warini*, qui teſte Vffingo *ducatum habebat ſuper Saxones, qui inter Rhenum et Viſurgim maxima flumina inhabitabant*; ſitque *Bozo* miſſus cæſaris et comes, paterque Theutbergæ vxoris regis Lotharii, et filius *Boſonis* comitis Mauriennæ, ſatoris ducum Sabaudicorum. Ne autem hoc ſine aliqua probabili coniectura perhibeamus, neceſſum eſt oſtendere modum, quo is ad Corbeiam noſtram accedere potuerit. Narrat Eginhardus *Annal. Rerum Francorum* anno 826. p. 174, iuſſiſſe imperatorem *Hludouuicum, filium ſuum Pipinum, Aquiſgranum, quo tunc imperator hyemabat, venire*; *Pipinum* quoque *cum ſuis NB. optimatibus, vt iuſſus erat, veniſſe.* Inter hos optimates *Boſo comes* eſſe potuit. Et quamuis perhibere voles, Pipinum regem paulo poſt reuertiſſe in Aquitaniam, ibidemque omnem inſtantem æſtatem tranſegiſſe, neque id probabile eſſe, hominem, in Italia ſedem nactum, inter optimates regis Aquitaniæ eſſe voluiſſe; certiſſimum tamen eſt, imperatorem medio Maii Aquisgrano egreſſum, et circa Kal. Iunii Ingelheimium veniſſe, vt haberet ibidem generalem conuentum populi eumque celebratiſſimum, atque vt ibi legationes ex diuerſis terrarum partibus *et ex Italia quoque* miſſas audiret atque exploraret. Incredibile ergo non erit, acceſſiſſe quo- De Echerto duce Saxonum.

 que

§. 27.

Ab anno 286 vsque 853 imperante Hludouuico et

Tradidit haulfuf in *haion* (Z) duof manfof cum curtilif (a) et filuif et in *ſturmithi* (b) duaf parteſ de manſo teſteſ liuthard *liudolf* (B) bernhard ragmold reindac eilger rainhard herding thiadgiſt raduuard. tradidit helmold in *huntloun* (c) manſum unum teſteſ rinkif euurmar euuirdag adalhard.

§. 28.

Tradiderunt ado et odo pro anima ingeld quidquid habuerunt in uillif hiſ nominibuſ *uueſteroſ* (d) *ſaltbeke* (e) *uualdeſlef* (f) *olua*

que ad hæc comitia *Boſonem* comitem, poſtea ab imperatore ad noſtram Corbeiam miſſum, vt teſtis hic loci eſſet rerum illarum, quæ cum ducis *Ecberti* filio et cæſaris conſanguineo ibidem agenda erant ac perficienda.

De villa Haion. (Z) Villam *Haion* refert Saracho in Regiſtro B. et P. A. C. *ad pagum Tilithi*. Incertum autem eſt, an intelligatur *Hagen* locus ad Wiſeram in ducatu Hannouerano, an *Haien* vicus in Principatu Wolferbuttelano, olim in dominio Homburgico et ſub inſpectione Hallenſi ſitus. Vterque locus non procul abeſt a monaſterio Keminadenſi, ad Wiſeram poſito, quondam vero ad pagum Tilithi relato. Poſtremum momentum diplomata comprobant. In vtroque loco abbatia noſtra poſſedit prædia ac bona haud vna.

De voce curtis. (a) *Curtis, curtilis*, et *curtilum* vocabula ſunt, medio æuo valde vſitata. *Curtis regia* nunc ponitur pro palatio regio; nunc autem pro prædio, ad regium fiſcum pertinente, adhibetur. Quapropter *curtis dominicata* erat *ein Kayſerlich Kammer-Gut*, vulgo dicta *ein Konigs hof*. Erant præterea aliæ *curtes*, quæ cæſari non erant penitus propriæ. Atque hæ erant cum *curtes dominicales* ſeu principales, quæ alias *curtes* ſeu *curtila*, eaque ſiue vicina ſiue contigua comprehendebant, tum curtes, quæ erant prædia ruſtica ſiue *curtes minores*, implicatæ curti principali. Hanc diſtinctionem noſtra diplomata admittunt. *Hajon* ergo, ſi vicus *Haien* intelligendus, id quod nobis videtur veriſimillimum, curtis principalis fuiſſe videtur, olim dominis de Vrencken ab abbatia noſtra in beneficium feudale data.

De marca Sturmethi. (b) Saracho abbas in ſuo Regiſtro intelligit *marcam Sturmethi*, quæ quondam erat in ducatu Weſtfaliæ ſiue in *pago Weſtfalon* inter Geſekam, Lippſtadium, et Suſatum oppida, atque *Eruete* curtem. Hæc marca non confundenda eſt cum *pago Sturmidi*, de quo agimus infra §. 166. Deſignari hoc loco *marcam Sturmethi*, pateſcit omnino ex bonis, quæ in traditionibus noſtris eccleſiæ Corbeienſi fuerunt donata, quæque in eadem *Sturmethi marca* erant ſita. Accuratiſſime enim hæc bona concordant cum bonis, quæ eccleſia Corbeienſis in eadem marca vſque in hodiernum diem poſſidet, vti ſuo loco ſiue in *Clientela Corbeienſi* demonſtrabimus.

De Luidolfo. (B) *Luidolfum* fuiſſe germanum abbatis Corbeienſis *Warini*, infra demonſtraturi ſumus. Patre adhuc ſuperſtite, ipſe nulla dignitatis nota inſignitus, infra *comes* appellatur.

De villa Hundloun. (c) *Hundloun* villa erat, Sarachone teſte, conſpicua in *pago Leri*. De hoc pago confer infra §. 35. Intelligitur hic *Hundloſen*, locus ad fluuium Hunta in præfectura Wildeshauſen ſitus. Diſtinguendus autem hic locus eſt a curte dominicali *Huntloſen*, quam olim comites Sutfenenſes (zutphen) cum aliis bonis ab eccleſia Corbeienſi habebant, in beneficio ſeu feudo acceptam.

De villa Weſteros. (d) Villam *Weſteros* appellat Saracho in *Regiſtro* B. et P. A. C. *Weſterhuſen*, eamque cum villis *Saltbeke*, *Waldeslef*, atque *Olua* tribuit *pago Norththuringi*. De pago *Norththuringi* egimus ſupra §. 20. vbi, deſignari locum *Weſterhuſen*, ad Albim in ducatu Magdeburgico inter vrbem Magdeburgum atque oppidum Froſe iacentem, monuimus.

De villa Saltbeke. (e) *Saltbeke in pago Norththuringi* vel Saltza, vicus non procul a Froſa oppido ſitus, videtur fuiſſe.

De villa (f) *Waldislef in Norththuringi pago* eſt probabiliſſime locus *Welsleben*, inter Froſam et Saltzam

olua (g) teſteſ beio helmeric ailbern rainold gherhard bernhard *liudolf* (G) uuala oto bacco adaluuard abbo. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 29.

Tradidit cumbro (h) in uice odoniſ comitiſ quidquid ille habuit in uilla nuncupante *ſuniſtede* (i) in pago *derlingo* (k) teſteſ *cobbo* (l) *eſic*

Salrzam in ducatu Magdeburgico ſitus. Hunc locum fuiſſe vrbem *Wallisleui*, quam Widekindus noſtras tempore Heinrici aucupis a Redariis eſſe captam refert *Annal.* Lib. I. p. 639, ſupra §. 20. arbitrati ſumus. Volebat enim Widekindus ſuis fratribus ad animum reuocare damnum, quod abbatia noſtra ex hac barbarorum ferocitate fuerat paſſa. Nullam enim aliam cauſam videmus, cur Widekindus tantum ſolius vrbis *Wallisleui* mentionem fecerit, cum, alia caſtra eadem quoque calamitatem paſſa eſſe, probabile ſit. Quæ cum ita ſint, per *Wallisleui* cum Nic. Hier. Gundlingio in *Henrico aucupe* p. 182. oppidum *Fallersleben* in ducatu Luneburgico intelligere non poſſumus. Oppidum enim Fallersleben quondam erat pars pagi Derlingo; villa autem Waldislef ad pagum Norththuringi referebatur. Et quamuis Widekindus noſter *Wallisleui* locum *vrbem* appellet, hoc tamen non impedit, quo minus noſtrum *Waldislef* locum intelligamus, ſiquidem Widekindi tempore caſtra etiam vrbes appellabantur, vti multis, ſi opus foret, exemplis comprobare poſſemus. *Redarii* autem erant populi, qui inter Albim et Panim fluuios, ſeu inter Leontium (Lentzen ad Albim) et Diminum vrbes, atque ita in aliqua parte Prignizziæ et Stargardiæ habitabant. Waldisleif.

(g) Villæ *Olua* ſitum accurate nondum indicare poſſumus. Reperiuntur in ducatu Magdeburgico Oluenſtede atque Ouelgunne. Fuere ibidem quidam nobiles dicti de *Oluerſtorp*. Inuenitur quoque in eo fluuius Olua, qui ſe non procul a loco Hundisburg cum Beuera miſcet. Probabili autem coniectura iudicamus, intelligi locum *Elbenau*, non procul a Weſterhuſen ſitum. De villa Olua.

(G) De *Luidolfo*, fratre abbatis Corbeienſis Warini, vide ſupra §. 27. not. (B). De Luidolfo.

(h) *Cumbro* hic quædam donat vice *Odonis comitis*. Fortaſſe ab hoc *Odone* villa *Odenhus* fuit donata, quam in pago Derlingo exſtitiſſe vidimus ſupra §. 24. Caue, ne hunc *Odonem comitem* confundas cum *Odone comite*, cuius meminit diploma regis Arnolfi. Repugnat enim chronologia. Diploma regis Arnolfi, infra §. 163. allatum, datum eſt anno 888; hæc autem traditio facta circa annum 826 vel 827, quo tempore Otto illuſtris, cuius in diplomate Arnolfi ratio habita eſt, nondum in viuis fuiſſe videtur. Confer celeb. Grupenii *Origines Pyrmontanas* p. 162, et infra §. 188. De comite Oddone.

(i) *Suntſtede* hodie appellatur *Suntſted*. Locus ſpectat ad ducatum Brunſuicenſem eiusque præfecturam Königslutter. Eccleſia in *Sunſted* filia eſt monaſterialis eccleſiæ in Königslutter. De villa Suntſtede.

(k) De pago *Derlingo* egimus iam ſupra §. 15.

(l) *Cobbo* germanus erat abbatis Corbeienſis *Warini*, abbatiſſæ Herfordienſis *Hadwi*, ducis Saxoniæ *Luidolfi*, et comitis *Beuonis*. Illud demonſtrabimus infra ita, vt de eo dubitatio nequeat ſupereſſe. Heic adducimus verba auctoris Translationis S. Puſinnæ e Tomo I. *Scriptorum Rerum Brunſuicenſ. Leibnitii* p. 182. quia in tractatione ſequenti ad ea ſæpiſſime prouocare debebimus, addituri in præſens autem ſcholia noſtra, vt pateat cunctis, quo ſenſu nos eadem verba exponamus, atque vt ſimul intelligatur, omnes eruditos hæc verba nondum recte interpretatos eſſe. Ex iis vero, quæ infra dicturi ſumus, cunctis fiet palam, noſtram interpretationem firmiſſimo niti fundamento. Accipe ergo ipſa verba: *Fundata igitur duo nobiliſſima cœnobia ſunt tempore auguſtæ memoriæ Ludouici imperatoris: quorum vnum nominatur* CORBEIA, *alterum* HERIFORD *vocatur; vnum domino militantibus monachis, alterum ſanctis virginibus, domino conſecratis! Quorum ædificatio a reuerendiſſimis viris, et ſumma laude celebrandis,* ADALHARDO *videlicet, eiusque fratre* WALA, *qui et merito ei et regimine ſucceſſit, inſtituta eſt. Nec alienum noſtro propoſito videtur perſtringere, propter ignorantium inſtitutionem, quod hi duo, tam morum honeſtate et vitæ pariter ſanctitate, quam etiam generoſitate præſtantiſſimi fuerunt: fuerunt enim* CONSOBRINI *ſua ætate maximi et celebrandæ memoriæ* CAROLI IMPERATORIS AVGVSTI; *quod ideo prælibaui, vt ex condito-* De comite Cobbone.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

eſic (m) *immed* (n) bernhard uufheri ſibold *uuihric* (o) hunuuard bodo teodoric item uuihric renold heuo.

§. 30.

Tradiderunt eilger horic et uuilheri in uice *thiadboldi* in *heribrumun* (p) duoſ manſoſ teſteſ uuido reinheri baldric marcuuard riculf hrotghat hroduuard uulſger adalger redbern emmo uuillo dago dacbert.

§. 31.

Tradidit redman in *haſlbechi* (q) manſum unum et hominem cum uxore

ditorum dignitate locorum dignitas colligatur: hoc quippe non modo non poſtremæ laudis, ſed ſummæ gloriæ apud maiores fuit. Et vt ſupertora repetamus, quod ex CORBEIA FRANCIÆ *hi duo monachi et abbates fuerunt,* CORBEIAM *ad eius ſimilitudinem nominari voluerunt. Quo in monaſterio primus abbas ab iisdem venerabilibus inſtitutus eſt* WARINVS, *nobiliſſimo genere propagatus: fuit enim genitus* ECHBERTO CLARISSIMO COMITE ET DVCE, *matre ſplendidiſſima nomine* IDA, *tam naturæ muneribus et generoſitatis quam elegantia morum, cuius* (ſcilicet Warini: iam enim nihil impedit, quo minus hic ſupra dicti fratres Warini intelligamus) *fratres adæque clariſſimi viri, magnis dignitatibus illuſtres et apud exteros et apud domeſticos enituerunt.*

Horum (ſcilicet Adalhardi et Walæ) *ergo neptis,* vtpote *ex eorum ſorore* (ergo Ida duciſſa ſoror fuit Adalardi et Walæ) *genita, patre viro ſpectabili et valde inclyto ad regimen heriſordenſis monaſterii venerabilis Haduini* (infra in his traditionibus nominatur Hadwi) *diuino nutu promota, et diuino amore et maiorum ſuorum exemplis, tamquam quibuſdam ſtimulis æmulationis incitata, cum deſideraret, tam ſanctæ religionis deuotione quam patrocinio ſanctorum monaſterium, quod ſuſceperat, illuſtrare poſuit pia intentione, quamquam difficile impetratu videretur, excellentis* CAROLI REGIS *ſuper hoc auxilia flagitare: non enim aliter, quolibet in loco regni eius ſanctorum pignora forent, ea conſequi poſſe videbat. Erat autem aditus ad ipſum, ſiue conſanguinitatis gratia, cum ei tertio quartoque cognationis gradu coniungeretur, ſiue quod maiores eius multa familiaritate ac liberalitate memorati principis vſi eſſent, tum etiam, quod* FRATER EIVS COBBO *in palatio quotidianis eius adhærebat obſequiis; et etiam quod pretioſiſſimis ſæpe donatus ab eodem fuerat muneribus, non minimum eius animos accendebat, et, ne titubaret in aliquo ius inolitæ familiaritatis, effecerat.* Ex his verbis, fideliter transſcriptis, apparet, *Cobbonem* comitem fuiſſe fratrem tam abbatiſſæ *Haduinæ*, quam abbatis *Warini*. Cum itaque in his traditionibus infra §. 126 *Luidolfus* appelletur germanus *Cobbonis*, ſequitur et *Luidolfum* fuiſſe filium *Ecberti* ducis, atque *Ecbertum* fuiſſe ſatorem Heinrici aucupis atque Ottonum Auguſtorum.

De Eſiconе.

(m) Hunc *Eſiconem* caue ne confundas cum Eſicone comite, ſine maſcula prole defuncto, qui grandis natu monaſterio Fuldenſi ſe addixit, et de quo egimus ſupra §. 23. Cobbo, qui hoc tempore ſenex nondum eſſe potuit, hic ante Eſiconem collocatur. Id factum non eſſet, ſi venerabilis ille ſenex hic intelligendus eſſet. Probabiliter eſt denotatus Eſic iunior, de quo agimus infra §. 195.

(n) De *Immado* vid. ſupra §. 4. not. (h).

(o) De *Wihrico* confer §. 17. not. (z).

De villa Heribrumun.

(p) Villam *Heribrumun in pago* exſtitiſſe *Pathergo*, docuit nos abbas noſter Saracho in *Regiſtro* B. et P. A. C. Pagum *Pathergo* fuiſſe in Paderbornenſi epiſcopatu, et quidem circa vrbem Paderbornam, ad liquidum deducemus infra. Deſignari ergo exiſtimamus vicum *Herbram*, in diœceſi Paderbornenſi ſitum inter Lichtenau, Iggenſen, Dalen et Nienherſe. *Thiadboldus*, qui duos manſos in hac villa ſitos Corbeienſibus tradidit, videtur fuiſſe comes *Theadbaldus*, quem ſupra §. 21. inter teſtes deprehendimus. An is fuerit comes per pagum Pathergo, id quidem nunc in medio relinquimus.

De villa Haslbechi.

(q) Villa *Haslbechi* erat, teſte Sarachone in ſuo *Regiſtro*, ſita *in pago Auga*, in quo præterea erat viſenda ipſa noſtra abbatia Corbeienſis. Procul dubio hæc villa inter deſolatas eſt recenſenda. Nullus enim vicus in tota illa regione, in qua olim pa-

re et filiif et in *biueran* (r) manſum unum et hominem cum uxore et filiif teſteſ rainuuerc marcbodu gichi eſic aldmer eddic balding brunger uuilhelm. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 32.

Tradidit theodhardus *in pago huuetigo* (s) in uilla nuncupante *bracu* (t) manſoſ duoſ cum ſiluiſ teſteſ oio hauuard helmulfuſ ico adedger heriuuard.

§. 33.

Tradidit folcbold pro patre ſuo hildiboldo quidquid habuit in uilla nuncupante *budinifeld in pago logne* (u) ſimiliter quidquid habuit in uilla *am-*

pagus *Auga* reperiebatur, in præſens inuenitur, cuius nomen quandam ſimilitudinem cum villa noſtra habet. Quodſi autem ex nobis reſcire deſideras, quonam in loco hæc villa olim ſteterit, tunc negamus, illud nos certo ſcire. Diu ſane nos vexaſſe hanc villam, noctesque atque dies in ſitum eiuſdem nos ſtudioſe inquiſiuiſſe fatemur. Sed, oleum atque operam nos perdidiſſe, negare non poſſumus. Tandem in mentem venit locus quidam, non procul a vico Luchteringen ad Wiſeram obuius, qui appellatur *Haglbeck* ſeu *Hekelbeck*, qui nobis ſuſpicionem attulit, quondam ibidem villam *Haslbechi* exſtitiſſe.

(r) Villam *Biueran* quoque ſpectaſſe *ad pagum Auga*, refert Saracho abbas in ſuo *Regiſtro*. Nullum itaque dubium erit, intelligi, oppidulum *Beueren*, olim in comitatu Euerſteinenſi, hodie autem in ducatu Brunſuicenſi ſitum ad fluuium dictum *die Beuer*, qui inter oppidum Holtzmindam et præfecturam Forſt influit Wiſeram. Cum autem hic locus, æque ac villa *Haslbechi*, iaceat eis Wiſeram, inde pateſcit, pagum *Auga* quondam in vtraque Viſurgis ripa exſtitiſſe. Manſum, quem *Redman* in villa *Biueran* tradidit eccleſiæ Corbeienſi, ab eadem eccleſia quondam domini, *de Frencken* dicti, in feudo tenuere, iam habent generoſiſſimi nobilesque viri *de Haken*, in vico Ohren, haud procul ab vrbe Hamela ſito, habitantes. De villa Biueran.

(s) De pago *Huuetigo*, quondam in comitatu Pyrmontano et ditione Swalenbergenſi reperiundo, vide ſupra §. 3. not. (e) De pago Hweti-go.

(t) *Bracu* (non Bracii, qui error typothetæ eſt in *Originibus Pyrmont.* p. 4.) olim erat vnum *Vorewerck*, ſpectans ad villam Liuithi, ſeu *Alten Lüde*, hodie deſolatam, quam caue ne confundas cum oppido Lüde, iter dimidiæ horæ ſito ab acidulis Pyrmontanis. De villa Bracu.

(u) Situm villæ *Budinifeld* exploraturis prius in ſitum *pagi Logne* inquirendum eſt. Primo autem hunc pagum probe diſcernendum eſſe cenſemus a pago *Laingo*, qui exſtitit in Friſia orientali, de quo egimus ſupra §. 8, deinde a pago *Loingo*, in terris ducatus Luneburgici obuio, et denique a pago *Logingaha* ſeu *Loginacgowe* in Haſſia ad fluuium Logana, hodie dictum *die Lahne*. Paſſim huius vltimi pagi meminere Traditiones Fuldenſes. Id a ſcopo noſtro non alienum eſſe videtur, ſi villas, in illis pagis olim conſpicuas, ordine qualicunque enumeraverimus. Tradidit ſcilicet anno 821 Waltrata, Adriani vidua relicta, *in pago*, qui dicitur inferior *Lognahi*, quidquid viſa eſt habere in *Feldum*, in *Wilare*, in *Barnbehibu*, in *Setim*, et vnum *bifang* in littore *Huuilinu* et in marcu villarum *Stetim* et *Feldum* quædam mancipia, teſtante Corpore *Trad. Fuld. S. hannati* p. 133. ſeq. Anno 824 Waltrat (probabiliſſime eadem femina) et Voto tradunt in pago, qui dicitur inferior *Loganahi*, in *Feldum*, in *Wilare*, in *Barnbehbiu*, in *Stetin*, et vnum *bifang* in litore *Vutlinii*, in marcu villarum *Stetum* et *Feldum* quidquid viſi ſunt habere l. c. p. 145. Porro anno 831 pago *Logenahe* tribuitur villa *Sualbach*, in qua quondam viri nobiles Appo et Suiker commorati bona quædam Fuldenſi monaſterio tradidiſſe dicuntur p. 161. ſeq. Anno 912 *Chuonradus rex* præfato illi monaſterio ob preces intercedentes genitricis ſuæ *Gisemuodæ quasdam res iuris ſui et paternæ hereditatis in pago, Huſitin dicto, et in comitatu Badonis ſitas, id eſt, curtem Dribura nuncupatam cum curtilibus atque omnibus appenditiis ea ratione in proprium donauit, vt præfata genetrix ſua a monaſterio Fuldenſi in pago,* LOGANACGOVVE *appellato, in comitatu Ottonis fratris ſui, loca, qua vocantur Mittiu, Altin-* De villa Bunifeld, et pago Logne.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Altinchiricha, Meſtineshuſa, Linna et *Niuunchirihha cum omnibus, ad eadem loca pertinentibus, ad dies vitæ ſuæ e contra in proprietatem accipiat, et poſt vitæ ſuæ diſceſſum in ius et dominium eiuſdem cœnobii redeant*, teſtantibus litteris Chaonradi I regis l. c. p. 227. Teſte Ebirhardo monacho Fuldenſi l. c. p. 305. ſpectarunt ad pagum *Logenahe, Logenahegecoe, Blidenſtat, Salaha, Lundorf, Saltzbutine, Loab* et *Roda*, item *Walchesdorfe, Megeratesheim*, et *Wolemare*, nec non *Rodohuſun* ſuper fluuium, qui dicitur Amana, item locus *Blidenſtadt*, qui eſt ſuper ripam fluminis Amana, *Holzhuſen, Aſaltre, Seleheim*, et *mons*, qui dicitur *Hagenesberc, Zegemanden, Weſterſtat, Nezzaha, Vſleida, Bora, Suuigi, Witmane, Rudingesbah*, item loca *Roſtorf, Holhus, Brettenbrunnen, Hoheim, Sibenbrunnen* ſuper ripam fluminis, quod dicitur *Antrafa*, ſita. In his autem locis bona tradiderunt eccleſiæ Fuldenſi Argoz eiusque coniux Lipgart, Adelburch, Bidane, Rodun, Argoz comes et coniux eius Liubire, atque Altrat. Tandem, eodem referente Ebirhardo p. 306. et 307, erat in prouincia Logane *Sigibah*, in pago *Logenahe* et in comitatu Herimanni *Erbenhuſen*, et in pago *Loganahe Abbenbrunnen*, in quibus Antrat, Graman et Guto bona poſſederunt, inter quæ fortaſſe villa Erbenhuſen, quippe in comitatu Herimanni et in pago Logenahe ſita, referenda eſt ad pagum Logne in principatu Gottingenſi, eademque villa eſt, quam infra appellabimus *Erbſen*. Hæc non procul ab Adelipſen vico exſtitit. Hiſce omnibus addenda eſt villa *Cinzinbah*, in pago Logene poſita, in qua Hacho quidquid proprietatis habuit, tradidit eccleſiæ Fuldenſi, eodem Ebirhardo teſte p. 307. n. 44.

Pagus Logne, cuius hæc noſtra *traditio* meminit, ſine dubio nomen accepit a flumine *Loine*, ſeu *Leina*, quo nomine noſtra antiquiſſima et recentiora diplomata hoc flumen exprimunt, hodie dicto *die Leine*, de quo Joan. Joachim. Schüsler, doctiſſimus ſcholæ Einbeccenſis rector, ante aliquot annos quædam programmata publicauit, quæ vt vno volumine edantur, optamus. Leinographiam idem poſtea contexuit, diplomatibus copioſiſſimis refertam et J. C. Harenbergii Præpoſiti præfatione, qua potamotheologia exhibetur, inſtructam, propediem euulgandam. Quod ſcriptum multis inſtillabit cupiditatem de aliis Saxoniæ noſtræ et Germaniæ fluminibus aliquid conſimile tentandi.

Fluuius *Leina* in vico Leinfelde intra Eichsfeldiam primordium capit, et deinde per principatus Gottingenſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, atque Electoratus Hannouerani terras tandem intra Ducatus Luneburgici oras influit Aleram. Quæritur vero, quænam harum regio a progenitoribus noſtris pagus *Logne* denominata fuerit. Aequum et luculentum eſt, facem heic præferre diplomata. Annotandum autem, diplomata hucusque edita non vna ratione hunc pagum efferre.

Noſtra protographa diplomata et documenta chartacea hunc pagum modo *Langne*, modo *Logi*, modo *Logni* et modo *Logne*, appellant. Aliorum denominationes iam non diiudicabimus, certo haud ſcientes, an illæ cum originalibus diplomatis accurate conueniant, nec ne. Alii enim *Lagni*, alii *Lochne*, alii *Lacne*, alii *Lainegha*, alii *Loinge*, alii *Laeni*, alii *Loghne* legunt.

Villas huius pagi multas annotauimus. Infra præterea plures producemus, quas hic adducere nolumus. Qui volet, in eas ope indicis facile incidere poterit. Ere autem erit, villas, ad pagum noſtrum referendas, ſecundum alphabeti ſeriem, additis annis, quibus vnumquodque diploma exaratum eſt, collocare.

Primam villam nominat S. Bernwardus *Bredinbike* ad annum 1022, cæſar autem Heinricus locum adpellauit eodem anno *Bredenbiche*. Vterque aſſerit, eandem exſtitiſſe in comitatu Herimanni. Videtur nullus alius ſubeſſe vicus, atque *Bremcke*, locus nobilis diœceſis Gleichen, ad dominos, de Vslaria cognominatos, iamdudum referri ſolitus.

2) *Bergoteshuſen* ſeu *Beringoteshuſen* anno 1022 memoratur in villarum numero et quidem in comitatu ſeu præfectura eiuſdem comitis Herimanni. Probabiliter facimus iudicium, rati, deſignatam fuiſſe villam *Beniehuſen*, in eadem diœceſi ſitam, atque ad eoſdem dynaſtas *de Vsler* referendam. Sin hæc tibi diſplicet, delige locum *Barlieſſen*, in dynaſtia Juhnde intra principatum Gottingenſem ſpectabilem.

3) Exſtitit anno 834 in ducatu Saxoniæ *Budinesuelt* iuxta fluuium Wiſerae intra pagum *Logi*, teſtante autographo diplomate imperatoris Hludouuici. Hunc eundem locum fuiſſe putamus, ac illum, qui in hoc §. 33. appellatur *Buniſeld*, con-

conſpicuus in pago Logne, quique nullus alius eſſe poterit, ac oppidum Bodenfelde, intra principatum Göttingenſem intra præfecturam Niennouerenſem adiacens Viſurgi. gubernante Corbeiam Warino.

4) *Dranſuelt* anno 1022 in comitatu Herimanni erat. Noſtra ætate nominatur locus Dransfeld, ac præfecturæ Mundenſis oppidis adtribuitur.

5) *Erpeſſum* æque poſitum fuit in comitatu Herimanni comitis. Ita enim auctor Vitæ Meinwerci, epiſcopi Paderbornenſis T. I. Leibn. p. 835. num. 55. *Quidam item vir, nomine Hathamarus, diuina inſpiratione commonitus, quicquid proprietatis habuit in Erpeſſum in pago Lachni et in comitatu Herimanni comitis, cum favore matris ſuæ Bezzulan, heredis iuſtiſſimæ, eo tenore in proprietatem eccleſiæ tradidit, vt ſibi ſoli, quamdiu ſuperſtes eſſet, omni anno de epiſcopali ſubſtantia III talenta darentur.* Intelligitur procul dubio vicus *Erpſen* in principatu Gottingenſi, ad ditionem dominorum, de *Adelipſen* dictorum, referendus.

6) *Ethelleueshuſon* anno 990 in pago Lochne atque in comitatu Herimanni comitis, teſte diplomate in celeb. Harenbergii *Hiſtor. Gandersheim.* p. 625. memoratum, eſſe poterit vel *Edelershuſen*, villa deſolata, cuius meminit Jo. Letznerus in *Chronico Daſſel.* Lib. VII. p. 128, 129, et 131. vel *Adelipſen*, anno 1289 appellata Adeleuſen, olim vero dicta *Adeleveſſen.*

7) *Gardnebiki* anno 1032 in pago Lacni et in comitatu Herimanni fuit poſita. An indicatur Gardelbie, cuius anno 1093 mentionem iniecit diploma fundationis monaſterii Bursfeldenſis? aut Gladebeck in præfectura Harſte?

8) *Gemmet*, anno 970 in comitatu Bernonis comitis, erit Gimmet ſeu Gimte ad Wiſeram, præfecturæ Mündenſis in principatu Gottingenſi locus, vulgo *Jimte.*

9) *Hattichershuſon*, anno 990 in comitatu Herimanni, erit *Hetgershuſen* in eodem principatu, ſub præfectura Harſte adquieſcens.

10) *Hemlion* anno 835 erat in Angrariis in Logni, et anno 943 *Hemli* in pago Langne, vti teſtantur duo originalia diplomata Ludouiciana, quorum alterum eſt imperatoris atque alterum regis Hludouuici. Deſignatur ſine vllo dubio vicus *Hemelen*, adiectus ad Wiſeram intra præfecturam Münden. Et ſimul patet e diplomate cæſaris, pertinuiſſe pagum Logni ad Angariam ſeu Saxoniam mediam, ex parte ad minimum.

11) *Heſe*, vti legit diploma S. Bernwardi, ſeu *Yheſe*, vti habet Charta Heinrici II, erat anno 1022 in præfectura comitis Herimanni. Procul dubio indicatur vel *obern* vel *niedern Jehſe*, non procul ab vrbe Göttinga.

12) Ad hunc pagum quoque ſpectaſſe palatium regium *Grona*, nemo negare poterit. Illud enim vndique villis, ad pagum Logne relatis, cinctum eſt. Noſtra illud appellatur ætate *Borg-Grone*, et eſt intra præfecturam Münden. De quo alio tempore pluribus diſſerere libet.

13) *Huuinadal*, anno 1032 in pago Lacni et in comitatu Herimanni comitis ſita, an *Haubenthal* non procul a caſtro Berlebſch, an Heiſendal, villa deſolata in præfectura Münden, deſignetur, anceps eſt coniectura.

14) et 15) *Lengede* et *Lengede*, ſeu, vti habet diploma Heinrici S. *Lengide* et *Lengide* anno 1022 in præfectura Herimanni comitis, erunt *Groſſen* et *Kleinen Lengede* intra præfecturam Niedeck Principatus Calenbergici eiusque Göttingenſis.

16) *Lengleron* ſita erat anno 990 in pago Lochne et comitatu Herimanni comitis, anno 1022 *Langlere* et *Lanclere* appellata, et in præfectura comitis Herimanni. *Lenglern* in præfectura Harſte hic venit in cenſum.

17) *Liudingeshuſon*, anno 990 in comitatu Herimanni comitis ſita, probabiliſſime eſt *Lodingſen* in Adelipſenſi tractu iudiciali.

18) *Ludolfeshuſem*, anno 1032 in pagi Lacni et in comitatu Herimanni comitis ſita villa, *Ludolfshauſen* in præfectura Friedland.

19) *Maniſi* ad annum 990 commemoratur. Hæc eſt villa *Meinſen* intra præfecturam Brackenberg.

20) *Molduggauel*, anno 1032 in comitatu comitis Herimanni poſita villa, erit *Mollenfelde* in eadem præfectura.

21) *Peranhuſon*, anno 990 in comitatu Herimanni comitis ſita, eſt *Parnſen* in principatu Göttingenſi, præfecturæ Harſte adnumerata.

22) *Rodereshuſon*, a. 990 in comitis Herimanni comitatu conſpicua, erit probabiliſſime vicus *Rodershuſen*, cuius meminit Leuckfeld in *Antiquit. Katlenburg.* p. 41. 49. 61. et 65.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

23) *Redolueshuſen* et
24) *Rodolueshuſen*, villæ, erant anno 1022 ſitæ in præfectura comitis Herimanni. Quinam vero intelligantur vici, dubio haud vacat. Quondam reperiebantur intra præfecturam Moringen *Radolshuſen*, *Redderſen* et *Reinſen*, quæ hodie ſunt deſolatæ. *Radolfshuſen* autem adhuc aliqua ſupereſt in principatu Göttingenſi et præfecturæ domicilium eſt, intra quam etiam inuenitur *Reinholdshuſen* ſeu *Rendershuſen*. *Reinhauſen* erat olim monaſterium, hodie præfectura in eodem principatu, ad quam ſpectant Lichtenhagen et Iſchenrode. *Rekershuſen* refertur ad præfecturam Friedland, et *Retmershuſen* ad Dominum Baronem Carolum de Görtz in Wrisberg. *Reinoldshof* autem hodie viſitur in præfectura Friedland, olim monaſterio Weende contributa.
25) *Salta* anno 937 in pago *Lainga* et in comitatu Luidgeri comitis, *Saltowe* anno 1059 in pago *Loinge*, obuia, videri poſſet fuiſſe *Saltz der Hellen* in ducatu Grubenhagico; ſed cum ea in regione fuerit pagus Suilbergi, hunc vicum ex hoc catalogo plane expungendum, et per Salta, locum in comitatu Luidgeri poſitum, *Soltaw* vicum in ducatu Luneburgico ſitum intelligendum eſſe, cenſemus. Eadem enim in regione ad Soltaw quoque pagus Loingo erat.
26) *Schitun*, villa anno 1046 in pago Lochne obuia, erit vel *Ober-* vel *Nieder-Scheden*, non procul ab oppido Münden viſenda.
27) *Snen* villa, anno 1022 in præfectura comitis Herimanni ſita, fuiſſe videtur vel maior vel minor Schneen, intra præfecturam Friedland deprehendenda.
28) *Sueehuſen* ſeu *Sueghuſen*, a. 1022. memorata in comitatu Herimanni, videtur eadem eſſe villa, in qua monaſterium Reinhuſanum quondam bona quædam habebat.
29) *Sulbichi*, anno 835 in Angrariis et in Logni, erit *Sulbek*, *Sülpke*, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiaſten vici Stockheim, intra præfecturam Grubenhagen ad Leinam ſiti. Cum autem ipſe vicus Stokheim referatur ad pagum Suilbergi, in ea ipſa regione ſunt termini pagorum Suilbergi et Logni quærendi. Caue autem, ne villam *Sulbichi*, ſitam in pago Logni, confundas cum duabus villis *Sulbeke* et *Sultbechi*, in pago Auga ſitis, quæ, vti infra videbimus, deſolatæ ſunt.
30) *Thimarda* et *Timertha* erat anno 1022 in præfectura comitis Herimanni obuia. Probabiliſſime, vicum *Dimerden*, ad fluuium Garte ſub præfectura Friedland poſitum, denotari, iudicamus.
31) *Waleshuſen* villa anno 1022 in eadem præfectura Herimanni comitis erat. Wahlshauſen, ad fluuium Schwulme non procul ab oppido Vslar adiacens, locum hic ſibi vindicat.
32) *Winitthe* villa, que fuit a. 1022 in eiuſdem comitis Herimanni præfectura, eſt *Weende*, iter vnius horæ ab vrbe Gottinga verſus ſeptemtriones diſiuncta.
33) *Wilmeshuſen*, eodem anno obuia in præfectura Herimanni, appellatur eodem anno in litteris Heinrici II Cæſaris *Wilmereshuſen*. An deſignatur Willenſen? An Wienhuſen in præfectura Vslar?
34) *Winithuſen* villa fuit a. 1022 in comitatu. Hæc eſt villa deſolata, olim ſita in ſaltu Sollingano ac in loco, dicto *das Wintfeld* intra præfecturam Nienover. Confer §. 5. not. (k).
35) *Wilmershuſen* ſeu *Witmereshuſen*, anno 1022 memorata, in præfectura comitis Herimanni *Wiershuſen* intra præfecturam Mündenſem eſſe videtur.
36) *Wizzereshuſen*, in pago Logni anno 990 ſita, *Wiershuſen* in diœceſi iudiciali Jühnde, dominis liberis baronibus *de Groten* obnoxia et ſubiecta.
37) *Wolcamerhuſen*, a. 997 memorata, eſt *Volkmershuſen*, non procul a vico Gumbte ad Wiſeram intra præfecturam Münden ſita, et denique
38) *Woſthelmershuſen*, anno 1022 in præfectura comitis Herimanni, videtur eſſe vel Wolmershuſen in iudiciali diœceſi Gleichen, vel *Wolbrechtshuſen* in dynaſtia Harenberg. Poſterior inter deſolatas recenſenda eſt villas.

Totidem villæ, quot hactenus recenſuimus, reperiuntur quoque in Traditionibus noſtris. En haſce: 1) *Aelwerlan* 2) *Aliereshus* 3) *Aſchem* 4) *Billugeshuſen*, 5) *Budiniſeld*, 6) *Bulihem*, 7) *Eilfeshuſen*, 8) *Erpeshus*, 9) *Gadershus*, 10) *Gelighus*, 11) *Guddingun*, 12) *Hagersheim*, 13) *Herſiti*, 14) *Hiadonoſon*, 13) *Heſſchehirithi*, 14) *Hiddeshus*, 15) *Husleri*, 16) *Lengithi*, 17) *Liammannes-hus*, 18) *Ludulfinhus*, 19) *Northgu*, 20) *Odighus*, 21) *Olenhus*, 22) *Oſſenthorpe*, 23) *Sneuithi*, 24) *Sneuidi* 25) *Marca Sneuidi*, 26) *Steinanebeke*, 27) *Steynhem*, 28) *Reinholdeshus*, 29) *Valahus*, 30) *Vffenhus*, 31) *Wigbeke*, 32) *Weghallidi*, 33) *Wig-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ambrichi in pago heſſi (v). teſteſ uffic haletdag heui gherhard aldmer anulo uuulfger bauo. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 34.

33) *Wigredeshus*, 34) *Winadahus*, 35) *Wuringereshuſun*, 36) *Wynithun*, et 37) *Aſſapa*, de quibus infra pluribus. Neminem ergo negare poſſe cenſemus, pagum Logne quondam exſtitiſſe in principatu Gottingenſi.

(v) *Pagum Heſſi* non procul a villa Budinifeld, inſerta pago Logne, abfuiſſe, probabile eſt. Idem enim *Folcboldus* qui bona ſua in Budinifeld tradidit, donauit etiam, quidquid habuit, eccleſiæ Corbeienſi in villa *Ambrichi*, *ad pagum Heſſi* relata. Quilibet autem facillime perſpicere poterit, nullam regionem ſupereſſe in principatu Gottingenſi ad collocandum ibi pagum prædictum *Heſſi*. Conſcendamus ergo nauem, qua transportemur in alteram fluuii Viſurgis ripam, et inueſtigemus, an ibi pagum *Heſſi* inuenire queamus. Agedum, naui feliciter transuecti, in alio territorio ſumus, in terris Landgrauiatus Haſſiæ. Heic vero aliud habemus flumen obuium, quod ab omnibus, qui haſce regiones incolunt, non Deimela, vti Tabulæ geographicæ Ducatus Brunſuicenſis Jo. Bapt. Homanni, atque alii, illud appellant, ſed *Dimola*, teutonice *die Dimel*, nominatur. Hic autem idem eſt fluuius, in cuius vtraque ripa pagum noſtrum *Heſſi* exſtitiſſe, putamus. De pago Heſſi Saxonico.

Prius vero quam illud oſtendimus, neceſſe eſt, vt pagum noſtrum *Heſſi* probe ſecernamus ab alio pago, qui eodem nomine *Heſſi* a veteribus inſignitus fuit. Duplex enim pagus Heſſi exſtitit, ſcilicet *pagus Heſſi Saxonicus* et *pagus Heſſi Franconicus*. Ille ad fluuium Dimolam, hic autem ad flumen Adranam, hodie dictum die Eder, viſebatur. Hanc diſtinctionem ſolido niti fundamento, comprobant *Annales Rerum Francorum*, comprobant diplomata Cæſarum, et comprobat *Regiſtrum* B. et P. A. C. diligentiſſimi Corbeienſis abbatis *Sarachonis*. De *pago Heſſi Franconico* Poëta Saxo, quem monachum Corbeienſem fuiſſe e Chronico noſtro Mſcto didicimus, quemque Leibnitius Tom. I. *Scriptum Rerum Brunſuicenſium* publici iuris fecit, p. 123, ad annum 774 ita cecinit:

Tales Italicis dum res agerentur in oris,
Saxones ſibi contiguos inuadere fines
auſi, FRANCORVM PAGVM, *qui dicitur* HASSI,
prædantur, flammiſque ſimul populantur et armis,
quos animauit ad hoc longinqua profectio regis,
credentes ulciſcendi ſibi tunc fore tempus,
damna prius per eum qui maxima ſuſtinuere.
qui tamen uſque locum, qui Frideſhlar vocitatur
progreſſi, quandam cupierunt tradere flammis
eccleſiam, quam ſacrauit Bonifacius illic
martyr et antiſtes Chriſto dilectus in ævum.
Hoc fruſtra niſos facinus complere nefandum,
inuaſit ſubito terror diuinitus ingens,
atque fuga turpi trepidos repedare coegit
ad patriam, quos non hoſtes, non arma fugarunt.

Regionem, ſitam ad fluuium Adernam, inſignitam eſſe nomine *Pagi Haſſiorum*, diſcimus ex Eginhardi Annalibus Rerum Francorum, quippe qui ad annum 778 p. 150. ita ſcripſit: *Quorum* (Saxonum) *veſtigia ſecuti, qui a rege miſſi fuerunt* (Alemanni et Franci), IN PAGO HASSIORVM SVPER FLVVIVM ADERNAM *iter agentes repererunt: eoſque ſtatim in ipſo fluminis vado adorti, tanta ſtrage ceciderunt, vt ex ingenti multitudine ipſorum vix pauci domum fugiendo peruenisſe dicantur.*

De *pago* autem *Heſſe Saxonico* loquuntur ſequentes imperatoris Heinrici litteræ, in quibus Cæſar monaſterio S. Benedicti, vulgo dicto *Abdinghov*, in ſuburbio ciuitatis Paderbornæ ſito, confirmat bona, ad villam *Nedere in pago Heſſe Saxonico* ſita, quaſque e manuſcripto addere libet. En illas:

C In nomine ſce et indiuidue trinitatiſ *Heinricuſ* dei gratia romanorū impator auguſtuſ. generaliſ Xpī fidelium nouerit induſtria aliud in homine eſſe quod regere ualeat tanquam uir aliud tanquam femina quod rega-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

regatur. hac contemplatione interiuſ uigilanteſ et exteriuſ quaſi obdormiſcenteſ diuini amoriſ reſpectu et dilectiſſime femine ſiue coniugiſ nře *cunigunde* ſcilicet imperatriciſ auguſte interuentu ecclie noue quam in honore ſcē marie omniumq;. ſcōrum uenerabiliſ epūſ meginuuercuſ in occidentali parte Paterbrunnenſiſ ſuburbii dedicatione conſummando conſtruxit predium tale proprietatiimuſ quale quidam redialduſ nomine legaliter et capitulariter ad ňraſ manuſ imperialeſ hereditauit *in pago heſſe Saxonico in comitatu herimanni comitiſ* in uilla *nedere* nominata cum mancipiiſ utriuſq;. ſexuſ areiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ piſcationibuſ molendiniſ ſiluiſ uenationibuſ et omnibuſ appendiciiſ cunctiſq;. qualicunq;. modo nominari poſſunt utenſilibuſ eodemq;. tenore ut fratreſ eiuſdem monaſterii Xpō concordia caritatiſ ſub regula ſcī benedicti famulanteſ proprietario iure poteſtatiue illud habeant atq;. poſſideant. Et ut hec traditio ňře liberalitatiſ ſtabiliſ et inconuulſa permaneat. hanc cartam inde conſcriptam manu propria roboranteſ ſigillo ňro ſubterbullari iuſſimuſ.

Signum domni Heinrici inuictiſſimi romanorum imperatoriſ auguſti.

Guntheriuſ cancellariuſ uice erkanbaldi archicapellani notaui.

Actum liezgo. data VI iduſ iulii indict. XV anno dominice incarnat. M. XVII. anno uero domni Heinrici ſcēdi regnantiſ XVI. imperii IIII.

Quemnam terminum vterque habuerit pagus, e documentis chartarum veterum nobis eſt diſcendum. Villam *Wulfiſangar* limitem fuiſſe vtriuſque pagi, collegimus e diplomate Caroli M. In eo enim ita loquitur Cæſar: *Venit Hiddi ad villam, cuius eſt vocabulum uuluiſanger, quam tunc temporis Franci et Saxones pariter inhabitare videbantur, cupiens ibi manere, ſed minime potuit, tunc pergens ad locum, qui dicitur hauucabrunno inter uuiſeraa et Fuldaa occupauit ſibi partem quandam de ſilua, quae vocatur bocchonia.* Heic tradit imperator, Francos et Saxones villam Wulfiſangar pariter incoluiſſe. Id ideo factum fuiſſe videtur, quod commixti ibi habitarunt, nec termini ea in regione tam accurate, vti fit hodie, eo tempore fuerant diſtincti. Affirmandum itaque eſſe arbitramur, vtriuſque *pagi Heſſi, tam Saxonici quam Franconici*, terminum conſtituendum eſſe in regione villæ Wulfiſangar, quam ab vrbe Caſſelis non longe abeſſe, habemus compertum. Nullus autem non videt, hoc ſolum intelligendum eſſe de limite *pagi Heſſi Saxonici* verſus meridiem. Orientem verſus *pagus Heſſi Saxonicus* conterminus erat pago Logne. Verſus occidentem vrbs Geismaria, quippe quæ, teſtante Otilonis *Vita S. Bonifacii*, in *metis*, id eſt, terminis Heſſonum poſita erat, pagi noſtri terminus fuiſſe videtur. Verſus ſeptentriones autem *pagus Heſſi Saxonicus* contiguus erat pago Netga ſeu Nithega, id quod infra planius erit ediſſerendum.

Ex nullo autem auctore terminum vtriuſque pagi melius diſcere poteris, quam ex Traditionibus noſtris et Sarachonis *Regiſtro* B. et P. A. C. Ille enim accurate indicat, quænam villæ ad pagum *Heſſi Saxonicum*, et quænam ad pagum *Heſſi Franconicum*, ſpectauerint. Quibus accurate diſtinctis iudicium ferri poterit de reliquis, quæ generatim tantum traduntur ad pagum Heſſi relatæ fuiſſe. Audiamus ergo primum nomina villarum, *ad pagum Heſſi Saxonicum* ſpectantium. Hæ ſunt ſequentes:

1) *Adal-*

1) *Adalmandingawerthien* villa in tradit. noſtris occurrit §. 296. Eius vero ſitus adhuc latet in obſcuro. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

2) *Ambrichi* §. 133. memorata, hodie dicitur *Emmerke* ſeu *Ammerke*, in epiſcopatu Paderbornenſi non procul ab oppidulo Borgentrik ſita.

3) *Bernhalleshus* villa §. 330. memoratur. An vero intelligendus ſit vicus Borkhuſen ſeu *Bornkhuſen* in eiusdem epiſcopatus terris non procul ab oppido Borcholte, ſeu *Bernichuſen* in Landgrauiatus Haſſiæ tractu, ſpectans ad caſtrum Malsburg, definire non audemus.

4) *Beuerbeke* §. 329. vel *Beuerbiki* §. 372. olim exſtitit ad ſyluam Reinhardswald in Landgrauiatu Haſſiæ.

5) *Buria* §. 103. *Buriun* §. 336 et 349, hodie dicta *Holtz - Büren* ad ſyluam Reinhardswald in eodem Landgrauiatu, non procul ab oppido Drengelborg disiuncta, eſt villa.

6) *Dalhus* §. 321. hodie adpellatur *Dalhuſen*, iacetque in Paderbornenſis epiſcopatus tractu intra dominium Deſenberg.

7) *Desburg* §. 215. eſt noſtra ætate dictum *Dasborg*, ad radices caſtri Deſenberg in eodem Paderbornenſis epiſcopatus territorio obuium.

8) *Franconhus* villa memoratur §. 180. et 247. Locus olim non procul a monaſterio Hardehuſano in eadem diœceſi Paderbornenſi exſtitit, dudum euerſus.

9) *Fridwardighus* §. 456, Locus *Frederinghuſen*, intra principis Waldeccenſis terras, præfecturæ Arolſen accenſetur.

10) *Grimileshuſen* §. 141. vel *Grimuleshus* §. 327. ſine vllo dubio eſt *Grimmelſen*, intra principatum Paderbornenſem vno milliari ab oppido Warborg diſtans.

11) *Halchriſiun* §. 389. Huius loci ſitus nondum nobis eſt cognitus.

12) *Heliſo* §. 176. nullus eſſe poterit alius vicus niſi *Helſen*, adiacens ad flumen, dictum *die Aar*, intra præfecturam Arolſen in principatu Waldeccenſi.

13) *Heuerſcutte* §. 329. hodie adpellatur *Euerſchütte*, vicus iacens ad Dimolam intra Landgrauiatus Haſſiaci terras.

14) *Hildiwardeshus*, memorata §. 318. villa, nullus eſſe alius locus poterit, niſi *Helmershuſen* ad Dimolam in terris Landgrauiatus Haſſiæ. In hoc loco bona quædam abbatiæ Corbeienſi tradit celeberrimus comes Thiatmarus, tempore Heinrici aucupis clarus, cuius et poſteri in eodem loco anno 998 fundarunt monaſterium, inſeruiturum Monachis O. S. Benedicti, et olim abbatiis imperialibus annumeratum. At ad alia eſt feſtinandum.

15) *Holtenheim*, cuius iniicitur mentio §. 76, eſt villa deſolata, olim ſita non procul a vico Büne, qui generoſiſſimis Dominis de Spiegel dictis, intra principatum Paderbornenſem epiſcopalem parere conſueuit.

16) *Horohus* villa §. 280. eſt *Horohuſon* in eodem principatu, ſita ad radices montis *Eresburg*, hodie *Stadberge*, in quo olim famoſiſſimum Saxonum idolum, Irmenſuhl, viſebatur. Ex huius villæ ſitu euidentiſſime pateſcit, caſtrum *Eresburg* quoque ipſum ſpectaſſe *ad pagum* noſtrum *Heſſi Saxonicum*. Atque ex eis, quæ ſequentur, fiet palam, eandem regionem Widekindi Magni poſteris paruiſſe. E quibus colligimus, eandem regionem quondam ad ipſum Widekindum Magnum veluti ad dominum fuiſſe relatam. *Hor* eſt lutum, cœnum, vnde menſis lutoſus, Februarius, nomen *Hornung* obtinuit. Notæ ſunt villæ cœno oppletæ *Hordorf* intra præfecturam Campe, *Horunſtet* ſeu Hrunſtet prope Helmſtadium, *Horenborg* oppidulum Principatus Halberſtadenſis. Omittimus alia complura.

17) *Hrothburghubus* villa, §. 395. indicata, hodie nuncupatur *Rotenburg*. In dynaſtia Deſenberg ipſa præſto eſt, et terris epiſcopatus Paderbornenſis adnumeratur.

18) *Hummi* §. 216. eſt *Humme* in præfectura Drengelborg, ſub iurisdictione ſereniſſimi Landgrauii Haſſo - Caſſellani adquieſcens.

19) *Louos* §. 289 probabiliſſime habetur pro *Louen*, vico, intra Paderbornenſem epiſcopatum non procul a flumine Dimola inter *Peckelſen* atque Oſſendorp ſito.

20) *Manderſweſteian* villa legitur §. 272, et procul dubio deſolata eſt. Fortaſſis olim exſtitit locus in ſilua Reinhardswald, referenda ad ditionem Caſſellanam. Iterum iterumque eam ſiluam pedibus peragrauimus, ſed locum, villæ noſtræ congruentem, nondum detegere potuimus. Doctiores et ad veterem geographiam attenti Haſſi in ſitum villæ illius accuratius inquirant, oramus.

21) *Manesrode* §. 456. ſine vllo dubio eſt *Manrode* vicus, vix iter duarum horarum ſitus ab oppido Helmershuſen intra terras Landgrauiatus Heſſiæ. Tradidit

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

didit autem sita ad eandem villam bona quædam ecclesiæ Corbeiensi marchio orientalis *Geroldus*, seu *Gero*. Probabile videtur, eam villam nominatam esse a Munno quodam, qui fortassis nomen acceperat a Manno, quem olim Germani nostri, Tacito teste, filium quippe Tuistonis conditoris nostræ gentis, carminibus celebrarunt.

22) *Medriki* villa, §. 242 indicata, sita est ad Dimolam, et hodie dicitur Meybeck seu *Medebek*.

23) *Menni* §. 109. appellatur ætate nostra *Menne*, vicus inter Warborg et Peckelsen, oppida in principatu Paderbornensis Episcopi.

24) *Malinhusen* §. 237 ex probabilissima coniectura est *Muhlen* locus, non procul ab oppido Helmershusen ad Dimolam situs.

25) *Nannun* §. 345. villa, extincta olim, extitit in dynastia Desenberg inter Cörbeke et Lutgen-Bühne intra episcopatus Paderbornensis terras.

26) *Nyanthorpe* villa indicata §. 312, hodie adpellatur *Neudorf*, intra præfecturam Eilhausen in Principis Waldeccensis Comitatu obuia.

27) *Odonhus* §. 39 et 49. non est alia villa quam *Odenhusen*, intra regionem Landgrauiatus Hasso-Cassellano vicus, quem rustici appellant *Udenhasen* seu *Uenhasen*.

28) *Pykuleſun* §. 468. citra controuersiam est *Peckelsen*, oppidum in Paderbornensi episcopatu, spectans ad iura illustrium Dominorum de Spiegel, qui se appellant *Spiegelios ex Peckelsheim*. Cur vero ipsi se malint scribere *de Peckelsheim*, quam de Peckelsen, rationem non videmus. Vltimum est in sermone omnium, atque vulgatissimum, et conueniens cum antiquitate, nomen.

29) *Rimbechi* §. 92. *Rimbeke* §. 180. et *Rinbeke* §. 327. hodie vocatur *Rimbeke* seu *Rembeck*, sita in terris Episcopi Paderbornensis non procul a Dimola inter Scherwe et Narden vicos.

30) *Rothollesbus* §. 432. procul dubio villa desolata, cuius adhuc situs in obscuro delitescit.

31) *Scerua* §. 41. quæ §. 327. appellatur *Scherua* §. 48. et 77. est *Scherbe* vicus in episcopatu Paderbornensi, itinere duarum horarum ab oppido Peckelsen disiunctus.

32) *Stualanhus* §. 314. et *Stualdeshus* §. 349. est ex probabili coniectura *Sanhusen*, intra dynastiam Desenberg in eodem episcopatu obuia villa.

33) *Thesbus* §. 311. videtur *Dehusen* esse, locus in principatu Waldeccensi sub præfectura Rhoden adquiescens.

34) *Thesli* §. 432. est vicus *Deissel*, in Landgrauiatu Hassiæ situs inter Hetistallum Saxonicum atque oppidum Drengelborg.

35) *Thetmereshus* §. 432. absque dubio est *Detmerssen* in Paderbornensis episcopatus terris, non procul ab oppido Peckelsen distans.

36) *Tinchilburg* villa §. 403. est *Dinkelborg*, in eodem episcopatu sita, inter Borgentrick, Klingenborg, Rösbeck, Embrik, et Narzungen obuia.

37) *Tuistai* §. 147. et *Tuistina* §. 289. hodie appellatur *Twiste* in principatu Waldeccensi, præfecturæ Arolsen ditioni subiecta.

38) *Vorste* §. 268. est villa desolata, olim sita non procul a vico Cülte intra præfecturam Wetterburg intra Waldeccensis principatus terras.

39) *Walliereshus* §. 363. hodie dicitur *Wulmersen*, non procul sita ab oppido Helmershusen, spectans ad Nobiles de Stockhusen Equites.

40) *Wellithi* §. 95. sine dubio est vicus *Welde* ad fluuium Twiste, qui a flumine Dimola ebibitur, non procul ab oppido Warborg in Paderbornensi episcopatu eminens.

41) *Wetiun* §. 327. villa nulla esse potuit alia, nisi vicus *Weten* seu *Weiten*, situs in principatu Waldeccensi intra præfecturam Rhoden, non procul a Dimola fluuio disiunctus.

42) *Westereliſungen* §. 350. existimatur probabilissime fuisse vicus *Elsingen* in Landgrauiatu Hassiæ intra præfecturam Zierenberg. Nomen autem prodit, anno 900 quoque exstitisse eadem in regione *Osteresungen*, quæ etiamnum ibidem visitur. Adpellatur vnus vicus *Nider-Elsingen*, et alter Ober-Elsingen.

43) *Witmeri* §. 482. est *Witmersen* non procul a monasterio Wormel in Paderbornensi episcopatu, et villa

44) *Wuringreshus* §. 148, quæ esse videtur *Wirminghusen*, in principatu Waldeccensi intra præfecturam Arolsen obuia.

Hunc

Hunc ſitum locorum ſi nobis ante oculos ponimus, negari non poſſe cenſemus, *pagum Heſſi Saxonicum* in vtraque fluminis Dimolæ ripa olim exſtitiſſe. Ex eo porro collegimus, villam *Rotmereshuſun*, *in pago Heſſe* atque in *Oſterbeun marca* ſitam, ſpectaſſe etiam ad pagum eundem, de qua loquuntur ſequentes Ottonis I litteræ, quas ex originali, in omnibus ſuis partibus illæſo atque optime conſeruato, addimus, cuius verba ſunt ſic expreſſa: guber-nante Corbeiam Warino.

℣ In nomine ſcāe et indiuiduae trinitatiſ otto diuina fauente clementia rex: nouerit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium quam et futurorum induſtria qualiter noſ pro amore dī precatui fratriſ ñrī *Brun* diaconi obtemperanteſ pro ſalute ñra in elemoſina eiuſdem germani ñri uſibuſ fratrum corbeienſiſ monaſterii in honore beatiſſimorum Xpī martyrum ſtephani atq. uiti conſtructi. proprietatiſ ñrāe centum XX. iugera cum XLIII curtalibuſ. lociſ *in pago heſſe* nominato in uilla *rotmereſhuſen* dicta in *oſterbeun marca* in comitatu alloniſ. hoc liberalitatiſ ñrāc precepto iure perenni in proprium donauimuſ. cum omnibuſ quae infra eandem proprietatem continentur utilitatibuſ mobilibuſ et immobilibuſ. Et ut hæc ñrāe regaliſ munificentiae conceſſio in elemoſina antedicti germani fratriſ ñri in prelibato loco dō ſeruientibuſ inuiolabiliſ perpetualiter perduret manu ñra ſubtuſ illud firmauimuſ et anuli ñrī impreſſione corroborari iuſſimuſ.

Signum domni ottoniſ



ſereniſſimi regiſ

brun cancellariuſ ad uicem fridurici archicapellani recogni et ſſſ

Sigillum Ottonis Magni, his litteris adfixum, exhibetur in tabula I. n. 2.

data X. kl. jūl. anno incarnationiſ domni ñrī īhū Xpī DCCCCXLII indictione XIIII. anno domni ottoniſ inuictiſſimi regiſ VI. actum mimileiba in dī nomine amen.

Oſterbeun marca terminus fuiſſe videtur Saxoniæ, vel potius Angariæ. Conſtituenda illa ac collocanda eſt ad fluuium Warme, qui influit Dimolam, vbi vicus *Oſtheim* videtur, eiuſdem marcæ veſtigium, ſupereſſe. Erat autem *Oſterbeun marca* nihil aliud, niſi meta Heſſonum non procul ab oppido Geismar intra Landgrauiatus Haſſiæ terras. Villa autem *Rotmereshuſun*, quæ olim curtis dominicata erat, dudum euerſa eſt, et cum vico *Oſtheim* in vnam ſedem confluxit, vti e documentis noſtris patet, e quibus elucebit, nobiles de Oſthem dictos ab abbatia Corbeienſi eadem bona, olim ab Ottone M. tradita, tenuiſſe in feudo. de quibus in Clientela Corbeienſi pluribus exponemus, ſi Deo fuerit viſum.

Ad villas, *pago Heſſi Franconico* olim inſertas, quod attinet, pateſcit e ſupra adductis, locum *Fridesblar*, hodie dictum *Fritzlar*, ſitum ad fluuium Adernam, ad eum ſpectaſſe, cui e Traditionibus noſtris addimus ſequentes. Referimus huc villas, quæ ſequuntur, ſcilicet De pago Heſſi Franconico.

1) *Baldualdun*, in qua Oddo, quem pro nepote cæſaris Ottonis I reputamus, pro ſuo propinquo Godſcalco bona quædam tradidit, teſtante §. 417. Sine vllo dubio

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

dubio designatur vicus Battenfeld, in superiori Hassia haud procul ab oppido Battenberg conspicuus.

2) *Balemari* §. 253. videtur esse *Balern* in Hassia inferiori intra terminos Waldeccensis principatus, et, si recte situm huius villæ memoria tenemus, spectat ea ad præfecturam Niederstein. *Erdag*, qui bona in hac villa tradidit, filius erat Esiconis comitis, eiusque vxor *Gherburgh* filia erat Hludouuici regis, in orientali Francia regnantis.

3) *Berchem* §. 114. est *Bergheim*, ad fluuium Adrinam hodie dictum *die Eder*. Wilheri, qui dimidium mansum in hac villa tradidit, ad progenitores nobilium dominorum, de Itter dictorum, videtur referendus.

4) *Calriki* §. 216. et *Calerike* §. 279. Sita in hac villa bona tradidit supra dictus *Erdag* pro coniuge sua Gherburgh, quam regis Hludouuici filiam fuisse, nostri Corbeienses memoriæ prodiderunt. Intelligimus autem, per villam paullo ante indicatam significari vicum *Keller*, in inferiori Hassia, intra terminos Waldeccenses positum.

5) In *Duerun* idem Erdag bona quædam possedit, quæ Corbeiensibus largitus est, testante §. 279. Villa ex probabilissima coniectura est locus *Duren*, situs in inferiori Hassia inter Spangenberg et Suntra.

6) *Hadunueni* §. 212. videtur esse *Huddingen* villa, in principatu Waldeccensi intra præfecturam Wildungen sita.

7) Tradidit Warinus in *Hildimereshus* et *Rikinem* homines quosdam proprios abbatiæ nostræ, testante §. 276. *Hildimereshus* videtur nunc adpellari *Elmershusen* in inferiori Hassia. *Rikinem* est Rediken in eadem Hassia. Warinus autem probabilissime existimatur fuisse Vaiarinus seu Werinharius, auus regis Conradi I.

8) *Hittonbocho* §. 252. verisimiliter putatur esse *Hattenbach* in principatu Hersfeldensi. Landwardus atque Hodo, pro quibus bona huius villæ tradita sunt, videntur fuisse generi comitis Esiconis, quem patrem supradicti Erdagi fuisse statuimus. Landwardum autem filium comitis Cobbonis, ex Ludolfo duce Saxoniæ nati, fuisse, alias docebimus.

9) *Hrithem* §. 114. Si locus non est Rieden, cuius mentionem faciunt *Analecta Hassiaca* clar. Kuchenbeckeri *Collect.* IV. p. 352. vel villa Ritte, quæ in eisdem *Analect. Hass. Coll.* V. p. 33. occurrit, vel Rode in iisdem *Anal. Huss. Coll.* IV. p. 405. reperiunda, in censum veniet Rodene ad fluuium Adrinam, cuius meminere eadem *Anal. Coll.* V. p. 222. Confer quoque *Collect.* IV. p. 352. et *Collect.* VI. p. 447.

10) Largitus est quidam Vaiarinus Corbeiensibus sita intra villam *Rarbeke* bona quædam pro matre sua, quam sereniſſimam Gherburch fuisse, credimus. Videtur Warinus hic fuisse is, qui bona in villis Hildimereshus et Rikinem quædam sita tradiderat, vti codex noster refert §. 295. Villam autem *Rarbeke* habemus pro Rarbach, in principatu Hersfeldensi visenda.

11) *Rikinem* §. 276. Vide supra num. 7.

12) *Sandhurst* §. 219. Huius villæ situs adhuc latet in obscuro. Esse enim eandem Suntra villam, statuere non audemus.

13) *Thurisloun* §. 57. et 60. et *Thuresloun* §. 196. Huius villæ situs nobis nondum accurate cognitus est. Villa vero

14) *Tuischinun*, §. 60. obuia, est *Züschen* in præfectura Wildungen ad riuum dictum *die Elbe*, qui in Landgrauiatu Hassiæ committitur fluuio Adrinæ. Hic hodie appellatur *die Eder*.

E situ harum villarum patet, *pagum Hessi Franconicum* occidentem versus fuisse conterminum pago *Itergowe* in principatu Waldeccensi, versus meridiem pagis *Loginacgowe* et *Grapfeld*, et versus septentriones *pago Hessi Saxonico*. Quibus animaduersis, facile diiudicatu esse poterit, ad quemnam probabiliter pagum transscribendæ sint villæ, quæ generatim pago Hessi tribuuntur. Annotauimus vnam et alteram.

Anno 831. erat in pago Hassorum *Alahstat*, in qua Lantswinda vidua Agilberti comitis olim bona quædam tradiderat, teste documento, quod edidit J. F. Schannatus in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 162.

Anno 850. Gozmar tradidit in prouincia, quam Hessi inhabitant, bona sita in locis et villis, quæ vocantur *Affaltra*, *Gilihha*, *Buochela*, *Fiermenni*, *Scrouffi* et *Mehilina*, l. c. p. 191. Teste Ebirhardo l. c. p. 301. num 37. tradidit Ostac omnem proprietatem suam in pago *Hessim* in villa *Holzhusen*. Rodun porro

tra-

§. 34.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit ricger quidquid habuit in *herſiti* (w) in *hagershem* (x) ſimili-ter in *uuinadahuſ* (y) latoſ IIII et de terra quidquid habuit in *eilfeſhuſen* (z) latoſ III et de terra quidquid habuit in *fleinanebeke* (A) latum et ſeruum

tradidit in pago Heſſorum in *Holzhuſen* et *Biberaffa*, in *Ebilizzdorf* et in *Hocheim*, ſcilicet ibi quidquid proprietatis habuit l. c. p. 305. n. 4.

Porro tradidit Alouuin eidem eccleſiæ Fuldenſi tale prædium, quale ei ex hereditate parentum ſuorum obtigerat in pago Heſſorum in *Rutenemarca in Bateresdorf*. Porro Reginwart de pago Haſſorum tradidit proprietates ſuas, in villa *Deſele* ſitas intra pagum Haſſorum. l. c. p. 305. n. 9. et 10.

Sita in *Rumilingenemarca* in pago Heſſorum S. Bonifatio 280. tradiderunt iugera et 30 mancipia Reginhartus et Meginhartus comites. Vide l. c. p. 306. n. 16.

Porro tradiderunt in pago Heſſorum Megenheres in *Milleremarcha* 20 iugera, Rutwin in villa *Peisheim* S. iugera, et Dangbraht tradidit in villa *Heſilenbah*, vbi plumbum elaborari poteſt, in regione Heſſorum *in pago Bernuffe*. l. c. num. 17. 18 et 19.

In eodem pago Heſſorum tradiderunt Engelhere et Rudunc prædia ſua ſita in locis *Paſſahe* et *Fanache*. In regione Heſſorum in villa *Herſten* bona quædam largiti ſunt Lantswint et Tuto l. c. et f. c. num. 22. et 23.

In *Tiſſenbah*, quod erat in Gozfeldenemarca prouinciæ Haſſorum, Ortelah tradidit, quidquid proprietatis habuit, item Ruthard vnam capturam in ſylua *Boconia* iuxta fluuium *Anatraffa* in pago Haſſiæ prouinciæ, Eſico vero comes S. Bonifatio largitus eſt in prouincia Haſſiæ tria prædia in locis *Embriches*, *Emmines*, *Duruuin*, et in *Howide* p. c. num. 24. 25 et 27. Porro tradiderunt Branicho eiusque vxor Vta in *Glene* et *Werebbrateshuſen*, et in pago Heſſorum in villa *Anatraffa* proprietatem ſuam, Hilta de Haſſia in ciuitate *Antanaha* vnam arcalem, atque Engelhere et Eggewin de Haſſia donarunt, quidquid proprietatis habuerunt in villis *Ritheſſis* et *Fanaheſſis*, nec non *Wertdorf* et *Berhhuſen*. l. c. p. 307. n. 35. 38. 45. et 46.

Buzeri de pago Heſſorum tradidit bona ſua in *Ebirſtate*, et in inferiori *Witari*, et in villis *Phuſſerungen* et *Julingesheida* l. c. p. c. n. 50. et Adalrich comes proprietatem ſuam in prouincia Heſſorum Fuldenſibus tradidit, additis eis, quæ inter Wiſeram et Vultaham habuit in *Rosbah*, *Churbeche*, *Elſungen*, *Hittehuſen*, et in *Hawide* V. manſos cum mancipiis l. c. p. 308. n. 57.

Quibus omnibus tandem addimus villas *Bunahu*, *Eginheim*, *Heilingo marcam*, *Ruinperathuſum*, *Wetterungamarcam*, *Benahermarcam*, *Dudafheromarcam*, *Guntuotere*, *Harafeld*, *Zungele* et *Wiſſenhalmſon*, de quibus atque aliis, quæ hinc inde in notis ad Traditiones noſtras infra occurrent, in hiſtoria Monaſterii Schakenſis copioſius agendi occaſio nobis ſuppeditabitur.

(w) *Herſiti* villa erat, Sarachone teſte in præſtantiſſimo ſuo *Regiſtro Bonorum et Prouentuum abbatiæ Corbeienſis, in pago Logne*. Sine vllo dubio deſignatur vicus Harſte, hodie ſedes præfecti vnius in principatus Göttingenſis tractu. Iter duarum horarum hic vicus ab vrbe abeſt Gottinga. De villa Herſiti.

(x) Villam *Hagershem* exſtitiſſe *in* eodem *pago Logne*, docuit nos idem Saracho abbas in ſuo *Regiſtro* iam excitato; ſed ſitum huius villæ inueniendi, nobis hactenus nondum eſt occaſio ſubminiſtrata. Aliis ergo eundem inquirendi poteſtas et fortuna reſeruatur. In principatu Gottingenſi inueniuntur quidem *Hillerſe* in dynaſtia Hardenberg, *Hettenſen* in præfectura Hardeſen, *Hetgershuſen* in præfectura Harſte, et *Harriehuſen* in præfectura Weſterhof; ſed nulla ex his villa *Hagershem* eſſe videtur. Fortaſſis deſolata hæc villa dominis de Heger, miniſterialibus abbatiæ Corbeienſis, nomen præbuit. Quod ipſum aliis perſerutandum relinquimus, quibus hanc lampada ſubinde tradendam eſſe, exiſtimamus. De villa Hagersheim

(y) *Winadahus* eſt villa deſolata. Erat, Sarachone teſte, *in pago Logne*. Olim exſtitit in ſaltu Sollingano, in loco, vſque ad hodiernum diem dicto *das Wintfeld*, villa commemorata. De villa Winadahus.

(z) *Eilfeshuſen* erat, eodem Sarachone teſte, *in pago Logne*. Significari vicum *Elveſſe* in dynaſtia Hardenberg intra principatum Gottingenſem, nulli dubitamus. De villa Eilfeshuſen.

(A) *Steinanebeke* villam itidem refert Saracho *ad pagum Logne*, de quo vide ſupra §. 33. De villa

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

uum unum teſtef *uuiricus* comes (B) tado hramuuard liuduuard bennic ſuuithard adi aſuuuard hadulf uuerimmer foco bodo drogo haddo geruuard heridach bouo hugo hrodulf *uuichert* (C) tiadmund afic maynbold.

§. 35.

Tradidit uffico *in pago leri in ducatu falhon* (D) in uilla . . . . . manſum

Steinanebeke.

33. not. (u). Intelligimus, vicum ſubeſſe *Steinbach*, intra præfecturam Vslar in Gottingenſi principatu ſitum.

(B) De comite *Wirico* vide ſupra §. 5. not. (k).

(C) An hic *Wichertus* filius Widekindi M. et pater Walberti fuerit, iudicent illi, quibus illud diiudicare volupe erit.

(D) Situs *pagi Leri* et *ducatus Falhon* cum in diſceptationem venire queat, dignitas argumenti a nobis poſtulat, vt ſtudioſe in eum inquiramus. Vidimus enim virum quendam celeberrimum in *Origin. Pyrmont.* p. 6. per *ducatum Falhon* intelligere Oſtfaliam, et per *Leri pagum* pagum *Liergewe*, qui ad Wolfenbuttelam et Brunſwicum, oppida, olim obuius erat. Eam in ſententiam vir optimus eo adductus eſt, quod villa, quæ in codice noſtro legi non poterat, non erat addita, quam autem poſt hæc didicimus e *Regiſtro Bonorum et Prov. Abbatiæ Corbeienſis*, per Sarachonem abbatem ſcripto. Hac villa adducta, ſperamus, fore, vt vir ille egregius opinionem ſuam mutet, et in caſtra noſtra tranſiliat. Vt ergo villam eam ipſam eo melius nobis ante oculos ponamus, adferenda ſunt ipſa Sarachonis verba, quæ ſic habent: *In Dungeſdorphe in Falhon in pago leri continentur ſalicę terrę CXX iugera quę habent dietwart friduren gerwere et adigo et unuſquiſq. quotanniſ perſoluit XIII modioſ ſiliginiſ XVI modioſ auenę II pannoſ vniuſ ſiȩle et II oueſ.* Hanc villam *Dungesdorphe* eſſe vicum *Dunxdorp* non procul a monaſterio Wildeshuſen ad flumen dictum *die Hunte*, omnino arbitramur. Quamuis enim in ducatu Brunſuicenſi non procul a flumine Ouaccra, nunc dicto *die Oker*, et quidem in inſpectione eccleſiaſtica Thidenſi, inueniatur vicus Denſtorf, quæ qualemcunque ſimilitudinem cum villa noſtra *Dungeſtorphe* profert, quæque in diplomatibus ad pagum refertur Aſtfalo; vicus tamen *Denſtorf* in litteris antiquis appellatur *Theneſdorp* et *Denniſtorp*. In hac villa abbatiam Corbeienſem aliquid iuris vel bonorum poſſediſſe, nullo modo comprobari poſſe, cenſemus. Quemadmodum autem e ſitu villæ *Dungesdorphe* in Weſtfalia colligimus, *ducatum Falhon* in Weſtfalia, non vero in Oſtfalia, exſtitiſſe; ita ſequitur ex hoc momento id primum, ducatum illum Weſtfalicum diuerſum fuiſſe a ducatu ſaxonico, de quo ſupra §. 13. egimus, et deinde id præterea, vocabulum *Falhon* fuiſſe nomen generale, et tam *Saxoniæ Oſtfalicæ*, quam *Weſtphalicæ*, inhæſiſſe.

De pago generali Aſtfala.

Saxonia Oſtfalica erat regio illa, quæ inter Loinam, Albiam, Salam, atque Vnſtrodam, flumina interiacet, cuiusque incolas ſcriptores Francorum antiqui ex eo, quod orientem verſus habitabant, modo *Saxones orientales*, modo *Oſterluidos*, modo *Oſterlingos*, modo *Auſtraſios*, modo *Auſterlandos*, modo *Auſterlingos*, modo *Auſterleudos*, et modo *Aſterluidos* appellabant. Olim in vaſto illius terræ tractu multi reperiebantur ſpeciales pagi, quorum vnus erat pagus *Falhen*, ab aliis quoque dictus *Valim*, *Valen*, *Valedungon* et *Valethungon*. Infra deprendemus villam *Othdereshus* ſitam in *Aſtfala in pago Falhen*. Ex quo diſcimus, *Aſtfala* fuiſſe generalem, et *Falhen* ſpecialem, pagum, in quo erat villa *Othdereshus*, per quam, omnibus rite ponderatis, non intelligimus vicum *Aderſen* in ducatu Brunſuicenſi intra eccleſiaſticam inſpectionem Thidenſem, ſed *Ochterſen*, in præfectura Marienburg in Hildesheimenſi epiſcopatu conſpicuam prope Hildeneshemi vrbem.

Si ſumimus vocabulum *Aſtfalo* in ſenſu generaliori, Heinricus II imperator in diplomate, a D. Grupenio in *Origin. Hannover.* producto, ad annum 1022 tribuit pago *Aſtfalo* ſequentes villas, et quidem

1) *Asheim*, quæ erit vicus deſolatus *Eſſen*, olim ſpectans ad præfecturam Steuerwald in Hildesheimenſi epiſcopatu. Alii præferent, pagum Yſen ſitum intra præfecturam Mariæburgenſem.

2) *Ni-*

manſoſ II cum omnibuſ adiacentiiſ eiuſ teſteſ boſter albmaruſ ragenbaldus dudo herraduſ. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 36.

2) *Niteloun*, hodie dictam *Netlingen* in eadem Steuerwaldenſi præfectura, vbi eſt prædium equeſtre Dominorum a Salder cognominatorum.

3) *Laffordi*, quæ eſt vel maior vel minor vicus *Lafferde* in præfectura Peina in eiusdem epiſcopatus terris: qui probe diſcernendi ſunt a vico *Leiferde*, qui in ducatu Brunſuicenſi ſub inſpectione Thidenſi obuius eſt.

4) *Gudenſtide*, hodierno die dictam *Gadenſted*, intra præfecturam Peinenſem inter Olsburg et Lafferde ſitam.

5) *Smithenſtide*, hodie dictam Schmedenſted in eadem præfectura ad flumen, nominatum *die Fuſe*, non procul a vico Dungelbeck, probe diſcernendam a *Schmedeſtet* villa, in Thuringia haud procul ab vrbe Erforto poſita.

6) *Wingon*, quæ eſſe poterit vel *Waggen* in ducatu Brunſuicenſi ſub inſpectione Campen, cuius eccleſia adnexa eſt eccleſiæ in Hordorp, vel *Winningen* in principatu Halberſtadenſi, vel *Weimingen* in præfectura Ruthe in epiſcopatu Hildesheimenſi. Præferendus eſt locus poſtremus.

7) *Hedilenthorp*, quæ erit vel *Hallendorp* in ducatu Brunſuicenſi non procul a vico Engelnſted ſub inſpectione Bahrum, vel *Handorf* in præfectura Liebenburg, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam in Jerſted, vel *Handorf* in præfectura Peina ad flumen dictum die Fuſe, qui vltimi vici in epiſcopatu Hildesheimenſi bene diſcernendi ſunt ab *Handorf* vico, in præfectura et comitatu Hoia ſito.

8) *Heridesheim*, quæ erit *Herſum* ad fluuium dictum *die Innerſte* in præfectura Woldenberg in epiſcopatu Hildesheimenſi non procul ab oppidulo Saltzdetfurt, quod rectius vicum dixeris.

9) *Duſenhem*, per quam malumus intelligere vicum *Dötzen* in præfectura Gronau, quippe in qua monaſterium S. Michaelis Hildeſiæ, teſte *Plenario S. Bernwardi de anno* 1321, vnum manſum cum area litonica tenuit, quam *Dunſen* villam, in præfectura Lauenſtein. Villa *Dunſen* probabiliſſime ſpectaſſet ad pagum Guddingo, ad quem quippe refertur vicus *Deinſen*, qui non procul abeſt a vico *Deinſen*, *Dunſen*. Pagus autem Guddingo noſtra ex ſententia referendus erit ad Angariam, in orientali regione Viſurgis procedentem. Poteris autem quoque intelligere per villam *Duſenhem* vel magnum vel paruum vicum *Düngen* intra præfecturam Marienburg ſitum in epiſcopatu Hildesheimenſi, vel vicum quendam *Dumzenhuſen*, olim ad nobiles de Bortfeld ſpectantem.

10) *Denniſtorp*, ſiue *Benneſtorp*, prout hanc villam legit illuſtris Gruberus in diplomate S. Bernwardi in *der Zeit- und Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Gottingen* P. III. p. 23. Si prior lectio bene ſe haberet, intelligi poſſet vel vicus *Dandorp* non procul ab oppido Vorsfelde, vel *Deſtorp* in ducatu Magdeburgico, vel *Denſtorp* in ducatu Brunſuicenſi ſub inſpectione Thidenſi. Si autem tibi magis placet lectio poſterior, villa *Benneſtorp* eſſe poſſet vel *Benſtorp* in præfectura Weferling, vel *Bernſtorp* in præfectura Wolfenbuttel. *Benſtorp* in præfectura Poppenburg ſpectauit ad pagum Guddingo, quem maluimus referre ad Angariam in orientali regione, quam ad Oſtfaliam. Denſtorp villa præfecturæ Eich videtur ceteris præferenda.

11) *Vorden* videtur *Voren* in præfectura Peina. Hanc villam diſcernas velim 1) a magno et paruo *Forden* in comitatu Hoiano in præfectura Stolzenau, 2) a *Vorden* in epiſcopatu Oſnabrugenſi, 3) a *Vohrde* in præfectura Ehrenburg, et 4) ab oppido *Vorden* in epiſcopatu Paderbornenſi, olim ad illuſtriſſimos comites de Swalenberg ſpectante.

12) *Winithuſen*, videtur eſſe vel *Wendſen* non procul a vico Ahlen in præfectura Wolfenbuttel, vel *Wendhuſen* in ducatu Brunſuicenſi ſub inſpectione Saltzthal, ſpectans ad dominum comitem de Dehn, vel *Wendeſen* ante ſilvam Thrimming hodie dictam *Drömling*, vel *Wendhuſen* in præfectura Steuerwald in epiſcopatu Hildesheimenſi. Locus poſtremus venit potiſſime in cenſum.

13) *Edinhuſen* villa erit *Eddihuſen* in præfectura Winzenburg non procul a villa Beitlen ſeu *Pithili*, quam abbas noſter Saracho refert ad pagum Guddingo, ad quem etiam ſpectauit villa deſolata *Valuburgun*, olim inter Gronau et Banteln viſenda, et probe diſcernenda a Feldbergen in præfectura Steinbruck. Cum er-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

go villa *Edinhuſen* referatur ad pagum generalem *Aſtfala*, limites Angariæ atque Oſtfaliæ in eadem regione conſtituendæ videntur.

14) *Alem.* Niſi vicus *Alen*, iter dimidiæ horæ diſtans ab vrbeWolfenbuttel, in traditionibus noſtris appellaretur *Aluchi*, intelligere vellemus eundem vicum. Probabiliter ergo indicatus creditur vicus *Alden* ſeu *Alen* non procul ab vrbe Hannouera, alias ſpectans ad pagum Seleſen.

15) *Eiereshem.* Cum pateat e plenario S. Bernwardi, iam ſupra nominatum monaſterium S. Michaelis poſſediſſe bona in *Eggeiſem*, maluimus intelligere vicum *Hohen Eggelſe*, quam villam *Eggerſen* haud procul a ſalinis Hemmendorfienſibus in præfectura Lauenſtein, quippe quæ in traditionibus noſtris §. 84. refertur ad pagum Guddingo, atque *Eggeshem* appellatur. Succurrit villa Eiershuſen præfecturæ Winceburgenſis, quarto lapide diſtans Gandershemio, alibi Eiersheim dicta ac ad pagum ſpecialem Flenithe relata. Elige, cui dicas, tu mihi ſola places.

16) *Linnithe* eſſe poterit vel *Oſter-Linden* vel *Weſter-Linden* in ducatu Wolfenbuttelenſi ſub inſpectione Lichtenberg, vel *Linden* cis Ouaeeram non procul ab vrbe Wolfenbuttel, vel *Leinde* in eodem ducatu ſub inſpectione Barum, vel *Luhnede* in epiſcopatu Hildeſienſi ſub præfectura Ruthe. Adridet poſtrema.

17) *Thornithe* eſſe poterit vel *Doren* vicus, ſpectans ad præfecturam Weferling in principatu Halberſtadenſi, vel maior vel minor vicus *Doren* in præfectura Liebenburg in Hildesheimenſi epiſcopatu, vel *Dornten* in eadem præfectura, vel *Doren*, vicus in præfectura Coldingen, vix iter dimidiæ horæ ab vrbe Hannouera ſitus. Erant autem omnes hæ villæ anno 1022 in præfectura comitis *Tammonis*. Adridet villa poſtrema.

In comitatu ducis *Bernhardi* et in pago *Aſtfalo* eodem anno erant

18) *Osleueſſem*, per quam deſignari credimus vicum *Oſſelſe*, qui anno 1550 erat in præfectura Coldingen, teſte litterarum compendio in B. Treueri *Hiſtorie der Herrn von Munchhauſen* p. 175. Hodie refertur locus ad præfecturam Ruthe in Hildesheimenſi epiſcopatu, et eadem probabiliter villa eſt, quæ in *Vita S. Willehadi* p. 678. ab Ansgario noſtro Hamburgenſi archiepiſcopo appellatur *Osleueshuſun*.

19) *Hottenem* probabiliſſime erit vicus *Hottelem* in Hildesheimenſi epiſcopatu ſub præfectura Ruthe. Hæc eadem villa exſtitiſſe videtur, quæ olim ſpectabat ad *comitiam* iuxta Cherſtede, quam Otto, epiſcopus Hildesheimenſis et ſimul dux de Brunſwich natus, redemit a Brunone de Guſtede, teſtante *Hildesheimenſi Chronico Tom. I. Script. Rerum Brunſuicenſ. Leibnitii* p. 754.

20) *Wiringe*, hodie dicta *Wiringen*, ſita eſt intra præfecturam Ruthe, non procul a vico Weimingen in eiuſdem epiſcopatus Hildeſienſis territorio.

21) *Heſide* videtur eſſe villa *Heſethe*, in qua Reinaldus Colonienſis archiepiſcopus, cum officio Hildesheimenſis præpoſituræ fungeretur, tres manſos cum decima eccleſiæ Hildesheimenſi donauit, teſte *Libro Donationum eccleſiæ prædictæ* factarum *Tom. I. S. R. B. Leibnitii* p. 770. quæque probabiliſſime eſt *Heiſede* in epiſcopatu Hildesheimenſi, ſub præfectura Ruthenſi adquieſcens.

22) *Lutea villa.* Cum *Aſtfalo* pagus ſine dubio denotet pagum generalem, dictum Oſtfaliam, alios pagos ſpeciales comprehendentem, abſurdum non eſſet, ſi quis per *luteam villam* intelligere vellet vicum *Lehndorf* ad Brunſuicum, vel vicum *Elue*, adpellatione vulgari dictum *Dreck-Elue* in præfectura Woldenberg. Tradunt alii, in *Plenario S. Bernwardi* aſſeri, *Luteam villam* non procul ab vrbe Hildeſia obuiam eſſe ad radices montis Kreila, inter Himdesdohr villam, hodie dictam *Himmelsdühr*, et Hildeſiam. Locus hodie deſolatus eſt. Patet autem ex eius quoque ſitu euidentiſſime, vocabulum Aſtfalo ſumi in ſenſu generaliori. Si enim Himdeſtohr, Ammarki, Stammen et Hogereſen, ad pagum ſpectarunt Scotelingen, atque aliæ ſupra memoratæ villæ ad alios pagos ſpeciales pertinere debuerunt, tunc *lutea villa* procul dubio etiam ad pagum ſpecialem Scotelingen referenda eſt. Lutea villa eſt *Dreckdorp*, *Hordorp*, *Mordorp*, *Märdorp:* Peinam inter et Brunſuicum occurrit viſentibus villa Märdorp.

23) *Biſcopesroth.* Hanc villam eſſe *Biſperode*, quam D. Paſtor Lauenſtein in *Hiſtor. Epiſcop. Hildeſ.* P. II. p. 17. ad præfecturam Lauenſtein refert, veritati prorſus aduerſum eſt. Merito igitur ille a doctis Lipſienſibus in *Nouis Eruditorum Actis* menſe Mart. 1741 p. 157. cenſura dignus eſt habitus. *Biſperode* enim villa ſpectat ad præfecturam Wickenſen intra Principatum Wolfenbuttelenſem,

vnius

vnius horæ itinere ſita ab arce Lauenſtein. Quamuis monaſterium S. Michaëlis Hildesheimenſe in *Biſperode* vſque in hodiernum diem bona quædam cenſitica poſſideat; inde tamen non ſequitur, villam *Biſcopesroth* eſſe villam Biſperode in præfectura Wickenſen intra Principatum Wolfenbuttelenſem, vnius horæ itinere ſitam ab arce Lauenſtein. Alio enim modo, quam donatione Bernwardina, monaſterium S. Michaelis bona in *Biſperode* adquiſiuiſſe, probabile videtur. Atque vt hoc demonſtremus quam euidentiſſime, præmonendum erit primo, in diœceſi Mindenſi prope Greuenalueshagen ſeu Stadthagam inueniri locum dictum *Biſchopperode*, in quo, teſte Lerbeccio in *Chronico Schaumb. Tom. I. Scripto. Rerum German. Meibomii* p. 512. et in *Chronico Mindenſi Tom. II. Script. Rer. Brunſuic. Leibnitii* p. 182. monaſterium virginum Ciſtercienſis ordinis fuit, ab Adolpho comite Schaumburgico translatum in oppidum Olden-Rintelen. Oppidum *Stadhagen*, in comitatu Schaumburgico conſpicuum, olim nominabatur *Greuenaluesha-gen*, vti idem *Lerbeccius* refert T. II. Leibn. p. 164. Sequitur ergo, locum *Biſchopperode* ſitum eſſe prope *Stadhagen* in comitatu Schaumburgico. Hunc locum *Biſchopperode* ſi habere velis pro *Biſcopesroth* in pago Aſtfalo, vereor, ne nimis de via decedas. Si enim locus ille iam anno 1022. exſtitiſſet, pagi *Bukki* is pars fuiſſet. Hunc vero ad occidentalem regionem ſpectaſſe, infra oſtendemus. Erat præterea locus quidam, dictus *Biſchopperode*, ſitus prope vicum *Bauenhuſen*, teſtantibus litteris Heinrici, Brunſuicenſium et Luneburgenſium ducis, infra §. 227. producendas. Quem locum eundem fuiſſe putamus, qui in litteris ſequentibus comitis Gerhardi de Hoya appellatur *Biſcoperrothe*. Cur membranam addamus eam, ratio non eſt e longinquo petenda. En illas: guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Gerhardus dei gr̃ā *comes de Hoya* omnibus p̃ntibus et poſt futuris in ppetuum. notum ſit uniuerſis tā p̃ntibus quam futuris. qualiter nos negotiorum cauſa pro ēp̄o *mindenſis* ecc̄lie uenēr. *Widekindo* iter feceramus *Munderam* et in urbem *Inſulam* inter Wiſeram circumfluentem ſitam et in monaſterium b̃te Marie deipare. quod eſt in *Amelungeſborne*. ac in honorem dei eiuſq̃. in terris ecc̄lie mandata et rogata fideliter non ſolum ſed etiam feliciter expediuerimus. morati autem ſumus diutius opinione ob infirmitatis caſum in monaſterio p̃fato. ac robuſtiores redditi commonſtratas nobis membranas admirati ſumus. quibus illud monaſterium ab *Ottone duce Saxonico* deſtinatū et a *Sigefrido comite de Bomeneborg* pie conditum pontifices reges duces comites et domini ac cum primis archiēp̄i ēp̄i abbates et capitula ornarunt. et locupletarunt. placuit nobis deuotio tam illuſtris turbe adeo ut deſiderio fuerimus repleti imitandi pro humilitate ñr̃ā exempla ducum comitum et d̃nōrum. qui ibi documenta pietatis reliquerunt ſempiterna. adſtantibus itaq̃. comitibus euerſteinenſibus ecc̄lie b̃te marie in *Amelungeſborne* decimam paruam que *ochtema* vulgariter dicitur. quam ab ēp̄o mindenſi eiuſq̃. ecc̄lia cathedrali in feudo tenemus ad villam *Biſcopeſrothe intra dieceſin mindenſem* pro remedio anime ñr̃ē et animarum progenitorum ñr̃ōrum indultu ēp̄i p̃dīcī eiuſq̃. capituli contradimus. ac ut hec ñr̃ā donatio et traditio ſemper pmaneat rata et inconuulſa, huic p̃ñti ſcripto ſigillum ñr̃ūm adiunximus. Datum in cenobio *Amelungeſborne* anno d̃ñi M. CCC. octauo IV. Kal. febr.

Ex his litteris patet, villam *Biſcopesrothe* referri ad diœceſin Mindenſem. Vicus autem Bauenhuſen prope *Biſcoperothe* in his traditionibus §. 442. nominatur *Beuenhus*, atque ad pagum Tilithi refertur. Si itaque villa *Biſcopesrothe* iam anno 1022 exſtitiſſet, ſine dubio illa ſpectaſſet vel ad pagum Tilithi vel ad pagum Guddingo. Quodſi autem primum pagus Tilithi contiguus fuit pagis Marſtem et Guddingo, qui vltimus extendi debet vſque ad Amplithi et Bechinam villas, et porro pagus Tilithi citra controuerſiam referendus eſt ad Angariam in orientali regione, ſtupidus ſit oportet, qui non intelligat, per *Biſcopesroth in pago Aſtfalo* non poſſe intelligi vicum Biſperode intra præfecturam Wickenſen. Non eſt autem, quod oggannias, antiqua rudera cuiuſdam arcis adhuc apparere in vico *Biſperode*, e quibus colligendum ſit, epiſcopum quendam forte Hildesheimenſem hanc villam primum eruendo agros faciendam curaſſe

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

atque inhabitasse, quam ob rem eidem loco nomen *Biscopesroth*, id est, nouale episcopi inditum fuerit. Nam vnde tu voles comprobare, eundem fuisse episcopum Hildesheimensem? Arx, quæ olim fuerit in hac villa, probabilissime fuit sedes cuiusdam nobilis. Quondam se dominos quosdam nominasse de *Bischopincgerothe*, eosdemque fuisse ministeriales nobilium dominorum de Homburch, comprobamus interhæc litteris sequentibus nondum editis, quas æri incisas dabimus alibi, vt exemplar sint litterarum initio seculi XIII. exaratarum. En illas.

In nomine omnipotentis Dei. *Hugoldus* dei gratia *Corbeiensis abbas.* vniuersis christi fidelibus in perpetuum. Quoniam vocatione sancta qua dei patientia uocati sumus ampliando diuino cultui tenemur intendere. memorie vniuersorum presentem paginam inspectorum artius inculcamus. quod *ecclesia caminatensis* temporibus domini *Conradi* prepositi comparauit a *Hinrico* milite dicto *de Caminaten* curiam suam in eadem uilla cum omnibus attinentiis tam siluis. quam agris et pascuis pro quadraginta duabus marcis Item curiam *Heinrici* dicti *de Bischopincgerothe.* sitam in eadem villa caminaten memorata ecclesia comparauit quadraginta duabus marcis. Item in eadem villa curiam *Hermanni* militis de Osterrothe comparauit predicta ecclesia vndecim marcis. Hec predia omnia venditores tenuerunt de *fratribus de Homburch* et si aliqua ex his prediis iam dicti fratres de *Homburch* de nobis tenuerunt. nos proprietatem eorundem contulimus ecclesie *Caminatensi.* Ut autem hoc factum stabile et inconuulsum permaneat. ipsi fratres coram nobis eadem bona *cum aduocatia* et omni iure resignauerunt. et tam nos quam ipsi sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari . Testes huius rei sunt *Hugo prior. Esquinus prepositus Corbeiensis. Hermannus portarius. Conradus camerarius. Engelhardus capellanus.* Laici. *Fridericus de pirremunt. Conradus de Honboke. Conradus de Amelungessen et filius eius Herboldus* et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XVIIII.

His litteris adductis dolemus sigillum fratrum de *Homburch* temporum iniuria detractum. Quemadmodum enim ex aliis dominorum Homburgicorum sigillis patet, ita ex hoc fieret palam, nobiles dominos de *Homburch*, et *comites de Dassel* vnius eiusdemque fuisse originis. Cum duobus enim cornibus ceruinis, quæ erant insignia comitum de Dassel, in illis apparet Leo Homburgicus, vti inter cetera apparet e sigillo infra in lucem emittendo. *Heinricum de Bischopincgerothe*, quem in hoc diplomate deprehendimus, nomen accepisse a villa, postea dicta *Bisperode*, intra præfecturam Wickensen posita, docebimus in *Clientela Corbeiensi.* Arcem vero cuiusdam nobilis non habendam esse pro arce episcopali, nemo non videt et intelligit.

Ex his autem omnibus elucere speramus, villam *Biscopesroth in pago Astfalo*, non esse *Bisperode.* Eandem ergo in alio loco esse quærendam, omnino arbitramur. Plura loca appellata *Bisperode* seu *Bischoperode*, atque olim in Saxonia orientali deprehensa, nobis non sunt cognita. *Biscopesdorf* villa quidem erat quondam non procul a palatio regio Werla, hodie dicto Warl in præfectura Wolfenbuttel, quæ haberi posset pro villa *Biscopeshusen*, et quæ in diplomate Heinrici II cæsaris ad annum 1022 tribuitur pago Derningon seu Derlingo; *Bissendorp* quoque, olim nuncupata Bispingdorp, in ducatu Luneburgico, quæ habet præfectum germanice dictum *einen Amts Vogt*, esse posset *Biscopesroth in pago Astfalo.* Quemadmodum autem terminationes *dorp*, *rode*, et *husen*, non confundendæ sunt: ita putamus, tam villam *Biscopesroth in pago Astfalo*, quam villam *Biscopeshusen in pago Derlingo*, hactenus latuisse in obscuro. Fortassis attingimus scopum, si statuimus, villam *Biscopesroth* fuisse aliud nouale, cuius mentionem iniecit Bernhardus episcopus Hildensemensis in litteris anno MCLI. Hoc situm erat iuxta montem S. Mauritii, idque ad reparationem publicæ viæ, quæ de monte tendit ad ciuitatem Hildensemensem, delegauit episcopus prædictus. Hanc enim villam Hildensemensis episcopus, fortassis ipse Bernwardus, quondam eruendam videtur curasse.

24) *Drothe*,

Ad pag. 78.

In nomine omnipotentis dei. Hugoldus dei gratia Corbeiensis abbas. Universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam vocatione sancta qua dei patientia vocati sumus ampliando divino cultui tenemur intendere. memorie universorum presentem paginam inspectorum artis inculcamus. quod ecclesia Caminatensis ipsius domini Conradi ipsi comparavit a Henrico milite dicto de Cam in curia sua in eadem villa cum omnibus attinentiis tam silvis quam agris et palcuis pro quadraginta duabus marcis. Item curia Henriti dicti de Biltho pinc gerothe sita in eadem villa Caminatensi memorata ecclesia comparavit quadraginta duabus marcis. Item in eadem villa curia Hermanni militis de Osterrothe comparavit predicta ecclesia undecim marcis.

Hec predia omnia venditores tenuerunt de fratribus de Homburch et aliqua ex his predius iam dicti fratres de Homburch de nobis tenuerunt. nos propietatem eorundem contulimus ecclesie Caminatensis. Ut autem hoc tenere stabile et inconvulsum permaneat. ipsi fratres coram nobis eadem bona cum advocatia et omni iure relignaverunt. et tam nos quam ipsi sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt Hugo prior. Elquinus ipsius Corbeiensis. Hermannus portarius. Conradus camerarius. Engelhardus capellanus. Laici Fridericus de Pirremunt. Conradus de Honboke Conradus de Amelo et filius eius Herboldus et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°CC°XVIIII.

24) *Drothe*, ſeu, vti in donatione Bernwardina legitur, *Trothe* anno 1022 erat ſita *in pago Aſtfalo*. Hæc villa hodie deſolata eſt; eius autem reliquiæ ſuperſunt prope Koldingam, ſedem præfecturæ in Principatu Calenbergenſi. Hanc villam *Trothe*, ab Heinrico ſancto anno 1013 tributam pago Marſtiem ſeu Marſtem, Lauenſteinium in *Hiſtoria epiſcopatus Hildeſienſis vindicata*, contra dominos cenſores Lipſienſes p. 22. nondum demonſtraſſe, arbitramur. *Trathe*, fatemur, erat circa annum 1001. prædium hereditarium imperatoris Ottonis III, veriſimillime a patre atque auo conſimilis nominis quoque poſſeſſum, quorum pater Heinricus auceps illud cum Hatheburga, vidua Osdachi Billingani, probabiliter acquiſiuit. Septem manſos cum aliis adnexis bonis in villa hac *Trathe* tradidiſſe Ottonem III monaſterio per S. Bernwardum recens fundato, patet ex ipſo diplomate Heinrici II. Anno ergo 1022 prædium in *Trathe* non amplius erat cæſareum, ſed epiſcopale: neque in diplomate Heinrici II ad annum 1022 aſſeritur, villam *Trothe* ſeu *Drothe* fuiſſe in præfectura Tammonis. Potuiſſet Dominus B. I. Lauenſteinius ex hoc ipſo diſcere, vocabulum *Aſtfalo* in diplomate Heinrici II adhiberi in ſenſu latiori, atque *Aſtfalon* fuiſſe pagum generalem, multos alios pagos ſpeciales, et in his aliquam partem pagi Marſtem, comprehendentem. guber-nante Corbeiam Warino.

25) Ipſa vrbs *Hildenesheim* quoque refertur in eodem diplomate Heinrici II *ad pagum Aſtfalo*. Hanc vrbem appellatam eſſe *Bennopolim*, a caſtro *Benneburgo*, extra muros Hildesheimenſes adhuc anno 1249 poſito, cenſet idem Lauenſteinius. Ante eum multi alii idem ſuo ſuffragio dignum putarunt. Nec nos negamus, poſſeſſorem caſtri *Benneburgi* olim Hildesheimenſibus imperaſſe. *Benneburgum* autem iam tempore Caroli M. exſtitiſſe, pernegamus ſtrenue. Domini Hildesheimenſes illud quidem affirmant. Sed nos requirimus teſtes, et quidem coætaneos. Recentioribus enim in hoc nullam habemus fidem. Infra deprehendemus in traditionibus noſtris *Bennonem* quendam, qui cum fratre *Ricdago*, probabiliſſimo conſtructore monaſterii Lamſpringenſis, poſſeſſor fuit bonorum tam in pago Ambergo, quam in pagis Scotelingen et Guddingo, et quidem in eadem villa, in qua quidam *Macco* Hildesheimenſis aduocatus, probabiliter inter *Bennonis* poſteros referendus, poſt hæc habitauit. Fundatorem caſtri *Benneburgi* fuiſſe *Friſium*, aſſerunt. Et illum *Bennonem* cum ratione *Friſium* adpellare poſſumus. Si enim ille, vti infra videbimus, nepos fuit *Widekindi Magni*, omnino *Benno* fuerit Friſius neceſſum eſt. Fortaſſis hic *Benno* et exſtructor caſtri *Benneburgi*, et Hildesheimenſis aduocatus fuit. Hoc reſpectu vrbem *Hildeſiam* nominare *Bennopolim*, incongruum non erit; alio autem reſpectu eandem appellare *Bennopolim*, apte congruenterque dictum non foret. Si quis vrbem *Huxariam* nuncupare vellet *Brunopolim*, quia ab vrbe Huxaria non procul abeſt *Brunonisburgum*, celebratiſſimum Saxonum caſtrum, ſubtiliter magis, quam dilucide, id contenderet. Neque nobis perſuadere poſſumus, vrbem *Hildeſiam* nomen traxiſſe ex ſilua *Hils*. Fabula enim Jo. Letzneri eſt, Francos quærentibus: vbinam eſſet cæſar Ludowicus? reſpondiſſe: *daheim am Hils*, id eſt, in loco quodam ad ſiluam Hils, ex qua reſponſione poſtea enatum ſit vocabulum *Hildesheim*. A ſiluis nomina eſſe impoſita oppidis, non eſt veriſimile. Probabiliter locus *Hildesheim* nomen accepit a quodam *Hildi*, *Hildiboldo*, *Hildidago*, *Hildegrimo*, *Hildigero*, *Hildiberto*, *Hildiwardo*, *Hildibodo*, vel *Hildelino*, quæ nomina in noſtra Saxonia olim erant vſitatiſſima, vti hæ, quas damus, traditiones teſtantur. Fortaſſe inter progenitores ducis Oſtfalorum *Heſſi* ſeu *Aſig* quidam nomen *Hildegrimi* habuit, a quo nomen villæ *Hildesheim* fortaſſis eſt impoſitum. Infra enim videbimus, *Bennonem* bona circa *Hildesheimiam* acquiſiuiſſe ex hereditate ducis *Aſig*. Inter conſanguineos eiuſdem ducis etiam quoſdam nomen *Hildegrimi* habuiſſe, infra præterea docturi ſumus. Coniecturæ quidem hæ tantum noſtræ ſunt, fortaſſis autem ſunt valde probabiles. Nec videmus, quid eis opponere poſſis, quæ aliis anſam præbitura ſunt in veritatem, hactenus latentem, ſolidius meliusque penetrandi.

Porro Heinricus III imperator anno 1053 ad pagum Oſtuala refert villas

26) *Germaredeſſum*

27) *Iliſede*

28) *Dungerbicht* et

29) *Suitbaldigehuiſſen*, inter quas *Germareduſſun* probabiliter exiſtimatur fuiſſe vel *Germenau* ad ſiluam dictam *Dromling*, vel *Garmſen* in præfectura Steinbruck in

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

in Hildesheimensi episcopatu. *Iltsede* erit vel *Ellersel*, vel *Iseren* ad fluuium Ohram vel *Elsebeck* in præfectura Calvör, vel *Ilse* in præfectura Peina duplex. *Dungerbicht* erit vel *Dambeck*, vel *Darnbeck* in veteri Marchia, vel *Dungelbeck* in præfectura Peina. *Suitbaldigehuissen* autem esse poterit vel *Satuelle* haud procul a Dezel ad fluuium Ohram, vel *Sirauhaldam*, olim non procul a vico Brome posita, quem duces Brunsuici et Luneburgi in feudum contulerunt nobilibus dominis de Bartensleben. Villam *Suitbaldigehuissen* esse vicum *Swichelt* in præfectura Peina, persuadere nobis non possumus. Hæc enim villa erat anno 1053 in comitatu *Christophori*, qui probabilissime idem comes *Christophorus* erat, ad quem circa idem tempus spectauit villa Partunlep in pago Nortduringen, de quo vid. infra §. 471.

In *Corpore Traditionum Fuldensium* pago *Astfala* tribuitur præterea villa haud vna. Huc referenda est

30) villa *Egenheim*. Ita enim illæ p. 303. num. 73. *Ego Ortolf trado sancto Bonifatio in elemosinam patris mei aream vnam in villa, quæ dicitur Egenheim, sita in pago Ostfalaham.* Hæc villa *Egenheim* esse poterit vel *Eheim* in præfectura Fallersleben, vel *Eugesen* in præfectura Neubrück, vel *Engesen* non procul a Burgwedel, vel *Gamesen* in præfectura Gifhorn, vel *Echem* non procul a Scharnbeck in ducatu Luneburgico. *Ortolfus*, qui in eadem villa bona hæc tradidit, ad Billinganam familiam spectasse videtur. Billinganos in Luneburgico Principatu dominatos esse, infra docebimus. *Ortolfus*, Saxoniæ dux, Hermanni Billungi pronepos, historicis notus est. Fortasse *Ortolfus* noster inter progenitores *Ortolfi ducis* referendus est. De reliquo prope Hildesiam visitur adhuc villa *Enem*.

De pago speciali Falhen.

Tandem ad pagum Astfalo a cæsare Heinrico II refertur

31) *Castellum Mundburg* in ripa Aleræ fluminis situm. Diploma infra §. 104. not. (w) e membrana inseruimus, quod vide. Hactenus egimus de villis ad pagum generalem *Astfalo* spectantibus. Iam quoque recensendæ erunt villæ olim *ad pagum specialem Falhen seu Valm* relatæ. Secundum filum diplomatis Heinrici II et donationis Bernwardinæ illæ erant anno 1022 eæ, quas in præsens exhibebimus lectori.

1) *Bereuilte* seu *Bereuelte* est *Baruelt* in præfectura Gronau in Hildesheimensis episcopatus territorio.

2) *Betenem*, per quam intelligimus vicum *Bettrum* in præfectura Steinbruck in eodem episcopatu, at non *Beitlen* in præfectura Winzenburch. *Beitlen* enim probabilissime est villa *Pithili*, quæ infra in *traditionibus* nostris ad pagum refertur Guddingo. Damus tamen, villas limitibus pagorum innexas, nunc huic, nunc illi, pago confini adtributas fuisse.

3) *Wallenstide* est *Wallensted* in præfectura Gronau, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in Rehden. Ab hac villa quondam ministeriales quidam Corbeienses dicti sunt *de Wallenstede*.

4) *Megecingeroth* seu *Megencingeroth*, an sit *Machterfen*, *Lob - Machterfen* vel *Brug Machterfen*, in Principatu Wolferbuttelano sub inspectione ecclesiastica, olim archidiaconatu, Bahrum, an *Machtsum* inter episcopatus Hildesheimensis terras easque præposituræ Cathedrali contributas, an alia, id omne in medio relinquimus. *Megecingeroth* villam esse locum, hodie dictum *zum Roden*, in præfectura Marienburg in eodem episcopatu quondam situm, persuadere nobis nondum possumus. Nisi producuntur tabulæ publicæ, quibus hoc comprobetur, inter desolatas hanc villam recensemus. Addemus inter hæc coniecturis coniecturam nouam. Maria semper virgo a Germanis olim dicta fuit *Maget*, *Meget*, *Megece*. Suspicio inde oritur, Nouale Mariæ seu Marienrodam, Monachorum Cisterciensium sedem, in Principatu Calenbergico prope Hildeneshemium sitam, hic in censum venire.

5) *Achem* probabiliter est *Achten*, vicus non procul ab vrbe Hildesia situs, et spectans ad præposituram cathedralem ecclesiæ Hildesheimensis.

Rex Chuonradus II porro ad hunc pagum ad annum 1025 retulit

6) villam *Kemnium*, testante diplomate in Nic. Schattenii *Annal. Paderbon.* T. I. p. 468. Hæc villa erat in comitatu Dancmari, qui fortasse comes Tancmarus est, de quo exponemus infra §. 104. not. (w) pluribus. Intelligimus enim per villam *Kemnium* locum *Kemme*, ad præfecturam Steuerwaldensem spectantem, situm in eodem episcopatu Hildesheimensi. Ad eundem pagum relatus fuit anno 1049 adhuc locus ille.

7) Tra-

7) *Poppenborch* hodieque caſtrum eſt, ſitum ad fluuium Leinam, et ſedes Poppenburgenſis præfecti. Litteras imperatoris Heinrici, in quibus *Poppenborch* ad hunc pagum refertur, Jo. Georg. Eccardus ſuæ *Hiſtoriæ Genealogicæ principum ſuperioris Saxoniæ* inſeruit p. 301. ſeq. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

8) Tradidit Heinricus IV rex, poſtea imperator, anno 1068 Heziloni epiſcopo Hildesheimenſi in doni loco comitatum, quem Fridericus eiuſque filius Conradus comites in beneficii loco habuerant intra pagos *Valedungen*, *Aringe*, et *Guttingon*, et in his publicis eccleſiarum parochiis *Alicga*, *Redun*, *Fredenon* et *Walenhuſen*, teſtante diplomate in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* Tom. I. p. 568. ſeq. in quo autem nobis cæſar dubium reliquit, an hæ publicæ eccleſiarum parochiæ ad pagos illos ſpectauerint. Tradit enim tantum cæſar, illas ſpectaſſe ad comitatum Friderici et Conradi. Finge autem, has parochias ad pagos reſpicere prædictos, tunc *Alicga* eſſe videtur *Eltze*, hodie oppidum in epiſcopatu Hildesheimenſi iuxta præfecturam Poppenborch. Hæc vero villa *Alicga* procul dubio referenda videtur ad pagum *Guddingo*, quia Mehle et Ledhi, quæ non procul inde abſunt, ad pagum ſpectarunt Guddingo. *Redun* videtur eſſe *Reden* in præfectura Gronau intra terras eiuſdem epiſcopatus Hildesheimenſis, vbi domini de Reden iuriſdictionem minorem exercent. Hanc villam referre poteris ad pagum *Valedungen*. *Walenhuſen* ſpectaſſe ad pagum *Guddingo*, perhibere poteris: quia viſitur villa *Wallenſen* in præfectura Lauenſtein ad flumen, dictum *die Sale*. *Fredenon* autem habere poteris pro *Freden* in Hildesheimenſi epiſcopatu intra præfecturam Winzenburg. Hæc ad pagum ſpectauit *Aringe*, ſeu, vti in monumentis noſtris ſcribitur, *Aringho*.

9) Eadem fere dicenda ſunt de diplomate cæſaris Heinrici IV, in quo ipſe *anno 1057 primo anno regni ſui atque ordinationis III. ad altare S. Mariæ Hildesheimenſis eccleſiæ donat comitatum, quem Bruno eiuſque filius, ſcilicet patruus eius Luitolfus, nec non et eius filius Ecbrecht comites ex imperiali donatione in beneficium habuerunt in pagis Nortduringen, Darlingen, Valem, Salthga, Grethe, Muldeſe, et in publicis eccleſiarum parochiis Scheningen, Wethnemſtede, Schiphinſtete, Lucgenheim, Etlouesheim, Stocheim, Tenesdorf, Ringilino, Boginburſtalle, Honenghesbuthele, Huinhuſen ſitum.* Quamuis enim nobis quidam viri doctiſſimi, qui originale viderunt, retulerint, ineſſe huic diplomati quædam, quæ illi falſitatis notam inurere poſſint, dictitantes, indictionem eſſe falſam, ſigillum non eſſe genuinum, neque litteras conuenire cum characteribus ſeculi XI, non tamen poſſumus, quin rem ad viuum reſecemus et adſenſum tantiſper inhibeamus noſtrum. Rem ab ouo ordiamur oportet. Quis credere poterit, voluiſſe cæſarem epiſcopo Hildesheimenſi largiri comitatum per archidiaconatus in diœceſi Halberſtadenſi obuios? Adducturi tamen idem diploma ſumus, ne nos aliquid omiſiſſe videamini. Parochiæ in hoc diplomate probabiliſſime denotant archidiaconatus. Scheningenſis ergo archidiaconatus ſe extendiſſe videtur vſque in pagum *Norththuringi*: ipſa enim villa Scheningen ad pagum Derlingo ſpectauit. *Wethnemſtede* videtur eſſe *Watenſted*, vicus, vno milliari diſtans ab vrbe Scheninga, hodie ſub inſpectione Scheningenſi intra Principatum Wolfferbuttel, olim vero, teſtantibus litteris, a Cl. Sam. Walthero in *Singul. Magdeburg.* P. VII. p. 171. productis, ſedes archidiaconalis eccleſiæ Halberſtadenſis. Referenda hæc villa *Wethnemſtede* fuit ad pagum *Derlingo*, vti quoque *Lucgenheim*, olim ſedes archidiaconalis etiam eiuſdem eccleſiæ, hodie Lucklum, vicus itinere duarum horarum diſiunctus ab vrbe Brunſuico orientem verſus. *Schiphinſtete* eſt Scheppenſted, oppidum ſatis notum in Brunſuicenſi ducatu. *Etlouesheim* fuit ſedes archidiaconatus Halberſtadenſis, alias *Athleueſſen*, qui non erat in vico Eilen in præfectura Wolffenbuttel ſub inſpectione Scheppenſtedi, ſed in vico *Atzen* non procul a vico Saltzthal. *Stocheim* videtur eſſe *Groſſen-Stöcken* ad fluuium Ouaccram, vbi exſtitit ſedes archidiaconalis epiſcopatus Hildesheimenſis. Hæc vero villa fuit pars pagi Liergewe, id quod falſarius neſciuit. *Tenesdorf* poteſt referri ad pagum *Valem*, quia congruit ad vicum *Denſtorf* Principatus Wolffenbuttelenſis eiusque inſpectionem eccleſiaſticam Thidenſem. *Ringilino* eſt *Ringeln*, abbatia in Hildesheimenſi epiſcopatu, referenda ad pagum *Salthga*. *Beginburſtalle* videtur eſſe *Bennenboſtel* ſeu *Beienboſtel* intra Principatum Luneburgicum. *Honenghesbuthele* eſt *Hanningsbuttel* ſeu *Harckesbuttel*. Cuinam autem pago hæ villæ, an pago *Grethe* ſeu *Gretingi*, an pago *Muldeſe*, qui a pago *Muthiwide* diuerſus fuiſſe non videtur, ſint annumerandæ, nondum plane declara-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tum esse censemus. Dominus ecclesiastes Lauensteinius quidem, pagum *Muldese* a *Muthiwide* pago discrepasse, statuit. Simulatque erit, qui comprobaturus est argumentis solidis, diploma Heinrici IV esse genuinum, eandem tunc sententiam et nosmet assensu nostro prosequi conabimur. Pagus sane *Osterwalde*, quem Lauensteinius ad diœceesin refert Hildesheimensem, et inter *Muldese* et *Muthiwide* pagos ponit, alio in loco quærendus erit. *Marchisus Bernhardus*, in cuius præfectura anno 1022 erat villa *Latondorp* in pago *Osterwalde*, procul dubio est marchio septentrionalis Bernhardus IV, qui quidem habuit comitatum in pago *Norththuringi* et *Belkisheim*. At nullo modo, eius comitatum procurrisse in Principatum vsque Luneburgicum, comprobari posse putamus. Pagus *Belkisheim* seu *Belsheim* procul dubio in marchia Brandenburgica, et quidem in ea regione, quæ hodie dicitur *das Balsamer Land*, exstitit, neutiquam vero in principatu Halberstadensi, e regione vrbis Helmstadii versus meridiem, quod beatus Lauensteinius nobis persuadere voluit. Potuisset autem idem situs pagi *Belkisheim* Lauensteinium docere, pagum *Osterwalde* non exstitisse in Luneburgico Principatu. Ducis Bernhardi filius *Bernhardus dux* comitatum suum anno 1025 tenuit in pagis Bardango et Heilanga, quemadmodum eius pater illum eisdem in pagis habuerat anno 1004, testante diplomate regis Henrici infra in *Addendis* num 388. producto. Quomodo igitur dici cum ratione poterit, comitatum *Marchisi Bernhardi* patuisse vsque in pagum *Osterwalde*, si cum Lauensteinio statuamus, pagum *Osterwalde* fuisse eis pagum *Heilanga* in Principatu Luneburgico? Ex vnica villa *Latondorp*, quam Lauensteinius censet fuisse Lachendorf in præfectura Bargfeld, euinci haud poterit, pagum *Osterwalde* in Principatu Luneburgico exstitisse. Eadem enim hæc villa in diplomate quodam regis Chuonradi, hactenus inedito, appellatur *Latenthorp*. Ea anno 1025 fuit pars pagi *Bardango* intra comitatum Bernhardi ducis. Eapropter pagus *Osterwalde* quærendus est in veteri marchia, et quidem ea in regione, vbi anno 1473 vicus *Osterwolde* exstitit. *Huinhusen* denique in diplomate cæsaris Heinrici IV est monasterium Wienhusen in ducatu Luneburgico, de quo infra pluribus. Cum autem eadem villa referatur ad pagum *Flothwitha*, iterum prodidit falsarius imperitiam suam geographicam.

10) Vidimus iam supra §. 10. ad pagum *Falim* referri *Guddianstede*, id est, *Gadensted* in præfectura Peinensi, ad quem etiam

11) spectauit §. 47. *Lithinga* villa, quam *Ledingen* vicum in Principatu Wolferbuttelano atque inspectione ecclesiastica Barumensi esse statuimus. Si autem intelligere malis *Leinde* villam in eadem inspectione, non repugnamus. Abbatia enim nostra in eadem villa nulla bona amplius possidet.

12) Erat in eodem pago *Falhen* villa *Sirikeshus*, per quam designari statuimus villam *Sierse* in præfectura Wolfenbuttelensi, cuius ecclesia ecclesiæ in Bethmar est innexa.

13) Referuntur in traditionibus nostris §. 339. et §. 381. ad pagum *Falhen* loca *Algrimsen* et *Alegremishus*, quæ procul dubio sunt villæ *maior* et *minor Algermissen* intra Hildesheimensis episcopatus cathedralem præposituram.

14) Erat in *Astsala* et *in pago Falhen* villa *Othdereshus*, vti patet e traditionibus nostris §. 399, per quam iam supra significauimus denotari vicum *Ochtersen* in præfectura Hildesheimensis episcopatus Mariæburgensi.

15) Denique eidem pago *Falhen* tribuitur quoque villa *Logena*. Anno enim 890 Arnolfus rex Sigahardo Fuldensi abbati tradit *in pago Falaha in comitatu Otgozi in villa Logena* hubas LXX et dimidiam *cum omnibus pertinentibus*, testante eiusdem regis præcepto, quod ex apographo veteri exhibuit clar. *Schannat in Corpore Trad. Fuld.* p. 217. num. 534. Villa *Logena* videtur esse vicus *Lengede* præfecturæ Peinensis in Hildesheimensi episcopatu. Quis vero ille *comes Otgozus* fuerit, res est altioris indaginis. Fortasse *Otgozus* diuersus non fuit ab *Agozo*, cuius vxor erat *Reginhilt*, quorum vterque tradiderunt S. Bonifacio bona sua in Asgebah, testante eodem *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 296. num. 53. *Reginhiltis* quædam seu *Rihhilt* erat consanguinea *Unwani*, *Billungi* et *Baldungi*. Quidquid enim illa *Rihhilt iure hereditario dereliquerat illis in regione Grapfeld in finibus Weterungono et Rugiheimono in captura, quæ dicebatur Steinaha, tradiderunt anno 863 S. Bonifacio, in monasterio Fulda sacro requiescenti corpore, Unwan, Billunc* et *Baldungus*, testante membrana in *Tradit. Fuldens.* cit. p. 199. Ponamus igitur, *Unwanum* fuisse nepotem ducis Ostfalorum, Hessi, et filium

Gislæ

Gislæ et Unwani, de quibus egimus infra §. 104. not. (z). Ponamus porro, *Billungum* fuisse nepotem eiusdem ducis Hessi, ac filium *Bennithi* comitis, de quo plura diximus §. 104. not. (w), et rursus ponamus, *Baldungum* fuisse *Beldinc*, qui cum vxore sua Hitta in villa Stocheim in pago Cilgide seu Tilithi (quæ villa probabiliter est vicus Stencke, olim spectans ad dynastiam Arnzen) prædia sua donauit ecclesiæ Fuldensi, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 300. num. 5, eundemque fuisse illum, qui in Traditionibus nostris §. 213. inter testes apparet, et, vti e donis colligimus, filium Wichardi I, de quo egimus infra §. 104. not. (l); *Reginhildis*, vxor *Otgozi comitis*, soror *Billungi* non esse non potuit. Hac sententia stante, *Otgozus comes* consanguineus Billingicæ stirpis fuit. Hæc consanguinitas fortassis in causa fuit, cur cæsar Arnolfus illum *Otgozum* anno 890 creauerit comitem in pago *Falaha*. Sed vnde, quæris, in ditionem peruenere Saxonum nostrorum bona intra Buchoniam sita, in pagis Grapfeld, Salagewe, et aliis conterminis pagis? Respondet clar. Schannat in *Buchonia Veteri* p. 329, Saxones et Slauos, a Carolo M. sæpius armis infestatos, ac denique victos, turmatim in vastissimam Buchoniæ solitudinem, aut sponte sua secessisse, aut pro victoris arbitrio translatos esse, et postmodum illustrium stemmatum progenitores euasisse felicissimos. Mirum ergo nemini videri debet, nos progenitores quosdam familiarum quarundam illustrium Saxoniæ nostræ in Buchonia quæsiuisse, sæpiusque dixisse, Luidolfos, Hiddones, Thuringos, Unwanos, Wicheros, Billungos, Reinoldos, Siwardos, Bernhardos aliosque fuisse Saxones, qui in Buchonia veteri bona tradiderint ecclesiæ Fuldensi. Quidquid enim progenitores eorum in Buchonia occupauerant, et ad eos postea peruenerat hereditatis iure, id, cum illustres Saxones nostri, pace facta cum Carolo Magno, bona sua in Saxonia nostra rursus acquisiissent, vti nostræ traditiones comprobant, negligentes, bona sua, intra Buchoniam sita, tanti non æstimabant, quin ea ecclesiæ Fuldensi large effuseque darent, et insuper eis quædam e bonis suis, in Saxonia sitis, adderent. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Hactenus recensuimus villas spectantes tam ad pagum generalem *Astfala* quam ad pagum specialem *Falhen*. Jam quoque edisserere debemus villas, quæ olim relatæ fuere tam ad pagum *Liergewe*, quam ad pagum *Leri*, vt situs horum pagorum pateſat cunctis.

Quod ergo primum ad situm *pagi Leri* adtinet, exstant in archiuo Corbeiensi duo autographa diplomata Ludouiciana, in quorum altero, quod infra §. 473. exhibemus, Hludouuicus cæsar anno imperii sui VIII, id est, anno reparatæ salutis 822, ecclesiam *Fischbechi in pago Leriga* cum subiectis ecclesiis, et cum decima ex silua Ammeri et Ponteburg et cereris ecclesiis, in Hesiga et Fenkiga sitis, sub suam defensionem et immunitatis tuitionem recepit; in altero autem Hludouuicus, rex orientalis Franciæ anno XIII regni sui *cellulam Fischbechi, in pago Leri* constructam, monasterio Corbeiæ adiunxit et tradidit, quod sic habet: De pago Leri.

℣ In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouuicus diuina fauente gratia rex. si liberalitatis nostrae munera de beneficiis a deo nobis conlatis locis deo dicatis aliquid conferimus id nobis et ad mortalem uitam feliciter transigendam et ad aeternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. id circo notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum sagacitati quia petente atq. suggerente *uuarino* uenerabili abbate qui monasterium quod dicitur noua *corbeia* nostra concessione in regimine habere dinoscitur quod piae memoriae genitor noster construi iussit in honorem dei et s̄cī protomartyris stephani ubi et s̄cī Uiti martyris protiosa pignora seruari noscuntur complacuit celsitudini n̄ōr̄ae quandam cellulam iuris n̄ōr̄ī uocatam *fischbecki* quae est constructa *in pago leri* memorato monasterio adiungere atq. per hanc n̄ōram auctoritatem ei tradere ut perpetuo sub eius ditione cum omnibus ad se pertinentibus et aspicientibus consistat hanc ut diximus cellulam cum integritate rebus et appendiciis ac terminis suis et cum omnibus ad se pertinentibus et respicientibus item basilicis domibus ceterisq. aedificiis decimis siluis campis pascuis aquis aquarumue decursibus cultis locis et incultis mobi-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

libus rebus et immobilibus mancipiis diuersi sexus et aetatis memorato monasterio subditam esse facimus atq;. per hanc nostram auctoritatem ita donamus atq;. tradimus ut in iure eiusdem ac monachorum inibi per tempora dō deseruientium in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensius exequendum absq;. diminoratione aut retractatione permaneat. Et ut nullus fidelium nostrorum ab eorum dominatione uel potestate eam quoquo modo auferre aut in aliam quamlibet partem quacunq;. occasione transferre praesumat neq;. ullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memoratae cellulae quas praesenti tempore in quibus libet pagis et territoriis habet ac deinceps ibidem conlatae fuerint ad causas iudiciario more audiendas aut freda exigenda aut mansiones uel paratus faciendos aut fide iussores tollendos aut homines ipsius cellulae tam ingenuos quam et litos distringendos aut ullas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt exigere praesumat sed liceat memorate abbati sub immunitatis nostrae auctoritate successoribusq;. eius et monachis in memorato monasterio per tempora degentibus iam dicta uilla cum omnibus ad se pertinentibus uel adspicientibus ad dī et domni nostri Ihu Xpī famulatum diligentius peragendum absq;. cuiusquam contrarietate uti et quaecunq;. ad suos in domni nostri Ihu Xpī militia usus et necessitates pertinent ordinare disponere iusteq;. efficere. quatenus pro genitoris nostri animae saluatione et pro nobis coniuge proleq;. nostra et pace nostra ac stabilitate totius imperii a dō nobis commissi acrius eos indesinenter diuam maiestatem exorare delectet. hanc quoq;. commonitionem subiungere curamus ut praefatus abbas eiusq;. per tempora successores prouideant de praefata cellula ne aliquando negligatur in diuino cultu neq;. cuilibet personae in beneficium tribuatur sed potius procuretur ut ibi in perpetuum dī cultus perseueret et ad praefati monasterii monachorumq;. ibidem dō seruientium usus et necessitates in perpetuum prospiciat. Et ut haec nostra auctoritas inuiolabilem et inconuulsam obtineat firmitatem manu propria eam subscripsimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.





hadebertus subdiaconus ad uicem baldrici abbatis recognoui et ſſ

Sigillum aeri inciſum habes in Tab. I. n. 3.

data XIII. k. ap. anno propitio XIII. sereniſſimi regis hludouici in orientali francia regnantis indict. XV actum in uilla eipilingas in dī nomine feliciter amen.

In hoc diplomate annus regiminis Hludouici numerandus est ab anno 840 et quidem ab eo tempore, quo se Hludouicus regem orientalem Francorum appellauit, quod ante paschatos festum accidisse referunt *Annales Francorum Fuldenses Tom. I. Script Rerum German. M. Freheri* p. 24. Scripta ergo est charta die 24 Martii anno 853, quocum indictio apprime consonum est et conuenit. Habet hoc diploma, vti vides, duo monogrammata. An ex eo sit colligendum, regem Hludouicum filium cognominem suum in socium regni Germaniæ adsciuisse, tuum erit inquirere.

Nos

Nos iam contendimus, ex his diplomatibus patere primo, pagum *Leriga* etiam appellatum esse *Leri*, et cellulam seu monasteriolum *Fisebechi* exstitisse in episcopatu Mimigernafordensi, id est, Monasteriensi. Ex quo citra contradictionem sequitur, *pagum Leri* exstitisse in aliqua episcopatus Monasteriensis parte. In quanam autem regione dictæ diœcesis *pagus Leri* præcipue exstiterit, indicat diploma infra §. 104. not. (u) afferendum, quippe ex quo apparet, collegium *Wil eshusen super fluuium Hunta in pago Leri* fuisse conspicuum. Id ipsam quoque bulla papæ Stephani VI confirmat, per quam fundatio eiusdem collegii in loco *Wildeshusen in pago Leri* approbatur. Si ergo scire satagimus, quonam in loco collegium *Wildeshusanum* fuerit, situm fluuius *Hunta* docere nos poterit. Inuento enim fluuio *Hunta*, situs quoque pagi *Leri* inuentus erit. Iam vero fluuius *Hunta* in episcopatu Osnabrugensi oritur, et per mare Dummer, perque comitatum Diepholtanum tandem in comitatu Oldenburgico influit Wiseram. Atque ad hoc flumen *Hunta* in comitatu Diepholtano in loco *Wildeshusen* collegium Wildeshusanum etiam quondam exstitit. *Leri* ergo *pagum* in comitatu Diepholtano et adiacentibus prouinciis fuisse obuium omnino arbitramur. In hoc tractu, et quidem in inferiori episcopatus Monasterienſis parte, non procul ab Emsteck et Halteren locus *Fisebeck* quoque deprehenditur. gubernante Corbeiam Warino.

Hic idem pagus est, in quo *Saxones*, testante Ansgario nostro in *Vita et gestis S. Willehadi* p. 662. *crudelitatem, quam circa Magistrum* (Willehadum) exercere *nequiuerant, in discipulos ipsius exardescente ira feruentius exercuerunt. Si quidem Folcardum presbyterum cum Emmingo comite in pago denominato Leri, Beniamin autem in Cibbriustri, Atrebanum vero clericum in Thiatmarsgaho, Gerwalum quoque cum sociis suis in Brema, odio nominis Christiani gladio peremerunt.* Cum vero tam ex *Chronico Rastadensi Tom. II. Scriptorum Rer. German. H. Meibomii* p. 89, quam ex *Chronica Oldenburgic. Archicomitum* l. c. p. 131, argumentamur, eundem pagum *Leri* quoque dictum esse *Laris*, atque eiusdem incolas *Laringos*, et S. Ansgarius in *Vita S. Willehadi* p. 666 asserit, *Laras* pagum ad episcopatum Bremensem Willehadi (non totum, sed ex aliqua parte) relatum esse; ex eadem *Vita S. Willehadi* producemus villas, ad pagum *Laris* spectantes. Hæ sunt eæ, quas exhibemus. Memoratur autem

1) p. 680. *Sluttra*, hodie dicta *Sluer*, quæ non procul a castro Delmenhorst reperitur, vti patescit e *Chronico Rastad.* p. 98, et p. 100. seq. Hac in villa anno 1213 ab archiepiscopo Bremensi est castrum exstructum, quod postea a Stedingis destructum, ab archiepiscopo autem anno 1234 reædificatum, atque a Stedingis iterum destructum est, vti refert Henricus Wolterus in *Chronica Bremensi* T. II. Meibomii p. 56. et 58.

2) *Bokkenhusun* p. 681. esse *Bekehusen* videtur in comitatu Oldenburgico, Tom. II. Meibomii p. 110. 116. et 177.

3) *Falathorpe* p. 681. et 686. quæ villa probe discernenda est 1) a *Valedorf* in pago Norththuringi, dudum desolata 2) a *Valdorf* in comitatu Rauensbergico. Henricus, comes de Oldenburg, fundauit seculo XIII. monasterium virginum cistercienſis ordinis in *Vlote* intra diœcesin Mindensem, alias *Vallis Benedicta* dictum, quod postea translatum Remam et tandem *Valdorpium*. Hæc videtur fuisse villa nostra *Falathorpe*.

4) *Otishusen* p. 685. fortasse *Ostinckhusen* seu *Osteren* ad stagnum seu mare Dummer dici solitum.

5) *Habthoreinmod* p. 686. An *Hæde* ad mare Dummer? vel *Hagewede* in comitatu Diepholtano? vel *Hemsloh* in eodem comitatu? vel *Horsten* in comitatu Delmenhorst? Dauus sum heic, non Oedipus.

6) *Steinbike* p. 688. An *Steinbeck* in præfectura Welpe? an *Steinbeke* in præfectura Siecke? an pagus *Laris* fuit pagus maior, alios minores comprehendens?

7) *Rehtereflet* p. 688 nondum in notitiam fuit perducta.

8) *Eggrikenhusun* p. 689. villa fortassis est *Eggese* intra præfecturam Harpsted in comitatu Hoiano.

Præterea in diplomate comitis Walberti, infra §. 104. not. (u) adducto, quædam villæ reperiuntur, in quibus sita collegio Wildeshusano tradita sunt bona, quarum vna atque altera probabilissime ad *Leri* pagum referenda videtur. Huc faciunt sequentes.

1) *Holtrup*, quæ est vel *Holtrup* in præfectura Hoia, vel *Holtorp* in comitatu Diep-

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

Diepholtano, vel *Holtrup* in præfectura Vechte, vno milliari circiter distans a mari Dummer.

2) *Kedelholthuſen* esse videtur vel Holthusen in præfectura Hoia vel *Holthuſen* in præfectura Stoltzenau in comitatu Hoiano.

3) *Varendorp*, quæ esse videtur *Vorendorp* seu *Warendorp* in monasterienſi episcopatu, vel *Varendorp* in diœcesi Osnabrugensi, vel *Vaern* in præfectura Vechte.

4) *Eſtudkampe*. An indicatur *Esnſte*, intra præfecturam Tedinghusen sita? an *Eiſtrup* in præfectura Hoia? an *Elweskampe* vicus, in quo domini de Munchhausen anno 1443 a comitibus de Holstene et Schomborgh feuda tenuere, testante documento in *Hiſtoria des Geſchlechts der Herrn von Munchhauſen* im *Anhang* p. 65? an *Altenkampe* in præfectura Stoltzenau?

5) *Ruarothe*. An indicatur *Rodenbeck* in comitatu Diepholtano? an *Roden* in episcopatu Mindensi? An *Roden* in episcopatu Osnabrugensi? an *Rodene* in episcopatu Monasterienſi? an *Ridderade* in præfectura Ehrenburg? an *Rehtern* et *Rehden* in comitatu Diepholtano? an *Rehſe* in præfectura Comitatus Hoiani Steigerberg? an *Reerſen* in præfectura Siecke? an *Rade* castrum et præfectura in episcopatu Mindensi? an *Rittnem* in comitatu Oldenburgico? Delio vrinatore hic opus est.

6) *Saga* esse videtur *Sage* ad fluuim Leete inter Littel et Cnethem. *Schamwege* enim in præfecturam Ehrenburg, vel *Scharme* in comitatu Hoiano, vel *Schinna* intra præfecturam Stoltzenau, vel *Schiren* in præfectura Ucht seu Freudenberg, vel *Scholen* in præfectura Alten-Bruchhausen, vel *Scholen* in præfectura Ehrenburg, vel *Schenſen* in præfectura Stoltzenau, vel *Sieke* in comitatu Hoiano, vel *Siden* in præfecturis Nienburg et Sidenburg, vel *Segeberg* in præfectura Stoltzenau, vel *Suedwighe* in præfectura Hoia ad hanc villam congruere haud videntur.

7) *Gohenſtette* videtur esse *Goldenſted*, in comitatu Diepholtano sita, vel *Guilſtede* intra Rustringiam posita.

8) *Dunſtorpe*, villa, vocatur vel *Dungesdorphe*, de qua loquitur §. noster 35, vel *Dendorf* seu *Dedendorf* in præfectura Hoia, vel *Dierſtorf* in præfectura Stoltzenau, vel *Denſtorf* in comitatu Diepholtano. Præferendam existimamus villam postremam.

9) *Lutten* est *Lutte*, intra præfecturam Vechte conspicua, vel *Loder* in episcopatu Osnabrugensi, vel *Lotten* in diœcesi Mindensi.

10) *Golawiede* esse poterit vel *Golſwerden* in Stadlandia, vel *Goldern* in episcopatu Mindensi, vel *Galborn* in inferiori episcopatus Mindensis parte. Videtur Golswerden locus deligendus esse.

11) *Ibum* an est *Ippener* in præfectura Stoltzenau? An *Emen* in comitatu Diepholtano? Adridet potius Ippen et Ippenburg prope Osnebrugam.

12) *Berckſegen* an *Birſenhuſen*, an *Borgſtete* in præfectura Ehrenburg, an *Borchorſt* in præfectura Stoltzenau censeri debet? Singulas hasce villas ad pagum *Leri* relatas fuisse, audacter affirmare non audemus. Diploma ipsum id haud indicat. Nonnihil adhæc in ipso diplomate a descriptoribus deprauatum videtur. Sæculo nono non solebat scribi dominus, sed *domnus*. Alia momenta iam tacemus. Longitudo ergo et latitudo pagi *Leri* ex his villis addisci non poterit. Protrahere idcirco in lucem liceat nomina villarum, quas Saracho abbas in suo *Regiſtro B. et P. Abbatiæ Corbeienſis* intra pagum Leri exstitisse affirmat, vt quam late olim patuerit pagus ille, qui in aliqua parte tam comitatus Oldenburgici quam comitatus Delmenhorstani, nec non episcopatus Monasterienſis parte, olim fuit repertus, solidius intelligant vniuersi.

Hæ villæ in *Traditionibus* nostris, et quidem in hoc ipso §. nostro oculis obuersantur:

1) *Dungeſtborp*, quam esse vicum, iam supra nominatum *Dunxdorp*, nemo negare poterit, qui probabilitatem sectatur.

2) *Letiloun* villa §. 119 tribuitur huic pago *Leri*, quæ videtur esse locus Littel, ad fluuium Leete intra comitatum Oldenburgicum haud procul a Wetterborg conspicuus. Porro

3) reperitur §. 123 villa *Hundloun*, eadem ac illa, quam §. 27. deprehendimus. Hæc autem dicta fuit *Hundelen* seu *Hundloſen*, ad fluuium Hunta in præfectura Wildeshusen posita.

4) Videmus ex §. 165, villam *Redun*, *in pago Leri* sitam, spectasse ad quendam Hunoldum, quem pro fatore Oldenburgicorum comitum et regum Danorum habe-

habemus. Fuisse autem villam *Redun* vicum *Rheden* in comitatu Diepholtano, ibidem asseruimus. guber-nante

5) *Rotthingun* villam in eodem pago exstitisse, indicatur §. 241. Hæc villa videtur esse vel *Rehtern* in comitatu Diepholtano, vel, quod nobis probabilius videtur, vicus *Rodene* olim relatus ad præposituram Löningensem, quæ sita est in inferiori episcopatus monasterienſis parte et spectat ad nostram Corbeiam, tanquam membrum ad corpus. Corbeiam Warino.

6) Refertur §. 249. villa *Gerwardeshusen* ad pagum *Leri*. Per eam indicari putamus vicum *Gerden*, intra episcopatus Osnabrugensis terras haud procul a Schulenburg situm.

7) *Gnidun* §. 359. est *Cnethem*, locus ad fluuium Leete intra præfecturam Wildeshusen situs.

8) *Emsteki*,

9) *Hareburgun*, et

10) *Erelithe* §. 449. *Emsteki* est *Emsteck* in præfectura Vechte, non procul a Fiscbeck in inferiori episcopatus Monasterienſis parte. *Hareburgun* dicitur nunc *Herbergen* seu *Harbern* visiturque in comitatu Oldenburgico. *Erelithe* autem videtur esse *Leete* ad fluuium Leete in comitatu eodem Oldenburgico. In vtroque enim vico abbatia nostra habuit bona, vti *Registra* nostra *Bon. et Prou. A. C.* testantur.

11) Erat *in pago Leri* porro villa *Haildein*, testante §. 473. Hæc nunc dicitur vel *Holle* seu *Halten* in comitatu Oldenburgico ad fluuium Hunta, vel *Hatten*, locus in eodem comitatu, non procul a vicō Rittrum, positus.

12) *Dikessen* §. 478. erit vel vicus *Dieck* in præfectura Harpsted, vel *Dyck* in præfectura Vechte.

13) *Derigun* et *Derigun* §. 484. videntur *Daren* et *Daren* in eadem præfectura Vechte. Præter has villas in Registro abbatis Sarachonis excitato tribuuntur pago *Leri* villæ, sic enumeratæ:

14) *Berclage*

15) *Siuiueldon*

16) *Alehorne*

17) *Baginni*, atque

18) *Oidi*, quas inter videtur *Berclage* esse *Binklage*, *Siuiueldon Senuelt*, *Baginni Bakum*, atque *Oidi Oyt* in præfectura Vechte. Hisce rite ponderatis, neminem negaturum speramus, pagum *Leri* olim in aliqua episcopatus Monasterienſis parte et prouinciarum conterminarum exstitisse.

Plane autem ab hoc pago diuersus fuit *pagus Liergewe*, *Lirenze*, *Lieron*, seu *Lera*. Hunc enim ad oppida Brunsuicum et Wolfenbuttelam occidentem versus olim fuisse situm, iam supræ indicauimus. Atque vt hic situs reddatur euidentissimus, adducendæ in medium sunt villæ, quæ in documentis chartisque vetustis eidem pago tribuuntur. De pago Liergeuc.

Eæ sunt primum quidem *Folcmareshusen*, *Tritidi et Luttringesbringen*. Ita enim verba habent in clarisſ. Jo. Frid. Schannati *Corpore Tradit. Fuldenſ.* p. 313. num. 17: *Ego Marquart et vxor mea Engelburc donamus ad sanctum Bonifatium in villa Folcmareshusen et in villa Tritidi et in villa Luttringesbringen et in pago Lieron quidquid ibi habui in terris, campis, pratis, siluis, aquis, domibus et mancipiis.* Quo anno iste *Marquardus* hæc bona tradiderit, non patet. Nullus tamen dubito, quin ea *Marquardus* largitus sit, posteaquam Saxones nostri promissa dederant, sese militaturos esse sub optimi saluatoris Iesu Christi vexillo.

Addimus, *Marquardum in pago Lieron* proprietates suas ecclesiæ tradidisse Fuldensi vel seculo IX. vel X. vel XI. Ante medium seculi IX *Marquardum* Fuldenses his donis cumulasse, non ausim dicere. Infra enim e traditionibus nostris luculente patescet, bona, circa Brunsuicum vrbem in pagis *Derlingo* et *Northuringi* sita, referenda esse ad celebratissimum Ostfalorum ducem Hessi, qui, cum probabilissima ex suspicione vel in castro *Hebesheim* vel in castro *Asseburgo* domicilium suum habuerit, verisimillime quoque dominatus est *pago Lieron* seu *Liergewe*, in quo villa Stocheim visitur, quæ vix iter vnius horæ ab Asseburgo abest. Fortassis ergo et bona *Marquardi in pago Lieron* ex hereditate ducis Hessi profluxere, de qua hereditate infra fusius sumus tractaturi. Cum igitur progenitores comitum Northeimensium inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi numerati fuerint, vti infra §. 104. pluribus declaraturi sumus, in eadem autem Nort-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Northeimensium gente nomina *Marquardorum* fuerint vsitata, *Marquardus* ille ad eandem gentem referendus videtur, siue is fuerit primus siue secundus *Marquardus*. de vtroque vide §. 104. not. (l). De eodem *Marquardo* mentionem fieri putamus in iisdem Traditionibus Fuldensibus p. 300. vbi verba num. 1. sic habent: *Ego Marquart et vxor mea Engilburc donamus sancto Bonifacio nostram proprietatem in loco Lerin prouinciæ Saxonum iuxta fluuium Ouacra cum mancipiis.* De nostro pago *Lieron* in his verbis neutiquam sermonem esse, putamus. Docti quidam secus sentiunt. Sed *locus* non *pagus*, hic memoratur. At locus *Lerin* est vel vicus *Lere* in præfectura Campen, vel villa quædam desolata. Cum autem vicus *Lere* in præfectura Campen non ad *Ouaceram*, sed Scuntiram sit sita, et in Traditionibus nostris ad pagum referatur Derlingo; probabilissime locus *Lerin* trans flumen Ouacram olim exstitit, et quidem eo in loco, qui appellatur *campus alaudarum*, lingua nostra Saxonica dictus *dat Leerken-Feld*. Inde enatum fuit prouerbium, quo indicatur deceptionis artificiosæ modulus. Defraudare enim et vana spe lactare aliquem Saxonice est *enen int Leerkenfeld wisen*.

Hisce præmissis villa *Folcmareshusen in pago Lieron* est vicus *Volkersen*, ad fluuium Ouacram situs, eo in loco, quo cum hoc flumine miscetur Scuntira. Cum itaque hæc villa spectarit ad pagum *Lieron*, perperam eam retulit beatus Lauensteinius ad pagum Flutiwide. *Tritidi in pago Lieron* porro erit Drütte in præfectura Wolfenbuttelensi, cuius ecclesia coniuncta est ecclesiæ in Vümmelsen vico, qui vix iter dimidiæ horæ ab vrbe Wolfenbuttel abest. *Luttringesbringen* videtur esse vel *Listringen* in præfectura Woldenberg, vel *Lutterum* in eadem præfectura intra Hildesheimensis episcopatus terras, vel *Lettrum* intra præfecturam Lichtenberg in Wolferbuttelensi Principatu.

Porro ad eundem pagum *Lieron* seu *Liergewe* referuntur villæ *Bettingen*, *Sunnenbore*, *Gelideshusen*, *Suibbore*, *Tibidhuson*, *Tideshuson*, *Stocheim*, *Flotide*, *Gledinge*, *Rudetgledinge*, et *Laminart*. Ita enim verba sonant in clar. J. F. Schannati *Corpore Trad. Fuld.* p. 300. num. 4. *Odiltag et vxor eius Wentelswint tradiderunt Deo et sancto Bonifatio bona sua in pago Liergewe cum XX. villulis, hoc est, in Bettingen, in Sunnenbore, in Gelideshusen, in Flotide, in Tibide, in Gledinge, in Rudetgletinge, in Laminari, et marca villarum istarum.* *Odiltag*, qui bona hæc tradidit, fortassis est *Osdag*, qui in traditionibus nostris §. 104. inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi refertur, et §. 42. inter testes apparet, donationis, qua quædam a comite Thuringo in villis Neindorf et Kissenbruck, quæ non procul absunt ab vrbe Wolferbuttela, traderentur. Hoc stante argumento, eundem vixisse oportet anno 830 et sequentibus. Villæ, in quibus ille bona quædam largitus fuit ecclesiæ Fuldensi, sunt

1) *Bettingen*, quæ erit vicus *Beddingen* in præfectura Wolferbuttelensi, inspectioni Thidensi ecclesiasticæ submissus.

2) *Sunnenbore* erit *Sunnenberg*, cuius ecclesia innexa est ecclesiæ in Timmerlah intra præfecturam Wolferbuttele et ephoriam sacram Thidensem. Huius villæ mentionem iniecit Albertus dux Brunsuicensis et Luneburgensis anno 1313. Vide diploma in *Addendis* productum num. 59.

3) *Gelideshusen* villa esse videtur *Geitel* non procul ab vrbe Brunsuico.

4) *Suibbore* erit vicus *Swulper* ad flumen Ouacram, vnum milliare et quod excurrit ab vrbe Brunsuico discretus. Diuersa hæc villa videtur a villa *Suilbore*, cuius Traditiones Fuldenses l. c. p. 301. num. 17. meminere his verbis: *Egilbraht tradidit sancto Bonifatio bona sua in villa Suilbore in pago Lirenze.* Quemadmodum enim pagus *Lirenze* idem videtur fuisse, qui pagus *Liergewe*: ita villa *Suilbore* esse poterit minor, et villa *Suibbore* maior vicus Swulper. *Egilbrahtum* fuisse *Eilbertum*, qui in traditionibus nostris §. 111. inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi refertur, nobis probalissimum videtur. Vbi villæ

5) *Tibidhuson* et

6) *Tideshuson* steterint, in obscuro latet. Fortassis vna est Thibeck seu Thidebach, curtis iter dimidiæ horæ a vico Thide distans. Danhusen, illa sub inspectione Sesensi villa, nimis remota videtur, quam vt huc trahi possit.

7) *Stocheim* erit maior Stockheim ad flumen Ouacram inter Brunsuicum et Wolferbuttelam vrbes.

8) *Flotide* est maior vel minor Flöte intra præfecturam Libenburgensem in Hildesheimensis episcopatus tractu orientali.

9) *Tibide*

9) *Tibide* eſt *Tide* in præfectura Wolfenbuttel. Ibi eſſe Ephoriæ eccleſiaſticæ ſedem, res nota atque omnibus manifeſta eſt. gubernante Corbeiam Warino.

10) *Gledinge*, et villa

11) *Rudetgletinge* ſunt *minor* et *maior Gleie* intra præfecturam Wolferbuttel, ad Denſtorfenſem ædem ſacram delegatæ.

12) *Laminari* hodie nuncupatur *Lamme*, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in Denſtorf, pars inſpectionis Tidenſis ſacræ. Porro in viri maxime reuerendi et celeberrimi I. C. HARENBERGII *Hiſtoria Gandersheimenſi Diplomatica* p. 663. reperitur epitome litterarum, deſumta e diplomate cæſaris Heinrici, quod adſeruatur in tabulario cathedrali Hildesheimenſi, in quo ad pagum *Lera* atque ad comitatum comitis *Adalhardi* referuntur villæ, *Witungen*, *Dornzuni*, *Oſtwerdi* et *Durnidi*. *Adalhardus* comes videtur inter progenitores comitum de Sladem numerandus, ſiue ille fuerit Tammonis, ſiue Siberti, ſiue Burchardi filius. De Comitibus his infra exponetur pluribus §. 104. not. (w). Villæ, quæ in eius comitatu erant, ſunt dictæ

1) *Durnidi*, quæ probabiliſſime eſt vel maior vel minor *Dören* in præfectura Liebenburg intra Hildesheimenſis epiſcopatus terras:

2) *Oſtwerdi*, quæ eſſe videtur *Otvreſen* in eadem præfectura Liebenburg.

3) *Dornzuni*, quam habemus pro *Dornten*, præfecturæ eidem adnumeranda.

4) *Witungen* erit *Weddingen* in præfectura Widela in Hildesheimenſi epiſcopatu, vbi vero hodie eſt *commendataria* celebratiſſimi ordinis Teutonici, cuius inde ex anno 1746 eſt commendator dominus Fridericus Albertus Auguſtus liber Baro de Bothmar, ſpectans ad *Baliuiam* Saxonicam, cuius primarius commendator, vulgo dictus *Land-Commendeur*, erat 1746 excellentiſſimus dominus Auguſtus Wilhelmus de Grote, ſereniſſimi ac potentiſſimi regis magnæ Britanniæ Georgii II. præfectus militiæ Generalis, ordinisque Teutonici Eques, et commendator iu Lucklen et Langlen, qui ordini Teutonico anno 1728 die 6 menſis octobris fuit adſcriptus.

Ex his omnibus villis, ſub vnum conſpectum reuocatis, longitudo et latitudo pagi *Liergewe* euidentiſſime patebit.

Tandem vero eidem pago aliæ adſcribendæ ſunt villæ, quæ iam ineunte ſeculo XI in rerum natura exſtabant, et vndique villis, ad pagum *Liergewe* ſpectantibus, cinctæ erant. Inter has primum eſt caſtrum *Stedieraburg*, cuius prima vice anno 938 mentionem iniecit Chronicon noſtrum Mſctum, atque ex eo Widekindus noſter *Annal.* Lib. II. p. 645. Eo enim *anno 938 antiqui hoſtes Germaniæ Vngarii irruebant in Saxoniam, et, caſtris poſitis ſuper littus Badæ fluminis, inde in omnem regionem diffundebantur. Quodam die miſſus e caſtris hoſtium dux ſigna mouebat circa caſtrum, quod* STEDIERAEVRG *vocabatur. Cum autem ciues viderent hoſtes et ex itinere et ex pluuia, quæ eo tempore ingens erat, ſaucios, erumpebant portis, et primum magno clamore territantes, demum repente in aduerſarios irruentes, plurimis ex eis cæſis, et copioſa equorum multitudine cum ſignis quibuſdam capta, ceteros in fugam compellebant. Vrbes* HEBESHEIM *et* WERLA, *quas obuiam habuere animaduertentes hoſtium fugam, armis eos omnibus locis vrgebant, et, maxima ex illis parte proſtrata, ducem ipſum in quendam luti puteum cogentes oppreſſerunt. Altera autem pars exercitus arte cuiuſdam ſclaui in locum, qui dicitur* THRIMMINING, *deducta, difficultate locorum et manu circumfuſa armatorum, periit, timoremque nimium ceteris incuſſit, fuga ſalutem quærentibus.* Cum *Hebesheim* procul dubio ſit caſtrum *Hebesheim*, quod Chronicon laudatum refert ad *pagum Derlingo*, pago Liergewe contiguum: et *Werla* ſit palatium regium Werla, quod itidem ad pagum Derlingo ſpectare debuit; neminem negaturum ſperamus, caſtrum *Stedieraburg* olim ſtetiſſe in loco *Stederburg*, qui vſque in hodiernum diem fere inter Brunſuicum et Wolfenbutelam vrbes reperitur. Quia autem pagus *Derlingo* olim ſpectauit ad diœceſin Halberſtadenſem, cuius limes fuit fluuius Ouacra; procul dubio eapropter terminus pagi Derlingo extitit flumen Ouacra, hodie dictum *die Oker*. Cum porro locus *Stederburg* ad occidentalem partem fluminis Ouacræ ſit ſitus, atque olim ad diœceſin ſpectarit Hildesheimenſem; illum ad pagum *Liergewe*, non vero ad pagum Derlingo, referendum eſſe, putamus.

In eodem caſtro *Stederburg* anno 1000 comitis Altmanni filia Frederunda, adiuuante eius conſanguineo Bernwardo Hildesheimenſi epiſcopo, monaſterium ſacrarum virginum fundauit. Hoc monaſterium Heinricus rex anno 1007 con-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

firmauit diplomate reperiundo in *Leibnitii Script. Rer. Brunſ.* Tom. I. p. 851. Villæ in quibus eadem Frederunda manſos monaſterio ſuo tradidit, in eodem diplomate appellantur *Stederborch*, *Lindim*, *Thidi*, *Stedere*, *Northem*, *Stockem*, *Meinoluesrode*, *Regindegesrode*, *Herskesgebutle*, *Thuringesgibutle*, *Theletunnum*, *Rindum*, *Wagken*, *Meginnichebutle*, *Winnenroth*, *Brenhorſt*, *Hechorſt*, *Meynum*, *Smelcke*, *Onhorſt*, *Wendebutle*, *Deuangebutle*, *Bokele*, *Zinilike*, *Oztruo*, *Mislike*, *Dobirunke*, *Kipli*, *Mildanhouede*, *Kleſtenike*, *Palemke*, *Starbunde*, *Koſikeſtorp*, *Mapanttorp*, *Slitanuelt*, *Richaldesgebutle*, et *Dalhem*, vbi areas duas et *panſtal* duas tradidit. Inter has villas vndecim erant ad orientem ſuper fluuium Horam, hodie dictum *die Ohre*, ſitæ. Quænam reliquarum referri queant vel ad pagum *Derlingo*, vel ad pagum *Liergewe*, iudicare poteris, ſi probabili quadam coniectura indicauerimus, quænam loca ſub his obſcuris nominibus latere ſit veroſimile.

Lindim ſcilicet eſſe videtur vel *Linden* haud procul ab vrbe Wolferbuttela cis Ouacram flumen, vel *Oſter* et *Weſter-Linden* trans fluuium Ouacram in præfectura Lichtenberg. Si intelligitur *Linden*, cuius res ſacra ſpectat ad eccleſiam in Halchter, ea referenda eſt ad pagum *Derlingo*, non ad pagum *Liergewe*; ſin vna e poſterioribus denotatur, ea ad pagum *Liergewe* referri debet.

Thidi eſt vicus *Tidi* in præfectura Wolfenbuttel, de quo iam ſupra egimus curate.

Stedere eſt vel *Stehdem* in præfectura Peina in Hildesheimenſi epiſcopatu, quam autem villam malumus referre ad pagum *Falhen*, quam ad pagum *Liergewe*, quia teſte Sarachone in *Regiſtro B. et Prou. Ab. Corb.* villa *Sirikeshus*, hodie Sierſe, ſita non procul a vico Fürſtenau, ſpectauit ad pagum *Falhen*; quamuis non negemus, Sarachonem intelligere potuiſſe pagum generalem Falhon: vel *Stidige*, locus ſub inſpectione Thidenſi poſitus, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Geitel: vel *Stidden*, villa deſolata in præfectura Woldenberg. Fortaſſis intelligenda eſt villa *Stidige*, quæ non ad pagum Liergewe ſpectare non debuit.

Northem quoque referri poteſt ad pagum *Liergewe*: intelligi enim videtur *Norten-hof*, olim vicus cum eccleſia parochiali, teſte diplomate producto in Addendis num. 59.

Stochem eſſe poterit vel maior vel minor Stöcken ad fluuium Ouacram, quarum altera ad pagum Liergewe, atque altera ad pagum Derlingo referenda erit.

Meinoluesrode probabiliſſime eſt *Meluerode* villa, quæ cum cis fluuium Ouacram obuia ſit, ad pagum Derlingo referri debuit.

Regindegesrode videtur eſſe villa *Reingdageroth*, quæ anno 1031 ectabat ad eccleſiam S. Magni in villa Bruneswik. Hanc villam ſteriſſe ante portas Brunſuicenſes in loco adhuc dicto *der Rendesberg* ſeu *Rendelsberg*, aiunt, dicunt, ferunt, perhibent. Si vera homines, ita ſentientes ex fama, prædicant, hæc villa referenda eſt ad pagum *Liergewe*. Monaſterium S. Crucis, quod eo in loco adhuc ſupereſt, olim ſpectauit ad diœceſin Hildesheimenſem, vti diplomata huius cœnobii, quorum multa vidimus, comprobant. Ad diœceſin Halberſtadenſem non ſpectabat pagus *Liergewe*, ſed pagus *Derlingo*, ad quem itaque villam *Regindegesrode* referre nec volumus nec debemus.

Herskesgebutle eſt *Harxbuttel* cis flumen Ouacram. Referendus eſt itaque locus ad pagum *Derlingo*.

Thuringesgibutle videtur eſſe *Ribbesbuttel*. E *Thuringesgibutle* enim videtur primum ortum Ringsbuttel, et tandem *Ribbesbuttel*: quæ villa hodie ſedes eſt nobilium dominorum de Mandelslo. Eadem hæc videtur villa eſſe, quæ anno 1031 ſpectauit ad eccleſiam S. Magni in villa *Bruneſuuik*. Hæc villa procul dubio nomen accepit a quodam Thuringo. Quis ille fuerit, pro certo quidem dicere nequimus, probabiliter autem is fuit *comes Thuringus*, qui, codice traditionum Corbeienſium teſte, circa annum 830 ampliſſima bona in pago *Derlingo* ſita tradidit eccleſiæ Corbeienſi. Veriſimiliter hic idem Thuringus eſt is, cuius meminere Traditiones Fuldenſes. Ita enim illæ p. 301. num. 16. *Thurinc* et *Meginolt* (an hic frater Thuringi fuit, atque idem, a quo villa Meinoluerode nomen accepit?) *tradiderunt ſancto Bonifacio bona ſua in Rumereſileba et Tiuſlinga, quod eſt in pago Darlinga cum mancipiis XXXVIII.* item p. 304. num. 86. *Turinc de Saxonia tradidit Deo et ſancto Bonifacio in terminis Darlingen nouale, quod dicitur Duringesrod iuxta fluuium Oncra* (lege Ouacra) *quicquid proprietatis habuit cum mancipiis XL.* Item p. 304. num. 90. *Ego Durinc de Saxonia trado*

ad

ad ſanctum Bonifatium proprietatem meam in pago Saxoniæ in pago Darling, in locis nuncupatis Burg et Graſeloh quicquid habere viſus ſum. Cum comes *Thuringus* ſine liberis ſit mortuus, vti infra videbimus, ille omnia, quæ accepit ex hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi, monaſteriis Fuldenſi et Corbeienſi (et fortaſſe etiam quædam monaſterio S. Ludgeri ſito prope Helmſtadium) tradidiſſe videtur. E bonis ab eo large donatis probabiliter iudicari poteſt, quid ipſe acceperit ex hereditate Heſſi. Vnde porro concludendum eſt, quanta bona reliqui heredes ex hereditate illa acceperint, quantusque dominus fuerit ille celebratiſſimus Oſtfalorum dux Heſſi ſeu Adalricus. Diſtincte autem Traditiones Fuldenſes l. c. perhibent, villam *Duringerrod* fuiſſe ſitam in terminis pagi *Darlingen* iuxta fluuium Ouacram. Probabiliter itaque, hanc villam non procul abfuiſſe ab vrbe Brunſuico, et ad *Derlingo* pagum ſpectaſſe, contendimus. guber-nante Corbeiam Warino.

Theletunnum villa (ſi non legendum eſt *Veletunnum*) videtur *Debelen* ſeu Döbbelen ſacræ Scheningenſis inſpectionis, vel Tulau villa deſolata in ducatu Magdeburgico, eſſe.

Rindum probabiliter exiſtimatur eſſe *Ruhme*, vicus non procul a turri Wenden, teutonice dicta *der Wendenthurn*. Hæc villa in litteris feudalibus appellatur *Ruden*. Vnde fit vero ſimile, in autographo legi *Riudum*.

Wagken erit *Waggen*, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Hordorp, ſub inſpectione Campenſi adquieſcentis in Principatu Wolferbuttelenſi.

Meginsnichebutle villa nobis non eſt cognita. Fortaſſis illa in Bechtesbuttel ſeu Becksbuttel latet. Subeſſe videtur Wenigsbüttel.

Winnenroth eſſe videtur vel *Weienrode* vel *Wienrode* in Principatu Luneburgico. Vtrauis illa ſit, ipſa ad pagum Flothwitha, de quo infra pluribus exponemus, fuit referenda.

Brenhorſt villæ ſitum accurate indicare non poſſumus. Cum in præfecturis Gifhorn, Neubruck, et Meinerſen cis fluuium Aleram in Luneburgico Principatu reperiantur villæ *Danhorſt*, Dikhorſt, *Eikhorſt*, Flakenhorſt, Grauenhorſt, Hauikhorſt, Horſt, *Ohnhorſt*, Oldenhorſt, Plokhorſt, et forte plures aliæ villæ adpellationum deſinentium in Horſt, in quibus et villa *Brenhorſt* eſſe potuit, ſitum eius accurate indicandum relinquimus illis, qui eas regiones inhabitant vel indagant.

Hechorſt et *Onhorſt* ſunt iam nominatæ villæ; Nec non
Eikhorſt et *Ohnhorſt*.

Meinum eſt *Meine* in præfectura Gifhorn, et procul dubio locus ſpectauit ad pagum Derlingo, quippe qui pertinuit ad diœceſin Halberſtadenſem, de cuius limitibus infra pluribus diſſeremus.

Smelcke villæ ſitus, niſi deſignetur *Selchen* olim ſedes archidiaconalis in diœceſi Halberſtadenſi, nobis incognitus eſt.

Wendebutle probabiliſſime eſt *Weddesbutel*, et
Deuangebutle eſt *Edersbuttel*.

Bokele videtur villa deſolata eſſe, olim obuia non procul a caſtro Gifhorn, in traditionibus noſtris relata ad pagum Derlingo.

Zinilike an eſt zilly? vel Solpke in veteri marchia?

Oztruo an eſt vna e duabus villis deſolatis, quas nominant
Ortshus, et non procul ab Hundisburg et Rotmersleben exſtitiſſe referunt? an *Oſteren* non procul ab oppido Stendel in veteri Marchia?

Mislike referenda videtur inter villas, quas ſupra fluuium Horam ſitas fuiſſe, cum auctore *Chronici Stederburg*. T. I. Leibn. p. 851. iam ſupra diximus.

Dobirunke an fuit *Damke*? an *Danneke*? an *Dermbeke* in veteri Marchia?

Kippli an Copnik fuit?

Mildanhouede an Meſſehof eſt non procul a vico *querum* in Principatu Wolferbuttelano ſitum?

Kleſtenike fortaſſis eſt *Kleiſto*, villa deſolata in veteri Marchia.

Palemke an *Belen* fuit non procul a loco Ehra? an *Beltkow* locus, cuius meminit cel. Waltherus in *Singular. Magdeburg.* P. VII. p. 94? an *Belkow* in veteri Marchia? an *Pechule* in ducatu Magdeburgico? an *Pollize*? an *Porzan* in præfectura Caluör?

Starbunde villa nobis quoque incognita eſt. Ad ſiluam Thrimmining reperitur *Sachau*. *Satuelle* non procul ſita fuit ab oppido Caluör. *Schernikau* præſto eſt in veteri Marchia.

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et manſoſ II cum omnibuſ adiacentiiſ eiuſ teſteſ boſter albmaruſ ragenbalduſ dudo herraduſ.

§. 36.

Tradidit Oto quidquid habuit in *pago haſugo* (E) ea tamen ratione ut quam diu uixerit ipſe poſſideat quod ſi filioſ habuerit irrita erit traditio ſin autem firma permaneat teſteſ *bernharduſ comeſ* (F) tetto unno adalheri marcbodo belto benni delo teodharduſ herbert ay magneruſ uuicger tudo ricbold thancal teoduual tancuuard mathlec aio ado ricuual abbo hauuald.

§. 37.

irminuuarduſ et adaluuarduſ tradiderunt manſum unum in *ſtotinghuſ* (G) teſteſ todi mainharduſ addic mainuuarduſ.

§. 38.

Tradidit ben pro fratre ſuo gerlero in *ſneuidi* (H) partem ipſiuſ teſteſ renolduſ ſolchriduſ rodharduſ fredericuſ.

§. 39.

Schirnau in eadem regione villa deſolata eſt. *Stemmeren* olim fuit in præfectura Weferling, et dudum exciſa eſt. *Steinuorde* inuenitur ad flumen dictum *die Ohre*. In *Salzmunde* quondam Magdeburgenſes archiepiſcopi bona poſſidebant. Indicatur fortaſſis vna ex his, vel altera.

Koſkèstorp vero eſſe videtur vel *Karstorp* villa deſolata in præfectura Hötensleben, vel *Kesdorf* vicus non procul ab oppido Vorsfelde ſitus, vel *Keyendorf*, villa deſolata, olim intra veterem marchiam poſita.

Mapanttorp videtur eſſe *Mackendorf*, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Saalsdorf intra ephortiam Königslutterenſem et in præfectura Bardorf non procul ab oppipo Ouesfelde; vel *Meizendorf* in præfectura Wolmirſted intra ducatum Magdeburgicum; vel *Metzdorf* intra veterem Marchiam.

Slitanfeld an eſt *Stelfeld* in ducatu Magdeburgico non procul a Wolfsburg? Huius mentionem iniecit S. Waltherus in *Singul. Magdeb.* CVII. p. 70.

Denique videtur *Richaldesgebutle* eſſe Rötgesbuttel intra præfecturam Gifhorn. *Dalhem* eſt Saltzdalem prope Wolferbuttelam, vbi *duæ Panſtal*, id eſt, caſæ ſalinæ, vulgo *Saltzkoten* dictæ, in quibus ſal excoquitur, indicantur. Hæc adduximus, vt alii in ſitum harum villarum ſtudioſius inquirant.

De pago Haſugo. (E) De pago *Haſugo* vide infra §. 139. Docemus ibi, hunc pagum fuiſſe eumdem, quem alii dicunt *Heſſigau*, *Haſſigaui* aut *Hofgau*, Salam inter et Wipperam atque Unſtrut fluuios diffuſum.

De comita Bernhardo. (F) Nihil impedit, quo minus per hunc *Bernhardum, comitem*, deſignatum putemus filium Unwani et Gislæ, nepotemque et Albionis principis, et Heſſi ſeu Eſiconis ducis. Cum enim illorum bona fuerint ſita in pagis *Haſſugo* et *Sueuon*, idcirco hic *Bernhardus* inter teſtes reperitur. Sane nobis tantum eſt iuris, et fortaſſe maius, hoc affirmandi, quantum aliis illud in dubium reuocandi.

De villa Stotinghus. (G) De villa *Stotinghus*, quam Saracho refert ad pagum *Auga*, vide infra §. 259. Villa deſolata indicatur, olim intra diœceſin Corbeienſem obuia.

De villa Sneuidi. (H) Villam *Sneuide in pago* exſtitiſſe *Logne*, docuit nos Saracho abbas in præſtantiſſimo ſuo *Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis*. Eadem ergo villa denotatur, quæ ſupra §. 26. appellabatur *Sneuithi*, quamque idem Saracho ad eundem refert pagum *Logne*. Hæc villa nulla alia eſſe poteſt, niſi vicus Schneen, ſiue maior ſiue minor, ſub præfectura Friedland in principatu Gottingenſi, Principatus Calenbergici parte.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 39.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit hildibert pro anima helprit in *odonhuſ* (I) tertiam partem de manſo uno teſteſ *hampo* (K) eluing marcbodo *liudolf* (L)

§. 40.

Tradidit beuo tertiam partem de omnibuſ quae habuit in *iconrode* (M) teſteſ redman thiodger uuerindac gichi ſehard *reinold* (N) teodger adaluuard herric alacdag hrothard.

§. 41.

Tradidit *brun* duaſ parteſ de manſo in *ſcerua* (O) cum homine nomine

(I) Villæ quædam, *Odenhus* dictæ, in his traditionibus ſæpius recurrunt. Supra §. 24. erat *Odenhus* in pago Darlingo, infra §. 45. erit *Odnothesbus* in pago Ahugo, et §. 49 *Odonhus* villam ſine pago, vti etiam hoc loco, inuenimus. Vna eademque villa vbique per villam Odenhus ſubaudiri non poteſt. Memoratu illud quoque dignum eſt, in Regiſtro noſtro MSpto villam *Odenhuſen in pago Heſſi* ſitam inueniri. Porro autem ex veterum documentis annotauimus 1) *Obndenhuſen* ad ſiluam Harciniam, 2) *Odenhuſtum* ad Rhenum, 3) *Odenhauſen* in Haſſia ditionis Caſſelenſis, vulgo nominatam Udenhaſen ſeu Uenhaſen, 5) *Odenhuſen* in epiſcopatu Hildenſemenſi intra pagum Ambergau infra Seſam vrbem, 6) *Ottenhuſen* haud procul a ſaltu Sollingano, et 7) *Odershuſen* ſeu *Odaſſen* in præfectura Rotenkirchen in ducatu Grubenhagico, quæ ad annum 1513. adhuc Odeſſen ſcribitur; quæ vero Ottenhuſen, num. 6. obuia, eſſe non videtur. Si ergo quæritur, quænam villa per Odenhus deſignatur, reſpondemus, nullam poſſe aliam intelligi, niſi Odenhuſen in pago Heſſi ſeu Odenhauſen ad ſiluam Reinhardswald ditionis Caſſelenſis, vti comprobat noſtrum *Regiſtrum*. De villa Odenhus.

(K) *Hampo* nomen eſt proprium, vti hic vides. Fortaſſis ab eo vel ab alio villa *Hampenhuſen* in *pago Nethga*, in qua et noſtra Corbeia bona quædam habuit, quæque olim referebatur ad hereditatem comitis Sigefridi, quam emit comes Hermannus de Winzenborg, a quo ad Heinricum Leonem peruenit, nomen accepit. Anno 940 erat quidam Hampo comes in pago Nethga. An hic comes noſtri Hamponis filius vel nepos fuerit, iudicent alii. De Hampone.

(L) Probabiliter hic *Luidulf* ſeu Luidolfus non eſt alius, niſi frater abbatis Warini, poſtea comes, fundator abbatiæ Gandeſienſis et dux Saxoniæ orientalis. De Luidolfo.

(M) *Iconrode* villa deſolata eſt, eratque olim *in pago Auga*, teſtante noſtro *Regiſtro*, inuenienda in ſaltu Sancti Spiritus, vulgo dicto *das Heilige Geiſt - Holtz*, vno milliari ab vrbe Huxaria et noſtra Corbeia diſtante. Fuit autem ſita in loco adhuc nominato Ickenrode, vti noſtra atteſtantur diplomata Corbeienſia. De *Beuone* nepote Brunonis, filio Ecberti, ac fratre Luidolfi, ducum, infra agemus pluribus. De villa Icanrode.

(N) *Reinoldi* nomen in genealogia comitum Daſſelienſium valde vſitatum fuit, licet in Jo. Lerzneri Genealogia, quæ quoad maximam partem ficta eſt, tantum vnus Reinoldus occurrat. An vero hic Reinoldus, qui vnus idemque videtur cum Renoldo §. 34 obuio, inter progenitores comitum Daſſelienſium referendus ſit, incertum eſt.

(O) *Brun* ſeu *Bruno* e familia ducis Ecberti procreatus eſſe videtur. Fortaſſis ipſe frater erat ipſius Ecberti ducis, a patre Brunone, poſſeſſore celebratiſſimi caſtri Brunonisburgi, ita appellatus. *Scerua* enim villa in *Regiſtro* noſtro *intra pagum Heſſe Soxonicum* ponitur. Deſignatur *Scherbe* ſeu Scherue in epiſcopatu Paderbornenſi ſita, vno milliari ab oppido Peckelſen diſtans. Progenitores autem imperatoris Heinrici aucupis ampliſſima bona poſſediſſe in pagis Auga, Nethga et Heſſi, ex traditionibus hiſce paſſim palam fiet. De Brunone.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

mine heio teſtef folcuuer dudil oſic reinheri altbern thancred item tancred folcher eiluuard.

§. 42.

Tradidit *thuring comef* (P) quidquid habuit in *chirſenbruege* (Q) et in *nienthorpe* (R) cum hominibuſ ibidem manentibuſ ea tamen ratione ut quamdiu uixerit ipſe poſſideat poſt cuiuſ obitum ſi uxor ipſiuſ eum ſuperuixerit et in uiduitate permanere uoluerit ipſa etiam uſque ad obitum ſuum poſſideat ſi autem maritauerit ſtatim ad monaſterium reuertatur hereditaſ teſtef *immed* (S) *oſdac* (T) radulf dodo iſi alfuuard idi folcrid retheri uuiching

De comite Thuringo, et villis Chirſenbruege et Nienthorpe.

(P) (Q) (R) Vt hunc *comitem Thuringum* eo curatius noſcamus, neceſſe eſt, prius villas, e quibus ipſe noſtræ Corbeiæ hereditatem ſuam tradidit, explanemus. Hunc autem locum agere de hereditate huius comitis *Thuringi*, ex §. 140. in quo hæc traditio ſignificatur denuo, omnino diſcimus. Inde non ſine ratione colligimus, hunc comitem *Thuringum* plura alia bona in eadem regione, in qua hæc donata exſtitere, ex eadem hereditate accepiſſe et poſſediſſe. Fuiſſe autem eandem hereditatem ducis Oſtfalorum Aſig, infra §. 104 demonſtrabimus. Inquiramus igitur oportet in ſitum villarum *Chirſenbruege* et *Nienthorpe*, vt manifeſtum fiat, in quanam prouincia hic comes ſuam hereditatem habuerit. Si ergo animum noſtrum ad villam *Chirſenbruege* reuocamus, nomen ei inditum a ponte videtur: *Bruege* enim idem eſt ac *Brücke*, latine *pons*. Ex eo non inepte colligitur, hanc villam ad flumen quoddam exſtitiſſe. Cur enim pontem facere neceſſe erat, ſi hæc villula non ad fluuium quendam ſteriſſet? Si itaque ad flumen Ouaccram, hodie dictum *die Ocker*, haud procul ab vrbe Wolffenbuttela vicus *Kiſſenbrück* reperitur, eundem eſſe *Chirſenbruege* non inconuenienter quis perhibere poſſit. Vt hoc eo probabilius reddamus, prouocamus partim ad *Regiſtrum* noſtrum, in quo hæc villa in pago Derlingo collocatur, partim ad villam *Nienthorpe* in eodem pago obuiam, quæ ſine dubio vico Chirſenbruege adiacens villa fuit. Intelligimus ergo per hanc vel *Neindorp* villam propinquam, vel *Neindorp*, villam deſolatam, in agris Scheppenſtedenſibus quondam conſpicuam in loco dicto *das Neindorperfeld*. Sane illa regio, in qua hæ villæ fuere, quondam pagus Derlingi appellata eſt. *Comes* itaque *Thuring* vel in pago Derlingi tempore imperatoris Ludouici pii comitatum ſuum habuit, vel prædia quædam in eo poſſedit. Probabiliter ab eo nomen ſuum accepiſſe exiſtimantur villæ *Thuringesbutli* et *Thuringerode*. Id quod longe veroſimilius eſt, quam ſine vllo teſtimonio antiquorum cum beato *Lauenſteinio* perhibere, Thuringos populos olim has regiones coluiſſe, quia locus, qui *Duringerode* appelletur, in iis reperiatur. Sed, his remotis, intermittere non poſſumus, quin adhuc quædam, ſed meras coniecturas noſtras, eruditis autem fortaſſe non ingratas, de villa *Chirſenbruege* addamus. Antiquiſſimis temporibus, inprimis ætate Cornelii Taciti, ſummi apud Romanos Hiſtorici, has regiones *Cheruſcos* poſſediſſe, in noſtra Hiſtoria Corbeienſi demonſtrauimus. An itaque nomen *Chirſenbruege* idem eſt, quod cheruſcorum pons? Neque plane abſonum, neque valde improbabile pronuntiatu id erit. Sane neque Wolferbuttelæ neque Brunſuici, tempore imperatoris Ludouici I, pontem fuiſſe ſuper Ouaccra, aſſerendum eſt, quia id omnes tacent annales. Adde quod iis temporibus nec Wolferbuttela nec Brunſuicum vrbes exſtiterunt; ſed caſtella Aſſeborg, Alabure et Hebeshem præcipua loca fuere in eo ad Obacram tractu.

De comite Immado.

(S) De comite *Immado* vide ſupra §. 4. not. (h). Hic comitatum ſuum habuit in pagis Hardego et Falhen. Hic inter teſtes reperitur. Id quod noſtram aſſertionem, qua per Chirſenbruege et Nienthorpe, Kiſſenbrück et Neindorp haud procul ſitam debere intelligi, eo probabiliorem reddit.

De Oſiaco.

(T) Infra §. 104. quidam *Osdac* inter conſanguineos abbatis Corbeienſis Warini, et ducis Luidolfi refertur. An is idem ſit atque hic, certo affirmare non poſſumus. Interim vide §. 44. not. (w) et infra §. 284, vbi inter Billinganos eum retulimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uuiching hilduin liutger althard uuulfric ricmund redfrid *uuicbert* (U) badered uualdric fiuuan. gubernante Corbeiam Warino.

§. 43.

Tradidit hrodulfuſ in *bochem* (V) manſum unum teſteſ uuulfheri folcuuard grinheri hunuuard folcheri feriger bedic uuidugo hemmo eilbold.

§. 44.

Tradidit *oſdag* (W) in uilla *uualdiſleif* (X) ſimiliter uiginti et quatuor hominef quorum iſta ſunt nomina oſdag halecbern thiadulf oſuuig meindag ſoduuert tutto landuuerc et fratref eiuſ fridugert oſmer germer uuilhund bruni elli adalger *othret* boſuc alfred uuicred brunger et fratref eiuſ adalger berenger thiadger teſteſ tudo hiduuini uuicbern reinhern io eirbert tadil uuilram fridugert.

§. 45.

Tradidit arnulf in *pago ahugo* (Y) in uilla *odnotheſhuſ* (Z) manſoſ II et iurnaleſ VI pro ſe et fratribuſ ſuiſ teſteſ arnulf arnold aſculf maccula ſolcold kedi riculf bennica.

§. 46.

Tradidit andger in *uualdgereſleuo* (a) quidquid habuit teſteſ marcuuard deddo rothat hrothard uuerin.

§. 47.

(U) *Wicbert* an filius Widekindi M. fraterque Immadi comitis fuerit, iudicent alii. Fortaſſis Immadus, filius Widekindi natu maximus, ipſe fuit. De Wicberto.

(V) De villa *Bochem*, in pago *Nethga* obuia, vide infra §. 98. De villa Bochem.

(W) De *Oſdago* vide ſupra §. 42. not. (T). Eum præpotentem virum fuiſſe, ex hac traditione quoque apparet, quippe qui tam multos homines proprios elargiri potuit, quorum tamen multos ſine dubio ipſe ſibi retinuit atque reſeruauit. De Oſdago.

(X) De villa *Waldisleif* iam ſupra §. 28. egimus, ad quem curioſum lectorem remittimus, qui ibi docetur, eandem villam in *pago Norththuringi* quondam exſtitiſſe. Id ipſum comprobatur noſtro Regiſtro ſæpe iam excitato. De villa Waldisleif.

(Y) (Z) Quanam in regione *pagus Ahugo* ſit conſtituendus, nos ignorare fatemur. D. Editor *Originum Pyrmont.* p. 13. ſeq. eundem pagum in regione Wiſeræ, vbi præfectura Forſt eſt ſita, videtur collocare. Sed in terra ibidem obuia nullus reſtat locus, in quem poni poſſit pagus, niſi, hunc in aëre verſatili locandum eſſe, crediderimus. Cum enim pagus Logne ad Wiſeram vſque, et ad locum Bodenfelde procurrebat; ibidem vero *pagus Auga* in villa *Wirieſi*, hodie Wirjeſen, e regione Heriſtalli Saxonici, quod Viſurgis tantum diuidit a Wirjeſi villa, rurſus habebat initium, et ex hac parte Viſurgis in Solingano ſaltu deſcendebat vſque ad villam *Illiſam*, villam deſolatam intra Solingum in loco dicto adhuc *die Ilſen-* ſeu *Ilſchengrund*: porro in eodem tractu ad villam *Sundereſſun* intra campum Bruckenfeld in loco dicto Sunderen, et deinde (vt alias taceamus) villam *Aldenthorp* ad Holtzmindam oppidum, et ſeptentrionem verſus *Varſtan*, id eſt, præfecturam Forſt eodem in *pago Auga* inuenimus, nullus locus reliquus eſt, in quo *pagus Ahugo* ſit collocandus. Verſus meridiem enim, ſi hæ regiones a ſtante in ipſo monaſterio Corbeia proſpiciuntur, erat *pagus Suilbergi* in comitatu Daſſelienſi et ſaltu Sollingano, verſus orientem autem *pagus Wikanuelde* in præfectura Wickenſen, quippe in quo fuerunt *Nigunburni* (Negenborn), *Aldanthorpe* (Stadt Oldendorp), *Aſchereshuſen* (Eſchershuſen), et *Goldbiki* (Golmbach), iter dimidiæ horæ ab Amelunchsborn monaſterio diſtans, a monaſterio Corbeia vero tantum duo milliaria. Diſcedamus ergo in præſentiarum ab *Ahugo* pago, alio tempore in ſitum eius ſtudioſe inquiſituri. Interim confer infra §. 208. not. (+). Mappas geographicas Homannianas vicina Holtzmindæ loca vitioſe exhibere, obiter indicamus. De pago Ahugo et villa Odnotheshus.

(a) *Waldgeresleuo* villa a quodam Waldgero denominata eſſe videtur, quis autem is fuerit De villa

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 47.

Tradidit *immaduf comef* (b) quidquid habuit in uilla *lithingi* (c) *in pago falhen* teſtef *thuring comef* (d) *amalung comef* (e) ſime bado uuilheri tanchard ethelin uuulfhard uulfmer thiadric bernhard hildiuuard reinheri albmer.

§. 48.

Tradiderunt duo fratref *arnulf* et *beiur* pro patre ſuo *meinulfo* quidquid habuerunt in *ſcherua* (f) teſtef bodo ſibold uuicmer eilhard *uuikric* herimer *benmic*

Waldgeresleuo.

fuerit non liquet. Teſtante noſtro Regiſtro ea erat in *Norththuringia.* Similitudinem eadem villa habet cum Fallersleben, quarum altera olim fuit haud vbi procul Helmſtadio, altera non procul ab oppido Aſchersleben. Felgeleben iacet inter Salza et Barby, atque hæc noſtra villa videtur.

(b) De *comite Immado* vid. ſupra §. 4. not. (h) et §. 42. not. (s) vbi diximus, eum probabiliter ad ſtemma Widikindeum eſſe referendum. Fortaſſis Immadus hic filius Widekindi natu maximus erat. Et ſane illuſtris Jo. Georg. ab Eccard, ſi adhuc in viuis foret, de hoc minime dubitaturus eſſet.

(c) De pago *Falhen* intra ducatum Brunſuicenſem et epiſcopatum Hildeſienſem vide ſupra §. 35. not. (D) vbi, *Lithingi* villam, Ledingen in ducatu Brunſuicenſi vicum in inſpectione Barum eſſe, aſſeruimus.

(d) De *comite Thuringo* vid. ſupra §. 42. not. (P) (Q) et (R)

De comite Amalungo.

(e) *Amalungum comitem* inter progenitores ducis Saxoniæ Hermanni Billingi eſſe referendum, infra §. 92. et §. 125. demonſtrabimus. An *comes Amalung* hoc tempore comitatum ſuum habuerit vel in *pago Falhen*, vel in *pagis* eidem contiguis, *Saltgewe* et *Flotvvita*, de quibus infra copioſius, non liquet.

De villa Scherua et S. Meinulfo.

(f) Supra §. 41. Bruno quidam, quem, quantum coniectura auguramur, fratrem ducis Ecberti fuiſſe aſſeruimus, in villa *Scerua* duas partes manſi tradiderat. Iam addunt *Arnulf Beiur* et *Aldger* quædam, et infra §. 77. Wichmannus quidam, et §. 327. Thiadhardus etiam, ita large et effuſe eadem ex villa ſua munera cumulant, vt tandem abbatia noſtra *officium* quoddam in villa eadem acquiſiuerit, de quo in Hiſtoria Corbeienſi fuſius agemus. Iam quæri poteſt, quisnam hic *Meinulfus* fuerit, pro quo eius filii bona ſua in *Scherua* tradiderunt. Quodſi adfirmamus, *Meinulfum* fuiſſe *filium Brunonis* Angariorum ducis, apertiſſime et planiſſime ſtatim quæſtionem motam explicaſſe videmur. Sed vlterius quærendo inſtari poteſt, an hic *Meinulfus* a *S. Meinulfo*, conditore monaſterii *Bodecenſis* in epiſcopatu Paderbornenſi, diuerſus fuerit? Vt ergo rem obſcuram et tenebricoſam, nec omnibus ſatis perſpectam, patefaciamus, quærendum eſt primo, quisnam *S Meinulfus* fuerit, vt planum fiat, an ille cum noſtro *Meinulfo* vnus idemque ſit, nec ne. Audiamus ergo primum Gobelinum Perſonam in *Cosmodromio* ætate VI. cap. 40. Tom. I. Script. Rer. German. Meibomii f. 240. ita differentem: *Carolus poſtquam Weſtphalos ſubegit, S. Meinulphum de fonte leuauit, et matrem eius Wichtrudt dictam, patre eius iam defuncto, in ſuam protectionem recepit: quonium frater mariti defuncti vim ſtupri ſibi conabatur inferre. Hic Meinulphus nobilibus parentibus exortus, archidiaconus in eccleſia Paderbornenſi, de bonis paternis monaſterium monialium, ſeu canonicarum regularium, in villa Vodicken* (lege Bodicken) *Paderbornenſis diœceſis, fundauit et dotauit, quod vſque ad tempora noſtra perdurauit: nunc vero non hoſtium incurſu forinſeco, ſed tinea attenuatum intrinſeca, deſolationi proximum eſt. Meinulphus poſt mortem et in vita miraculis clariſſe legitur; et natalis dies eius quinta die menſis octobris in diœceſi Paderbornenſi celebratur.* Hiſce cum dictis conferenda eſt vita *D. Meinulfi*, quæ apud Bowerum in *Siderib. Illuſtrib.* et Surium ad V. octobr. exſtat, itemque *S. Meinulfi* Vita Sigewardi, quam poſſideo MSctam. Ex hiſce patet, *S. Meinulfum* circa *annum 776 vel ſeqq. natum eſſe patre, e prima nobilitate Angariæ potentiſſimo*, et *matre ſplendidiſſima Wichtrud, ad quam patre Meinulfi defuncto, cum frater eius*, (an Widekindus a nobis infra §. 104. not. (n) memoratus?) *numina fictosque*

Deos

Deos adhuc colens, accederet, per vim ſtupro eam comprimere voluit. Quod factum auerſata mulier, vt primum e ſtupratoris manu euaſit, Carolum M. e veſtigio adiit, et, quæ angor inter lachrimas dictauit, libera voce prolocuta eſt, vindictam et tutelam a cæſare petens. Atque vt imperatoris animum eo facilius inflecteret, MEINVLFVM *filium in cæſaris conſpectum ſecum adduxit. Carolus dictis eius obtemperans et* MEINVLFVM *in tutelam ſuſcipiens mandat, vt ſacro lauacro abluceretur* MEINVLFVS, *quia eodem nondum regeneratus erat. Quibus peractis cæſar Meinulfum ſacerdotibus erudiendum commendauit.* Maturiorem factum *Meinulfum* matrimonium contraxiſſe cum virgine aliqua nobili, non quidem addunt ſcriptores eius vitæ; nihil tamen videmus, quod eius ſanctitati obeſſe potuerit, etiamſi hoc de eo ſuſpicemur. Qui vitam eius ſunt perſecuti, referunt, eum poſtea præclaræ ſanctimoniæ bonæque indolis ſpecimina dare cœpiſſe, atque ſacerdotibus Paderbornenſibus fuiſſe adſcriptum. Id vtique fieri potuit ab eo, qui vxoris conſortio orbatus fuerat. Hoc adfirmare licet, Baduradum, epiſcopum Paderbornenſem, anno 836 eum in Galliam ablegaſſe ad Cenomanos impetratum reliquias S. Liborii. Heic etiam *S. Meinulfus*, vt illas ab epiſcopo Cenomanorum Albrico impetraret, in ecclaſia S. Vincentii vouit, ſe in fundo patrimonii ſui et ex paternis bonis virginum ſacrarum monaſterium in loco, qui dicitur *Bodicon*, erecturum. Id opus *Meinulfus* ſequenti anno, voto ſic vrgente, aggreſſus eſt, condiditque monaſterium Bodecenſe, inprimis vſus conſilio atque auxilio Corbeienſium noſtrorum, inter quos abbas Warinus eius conſanguineus erat. Operi monaſterii et baſilicæ abſoluto ſuperſtes fuit. Nam ad 4 Id. nouemb. baſilicam dedicari fecit, et id in cœnobium virgines ſanctimoniales, quas collegerat, introduxit. Hiſce peractis, *Meinulfus* nihil ſibi ſanctius fore fuit arbitratus, niſi vt religionem Chriſti inter Saxones diſſeminaret, et rudes hominum animos, quos ætas illa ex cultoribus numinum commentitiorum Chriſtianos formabat, legibus Saluatoris noſtri excoleret, quo in curriculo ſe adhuc per aliquot annos exercens tandem conatis fuit immortuus. Eum cœlo illatum fuiſſe, ſperamus. His igitur omnibus ceterisque, quæ de procuratoribus prædicti monaſterii (quibus in circumiacentibus villis bona ſua contulit, vt ex iis monaſterio Bodecenſi adminiſtrarent) atque de prouida diſpenſatione *Meinulfi* proferuntur, rite ponderatis, nemo negarit, *S. Meinulfum* egiſſe præpotentem atque diuitem dominum in monaſterii Bodecenſis regione. In hac ipſa villa *Scherua* reperitur. Incredibile ergo eſſe putamus, noſtrum *Meinulfum* fuiſſe alium, atque *S.* illum *Meinulfum*, cuius filii in villa *Scherua* bona ſine dubio paterna, abbatiæ noſtræ donarunt. Sed obiicies id forte nobis, dictitant et ipſi docti Paderbornenſes, *S. Meinulfum* anno demum 847 fuiſſe mortuum, ex noſtra vero traditione videri, *Meinulfum* tunc non amplius fuiſſe in viuis, cum hæc tradebantur. Reſpondemus primo, neutiquam id apparere ex traditione noſtra. Infra enim exempla occurrent, quibus demonſtrari poteſt, filios pro patre, et patres pro filiis quædam donaſſe, quamdiu patres filiique viuebant. Deinde fieri potuit, vt fama ad aures *Arnulfi* et *Beiur* ſit perlata, patrem eorum, inter Cenomanos degentem, vitam cum morte commutaſſe, qua filii eius, fortaſſis natu maiores, ad promouendam ſalutem animæ patris *Meinulfi* videntur permoti. Tandem vero biographi *S. Meinulfi* annum emortualem eius non exprimunt. Omnia ergo, quæ attulimus, cum nullo melius conueniunt, quam cum filio potentiſſimi in Angaria *Brunonis*, pro cuius filio *S. Meinulfum* tam diu habemus, donec euidentiſſime comprobetur contrarium. Hæc autem noua opinio, ſimulac ea eſt certa, ad multas hiſtoricas veritates viam aperit. In præſens tantum afferemus, hinc definiri poſſe, quænam fuerit mater ducis *Ecberti*, auia *Luidolfi ducis* et abauia *Heinrici aucupis*. Recentiores Hiſtorici omnes eam *Giſelam* ſeu *Haſalam* appellant. Ex dictis vero apparet, genuinum eius nomen fuiſſe *Wichtrud*; atque, vt tandem quædam ad continuandam genelogiam *S. Meinulfi* noſtri producamus, filius eius *Arnulf* idem videtur fuiſſe, qui ſupra §. 45. in villa Odnotheshus in pago Ahugo abbatiæ noſtræ manſos duos tradiderat. Vterque vero, tam *Arnulf* quam *Beiur*, fratrem habuiſſe videntur *Wichmannum*, qui, §. 77. teſte, in villa Scherua bona ſua abbatiæ noſtræ donauit. *Beiuri* filius eſſe videtur *Beiur*, qui §. 237. in Mulinhuſen quædam tradidit. Arnulfi autem filius eſſe potuit *Eilbertus*, cuius filius *Hadoldus* in Grimileshuſen (Grimmelſen ad Dimolam) §. 141. quædam tradidit, in qua villa, in Scherua porro, et in Rimbeke etiam *Thiadhardus*, qui Wichmanni II filius videtur fuiſſe, præterea nonnihil largitus eſt §. 327. Hadoldi

guberante Corbeiam Warino.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

bennic hrotger tradidit *aldger* pro fratre suo andger in *scherua* . . . . . teſteſ uualdman helmdag halec gangi.

§. 49.

Tradidit uuihric pro fratre ſuo . . . di . . . in *odonhuſ* (g) manſum unum teſteſ ecbert (h) hemmic pumi gerulf *mennio* ſini meinheri tancuuard dal *uuelp*.

§. 50.

Tradidit rotger de terra uirgaſ quatuor in *luhttringi* (i) pro patre ſuo uuendildag teſteſ ſunt bald gheruuad remmund.

§. 51.

Tradidit meinbold in *ſtochem* (k) de manſo parteſ duaſ et in *ymmanhuſ* (l) in *pago ſuilbergi* (m) tertiam partem teſteſ ſchard gerhard arnold aldman uuocgiſ iuo thanger redold addo.

§. 52.

Tradidit adaluuard in *ſtalo* (n) et in *alberteshuſ* (o) quidquid ibi habuit in campiſ et ſiluiſ teſteſ mennic erp nythard uuulfger uffo.

§. 53.

vero ex fratre pronepotes videntur eſſe *Haoldus comes*, *Fridericus* et *Bruno*, qui anno 952 monaſterium Geſeke fundarunt, inter quos Haoldus, niſi fallimur, propatruus *comitis Haoldi* in pago Nethga anno 1030 fuit, qui conſanguineus erat Dodiconis comitis, ab his vero nobiles domini de *Warborg*, et nobiles domini de *Canſtein*, teſtantibus diplomatis noſtris, deſcendunt. Plura deſiderantem ablegamus ad ſchediaſma noſtrum MSctum *de venerabili ſanctitatis nomine in genealogiis virorum illuſtrium*. Interim vide infra §. 104. not. (n)

De villa Odenhus.

(g) Cum hæc Wihric, quem ſupra ſæpe nominauimus, donauerit, villa *Odenhus* erit nulla alia, quam Odenhuſen in *pago Heſſi*, de qua villa vide ſupra §. 39. not. (I) An Hildibertus, qui in eadem villa l. c. quædam tradidit, eius frater fuerit, neſcimus. Videri poterat fuiſſe, quia litteræ d. et i. adhuc apparent. Ceteras detriuit vetuſtas. Vna ſane villa eſt, teſtante *Regiſtro* noſtro villa Odenhus.

De Ecberto.

(h) An *Ecbertus*, ducis Ecberti filius et frater abbatis Warini, nondum notus? Nullum ex filiis celebratiſſimi illius ducis nomine patris inſignitum fuiſſe, haud facile credendum. Fortaſſis ergo eſt ille, qui hic et in ſeqq. §. §. 138. 149. 155. 163. 170. 207. et 233. inter teſtes reperitur, et multis aliis anteponitur, teſtium nomine laudatis.

De villa Luthringi.

(i) *Luhttringi* villa in pago Auga erat ad Wiſeram haud procul Corbeia. Dudum ea dicitur Luchteringen, pars diœceſios Corbeienſis.

De villa Stocchen.

(k) *Stocchem* hodie dicitur Stockheim ad fluuium Leinam in ducatu Grubenhagico et in præfectura Rotenkirchen.

De villa Immanhus.

(l) *Immanhus* villa hodie appellatur *Imbſen* in ducatu Grubenhagico, ad Dominos de Stockhauſen, hereditarios Mareſchallos abbatiæ Corbeienſis, referri ſolita.

De pago Suilbergi.

(m) *Pagus Suilbergi* quondam fuit diffuſus circa comitatus Daſſelenſis terras, quod quidem infra clarius patebit. Ergo is eſt quaſi obex ante *pagum Logne*.

De villa Stalo.

(n) De villa *Stalo* in *pago Auga* vid. ſupra §. 21. not. (k). *Stale* olim denotauit *vetuſtum*. Vnde *Stellingæ* dicti ſunt ſæculo nono *veterum ſenumue nati*.

De villa Albertshus.

(o) *Io. Letznerus* in *Hiſtoria Ludouici pii* cap. 33. et 52. ac in *Chronico Daſſelienſi* Lib. IV. cap. 6. natales dominorum de *Albaxen* ex Benedicto Laſpone, Monacho Reinhuſano, ita recenſet: "Widekindus comes de Gleichen cognomine niger in præ"lio, quod Edelhardus dux Saxoniæ anno 771 cum Pipino rege Francorum "non procul Iburgo in Weſtfalia commiſit, hoſtem forti manu proſtrauerat, ca-

"pris

ptis tribus adoleſcentibus nobilibus e Francia, regem Pipinum ſequentibus, quorum primus erat Thomas *de Albatia* natione Hiſpanus, ſecundus Heimbertus de Granata, et tertius Grimboldus de Iberia." Ab Heimberto de Granata Letznerus originem dominorum de Roſtorf et a Grimoldo nobilium de Iber deducit. De Thoma dicto *de Albatia* autem idem Letznerus refert, Widekindum de Gleichen dediſſe eum comiti de Euerſtein, cui fideliter ſeruierit, cuiusque gratiam promeruerit ſingularem, in compenſationem obſequii fideique eundem Thomam a comite Euerſteinio obtinuiſſe quandam curtem ad Wiſeram, dictam Weſterdorf, quam incoluerit ſator et auctor nobilium Albacenſium. Huic autem narrationi reclamauit C. F. Paulinius in *Hiſtoria MSta abbatiæ Corbeienſis* tam *latina* quam *germanica*. Hic ſequitur Henricum Swartium, qui in *Chronico monaſterii virginum Othergenſis nobiles de Albaxen* e Francia deducit, tradens, primum, qui cum abbate Corbeienſi Warino et S. Vito anno 836 in Saxoniam venerit, fuiſſe *Germanum de Alba Via*, a villa ſua, quam incoluerit, ita dictum. Addit idem Paulini, eundem Germanum de Alba Via poſt hæc ita ſe geſſiſſe, vt Warinus abbas eum dimittere noluerit in Franciam, ſæpius eius conſiliis feliciſſime vſus in aulis regum et principum. Germanum, ex quo controuerſiam, quæ inter Warinum et Ditericum de Euerſtein intercesſerit, ex vtriuſque compoſuiſſet voto, refert idem Paulini, accepiſſe a comite de Euerſtein curtem *Weſtedorp* conſentiente Warino, quæ curtis poſtea ab eius nomine dicta fuerit *Albaxen*. Cum enim, quod Paulinius addit, Germanus confuſe et imperite ſcripſerit nomen ſuum et maxime per notas, fuit *Albauia* lecta pro *Albaxia* & contractius *Albaxen*. Sed pudet tædetque nos iſtarum fabularum, et maxime, eo quod nos olim in *Sciagraphia* noſtra *Hiſtoriæ Corbeienſis* p. 109. eiſdem fabellis publice conſenſimus, atque interuentu earum erranti cuidam viam monſtrare voluimus, ſperantes eo tempore, opinionem noſtram, auctoritate C. F. Paulinii fultam, ab eruditis approbatum iri. Monita quoque noſtra tantam vim habuere, vt doctiſſimus cenſor *Hiſtoriæ Hildeſienſis Lauenſteinianæ* in *Nouis Actis Eruditorum* menſe mart. a. 1741 p. 160. ſcripſerit: *Emendetur id: Walbertus* (epiſcopus Hildeſienſis) *fuit ortus ex familia Albatinorum*. Quo ipſo eruditiſſimus cenſor monere voluit, ſcribendum eſſe pro Albatinorum, *de Albaxen*. Vt autem Dn. Lauenſteinius ſe in *Hiſtoria Epiſcopatus Hildeſienſis Vindicata* p. 33. ſeq. nullo alio modo defendit, quam vt cramben bis coctam denuo recoxerit: ita nos fabulam iſtam, ex origine nobilium dominorum de Albaxen deductam, hic publice recantamus, neutiquam vero hoc candore noſtro victas Lauenſteinio manus daturi. Quemadmodum enim eo tempore, quo *Sciagraphiam* noſtram in lucem emiſimus, multa et quidem meliora, in Archiuo Corbeienſi obuia, non ea inſpexeramus fortuna, quæ nobis poſtea adfulſit, neque has traditiones et alia Regiſtra bonorum et prouentuum Corbeienſium, vti ante nos eruditorum nullus, vnquam oculis noſtris vſurparamus; ita *Warlbertum* neque ex gente Albatinorum, neque ex ſtirpe de Albaxen ortum fuiſſe, hic publice ſignificandum eſſe duximus. Honor iſte tribuendus ſtirpi Widichindeæ. *Walbertus* enim ex patre Bardone pronepos fuit Widekindi M. vti infra §. 367. euidenter ſumus demonſtraturi. Ad originem autem familiæ dominorum de *Albaxen* quod attinet, fabulæ ſunt ea omnia, quæ Paulinius de curte Weſtedorp profert. *Ditericus de Euerſtein*, quem ſibi fingunt Swartius et Paulini, nunquam exſtitit in rerum natura. Tempore imperatorum Carolingidarum non nominabantur nobiles domini a villis vel caſtris ſuis. Et quis ſeculo nono de comitibus, a Gleichen et Euerſtein dictis, aliquid ſcripſit? In his noſtris traditionibus, in quibus ſine dubio maxima pars nobilium dominorum, qui tempore Carolingidarum cæſarum in noſtra Saxonia floruerunt, latet, nullus dominus a ſuo burgo vel caſtro appellatur; et *nobiles de Albaxen* neutiquam nomen ſuum traxiſſe ab Alba Via eædem hæ traditiones et hic noſter locus euincunt. Villa enim, quæ hic nominatur *Albertesbus*, in Regiſtro noſtro ponitur in *pago Auga*, et eſt illa, vnde poſtea dicti ſunt quidam miniſteriales Corbeienſes *de Albaxen*. Ne autem quis nos temeritatis atque audaciæ arguat, prouocamus ad diplomata noſtra, et quidem ad autographa in Archiuo Corbeienſi obuia, in quibus eadem villa, quæ hic appellatur *Albertesbus*, modo *Albtersbus*, modo *Albachtesbus*, modo *Albahtiſſen*, modo *Albachtiſſen*, modo *Albagtiſſen*, et tandem *Albaxen* nominatur. Sic etiam domini, qui eam incoluerunt, inter teſtes adpellantur. Vt adeo nugæ ſint, quæ de litteris Germani iſtius de Alba Via, minus legibilibus C. F. Paulinus profert. Quis enim vnquam illas vidit, niſi nugator

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 53.

Tradidit . . . . . in *aſtenbechi* (p) manſum I teſtef beui folcrid ſuuitger mennic item ſuitger gelo.

§. 54.

Tradidit theodharduſ in *filbirgi marcu* (q) quidquid ibi habuit in ſiluiſ et campiſ teſtef *teodger comef* marcbodu bern reduuard ſiger hranuuard hunuuard gerdag ſtulluc.

§. 55.

Tradidit erdag in *ſnathi* (r) manſum unum teſtef *obtrit* ricdag uuerinbold *thiodger comef* otheri hunuuard addic.

§. 56.

Tradidit *obtrit* in *harun* (ſ) iurnalem I iuxta eccleſiam teſtef ricdag erdag uuerinbold *thiodger comef* hunuuard otheri addic.

§. 57.

Tradidit berndag in *thuriſloun* (t) iurnaleſ II teſtef eylold ymmo. tradidit abbic in *aluchi* (u) de hereditate grimoldi tertiam partem quam habuit femina eiuſ de opere ſaliſ teſtef folcrid hildiuuard eiſuuart adalfrid uuulfger.

§. 58.

gator et fabulator? Eſt autem eadem viila Alberteshus ſeu Albaxen ſita vnius horæ viam a noſtra Corbeia, ſeptentrionem verſus.

De villa Aſtenbechi.

(p) *Aſtenbechi* villa erat, teſtante *Regiſtro* noſtro, in *pago Ambergo*, qui cum ex parte in comitatu Woldenbergico in epiſcopatu Hildeſienſi fuerit, vti infra videbimus, villa *Aſtenbechi* vicus Aſtenbeck eſſe debet. Dolemus, quod traditoris nomen legi non potuit. Fortaſſe fuit Maynhard, infra §. 107. memoratus.

De marcu Silbirgi.

(q) De *Silbirgi marcu* in pago Suilbergi intra epiſcopatus Hildeſienſis terras, vel potius in comitatu Daſſel, vide infra §. 118. et §. 167.

De villa Smathi.

(r) *Smathi* villa in Regiſtro noſtro ponitur in *pago Nithega*. Idem vero pagus erat, teſtantibus noſtris diplomatis, pago Auga, in quo erat Corbeia noſtra, contiguus, vti infra §. 86. porro videbimus. A fluuio Netha hunc pagum appellatum, admodum probabile eſt. Intelligimus ergo, et recte intelligimus per *Smathi* villam vicum *Smechte*, haud procul a Driburgo oppido, ab acidulis celebri, in epiſcopatus Paderbornenſis tractu ſitum.

De villa Harum.

(ſ) Sequitur in *Regiſtro Bonorum et Prouentuum* Ab. Corb. villa *Harun in pago Almunga*, probe diſcernenda a villa Harim in pago Sturmidi. *Harun in pago Almunga* eſt vicus *Haren*, in epiſcopatus Paderbornenſis tractu in dominio Weuelsburg ſitus ad viam, quæ a Paderborna ducit ad Heresburg ſeu oppidum Stadberge, ſitum ad Dimolam flumen. E ſitu villæ *Harun* conjecturamus infra §. 142, *Obtritum*, qui in hac villa bona quædam tradidit, ſpectaſſe ad ſtemma Widekindi M.

De villa Thuriſloun.

(t) De villa *Thuriſloun*, quam abbas Saracho l. c. tribuit, ſita in *pago Heſſi*, vide infra §. 60.

De villa Aluchi.

(u) *Aluchi* villa in Regiſtro noſtro ſæpe citato reperitur poſita *in pago Derlingi*. Putamus per eam intelligi vicum *Alen*, non procul ab vrbe Wolferbuttela ſitum, et id quidem ob rationes ſequentes. Originale diploma regis Arnolfi, datum anno 888 infra allatum, comprobat, abbatiam Corbeienſem in *villa Dalhem, ſita in orientali Saxonia vltra fluuium Ouaccram*, olim poſſediſſe *ſextam partem Salinarum, eamque permutaſſe* aliis *bonis in pago Nihtherſi ſitis, et dediſſe* illam *Ottoni illuſtri, ſiquidem vtrimque maior commoditas in locorum ſitu fuerit hac permutatione facta*. Quodſi autem vltra flumen Ouaccram, vbi pagus Derlingi erat, nullæ ſalinæ fuerunt quodam in loco, qui *Dalem* appellatur, niſi in loco, hodie nominato *Saltz-*

§. 58.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit hermenraduſ preſbyter tertiam partem grimoldi de opere ſaliſ in *amplithi* (v) et locum caſae quae ibi eſt teſteſ folcrid uuilleri ſibert abbic ſuithard meyndac hrodbern foldet eſi.

§. 59.

Tradidit biliſ quidquid habuit in *freſienhuſ* (w) teſteſ eliſo banegot redman helmdag ricold reynuuard randuuic. duddic meynric.

§. 60.

Tradidit uuulfhard et odoy in *tuiſchinun* (x) et in *thuriſloun* (y) manſoſ duoſ teſteſ *uuymod* uuulfhard odi erp meynold geruuard had.

§. 61.

Saltzthalen, ob ſplendidiſſimum palatium *Sereniſſimi Brunſuicenſium ac Luneburgenſium Ducis* ad Garamantas vſque celebratiſſimo; arbitrati ſumus, villam *Dalhem* in diplomate regis Arnolfi interpretandam eſſe per *Saltzthalen*. Quia autem nullum veſtigium deprehendimus, qua ratione Corbeia noſtra ſalinas in *Dalhem* acquiſiuerit, putauimus, inueniri illud in hoc loco noſtro, ſiquidem villa, *Alen* vicina et finitima eſt villæ *Saltzthal*. Argumenta, a vicinia locorum ducta, habemus quidem non ſemper pro firmis. Fortaſſe autem anno 834 villa *Aluchi in pago Derlingi* maioris momenti erat, quam *Dalhem*, vbi probabiliter eo tempore tantum adhuc exiguæ caſæ erant, ad ſalem coquendum neceſſariæ. Et quis comprobare potuerit, iam anno 834 locum *Dalhem* villam ſingularem fuiſſe? Iam autem a potiori fit denominatio, vti in ſcholis philoſophi loquuntur. Dolemus, quod in Traditionibus noſtris non annotatum fuit, quis ille *Grimoldus* fuerit, cuius femina poſſedit hanc tertiam partem ex iſto ſalis opere. Fortaſſis *Grimoldi* vxor erat filia ducis Oſtfalorum *Heſſi*, et mater *Abbiconis* ſeu Abbonis. Coniectura augurati ſumus infra §. 188, hunc *Abbonem* fuiſſe filium *Albionis* ſeu *Abbonis principis*, tempore Caroli M. celebratiſſimi. Si hoc tibi non placet, ſique dicis, Chronologiam repugnare, quo minus *Abbico* ſtatui queat filius *Albionis*, non repugnamus, ſi mauis ſtatuere, *Abbiconem* eiusque fratres l. c. nominatos, fuiſſe nepotes principis *Albionis*. Speramus enim, neminem eſſe negaturum, originem ſereniſſimorum principum ac comitum *de Anhalt, Walbeck* et *Supplinburg*, loco laudato a nobis oſtenſam, eſſe veriſimilem, immo inter omnes hactenus prolatas opiniones probabiliſſimam. At hoc præfiſcini.

De villa Amplithi.

(v) Villam *Amplithi* exſtitiſſe *in pago Guddingo*, docuit nos abbas Saracho in ſuo *Regiſtro*. Intelligi vicum *Empelde* in ducatu Calenbergico, diximus iam ſupra §. 7. not. (n) Bona in hac villa habuit *Grimoldus* ex hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi, vti patet e Traditionibus noſtris §. 108. Nobiliſſimum ergo fuiſſe illum dominum, nemo negare poterit. Colligimus autem e donis, quæ tam in villa *Amplithi*, quam in villa *Aluchi*, tradita ſunt abbatiæ noſtræ, has et ſequentes Traditiones promulgatas eſſe poſt annum 834. Exſtat enim autographum diploma Cæſaris Hludouuici in tabulario Corbeienſi, ex quo clariſſime apparet, *Warinum abbatem anno 834 coram throno cæſareo queſtum eſſe, ſuo deeſſe monaſterio locum, vbi ſal fieret ad cibos monachorum in noſtro cœnobio degentium ſaliendos. Warinus ergo rogauit ſerenitatem cæſaream, vt de loco eiuſmodi prouideret imperator, vbi ſal fieri poſſet. Precibus Cæſar adnuit.* Hoc expetere abbas Warinus non potuiſſet, ſi iam eo tempore abbatia noſtra ſalinas in *Amplithi* atque *Aluchi* habuiſſet. Indicio eſt ergo illud diploma cæſareum, hæc eſſe tradita poſt VI. Id. Iunii anni 834.

De villa Freſienhus.

(w) Villa *Freſienhus* erat, Sarachone teſte, *in pago Nithega*, et *in Angaria occidentali*. Veriſimillimum ergo eſſe intelligitur, vicum *Fronhuſen*, in Paderbornenſis epiſcopatus terris ſitum deſignari.

De villis Tuiſchinum et Thuriſloun.

(x) (y) Villæ *Tuiſchinum* et *Thuriſloun* tribuuntur a Sarachone l. c. *pago Heſſi Francorico*. De hoc pago egimus iam ſupra §. 33. not. (v), vbi diximus, eum ſitum fuiſſe

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 61.

Tradidit uuicmod in *hoaga* (z) quidquid habuit teſtef yrminred marcuuard marcbodo gharuuard helmuuard hildiuuart uuulfger aldger.

§. 62.

Tradidit uffed in *ſtela* (A) et *Aldberteshuſ* (B) et in *higenhus* (C) et in *hamereſhuſ* (D) quidquid habuit ibi in campiſ uel in ſiluiſ teſtef redman barding uuimod liuddac.

§. 63.

Tradidit enno comeſ (E) pro remedio animae ricberngangum quam habu-

fuiſſe quondam ad fluuium Adernam, hodie dictum *die Eder*. Occidentem verſus ille contiguus erat pago Itergowe in principatu Waldeccenſi. Erant in hoc pago *Fritislar* (Fritzlar), *Buriaburg* (Bureburg), atque aliæ villæ. *Tuiſchinun* ergo villa videtur locus eſſe *Züſchen*, in principatu Waldeccenſi ſub præfectura Wildungen ſitus ad fluuium Elbe, qui exonerat ſeſe in flumen Adernam intra Landgrauiatus Haſſiæ terras. *Thurisloun* autem villa eſt eadem, a qua ſe poſtea appellauere nobiles quidam domini, de *Thurslon* cognominati.

De villa Hoaga. (z) Sequitur in noſtro Regiſtro villa *Hoiga in pago Enterigawi*, per quam nullum alium locum intelligi poſſe putamus, niſi oppidum *Hoiga ad Wiſeram*, a quo quidam comites Saxoniæ noſtræ poſtea dicti ſunt de Hoia. Pagum enim *Enterigowi* in nulla alia prouincia potiſſime quondam exſtitiſſe, præterquam in comitatu Hoiano, demonſtraturi ſumus pluribus infra. Licet ergo recentiores quidam hiſtorici arbitrati ſint, locum Hoia demum originem habuiſſe ſeculo XIII, nullus tamen non videt, eos videri in errore verſari. De *Wicmoda*, quæ bona in *Hoaga* tradidit, egimus infra §. 392.

De villa Stela. (A) Villam *Stela* quondam exſtitiſſe *in pago Auga*, in quo erat Corbeia noſtra, teſtatur Saracho abbas in *Regiſtro*. Intelligimus ergo vicum *Stale* in principatu Corbeienſi, qui iter vnius horæ ab ipſa Corbeia noſtra diſtat.

De villa Aldberteshus. (B) Aldberteshus erat, eodem Sarachone teſte, ſitum *in pago Auga*. Eadem ergo villa eſt, ac ea, quam ſupra §. 52. not. (o) appellauimus *Albaxen*, ſita vnius horæ iter a Corbeia noſtra.

De villa Higenhus. (C) *Higenhus* villa erat *in pago Auga*, eodem Sarachone teſte, poſtea dicta *Hogenhus*. Noſtra autem ætate appellatur locus *Haienhuſen*, nec procul abeſt a famoſiſſimo caſtro *Brunonisburgo*, intra principatum Corbeienſem eminente.

De villa Hamereshus. (D) *Hamereshus* villa tribuitur in Sarachonis *Regiſtro*, ſæpiſſime excitato, *pago Auga*. In quadam charta ficta, quam exhibent Nicol. Schatenius in *Annal. Paderborn.* Tom. II. p. 14. ſeq. et *Monumenta Paderbornenſ.* p. 122. ſeqq. hæc villa nuncupatur *Homerſen*, olim ſita in diœceſi Corbeienſi. Hodie omnino ea deſolata eſt, et probe diſtinguenda eſt a villa *Heinhuſon*, quæ teſte diplomate cæſaris Conradi II anno 1031 *in pago Auga* erat, et adhuc ſupereſt, nominaturque *Heinſen* ſeu *der Heinſche hof*, ſita non procul a vico Bökendorp, nec confundenda cum villa *Heinſen ad Wiſeram*. Hæc enim vltima villa erat *in pago Tilithi*. Præterea villa *Hamereshus* non permiſcenda eſt cum villa *Hemeteshus*, ſita *in pago Nithega*, hodie dicta *Hemſen*, et ſita non procul a vico *Bruchauſen* ad fluuium Neta, ob bonum puluerem nitratum, qui ibidem fabricatur, ſatis noto, et obnoxio ditioni dominorum *de Kannen*. *Uffed*, qui bona ſua tradidit, in villis *Hamereshus*, *Higenhus*, *Aldberteshus*, et *Stela* ſita, videtur fuiſſe Uffo, qui §. 52. inter teſtes cenſetur, probabiliſſime cum *Adalwardo* ad familiam Brunonianam referendus, de quo infra §. 104. pluribus exponitur.

(E) *En-*

habuit ille uiuenſ prope *oſſenthorpe* (F) teſtes freſger (G) hilduin *euurhard* (H) tiadmer ico ardulf. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 65. (h)

Tradidit uueringer (I) pro fratre ſuo folcher in harte . . . (K) quidquid habuerunt in illo *bifang* (L) . . . . . teſteſ thuring (M) hrothard hildifrid redmer.

§. 66.

Tradidit eilhard in *haanſtedihus* (N) quidquid ibi habuit in *amarecuui* (O) teſteſ hunuuard marcbodac addic uuulfger aldric adalger.

§. 67.

(E) *Enno comes* ſupra §. 20. et 28. *filius Amalungi* appellatur. Ex hoc §. apparet, eum hoc tempore eſſe mortuum. In agone conſtitutus bona in villa *Oſſenthorpe* monaſterio Corbeienſi donaſſe videtur, et forte *Fresger* vel alius, poſtquam *Enno* animam creatori reddidit, hoc cœnobio noſtro denunciauit. Inde Corbeienſes noſtri hanc traditionem annotarunt, vt pro remedio animæ *Ennonis* debita exſoluere poſſent. De Ennone comite.

(F) Villam *Oſſenthorpe* fuiſſe *in pago Laingo*, didicimus e Sarachonis Regiſtro. Pagus *Laingo*, nobis videtur pagus Logne in principatu Göttingenſi. Intelligimus itaque vicum *Oſſendorp* in eodem exiſtentem principatu non procul ab oppido Dransfeld, in quo ius patronatus habet princeps Corbeienſis. Probe villa *Oſſenthorpe* diſcernenda ab *Oſſenthorpe*, quæ in fine Regiſtri cit. reperitur atque *in pago Heſſi Saxonico* collocatur. Hæc procul dubio eſt Oſſendorp ad fluuium Dimolam in Paderbornenſi epiſcopatu non procul ab oppido Warburg. *Ennonem comitem* nos ſupra inter progenitores ducis Hermanni Billingi retulimus. Familiam Billinganam ampla bona poſſediſſe in principatu Göttingenſi, videbimus infra. Probabiliter fuit *Enno* comes hoc tempore comes in pago Suilbergi, pago Lainga contiguo. De villa Oſſenthorpe.

(G) *Fresger* nominatur infra §. 126. propinquus Luidolfi comitis ſeu ducis Saxoniæ. De Fresgero.

(H) Forte hic *Ewurhardus* ille eſt, quem ſupra §. 22. Euerhardum II nominauimus et inter progenitores comitum de Euerſtein retulimus. De Euerhardo.

(h) In contextu hic nihil deeſt, quamuis §. 65. ſequatur §. 63. Errorem noſtrum in adſignandis §§is demum animaduertimus, cum ſine magno labore res mutari non potuit.

(I) *Weringer* an idem qui Beringer? Optandum foret, vt hic §. in omnibus vocibus potuiſſet legi. Tota pene linea vetuſtate exſtincta eſt. De Weringero.

(K) Per *Harta* ſine dubio intelligitur pagus Hartego, de quo egimus ſupra §. 4. not. (i).

(L) De voce *Bifang* euoluatur Du Fresne in *Gloſſario ad ſcriptores mediæ et infimæ latinitatis*. Vox illa mere germanica eſt, denotatque locum ſepto ſeu certis limitibus incluſum ſeu circumductum, qui latine dictus eſt captura, ambitus, ſeptum, comprehenſio, teutonice Bifang. De Bifango.

(M) De *Thuringo* confer ſupra §. 42.

(N) Locum *Haanſtedihus* fuiſſe *in Germaremarcu*, docet nos abbas noſter Saracho in ſuo Regiſtro B. et P. A. C. Cum *marcus Germare* exſtiterit circa oppidum Eskeneweg, hodie Eſchwege ad fluuium Werra in Landgrauiatu Haſſiæ, vti infra videbimus, nihil impedit, quo minus intelligamus per *Haanſtedihus* locum *Hanſtein* non procul ab oppido Witzenhuſen, ad eundem fluuium ſito. De villa Haanſtedihus.

(O) Hoc nomen non potuit diſtincte legi, vtpote vetuſtate detritum. Fortaſſe legendum eſt Garmaremarci: legi autem et poteſt Angaregawi. Hæc vltima lectio nobis videtur optima. Cum ergo Saracho doceat, villam *Haanſtedihus* exſtitiſſe in *Germaremarcu*, concludimus ex eo, *Germaremarcum* olim ſpectaſſe ad Saxoniam, et quidem ad *Angariam* in orientali regione. Digna res eſt, quæ conſide-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 67.

Tradidit odi pro fratre suo teodulso in *birgistrotun* (o) dimidium quod ibi habuit testes uulbert ico marcquard.

§. 68.

Tradidit goderman pro fratre suo meynheri in *uuinethahus* (P) quidquid ibi habuit præter vnum gangum in *hrotthingun* (Q) iurnales XV et unum locum aedificii domus testes renold aseric et eilbert tiadger hripo marcuuard arnold hadubert solcdag deddo tiadric iuo bruno heinric uueleric gerulf.

§. 69.

Tradiderunt hiuiniu et asculf quidquid habuerunt in *guddingun* (R) et in

sideretur accuratissime. Idem enim locus olim spectauit ad patrimonium Heinrici Leonis, teste diplomate anni 1203.

De silua Birgistrotum.

(o) *Birgistrotum* erat silua, Sarachone teste. Intelligimus Birkenstrut in comitatu Waldeccensi ad monasterium *Aroldesse* spectans, ex bonis Corbeiensibus olim fundatum.

De villa Winethahus.

(P) Iam supra §. 5. not. (k) villæ cuiusdam *Winethahus in pago Logne* mentionem iniecimus, et indicauimus per eam vicum desolatum Winthusen in principatu Göttingensi intra præfecturam Niennouer. Nunc producimus ex nostro *Registro* villam *Winithusen in pago Nethga*, et putamus, eandem esse hanc villam *Winethahus*, in qua Godermannus abbatiæ nostræ, quidquid habuit, donauit. Sed vbi est, quæris, vel vbi fuit eadem villa *Winethahus?* Respondemus: intra episcopatus Paderbornensis terras, et quidem inter vicos Rher (vbi domini de Mengersheim) Heinholte (vbi domini de Druchtleben), Natzungen (vbi domini de Siegard) et Schweckhusen (vbi domini de Spiegel castella seu domicilia sua nobilia habent) haud procul a vico Fronhusen. Nunc vero villa Winithusen dicitur *die Winter höfe*; olim vero ibi erat vicus nominatus *Windhusen*.

De villa Hrotthingun.

(Q) *Hrotthingun* videtur esse *Rothe* haud procul ab oppido Borcholte et vico iam not. (P) dicto Natzungen. Ibi enim *pagus* erat *Nethga*.

De villa Guddingo.

(R) Locum insignem, collato Registro nostro MSto, hic inuenimus aptissimum ad dirimendas controuersias, quas inter sese habuere viri quidam docti et nostra ætate iilustres. Diu enim multumque disceptatum fuit, an villa *Goddinga*, in qua Carolus M. mense octob. anno XI. et quinto regni sui monasterio Dionysiano in Francia priuilegia confirmauit, in nostra Saxonia inuenienda sit nec ne; itemque an eadem villa sit vrbs *Göttinga*, in qua hodierna die academia floret; atque an eadem villa *Goddinga pago Guddingo* nomen dederit? Licet autem nos, quæcunque a viris doctis egregie dicta sunt, miris modis vbique exosculemur, ea tamen, quam profitemur, animi sinceritas nobis prorsus non permittit, vt ea, quæ sentimus, hic reticeamus. *Pagus Guddingo* vbinam sit inueniendus, iam supra §. 7. not. (n) indicauimus, nempe non in agris Göttingensibus, sed in ea episcopatus Hildesiensis atque Principatus Calenbergici parte, quæ oppida Eltze et Gronau ac siluam Ihr ab occasu attingit. Fuisse autem in nostra Saxonia et quidem *in pago Logne* villam *Guddingo*, Registrum nostrum sæpissime allegatum, confirmat. Quæ villa *Guddinge* an sit hodierna vrbs Gottinga, nunc nemo amplius dubitabit. Exstitit ergo iam tempore Ludouici pii villa *Guddingun*, cuius hic meminerunt traditiones, quæ, cum *in pago Logne*, qui in principatu Göttingensi, vti supra demonstrauimus, fuit, quondam exstiterit, *pago Guddingo* nomen dare haud potuit. Nihil ergo videmus, quod nos impediat, quo minus statuamus, Carolum M. anno 779 præsentem fuisse in villa, postea vrbe, Göttinga intra nostram Saxoniam.

(S) *North-*

in *northgu* (S). teſteſ teodulf pumi yrmynuuarduſ anulo heriger uuildulf. guber-nante Corbeiam Warino.

§. 70.

Tradiderunt *Liudulfuſ* (ſ) et teodgeruſ in *cogardo* quidquid proprium habuerunt. teſteſ giki hunuuarduſ aldmer folcmer hildric bernharduſ addic uuulger feriher.

§. 71.

Tradidit hildibert pro anima fratriſ ſui thiadric in *uuithem* (T) manſum I. et in *freſienhuſ* (U) manſum I. et in *uuulfriedeſbrec* (V) quidquid ibi habuit in ſiluiſ et in campiſ. teſteſ uuulfher gelo bodo uuydo *beui* bernhard.

§. 72.

Tradidit aſculf in *hageresheim* (W) quidquid habuit. teſteſ marſcalc gherbern amo alfuuard dando hered.

§. 73.

Tradidit laico in loingo *uualde* (X) *liauildindburſtal* et *bamlineſtade* . . . . . teſteſ folkeri bruni ſuithard tueho uuerimbold pamo odi lantuuart uual.

§. 74

(S) *Northgu* eſt Nörthen oppidum in principatu Göttingenſi. In Regiſtro noſtro excitato ſtatim ſequitur villam *Guddinge, in pago Logne ſitam*, villa *Northu* in eodem pago conſpicua. Bona Corbeienſia in villis *Guddingun* et *Northgu* quorſum delata ſint, inuenies in *Hiſtoria Corbeienſi*. De villa Northgu.

(ſ) *Liudulfus* videtur eſſe comes Luidolfus et frater Warini, abbatis Corbeienſis. *Teodgerus* eorum conſanguineus, comes Thiodger, ſupra ſæpius memoratus, ad familiam Brunonianam referendus eſt, vti infra §. 104. not. (n) obſeruabimus. *Cogardo*, vel *Cogardun*, vti etiam infra ſæpius nominatur, nulla alia villa eſt, præterquam quæ in Regiſtro noſtro nominatur *Kogerde in pago Wikanuelde*, per quam intelligimus *Keierde* ſeu *Keier*, olim ſub dominio Homburgico, iam vero ſub ducatu Brunſuicenſi ſitam. Eſt eccleſia ibidem filia eccleſiæ in vico Delljeſen ad ſiluam dictam Hils. De Luidolfo et villa Cogardo.

(T) De villa *Withem* in pago Auga vide ſupra §. 19. not. (E) De villa Withem.

(U) De villa *Freſienhus* vide ſupra §. 59. Erat in pago Nethga haec villa. De villa Freſienhus.

(V) *Wulfriedesbrec* idem eſt ac locus a quodam Wulfriedo erutus, germanice ein Ort den Wulfried zu erſt aus dem Anger gebrochen und gebauet; vbi vero hic locus ſitus fuerit, indicat noſtrum Regiſtrum, in quo idem collocatur *in pagum Nethga*. Sed ipſa villa eſt deſolata, olim reperta haud procul ab Himmihuſen vico intra epiſcopatum Paderbornenſem in loco, qui adhuc nominatur *Wroſſbrock*. De villa Wulfriedesbrec.

(W) De villa *Hagershem in pago Logne* vide ſupra §. 34. not. (x). *Aſculf* ergo, qui hæc tradidit, videtur idem eſſe, qui ſupra §. 69. donauit, quidquid habuit in Guddingun et Northgu. De villa Hagershem.

(X) *Loingo* hic ponitur pro pago, ita, vt Walde, Liauildindburſtal et Bamlineſtade villæ ſint in *pago Loingo*. Nolumus vero intelligere pagum *Logne* intra principatum Göttingenſem, neque pagum *Laingo* in Friſia orientali, neque pagum *Loganaha* in Haſſia ad fluuium dictum *die Lone*; ſed *pagum Lainga in ducatu Luneburgico* et in terminis epiſcopatus Verdenſis, in quo villam Saltowe i. e. Soltau De pago Loingo.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 74.

Tradidit eilger presbyter in *lianbeke* (Y) in uice tiadonis (Z). quidquid ille tiado ibi habuit. testes abbi uuerindac uualdman.

§. 75.

Tradidit hobert in *bionhus* (a) iurnales XX. testes benno edic frederic . . . . . rumoldt.

tradidit uuulfhard in *marcberteshus* (b) quidquid ibi habuit. testes odi folcher othelm.

§. 76.

Tradidit ricdag in uice *bernric* (c) defuncti quidquid ille habuit in *hottenheim* (d). testes lutger bernheri tetuuard fridubern helmbodu uualding godaco hedo hunuuard thancger haduuuard.

§. 77.

Tradidit *uuigman* in *scherua* (e) in *pago hessi* (f) quidquid ibi habuit. testes addasta marcbodo *bruni* bago berter adalhard albric *ecbert*.

§. 78.

Tradidit emmo in *cogarden* (F) quidquid ibi habuit. testes *alfric* teodric aldmer herigeld hodag dag uuelp.

tra-

in Luneb. Principatu sitam iam supra adduximus. Ea enim in regione inueniuntur Walle et Lengebostel; licet in pago *Laingo* in Frisia orientali etiam villa *Waldi* inueniatur, in qua præpositura nostra Meppensem decimam habuit. Vt adeo adhuc incertum sit, quis pagus proprie intelligatur. Aliis perquirendum relinquimus, quicquid hic nobis adhuc est obscurum.

De villa Lianbeke.

(Y) Villa *Lianbeke* erat *in pago Derlingo*, teste Sarachone in suo *Registro Bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeiensis*. Vbi ea villa quondam exstiterit, in obscuro latet. Id ipsum iam supra §. 15. indicauimus. *Tiado*, qui teste Registro cit. quatuor mansos in hac villa tradidit, videtur esse Marscalcus Thiaddo, cuius Traditiones nostræ supra meminere §. 24. Ex quo momento apparet, diuitem eum fuisse dominum, quem inter progenitores comitum Supplinburgicorum ex coniectura retulimus infra §. 188. Probe autem hæc villa *Lianbeke* discernenda est a villa Lienbeki in pago Suilbergi.

(Z) De *Tiade* vid. supra §. 24. not. (O)

De villa Bionhus.

(a) *Bionhus* erat *in pago Hardego*, testante nostro Registro, postea dictum Banhusen.

De villa Marcberteshus.

(b) *Marcberteshus* villa erat *in pago Suilbergi*, postea dicta Marckhusen. Hodie locus appellatur Marxhusen seu *Merxhusen*, olim in comitatu Dassel, ad flumen dictum *die Spörling*, quod deinde per Mackensen et oppidum Dassel influit in Ilme fluuium, qui tandem excipitur a Leina, flumine maiori.

(c) *Bernic* nomen proprium, vt vides, est viri cuiusdam. Inuenitur in episcopatu Paderbornensi vicus, seu vt volunt, oppidum, quod nominatur Berntric. An ab hoc nominatum fuerit, incertum.

De villa Hottenheim.

(d) *Hottenheim* villa erat *in pago Hessi*, testante Registro nostro; dudum vero desolata est. Situs eius fuit haud procul a vicis Büne et Aldorpsen ad iura dominorum de Spiegel spectantibus in episcopatu Paderbornensi, in loco seu area dicta *Holtenen* seu *Hoite*, commemoratione dignus.

(e) De *Wigmanno* et villa *Scherua* vide supra §. 48. not. (f)

(f) De *pago Hessi Saxonico* vide supra §. 33. not. (v)

(F) De villa *Cogarden in pago Wikanuelde* vide supra §. 70. not. (s)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tradiderunt eilgrim et adalhard adaldac et *eſic* quidquid habuerunt in *cogharden.* teſtef folcrid *ecbert* abbi *ſibert.* guber-nante Corbeiam Warino.

§. 79.

Tradidit otheri quidquid habuit in *uuuringererhuſun* (g) teſtef ricdag erdag uuerinbold *othric* thiatger hunuuard addic.

§. 80.

Tradiderunt ludbold et oſger, quidquid habuerunt in *cogharden.* teſtef ricdag raynold *amelung* (h) ſimer.

§. 81.

Tradidit *beuo* (H) in *cogharden* quidquid ibi habuit. teſtef hunoldi hrun hripo hillin *alfric.*

§. 82.

Tradiderunt beyo et aldger teodmar *gerold* liutman ſaluman hogel halulec quidquid habuerunt in *cogharden.* teſtef hunuuard adalhard *uuiric* frederic.

§. 83.

Tradiderunt adallef et eillef et hrodleif quidquid habuerunt in *cogharden.* teſtef adalhard uuichard frederic richard.

tradidit euuurdag in *cogharden* quidquid ibi habuit. teſtef rodulf ricgif robuuard.

§. 84.

Tradidit iſger in *eggerhem* (i) quidquid adululf ibi habuit. teſtef ricdag renold hogeri frederic et ceteri omneſ numero XV.

§. 85.

Tradidit folcuuerc in *cocoreſſced* (k) quidquid ibi habuit et dimidium in *fergereſſced* et dimidium in *hoonberg* cum hominibuſ. uuilrad baldrad ſimer ibidem manentibuſ. teſtef liudrid hildold henred ouo et ceteri omneſ numero XXII.

§. 86.

(g) In Regiſtro B. A. C. inuenitur villa *Weringerinchuſon in pago Logne,* quæ eſt hæc villa Wuringererhuſun. Pagus Logne erat in principatu Göttingenſi, vti ſupra demonſtrauimus. Et in eo exſtat Wiershauſen intra præfectúram Weſterhof. Wiershauſen alia eſt in præfectura Munden, et alia Wiershauſen in dominio Iühnde. incertum vero quænam ex his intelligatur. prima certe non poteſt hic locum inuenire. De villa Wuringererhuſun.

(h) An *Amelung* frater Ennonis comitis, quem ſupra ad ſtemma Bellinganum retulimus? *Corharden* in pago Wickanauelde.

(H) *Beuo* probabiliter cenſendus eſt alius frater Luidolfi ducis et Warini abbatis. De villa Cogharden, in pago Wikanauelde, vide ſupra §. 70. not. (s)

(i) Intelligitur vicus Eggerſſen in dynaſtia Homburgica, quia locus ab abbate Saracho-ne ponitur *in pago Guddingo.* De villa Eggerhem.

(k) *Cocoreſſced* villa erat in archiepiſcopatu Colonienſi, qui hodie nominatur *Cogerſcheid.* de qua villa et de *Fergereſſced* et *Hoonberg,* quæ a Cocoreſſced vico non procul abfuere, fuſius exponimus in *Hiſtoria Corbeienſi.* De villis Cocoreſſced Fergereſſced et Hoonberg.

Ab anno 832 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 86.

commemoratio qualiter placuit inter uenerabilem abba *uuarinum* (l) ex monasterio *nouae corbeiae* (m) et quosdam fratres germanos nomine heppid et borhter religiosos uiros ut res suas aliquibus in locis pro utrarumq. partium utilitate commutare deberent quod et fecerunt dederunt itaque praedicti fratres heppid et borhter reuerendo abbati ad monasterium supra dictum *in pago* (n) . . . . . quidquid habuerunt in uilla nuncupante *surſia* (o) cum omnibus ad eam pertinentibus. e contra in recompensationem huius rei dedit uenerabilis abbas uuarinus cum consensu fratrum suorum (p) ante dictis duobus fratribus *in pago hessi* (q) quidquid habuit in uilla nuncupante *uuellithi* (r) cum omnibus ad eam pertinentibus siluis campis pratis pascuis et reliquis quae ibi habuit. testes *beuo comes* (s) hildold bado folcuuer et ceteri omnes numero XXIII.

§. 87.

Tradidit hrodulf in *gerdinun* (t) quidquid habuit pro uxore sua nomine hoburg. testes reinuuer erp eddic uuerinhard.

§. 89.

De Warino abbate.

(l) *Warini* Corbeiensis abbatis nomen hic prima vice occurrit. Ex quo momento euidentissime patere censemus, hanc et traditiones sequentes eo, quo ille vixit, tempore esse effectui datas.

De Corbeia noua.

(m) *Noua Corbeia* nominatur monasterium nostrum ad distinctionem veteris Corbeiæ in Francia, ad cuius similitudinem nouum fuisse constructum, ex diplomatibus infra afferendis patescet.

(n) Nomen pagi distincte legi non potuit. Liber copialis habet *Pac.* Sed esse vocabulum corruptum, et legendum *Falhen* apparet ex abbatis Sarachonis *Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis.* De situ pagi *Falhen* in aliqua parte episcopatus Hildesheimensis et Wolferbuttelani Principatus iam egimus supra §. 35.

De villa Surſia.

(o) Villa *Surſia in pago Falhen* erit vicus Surſmer intra præfecturam Peinensem in episcopatus Hildesheimensis tractu. Qua ratione bona in villa *Surſia*, Heppidi, ac Borhteri, fratrum in manus peruenerint, nescimus, nisi statuere malimus, eadem esse acquisita ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi. De hac hereditate infra §. 104. pluribus differere libet.

De fratribus abbatis Gorb. Warin.

(p) An fratres germani vel spirituales *Warini* abbatis designentur, omnino quæri est dignum. Si *spirituales* eius fratres essent illi, tunc denotati crederentur *venerabiles* fratres, qui eo tempore vixerunt in monasterio nostro; sin vero designantur eius germani, illi fuere *Beuo comes*, *Cobbo comes*, et *Luidolfus comes* atque dux Saxoniæ, quos iam supra adtigimus. Absonum autem dictu id nemo pronunciabit, quod hic de fratribus abbatis *Warini* germanis agi iudicamus. Villam enim *Wellithi* iam tum cessisse in possessionem monasterii Corbeiensis, nondum ex traditionibus nostris didicimus, e quibus potius animaduertimus, filios *Ecberti ducis*, de quibus ante diximus, amplissima bona possedisse in pagis Auga, Nithega, et pago his contiguo, Hessi. Requirendus ergo erat merito consensus fratrum *Warini* ad permutationem bonorum, quæ ex hereditate *Ecberti* ad quempiam iure translata fuerant.

De pago Hessi.

(q) De *pago Hessi Saxonico* iam egimus supra §. 33. not. (v)

De villa Wellithi.

(r) *Willithi* est vicus *Welde* (non Wilde) ad fluuium Twiste, (non Twüste), qui a Dimola ebibitur flumine. conf. *Origin. Pyrmont.* p. 147, quas in lucem emisit Ill. Grupenius.

De Comite Beuone.

(s) *Beuo comes* erat abbatis *Warini* germanus frater, vti infra videbimus. Qui cum inter testes adducatur, indicio id est, eam consensisse in hanc permutationem. Fortassis *Beuo* maximus fratrum erat, siquidem nomine reliquorum fratrum suorum consensit.

De villa Gerdinun.

(t) *Gerdinum* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Nithega*, qui in diplomatibus nostris

noſtris Corbeienſibus alias nominatur *Netga*, *Nitherſi* et *Niſtarſi*, neque confundendus eſt cum pago *Itergowe* in comitatu Waldeccenſi, vti factum eſt in *Origin. Pyrmontanis* p. 159. Seductus ad auia fuit auctor acutiſſimus falſis exemplaribus diplomatum, quæ euulgauit et protulit tam Nicolaus Schatenius in *Annalibus Paderbornenſibus*, quam Chr. Franc. Paulini in *Hiſtoria Corbeienſi MSpta*, quæque cum protographis litteris parum conueniunt, ſed potius, nullo excepto, vitioſiſſima ſunt et paſſim truncata, vti nos, præſente *ſumme reuerendo ac generoſiſſimo domino A. de Weſterholt*, *Archiuario et Sitocomo* REVERENDISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI CASPARI S. R. I. PRINCIPIS ATQVE ABBATIS CORBEIENSIS *meritiſſimo*, cuius candor, induſtria, et habilitas in rebus agendis et in perluſtrandis nobiſcum antiquiſſimis monumentis hic publice ſunt prædicanda atque digna, vt pro tantis eius in Hiſtoriam noſtræ Saxoniæ meritis honores ei habeantur gratiæque referantur ſæpiſſime, imo ſemper, obſeruauimus. gubernante Corbeiam Warino.

Situm pagi Itergowe indicant villæ ſequentes, quæ in diplomatibus noſtris hactenus ineditis reperiuntur, quæque ſunt 1) *caſtrum Itere* et 2) villa *Itere*, 3) *Enſe*, quæ erit Ober vel Nieder-Enſe intra præfecturam Eiſenberg, 4) *Luiterbach*, Lauterbach in dynaſtia Itter, 5) *Dalewich*, id eſt Dalwig in præfectura Eiſenberg, 6) *Dodonhuſon*, Dodonhauſen, 7) *Alrepe*, Alräff in præfectura Waldeck, 8) *Iſenberge*, caſtrum Eiſenberg in præfectura Eiſenberg, 9) *Curbike*, et 10) *Curbiki*, caſtrum et vrbs Corbach in præfectura Eiſenberg 11) *Warolderon*, quæ eſt vel Ober- vel Nieder-Waroldern intra præfecturam Landau, 12) *Reckeringhuſen*, fortaſſe Reckenberg in præfectura Lichtenfels, 13) *Dingerindinghuſen*, Dingeringhauſen in præfectura Eiſenberg, 14) *Eilhardighuſen*, Eilhauſen, 15) *Boclon*, 16) *Padberg*, et aliæ. plures adhuc infra occurrent, quas hic cauſa breuitatis omittimus. De pago Itergowe.

Has autem eam ob cauſam adduximus, vt termini pagorum *Itergowe* in comitatu Waldeccenſi, et Heſſi Franconici ad fluuium Adrinam, hodie dictum *die Eder*, eo melius diſcerni poſſint. Pagus autem *Nithega*, *Netga* vel *Nihtherſi* et *Nihterſe* (ſic enim autographa habent, non Intherſi,) erat pago Auga, in quo noſtra Corbeia erat, contiguus, vti approbant diplomata noſtra: nomenque a flumine, quod hodie Neta, Nithe vel Neite dicitur, accepiſſe videtur. De pago Nithega.

Villæ etiam, quæ anno 980, in diplomate Ottonis huic pago *Nitherſe* tribuuntur, proprie intra regionem ad flumen Neite obuiæ ſunt, licet in comitatu Waldeccenſi ſiat villæ quædam, quibus quædam ſimilitudo cum illis intercedit. Hæ villæ ſunt 1) *Corbechi*, id eſt *Corbeke* non procul ab oppido Borgentrick in epiſcopatu Paderbornenſi, et in dynaſtia Deſenberg. Quamuis enim hæc villa quoque referatur ad prouinciam *Haſſiæ*, negari tamen non poſſe cenſemus, vocabulum Haſſiæ in *Traditionibus Fuldenſibus*, e quibus id ſupra §. 33. not. (v) retulimus, ſumi in ſenſu latiori, atque per Haſſiæ prouinciam deſignari pagum maiorem *Heſſi*, ſpeciales quoſdam pagos v. g. pagum *Nihtherſe* ſeu *Netga* comprehendentem; 2) *Rehon* eſſe poſſet *Reher* non procul ab oppido Brakel, vbi ſplendidum ſuum palatium habent domini de Mengersheim. Animaduertimus autem, *Rohen* vel *Rauen*, vti vulgo appellatur, non procul ab oppido Beuerungen ad Wiſeram inueniri; 3) *Brungeringhuſon* eſt vel *Brungherſen* villa deſolata, vbi monaſterium Marienmunſter olim decimam habuit: vel veriſimiliter indicatur vicus *Bruchhauſen ad Netham*, qui in Regiſtris noſtris antiquis appellatur Brugerinſon, et tandem Brochuſen, vel Brauchuſen; 4) *Halgehuſon* erit vel Haldingen, vel *Halinghuſen*, vel Hagenhuſen, vel Heianhus, vel Helgerſen, vel Hellonhus, quæ omnes in eadem regione reperiuntur; 5) *Budineueldon* villa deſolata eſt, olim reperta inter Driborg, Dedinghuſen, Erpentrup et Reelſe, in loco adhuc dicto *Buddenfelds Brock*. 6) *Lellibechi* adhuc villa eſt deſolata, olim vero erat in regione monaſterii Gerden in Paderbornenſi epiſcopatu, non procul a Dinchilburg. Erat quoque 888, teſte diplomate regis Arnolfi infra ex autographis producendo, in pago Nihtherſi 7) *Godeleuesheim*, id eſt, *Godelheim* ad Netham intra principatum Corbeienſem, quæ villa non confundenda videtur cum Goddelsheim in præfectura Eiſenberg in Waldeccenſi comitatu, quæ eſt feudum dominorum de Gaugreben, et 8) *Holthuſun*, ſeu Holthuſen non procul a vico Bremborn, ſpectans ad dominos de Borg. His iam ſupra alias quaſdam addidimus, atque infra plures dabimus. Iam produximus villam *Gerdinun*, quæ eſt *Gerden* in Paderbornenſi epiſcopatu, vbi poſthæc monaſterium pro ſanctimonialibus fuit conſtructum. De pago Itergowe.

Noli autem mirari, nos ſæpius villas, ad iura abbatiæ Corbeienſis ſpectantes, ex

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 89.

Tradidit hildiger pro patre suo ricgist quidquid ille ricgist habuit in *meyngererbus* (u). testes geruuard reinmer tancmer euuurdag et alii tres.

§. 90.

Tradidit bernheri in *cogurdun* (U) quidquid habuit ibi. testes ricdag giki uuulfred esic et alii quinque.

§. 91.

Tradidit hunuuard in *fliathorpe* (v) quidquid ibi habuit *bun.* testes hecbert perumi haric ricult marcbodo.

§. 92.

Tradidit amalungus comes (w) in *rimbechi* (x) quidquid ibi habuit. testes hager pumi uuulsger osger uffo odo et alii quinque.

§. 93.

Paderbornensi episcopatu producere. Nobis enim aliter sentire non licet, atque hæ traditiones et reliqua diplomata, ex Archiuo Corbeiensi depromta, postulant, quibus omnino fidem habere poteris, quia manus nostræ, vt in prouerbio dicimus, semper oculatæ sunt, credunt quod vident. Nostra salus haud periclitatur, licet vel maxime Corbeienses bona possederint in Paderbornensi principatu nulla. Quosdam queri nouimus ob Corbeiensium diœcesin in diœcesi sua. Sed quid hæc ad nos? Illud certum est, *Warinum*, abbatem, ecclesiæ suæ patrimonium episcopi reliquisse, atque abbates Corbeienses, mortuo *Warino*, sese splendore et potentia episcopis æquare potuisse, illosque hoc præcipue debere *Warino* suo, hæ traditiones docent ac confirmant. Habebat scilicet *Warinus* clementissimum cæsarem et ipsum consanguineum. Habebat ipse potentes atque opulentissimos fratres et consanguineos. Habebat scholam in monasterio suo florentissimam. Hinc optime de eo mereri cupiebant cuncti.

De villa Meyngereshus. (u) Villa *Meyngereshus* erat, Sarachone teste, *in pago Itergowe* sita. Probabilissime subauditur vicus *Meineringhusen* in præfectura Landau. An Ricgist ad progenitores nobilium dominorum de Itter sit referendus, id in medio relinquimus. Illud hic indicare voluimus, in contextu traditionum nostrarum nihil deficere, quamuis sequatur §. 89. §. 87. Errorem nostrum, in adsignandis §§is commissum, tum demum animaduertimus, cum res sine magno labore non poterat mutari.

De villa Cogurdun. (U) Villa *Cogurdun* collocatur ab abbate Sarachone *in pago Wikanaruelde*. conf. supra §. 70.

De villa Fliathorpe. (v) Ad quem pagum referenda sit villa *Fliathorpe*, non indicauit Saracho abbas in præstantissimo suo *Registro*. Designari autem locum *Flechtorf* in præfectura Eisenberg intra principatum Waldeccensem, id sane est probabilissimum. In altero *Registro* eadem villa nominatur Flicthorpe. Accedit, quod nuncupatur ea in documentis nostris *Flechtorp*, et *Flechtorf*. Ibi anno 1101. monasterium O. S. Benedicti fundatum fuit ab Erpone comite de Padberg, quod olim congregationis erat Bursfeldensis. Dudum vero id est euersum. Si *Bun* est Bunico, ad familiam spectans Widikindeam, probabilius erit, comites de Padberg e stirpe Widikindea, quam e stirpe Brunoniana, ortos fuisse. De hac re infra ex professo. Probe autem hæc villa distinguenda erit a *Flegthorp*, villa pagi Derlingo, quæ intra præfecturam Campen Principatus Wolferbuttelani ad Scunteram amnem visitur.

De comite Amalungo. (w) *Amalungus comes* abbatis nostri *Warini*, et propterea *Ludolfi ducis Saxoniæ* quoque sororius erat. *Hadwigam* fuisse sororem *Cobbonis* et *Warini*, iam supra didicimus ex Uffingo. Eandem *Hadwigam* fuisse vxorem *Amalungi*, patet e traditionibus nostris §§. 125. et 149. Quidquid ergo Amalungus dedit Warino nostro, id procul dubio dedit lubenti prolixoque animo, probabiliter ad id allectus ab vxore sua, vt Warinus amorem sororium erga se exinde perspicere posset.

De villa (x) *Rimbechi* villa erat *in pago Hessi*. Ea nominatur *Rimbeke*, sita haud procul a fluuio

§. 93.

Tradidit alfgeruſ in uice herimanni quidquid habuit *herimannuſ* (y) in *dunge* (z) manſum unum. teſteſ bado horit hoger et alii quatuor. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 94.

Tradidit tancred in *amplithi* (A) quidquid ibi habuit. teſteſ hoger marc-bodo pumi uuighard et alii ſex.

§. 95.

Tradidit *alſburg* (B) pro anima *geroldi* (C) in pago *huuetigo* (D) in uilla *billurbechi* (E) manſum unum de terra. teſteſ teodulf geruuuard bodo uuerinbert et alii treſ.

§. 96.

uio Dimola in epiſcopatus Paderbornenſis tractu inter Scherue et Narden villas. Bona Corbeienſia ibidem olim in feudum data erant Nobilibus de Papenheim dictis. Poſſet autem quis quærere, qua ratione *Amelungus* comes eadem bona acquiſiuerit. Liceat ita reſpondere. *Amelungus* ea ſine vllo dubio accepit in dotem per nuptias vxoris ſuæ Hadwi. Infra enim ex §. 180. dilucet, eandem *Hadwigam* in eodem loco *Rimbeke* poſitos adhuc tres manſos ad monaſterium noſtrum transtuliſſe, quos ex hereditate patris ſui *Ecberti* ducis probabiliter ſibi retinuerat. Vnde colligi poteſt et confirmari ſententia noſtra, quam ſupra §. 86. not. (q) aperuimus, ibidem pronunciantes, *Ecbertum* ducem eiuſque liberos in pagis Heſſi, Netga et Auga, prædia ampliſſima poſſediſſe. Rimbe-chi.

(y) Cum ſupra §. 18. quidam comes *Withmannus* in villa *Duncgon* decem manſos mo-naſterio Corbeienſi donaret, erat inter teſtes quidam *Herimannus*. Hoc §. te-ſte, in villa *Dunge*, quæ vna eademque cum *Duncgon* erat, *Herimannus* bona poſſedit. Ex hoc quis colligere momento poteſt, comitem *Withmannum Heri-manni* conſanguineum fuiſſe. De Heri-manno.

(z) *Dunge* villa deſolata eſt, olim inter Lebendorf et Furſtenau ſita prope caſtella Collerbeke et Swalenberg. Quæ comitum Swalenbergicorum olim erant. Quum vero nomen *Hermanni* in genealogia comitum Sualenbergenſium, qui originem, vti infra videbimus, ex ſtirpe Widikindea ducunt, ſæpius recurrit, probabiliter hic *Herimannus* ad ſtemma Widekindi M. referendus eſſe videtur. *Withmannus* eius frater fuiſſe videtur. De villa Dunge in pago Au-ga.

(A) De villa *Amplithi*, *in pago Guddingo* ſita, vide ſupra §. 7. not. (n) De villa Ampli-thi.

(B) *Alsburgam* fuiſſe vxorem Walberti nepotis Widekindi Magni, ex diplomate ipſius Walberti patet, infra inſerendo. An illa ex ſtirpe ducis Ecberti, et fortaſſis eius filia fuerit nata, pro vero reputare vellemus, ſi Diis placeret. Bona ſane, quæ poſſedit ipſa, et filius eius, id videntur indicare. Geroldum eius filium fuiſſe, id eſt probabiliſſimum. Fuiſſe autem Geroldum filium Walberti, eſt in incerto. Fortaſſis Alsburga ante, quam nupſit Walberto, alium maritum habuit. Videtur *Alsburga* pro eius et ſui filii Geroldi anima voluiſſe hæc dare. quod vero non ita eſt accipiendum, ac ſi hoc tempore eius filius Geroldus fuerit mortuus. Vixit enim ipſe omnino poſt annum adhuc 840, vti ex diplomatibus noſtris, et ex his traditionibus pateſcet. De Als-burga.

(C) *Geroldus* infra nominatur comes. Ipſe tandem grandis natu monaſticæ ſe conſecrauit vitæ, et, quidquid habuit, eccleſiæ contulit Corbeienſi. De Ge-roldo.

(D) De *pago Huuetigo* vide ſupra §. 3. not. (c). Diſſeruit de eo copioſe Ill. Chriſtia-nus Vlricus Grupen in limine *originum Pyrmontanarum*,

(E) Villam *Billurbechi* inueſtigaturi deprehendimus primo villam quandam nomine *Billurbike* non procul a Coasfelt oppido, in qua S. Ludgerus primus Monaſteri-enſium epiſcopus animam Deo reddidit, teſtante eius Vita Tom. I. *Script. Rer. Brunſ. Leibnitii* f. 93. quæ autem hæc noſtra villa eſſe non poteſt. Deinde eſt villa quædam *Bilderbeck* in Principatu Wolferbuttelano, ad fluuium Leinam, cu-ius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Grene, quæ etiam hic intelligi nequit, quia pagi Tili- De villa Billerbe-chi.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 96.

Tradidit maginbern et reduuig in *cogharden* (e) quidquid habuerunt ibi. similiter tradidit fridumar quidquid ibi habuit duorum quoque liberorum per ibidem possessionem nomine hunric et sol.
rodolfus quoque pro homanno tradidit quidquid ibi habuit similiter pro adhelmo quidquid etiam ipse ibidem habuit. testes eggio marcbodo teodgerus dado rodolfus et alii octo.

§. 97.

Tradidit agido in *holtesmeni* (F) mansum unum. ea tamen ratione ut suuala ipsum possideat interim. dum uixerit. post mortem autem suualae ad reliquias cedet sti stephani (G). testes horid erp riculf lifward auo tidulf et alii quatuor.

§. 98.

Tradidit hranuuarduf in *bochem* (H) quidquid habuit. testes bouo adalhard.

§. 99.

Tilithi et Wikanauelde obstant. Denique autem nos habemus obuiam villam *Bellersen* in episcopatu Paderbornensi haud procul a vico Bökendorp, quæ hic indicari videtur. Quodsi enim pagus *Huuetigo* ad fluuium Embrinam, vti §. 3. vidimus, fuit, abbatia etiam nostra in villa *Beller*, quæ in antiquis membranis *Bellerbek*, *Bellerke* et tandem *Beller* appellatur, bona quædam possidet, nulla alia villa per *Billurbechi* indicatur, quam vicus *Bellersen* in diœcesi Paderbornensi. In *Origin. Pyrmontanis* p. 4. hæc villa appellatur *Billurbochi*. Sed multa vitia typographica ibidem irrepserunt. Pro *Embrino* enim lege ibi *Embrine*, pro *Helmune* helmuni, pro *Schard* schard, pro *Theoding* teoding, pro *Heriberd* heribert, pro *HUVetego* huuetigo, pro *BRACII* bracu, pro *Stoedger* adedger, pro *Osburg* alsburg, pro *Wetigo* huuetigo, pro *Theodulf* teodulf, et pro *Geriward* geruuuard.

(e) De villa *Cogharden in pago Wikanauelde* vide supra §. 70. not. (s)

De villa Holtesmeni.

(F) *Holtesmeni* villa hodie dicitur *Holtzminden*, oppidum situm ad Wiseram vno milliari a nostra Corbeia orientem versus. Tempore Hludouici pii, vti hic videmus, ea iam exstitit, et ad *pagum Auga* fuit relata, testante Registro nostro Bonorum Ab. Corb. Iacet etiam illa inter Varstan et Aldenthorp, id est, Forst et Oledörp, quæ villæ, cum ad pagum Auga relatæ fuerint, vti iam supra §. 45. not. (Y) et (Z) didicimus; villa *Holtesmeni* ad alium pagum nequaquam trahi poterit.

De reliquiis S. Stephani.

(G) Quia hic *reliquiarum sancti Stephani* duntaxat mentionem faciunt traditiones, vti etiam adhuc factum est §. 105; infra autem, §. 126. Sancti Viti reliquiæ adduntur, colligi potest inde, hanc et sequentes traditiones vsque ad §. 126. ante annum 836. factas esse. Nam eo demum anno corpus S. Viti e Francia in Corbeiam nostram ferebatur.

De villa Bochem, et de pago Bukki.

(H) In codice nostro manus aliena ad marginem adscripsit *Bokem*. et in Registro nostro sæpius citato villa *Bokem in pago Nihtherfi* inuenitur. Inuestigatio ergo villæ *Bochem* difficilis non erit. In episcopatu enim Paderbornensi intra regionem oppidi Driburg haud procul a vico Swaney et septem vallibus, vulgariter dictis *die sieben Gründe*, villa *Buken* inuenitur, quam hic indicari arbitramur. Immichusen villa, hodie dicta Himmighausen, etiam ad pagum Nihtherfi seu Nethga spectauit, et eadem hæc quasi terminus constituendus est inter Huuetigo et Nihtherfi pagos. Est vero eadem villa *Bochem* probe distinguenda a *Bodeke* in eodem quidem episcopatu Paderbornensi, sed ad dominium Weuelsburg referenda. Hanc perhibent docti quidam esse *pagum Bukki*, in quo, teste *Poeta Saxone* T. I. *S. R. B. Leibnitii* f. 125. et Eginhardo *Ann. Rer. Franc.* f. 149. *Angrarii*

§. 99.

Tradidit *eillog* pro filia sua *tetta* in *pago pathergo* (I) in villa *uuamuri* (K) quidgrarii cum suis primoribus, (quorum *Dux Bruno* erat, vti *Vita Caroli M. Annal. Franc. apud Canisium*, et *Regino in Chronico* addunt) anno 775. *Carolo M. occurrerunt, et, sicut Ostfali, obsides dederunt et sacramenta iurauerunt.* Si enim *Bucki* pagus, id est, prouincia fuit, villa seu vicus esse non potuit. *Bodeke* vero vicus est ea in regione, in qua pagus Almunga quondam exstitit. *Bukki* ergo *pagus* alio in loco quærendus erit, et probabiliter in comitatu Schaumburgico vltra siluam Deister inueniendus, vbi oppidum Buckeburg, et *die Buckenthaler Landwehr* ad siluam Deister reliquiæ huius pagi esse videntur. Et sane ratio itineris Caroli M. rem aliter non postulat. In Annalibus enim excitatis relatum legimus, *Carolum M. iuxta montem* BRVNESBERG, *pulsis fugatisque Saxonibus amneque Wisera traiecto, cum parte exercitus ad fluuium* OVACRAM *contendisse, ibidemque ei vnum ex primoribus Saxonum, nomine* HESSI, *cum omnibus Ostfalis occurrisse, atque obsides dedisse et sacramento se obstrinxisse: inde vero reuersum in pagum* BVKKI *peruenisse, ibidemque Angrarios cum suis primoribus illi quoque occurrisse, et datis obsidibus, iuramentis se fore fideles, confirmasse; interea vero partem quandam exercitus Caroli ad Wiseram in loco vocato Hlidbeki* (Lubbeke in episcopatu Mindensi) *dimissam mansisse, eam ceterorum Saxonum fraude circumdatam et deceptam fuisse, Carolum ergo, detrimento suorum ei allato, magna celeritate fugientium Saxonum terga insecutum esse, magnamque ex eis multitudinem prostrauisse, et hinc ad Westfalos venisse.* Apparet autem ex his, Carolum Magnum ex abbatia nostra Corbeiensi dimisisse quandam exercitus sui partem in episcopatum Mindensem, fortassis vt comprimeret insultus *Widekindi Magni*, dum ipse in Principatu Wolferbuttelano commorabatur; rebus vero ibidem ex voto peractis, voluisse iter dirigere ad hanc exercitus sui partem, quæ iussu eius in episcopatu Mindensi castra posuerat, in itinere autem in *pago Bukki* Angarios in gratiam recepisse, et de prælio facto audiuisse. Quia igitur inter Wolferbuttelam et Mindam, oppida, nulla regio restat, in quam pagum *Bukki* collocare possimus, præter regionem vltra siluam Deister in comitatu Schaumburgico, malumus pagum *Bukki* in eundem comitatum collocare, quam cum H. Meibomio in villa Bodeke in episcopatu Paderbornensi, vel cum eruditissimo Paderbornensi episcopo Ferdinando in vico Boca ad Lippiam fluuium, eundem inuenire; et quamuis in comitatu Hoiano, et quidem in præfectura Hoia, reperiantur *Bucken* et *Alten-bucken*, et in præfectura Harptstedt Beckeln, atque in præfectura Ehrenburg Bœckhorst, maluimus tamen statuere, pagum *Bukki* exstitisse in comitatu Schaumburgico, quam in Hoiano, quia in hoc pagus Enterigawi fuit, cæsaremque iter confecisse breuiore via, probabile est.

guberrante Corbeiam Warino.

(I) Explanaturis hunc §. proponere liceat quasdam coniecturas, quas quidem pro firmis non habemus, quæ fortasse tamen aliis occasionem dare poterunt, rem operosius indagandi. Fuisse tempore imperatoris Hludouuici Pii quandam Herifordensem abbatissam nomine *Tettam*, eiusdem imperatoris diploma est indicio. Quia vero facillime intelligi potest, eandem *Tettam* ex quadam familia illustri oriundam fuisse, ea in opinione sumus, et sic arbitramur, *Tettam* abbatissam ex stirpe familiæ Widekindicæ ortam fuisse. *Tettæ* cuiusdam mater hoc loco *Eillog* fortasse fuit vxor Alfrici, ex Widekindo nati. Id si probabile est, *Tetta* (non Telta, quod vitium typothetæ in *Origin. Pyrmont.* est p. 10.) filia Alfrici fuit. Id sane verisimile satis est, nostros Corbeienses, quum annuente Hludouuico imperatore monasterium Herifordense construere debuerint, talem abbatissam eidem præficiendam curauisse, qualem ob generis dignitatem et propinquitatem deligere maluerint. Quodsi autem in familia Ecbertina nullas superasse putas, quæ ad id dignitatis habiles et aptæ fuerint, Widekindi vero familia propter Alsburgæ et Folclogæ nuptias Ecbertinæ maxima cognatione coniuncta extitit, non potuit vix fieri, quin quædam Widekindi M. neptis ad regimen Herifordensis monasterii assumeretur, præsertim cum familia Widikindea in pago Pathergo prædia sua habuit.

De Tetta.

(K) *Pagus Patherga* in tractu vrbis Paderbornæ sine vllo dubio situs fuit. Ad episcopatum enim Paderbornensem eundem pagum diplomata referunt, idemque absque

De pago Pathergo et villa Wamuri.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

quidquid habuit. teſteſ arid euo beuo (L) deddo teudold et alii ſex.

§. 100.

Tradidit uffic quidquid in cogarden (l) habuit cum hereditate vxoriſ ſuae et cuiuſdam conſanguinei ſui in eodem loco. teſteſ eiſulf teodult tiadman bacco thiadgrim.

§. 101.

Tradidit uuala (M) pro remedio animae filii fratriſ ſui nomine gherfriduſ X iurnaleſ in *ryadra* (N) et ſiluam quae illic coniacet.

§. 102.

Tradidit aſuco pro anima uuende et oſburin . . . . . teſteſ *arnulf* (n) helpric halecmund uualdmund et alii quatuor.

§. 103.

Tradidit folcmeri in *pago heſſi* (O) in uilla nuncupante *buria* (P) manſum unum et hominem latum cum vxore et filiiſ. teſteſ *hoger comeſ* (Q) *anulo* (R) ragenharduſ alduuarduſ addic et alii nouem.

§. 104.

Sunt quidam *hominef* (S) qui tradiderunt in *pago thuringi*

que controuerſia a fluuio, Pather ſeu Pader appellato, et in vrbe Paderborna ſurgente, nomen traxit, pagus in antiquis annalibus de Caroli et Hludouuici imperatorum rebus geſtis celebratiſſimus. Villa vero *Wamuri* tempore epiſcopi Paderbornenſis Meinwerci, id eſt, ſeculo XI nominabatur Waweri. Hodie dicitur Weuer. Olim ibi erant quidam nobiles dicti de Weuer; iam vero eſt ſedes perilluſtrium Baronum de Imbſen, vaſallorum Corbeienſium; villa autem Weuer ſeu Wamuri ab vrbe Paderborna non longe abeſt.

De Bevone Warini Ab. Corb. fratre.

(L) *Beuo* frater abbatis Corbeienſis Warini fuiſſe videtur, et forte idem eſt, qui §. 98. appellatur Bouo.

(l) De villa *Cogarden in pago Wikanauelde* vide ſupra §. 96.

De Wala.

(M) *Wala* frater abbatis Adalardi Corbeienſis denotatur, qui erat filius Bernharti, fratris Pipini regis Francorum. Si ita eſt, quæritur, quomodo amborum, Walæ ſcilicet et Adalardi, frater appellatus fuerit? In viuis ſane hoc tempore adhuc fuit Wala. Et ex donis patet, quæſtionem propoſitam non eſſe de nihilo. Confer plura infra §. 169 et 231.

(N) *Riadre* villa in *Regiſtro* noſtro A. C. R. *MSto* ponitur *in pago Hergoive*. Denotamus ergo per *Ryadra* villam vicum *Radern* intra præfecturam Lichtenfels in principatu Waldeccenſi obuiam.

(n) An *Arnulf* filius S. Meinulfi, de quo egimus ſupra §. 48, hoc loco ſignificatur?

(O) De *pago Heſſi* vide ſupra §. 33. not. (V)

(P) De *Buria* vide l. c.

De comite Hogero.

(Q) *Hogerus comes* an filius Marcwardi et Ricſuit, de quibus vid. §. 106.

(R) *Anulo* eodem §. 106. quoque reperitur inter teſtes.

De hominibus abbatiæ Corbeienſis.

(S) De voce *hominis* confer ſupra §. 24. not. (T) Ex hoc autem loco videtur apparere, eadem adpellatione tempore Hludowici pii quoque inſignitos eſſe nobiliſſimos Saxoniæ noſtræ, quos hodie appellamus duces, principes, comites et liberos barones.

nes. Omnes vero illos, qui hoc in §. reperiuntur, vasallos abbatiæ nostræ fuisse, audacter pronunciare non audemus. *Quidam homines* videntur esse nonnulli liberi, qui sua et sese tradiderant S. Stephano, Corbeiæ patrono sacro. Alii obtulerunt ei nonnihil muniorum, tuendæ ecclesiæ accommodatorum. Triginta *homines nobiles* seu conseruatores abbatiæ nostræ fuisse iam tempore Carolingidarum, demonstrant diplomata nostra Cæsarum, e quibus vnum in lucem emittimus, accurate ex autographo descriptum:

gubernante Corbeiam Warino.

¶ In nomine sc̄āē et indiuiduae trinitatis. *Karolus* diuina fauente clementia imperator augustus. si petitiones seruorum dī n̄r̄ōrumq̧. fidelium. quas pro suis necessitatib: et maxime pro ecclesiarum dī utilitatib. nobis suggesserint ad effectum perducimus. non solum honorificam imperialis libertatis exercemus consuetudinem. uerū ad aeternae retributionis mercedem talia credimus nobis profutura. unde nouerit omnium fidelium n̄r̄ōrum praesentium scilicet et futurorum industria. quod fidelis n̄r̄ *bobo* abbas monasterii. quod uocatur noua corbeia et situm ē in saxonia. dedicatum uero in honore sc̄ōrum martirum stephani atq̧. uiti. insinuauit amplitudini n̄r̄ae. qualiter idem monasterium beate memoriae *auus noster hludouuicus* imperator primitus inchoauerit et statim inter ipsa constructionis eius exordia concesserit. ut neq̧. abbates illius loci neq̧. *homines* eorum cuiusq̧. conditionis in expeditionem umquam ire deberent. sed liceret eis cum quiete ac securitate praefatę utilitati ec̄c̄lāē prouidere nec non et regiis interdum legationib. exequendis ubi opus esset operam dare. quam concessionem firmam in futurum esse uolumus. licet ad pręsens eam instantis periculi necessitas paululum minuere cogat. nam propter immensam barbarorum infestationem necesse habemus cum uniuerso populo nobis diuinitus commisso ecclesiarum defensioni insistere et ob hoc non omnes sub memorati loci dominio consistentes a profectionib. in hostem immunes relinquere possumus. sed quem eiusdem loci abbates missaticum regium peragere soliti erant concedimus eis ut *triginta homines nobiles* ab aliis profectionib. secum immunes habeant et si extra patriam est legatio peragenda. plures nobiles ad hoc opus paratos teneant. reliqui uero cum suo populo in hostem proficiscantur. Et hoc quandiu tanta bellorum pericula imminent. ubi uero diuina pietas pacem dederit. concessionem quam temporib. gloriosae memoriae aui genitoris et germani mei habuerunt. firmam et stabilem manere uolumus. Tradimus etiam in remedium animae n̄r̄ae et patris n̄r̄i et fratris et in aelemosinam progenitorum n̄r̄ōrum quaedam beneficia ad prefatum coenobium in propriam hereditatem scilicet in *uuehsigo* quinq̧. mansos et II familias quos habuit liuduuard in beneficium et in *hession* V mansos et duas litonum familias. quas habuit olim remeias in beneficium. et in *marca asseki* in uilla *ecrikeshusun* quicquid ad regium ius pertinet in terris siluis et mancipiis. concedimus quoq̧. partem uillę quae dicitur *ouenhus* quam habuit olim *uuihric comes* in beneficium et quatuor mansos in *sinutfeldun* quos bantuardus habuit in beneficium. Et ut haec n̄r̄ē largitionis concessio pleniorem in dī nomine obtineat firmitatem manu propria firmauimus et anuli n̄r̄ī impressione assignari iussimus.

signum  domni karoli serenissimi augusti

liutfred notar. ad uicem liutuuardi archicancellr. recognoui et ſſſ

Sigillum, diplomati suffixum, visitur Tab. I. n. 4.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

gi (T) in uilla nuncupante uffenleua (U) quidquid sibi illic propriae hereditatis

data non. mai anno incarnationis dñi DCCCLXXXVII indictione IIII anno uero regni domni Karoli XI imperii autem VII. actum uueibilinga uilla in dī nomine feliciter amen.

De conseruatoribus abbatiæ Corbeiensis.

Quibusnam ex familiis illi triginta homines nobiles abbatiæ nostræ, quibus in expeditionem bellicam ire necessum non fuit, fuerint, diplomata nostra non expresserunt. Patet tamen e codice membranaceo antiquo, tempore abbatis Wibaldi scripto, et qui in Archiuo Corbeiensi exstat, fuisse eos *e progenitoribus comitum de Hademersleue, comitum de Manesuelt, comitum de Euerstein, comitum de Anholt, comitum de Lutterberch, ducum Stetinensium, comitum de Regensten, comitum de Schouenborch, comitum de Sualenberg, nobilium de Desenberg, comitum de Woldenberge, comitum de Dassila, comitum de Sutfen, comitum de Marca, comitum de Welipa, et comitum de Hoiia.* Mirati sumus primo sub conspectu, cur auctor, qui hæc annotauit, neque comitum de *Perremunt*, de *Waldeck*, de *Sternberg*, de *Colrebeke* et de *Wunstorp*, neque comitum de *Blanckenborg*, neque nobilium de *Plesse*, de *Hoinboken*, de *Sconenberge*, de *Escherde* et de *Sichelenstein*, neque comitum de *Brokhusen*, et de *Oldenborg*, neque comitum de *Tekeneborg*, de *Bomeneborg* et de *Northeim*, neque comitum de *Rauensberg*, de *Lippia*, de *Arensberg*, de *Sladem*, et de *Schartzfelde*, neque comitum de *Sommerschenborg*, neque comitum de *Walbeck*, neque principum de *Anhalt*, neque nobilium de *Homborg* et de *Brakel*, neque comitum de *Wintzenborg*, neque *ducum Saxoniæ*, neque comitum de *Brunswick* mentionem fecerit, cum tamen hi omnes sine dubio nobiles homines atque conseruatores abbatiæ nostræ fuerint, vti diplomata nostra, et libri feudales, vulgo dicti *Lehn-Saal-Bücher*, comprobant. Sed considerantes ea, quæ in his reperiuntur traditionibus, accuratissime, tandem desiderauimus amplius nihil. Hæc autem dicta viam pandunt ad multas eruendas veritates, inprimis vero ad detegendas *Iohannis Letzneri* hallucinationes. Audiuerat ille Corbeiæ, scripturus Chronicon quoddam Corbeiense, habuisse quondam abbatiam nostram triginta vasallos nobiles. Parum vero intelligens, quid vocabulum *nobilis* in antiquis diplomatis habeat significatus, explicauit vocem eandem de ministerialibus Corbeiensibus. Hinc in *Chronico* suo *Corbeiensi* egit de nobilibus de *Arnfeld*, *Amelungsen*, *Beineburgk*, *Beuern*, *Boffenhusen*, *Brobach*, *Luchteringen*, *Meinbrexen* et aliis, quorum genealogiam vsque ad tempora Hludouici pii perduxit, cum tamen ætate huius cæsaris nulli nobiles de *Beueren*, *Amelunxen* etc. exstiterint in rerum natura. Optimo ergo iure nominamus *Iohannem Letznerum* magnum fabulatorem, germanice *den grossen Fabel Hans*.

De Thuringia.

(T) *Thuringiam* olim in *australem* et *septentrionalem* diuisam fuisse, ex Ditmari episcopi Merseburgensis verbis collegimus. Quando enim ille de antecessore suo Wigberto nonnihil tradit, scribit T. I. Leibn. f. 384: *Hic ex optimis* THVRINGIÆ AVSTRALIS *originem, in Magdeburg autem ex Otrico disciplinæ regimen sumpsit.* De Ekkihardo etiam f. 356. hæc habet: *Ekkihardus, ex nobilissimis* THVRINGIÆ AVSTRALIS *natalibus huius genealogiæ ortum ducens, cum gradatim ad virilem pertingeret ætatem, parentelam suimet omnem tam morum quam actuum grauiter inclytum honorat.* De Luthario autem hæc eodem loco asserit: *Lutharius, ex clara* THVRINGIÆ SEPTENTRIONALIS *prosapia editus, cum vir factus esset, ætatem superare virtutibus nitebatur.* Hisce appellationibus sine vllo dubio respicit Ditmarus ad diuisionem Thuringiæ in *australem* et *septentrionalem*, eo æuo peruulgatam. Quodsi igitur in diplomatibus reperimus pagum *Suthuringi* et pagum *Northuringi*, hic *septentrionalis*, atque ille *australis* Thuringia esse videtur. Intelligi autem in nostro loco per pagum Thuringi pagum *Norththuringi*, seu *Thuringiam septentrionalem*, patescit ex *Registro bonorum Abbatiæ Corbeiensis*.

De villa Uffenleua.

(U) *Uffenleua* hodie dicitur *Offleben*, et reperitur in Principatu Wolferbuttelano haud procul ab oppido Scheningen ad confinia Ducatus Magdeburgici. Olim eandem villam terminum pagorum *Norththuringi* et *Darlingi* constituisse, videtur probabile. Scheningen enim et aliæ villæ, ibidem adiacentes, ad pagum Darlingi referuntur. Cum autem hæc eadem villa sit, cuius traditionem omnes antiquitatum

ditatiſ (V) iure accidere potuit et ipſi ſcſci ſunt teſteſ cobbo

gubernante Corbeiam Warino.

tatum ſcrutatores mecum cenſebunt in toto codice noſtro eſſe memoratu digniſſimam, non erit ſcopo inconueniens, quædam ex antiquitatum monumentis de eadem villa in medium proferre. *Comites palatinos, Sommerſchenburgicos,* eam accepiſſe ab abbatia Corbeienſi, indicandum et demonſtrandum eſt in *Clientela Corbeienſi.* Ipſi Comites quatuor manſos, ad eandem villam ſitos, procul dubio tradiderunt baſilicæ B. mariæ virginis, intra Hildesheimium obuiæ, quos circa annum 1170 Amelungus, abbas *Riddageshuſanus,* permutationis titulo a canonicis modo dictæ eccleſiæ, redditis aliis quatuor manſis in *Solcege* (fortaſſis Solſche in præfectura Peina in Hildeſ. epiſcopatu) recepit. Id litteræ teſtantur, in *Chronico Riddagshuſano* obuiæ *Tom. III. S. R. G. Meibomii* p. 413. ſeq. *Heinricus Leo* eandem villam appellat anno 1190 *Uffinleue,* addens, ſeptem manſos et dimidium in eadem villa fuiſſe partem hereditatis ſuæ, qui vero in beneficium fuerint traditi *aduocato* Luitdolfo eiusque filiis, Balduino et Luitolfo. Docet autem quoque idem præterea, tres manſos et dimidium in villa eadem fuiſſe propriam hereditatem eiuſdem aduocati. Illos vero ſeptem manſos et dimidium *Heinricus Leo* permutatione transtulit in Bertramum abbatem *Riddageshuſanum,* receptis ab abbate manſis aliquot in *Huunsleue, Winnigſtede* et *Bentorp,* quos iterum in beneficium dedit memorato aduocato Luitdolfo. Hic aduocatus porro traditis ante dicto abbati tribus manſis et dimidio, in eadem villa *Uffinleue* ſitis lege commutationis recepit ab abbate manſum et dimidium in *Wobike* poſitum, et duos manſos atque dimidium in *Dalehem,* teſtantibus litteris in *Chronico cit.* l. c. p. 414. Poſſediſſe autem adhuc quinque alios manſos in eadem villa *Uffenleua* illius prædicti aduocati filios, quos ipſi anno 1196 vendiderunt eidem monaſterio Riddagshuſano, pateſcit e litteris ſequentibus, quas e MScto addimus:

C In nomine ſcē et indiuidue trinitatiſ. *Heinricuſ* dī grā *dux Saxonie* et *palatinuſ comeſ reni* conſtare uolumuſ uniuerſitati fidelium, quod *Balduin⁹* et *Ludolfuſ* miniſterialeſ ñrī aduocati de Bruneſuic cum permiſſione ñrā et uoluntate et conſenſu heredum ſuorum quinq; manſoſ in *offenleue* et cum omni utilitate in pratiſ paſcuiſ et ſiluiſ uendiderunt fratrib⁹ in *riddageſhuſen* pro ſexaginta marciſ. ut autem hui⁹ uenditioniſ contract⁹ rat⁹ et inconuulſuſ in perpetuum perſeueret in teſtimonium et robur firmitatiſ p̄ſentem paginam ſigilli ñrī impreſſione communiuim⁹ et idoneorum teſtium ſubſcriptione roborauim⁹. Teſteſ autem hui⁹ ſunt *Iordan⁹ dapifer. Fritheric⁹ marſcalc⁹. Balduin⁹ de Blankenborg* et *anno frater ei⁹. Baſili⁹ de Oſterode. Olric⁹ de Botmere. Ecbert⁹ de Scoderſtede. Eilard⁹ de Oberge. Erneſtuſ de Algeſtorp.* Data per manum Alberti ſcriptoriſ anno ab incarnatione dñī M°. C°. XCVI. indict. XIIII.ª

Ex his omnibus efficitur, acquiſiuiſſe *Riddageshuſanum* monaſterium, prope Brunſuic ſitum, in villa Offleben pedetentim XVI manſos. Tenuit autem in eadem villa *Offenleue* quoque monaſterium *B. Mariæ in Valle* ſitum, vulgo dictum *Marienthal,* IV manſos, id quod apparet ex litteris *Wichmanni* archiepiſcopi Magdeburgenſis ad annum 1191, quas Polycarpus Leyſerus in *Obſeruatis diplomatico-hiſtoricis de Lanttinc, iure Germanorum honorario* §. 2. publici iuris fecit, e quibus diſcimus, *Albertum, palatinum comitem,* eccleſiæ in Valle B. mariæ tradidiſſe quatuor manſos, ad *Offenleue* ſitos. Cum vero poſt hæc prædium monaſterii Riddageshuſani, in *Offleben* obuiæ, in contumeliam Brunſuicenſium ducum *Ottonis Magni* et *Erneſti,* ab eorum hoſtibus exuſtum, damnumque acceptum eſſet non leue, optimi principes, religioſorum hominum fautores, damnum reſarſerunt bonis in Riddageshuſanos anno 1335 collatis, teſte *Chronico Riddagshuſano Tom. III. Meibomii* p. 370.

(V) Qualis fuerit iſta *hereditas,* quæ tot hominibus iure hereditario obtingere potuit, iam nobis eſt inquirendum. Ex heredibus ſiquid colligere licet ad exquirendum poſſeſſorem illorum bonorum, quæ ad ipſos hereditatis lege tranſire po-

De hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et bo (W) uualdbertuf (X) et frater eiuf thiadric (Y) folcric (Z) eſulf

poterant, poſſeſſor ſane vir quidam illuſtriſſimus fuerit oportet. Infra enim oſtendemus, heredes illos fuiſſe nobiliſſimos Saxoniæ noſtræ dominos, quos hodie appellamus electores, duces, principes ac comites. Lucem nonnullam huic obſcuræ rei infundunt verba §. 108. Hoc enim loco ea hereditas adpellatur *hereditas Adalrici*. Vnde euidentiſſime patere cenſemus, eam fuiſſe hereditatem *Eſiconis comitis*, qui in *Annalibus Rerum Francorum* appellatur *dux Oſtſalorum Heſſi*. Illius iam ſupra ſæpius mentionem iniecimus, atque, inprimis §. 23. not. (N). ex *Vita S. Luitbergis* oſtendimus, eum, vnico filio intra florem adoleſcentiæ defuncto, ſe conſecraſſe cœnobio Fuldenſi ibidemque obiiſſe, hereditate inter filias diſtributa. Fuiſſe autem eundem *Adalricum ducem Oſtſalorum Heſſi*, *Eſiconem* ſeu *Aſig*, ex autographo diplomate Karoli Magni, quod in tabulario Corbeienſi exſtat, pateſcit, quod infra in lucem producemus. Cum enim illi imperator partem ſiluæ Buchoniæ quamdam donaret, Karolus eum appellat *Aſig*, additque, eundem quoque fuiſſe *Adalricum* nominatum, eius vero patri nomen fuiſſe *Hiddi*. Hæc autem noua detectio multas aperit illuſtratque hiſtoricas veritates. Primum enim ex eo apparet, nomina propria *Aſig*, *Eſic*, *Haſſi* et *Heſſi*, contracta eſſe ex *Adalrico*, quæ obſeruatio ad multas genealogicas veritates reludendas facit. Addemus plura. Si eruditi de loco habitationis *ducis Oſtſalorum Heſſi* inuicem digladiantur, illi maiore cum veritatis ſpecie pugnant, qui aſſerunt, eundem fuiſſe caſtrum *Aſſeburg*, haud procul ab vrbe Wolferbuttela, quam qui, eundem fuiſſe caſtrum *Heſſeburg* in Mansfeldico comitatu, perhibent. Tandem ex hoc ipſo momento erit perſpicuum, familiam Ecbertinam ſeu Luidolfinam, Widikindeam, Billinganam et multas alias familias, cum hoc duce *Adalrico* ſeu *Heſſi* cognatione fuiſſe coniunctas, quod quidem huc vsque fuit ſatis obſcurum. Denique momento ex eodem diſcimus, omnes heredes *ducis Oſtſalorum Heſſi* vno ore conſenſiſſe in aliquam hereditatis partem, quæ, mortuo *Adalrico*, ad quempiam iure peruenerat, ſi tradenda foret ea monaſterio Corbeienſi. Definire haud auſim, vtrum, vt gratificarentur conſanguineo ſuo abbati *Warino*, an, vt ita Deo eiuſque ſanctis pro obtenta hereditate, mortua *Eſiconis* vxore, gratias habere voluerint, id feciſſe ſint exiſtimandi.

De Cobbone, fratre Warini abbatis Corb.

(W) *Cobbo*, frater Warini abbatis et ducis Luidolfi, inter traditores primum locum tenet. Priores partes habere potuit ipſe ex gratia fratris ſui Warini. Sed id non eſt probabile. Filiam quandam *Eſiconis* eum in matrimonio habuiſſe, eſt probabilius. Nec minus, fuiſſe *Eſiconi* plures tribus filias, quarum vna nupſerit comiti Unwano, ex *Vita S. Liutbirgis* apparet. Contraxiſſe autem *Cobbonem* matrimonium, (licet hactenus ignorem vxoris ſtirpem) ex filio cognomini, quem genuit, apparet.

De Waldberto.

(X) *Waldbertus* ſine vllo dubio eſt nepos Widekindi Magni, qui cum idem ius in hereditatem *Adalrici* habuerit, ipſe citra controuerſiam conſanguineus et Cobbonis et Adalrici fuit, ſiue hæc conſanguinitas ex vxore Widekindi Magni, quæ filia Hiddi patris Eſiconis eſſe potuit, ſiue ex alio matrimonio profluxerit.

De Thiadrico fratre Waldberti.

(Y) *Thiadricus* frater Waldberti et nepos Widekindi hactenus fuit ignotus. Si igitur vir acerrimi iudicii, et totius Germaniæ noſtræ decus, G. G. L. B. de Leibnitz ex *Widikindi* M. abnepote Theodorico collegit, ipſius Widekindi patrem fuiſſe quendam *Theodoricum*, qui anno 743 ſe Francis ſubmiſit; nos probabilius ex Widekindi nepote, quam ex eius abnepote, illud coniectamus, et illam Leibnitii coniecturam confirmamus. Eat igitur *Warnekinus* ille, quem recentiores quidam *Widekindi* Magni patrem ſtatuunt, eiuſque progenitores vſque ad arcam Noæ perducunt. Eat is in denſas tenebrarum ſiluas, in quibus ſubinde latrones et beſtia rapax et mortifera herba delitent, vbi labyrinthi viæque apparent, quæ ſine exitu per errorem inextricabilem intermoriuntur, et vbi terribiles audiuntur vlulatus.

De Folctico.

(Z) Quis fuerit *Folcric*, nos ignorare fatemur. Diuitem eum Adelingum fuiſſe, ex hereditate, quam adiit, colligi poterit. Cum enim ex ea appareat, illum coheredem fuiſſe Cobbonis, filii ducis Ecberti, nemo non videt, potentem eum quoque dominum in noſtra Saxonia ſuo tempore exſtitiſſe. Si *Folcric* idem eſſet, qui

eſulf (*) horid (**) bernharduſ (a) uuicharduſ (b) heribertuſ gubernante Corbeiam Warino.

qui *Folchardus* et *Folcher*, facile eius genus inuenire atque euoluere poſſemus. Cum enim ſupra §. 65. *Folcher* frater Weringeri ſeu Beringeri, qui in pago Hartego quædam donauit, cuiusque nomen in genealogia principum Anhaltinorum illuſtre eſt, appelletur, infra vero §. 130. affirmetur, *Folchardum* quendam fuiſſe filium *Deddi* et *Albe*; *Deddi* ipſius ducis Oſtfalorum Heſſi frater, et ſic Folcher ducis Heſſi nepos ex fratre eſſe potuiſſet. Connexio generis vero omnium fuiſſet, coniectura ſalua, hæc potiſſimum:



(*) De *Eſulfo* nihil certi vel veriſimile definiri poteſt. Quamuis enim ſupra §. 9. *Aſulfus* quidam ſita in villa Salohus in pago Nithega bona quædam abbatiæ noſtræ tradiderit, et Aſulfus quidam l. c. inter teſtes reperiatur, qui filius et noſter Eſulfus pater eſſe poſſet, itemque *Eſulfus* quidam occurrat §§. 100. 108. 136. 144. 149. 160. 161. 166. 174. 176. 197. 203. 230 et 240. in quibus eius conſanguinei monaſterium noſtrum muneribus ſuis ornarunt, inter teſtes, nil tamen, quod probabile ſit, inde elici poterit. Fratrem natu maiorem *Withardi*, qui in pago Suilbergi ſeu comitatu Daſſelienſi nonnihil donauit, illum fuiſſe, coniectura auguramur. De Eſulfo.

(**) *Horicum* inter teſtes deprehendimus §. 93. 97. 117. 146 et 149. et tam ex donis, quam ex traditoribus l. c. patet, *Horidum* illum conſideratum ibidem eſſe, tanquam conſanguineum. Infra §. 166. illum deprehendimus tanquam dominum, qui in pago Sturmidi ſeu in epiſcopatu Verdenſi bona poſſederit. Contiguum fuiſſe hunc pagum pago Enterigawi, ſito intra comitatum Hoianum, et locorum ſitus, et villæ, ad vtrumque pagum referendæ, ſuadent. Fortaſſe ergo *Horid* filius fuit *Wicmodæ*, quæ ſupra §. 61. in pago Enterigawi bona quædam abbatiæ noſtræ tradiderat. Quæ *Wicmod* filia fuit ducis Oſtfalorum Heſſi. De Horido.

(a) *Bernhardus* ſine vllo dubio eſt *filius Unwani* et ducis Oſtfalorum Heſſi nepos, de quo iam ſupra egimus §. 18. 20. 27. 28. 29 et 36. Amiſiſſe hunc *Bernhardum*, iuuenilibus annis adhuc vigentem, patrem ſuum *Unwanum*, ex *Vita S. Liutbirgis* apparet. Auctor enim illius vitæ refert, *Gislam filiam Heſſi* poſt obitum viri ſui *Unwani* per aliquot annos in viduitate ſua religioſam duxiſſe vitam, et, imperante Ludouico pio, vitam in pace finiuiſſe, et honorifice ſepultam eſſe. Quodſi autem Ludouicus imperator anno 840 e vita deceſſit, vti approbant diplomata noſtra, nemo dubitare poterit, *Gislam* ante annum 840 vitate lumen deſeruiſſe. Hiſce concordant accurate hæ traditiones. Ex dictis igitur videmus, patrem *Bernhardi* noſtri iam antea animam ſuam creatori reddidiſſe, et ideo eius mentionem has traditiones, cum de hereditate Eſiconis loquuntur, iniicere non potuiſſe. De Bernhardo.

(b) *Wichardi* ſæpius meminerunt traditiones. Cum enim §. 20. Bernhardus in pago Norththuringi bona quædam traderet, teſtis erat *Wichhardus* quidam, qui etiam §. 83. 94. 131. et 158. reperitur inter teſtes. In comitatu Daſſelienſi eundem bona poſſediſſe, ex §. 203. diſcimus. In eo enim *Wichardus* in pago Suilberi in villa De Wichardo.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tuſ (†) hildibertuſ (c) redbolduſ edo hathugrim echarduſ (d) berndag (e) thane-

villa Daſila tradidit, quidquid habuit. Ipſe fortaſſis frater fuit *Thiadhardi*, de quo vide not. (l), huius §.

De Heriberto.

(†) Quis fuerit *Heribertus*, incertum eſt. Supra quidem §§. 3. 8. 9. et 36. quidam huius nominis inter teſtes occurrit. Sed nihil inde coniici poterit. In cœlo eius nomen ſit inſcriptum! in annalibus ipſe id inſcribi noluit, quia nihil dedit.

De Hildiberto.

(c) De *Hildiberto* vide not. (n)

De Redboldo, Edone, Hathugrimo et Echardo.

(d) De *Redboldo*, *Edone* et *Hathugrimo*, nihil habemus, quod commentemur. De *Echardo* autem perhibere poſſumus, illum fuiſſe patrem *Guntheri* comitis, auum comitis *Eccardi*, proauum *Guntheri* marchionis Miſnenſis, et abauum *Eccardi* marchionis Miſnenſis, anno 1002. 2. kal. martii a Sigefrido comite in loco, qui dicitur Polithi, occiſi; ipſe autem *Echardus* huius familiæ ſator mortuus eſt anno 871.

De Origine marchionum Orientalium.

(e) *Berndag* et *Wendildac* ſub not. (m) ſupra §. 21 filii *Haddonis* nominantur, et ex donis ceterisque, quæ de illis in his traditionibus commemorantur, concluſimus, eos referendos eſſe ad ſtemma ducis *Ecberti*. Iam ſæpius indicauimus, potentiſſimum poſſeſſorem caſtri Brunonisburgi ampliſſima prædia habuiſſe in pago Auga, et in pagis contiguis Nethga, Tilithi et Heſſi. Idem ex dicendis confirmatur. Quod ergo ad patrem *Berndagi* et *Wendildaci* Haddonem attinet, is ſupra §. 21. in pago Auga in villa *Stalo* duas partes vnius manſi donat eccleſiæ Corbeienſi. Inter teſtes repertus et obuius ille, cum Rieger quidam §. 34. in pago contiguo Logne bona quædam traderet abbatiæ noſtræ. Probabiliter quoque eius filius fuit *Haddi*, qui, teſtante §. 111, non conſenſerat in traditionem villæ Uffenleua, hinc l. c. manu et voce conſentit. *Had*, qui l. c. eandem traditionem etiam approbat, ad hanc familiam quoque pertinere videtur, quia teſtis erat, cum in villa Thurisloun in pago Heſſi Wulfhardus manſum donaret, vti ex §. 60 didicimus. Fortaſſis autem iſte *Had* filius fuit *Berndagi*, qui §. 164 et 165. teſtis erat, cum in pagis Auga et Nethga quædam traderentur. Plura de hoc *Berndago* non inuenimus, præterquam quod inter teſtes reperiatur, cum in villa Hrodberteshuſen ab Abbone eius conſanguineo quædam donarentur, vti vidimus §. 230. De *Wendildaco* etiam non habemus, quæ addere poſſumus, excepto quod videatur eſſe *Wildag*, qui inter teſtes refertur, cum §. 160. in pago Auga in villa Holtesmynne, quæ haud procul a villa Stalo abeſt, quædam tradita ſunt. Redeundum ergo eſt nobis ad *Haddium*, quem fuiſſe fratrem *Berndagi* et *Wendildaci* ſtatuimus, quique in pago Wikanauelde §. 120. quædam donat, vbi etiam *Hodo* quidam inter teſtes reperitur, et de quo §. 231. firmum et graue teſtimonium deprehendimus, quo docemur, eum ad familiam Ecbertinam citra controuerſiam referendum eſſe. Ibi enim Folclog, *Beuonis* vxor, in pago Merſthem in villa Foanreder ex conſenſu propinquorum ſuorum hereditatem ſuam abbatiæ noſtræ tradidit. *Beuo* iſte, vti infra demonſtrabimus, erat abbatis Corbeienſis *Warini* et ducis *Luidolfi* frater, et eapropter ſine vllo dubio filius ducis *Ecberti*. Iam vero, eodem §. teſte, inter propinquos iſtius *Beuonis* referuntur *Haddo*, *Hiddi* et *Hidda*, quorum alter eſt noſter *Haddi*, alter vero *Had* filius *Berndagi*, de quo quominus dubitemus, omnia momenta ſunt impedimento. Idem *Had* adhæc teſtis erat, cum eius conſanguinei Beiur et Wigbert, ille in villa Mulinhuſen §. 237. hic vero in Billurbeke §. 256. ſua munera offerrent. An vero ab eo, ſeu potius ab eius auo, vel, vt altius aſcendamus, ab *Hiddi*, patre ducis Oſtfalorum Heſſi, villa Haddeshus §§. 191. et 283. nomen acceperit, non liquet. Illud certum notatuque dignum eſt, *Criſtinum* quendam, teſtante §. 312. circa finem ſeculi IX pro *Hiddone* dediſſe in pago Patherga in villa Balhornen, quidquid habuit. Id quod ſine vllo dubio ex bonis auitis et paternis illi proprium erat in iſtis regionibus. Ex conſanguineis eius quidam *Hiddi* ſecundum §. 349. pro *Aluered* et pro vxore ſua *Eruli* in Siualdeshus vnam familiam dedit. In hac ipſa etiam villa *Thiatmarus* pro fratre *Hetelgero* vnam donarat familiam, teſtante §. 314. Ex quo quis non incommode coniicere poteſt, iſtum *Thiatmarum* conſanguineum fuiſſe et *Criſtini* et *Hiddonis*, inprimis cum, teſtante §. 390, quidam *Haddi* pro filio ſuo *Hadda* in Biaranhus abbatiæ noſtræ 70 iugera et vnum iurnalem

nalem tradiderit. Quodſi igitur inter benefactores eccleſiæ Corbeienſis deprehendimus *Criſtinum* et *Haddonem marchiones*, veram originem marchionum quorundam *orientalium* nos hic primum inueniſſe omnino arbitramur. Vbi hi *marchiones* ſuas habuerint ſedes, non eſt, quod anxie inquiramus. Doctis enim iam dudum illud innotuit. Ideo illud ipſum transſcribendo ſuperſedere poſſumus. Quo minus autem oratio noſtra, quæ lumen rebus adhibere debet, obſcuritatem afferat, pronuntiamus, ex hiſce traditionibus fieri palam, Saxoniam noſtram etiam tempore imperatorum Carolingidarum in ſuas marchias ſeu limites fuiſſe diuiſam; eas vero poſtea ab Heinrico aucupe melius eſſe ordinatas. In primis autem erant geminæ *marchiæ*, *ſeptentrionalis* ſcilicet atque *orientalis*, quibus *Miſnenſis* poſtea, exſtructa Miſnia vrbe, acceſſit. *Miſnenſis marchia* erecta eſt aduerſus Slauos Milcenos. Habebant Miſnenſes marchiones ſub ſua ditione maiorem Luſatiæ ſuperioris partem. *Septentrionalis marchia* inſtituta eſt aduerſus inferioris Albis accolas, id eſt, Normannos, et Slauos, et exſtitit fere, vbi hodie vetus marchia viſitur. *Orientalis* vero *marchia* ab Albi, vbi ille Salam fluuium recipit, per pagum Serimund ad Belgeram vſque, et deinde per Luſatiam inferiorem vſque ad Wartam flumen et nouam marchiam protenſa fuit. *Orientales* ergo *Marchiones* præerant maxime partibus principatus Anhaltini, ducatus Merſeburgenſis, circuli electoralis, Luſatiæ et marchiæ nouæ. Eorum ſedes erat primum in oppido Alſteto, deinde Merſeburgi et porro aliis in locis. Primus in eadem Orientali marchia memoratur *Erwinus* marchio, pater *Hatheburgæ* coniugis Heinrici aucupis, de qua hæ traditiones infra quædam memorabilia afferunt. Deinde *Sigefridus*, poſt *Gero*, floruere, cui mortuo *Chriſtianus*, *Ditmarus* atque *Hode* ſucceſſerunt. Quis igitur pater fuerit iſtius *Chriſtiani* (ſeu, vti monumenta noſtra illum melius exprimunt, *Criſtin*, quod non Chriſtianum, ſed *Karſten* denotat: Chriſtianum enim hoc tempore quendam nominatum eſſe, nondum inuenimus) iam eſt inquirendum. *Thiadmarum* illum fuiſſe, facile damus et concedimus, non ſolum eo quod *Criſtinus* et fratrem et filium habuit, eodem nomine inſignitos, ſed etiam quia in his traditionibus §. 63. *Tiadmer*, §. 256. *Theodmer comes*, *Had* et *Teodmer*, et §. 301. *Thiadmarus* et *Criſtin* (probabiliter fratres) inter teſtes, veriſimiliter qua conſanguinei, reperiuntur, itaque ad hanc familiam referendi. Adhæſiſſe *Thiatmarum* Heinrico aucupi ſuo conſanguineo, Witichindus noſter *Annal. lib. I.* (f. 636.) dum eius ſtrategema, quo regem Conradum anno 915 ab occupatione vrbis Gronæ abſterruit, refert, his verbis enarrat: *Audiens autem rex male pugnatum a fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad perquirendum Heinricum, quem compertum in præſidio vrbis, quæ dicitur Grona, tentauit illud oppugnare præſidium et miſſa legatione pro ſpontanea deditione, ſpondet, ſe per hoc ſibi amicum affuturum, non hoſtem experturum. Huic legationi interuenit* THIATMARVS *ab oriente, vir diſciplinæ militaris peritiſſimus, varius conſilioque magnus, et qui calliditate ingenii multos mortales ſuperaret. Hic ſuperueniens legatis regis præſentibus interrogat, vbi vellet exercitus caſtra metari. At ille iam ſuaſus cedere Francis accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita eſſe.* THIATMARVS *vero fićte loquebatur: cum quinque enim tantummodo viris venerat. De numero autem legionum ſciſcitante duce, ad triginta fere legiones ſe producere poſſe reſpondit: et ita deluſi legati regreſſi ſunt ad regem. Vicit vero eos* THIATMARVS *calliditate ſua, quos ipſe dux ferro vincere non potuit Heinricus.* Et hic eſt *Thiatmarus*, quem ſignificant traditiones noſtræ §. 318. vbi ei filium adſcribunt, nomine *Welut* inſignitum, quod ideo certum eſt, quia alius *Welath*, *Thiatmari* comitis filius, teſtantibus *Annalibus Corbeienſ. MSCtis* anno 978, in modum ſcholaris Corbeienſis mortuus eſt, qui neque *Thiatmarus II.* neque *Thiatmari II.* filius fuiſſe videtur, eo quod chronologia repugnat. Quapropter etiam de eo ſermonem eſſe, §. 339, omnino credimus, vbi ille eiuſque coniux *Reinburg* ſitos in pago Tilithi 40 manſos (attende, quæſo, ad largiſſimam donationem, quæ non niſi ab homine et nobiliſſimo et ditiſſimo proficiſci potuit) monaſterio noſtro tradiderunt, merito ergo illum Witichindus noſter l. c. vti vidimus, ſummis laudibus extulit. Plura de eius poſteris addere ſuperuacaneum duximus, ſiquidem ea in Io. Ge. Eccardi *Hiſtoria Genealogica* f. 116. ſeqq. legi poſſunt, quæ memoratu ſunt digna. Nemini autem hoc moleſtiam afferet, quod ibi hi marchiones *Hodones* nominentur: vnum enim idemque nomen eſt *Haddo* et *Hodo*, vti ex ſupra dictis apparet. Nullum enim marchionem *Haddonem* (vti is in noſtris Corbeienſibus appellatur) ſcimus exſtitiſſe præter *Hodonem*, marchionem

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

thanebert hatubert (f) hemmid (††) hrodharduf (†††) adalharduf

orientalem, qui, vti demonſtrauimus, in pago Auga, in quo erat Corbeia noſtra, cum imperatore Ottone Magno æqualem originem habuit. Ideo a Ditmaro epiſcopo Merſeburgenſi Lib. II. illi epitheton *venerabilis* marchionis datum eſt, quo titulo ſalutabantur eo tempore inprimis comites, regi vel imperatori cognatione coniuncti, vti ex diplomatibus, ſi opus foret, comprobare poſſumus. Tandem vero vt omnia, hactenus de origine horum marchionum prolata, vno obtutu perluſtrare poſſis, genealogiam eorundem, breui tabula expreſſam, repræſentabimus, addito monito, in allegatis §§. nos plura de illis dixiſſe, et in ſupra relatis demonſtraſſe. Vt ergo ipſos §§. euoluas, rogamus.



De Thaneberto et Hatuberto.

(f) De *Thaneberto* et *Hatuberto* ſtatui nihil certi poteſt. Licet enim ſupra teſtis ſit §. 4. quidam *Hadebertus*, cum in pago Hardego, *Habert* §. 16. cum in pago Laingo, *Hatward* §. 32. cum in pago Huuetigo, *Hobert* §. 75. cum in pago Hardego, *Adbert* §. 128. cum in Duthungen, *Habert* §. 150. cum in pago Nethga, etiam *Hadubert* §. 168. cum eodem in pago Nethga quædam donarentur, atque *Hatubert* ipſe §. 275. in Bernkaldeshus quædam tradiderit, nil tamen inde elicere poſſumus, licet §. 111. quidam præterea *Hathubert* partem ſuæ hereditatis in Uffenleua ſitæ donauerit. Fortaſſis *Hathubertus* hic fuit nepos ex fratre noſtri *Hatuberti*, vel eius filius.

De Hemmido.

(††) *Hemmid* in his traditionibus alias non occurrit. An inter progenitores nobilium de Eſcherde ipſe eſt referendus? ipſe an fundator villæ Hemedesdore prope Hildeſiam ſitæ eſt ſtatuendus?

De Hrothardo et familia Widikindi M.

(†††) *Hrothardum* ad *Widekindi M.* ſtemma eſſe referendum, ita quidem demonſtrari non poteſt, vt de eo nullum dubium remaneat. Probabiliſſimum tamen videtur

tur, propter ea inprimis, quæ in ſequenti tractatione dicturi ſumus. *Widekindi* Magni poſteros in pagis Leri, Merſtem, Gudinge, Guuetigo, Nethga et Itergowe ampliſſima poſſediſſe prædia, in dubium vocari non poteſt. Eæ ipſæ, quas damus, traditiones paſſim id approbant. Vt ergo oſtendamus, quonam gauiſus ſit *Hrothardus* noſter cognationis vinculo cum *familia Widikindea*, quoddam genelogicum ſchema haud vnum proponemus, quod infra planum facturi ſumus. Cum autem in eo, atque in ſequentibus tabulis genealogicis multa deprehenderis noua, omnino monemus primo, quædam in illis niti quidem tantum coniecturis noſtris, pleraque vero et quidem præcipua non eſſe coniecturas. Speramus itaque, neminem fore tam iniuſtum et abſurdum, vt, cum coniecturæ noſtræ ipſi minus placeant, cum cane ſimul et lorum ſit profuſurus. Originem ſereniſſimorum principum *Waldeccenſium* a Widikindo Magno, comitum *Northeimenſium* a Wichardo; comitum *Brunſuicenſium* a Brunone duce, familiæ *Billinganæ* ab Amalungo comite, atque *Anhaltinorum* principum ab Abbone optimo ſolide deduci, arbitramur, paratique ſumus ad vindicandam eam contra quemcunque. Cereras vero opiniones noſtras, plane eſſe veri diſſimiles, negamus. Atque, id lectores facile conceſſuros eſſe, confidimus, quippe qui conſiderabunt et debebunt meminiſſe, 1) temporibus antiquiſſimis patres filiis ſuis nomina dediſſe a ſuis, vel a patrum, auorum ac proauorum nominibus petita: 2) nullos, niſi veros nobiles, quos Adelingos vocamus, tempore Carolingidarum Cæſarum prædia hereditaria manſosque *huobis ingenuilibus* multo numeroſiores, poſſediſſe eaque tradere potuiſſe, 3) liberos et nepotes ordinarie fuiſſe heredes bonorum ſuorum parentum, auorum, ac proauorum, 4) illi argumentationi ineſſe vim probandi, qua, non repugnante chronologia, aſſeritur, Luidolfum comitem e. g. fuiſſe filium Hiddonis et nepotem Luidolfi ducis, quia comes Luidolfus tradidit in eodem prædio, ſiue maiori ſiue minori, quædam bona, in quo Luidolfus dux bona quædam largitus erat: probabile enim eſt Hiddonem filio ſuo nomen indidiſſe, a patre ſuo petitum, et Luidolfum comitem prædia aui ſui iure hereditatis accepiſſe, et 5) eandem ratiocinationem firmiori niti talo, quam eam, qua putatur Luidolfus Brunonis, ſiquidem Luidolfus comitatum ſuum habuit in eodem pago, in quo Bruno eundem habuerat. Pagis enim comites dabant imperatores tam Carolingidæ quam Saxonici ſecundum ſuum arbitrium liberrimum, licet merita patris in filio haud inepto ſolerent publice ab Imperatoribus cohoneſtari.

gubernante Corbeiam Watino.

TAB I.



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. II.

Walbertus I comes, vxor Alsburg. §. 95. 104.

- Wicbertus II. primogenitus Walberti 872. episcopus Verdensis 892. 908. §. 111. 125.
- Geroldus filius Geroldi et Alsburg, auus Sifridi comitis §. 95. 112. 163. 167. 175. 228.
- Reginbern I comes vx. Mathildis, facta vidua abbatissa Herisordensis §. 229.
  - Theodoricus III. vxor Reinilda §. 229.
    - Rupertus Archiepiscopus Treuirensis. 945. 953.
    - Ansfridus comes.
    - Meinwercus comes † 953.
      - N. filia vxor Immadi comitis.
  - Widekindus II. §. 229.
  - Reginbern comes §. 229.
    - Giselbertus dux Loth.
      - Mathildis regina vxor Heinrici auc. 936. † 2. id. Martii 968.
      - Amalrada vx. comitis Euerhardi † 966.
        - Theodoricus episcopus Merensis † 983.
        - N. filius.
          - Euerhardus n. 901. † 979.
    - Wibertus.
      - Frideruna vx. Brunonis.
        - Frideruna abbatiss. Kemnad. 1004.
        - Imma vxor Hermanni.
    - Lambertus.
      - Bia vxor comitis Wigmanni.
    - Raginerus.
      - Theodoricus IV.
        - Ansfridus comes vx. Heresuint. facto viduo episcopus Traiectensis † 1010.
          - Benedicta abbatissa Tornensis.
  - Immed comes 940. §. 229. v. Tab. 5.

TAB. III.

Bunico I. §. 104. † 839. vxor Addila.

- Bunicho II. iam † 839.
  - Folker §. 153.
  - Heio II. §. 153.
- Ricdac §. 208. 210. 224. 176.
  - Benneke III. §. 208. 210. 211.
    - Helmdagus §. 211. 223.
      - Ricdag §. 236.
- Folchmarus iam † 839.
  - Benneke IV. §. 224. 229. 231. 251. 258. 260.
    - Alfricus IV. §. 288. 336.
    - Folcred §. 293. 336.
    - Rothard §. 293.
    - Ico §. 245.
      - Radulfus §. 245.
        - Retharius episcopus Paderborn. §. 430. † 1009.
        - Bunico V. 970. §. 407.
        - Thangmarus II. §. 401. 407. 436.
          - Hermannus de Werla.
          - Folcrid §. 414.
          - Gherfridus §. 426. 408.
          - Redulfus, comes de Werla §. 401.
            - Hermannus comes, vx. Richenza, quæ, facta vidua, nupsit Ottoni comiti in Northeim et duci Bauariæ.
              - Oda, filiastra Ottonis comitis in Northeim, vxor Udonis marchionis Stadensis.
                - Heinricus marchio Stadensis.
                - Udo.
              - Heinricus vid. Ditmarus f. 425.
                - Sigfridus.
                - Rudolfus.
                - Adelheidis vxor 1) Friderici comitis de Putelendorf 2) Ludouici senioris de Thuringia, fatoris Landgrauiorum Thuringiæ.
    - Helmdag §. 331. 332.
    - Hoio III. §. 407.
      - Maginhardus §. 435.
- Hemme iam † 839.
- Bertildis iam † 839.

TAB. IV.

TAB. IV.

Bardo I. comes vx. Hateburg §. 116. 125. 104. 126. 129. 149. 158. 169. 200. 216. 231. 245. 256. 320. guber-nante Corbe-iam. Wa-rino

Alfricus III. vx. Othilburg §. 256. 320. 348.

Herdag vxor Meresuit §. 258. 343.

Wicbertus III. filius Bardonis §. 337. frater Bardonis §. 367. episcopus Hildes. † 903.

Walbertus II. monachus Corbeiensis §. 378.

Bardo II. comes vx. Alfred §. 373. 367. 378. 413.

Herimannus Bardonis filius vxor Imma §. 378. 421. 422. comes in pago Huuetigo 940.

Godefridus Bardonis filius in pago Gudinge 1013.

Bardo archiepiscopus Moguntinus † 1051.

Widekindus III. comes, filius Herimanni comitis §. 426. 1031.

Herdagus §. 462.

Bernhardus I. comes, aduocatus Paderbornensis 1054.

Herimannus III. filius Widekindi et pater Heinrici, comes. vxor Bertha 1043.

Bardo IV. puer 1043.

Widekindus IV. 1043. puer comes 1098.

Henricus I. puer 1043. filius Herimanni pater Widekindi 1113. comes et aduocatus Paderbornensis 1101. 1102.

Bertha 1102

Walburch 1102.

Bernhard II. 1102. 1120.

Fridericus 1102.

Widekindus V. filius Heinrici 1113. comes de Sualenberg 1120. aduocatus Paderbornensis 1120. vxor Luthrudis fundator monast. Marienmünster 1128.

Volkwinus I. de Sualenberg vid. Tab. 6.

N. filia, vx. 1) Adelberti comitis de Euerstein quo defuncto ante a. 1147. 2) Hiotwici de Lare.

Widekindus VI. comes de Sualenberg. vid. Tab. 7 et 8.

TAB. V.

Reginbern I. comes. vxor Mathildis, facta vidua abbatissa Herifordensis §. 229.

Immed comes 940. §. 229

Volckwardus 940.

Immed 940. † 953.

Sibeth 940.

Eineholt prima abbatissa Ringelheimensis 940.

Immadus vxor 1) N. filia Meinwerci comitis 2) Athela, filia Wigmanni comitis Saxonici.

N. filia

Theodoricus V. occisus a matre 1015.

Meinwercus episcopus Paderbornensis nat. 959. † 1036.

Emma vxor Luitderi comitis e familia Billingana.

Glismoda vx. Retingi principis Bauarienſis.

Azela sanctimonialis Eltenensis.

Unwanus archiepiscopus Bremensis † 1029.

Immadus episcopus Paderbornensis † 1076.

N. filia

Frederuna vxor Hartwigi comitis palatini Bauariæ.

Erbo.

Boto fortis † 1104.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. VI.

Volkwinus I. de Sualenberg aduocat. Paderborn. vxor Luitgard. 1137. 1146. 1175. 1177. † 1178.

- Widekindus VII. comes de Waldekke, filius Volcwini et nepos Widekindi aduocat. Paderborn. 1186. 1189.
- Hermannus IV. comes de Waldekke, Widekindi et Heinrici frater 1189. 1193. 1198.
- Henricus II. 1189.

Hermannus IV.:
- Volcwinus III. comes de Waldeke.
- Adolfus I. comes de Waldeke, vx. N. comitissa de Arnsberg. 1230. 1237. 1249. 1246. 1254.
- Herimannus VI. 1248.
- Heinricus IV. præpositus Paderbornensis, frater Adolfi et patruus Adolfi, Gothfridi et Ottonis 1263. 1265. 1269. 1271. 1275.

Adolfus I.:
- Adolfus IV. de Waldeke 1271.
- Gotfridus 1271. episcopus Mindensis 1310. 1321. 1322. † 1324.
- Otto I. 1271. 1295. 1304. vxor Sophia, Heinrici infantis Landgrauii Hassiæ et Adelheidis Ducissæ Brunsuic. filia.
- Widekindus XI. filius Adolfi comitis de Waldekke episcopus Osnabrugens. 1267.

Otto I.:
- Heinricus V. com. de Waldek. vxor Adelheid comitissa de Cleue 1306. 1309. 1321. 1312. 1323. 1334.
- Adolfus V. 1306.
- Godefridus 1306.
- Euerhardus 1306.

Heinricus V.:
- Otto II. c. de Waldeck, filius Heinrici 1334. 1349. 1351. 1367. 1342.
- Theodoricus præpos. cathed. eccl. monasterien. 1349.
- Henricus IX. præp. cath. eccl. Mindensis 1349.

Otto II.:
- Henricus X. ferreus, comes de Waldeck 1371. 1393.

Henricus X.:
- Henricus XIII. c. de Waldeck Adolfi frater 1400. 1401. 1410. 1412.
- Adolfus VII. Henrici filius 1371. 1393. 1401.

Henricus XIII.:
- Walraue com. de Waldeck 1444. 1447. 1462. 1470. 1473.
- Mechtild abbatissa Herford. 1407. 1431.
- N. filius.

Adolfus VII.:
- Otto III. 1471. 1473. 1481.

Walraue:
- Philippus I. c. de Waldeck 1481.
- Heinricus XV. c. de Waldeck.

Otto III.:
- Otto IV. † ἄπαις.

Philippus I.:
- Philippus II. c. de Waldeck.
- Franciscus episcopus monaster. Osnabrug. Mindensis 1534. 1533. 1536. 1537. 1546.

Heinricus XV.:
- Philippus III. c. de Waldeck etc.

Philippus II.:
- Volradus c. de Waldeck vxor Anastasia c. de Schwartzburg.

Volradus:
- Iosias c. de Waldeck, vx. comitissa de Barbi † 1588.

Iosias:
- Christianus c. de Waldeck † 1638.
- Volradus c. de Waldeck † 1640.

Christianus:
- Philippus c. de Waldeck † 1641.
- Philippus Theodoricus c. de Waldeck † 1645.
- Georg Friderich princeps de Waldeck General Feldmarchal † 1692.

Philippus:
- Christian Ludewig c. de Waldeck nat. 1636.

Philippus Theodoricus:
- Henricus Volradus c. de Waldeck † 1664.

Christian Ludewig:
- Anthonius Ulricus, princeps de Waldeck nat. 1676.
- Henricus Georgius c. de Waldeck nat. 1683.
- Sophia Wilhelmina abbatissa Schakensis nat. 1686.
- Iosias de Waldeck nat. 1696.

Anthonius Ulricus:
- Carolus Augustus Fridericus princeps de Waldeck nat. 14. Septemb. 1704.

TAB. VII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

TAB. VII.



TAB. VIII.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. VIII.



Nolumus autem hic totum hoc genealogicum ſchema explicare, ſed eam tantum partem, quæ ab *Hrothardo* capit primordium, reliquam eius partem infra planam facturi. Eundem ad ſtemma *Widikindi* Magni pertinuiſſe, et filium *Wicberti I.* fuiſſe, collegimus exinde, quod in hac genealogia *Rothardus* quidam occurrit. An vero noſter *Hrothardus* vnus idemque ſit cum illo, qui ſupra inter teſtes reperitur, cum in pagis Logne, Hardego, Loingo, Auga et Norththuringi, teſtantibus §§. 4. 15. 16. 26. 38. 40. 46. et 65, quædam traderentur, incertum eſt. In Guddingo pago poſteros *Widekindi* Magni prædia quædam poſſediſſe, ſupra diximus. Iam autem eodem in pago *Rothardus* quidam, vti §. 7. vidimus, donauit monaſterio noſtro, quidquid ibi habuit. *Ben* illum, qui hoc etiam in §. 104. inter coheredes *Adalrici* reperitur, fratrem *Hrothardi* noſtri appellauimus, atque aſſeruimus, illum eundem Bennonem fuiſſe patrem *Bunichonis*, *Ricdagi*, *Folchmari*, *Hemmæ* et *Berthildis*. Quamuis enim illud in hiſce traditionibus luculentis verbis non affirmetur; ita tamen ſtatuendum eſſe, omnino cenſemus: quia, primum teſtante autographo diplomate adſeruato intra Archiuum Corbeienſe, dato ad annum XXV imperii Hludouuici, id eſt, 839, matrona *Addila* (en! titulum inſignem, qui ei ab imperatore datus non eſſet, niſi *Addila* ex familia quadam illuſtriſſima exſtitiſſet) pro anima mariti ſui *Bunichonis*, ac filiorum ſuorum *Folchmari*, *Bunichonis*, *Hemmæ* et *Bertildis* in villis atque oppidis Oſthouen, Oppenheim et Wachenheim, quidquid habuit, donauit; deinde etiam nomen huius *Ben* (Benneke enim, Bunicho, Bunico, et Ben vnum idemque nomen eſt) in hac ſerie in eius filio, nepote, pronepote, et atnepote occurrit, qui probabiliſſime a ſatore huius familiæ communi ita ſunt dicti. Ideirco autem hunc *Ben* ſeu *Benni* ad ſtemma Widikindeum retulimus, quia *Benni* in pago *Levi* in villa *Letiloun* §. 119, quidquid habuit, largitus eſt. Poſſediſſe autem filios *Widekindi Magni* ampliſſima prædia eodem in pago, iam ſupra §. 35. not. (D) demonſtrauimus, et infra pluribus oſtendemus. *Bennonem* hunc vnum idemque eſſe cum *Bennone* ſeu *Bennucone*, qui in his traditionibus ſupra §. 2. 14. 15. 22.

Bennonis liberi
1) Bunicho II.
2) Ricdagus.
3) Folchmarus.
4) Hemme.
5) Bertildis.

34. 36. 38. 45. 48. et 75. reperitur, audacter quidem pronunciare non audemus; nullus is autem alius fuisse videtur, nisi Benno II, qui, testante §. 127, in villis Billurbeke et Riudiun cum *Ricdaco*, quem idcirco eius fratrem appellauimus, quædam donauit. Cum porro eandem infra villam Riudiun *Folker* §. 153. quidquid habuit, tradiderit, *Folkerum* istum pro filio huius *Bunichonis* tam diu habere volumus, donec demonstretur contrarium. Et quia ibidem inter testes reperitur Hejo, a propatruo probabiliter ita appellatus, *Heio* iste frater *Folkeri* nostri videtur fuisse. *Bunicho II*, testante excitato diplomate, iam anno 839 morte peremtus erat. Idcirco traditiones nostræ §. 137. eum designare non possunt, vbi referunt, *Buniconem* quendam in villa *Upstedi* in pago Ambergo bona quædam tradidisse. Hic *Bunico Bennic* seu *Bennico* §. 131. 171. et 208. filius vel *Hrothardi* vel *Heionis* vel *Thancmari* fratrum *Bennonis I.* esse potuit. *Ricdacus* fratri *Bunicon II.* superstes videtur fuisse. Cum enim eius consanguineus *Bunico* in villa Ungretun in pago Ahugo secundum §. 208. bona sua donaret, *Ricdagus* noster inter testes adstabat, præsens etiam cum Luidolfus comes, testante §. 210, quædam traderet. Huius *Ricdagi* filii fuisse videntur *Helmdag*, et *Buniko* fratres, ita enim appellantur §. 211, inter quos *Buniko* circa hæc tempora vitam cum morte commutasse videtur. *Helmdagus* autem adhuc vixit, cum Edic, quidquid possederat, in loco Hrodgheldesfang traderet §. 223. Huius *Helmdagi* filius inter hæc videtur fuisse *Buni* §. 224. *Benno* §. 229. *Ben* §. 231. 232. *Buno* §. 251. 258. et 260. Eius frater videtur fuisse *Ricdagus*, a patre ita appellatus §. 236. *Benekonis* huius sane filius nominatur §. 288. *Alfricus*. Atque cum idem *Beneko* in villa Vindaam in pago Huuetigo, id est, in vico Wenden in comitatu Sualenbergico quædam tradiderit, nullum relinquitur dubium, eundem *Benekonem* ad posteros *Widekindi M.* esse referendum, quia in eodem pago *Widekindi* posteros multa bona possedisse et adhuc possidere constat. *Alfrici* nomen in Genealogia Widikindea erat satis vsitatum *Alfricum I.* fratrem fuisse *Wicberti I*, ex nepote *Wicberti Alfrico*, *Bardonis* filio, collegimus. Fuisse enim comiti *Bardoni I.* nepoti *Widekindi M.* filium nomine *Alfricum II*, ex §. 256. collato cum §. 378. didicimus. Ex donis in pago Huuetigo sitis porro apparet, nullos alios designatos, nisi posteros *Widekindi Magni*. *Alfricus* autem, qui excitato §. 256. *frater* appellatur *Wigberti*, nullo modo *Alfricus I.* filius *Widekindi M.* et frater *Wicberti I.* esse potest. Nam ex Charta quadam, quam I. G. ab Eccard in *Historia Geneal.* f. 19. produxit, comprobari potest, *Wicbertum I.* iam anno 834 fuisse mortuum, ideoque ipsum circa annum 880 pro fratre suo nihil dare potuisse. Cum igitur in Charta adducta l. c. *Alfric* quidam, et in his traditionibus §. 81. et 110. *Alfricus* inter testes reperiatur, qui, testante §. 142, pro anima fratris sui *Ohtrit*, et §. 146. in pago Nethga quædam donauit, nullus videtur alius significatus, ac iste senior *Alfricus I*, filius potentissimi *Widekindi*. *Alfricus III.* fratrem habuit nomine *Folcredum*. Is enim §. 336. pro *Alfrico* nostro in pago Itergowe in villa Berneſtorpe, id est, Berndorf in principatu Waldeccensi in præfectura Eisenberg, 30. iugera donauit. Testis vero erat idem *Folcred*, cum in pago Itergowe in villa Hriethrun, id est, Raderen in præfectura Lichtenfels in eodem principatu Waldeccensi quædam traderentur §. 243. *Folcredi* autem frater appellatur *Rothardus* §. 293, vbi in pago Huuetigo, id est, in terris Comitatuum Swalenbergici et Pyrmontani, in villa Holthus, quæ vicus *Holthusen* est haud procul ab Acidulis Pyrmontanis, quædam monasterio nostro bona largitus est. Habuerunt hi tres fratres *Alfricus*, *Rothardus* et *Folcred* auum nomine *Helmdag* vsum. Quocirca, eorundem fratrem fuisse *Helmdagum*, arbitramur, qui in pagis Almunga et Itergowe in villis Swehtharan et Haran, id est, Swafferen et Haren intra episcopatus Paderbornensis terras, et in Hiriwardeshus, id est, Hertshausen in dynastia Itter, parte Waldeccensis principatus, 4. iurnales et 110. iugera donauit, vti §§. 331. et 332. videbimus. An hi quatuor fratres sese adstrinxerint matrimonio, et ex vxoribus suscepterint liberos, mihi id non patet. Attamen *Thancmarum* quendam inter heredes ducis Ostfalorum Hessi §. 111. deprehendimus, eundemque filium *Wicberti I.* fuisse, verisimilitudini congruenter statuimus. Cum igitur infra §. 407. *Thangmarus* quidam frater appelletur *Buniconis*, quorum pater dicitur *Hoia*, *Hoia* iste frater et *Helmdagi* et *Folcredi* et *Rothardi* et *Alfrici* fuisse videtur, eiusdemque *Hoiæ* filium quoque fuisse oportet *Maginhardum*, testante §. 436. Hæc conglutinatio nostra nititur bonis, quæ ab his dominis monasterio nostro tradita sunt. Quidquid *Bunico* et *Thangmarus*, appellati

gubernante Corbeiam Warino.
Bunichonis II. filii
a) Folker.
b) Heio.
Ricdagi filii
1) Helmdag.
1) Buniko III
Helmdagi filii
a) Benno IV.
b) Ricdag.
Bennonis IV. liberi
1) Alfricus.
2) Folcred.
3) Rothardus.
4) Helmdag.
5) Hoia.
Hoiæ filii
1) Bunico V.
2) Thangmarus.

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

duſ (g) rainharduſ (††††) ricbertuſ (h) eiſuuarduſ abbic (i) mathgrim enhored

lati fratres, donant, id ſitum erat in pago Suilbergi. Sitæ erant olim villæ Thieddegeshus et Aldanthorpe ante portas vrbis Einbecæ intra Principatum Grubenhagicum. In villa Thieddegeshus *Herimannus*, filius *Bardonis II*, abnepos *Widekindi Magni*, teſtante §. 422, quidquid habuit, donauit. *Widekindum* autem Magnum in pago Suilbergi prædia quædam poſſediſſe, demonſtrabimus alio loco. Sickiunhus vero et Bieranhus, in quibus *Maginhardus* pro fratre ſuo Tangmaro homines quoſdam proprios Corbeienſibus largitus eſt, ſitæ erant in pago Almunga. Deſignatas ergo per illas Sinckhuſen in dynaſtia Burana, et Barhuſen in eodem dominio, arbitramur. An *Bunico* et *Maginhardus* vxores duxerint, non liquet. *Tangmarus* autem filium habuit, cui nomen erat *Redulfi*, teſtante §. 401. Huius fratres videntur fuiſſe *Folcred* et *Gherfridus*. *Folcred* enim donauit pro ſe in pago Itergowe nonnihil in villa Tithemudele, quæ villa Dommel eſt in principatu Waldeccenſi intra præfecturam Eiſenberg, vnam familiam. Id ipſum apparet ac perſpicitur ex §. 414. *Gherfridus* præterea abbatiæ noſtræ tradidit molendinum ad eandem villam Tithemudele obuium, vt docet §. 426. An *Folcred* et *Gherfridus* ſine liberis defuncti ſint, detegere nobis nondum id, quod quærimus, datum eſt. Nihil autem eſt quod impediat, quo minus *Redulfum* ſtatuamus fuiſſe fratrem *Gislæ de Werla*, vxoris prioris nuptæ *Brunoni*, qui vulgo fundator vrbis Brunſuici fuiſſe putatur et vixit circa annum 1009. *Redulfus* iſte ab Annaliſta Saxone p. 458. *comes* nominatur *de Weſtfalia* ex loco, qui dicitur Werla et frater *Gislæ*; genuit vero, eodem Annaliſta Saxone teſte f. 562, *Redulfus Herimannum* comitem, qui duxit vxorem nomine *Richenzam*, ex qua ipſe genuit *Odam*, *Richenza* vero poſt obitum comitis *Herimanni* nupſit *Ottoni*, *comiti de Northeim* dicto, duci Bauariæ, et aduocato Corbeienſi. *Odam* autem, filiaſtram ſeu notham ducis Ottonis, duxit vxorem *Udo*, *marchio Stadenſis*, genuitque Udoni filios *Heinricum*, *Udonem*, *Sigefridum* ac *Rodulfum*, et filiam *Adelheidam*, quam *Fridericus*, *comes* palatinus de Putelenthorp, habuit vxorem, quo defuncto comes *Ludouicus* ſenior *de Thuringia* eam ſuſcepit in matrimonium, a quo multæ familiæ, in primis vero ſereniſſima domus *Landgrauiorum Haſſiæ*, per feminas deſcendunt, vti infra videbimus. Attamen ſi hæc tibi nimis ieiune dicta videntur, euolue §§. allegatos, vbi plura, ad ſtomachum apta, inuenies.

3) Maginhardus.

Thangmari filii a) Redulfus. b) Folcred. c) Gherfridus.

Redulfi ſoror Gisla de Werla.

Redulfi filius Herimannus comes.

De Adalhardo.

(g) *Adalhardus* quis fuerit et ad quam proſapiam reducendus ſit, id latet in occulto. Si coniecturis aliquid dandum eſt, malumus eum annumerare familiæ Brunonianæ, quam alii. Inter teſtes reperitur quidam *Adalhardus* §§. 18, 27, et 77, cum in *duncgon* haud procul a caſtro Sualenberg, in *hundloun* in pago Leri, et in *Scherua* intra pagum Heſſi quædam traderentur. Quidam *Adalhardus* præterea quædam donauit §. 78. intra pagum Wikanauelde ſita, et §. 204. in marca Sturmethi intra ducatum Weſtfaliæ. Ipſe inter teſtes præſto fuit §§. 82. 83. 98. 155. 163. 177. 230. 231. 241. et 258. Semper Adalhardum vnam eandemque perſonam fuiſſe, non audemus definire. Delige, vtrum magis optes. Inter hæc tamen vide not. (n.) huius §.

De Reinhardo.

(††††) De *Rainhardo* nihil certi vel veriſimile habemus dicere. Inter teſtes obuius fuit *Rainhardus* quidam, cum Wichardus intra pagum Suilberi in villa Daſſila, quidquid ibi habebat, donaret, teſtante §. 203. An frater fuerit ipſe iſtius Wichardi, de quo egimus §. 104. not. (l) videant alii, qui nobis ſunt acutiores.

De Ricberto.

(h) *Richertus* ſupra §. 15. nominatur *comes*, et intra pagum Derlingo in campo Bochinafeld, quidquid poſſidebat, largitus eſt. An ipſe fuerit pater Abbici et Cumbronis, qui in eodem pago, teſtantibus §§. 29. et 57, bona ſua Corbeienſibus habuerunt, atque inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi reperiuntur, id ſcrutabimur infra §. 188.

De Eiswardo et Abbicone.

(i) *Eiswardus* et *Abbic* conprouinciales videntur fuiſſe. Cum enim *Abbic* §. 57. in Aluchi tertiam partem ſalinarum ſuarum traderet, *Eiswardus* inter teſtes erat obuius. Nihil præterea de illo legitur in traditionibus noſtris.

(k) *Math-*

red ofdac (k) landric afger heriuuard thiadhardus (l) uuendildac

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

(k) *Mathgrimi* atque *Enhoredi* hæ traditiones alias, excepto hoc loco, mentionem non faciunt. De *Oſdaco* vero iam ſupra egimus §. 10. et 42. An idem ſit ille ac *Oſdago*, §§. 44. 159. 208. 210. et *Oſdacg* §. 224. memoratus, non liquet. *Oſdagus*, vel aliquis ex progenitoribus eius, conditor villæ Oſdageshuſen in pago Suilbergi §. 187. 199. et 273. fuiſſe videtur. Accedit, quod *Oſdagus* quidam teſtis fuit, cum in villa Daſſila eundem intra pagum Suilberi Wichardus quædam tradidit, teſtante §. 203. *Oſdach comes* memoratur §. 284, filiusque *Oſdagi*, qui §. 44. in pago Norththuringi in villa Waldisleue quædam tradiderat, videtur fuiſſe eius Oſdagi, cuius vxor Hadeburg filia Erwini marchionis exſtitit, quam, mortuo comite *Oſdacho*, cuius nomen huc vſque fuit incognitum, duxit vxorem *Heinricus auceps*, Regum Germaniæ præſtantiſſimus, felix, pius, fortis.

De Mathgrimo, Enhoredo et Oſdaco.

(l) De *Landrico*, *Afgero*, et *Heriwardo* non eſt quod tradamus. De *Thiadhardo* autem perhibere licet, eum ad progenitores Northeimenſium et Daſſelienſium comitum eſſe delegandum, eundemque ex veriſimillima fuiſſe coniectura fratrem *Wichardi*, cuius iam quædam delibauimus §. 104. not. (b). Vt vero noſtram ſententiam reddamus probabilem, iam ſupra vidimus §. 54, *Theodhardum* in Silbirgi marcu, id eſt, in regione, circa vrbem Daſſel poſita, bona ſua, in ſiluis ſita et campis, tradidiſſe. *Mereſuit* eiusque filia *Siburg* bona quædam donarunt, ſita per eandem regionem in villa Oſdageshuſen, id eſt, in Odaſſen intra terras comitatus Daſſelienſis, teſtantibus §§. 187. et 199. *Mereſuit* illa (fortaſſis ſoror ducis Saxoniæ Luidolfi, quippe qui filiam habuit, eodem nomine inſignitam) vxor *Theodhardi*, et *Siburg* eorum filia, fuiſſe videntur. Quem vero patrem tam *Theodhardus*, quam *Wichardus*, habuerit, mihi non conſtat. Cum porro ſupra §. 33. *Folcbold* quidam pro patre ſuo *Hildiboldo* in villa Budinifeld intra pagum Logne, et §. 51. *Meinboldus* quidam bona quædam in pago Suilbergi ſita largiti ſint, *Hiltdiboldus* ille pater *Folcboldi*, *Wichardi* et *Theodhardi*, ac frater *Meinboldi* fuiſſe videtur. *Meinboldi* filius eſſe potuit *Adalboldus*, qui §. 152. pro matre ſua *Swanehild* in eadem villa Budinefeld, id eſt, Bodenfelde, ad Wiſeram adiacente, quidquid habuit, tradidit. Id vero ſi in medio relinquimus, negari non poterit, *Wichardum* ditiſſimum et potentem adprime adelingum fuiſſe in noſtra Saxonia, ſiquidem heres et conſanguineus ducis Oſtfalorum Heſſi erat. Si ergo *Hildiboldus* non placet, ſit ſator celebratiſſimorum comitum Daſſelienſium *Wichardus*, qui, teſtante §. 203, in pago Suilbergi in villa Daſſila, quæ nunc oppidum Daſſel eſt, a quo totus comitatus poſtea nomen ſuum accepit, bona quædam ſita donauit. Filium habuiſſe *Wichardum* nomine *Bernhardum* et vxorem, cui nomen *Weldrud*, diſcimus ex §. 302, vbi *Bernhardus* pro patre ſuo *Wichardo* et matre ſua *Weldrud* ſita in pago Logne in villis Eſpel et Billieshuſen quædam largitus eſt. Hic *Bernhardus* probabiliter exiſtimandus idem eſt, qui §. 240. reperitur, vbi Eilbertus, eius conſanguineus, in Suilbergiorum marca de quodam *Biuango* tertiam partem fertur tradidiſſe. Hunc *Bernhardum* gauiſum eſſe filio nomine *Wegani*, teſtatur §. 273. Heic enim donat *Bernhardus* pro filio ſuo *Wegani* familiam in villa Osdegeshus obuiam intra pagum Suilbergi. Quæ villa cum ſit vicus Odaſſen, in quo ſupra nominati domini quædam tradidere, colligimus inde, eoſdem cum *Bernhardo* ad vnam eandemque ſtirpem ſpectaſſe, quam Daſſelienſem fuiſſe, nemo negare poterit, quia hæ villæ in meditullio comitatus Daſſelienſis iacent. *Weganio* autem (quod nomen ex Wichardo contractum fuiſſe videtur) filium fuiſſe nomine *Godſcalcum*, diſcimus ex §. 295. Heic enim *Godſcalcus* pro patre ſuo *Weghan* in Valahus intra pagum Logne, id eſt, in vico Wahlshuſen intra præfecturam Uslar abbatiam noſtram muneribus egregiis ornat. Cum porro, teſte §. 444, *Luthardus* quidam pro patre ſuo *Godeſcalco* in Huslere villa intra pagum Logne, quæ iam oppidum Usler eſt in principatu Gottingenſi, XXX. iugera tradiderit, e donis hiſce argumentati ſumus coniectando, nullum alium niſi *Godſcalcum* noſtrum, filium *Wegani*, fuiſſe ſignificatum.

De Landrico, Afgero, Heriwardo et Thiadhardo, nec non de Origine comitum de Northeim et Daſſel. Sator eorum Siwart de quo vid. §. 338. Siwarti filii 1) Hildiboldus. 2) Meinboldus. Hildiboldi filii. 1) Folcbold. 2) Theodhardus. 3) Wichardus, cuius filius Bernhardus I Bernhardi I. filii. a) Wegan.

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

b) Thiatmarus, cuius filii a) Wichardus.

Hiſce in ordinem redactis, quæritur, an *Weganus* fratres habuerit, et plures vnico *Godeſcalco* filios? Quod ergo ad primam quæſtionis propoſitæ partem attinet, putamus, fratrem *Wegani* fuiſſe *Thiatmarum*. Cum enim ille, teſtante §. 307, procreauerit filium, nomine *Wichardum*, ab auo *Thiatmari* probabiliter ita appellatum; villæ, in quibus ſita *Thiatmarus* ſua munera confert, oſtendunt, *Thiatmarum* ad hanc familiam eſſe referendum. Heſſcherithi enim villa, in qua (§. 307) *Thiatmarus* quædam tradidit, poſita erat in pago Logne. Deſignatur villa *Eſcherode*, intra præfecturam Mündenſem in Gottingenſi principatu ſita. Cum vero villa Walcrimhuſen, in qua idem *Thiatmarus*, teſtante §. 354, quædam donauit, in pago Suilbergi quondam exſtiterit, collegimus inde, traditiones noſtras locis laudatis nonniſi *Thiatmaro*, nepote ditiſſimi ac nobiliſſimi *Wichardi*, indicia exhibere. Secundam motæ quæſtionis partem, an *Wegani* plures filios habuerit quam *Godeſcalcum*, vt præterea illuſtremus, nunc eſt neceſſum. Arbitramur vero, fratres *Godeſcalc* fuiſſe *Bernhardum* et *Reinholdum*. *Bernhardus*, ab auo probabiliter ita nominatus, donat, teſtante §. 376, pro filio ſuo *Werinbaldo*, et pro proximo Sigardo ſita in villis Herſiti et Alierſhus intra pagum Logne LX. iugera et duos iurnales, id eſt, in vico Harſte intra præfecturam Harſte, et Allershauſen intra præfecturam Uslar in principatu Gottingenſi. Eadem in villa Allershauſen, et in villa Hrothburghuhus in pago Heſſi Saxonico, quæ probabiliter cenſerur nunc dici Rotenburgum in dynaſtia Deſenberg intra terras epiſcopatus Paderbornenſis, idem *Bernhardus* quædam donat pro ſe (atque vxore ſua *Frithaburg*, quæ fortaſſe ſtirpis Ludolfinæ filia fuit), teſtante §. 395. Habuiſſe quoque eundem *Bernhardum* adhuc filium nomine *Volcmarum*, docet §. 419, vbi in villa Amaleueshus in pago Suilbergi, id eſt, in Amelſen vico in comitatu Daſſelienſi, abbatiæ noſtræ quædam Volcmarus contulit; cumque in eadem villa *Bernhardus* quidam pro filio ſuo *Volcmaro* XXX. iugera monaſterio noſtro tradiderit, teſtante §. 438, *Bernhardus* ille, quem tertium appellare volumus, filius *Bernhardi II.* fuiſſe videtur, qui proinde filios habuit *Volcmarum*, teſtante §. 438, et *Brunonem*, teſtante §. 451, vbi *Bernhardus* pro filio ſuo *Brunone* in pago Logne in villa Wigbeke, quæ hodie dicitur Wanbeck, vel Wibbeke prope Adelipſen, quædam largitus eſt. *Volcmarus* autem, filius *Bernhardi II*, habuit porro filium *Volcmarum*, vti diſcimus ex §. 483, in quo in eadem villa Wanbeck pro filio ſuo cognomini duos manſos donauit.

Wegani filii a) Godeſcalcus. b) Bernhardus II. c) Reinholdus.

Bernhardi II. filii a) Werinbaldus.

b) Volcmarus.

c) Bernhardus III.

Reinholdi filius Herimannus.

Reinholdus, quem ſupra fratrem *Bernhardi II* et *Godeſcalci* nominauimus, in pago Logne in villa *Reinholdeshus*, quæ intra præfecturam Friedland in principatu Gottingenſi reperitur, et *Reinholdshof* dicitur, pro filio ſuo *Herimanno* donat familiam vnam, teſtante §. 356. Hunc *Reinholdum*, *Reinholdum II.* volumus appellare. Cum enim *Ragenboldus* quidam §. 104. inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi reperiatur, probabiliſſime ille nullus eſt alius, niſi ille, qui in Sneuidi marcu, qui in pago Logne exſtitit, bona quædam donauit, teſtante §. 118. Sit ergo *Ragenboldus* iſte frater *Wichardi I.* et *Theodhardi*, atque huius nominis in noſtra familia primus. *Reginholdus*, qui quædam tradidit, teſtante §. 405, in pago Logne in villa Lengithi, quæ eſt vel groſſen vel kleinen Lengede intra præfecturam Niedeck in principatu Gottingenſi, frater Herimanni ac filius Reinholdi II fuiſſe videtur. *Herimannus* autem filius *Reinholdi II.* ſeu *Raginholdi* (vnum enim idemque nomen eſt) donat quædam in pago Suilbergi §. 375. et comes appellatur §. 421. et tradit in pago Logne in villa Erpeshus ſeu vico Erbſen in dynaſtia Adelipſen in Göttingenſi principatu vnam familiam. Huius *Herimanni* comitis, vel *Raginholdi III.* filius fuit probabiliſſime *Herimannus*, qui in diplomatibus noſtris anno 1016. 1022. 1026. et 1032. *comes* appellatur in pago Logne, quemque diſtinctum non fuiſſe putamus ab *Herimanno* comite in pago Heſſi, quippe contiguo ibi pago Logne, cuius diplomata meminere anno 1017, et 1031, neque eius comitatum diuerſum fuiſſe arbitramur a comitatu *Herimanni* in pagis Auga, Netega et Heſſega, cuius mentionem iniecit *auctor Vitæ Meinwerci* epiſcopi Paderbornenſis Tom. I. Leibn. f. 562. num. 117. ſeq. Huius autem *Herimanni* comitis filii probabiliter fuere *Heinricus* (qui patri ſucceſſit atque anno 1046 comitatum habuit in pago Logne) *Conradus*, *Athelbertus*, et *Bernhardus*, a propatruo ita appellatus, quorum mentionem fecit eadem *Vita Meinwerci* l. c. f. 557. et 559.

Herimanni filii 1) Heinricus. 2) Conradus. 3) Athelbertus. 4) Bernhardus.

Hiſce

Hiſce rite ponderatis, illud inprimis notatu digniſſimum eſſe cenſemus, quod in his traditionibus §. 352. aſſeratur, *Sywardum* quendam pro patruo ſuo *Wechano* dediſſe monaſterio noſtro iurnalem I. et XL. iugera in Wynithun in pago Logne. Hæc villa procul dubio eſt Weende intra præfecturam Harſte in principatu Gottingenſi. Per *Wechanum* itaque nullum alium intelligere poſſumus, quam filium *Bernhardi I.* Filius igitur ſine dubio fuit *Sywardus Thiatmari I,* quem fratrem *Wechani* et filium *Bernhardi* et nepotem *Wichardi I.* fuiſſe iam demonſtrauimus ſupra. Idem *Sywardus* appellatur in his traditionibus §§. 322. et 326. *Seuerit* et *Sifridus.* Id vnum enim idemque nomen eſt. Ad hanc familiam eundem ſpectaſſe, nemo negare poterit. Primo enim loco donat ille *Sifridus* pro vxore ſuo *Criſtina* et filio ſuo *Borchardo* tres familias in Holthus in pago Wikanauelde, quæ villa ſine dubio eſt *Holthuſen*, vicus haud procul ab oppido Eſchershuſen et caſtro deſolato Homborg olim in dynaſtia Homburgica, iam vero in ducatu Brunſuicenſi inter monaſterium Amelungsborn et præfecturam Wickenſen ſito orientem verſus, vulgo dictus *Holtzen am rohten Steine.* Secundo loco tradidit idem *Sifridus* iterum pro vxore ſua *Chriſtina* et filio ſuo *Borchardo* tres familias cum 108. iugeribus in pago Tilithi, nempe 36. in *Bredanbeke* ſeu vico Bremke, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Harderode, 36. in *Criepan* ſeu Krepke in dynaſtia Homburgica inter Heiſe et Halle vicos, et 36. in Bittikingahuſen villa, quæ probabiliter eſt vicus Beſtingen ſeu Beſſinghuſen in inſpectione Halle eodem in dominio Homborg. An idem ſit *Sifridus*, vel potius eius patruus, qui pro filio ſuo *Thiadulfo* donat vnam familiam et 36. iugera in pago Guddingo in villa Pithili, quæ vicus Beitlen eſt in comitatu Winzenburgico in epiſcopatu Hildeſienſi, teſtante §. 338, iam in medio relinquitur. Illud autem negare poterit nemo, e ſtirpe comitum Northeimenſium antiquos poſſeſſores comitatus Winzenburgici deſcendiſſe, et *Sigifridum comitem palatinum Saxoniæ*, anno 1038. mortuum, et in comitatu Winzenburgico in loco Widmidiburch ſepultum, *Annaliſta Saxone* p. 469. teſtante, ex hoc germine cum fratre *Brunone* epiſcopo Mindenſi propullulaſſe. Quemadmodum enim *Bruno* epiſcopus fuiſſe videtur filius *Bernhardi III*, cuius iam ſupra mentionem iniecimus, ita *Bernhardus II*, videtur *Berno comes palatinus*, in cuius comitatu erat anno 970. villa Gemmet ſeu Gumbte ad Wiſeram intra præfecturam Munden, quique anno 973. in palatio regio Grona traditionem Helmburgis factam monaſterio Hildewertshuſano confirmat, vti docent litteræ, e quibus verba ſequentia hoc loco repetere incongruum non erit: *Tunc venerabilis palatinus comes Bern dictus nomine cum domina Berthilda abbatiſſa ad regalem curtem Grona pervexit, ibique coram magno et pacifico Ottone imperatore domina Helmburg cum filiabus ſuis in palatio cunctis coram adſtantibus prædictam traditionem omnium conſilio corroborando ſimul firmauerunt. Poſt in villa cui vocabulum Winithi* (Weende) *poſt in altera cui nomen Roſtorp* (Roſtorf) *eandem traditionem in placito prænominati palatini comitis firmando corroborauerunt. Berno* eſſe contractum nomen ex *Bernhardo*, nemo negare poterit. Tamdiu ergo *Bernonem* palatinum comitem pro patre noſtri *Bernhardi III.* habere volumus, donec euidentiſſime demonſtretur contrarium. Quamuis vero ille in traditionibus noſtris neque appelletur comes, neque comes palatinus, ex omnibus tamen momentis apparet, traditionem eſſe factam eo tempore, quo nondum donatus erat idem dignitate palatina. Sit ergo *Berno* comes palatinus auus *Sigefridi* comitis palatini, qui a. 1038. in loco Widmidiburch terræ redditus, probabiliter in loco hereditariæ ſepulturæ, ex quo colligere poſſumus, eius progenitores in regione circa Widmidiburch, caſtrum, in ericeto Wedemenſi prope Winceburgum, bona hereditaria poſſediſſe, de quibus infra §. 338. plura ſumus dicturi.

gubernante Corbeiam Warino.

b) Sywardus filius Thiatmari I, cuius filii a) Borchardus.

Illud hoc loco non alienum videbitur annotaſſe, ex hac quoque ſtirpe deſcendiſſe *Ezike* atque *Elle* fratres, nobiles et comites perdiuites, qui Reynehuſon et Lichen habitarunt, quorum poſteris placuit, vt locum ſuum principalem, ſcilicet Reynehuſon, vnde originem duxerant, Deo et perpetuæ virgini Mariæ, et ſpecialiter S. Chriſtophoro martyri deputarent. Horum proſapiam primus Reinehuſenſis abbas Reinhardus, qui illam optime noſſe poterat, in *Opuſculo*, quod *Tom. I. Script. rer. Brunſuicenſ. Leibnitii* f. 703. ſeqq. reperitur, ita recenſet:

Conradi filii 1) Ezike 2) Elle comites,



Hi domini cum bona sua hereditaria tradiderint monasterio Reinhusano in principatu Gottingensi iis in locis, in quibus domini, hactenus a nobis recensiti, bona sua hereditaria habuerunt, ipsi procul dubio ad stirpem nostram spectarunt. Bona dicto monasterio ab eis tradita cognoscere possumus e diplomate Adelberti Moguntini archiepiscopi, quod affert Polycarp. Leyserus in *Historia comitum Ebersteinensium in Saxonia* p. 17. seqq. quod vero si indictio recte se habet, vti non dubitamus, datum esse debuit anno 1112, non anno 1100, in primis ideo etiam, cum Ruthardus archiepiscopus Moguntinus Adelberti antecessor in genuinis diplomatibus occurrat ab anno 1086 vsque 1107. Sunt autem bona tradita e villis sequentibus, *Diemerdin*, Diemerden ad riuum dictum *die Garte* in principatu Göttingensi, *Herdingeroth*, Herdingerode, *Westerlengethe* atque *Osterlengethe*, grossen et kleinen Lengede intra præfecturam Niedeck, *Suehchusen*, Sweckhusen, Landelshusen, *Witmarishuson* vel Wiershusen in præfectura Westerhof, vel Wiershusen in præfectura Münden, *Abbenroth*, Abderode, *Bredinbike*, Bremke in dynastia Gleichen, *Badinhusen*, Bodenhusen sub Hercinico saltu versus Osterodam et ecclesiastica inspectione Alshausen, *Herbergehuson*, Herberhusen vicus ad iura spectans ciuitatis Göttingensis, *Lengelere*, Lengelern, *Esbike*, Essebeck, et *Ellingehusen*, Eljehusen in præfectura Harste, *Aldingrone*, alias dicta *dat alde hus Grone tom palande* in præfectura Munden, *Buren*, Buren in præfectura Münden, *Thiedinroth*, Deyenrode in præfectura Friedland, *Witteburnen*, Wetenborn in præfectura Friedland, vel Wetteborn in præfectura Wintzenburg, *Stockhuson*, Stockhusen in præfectura Friedland, *Gandera*, Ober vel Niederen Ganderen in eodem principatu Göttingensi, *Gunthelmishuson*, an Gunterssen in dynastia Adelipsen? *Mechelmishuson*, an Mielenhusen in præfectura Münden, vel Mellinghusen villa desolata in saltu Sollingano, vel Meensen in præfectura Brackenberg? *Elkerishuson*, Elckershusen in præfectura Friedland, *montes Lichen*, Gleichen olim duo castra dicta *alten* et *neuen Gleichen* in terminis Eichsfeldiæ, *Scrozingeroth*, an *Stroth* in præfectura Moringen vel Silkerode? *Hiddinhuson*, Heddenhusen etiam dicta Hettensen in præfectura Hardesen, *Bernerroth* et *Bettenrodt*, an Barterode in dominio Adelipsen, et Beienrode in iudicio Garten? *Gelingehuson*, Geljehusen in dynastia Gleichen, *Germannishuson*, *Ratmereshuson*, Retmershusen hodie ad iura spectans liberi baronis de Görtz, *Kyrstingeroth*, Kerstlingerode, villa in præfectura Niedeck, vel vicus in dynastia Garten ad eundem dominum baronem Carolum de Görtz spectans, et denique *Ripenhuson*, Rifenhusen in præfectura Friedland in eodem principatu Gottingensi.

Sed cuius fuere filii, quæris, *Ezike* atque *Elle* comites? respondemus, eos verisimillime fuisse comitis *Herimanni* nepotes, qui vti supra vidimus, comitatum suum anno 1016 habuit in pago Logne. Cum enim idem *Herimannus* filios habuerit dictos *Heinricum*, *Conradum*, *Adelbertum* et *Bernhardum*, *Ezike* atque *Elle* non esse non potuerunt filii vel *Heinrici*, vel *Conradi*, vel *Adelberti*, vel *Bernhardi*. Nomen Adelberti contrahi in Ezo, Eizo, Azo, Eizan atque Ezike, iam dudum agnouere eruditi, magnaque id exemplorum congerie ostendi posset, si necessum foret. Comes *Ezike* ergo filius dicti *Conradi* fuisse, nomenque suum a

Ellonis liberi
1) Conradus.
2) Heinricus.
3) Herimannus.

patruo

patruo ſuo *Adelberto* accepiſſe videtur. Et cum eius frater *Elle* filios habuerit, dictos *Conradum*, *Heinricum* atque *Herimannum*, *Conrado* videtur nomen inditum ab auo, *Heinrico* a propatruo, atque *Herimanno* a proauo. *Heinricus* filio gauiſus ſit oportet, qui notatus fuit nomine *Meinhardi*. Eo ipſo ſententia noſtra probabilior redditur, quia inter progenitores comitis *Herimanni* quidam domini, dicti *Meinhardi* occurrunt, vti in ſchemate Genealogico poſt hæc annectendo videre poteris. *Udonem* epiſcopum Hildesheimenſem nominat Dominus Lauenſtein in *Hiſtoria Hildesheim.* p. 71. comitem de Aluensleben. Quam longe autem ille deflexerit a veritate, ipſe ex Reinhardi abbatis opuſculo diſcere potuiſſet. Ex hoc id etiam patet, *Udonis* epiſcopi ſororem *Mathildem* nupſiſſe cuidam principi Bauaro, cuius nomen probabiliſſime fuit *Winze*. Refert enim idem Reinhardus l. c. eundem Bauarum domui ſuæ, quam exſtruxerit, nomen de ſe indidiſſe. Ex quo euidentiſſime ſequitur, caſtrum Winzenburg ante annum 1050 nondum exſtitiſſe, atque ante hæc tempora nullos comites, dictos Wincenburgicos, in rerum natura fuiſſe. Tota ergo genealogia comitum de Winzenburg, quam Jo. Mich. Heineccius, quondam conſiliarius eccleſiaſticus regis Boruſſiæ, atque inſpector miniſterii Hallenſis, vir doctus ac pius in *Antiquitat. Goslar.* p. 129. ſeq. ex fabuloſo Letznero affert, efficta eſt, minimeque probanda, ſiquidem in illa miniſteriales, ſeu caſtellani comitem et ducis Heinrici leonis, inter ipſos comites Winzenburgicos referuntur.

gubernante Corbeiam Warino. 4) Udo epiſcopus Hildesh. 5) Mathild. 6) Rikenze.

Diſcimus autem ſimul exinde, qua ratione bona ad comitatum Winzenburgicum ſpectantia in manus venerint Bauari principis, ſcilicet per coniugem eius *Mathildem* filiam *Ellonis* comitis, ac proneptem comitis *Herimanni*. Exſtincta ergo poſteritate principis illius Bauari, atque occiſo *Herimanno II*, comite Winzenburgico, optimo iure *Heinricus Leo* comitatum Winzenburgicum adſciuit. Ex eadem enim ſtirpe, ex qua *Mathildis* orta, per feminas deſcenderat *Heinricus*, neque vllus veterum coætaneorum annotauit, Hildesheimenſem epiſcopum, occiſo *Herimanno* Winzenburgico, poſtulata quædam interpoſuiſſe.

De lite ſuper comitatu Winzenburgico.

Ortæ quidem erant diſſenſiones ducem inter *Heinricum leonem* atque *Adalbertum vrſum marchionem* propter caſtra et facultates eiuſdem *Herimanni* Winzenburgici, quæ ſedari non poterant in curia apud Marcipolim ciuitatem Saxoniæ, *Helmoldo in Chron. Slauorum* teſte T. II. Leibn. f. 597. Fridericus autem rex in conuentu, Wirceburgi habito, *Heinricum* ducem atque *Adalbertum* marchionem diſcordantes pacificauit, referente *Alberto Stadenſi in Chronico* p. 188. b. Reportaſſe autem eo tempore victoriam Leonem ab Vrſo, illumque obtinuiſſe comitatum Winzenburgicum, in Hiſtoria noſtra Corbeienſi diplomatibus ineditis comprobatum dabimus. E quibus ſimul apparebit, ſequentes Bernhardi epiſcopi Hildesheimenſis litteras ad palliandam fabulam, quam de decantatiſſimo ſpiritu *Hödeke* confecerunt Hildesheimenſes, eſſe confictas. Diplomatis enim noſtris illud ſpectrum Hödeke vno quaſi halitu difflatum dabimus. Inter hæc accipe litteras, quæ epiſcopo Bernhardo adſcribuntur, ab amico nobis e manuſcripto communicatas:

In nomine ſc̃ē et indiuidue trinitatis. *Bernhardus* dei gratia hildeneſhemenſis ec̃cle ep̃s. Notum ſit omnibus fidelibus Xp̃i clericis et laicis preſentibus et futuris. quia ego *Bernhardus* Hildeneſhemenſis ec̃clē ep̃s caſtrum *Wincenborg*. quod a duobus anteceſſoribus meis et a me ipſo comes *Hermannus* in beneficio iuſto accepit. ſed offenſa imperatoris lotharii priuatus erat. michi et meis ſucceſſoribus. ut libere poſſideret. ec̃clīe libenter. ſi potuiſſem. uolui conſeruare. contrarius uero deſiderio meo predictus comes feodalem iuſtitiam de hoc caſtro ſepius a me requirens et non perficiens. tandem per regem et principes ac nobiles homines meos et miniſtros ec̃clīe ſepiſſime quoque per camerarios meos. ut ſuper hoc obtineret iuſticiam. cepit ſatagere. ita denique precepto regis et rogatu principum et conſilio amicorum meorum. cleri ſcilicet et populi. precipue quoque ne pax eccleſie mee turbaretur. conceſſi et permiſſi. quod comes predictus caſtrum predictum ſuo iuri ſtabiliter requiſiuit feodali iuſtitia. cui contradicere non potui. et firma comprobatione ac teſtificatione nobilium et liberorum hominum meorum. Pro hac autem gratia predictus comes et uxor ſua comitiſſa *Lutghardis*. filia marchionis *Rodolfi*. caſtrum *Homborch* et manſos ducentos

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tos cum omni utilitate et iure attinenti in mancipiis. in uillis. in campis. in siluis. in pratis. in aquis et aquarum decursibus. in molendinorum stationibus. in piscaturis et uenationibus. uiis et inuiis. cultis et incultis. exilibus et reditibus. beate Marie in perpetuam proprietatem donauerunt. ea conditione apposita. ut idem castrum et mansos ducentos ipsi et ipsorum *filii* et *filie*. deinde illorum heredes in beneficio reciperent. et michi et meis successoribus pro eo. sicut pro alio beneficio suo. fideliter seruirent. predia uero. que cum castro dederunt. hec sunt. capella *huncenhusen* cum tota uilla et omnibus prediis attinentibus. ubicunque sita sunt. predium in *palude* cum omnibus attinentibus. predium in *aldenthorp*. cum omnibus attinentibus. *Ulrikeshagen* cum omnibus attinentibus. predium *osteressen*. cum omnibus attinentibus. predium *odotosdesheim* cum omnibus attinentibus. *Scorenburnen* cum omnibus attinentibus. affuit autem huic donationi uidua *comitis Sifridi*, quæ coram ecclesia confessa est. se nihil iuris aut proprietatis in predicto castro aut mansis ducentis habere.

Ut igitur hoc donum comitis et comitisse a *filiis* et filiabus suis. natis aut nascituris. nequaquam postmodum infringeretur. ipse comes in reliquiis b. marie virginis iuramento firmauit. predictos heredes suos. quantocyus legitimos annos impleuissent. ut etiam sua collaudatione idem confirmarent sese adducturum. duodecim quoq; liberos homines. bonis ecclesie ab ipso infeudatos. michi et ecclesie tali conditione comes dedit opsides. ut si forte hoc promissum. uelut dictum est. non impleret. omnes illi bona ecclesie. que prius a manu illius habuerunt. a me uel successoribus meis reciperent. et pro eis nullum penitus ad ipsum respectum haberent. quorum hec sunt nomina. *Ludolfus de Woltingerode. Theodoricus de Rikelinge.* Bernhardus vice dominus. *Berengerus de Poppenborch. Theodoricus de Werder. Adolfus de Nyenkerken. Bertoldus de Homborch. Haoldus de Burnem. Arnoldus de Canteleſſen. Haoldus de Ruden. Gherungus de Ruden.* . . . . . Testes autem. qui hec audierunt et viderunt . . . . . nobiles quoque seu liberi. *Ludolfus de Woltingerode. Theodoricus de Rikelinge.* . . . . . ministri quoq; ecclesie *Ludolfus aduocatus.* Lippoldus et Hugo fratres eius . . . Ernestus dapifer. et cum his omnibus numerosa multitudo proborum virorum. quorum nomina occasione uitande prolixitatis scripta non sunt. Datum . . . . . M. C. L.

Vt autem quædam addamus ad ostendendam falsitatem huius diplomatis Bernhardi, res ipsa postulat. Sciendum est, *Lutghardem*, occisi *Herimanni* Wincenburgici coniugem, prius fuisse nuptam *Erico*, dicto *Lam*, regi Danorum, qui mortuus est, testante *Historia gentis Danorum apud Lindenbrogium* p. 269. anno 1147. Nubere ergo *Lutghardis* demum anno 1148 potuit *Herimanno*, qui, teste Alberto Stadensi p. 165, *ex ea genuit tres filias, quarum vnam duxit Heinricus comes de Suarceburg, qui semper iurare solitus, si hæc fecero submergar in latrina, Erphordiæ in palatio fractis trabibus in cloaca anno* 1184 *submersus est. Secundam accepit Magnus Burtzius dux Daniæ, quo a Woldemaro rege cæcato et castrato, vxor in Saxoniam rediens miserabili sorte truncato naso a seruo mutilata est.* Tertia vero fuit præposita Gandersheimensis, testante *Chronico monasterii Rosenfeldensis* p. 129. seq. P. I. *monument. ineditor. rerum Germanicarum, præcipue Bremensium Jo. Vogtii.* Quia igitur *Herimannus comes*, qui præterea erat Aduocatus Corbeiensis, anno 1152 occisus, ex sua eo tempore grauida vxore simul occisa, nullum filium gignere potuit, nemo non videt, in diplomate Bernhardi in vanum dici, *Lutghardem* atque *Herimannum* habuisse *filios*. Cum itaque *non entis nulla* sint *prædicata*, illi filii in beneficio recipere non potuerunt ab Hildesheimensi episcopo castrum Winzenburgicum. Patet præterea e diplomate quodam Heinrici archiepiscopi Moguntini in *Val. Ferdin. de Gudenus codice diplomatico, exhibente anecdota moguntiaca* p. 160. seq. viduam comitis *Siffridi* appellatam fuisse *Cunigundam*, eandemque iterum nupsisse anno 1144. *Heinrico de Plesse:* Quam ob rem diploma Bernhardi nomen huius feminæ non expressit? Et qua ratione illam adhuc anno 1150 viduam appellare potuit? Alia argumenta iam tacemus.

Sed

Sed redeundum nobis est ad *Sifridum*, quem filium *Thiatmari I* fuisse diximus. An hic ille sit, qui in traditionibus nostris §. 357. appellatur *Sigibertus* et pater *Sigiberti*, id in medio relinquimus. Donauit ille *Sigibertus* bona quædam in *Nighunburni*, villa pagi Wikanauelde, quæ vicus *Negenborn* est inter oppidulum Beueren et inter monasterium Amelungsborn in dynastia Homburgica. Posset equidem intelligi *Sifridus III*, filius *Bernhardi I.* Chronologia vero non permittit, vt statuamus eundem fuisse *Sifridum IV*. Sequereturenim ex eo, *Sifridum V.* iam anno 900. vixisse, qui circa finem seculi X. adhuc floruit. *Seward*, qui in Aldanthorpe, testante §. 365, quædam tradidit, *Sifridus IV.* esse poterit, qui etiam *Sifridus comes* videtur fuisse is, qui pro se et coniuge sua *Weldrut*, priori scilicet *Cristina* mortua, testante §. 379, in *Herisuuitherode* in pago Tilithi, seu in Harderode in dominio Homburgico, quædam largitus est. Quæ bona nobis persuadent, vt credamus, eundem esse *Sifridum comitem*, qui §. 398. in villa Lahheim, quæ vicus Lenne est eadem in dynastia, *pro filio suo Sigifrido* quædam tradidit. Qui *Sifridus* quoque, testante §. 352, in villa Winithun in pago Logne, id est, in vico Weende in principatu Gottingensi bona quædam tradiderat. Vnde discimus, eundem tam in pago Tilithi, quam in pago Logne, bona hereditaria possedisse.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Sywardi, filii Thiarmari I. filius.

b) Sigifridus comes in Northeim.

Huius ergo *Sigefridi comitis* filium fuisse *Sigefridum*, qui anno 982. comes fuit in pago Rittiga seu Rietdegowa, testante diplomate in *I. F. Schannati C. Trad. Fuld. p.* 242. *seq.* non dubitamus. Chronologia enim cum illo accuratissime conuenit. Cum vero pagus Rittiga quondam in regione circa oppidum Northeim in principatu Gottingensi exstiterit, nemo non videt, nos hic primum veram originem comitum Northeimensium detexisse.

Huius *Sigefridi* scilicet *quinti* filii, qui referente *Ditmaro T. I. Leibn.* f. 366. habitarunt in curte comitis *Sigefridi* Northeim, fuere *Sigefridus* et *Benno*. Quia vero Ditmarus l. c. *Sigefridum* et *Bennonem* appellat filios senioris comitissæ *Ethelindis*, collegimus inde, seniorem istum seu patrem *Sigefridi* et *Bennonis*, qui expressis verbis ab auctore *Veteris Chronici Ducum Brunsuicens. Tom. II. Leibn.* f. 14. et 16. *Sifridus de Bummenborch* nominatur, habuisse duas vxores in matrimonio, alteram *Machtildem*, ex qua, *Annalista Saxone teste Tom. I. Eccardi* f. 563, genuit *Sigifridum*, interfectorem magni illius Ekkehardi marchionis, et *Bennonem* illum, qui ex comitissa *Eilica* genuit *Ottonem*; atque alteram *Ethelindem*.

Sigefridi comitis in Northeim filii

1) Sigefridus.

b) Benno.

Hi autem fratres, scilicet *Sigefridus* et *Benno*, cæde Ekkihardi marchionis, qui, defuncto cæsare Ottone III, regnum vsurpare nitebatur et imminebat electioni pro sese peragendæ, facti sunt anno 1002 famosi. Locus, in quo Ekkihardus marchio ab illis interfectus est, a *Ditmaro l. c.* nominatur Polithi, qui monasterium Pölde est inter Northemium atque Northusam oppida, in præfectura *Hertzberge* visendus. Cæsarem Heinricum II vindictam de illis propter cædem æmulatoris sui expetiuisse, non inuenimus. Memoramus potius, *Bennonem* anno 1016 comitatum tenuisse in pago Morungano. Videtur hic *Benno* vnus idemque fuisse cum *Bennone*, cuius comitatus vsque ad Wiseram in pagum Auga excurrit, testante *Vita Meinwerci* f. 534. Wirjesi enim villa, quæ erat in pago Auga ac in comitatu *Bennonis*, non est Wiershusen, vti vir quidam doctissimus putat, sed *Wiriesen* vicus ad Wiseram haud procul ab Heristallo Saxonico. *Bennaka*, qui in eadem villa prædium ad Patherbrunnensem ecclesiam delegauit, Benneko V. e stirpe fuit Widikindea, vti tabula genealogica gentis Widikindeæ ostendet, cuius quippe progenitores in eadem villa bona quædam abbatiæ Corbeiensi donarunt. Equidem *Sifridus comes*, qui testante *Ditmaro l. c.* inprimis marchioni Ekkihardo, hasta fortiter emissa, nodum ceruicis infregit, terramque eum oppetere compulit, vicissim anno 1025 ense alieno datus est leto, et, Chronico nostro coætaneo teste, terram cruore suo imbuit. De *Sifrido* nostro igitur capiendum credimus locum, in *Vita Meinwerci* f. 538. num. 99. obuium, vbi memoriæ litteris proditum legitur, *Aribonem Maguntinum archiepiscopum anno* 1028 *in Gezlethi* (qui vicus Gittel intra præfecturam Stauffenburg situs fuisse videtur) *synodum generalem cum suis suffraganeis episcopis habuisse, in qua inter cetera ecclesiastica negotia quidam homo ingenuus de homicidio Sigifridi comitis incusatus, candenti ferro se expurgauerit, et ex decreto synodi post duas noctes apparuerit illæsus.*

Antequam vero *Sifridus comes* cruenta cæde confectus iacuit, abbatiæ nostræ pro filio suo *Thiatmaro*, a *Sifridi* nostri abauo, vel, si mauis, ab auo suo materno

Sigefridi filius Thiatmarus.

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

no Thiatmaro, ducis Bernhardi fratre, ita appellato, in villis Æwerlan et Heddenhusen, intra præfecturam Hardesen sitis, in principatu Göttingensi quædam donabat, testante §. 480.

Bennonis filius Otto comes in Northeim et dux Bauariæ. Ottonis ducis filii a) Heinricus. b) Sifridus. c) Cono.

Sifridi frater *Benno* fuit, Annalista Saxone teste, pater *Ottonis comitis de Northeim et ducis Bauariæ.* De hoc *Ottone* multa nec vbique obuia in medium possemus proferre, si instituti nostri id ratio permitteret. Iis autem in aliud tempus reseruatis, id tantum adiicimus, *Ottonem* ducem promeruisse patrocinio et auxilio suo, abbatiæ nostræ arduis temporibus lato, insigne munus Aduocatiæ Corbeiensis. Fuisse autem eius vxorem *Richenzam*, viduam Herimanni de Werla cognominati, iam supra comprobauimus testimonio Annalistæ Saxonis. *Ottonem* Ducem vitam cum morte commutasse non anno 1083, vti Annalista Saxo p. 563. perhibet, sed anno 1082, e Chronico nostro coætaneo patescit. Eius vero fuisse filios *Heinricum*, *Sifridum* et *Cononem* comites, comprobat partim diploma fundationis monasterii Bursfeldensis, anno 1093 datum, a Nicolao Schatenio in *Annal. Paderborn.* Tom. I. f. 634. in lucem productum, atque inde ab aliis repetitum, quod mutilum tamen est et mancum; partim litteræ sequentes, quas e MScto hic exhibere volupe est, sunt indicio. En hasce:

℣In nomine sc̄ē et indiuidue trinitatis. Wicelinus dei gr̄ā Northeimensis abbas. notum esse cupimus omnibus tam p̄sentis quam futuri eui fidelibus. qualiter *Otto dux quondam Bauarie* locum n̄r̄um. utpote fundator ipsius quam pluribus prediis extulit multis donariis ampliauit interq̄ea quodam in loco. qui *Amelungesbrunnen* dicitur. eccl̄ie delegauit. eo uero defuncto cum *filii ipsius Heinricus Sigefridus* et *Cono comites* ad annos discretionis ętate crescente peruenissent et liberam disponendarum rerum suarum facultatem adepti fuissent. omnia in melius commutauerunt et patris desiderium. quod mors immatura peruerterat. adimplentes. religionem monasticam nostro in loco initiauerunt. inter quos *Sigefridus* loci n̄r̄ī tutator p̄cipuus. aliis morte subductis fratribus. predium in *Amelungesbrunnen* sibi redonari petiit. pro quo mansum unum in uilla. que *bobentenen* dicitur. vvidone tunc loci n̄r̄ī p̄posito aliisq̄. fratribus consentientibus. iure concambii contradidit. ipso quoq̄. mortuo. cum *filius ipsius Sigefridus comes* tam religionis quam uirtutis illius imitator effectus. locum sepius nominatum. *Amelungesbrunnen* scilicet. sub monachica religione initiasset. quieti et libertati inibi deo seruientium prospicient. ea. que de p̄fato concambio patris tempore terminata fuerunt postulauit renouari nosq̄. eius tam pio quam iusto fauentes desiderio. in memoriam huius sic geste rei fratribus n̄r̄īs adstipulantibus hanc paginam n̄r̄ō sigillo insigniuimus. testes autem huius sunt fratres. Theodoricus prior. Meinharduſ. Herbarduſ. Lippolduſ. laici liberi et ministeriales. ipse *comes Sigefridus. Hermannus comes* et *Heinricus frater eius. Helmolduſ de Huchelen. Conraduſ* et *Eschevvinus de Holthusen. Dudo de Morungen. Bertholduſ* et *Othelricus de Homburg. Ernestus* et *Theodoricus de Dranesuelde. Adelbertus. bodo. vvulfart. Arnold de Northeim.* Acta sunt autem hec. anno d̄n̄ice incarnationis M. C. XXXX. IIII. indict. VII. regnante rege Cunrado huius nominis sc̄dō. regni uero ipsius quinto. data *northeim* VI. kal. iulii feliciter amen.

d) Hiddico.

Origo nobilium dominorum de Homburg.

Habuit itaque *Otto*, quondam Bauariæ dux, tres filios, vti ex hoc diplomate apparet. De quarto autem filio *Ottonis* ducis *Hiddicone*, probabiliter natu maximo, atque aduocato Corbeiensi, in flore ætatis ante annum 1093 defuncto, et fatore nobilium dominorum de Homborg, nemo hactenus aliquid suspicione adsecutus fuit. Nobis ergo libet, illum ex archiuo Corbeiensi eruere. Plura de reliquis *Ottonis ducis* liberis et nepotibus, quos in schemate genealogico mox subiiciendo produximus, non addimus, ne simus plus iusto longiores.

Interim

Interim posteritatem *Hiddiconis* comitis iam accipe, tabula sequente genuinis diplomatis fulta nitentem: gubernante Corbeiam Warino.

TAB. I.

Otto dux Bauariæ et comes in Northeim, Aduocatus Corbeiensis.

- Hiddico comes, aduocatus Corbeiensis 1082.
  - Sigibertus nobilis 1113. consanguineus Sigefridi aduocat. Corbeiens. eiusque fratris Reinoldi.
    - Sigibertus 1113. filius Sigiberti. nominatur 1120 Sifridus filius Sigiberti, et distinguitur a Sigefrido aduocato Corb. 1129. 1133. 1137. Sifridus de Homborg.
      - Heinricus 1158.
      - Bodo nobilis de Homborg 1156. 1166. 1185. 1186. frater Bertoldi 1184.
        - Bertoldus iunior et nepos Bertoldi senioris 1197.
        - Bertoldus filius Bodonis iunioris adhuc minorennis 1220. 1237. 1246. 1265.
          - Bodo filius Bertoldi 1265. Henrici patruelis et vxor eius Mechtild 1271. senior 1281. 1292. 1292. 1284. 1303. 1303. 1271. 1274. 1274.
            - Bertoldus filius Bodonis senioris 1292.
            - Heinricus filius Bodonis senioris 1292. 1303.
            - Ludouicus fil. Bod. senioris 1292. 1303.
            - Albertus filius Bodonis senioris 1292. 1303.
          - Jutta filia Bodonis iunioris 1220. vx. Adolfi comitis de Niennouere 1245.
      - Otto 1113.
      - Tedi 1113.
      - Folcmarus abbas Corb. † 1138.
  - Heinricus pinguis, aduocat. Corb. † 1100.
    - Sigifridus ad-uocat. Corb. † 1144.
      - Othelricus. 1144.
      - Machtildis sanctimonialis 1113.
    - Sigifridus comes aduocat. Corb. † 1107.
      - Reinoldus ad-uocat, Corb. comes de Dassila.
        - Bertholdus nob. de Homborg 1144. 1156. 1166. 1185. 1186. senior 1197. frater Bodonis 1184. pater Bodonis 1158.
          - Bodo, filius Bertoldi. 1158.
          - Heinricus, pater Bodonis et frater Bodonis 1220.
            - Bodo frater Bodonis 1198. filius Heinrici 1220. iunior 1220. 1210. 1222. 1228. 1237. v. Tab. 2.
            - Henricus frater Bertholdi vid. Tab. 2.
      - Thiatmarus.
      - Gumbertus,
    - Volcwiga. 1113.
    - Aluerada. 1113.
  - Cuno
    - Johannes 1283.
      - Johannes patruelis Bodonis senioris 1292. nominatur frater iunior 1318.
    - Henricus Corbei. abbas ab an. 1274 - 1306. frater Johannis de Homborg 1283.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. II.

Bodo, frater Bodonis 1198. vid. supra.

Heinricus frater Bertoldi 1237. patruus Bodonis 1271. vxor eius Mechtild com. de Woldenberg 1270. 1291. 1284. 1245. 1240. 1244. 1244 1245. 1257. 1259. 1266. 1260. 1265. 1267. 1267. 1274. 1278. 1281. 1282. 1283.

Iohannes vxor Gisela de Retberg soror Ottonis episcopi Paderbornensis 1292. quæ iam † 1292. 1270. 1274. 1290. 1291. 1296. 1296.

Bodo vxor Agnes comit. de Sualenberg 1270. 1274. 1274. iunior 1290. 1296. 1302. 1302. 1303. 1304. 1300. 1291. 1281. 1305. 1303. 1291. 1303. 1302. 1295. 1301. 1296. 1298.

Henricus canonicus Hildesh. et Mindensf. frater Bod. Io. Herm. Cun. et So. 1290. 1294. 1298. 1299. 1302. 1304. 1308. 1308.

Hermannus 1290.

Conradus canonicus Halberstadensf. 1290.

Cunegund soror Bodonis 1303. vxor Hermanni comitis de Woldenberge 1299.

Sophia 1302.

Bodo C. de Woldenberge 1299. Gerburg 1299.

Johannes de Woldenberge, filius sororis Bodonis de Homborg monachus Amelunchsbornensis 1303.

Henricus filius Johannis 1290 1291. 1292. 1293. 1296. 1299. patruelis Bodonis iunioris 1292.

Conradus 1290.

Bodo frater Hen. et Conradi 1290. 1293. 1296. 1292. 1281. 1274.

Henricus filius Bodonis iunioris, et vx. eius Agnes 1302. 1303. 1304. 1305. 1305. 1308. 1291.

Bodo frater Henr. Herm. A. S. et Agn. 1302. 1305. 1305. 1308. Possessor allodii magni aduocatiæ Keminadensis 1309. 1315.

Hermannus 1302. 1304. 1305.

Alheidis vxor Guntheri comitis de Sualenberg 1302. 1304. 1305.

Sophia 1305.

Agnes 1302. 1305.

Henricus filius Henrici et nepos Bodonis 1305. 1309. 1315. 1316.

Geuehardus frater Henrici 1309.

Bodo præpositus S. Mauritii prope Hildesheim 1336 frater Sigfr. Bodo et Ott. 1340.

Sigfridus 1340. 1350. 1345. 1354. 1351. placitum habet in monasterio Keminad. 1354. 1354. 1360. † 1380. sepultus in dicto monasterio.

Bodo 1340 1345 1359

Otto adhuc minorennis 1340.

N. filia vx. Ottonis c. de Euerstein 1351.

N. filia vx. Adolfi com. de Scowenborg 1351.

Rudolf filius Sigfridi adhuc minorennis 1340. 1350. 1354. 1360.

Henricus filius Sigfridi adhuc minorennis 1340. 1354. 1360. 1384. 1385. 1389.

Albertus fil. Sigfr. 1354.

Geuehardus fil. Sigfr. 1354. 1360. 1384. 1385.

Borchardus fil. Sigfr. 1354. 1360.

Henricus 1409. occisus 1409. Schoneke de Nassau vidua b. mem. Henrici de Homborg 1412.

Sifridi filius Reinoldus comes de Dassila.

De *Reinoldo* autem, nepote ducis *Ottonis*, quædam in medium afferre debemus, vt quoque vera *origo comitum de Dassel* pateat omnibus, cunctique cognascant, quam late deflexerint illi a veritate, qui, *Io. Letznerum* secuti, eos a quodam Walthero, qui iam anno 700 comes de Dassel et dominus in Niennower ab eo nominatur, deducunt. Veremur, ne nostri amici risum tenere non possint, si schema genealogicum *Io. Letzneri* ex eius *Chronico Dasselienſi* repetere conemur. Iam ergo illud defessum et derelictum iaceat, cum alios refutare iam non studeamus. *Reinoldum* nostrum, fatorem comitum de Dassel, monumenta nostra referunt, anno 1113 in pago Suilbergowe comitem fuisse, atque deinde iuxta villam *Oldendorp* (hodie dictam Marekoldendorp haud procul ab oppido Dassel) in quodam placito, more Saxonico, quandam traditionem regio banno confirmasse, vbi omnes sui comitatus homines auditores et testes fuerint anno 1119. In eisdem diplomatis atque in aliis *frater* ille appellatur *Sigefridi* comitis

tis atque aduocati corbeienſis, qui *Sigefridus* in monumentis noſtris ineditis ad poſtremum Corbeienſis eccleſiæ aduocatus nominatur anno 1126. Eodem anno comes *Sigefridus* aduocatiam eccleſiæ Corbeienſis reſignauit, et deinde anno 1144 eſt mortuus. *Reinoldus* ergo iterum anno 1127 *corbeienſis aduocatus* appellatur, immo ad annum 1129 nuncupatur *eccleſiæ Corbeienſis aduocatus et comes de Daſſila.* Documenta, quibus dicta confirmantur, producemus partim infra, partim in *Hiſtoria* noſtra *Corbeienſi.* Ex quibus patebit, fucum venditaſſe pro veritate illos, qui in ſcriptis ſuis perhibuerunt, Sifridum iuniorem comitem Bomeneburgenſem, Sifridi ſenioris filium, atque Ottonis Northeimenſis neporem, gentis ſuæ poſtremum fuiſſe. De *Reinoldi* autem fratribus filiis et nepotibus vſque ad *Simonem* vltimum huius familiæ comitem pluribus argumentis agimus in *Clientela* noſtra *Corbeienſi.* guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Reuertendum eſt ergo tandem ad *Theodhardum*, quem ſupra fratrem *Folcholdi*, *Wichardi* et *Reginboldi* vocauimus. De eius autem poſteris ea, quæ extra dubitationem poſita ſunt, dicere non habemus. Ea idcirco tantum afferimus, quæ nituntur quoad maximam partem coniecturis noſtris. Rogamus ergo lectores, ne aliam in partem orationem noſtram interpretentur. Primum itaque inuenimus *Hildiboldum,* ab auo probabiliter appellatum, qui, teſtante §. 244, in pago Suilbergi in villa Diſaldeshuſen, id eſt, in vico Daſſenſen in comitatu Daſſelienſi quinque *iurnales* donauit; deinde deprehendimus *Suithardum*, qui §. 235. in eadem villa pro anima *Marcwardi* tertiam partem, et in aliis villis eodem in pago Suilbergi dimidiam partem tradidit. Vnde collegimus, *Suithardum*, *Marcwardum*, et *Hildiboldum* exſtitiſſe fratres; et denique incidimus in *Eilbertum*, qui §. 240. in Suilbergiorum marcu cuiuſdam *biuangi* ſeu tractus minoris tertiam partem largitus fuit. Quinam horum filii fuerint, luculentis verbis in his traditionibus indicatum haud fuit. Cum autem §. 292. Marcwardus quidam in villa Holthuſen in eodem Suilbergi pago, id eſt, in vico Holthuſen, intra præfecturam Erichsburg ſito, pro conſanguineo ſuo *Dodone* iurnalem I et iugera aliquot donauerit, *Marcwardo* illi nomen videtur inditum a patruo ſuo *Marcwardo.* Hunc ergo *Marcwardum* filium *Suithardi*, *Dodonem* vero filium *Eilberti* fuiſſe, ſtatuere libet. *Hordoldum* autem et *Godufrithum*, quorum alter §. 315. pro filio ſuo *Godſchalco* in pago Logne in villis Erbſen et Harſte, alter vero pro filio ſuo *Meinheri* §. 340. in eadem villa Harſte quædam tradidit, fratres Dodonis liceat appellare. *Marcwardus* ille progenuit *Godfridum.* Theodhardi nepotis Siwarti I. filii

1) Hildiboldus.
2) Suithardus.
3) Marcwardus.
4) Eilbertus.

Hoc certe negari non poteſt. Inuitat enim idem *Marcwardus* §. 368. animos Corbeienſium pretiis ex villa Gadershus in pago Logne, quæ vicus Gunterſen in dynaſtia Adelipſen videtur eſſe, vt pro ſalute filii ſui *Godfridi* ſupremum dominum exorare velint. *Thiadhardum* porro, cuius eiusque filii *Thiadmari* meminit locus §. 418, pro filio ſupradicti *Marcwardi* habere volumus. Donauit enim iſte *Tiadhardus*, teſte loco laudato, in pago minori Marungun in villa Thiedreſſun, id eſt, Denteniſſen, villa deſolata olim ab oppido Moringen iter dimidiæ horæ diſtante in principatu Gottingenſi, vnam familiam, videturque eius quoque filius fuiſſe *Tiadhardus*, cuius mentionem iniiciunt traditiones §. 466. Plura de hac proſapia deliberato animo non addimus. In hiſtoria noſtra Corbeienſi veſtigia quædam indicaturi ſumus, ab ea probabiliſſime comites et nobiles dominos, de *Inſula* dictos, deſcendiſſe. Omnia, de hac familia hactenus in medium prolata, tabula ſequenti includimus, in qua ſi primo intuitu quædam lectori non placeant, euoluet is neceſſe eſt paragraphos in ea excitatos, inprimis vero §. 338, vbi plura de hac familia inuenientur.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. I.



TAB. II.



TAB. III.

TAB. III.



gubernante Corbeiam Warino.

TAB. IV.



TAB. V.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et dac hildibert (n) ben (o) fuitbadu (p) hrotger (q) redhardus (r) abbo (ſ) thiadric (t) bardo (u) ragembold (†) cumbro (v) billing (w) gamer (††) omnes numero XXXXIIII.

§. 105.

TAB. V.

Otto dux Bauariæ et comes in Northeim. Aduocatus Corbeienſis † 1082. vxor Richenza vidua comitis Herimanni in Werla.

- Hiddico comes, aduocatus Corbeienſis 1082. † ante an. 1093.
  - Sigibertus IX. 1113.
  - Otto 1113.
  - Tedi 1113.
  - Folcmarus abbas Corbeienſis † 1138. d. 2 Auguſt.
  - dicuntur agnati Sigefridi, Reinoldi, Thiatmari et Gumberti.
  - Sigibertus X. 1113. filius Sigibertti 1120.
  - Machtildis ſanctimonialis 1113.
  - Volcwiga 1113.
  - Aluerada 1113.
  - Ab his proueniunt domini de Homborg.
- Heinricus pinguis comes 1093. Aduocatus Corbeienſis occiſus 1100. ſepultus 4. id. Apr. 1101. vxor Gertrud filia Ekkeberti Marchionis.
  - Otto
  - Gertrud vx. Sigifridi comitis Palat. Rheni.
  - Richenza vx. imperatoris Lotharii.
    - Gertrud vxor Heinrici Magnanimi ducis Saxoniæ et Bauariæ.
      - Heinricus Leo dux Saxoniæ et Bauariæ.
        - Heinricus dux Saxon. et Comes Palat. Rheni 1203. 1226.
        - Otto IV. imperator.
- Ethelinda vx. 1) Welphonis ducis Bauariæ 2) Herimanni comitis de Calwerla.
- Sifridus VIII. comes Aduocatus Corbeienſis obiit 1107. teſtante Chron. MSpto. coætaneo.
  - Sigifridus XI comes, Aduocatus Corbeienſis 1108. ſeqq. fundator monaſterii Amelungisborn † ἄπαις 1144. et dicitur comes de Boumeneburg.
  - Henricus abbas Corbeienſis Sigefridi germanus 1144.
  - Reinoldus IV comes, in Suilbergowi 1113. etc. Aduocatus Corbeienſis 1127. comes dicitur de Daſſila 1129.
    - Luidolfus comes de Daſſila 1153. etc.
    - Reinoldus V. frater Luidolfi archiepiſcopus Colon. † 19. Kal. Sept. 1168.
    - Adolfus comes de Daſſila Ludolfi frater.
  - Thiatmarus V. frater Sigefridi et Reinoldi 1113. 1113. 1119. 1120.
    - Hermannus comes, de Bomeneborg 1127. 1141.
  - Gumbertus frater Reinoldi 1113. An hic ſator nobilium dominorum de Pleſſe?
- N. filia vxor Conradi comitis de Arnsberge.
- Cuno 1093. comes deBichlinge † ante a. 1107.
- Ida vx. Thiemonis comitis, ſatoris Marchionum Miſnenſium Luſatiæ et ducum Saxoniæ.

De Hildiberto, nec non de origine ducum et cæſarum Saxonicorum, comitum Euerſteinenſium, aliorumque.

(n) Duo *Hildiberti*, vti vides, hic inter heredes ducis Oſtfalorum Heſſi reperiuntur, quorum vnus probabiliſſime inter progenitores comitum Euerſteinenſium eſt referendus, qui cum fratribus ſuis Euerhardo, Thiadrico, Eggrico et Folcwarto a potentiſſimo poſſeſſore celebratiſſimi caſtri Brunonisburgi deſcendit. Vt ergo hanc nouam, et hactenus tenebris inuolutam ſententiam omnibus ob oculos ponamus, genuinum ſchema genealogicum poſterorum opulentiſſimi et celeberrimi Angariorum ducis Brunonis, in ordinem redactum, proponere volumus, in ſequentibus expedite illud explicaturi.

TAB. I.

TAB. I.

Adelhardus, dux Saxonum occidentalium 714. §. 161.

- Folcbertus.
- Theodoricus Saxo primarius in Hochſiburg 743. 744.
  - Widekindus M. dux Saxonum.
  - Bruno dux Angariorum anno 775. vxor — Wichtrud.
    - Ecbertus I. Dux Saxoniæ, v. Tab. 2.
    - Haddo.
      - Berndag.
      - Wendildac. Satores marchionum orientalium, quorum genealogiam vide ſupra §. 104. not. (e)
    - Irminwardus §. 37.
    - Adalwardus §. 37. 52.
    - Thiodger comes, vx. Siburg §. 22. 54. 55. 56. 70.
      - Hrotgerus com. §. 104. 177.
      - Sini §. 111. 154. 160. 165. 166.
        - Sini, vx. Ewuſe §. 380.
      - Irminward §. 121. 160.
      - Adalbodu §. 121. 124. 197.
        - Hildiburg §. 225.
          - Adalwardus §. 341. monachus Corbeienſis et poſt Verdenſis epiſc. 922.
        - Albmer §. 225.
        - Pumi §. 225.
        - Magenhard §. 225.
        - Adallog §. 225.
        - Faſtred §. 225.
      - Swiridac §. 124.
        - Richardus §. 297. 341.
      - Adalwardus §. 108. 164. 165. 197. 257.
    - S. Meinulfus §. 48. vid. Tab. 5.
    - Bruno §. 20. 26. vid. Tab. 6.
    - Ewurhardus §. 20. vid. Tab. 7.
  - Hiddi
    - Heſſi dux Oſtfalorum.

gubernante Corbeiam Warino.

TAB. II.

Ecbertus I. Dux Saxoniæ. vx. Ida, filia Bernhardi, fratris Pipini Regis Francorum §. 23. 26. 29. 155. 169.

- Hadwi vx. Amalungi quo mortuo abbatiſſa Herifordenſis §. 125. 149. 188.
- Beuo comes. vx. Folclog. §. 86. 121. 158. 174. 231.
  - Beuo floruit tempore Conradi I. §. 121. 174. 245.
    - Bouo abbas Corbeienſis 942. §. 174.
    - Cobbo II. com.
    - Abban ſeu Albertus.
    - Horum poſteros vide in Tabula ſequenti, p. 151.
- Warinus abbas Corbeienſis 826. † 853.
- Cobbo I comes. vx. N. filia Heſſi ducis Oſtfalorum §. 29. 46. 47. 104. 119. 125. 126.
- Luidolfus I. c. ſeu Dux Sax. vx. Oda fil. Bilingi §. 47. 54. 55. 121. 126. 207. 210. 214. † 874. v. Tab. 4.
  - Ecbertus II comes. §. 49. 91. 111. 138. 149. 155. 163. 166. 170. 207. 219. 230. 233. 234. 245. floruit adhuc anno 889.
    - Ecbertus III. c. 892.

- Tancmarus I. §. 210.
- Bruno dux Saxoniæ † 880.
- Otto illuſtris Dux Saxoniæ aduocatus Corbeienſis. vx. Hatui filia Euerhardi 877. 890 † 912.
- Luidgard vx. Regis Hludouici.
- Hathumoda. abbatiſſæ
- Gerbirg. abbatiſſæ Gandersheimenſes,
- Criſtina.

- Luidolfus III.
- Tancmarus II. Heinricus auceps Rex Germaniæ vx. 1) Hatheburg filia Erwini, et vidua comitis Oſdach §. 284. 2) Mahtildis filia Theodorici ex ſtirpe Widikindea, ille † 936.
  - N filia ex concubina nupta Witoni Thuringo.

- Tancmarus III. occiſus Eresburgi an. 938.
- Otto M. imperator vid. Tab. 3.
- Bruno archiepiſcopus Colonienſis 944. 952. 958 961. 962. 965.
- Gerburg vxor 1) Giſelberti Duc. Lotharingiæ 2) Ludowici Regis Galliæ.
- Hathwig vx. Hugonis Ducis Franciæ et comitis de Paris,
- Heinricus Dux Bajoariæ. vx. Iuditha filia Arnolfi Ducis Bajoariæ.
  - Heinricus Dux Bauariæ † 995. vxor Giſela filia Conradi Regis Burgundiæ.
    - Heinricus II. imperator † 1024. vxor Kunigunda filia Sigifridi comitis Palatini.
    - Giſela, vxor Stephani Regis Ungariæ.
    - Bruno, epiſcopus Auguſtanus † 1029. §. 1027. 1028.
    - Arnolfus, archiepiſc. Rauennæ 1023. 1025. 1029.
    - Brigida, abbatiſſa Andlauienſis. 1004.
  - Gerburg abbatiſſa Gandersheimenſis.
  - Hatwig vxor Burchardi de Sueuia.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Tab. III.

Otto M. imperator n. 912. †973. vxores 1) Editha filia Eduardi Regis Angliæ 2) Adelheid vidua Regis Lotharii.

- Luidolfus VIII. Dux Sueuiæ † 957. vxor Ida filia Herimanni ducis Sueuiæ † 986.
  - Otto Dux Sueuiæ et Bajoariæ † 982.
    - Bruno, Papa dictus Gregorius.
  - Mathilda n. 949. † 967.
- Luitgard vx. Conradi ducis Lotharingiæ.
- Mathildis abbatissa Quedlinburgensis.
- Adelheid abbatissa Essendiensis.
- Heinricus primogenitus e 2do thoro.
- Bruno.
- Otto II. imperator n. 955. † 983. vx. Theophania.
  - Mathildis vxor Ezonis Comitis Palatini.
- Wilhelmus archiepiscop. Mogunt. † id. Mart. 967. mater eius peregrina, nobilis tamen.
- Adelheid abbatissa Quedlinburgensis.
- Sophia abbatissa Gandersheim.
- Otto III. imperator n. 980. † 1002.

Tab. IV.

Luidolfus I comes, seu Dux Saxoniæ. vxor Oda filia Bilingi §. 47. 54. 55. 121. 126. 207. 210. 214. † 874.

- Luidolfus II. §. 324. 343. 350. 249.
  - Hogerus comes, Aduocatus Corbeiensis 936.
  - Luidolfus V comes, §. 423. Aduocatus Corbeiensis 980.
    - Luidolfus VI. episcopus Osnabrug. 965.
    - Luidolfus VII. comes † 1023.
      - Ecbertus comes † 1034.
      - Bruno comes † 1035.
      - Bruno comes aduocatus Corbeiensis 1043. 1049. † 1057.
      - Ecbertus Marrhio Misniæ 1086. occisus 1090. vxor Oda filia Ottonis comitis de Orlamunda.
        - Rikenza, vxor Lotharii imperatoris.
          - Gertrud, vxor Heinrici Magnanimi Ducis Saxoniæ et Bauariæ.
            - Henricus Leo Dux Saxoniæ et Bauariæ.
        - Gertrud vxor 1) Theodorici comitis de Katelnborg 2) Heinrici com. de Northeim 3) Heinrici marchionis Misniæ. NB. e 2do thoro fuerunt.
          - Gertrud, vxor Sigifridi Comit. Palat. Rheni.
- Alfered. vx. Bardonis II e stirpe Widikindea.
- Hiddi. vx Eruli §. 342. 349.
  - Luidolfus IV. §. 342.
    - Bruno comes, vxor Frederuna Reginæ Mathildis soror §. 382.
      - Luidolfus IX comes priuignus imperatoris Conradi 1031 † 1038. vxor Gertrud.
        - Ecbertus comes 1051. 1062. Marchio Misniæ et comes Thuringiæ. vxor Irmengard, filia Maginfredi marchionis de Seguſa † 1068.
- Mereſuit vx. Herdagi.
- N. filia §. 382.
- Efic §. 350. 369. 382. 385.
  - Marcward §. 385. 397. vxor Tade.
    - Bruno, vx. Gherburg §. 402. 432. plura videantur infra.
- Enda, vxor Luitharii Walbeccensis.
- Ecbertus monoculus comes 990. † 994. consobrinus Ottonis M.
- Bruno episcopus Verdensis 972. † 976.
- Frederuna abbatissa Keminadensis 1004.
- Imma comitissa, vxor Hermanni 1004.
- Gerdruda.
- Bruno comes §. 430. vxor 1) Gisla de Werla 2) Gisla, eo mortuo vxor Conradi imperatoris.
- Hiddi comes, priuignus imperatoris Conradi aduocatus Corbeiensis 1028.

Tab. V.

TAB. V.



Satores comitum de Lippe Wartberg et Canstein.

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

TAB. VI.



Satores dynastarum de Hohenbeuken.

Tab. VII.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et



Sator eorum Bruno dux Angariorum.

Vt autem ordine procedamus, nolumus ea repetere, quæ iam ſupra §. 98. not. (H) ex Annalibus Francorum adduximus, referentes ibidem, *Brunonem ducem* ſe anno 775 cum vniuerſo exercitu *Angariorum* Carolo M. ſubieciſſe. Hunc *Brunonem Brunisbergæn*, quam *Autor Vitæ Caroli M.* arcem omnium fortiſſimam nominat, poſſediſſe, inter eruditos conſtat omnes. Condidiſſe autem, illud nondum nemo negauit, quamuis nobis veriſimilius videatur, eandem iam ante tempora *Brunonis* ducis exſtitiſſe, et fortaſſis a quodam ex progenitoribus eius, cui etiam nomen Brunonis fuerit, conditam eſſe, licet annales de eo taceant. Quis pater huius *Brunonis* fuerit, hiſtorici certant et adhuc ſub iudice lis eſt. Plerique putant, *Brunonem* fuiſſe *fratrem Widekindi Magni*, quibus vero Jo. Georg. ab Eccard contradicit, perhibens, *Brunonem* eapropter *Widekindi* fratrem eſſe non potuiſſe, quia Angerus fuerit. Cui vero argumentationi nullam ineſſe vim probandi, idcirco arbitramur, quia ex his traditionibus apparet, *Widekindi M.* poſteros æque ac *Brunonis* intra mediam Angariam ampliſſima prædia poſſediſſe, atque eam ob cauſam *Widekindum* æque ac *Brunonem* angerum dici poſſe. Docti ergo viri facillime perſpicere poſſunt, Eccardum ea contra communem opinionem argumenta nondum inſtruxiſſe, quibus priſtina ſententia loco moueri potuerit. Hinc etiam Eccardo, affirmanti *Brunonem* filiam *Widekindi* Magni, quam Giſelam nominat, habuiſſe in matrimonio, aſſenſum viri docti non præbebunt, ſimulac conſideraverint, apparere ex omnibus momentis, *Brunonem* et *Widekindum* fuiſſe coætaneos. Quodſi igitur ex nomine *Theodorici*, quod inter poſteros *Widekindi* ſæpius recurrit, iam ſupra collegimus, patrem *Widekindi Magni* fuiſſe *Theodoricum*, eadem appellatio quoque inter poſteros Brunonis crebro reperitur. Idem ergo *Theodoricus* videtur exſtitiſſe et *Widekindi* et *Brunonis* pater. *Theodorici* vero frater fuiſſe videtur *Folcbertus*, quem Hucbaldus in *Vita Lebuini* cap. XI. apud *Surium in Actis Sanct. Tom. VI.* virum illuſtrem ac potentem inter Saxones appellat, ad cuius domum S. Lebuinus, qui anno 776 mor-

mortuus est, diuertit, cum Saxones in media Saxonia, iuxta flumen Wiseram et locum *Marclo* nuncupatum, generale concilium agitare vellent. Nomen enim *Folcberti* etiam inter posteros *Brunonis* inuenitur. Sed, hoc tantisper seposito, apparet ex traditionibus nostris, *Brunonis* vxorem filiam *Widekindi Magni* non fuisse. Et cum iam supra §. 48. not. (f) ex *Vita S. Meinulfi* comprobauerimus, eandem appellatam esse *Wichtrud*, hereditas, quam posteri *Brunonis* ducis adierunt, id extra dubitationem ponit, eandem fuisse sororem ducis Ostfalorum *Hessi*. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Quos filios habuerit *Bruno*, nemo hactenus commonstrare potuit. Ex hisce autem traditionibus liberos eruimus octo, quos nunc ordine percensebimus, additis rationibus, cur, illos filios potentissimi possessoris *Brunonisburgi* fuisse, statuamus. Brunonis D. Anga-riorum li-beri.

Primus est *Ecbertus dux*, qui licet a nullo scriptore coætaneo eius filius appelletur, sine vllo dubio tamen, vti ex his traditionibus collegimus, is omnino est existimandus. Iam supra §. 29. ex Uffingo et infra pluribus demonstrauimus, huius *Ecberti* vxorem fuisse *Idam*, sororem abbatis Corbeiensis *Adalardi*, *Ecberti* vero ac *Idæ* liberos fuisse *Warinum* abbatem Corbeiensem, *Cobbonem* comitem, atque *Hadwigam* abbatissam Herifordensem. Hisce hæ traditiones *Beuonem* comitem, *Luidolfum* comitem seu ducem, et *Ecbertum* comitem addunt, vti §§is in schemate genealogico excitatis significauimus, ad quos lectorem ablegamus, ne acta nos agere videamur. Sin vero meminerimus, quibusnam in locis hi ducis *Ecberti* liberi prædia sua possederint et tradiderint, sita ea esse comperiemus in regione, circa Brunonisburgum iacente. Ita v. g. *Hadwi*, filia ducis *Ecberti*, testante §. 149, monasterio Corbeiensi bona largita fuit, quæ ad radices montis, in quo *castrum* illud *Brunonis* steterit, iacent, quæque in manus eius iure hereditatis paternæ peruenerant. Sin obiicias, potuisse, expugnato *Brunonisburgo*, Carolum vel eius filium Hludouicum *Brunonisburgum* cum adiacentibus villis donare fideli suo *Ecberto*, minimeque exinde sequi, *Ecbertum* ducem filium *Brunonis* fuisse, eo quod eius liberi in vicinia istius castri prædia possederint; tunc respondemus, talem donationem cæsaris esse producendam et exhibendam, si, vti asseris, quondam ea exstiterit. Nunquam vero eam exstitisse, comprobamus ex his ipsis traditionibus, quibus omnino, vt coætaneis, fides est habenda. Videmus enim ex §. 177, *Hrodgerum* quendam prædia quædam ad radices montis Brunonisburgi posita, immo in ipso monte obuia, in quo olim illud castrum Brunonis conspiciebatur, possedisse, quod fieri non potuisset, si cæsar, vti instas, castrum Brunonis cum adiacentibus villis fideli suo *Ecberto* donasset. At potius statuendum et existimandum est, Cæsarem *Brunoni*, postquam hic se Carolo submiserat, bona sua paterna reliquisse, quæ deinde in manus liberorum eius peruenerint, qui magnam illorum partem abbatiæ donarint Corbeiensi, vti ex his traditionibus patet. Et sane prudentissimus senex et abbas *Adalardus* facillime perspiciebat, nullum vtiliorem abbatem abbatiæ, a se recens fundatæ, præfici posse, nisi *Warinum*, optimis moribus præditum adolescentem, nepotem ducis *Brunonis*, atque ab omnibus consanguineis suis dilectum. Eapropter fratribus suis ante suum discessum ipse *Warinum* de meliori nota commendauit *Adalardus*, vt eum, se mortuo, eligerent ad abbatiam regendam, magnopere suadens. Neque exitus spem *Adalardi* fefellit. Nullis enim dominis maiorem gratiam debet abbatia Corbeiensis, quam consanguineis *Warini* abbatis. a) Ecber-tus Dux Saxoniæ.

Inter *Ecberti* filios natu maior erat *Beuo comes*, vti ex Wedekindo nostro §. 158. 174. et 231. comprobauimus. Inter coheredes porro ducis Hessi idem *Beuo* ante *Luidolfum* fratrem ponitur. Et cum, eodem Widekindo teste, filium habuerit cognominem, *Beuonem* illum, qui §. 121. inter heredes Hessi collocatur, et §. 245. inter alios testes, inter quos etiam eius patruus *Ecbertus* aliique consanguinei, reperiuntur, obuius est, pro senioris nostri filio habere volumus. Mox vero hic ramus in *Bouone* abbate Corbeiensi exaruit, qui, testante nostro Chronico MSCto et coæraneo, mortuus est anno 949. Ecberti D. Saxo-niæ libe-ri 1) Beuo comes.

De *Warino Abbate* et fratre comitis Beuonis nihil iam addere volumus. 2) Wari-nus Corb. abbas.

De *Cobbone* autem, filio *Ecberti ducis*, iam quidem supra §. 104. not. (W) egimus. Accuratori tamen consideratione dignissimum eum esse putamus, quia ille sator comitum *Tecklenburgicorum* fuisse plerumque creditur. Id ipsum arguunt verba Erdwini Erdmanni in Chronica Episcoporum Osnaburgensium Tom. II. Meibomii f. 200. seq. quae sic habent: *Quidam comes ditissimus Cobbo fidelis illius imperatoris Lodowici de prædicto ecclesiæ Osnaburgensis episcopo* (Goswino), *quid-* 3) Cobbo comes eiusque posteri.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

quidquid voluit, agere adeptus germano eius nomine Werin, in monaſterio Huxariensi tunc temporis abbate, et ſorore eius in puellarum cœnobio Heruordenſi abbatiſſa degentibus, quantum voluit de decimis, quæ ad eundem epiſcopatum pertinebant, tradi fecit ad eadem monaſteria. —— *Attendat hic lector, quomodo Cobbo, qui dicitur fuiſſe comes in Tekenenborg, iſtam ſanctam Oſnaburgenſem eccleſiam non diu poſt eius fundationem dilaniare, eique decimas, quæ iuris ſunt diuini, auferre conabatur, prout et ſui ſucceſſores ſæpe iura tam eccleſiaſtica quam ciuilia, limites diœceſis, prædia, reditus, iuriſdictiones, fructus, et alia tollere non verentur, dietimque prætendunt.* —— *Cobbo comes, qui eundem* (Gosbertum epiſcopum Oſnaburgenſem) *promouit* ~~DCCCXXIII.~~ *tertio id. aprilis obiit.* Erdmannum ſua hauſiſſe ex antiquioribus monumentis, facile credidere eruditi. Hinc penitus explodendum non erit, quod illi de *Cobbone* noſtro habent, ſtatuentes, illum fuiſſe ſatorem comitum de *Tecklenburg* ſeu *Tekeneborg*, vti antiqua monumenta eos appellant. I. G. ab Eccard in *Hiſt. Geneal.* f. 17. nominat eum Saxoniæ occidentalis ducem. Probabiliſſimum ſane eſt, *Cobbonem* in Weſtfalia, inprimis autem in epiſcopatibus Monaſterienſi, Oſnabrugenſi, et Mindenſi, ampliſſima poſſediſſe prædia, quibus ſucceſſores eius gradatim ſint ſpoliati. Vxorem huic *venerabili comiti Cobboni* fuiſſe, Altfridus epiſcopus Monaſterienſis in *Vita S. Ludgeri Tom. I. Leibnitii* f. 97. indicat. Hamelmannus in *Opere Hiſtorico Geneal.* p. 418, teſtibus aliquot manuſcriptis Chronicis, eius filium nominat *Albonem.* Quod nomen cum contractum ſit ex *Alberto* ſeu *Adalberto*, vti conſtat inter eruditos, nos quendam *Abban*, quem in his traditionibus inuenimus, pro eodem *Albone* ſeu *Alberto* habemus. Nomen enim *Adalberti* olim contrahebatur in *Abbo* et *Abban.* Pro noſtro ergo *Abban* eius filius *Godeſcalcus*, teſtante §. 285, in villa *Aſtereshus* donat manſum et 30 iugera, quæ villa Oſtershus erat in epiſcopatu Oſnabrugenſi, Tecklenburgico comitatui vicino. Hinc etiam facile dabunt eruditi, eundem *Abban* fuiſſe illum, qui §. 265. nominatur *Albertus*, quique §. 265. in villa *Gerwardeshus* in pago Leri, quæ videtur eſſe vicus Gerden, intra terras epiſcopatus Oſnabrugenſis in præfectura Vörden ſitus, donauit abbatiæ noſtræ familiam vnam. Fuiſſe huic *Alberto* vnum vel plures fratres, ex traditionibus noſtris definire non auſim. Cum tamen in diplomatibus noſtris circa finem ſeculi IX alius quidam *Cobbo venerabilis comes* occurrat, *Cobbonis* ſenioris is filius fuiſſe videtur, fortaſſis ſator comitum Spigelbergenſium. Huius iunioris *Cobbonis* filii fuiſſe videntur *Gelo* et *Bernhardus*, quibus Widekindus noſter Corbeienſis *Annal. Lib. II.* f. 645, filium nothum addit, cui nomen fuit *Thiadboldus*, qui Thancmaro, filio Heinrici aucupis, Eresburgi in templo S. Petri vulnus inflixit, illicoque ab eo ſimile recepit, quo vitam, interueniente terribili inſania, breui poſuit. Quod factum eſſe anno 938, refert *Chronicon* noſtrum *MSctum* coætaneum. *Gelo* reperitur in his tradit. §. 249, vbi pro fratre ſuo *Bernhardo* quædam donauit, in villa Biſihus in pago Agrotingun ſita, et in villa Gerwardeshuſun, in pago Leri obuia. Hæ villæ nunc vocantur Beſſen, locus comitatus Lingenſis, et Gerden, locus epiſcopatus Oſnabrugenſis. Idem vero *Bernhardus* (niſi forte eius filius eſt, qui §. 287. appellatur *Bern*) tradidit in villa Burgiun in pago Agrotingun vnam familiam. Hæc villa *Borg* in Emslandia ſeu in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi olim fuit locus Comitum Tekeneborgenſium. An *Gherburga*, pro qua *Bernhardus* eandem familiam donauit, mater ſeu ſoror ſeu conſanguinea eius fuerit, non definiunt traditiones. Nomen hoc tamen in ſtirpe ducis Brunonis, vti infra videbimus, inuſitatum non erat. An filios et filias habuerint tam *Gelo* quam *Bernhardus*, nemo veterum, quantum ſcio, memoriæ prodidit. Tacente ergo membrana, nos etiam tacemus, et reuertimur ad *Godeſcalcum*, *Alberti* filium, qui fratrem habuiſſe videtur *Gelonem*, vti diſcimus ex §. 325. In eo enim tradidit *Gelo* pro patruo ſuo *Bernhardo* in pago Agrotingun in villis Friduren et Legreke, quæ ſunt Freren et Lengerke in comitatu Lingenſi, bona quædam. Hic *Gelo* ſi diuerſus eſt a *Gelone* fratre *Bernhardi*, vti videtur, probabiliſſime erit filius *Alberti.* Quinam vero eius fratres et filii fuerint, non addunt traditiones noſtræ. Cum tamen §. 416. quidam *Folkier* pro filio ſuo *Raginwardo* in eadem villa Aſtereshus intra pagum Hrecwiti, in qua *Abban* filius *Cobbonis I.* quædam tradiderat, XX iugera, et I iurnalem largitus ſit, probabiliſſime idem *Folkier* nepos iſtius *Alberti*, et *Landwardus* eius frater fuit, quippe qui pro filio ſuo *Gelene*, a *Bernhardi* fratre veriſimiliter ita appellato, teſtante §. 414. in villa Widenbrukin in pago Sudergo, quæ ſine vllo dubio vicus ſeu oppidum Wiedenbruck eſt

in

in episcopatu Osnabrugensi intra præfecturam Reckenberg, mansum et I iurnalem dedit abbatiæ nostræ Corbeiensi. Landwardi quoque filii videntur fuisse *Thiadolfus*, et *Bernhardus*. *Thiadolfus* enim §. 425. in villis Holtus et Linduri in pago *Agrotingun*, id est, in villis Holthusen in comitatu Lingensi, et Linderen in inferiori episcopatu Monasterienſi abbatiam nostram muneribus ornauit. Et cum l. c. ille appelletur frater *Bernhardi*, nemo vnus dubitabit, quin *Bernhardus comes*, cuius comitatum in pagis (maioribus) Emisgoa, Westfala et Angeri, anno 1062 Adalbertus Hammaburgensis ecclesiæ archiepiscopus adripuit, testante diplomate Heinrici IV. in *Script. Rerum Septentrional. Lindenbrogii* f. 161. seq, ad hanc familiam sit referendus, qui *Bernhardus comes* anno 1096 adhuc in viuis fuit, atque a cæsare Heinrico IV vir nobilis et sibi genere propinquus appellatur in diplomate *l. c.* f. 162. seq. Huius *Bernhardi* filius fuit *comes Otto*, cuius libri feudales meminere in Archiuo Corbeiensi circa annum 1118. Nominantur in membrana eius filii *Heinricus comes de Tekeneborg*, *Otto*, *Theodoricus*, *Gerhardus*, inter quos *Heinricus* filium habuit *Simonem comitem in Tekeneborg*, qui anno 1178 vitam cum morte commutauit, testante Erdmanno in *Chronica Episc. Osnaburg.* l. c. f. 211. Qui plura desiderat, eum ablegamus ad nostram *Clientelam Corbeiensem*. Nihil ergo addimus præter tabulam Genealogicam, quæ genuinum stemma comitum de Tecklenburg repræsentat. Eam accipe bonis, quæso, auibus. gubernante Corbeiam Warino.

Stemma comitum Teklenburgicorum.

Tab. I.



Tab. II.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. II.

Nicolaus 1373. vx. 1) N. comitissa de Hoja 2) N. filia Theodorici comitis de Morsa et soror Theodorici archiepiscopi Colonienſis, amittit Emslandiam 1400.

Otto comes in Tekeneborg. — Nicolaus comes in Lingen, vxor Alheid de Plesse 1411. 1415.

Otto comes de Tekeneborg 1426. 1437. vxor N. soror Johannis com. de Hoja 1446. — Nicolaus 1449. 1454. — Alheid 1415. vxor Wilhelmi comitis de Berge antea episcopi Paderbornenſis.

Anna vx. Philippi comitis de Solms — Conradus vltimus comitum de Teklenborg † 1557. vx. Christina Landgrauia Hassiæ — Catharina abbatissa Essendienſis 1552. — N. filia. — N. filius præpositus in Borchhorst. — Otto præpositus S. Johannis Osnabrugæ. — Nicolaus † 1534. — N. filia. — Gerhardus Dux Juliacenſis et Bergenſis, vxor Sophia filia Bernhardi Ducis de Lauenburg.

Conradus comes de Solms etc. — Anna vxor Euerwini comitis de Benthem. — Wilhelmus Dux Juliacenſis et Bergenſis comes de Rauensberg vx. 1) N. comitissa de Heinsberg 2) Sibylla filia Alberti Marchionis de Brandenburg † 1511.

Maria vxor Johannis Ducis de Cleue et comitis de Marca.

Arnoldus comes de Benthem. etc. — Walpurgis vx. Hermanni comitis de Weida. — Amalia † 1586. — Anna desponsata Heinrico VIII. Regis Angliæ. — Sibylla vx. Jo. Friderici Electoris Saxoniæ † 1554. — Wilhelmus Dux Juliacenſis, Bergenſis Marcanus et comes de Rauensberg, vxor Maria filia imperatoris Ferdinandi I.

Maria Eleonora n. 1550. vx. Alberti Friderici Ducis Borussiæ et Marchionis Brandenburg. 1572. † 1608. — Anna n. 1552. vxor Philippi Ludouici comitis Palatini Rheni 1574. — Magdalena n. 1553. vx. Johannis Com. Palat. Rheni Bipontini 1579. — Carolus Fridericus Dux Jul. Cleuenſ. et Bergenſis † Romæ 1575. — Sibylla n. 1557. vx. 1) Philippi Marchionis de Baden 2) Caroli Marchionis de Burgow. — Elisabeth † in tenera ætate. — Johann Wilhelm Dux Juliacenſis Cleuenſis, Bergenſis comes de Marca et Rauensberg n. 1562. Episcopus Monasterienſis, resignat. vxor 1) Jacoba filia Philiberti Marchionis de Baden 1585. 2) Antonetta † sine prole 1609.

Anna nata 1576. vx. Johannis Sigismundi Electoris Brandenburg.

Georg Wilhelm Elector Brandenburg. n. 1595. † 1640.

Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburg. n. 1620. † 1688.

Fridericus III. n. 1657. Elector Brandenburg. Rex Borussiæ 1701.

Fridericus Wilhelmus Rex Borussiæ n. 1688.

Fridericus III. Rex Borussiæ n. 24. Januar. 1712.

4) Luidolfus dux Saxoniæ.

Expoſita *Cobbonis* comitis poſteritate, ordo natiuitatis liberorum *Ecberti* ducis atque *Idæ* duciſſæ poſtulat, vt de fratre eius *Luidolfo comite* peræque exponamus, qui ducatum Saxoniæ, et inter omnes Ecberti liberos illuſtriſſimum nomen, adeptus eſt, pater et ſator Ottonum Auguſtorum multorumque regum ducum ac dominorum. Hucusque neſciuerunt plerique eruditi, quinam huius *Luidolfi* pater exſtiterit. Infra demonſtrauimus ex his traditionibus §. 126. *Luidolfum* filium fuiſſe *Ecberti ducis*. Quia enim *Luidolfus* appellatur *germanus Cobbonis*, nullus porro de hac inſigni veritate dubitandi eſt locus. Inter coheredes ducis Oſtfalorum *Heſſi* cum ceteris conſanguineis ſuis Ludolfus quoque reperitur §. 121. Euoluantur de eo §§. in Tabula excitati, in quibes notatu digniora de hoc *Luidolfo* inuenies indicata.

5) Ecbertus comes.

De *Luidolfi* fratre *Ecberto*, ante quam de liberis eius verba facimus, pauca diſſerere animus eſt. Quamuis enim hic *Ecbertus* neque filius *Ecberti* ducis, neque frater *Beuonis*, *Warini*, *Cobbonis* et *Luidolfi* in traditionibus noſtris nominetur, credimus tamen, *Ecbertum* iſtum, qui toties inter teſtes reperitur, quoties occaſio

fio data fuit, et filium *Ecberti ducis*, et fratrem *Luidolfi*, fuiſſe. Primo enim probabiliſſimum eſt, quendam ex filiis ducis Ecberti patris nomine inſignitum eſſe. Deinde *Ecbertus* quidam inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi §. 111. inuenitur, quem nulli ſtirpi melius, quam Ecbertinæ, poſſumus tribuere. Cum igitur inter teſtes reperiatur *Ecbertus* quidam, cum Wihric in pago Heſſi §. 49, Arnulfus in Bullurbechi §. 138, Hadwi ducis Ecberti filia in pago Nethga §. 149, Ida ducis Ecberti coniux in pago Niſtharſi §. 155, Gheroldus Luidolfi conſanguineus in pago Nethga §. 163, Hildibertus Brunonis nepos in pago Tilithi §. 166, et Folchardus §. 170 monaſterio noſtro nonnihil tradiderunt, merito is Ecbertus pro filio ducis *Ecberti* et fratre *Luidolfi* habetur. Inter fratres hic *Ecbertus* longiſſime vitam videtur prorogaſſe. Deprehendimus enim eum adhuc inter teſtes §§. 207. 219. 230. 233. 234. et 245. Vltimo loco is teſtis fuit, cum Ico quidam pro filio ſuo Radulfo in pago Huuetigo quædam largiretur. Fortaſſis ergo hic idem eſt *Eepertus* ille, qui anno 889 in eodem pago Huuetango comitatum ſuum habuit, teſtante autographo diplomate regis Arnolfi. Videtur eius fuiſſe filius *Egbrecht comes*, regi Arnolfo dilectus ac fidelis, cui in pagis Tilithi, Marſthem, Lainga ac Bardanga XXXVI. manſos tantæ magnitudinis, vt vnusquiſque manſus LX. iugera ſiue iurnales haberet reſpectu menſuræ, in proprietatem dedit anno 892, id quod diplomata ipſius regis Arnolfi docent. Quis huius *Ecberti* filius vel nepos fuerit, id fatemur nos cum ignariſſimis ignorare. Eccardus quidem in *Hiſt. Geneal.* f. 275. ſeqq. pro eius filio habet *Brunonem* comitem, a quo ipſe veteres Brunſuicenſes comites deducit. At cum tradiderint veteres, hanc Brunſuicenſem familiam a *Luidolfo duce* deſcendiſſe, nos infra tres *Luidolfi* ducis filios, hactenus in tenebris latentes, producemus, a quibus deducemus comites Brunſuicenſes. Tacente vero membrana noſtra, tacemus etiam nos de huius *Ecberti* comitis filiis.

gubernante Corbeiam Warino.

Reuocamus gradum ad *Luidolfum ducem* eiusque filios. Primus eius filiorum appellatur in his traditionibus (§. 210.) *Tancmarus* et quidem ante annum 866 mortuus. Hic alias eſt incognitus, et vllo ſine dubio is, cuius corpus ſecundum *Acta Idæ duciſſæ* Tom. I. Leibn. f. 174. (vbi vero eius nomen non exprimitur) ad eccleſiam in Hirutfeld delatum, et penes *Idam* duciſſam, vtpote ipſius auiam (quod tandem non amplius dubitandum eſt) ſepultum. Addit Widekindus noſter Corbeienſis, *Annal. L. I.* p. 634, *Brunonem ducem* totius Saxoniæ, qui exercitum duxit contra Danos, (anno 880) caeſum fuiſſe et interemtum cum omni exercitu, relinquens (*Ottoni*) fratri natu quidem minori ſed omni virtute multo potiori ducatum, et *Liudgardam* vxorem regis Germaniæ Ludouici; quibus adiungendæ ſunt tres filiæ, ſcilicet *Hathumoda*, Gerbirg, et *Criſtina*, abbatiſſæ in monaſterio a patre *Luidolfo* eiuſque vxore *Oda* fundato in Gadershem, quibus vero iam non immoramur, quia ab aliis iam ſatis demonſtratum eſt, eos atque eas liberos ducis *Luidolfi* atque *Odæ* fuiſſe. De *Ottone* vero quædam addenda duco, quæ æquo feres animo. Omnia enim, a doctis Corbeienſibus olim relata et reuelata, in maximis deliciis atque amoribus habemus. Indulgeamus ergo ingenio noſtro, referentes, Widekindum noſtrum *Annal. Lib. I.* p. 634. et ſeq. prodidiſſe litteris, *omnem populum Francorum atque Saxonum poſt obitum regis Ludouici* OTTONI DVCI *regium diadema voluiſſe imponere*, OTTONEM *vero quaſi iam grauiorem recuſaſſe imperii onus, atque* OTTONI *præter* HEINRICVM REGEM *alios filios ſcilicet* TANCMARVM *et* LVIDOLFVM *fuiſſe, hos vero ante patrem obiiſſe. Ottonem ducem* mortem obiiſſe tribus annis transactis poſt contractum matrimonium *Heinrici* filii cum *Mathilda*, auctor *Vitæ Mathildæ reginæ Tom. I. Leibn.* f. 195. memorauit. Diem vero mortis ad 2 Kal. dec. Ditmarus epiſc. Merſeburg. l. c. p. 325. annotauit. Noſtri vero Corbeienſes in Chronico noſtro MSCto et coætaneo exprimunt annum emortualem *Ottonis* 912. Ex his ſequitur primum, *Ottonem* patrem filii ſui inconſtantiam in amore atque eius diuortium approbaſſe, deinde *Heinricum aucupem* iteratum coniugium iniiſſe anno 908 et denique conſultu noſtri *Ottonis* ~~etate~~ Conradum, quondam ducem Francorum, vngi in regem potuiſſe, Ludouico infante anno 911 mortuo, quod vltimum Widekindus noſter l. c. eiuſque fratres Corbeienſes in Chronico laudato annotarunt. Penes *Ottonem*, vti etiam penes patrem eius *Luidolfum*, ſummam fuiſſe dignitatem Aduocatiæ Corbeienſis, nondum vllus aſſeruit. Infra vero quædam ediſſeremus, ad hanc veritatem demonſtrandam idonea.

Luidolfi ducis Saxoniæ liberi.

1) Tancmarus.

2) Bruno dux.

3) Otto.

4) Liudgard.

5) Hathumoda.

6) Gerbirg.

7) Criſtina.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Plura de huius *Ottonis* liberis atque nepotibus afferre, hic ſuperuacaneum duximus. Inuenies ea in notis ad ſæpius excitatum Chronicon MSCtum, ex archiuo Corbeienſi depromtum. Reuertamur ergo ad *reliquos ducis Luidolfi liberos*, quorum adhuc tres præter ſupra relatos fuiſſe, Eccardus in Notis ad *Vitam Hathumodæ abbatiſſæ* p. 44. pronunciauit. Vtique veritati eſt conſentaneum, illos quoque in iuuenili ætate eſſe mortuos. Addimus vero adhuc tres alios filios Luidolfi, hactenus in obſcuro latentes.

8) Luidolfus.

Primum enim in his traditionibus §. 249. inter teſtes deprehendimus *Luidolfum* quendam, viuentem adhuc, cum Gelo, Cobbonis II. filius, in pagis Agrotungun et Leri abbatiæ noſtræ quædam donaret, qui probabiliſſime alius non eſt, niſi *Luidolfus*, qui pro proximo ſuo Folgdago in villa Bouingthorpe in pago Nithega vnam familiam et XXX. iugera tradidit, teſtante §. 324. Hæc villa hodierno tempore nominatur Bökendorp, et iter vnius horæ abeſt a celebratiſſimo Brunonisburgo occidentem verſus. Eandem vero villam ad imperatorem Ottonem poſtea pertinuiſſe, demonſtrabimus infra §. 324. Demonſtramus autem ibi, hunc *Luidolfum* neceſſario ad familiam Ecbertinam eſſe referendum, et deinde addimus, eandem villam, exſtincta *Luidolfi* huius poſteritate, in manus Ottonis Auguſti iure hereditatis peruenisſe. Porro eundem *Luidolfum* inuenimus §. 343. dantem pro proximo ſuo *Herdego* in villa Hillikesfelle vnam familiam et XXXVI. iugera. Eadem villa erat in pago Tilithi, et deſignatur vicus Hilgesfeld ad riuum dictum *die Hamel* haud procul ab vrbe Hameloa, qua in regione comites Euerſteinenſes, ex eadem qua *Luidolfus* ſtirpe oriundi, quondam ampliſſima poſſedere prædia; *Herdeg* autem probabiliter fuit filius *Bardonis I*, et frater Bardonis II. ex ſtirpe Widikindea, quorum ſcil. Bardonis II. vxor *Alfred*, atque Heridagi vxor Mereſuit ex familia Ludolfina fuerunt, vti infra ex Agii Vita Hathumodæ oſtendemus. Denique *Luidolfus* noſter §. 350. frater appellatur *Eſiconis*, qui in villa Weſtereliſungen in pago Heſſi Saxonico ad Dimolam fluuium, vti iam ſupra demonſtrauimus, familiam Corbeienſibus largitus eſt, in quo pago familia Ecbertina et in primis dux Luidolfus alia quoque bona poſſedit, vt iam ſupra cognouimus, et infra porro diſcemus. Quodſi igitur ſola appellatio *Luidolfi* iam magnam ſimilitudinem veri trahit, hunc *Luidolfum* ſtirpi Ludolfinæ inſerendum eſſe, probabiliſſimum euadet tum ex bonis, quæ idem *Luidolfus* donauit, tum ex nomine *Luidolfi ducis*, qui vni ex filiis ſuis nomen ſuum imponi ſine dubio curauit, vti eo tempore in familiis illuſtribus vſitatum et quotidianum erat.

Hogerus nepos. Luidolfi ducis.

Quos et quot filios habuerit noſter *Luidolfus*, ex membranis archiui Corbeienſis eruere non potuimus. Quia autem villa Bouingthorpe ſeu Bökendorp ad cæſarem Ottonem poſtea iure hereditario ſpectauit, poſteros *Luidolfi* noſtri non diu patri ſuperuixiſſe, inde collegimus. Cum vero interim *Hogerus* quidam comes et aduocatus Corbeienſis in membranis noſtris, et inprimis ad annum 936 occurrat, *Hogerum* illum filium noſtri *Luidolfi* fuiſſe, eam ob cauſam nobis probabile videtur, quia, vti infra videbimus, aduocatiæ Corbeienſis dignitas hereditaria erat, quam Heinricus auceps eiuſque filii, imperiali ſplendentes dignitate, probabiliſſime conſanguineis ſuis tradidere; *Hogerus* autem ſine liberis deceſſiſſe videtur.

9) Hiddi.

Alter *Luidolfi ducis* filius erit *Hiddi*, cuius æque atque vxoris eius *Eruli* meminere traditiones noſtræ §. 342. et §. 349. Non vna nos cauſa mouit, cur hunc filium *Luidolfi ducis* fuiſſe, crediderimus. Primo enim ex §. 342. diſcimus, fuiſſe huic *Hiddio* filium nomine *Ludolfum*, ab auo atque patruo *Luidolfo* probabiliter ita appellatum. Deinde ipſum nomen *Hiddi* nobis perſuadet, eundem ad ſtemma Ecbertinum eſſe referendum. *Hiddi* quis fuerit, iam ſupra ex autographo diplomate Caroli Magni demonſtrauimus. Exſtitit pater ſcilicet Oſtfalorum ducis Heſſi, cuius heredes inter ceteros fuere poſteri ducis Angariorum *Brunonis*. *Heſſium* ſeu Eſiconem ducem, nulla maſcula prole relicta, obiiſſe, ex ipſa *Vita S. Luitbirgis* didicimus. Videntur autem poſteri *Brunonis* ducis memoria ſempiterna recordari voluiſſe, ſe per feminas ab *Hiddone* et *Heſſi* deſcendiſſe. Hinc nomina Hiddi et Eſic in genealogia Ecbertina occurrunt. *Hiddi* aduocatus Corbeienſis ſine vllo dubio frater fuit Brunonis comitis Brunſuicenſis. Appellatur

tur enim ita a Conrado rege in autographo diplomate, intra Archiuum Corbeiense obuio ad annum 1028, quod in Hiſtoria Corbeienſi æri inciſum dabimus. Probabiliter ſuſpicamur, in hac familia plures fuiſſe Hiddones atque Eſicones, quorum nomina interiere; quia ipſi partim in infantia, partim in cœnobiis ſunt mortui. Dabimus ſuo tempore ex membrana catalogum fratrum Corbeienſium, inter quos Eſicones et Hiddones occurrunt, ſine dubio procerum filii, quamuis omnium connexionem, cum familiis illuſtribus ipſis intercedentem, oſtendere non poſſimus. *Bruno*, *dux* Angariorum, iam filio ſuo nomen *Hiddonis* indidit, ab *Hiddone* patre Eſiconis petitum. Eodem pacto *Luidolfus* dux duobus filiis ſuis nomina impoſuit, alterum ab *Hiddi*, alterum vero ab *Eſicone* veriſimiliter deſumtum, vt originem generis patris materni ſui *Echerti* conſeruaret. Accedit huc porro, *Hiddonem* noſtrum §. 349. quædam tradidiſſe pro *Aluereda*. Quæ eius ſoror, et vxor Bardonis II. e ſtirpe Widikindea fuit. Ipſa ſic diſtincte §. 413. appellatur. Quodſi igitur *Aluered* filia *Luidolfi* ducis fuit, vti infra demonſtrabimus, eademque *Aluered* quoque fuit ſoror *Hiddonis*; ſequitur, *Hiddonem* etiam fuiſſe filium Luidolfi ducis. Patet vero ex his, cur *Herdeg* §. 343. *proximus Luidolfi* denominatus ſit, quia nempe *Luidolfus* frater noſtri *Hiddonis* erat. Denique, *Hiddonem* fuiſſe filium *Luidolfi ducis* et fratrem *Luidolfi* atque *Eſiconis*, produnt quoque bona, quæ *Hiddi* noſter eiuſque filius et nepos abbatiæ Corbeienſi largiti ſunt. Ea, quæ Hiddi noſter tradidit, ſita erant, teſtantibus §§. 342. et 349, partim in Hiddikeſtorpe, quæ villa erat in pago Merſtem, atque hodie appellatur Hiddesdorp, vno milliari ab vrbe Hannouera ſita. Hæc eadem villa eſt, in qua poſteri *Hiddonis* noſtri allodia poſſedere. *Bruno* enim epiſcopus Verdenſis dicti *Hiddonis* pronepos in eadem villa Hiddeſtorpe eccleſiæ Verdenſi allodium dedit, vti *Chronico epiſcoporum Verdenſium Tom. II. Leibnit.* p. 215. relatum legimus. Siualdeshus autem in pago Heſſi, et Buriunt in eodem pago erat, de qua villa egimus ſupra §. 103. Siualdeshus vero reperitur in dynaſtia Deſenberg in epiſcopatu Paderbornenſi. In hac dynaſtia *Luidolfus dux* plura bona poſſedit. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

De *Eſicone*, *Luidolfi ducis filio*, hactenus incognito eoque tertio, multa verba facere neceſſum non erit. Iam enim ſupra monuimus, eundem appellari §. 350 *fratrem Luidolfi*, deſignari autem *Luidolfum*, filium *Luidolfi ducis*, comprobant bona, ab *Eſicone* tradita, quæ in pago maiori Heſſi ſita erant. Weſtereliſungen enim in præfectura Zierenberg in Landgrauiatu Haſſo-Caſſellano viſitur. Atque ex eo colligimus, *Eſiconem* noſtrum *ſatorem fuiſſe nobilium dominorum de Sconenberg*, poſtea doctorum de Schonberg, quorum dynaſtia in eadem regione, et circa oppidum Trendelburg, Drendelborg, ſeu, vt hodie vulgo pronunciatur, Drengelborg, olim fuit reperta. Negari non poteſt, eoſdem dynaſtas inter nobiliſſimos Saxoniæ noſtræ proceres eſſe relatos. Iſti *Eſiconi* filium fuiſſe *Marcwardum*, atque hunc in villa Aldantorpe in pago Auga vnam familiam dediſſe eccleſiæ Corbeienſi, docetur §. 385. Eadem autem villa ſatis luculenter indicat, *Eſiconem* cum filio ſuo *Marcwardo* fuiſſe partem Brunonianæ ſeu Ludolfinæ ſtirpis. Fore quempiam, ambigimus, qui perhibiturus ſit, alium poſſe deſignari *Marcwardum*, atque *Marcwardum*, filium dicti *Eſiconis*, qui in eodem pago Auga in villa Smittheardeshus, quæ villa deſolata eſt et olim haud procul a præfectura Furſtenberg ad Wiſeram in ducatu Brunſuicenſi ſita fuit, vix autem iter vnius horæ a caſtro Brunonisburgo diſtans, teſtante §. 397, vnam familiam tradidit pro filio ſuo *Brunone*. *Bruno*, qui in eadem villa Smitherdeshus, et in Thetmereshus, et in Silihem, et in Rotholleshus decem familias, tres manſos et totidem iurnales donauit, teſtante §. 432, nullus ergo alius eſſe poterit, niſi *Bruno*, filius dicti *Marcwardi*. Qui cum etiam habuerit bona in pagis Heſſi atque Himmerueldun, rectiſſime ipſe ſtatuitur ſator nobilium dominorum de Sconenberg. Thetmereshus enim eſt Detmerſſen vicus, haud procul ab oppido Peckelſen ſitus in terris epiſcopatus Paderbornenſis. Theſli hodie nominatur Deiſſel, iacetque inter Heriſtallum Saxonicum et Drengelborg in Landgrauiatus Haſſiæ tractu ad Viſurgim. Silihem vero in pago Himmerueldun eſt Selen villa in præfectura Heckershauſen, diſtincta a Seilen ad fluuium Dimolam, quæ villa videtur eſſe Silihem, olim ad iura comitis Dodiconis, in monte Wartberch reſidentis, ſpectans, vti apparet ex *Vita Meinwerci* Tom. I. Leibnit. p. 531. De hac villa Silihem infra pluribus. Tradiderat idem *Bruno* iam antea, teſtante §. 402, bona quædam in villa Folcberghehus intra pagum Suilbergi, quæ Volbrechshuſeu

10) Eſic.

De origine nobilium dominorum de Sconenberg.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

sen est in saltu Sollingano locus vix iter duarum horarum spatium a Brunonisburgo distans. Ex quo itidem elucere putamus, eundem *Brunonem* ad Brunonianam gentem spectasse. Quia autem *Bruno* filius fuit *Marcwardi*, sequitur exinde, vxorem *Marcwardi* fuisse *Tadem*. *Tade* enim cit. §. 402. mater appellatur *Brunonis*.

Arbitramur vero hunc *Brunonem* fuisse illum *Brunonem*, , quem Otto II imperator anno 976. *suum nepotem* vocat, sumta hac voce in sensu latiori. Huic cæsar certos prouentus, ex telonio in Patauia ciuitate obuios, assignat, testante diplomate in I. G. ECCARDI *Histor. Geneal.* f. 294. In nullum enim Brunonem id melius quadrat. Huius et mentionem iniecisse censemus *Dithmarum*, episcopum Merseburgensem, *Tom. I. Leibnitii* p. 349. referentem, obiter, imperatricem anno 989. aduersus Bolizlaum in auxilium Miseconis misisse *Giselerum archiepiscopum* (Magdeburgensem) *comitesque Ekkihardum et Esiconem Benizonem cum patre* (Ditmari episcopi Sigefrido) *et eius æquiuoco*, BRVNONE, *Deudone cæterisque compluribus*. Inter hos *Esico* ex coniectura probabili frater *Brunonis* nostri fuit, ab auo *Esicone* filio *Luidolfi* ducis ita dictus. Ille enim *Esico* videtur fuisse comes *Asich*, cuius comitatus anno 980. erat in pago Nitherse, testante diplomate cæsaris Ottonis, infra §. 139. not. (S) ex originum litteris, in archiuo nostro exstantibus, exhibendo. Ex quo perspicitur, in comitatu illius comitis fuisse villas Budineueldun, Brungeringhusen, Lellibechi, Rehon, Corbechi, atque Halgehusen, quarum villarum situm supra §. 187. deprehendimus in eadem regione, in qua domini, a nobis hactenus recensiti, bona sua hereditaria habuere.

Quinam horum, scilicet *Brunonis* atque *Esiconis*, fuerint liberi, ex codice traditionum nostrarum demonstrari non potest. Cum autem anno 1027 quidam *Marcwardus* comes exstiterit in pago Angeri, testante diplomate Conradino, probabilissime ille *Esiconis* comitis filius fuit. Nomen enim ei inditum ab auo suo *Marcwardo*, atque ille patri suo *Esiconi* in comitatu successisse videtur. Idcirco ad aliam familiam *Marcwardus* iste referri vix poterit. Diploma ipsum dabimus e membrana, si prius dixerimus, pagum Angeri sine vllo dubio denotare generalem pagum Angariam, multos speciales pagos comprehendentem. *Eruite* ergo villa erit vicus Erwitte in episcopatu Paderbornensi inter Holthusen, Herste et Erbsen vicos atque oppidum Nihem. qui vici alias in pago Nitherse collocantur. En diploma:

℄ In nomine sc̃ae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente gratia romanorum imperator augustus. Perpendimus atq; considerauimus. animas nr̃as peccatorum maculis obfuscatas hoc multum posse iuuare nos ad diuini honoris et gloriæ maiestatem ecclias Xp̃i sublimare edificare et de nr̃is rebus ditare. pariterq;. nouimus ad nr̃ae imperialis potentiae dignitatem pertinere eis qui nobis domi uel militiæ bene seruierint condignam seruitutis remunerationem exhibere. Proinde nouerint Xp̃i nr̃iq;. fideles uniuersi qualiter nos per interuentum dilectissimæ coiugis nr̃æ *Giselæ* nec non filii nr̃i *Heinrici* regis et *Brunonis augustensis* ep̃i et *Heriwanni marchionis* et *Eggilhardi fratris* sui ad diuinam gratiam & gloriam pro remedio nr̃ae animae patherbrunnensi ecclesiae in honorem sc̃æ mariæ dei genetricis et sc̃i kiliani martyris & sc̃i liborii confessoris consecratæ eiusq;. prouisori Meinuuerco qui nobis sepe et multum frequenter et fideliter seruiuit quandam curtem nomine *Eruitte* ad nr̃um imperiale ius pertinentem *in pago angeri in comitatu* autem *marcuuardi* sitam perpetualiter habendam tradidimus cum mancipiis utriusq;. sexus omnibus ad hanc iure pertinentibus cum ceteris quoq;. uniuersis appendiciis scilicet areis edificiis terris cultis et incultis pratis pascuis siluis uenationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus aquis aquarumq;. decursibus piscationibus molendinis quæsitis et inquirendis cum banno etiam et mercatu quod apud eandem curtem solet haberi & cum omni utilitate quæ inde poterit prouenire. Et ut hæc nr̃æ traditionis auctoritas firma omni permaneat æuo hanc paginam

nam inde conſcriptam manu propria roborantes iuſſimus inſigniri ñrō ſigillo. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

ſignum domni chuonradi



inuictiſſimi romanorum imperatoris auguſti.

Vdalricus cancellarius uice aribonis archicancellarii recognouit

dat. VII. id. april. indict. X. anno dñīcę incarnat. M. XX. VII. anno autem domni chuonradi cēdī regn. III. imperii uero I. actum romę feliciter amen.

Si autem *Marcwardus* atque *Aſich* comites fuere frater et nepos *Brunonis* comitis, veriſimillime quoque eiuſdem *Brunonis* vel filiæ, vel neptes fuerunt *Boſan*, *Chriſtina* atque *Ebbican*, quæ ſorores *Vita Meinwerci* teſte p. 538 ſeq. prædia quædam in Theſli, Sideſſun, Uffanhuſun, Eſſiberch, Ananroth, Walereſſun, Suthem, atque Erpeſſun, iure hereditario poſſeſſa, eccleſiæ Paderbornenſi donarunt. Cum enim villa Theſli ſit vicus Deiſſel, in quo *Bruno* eccleſiæ Corbeienſi quædam tradiderat, Sideſſun porro ſit Siddeſſen haud procul a vico Reher in epiſcopatu Paderbornenſi, Uffanhuſun vero Uenhuſen, Eſſiberch denique ſit Eſcheberch in præfectura Zierenberch, Waljereſſun vero Wulmerſſen inter Carlshauen et Helmershuſen oppida, Suthem ſit villa deſolata, obuius olim haud procul ab oppido Brakel vicus, atque Erpeſſun ſit Erbſen non procul ab oppido Nihem in dicto epiſcopatu; nemo non videt, has ſorores nulli alii eſſe ſtirpi annumerandas, quam Brunonianæ.

Wicbran ſeu *Wicbrandus*, dictus *nobilis*, qui ex conſenſu ac deſiderio vxoris ſuæ *Tettæ* bona quædam in villis Thiadwardeſſun et Hemmicanhuſun donauit, teſtante eadem *Vita Meinwerci* p. 532. n. 26. et p. 535. n. 61. ad hanc familiam quoque pertinuiſſe videtur: Thiadwardeſſun enim et Hemmicanhuſun in eadem regione, in qua eius conſanguinei bona quædam tradidere, exiſtunt.

Hoc admiſſo datoque nemo negare poterit, ad hanc gentem ſpectaſſe *Eſiconem*, ac *Brunonem comitem*, quorum eadem *Vita Meinwerci* mentionem iniecit p. 532. n. 25. et 30. *Wicbran* enim eiuſdem nobilitatis et generis, cuius fuere *Eſic* ac *Bruno*, nobilis appellatur. Ergo de *Eſicone* ac *Brunone* quædam in medium proferre licebit. Ac primo quidem ad *Eſiconem* quod ſpectat, ille ſecundum ſeculi dignitatem nobiliſſimus, ac filius *Thiatmari*, et de loco *Mesberi* fuiſſe prædicatur, quæ omnia in nullum alium dominum melius quadrant, quam in dominum Ludolfinæ ſtirpis. *Mesberi* eſt vel oberen vel nideren *Meiſſer* in præfectura Zierenberg in Landgrauiatu Haſſo - Caſſelano. e quo euidentiſſime conſequi cenſemus *Eſiconem* ad progenitores, nobilium dominorum de *Sconenberg* eſſe referendum. Et cum *Eſico* in villa Nederi, quæ vel *groten* vel *lutgeneder* eſt, haud procul a Deſenberg caſtro, bona quædam tradiderit, atque ab epiſcopo Meinwerco *in finitimis locis* XX. familias inter *Eſiberg* et *Duergian*, id eſt, inter Eſcheberg ac Twergen, atque vertente quolibet anno de foreſti Reinherishuſon, ſeu ſilua Reinhardswald, duos porcos ſiluaticos, et duos ceruos et duas ceruas acceperit, ſtolidus ſit, qui non intelligat, eundem ad progenitores nobilium dominorum de Sconenberg ſpectaſſe, quorum dynaſtia in eadem regione exſtitit. *Thiatmarus* ergo pater *Eſici*, cui a propatruo ac abauo nomen

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

inditum videtur, erit frater *Brunonis* ac *Wickrandi*. *Bruno* enim porro l. c. nominatur dominus ac frater *Thiatmari*, atque coniux *Idæ*. Habuisse vero eundem *Brunonem* dignitatem comitis, atque vxorem nomine *Idam*, discimus ex eadem *Vita Meinwerci* p. 559. vbi auctor Vitæ illius memorat, *Brunonem comitem anno* 1024 *infirmare voluisse traditionem, quam olim in prædiis Sudesburch, Betanun, et Wallenstidi fecerat; episcopum autem Meinwercum, tanta prædia perdere nolentem, dedisse Idæ vxori Brunonis vsque ad obitum suum LXXX. aratra in reconciliationem, atque, astantibus legitimumque huic rei testimonium perhibentibus Bernardo duce, Hermanno comite et filiis eius Henrico, Conrado, Athelberto, Conrado, comitibus quoque Ekkika de Aslau, Bernardo, Erphone, Theodorico Fresoniæ, Widukindo, Eckika, Amulungo et fratre eius Ecberto, legali iure hæc firmata obtinuisse.* Sudesburch villa, cuius bona quædam comes *Bruno* tradidit ecclesiæ Paderbornensi, erit Sudborg in episcopatu Paderbornensi. Betanun est vel Butenen in eodem episcopatu olim reperiunda villa, vel Bune in dynastia Desenberg. Wallenstidi vero villa desolata est, olim haud procul a Nordberga et haud procul a Lauenförda ad Wiseram in principatu Göttingensi sita, probe discernenda a Wallenstedo in præfectura Gronau intra episcopatus Hildesiensis terras positos, atque a vico Valstedt intra Principatum Wolferbuttelensem inspectionis Thidensis. Concessit autem episcopus Meinwercus l. c. p. 532. *Brunoni* comiti pro illis bonis in beneficium bona quædam in *Bossesun* et *Hemmedesun*. Hæ villæ videntur esse Bosen ad Wiseram non procul a castro Furstenberg in Principatu Wolferbuttelensi, et Hemsen, nunc ad iura spectans domini de Kannen, habitantis in vico Brockhusen ad fluuium Neita intra diœcesin Corbeiensem.

Ad hanc stirpem præterea spectasse duas matronas, *Fretherunam* et *Fritherunam* dictas, quarum mentionem facit auctor *Vitæ Meinwerci* p. 537 seq. tradens, eas bona quædam ecclesiæ Paderbornensi tradidisse in villis Nederi, Assiberg, et Haldugun, neminem inficiaturum esse censemus. Quorum vero filiæ, vel feminæ fuerint istæ, id quidem adhuc latet in obscuro. *Fretheruna* l. c. appellatur anno 1018 vidua et mater *Widekini*. ex quo colligimus, eandem nupsisse viro, e stirpe orto Widekindea, in qua nomina Widekindorum fuere vsitatissima. Fortassis illa vxor fuit Godefridi, qui anno 1013 comitatum tenuit in pago Gudinge, atque filius appellatur Bardonis. *Fritheruna* l. c. nominatur mater *Annæ*. Cum ambæ habuerunt aduocatum *Thiatmarum*, qui probabilissime fuit *Thiatmarus* frater *Brunonis* comitis, atque ambæ tradiderint bona, in villis eisdem sita; ambæ eiusdem *Thiatmari* sorores fuisse videntur. Bona autem tradita in eadem regione exstant, in qua domini hactenus a nobis descripti sua prædia donarunt. *Nederi* est vel *groten* vel *lutgeneder*. Assiberg est Eschenberg in præfectura Zierenberg. Haldugun est Haldungen.

Plura deliberato animo non addimus, in *Clientela Corbeiensi* reliqua dicturi. Liceat ea, quæ hactenus sunt prolata, nunc tabulæ sequenti includere:



Transea-

Transeamus hinc in præsens ad *Luidolfum quartum*, quem ipse *Hiddi* appellauit filium suum, quemque ideo nepotem ducis *Luidolfi* fuisse oportet. Fratrem eundem *Luidolfum* habuisse *Brunonem*, et nomen et dona, quæ tradidit, nobis persuadent. Deprehendimus enim §. 374. *Brunonem*, pro vxore sua *Haburg* dantem vnum mansum et duo mancipia in villa Goldbiki in pago Wikanauelde. Hæc villa hodie dicitur Golmbach, haud procul a monasterio Amelungsborn sita, et vix iter vnius horæ a villa Aldanthorpe in pago Auga intra præfecturam Forste abest, in qua, testante §. 385, *Esico* eius patruus quædam tradidit. Huius autem *Brunonis* filius videtur fuisse *Luidolfus comes*, qui testante §. 423, in villa *Werethun* in pago Nithega, quæ villa Werden ad Wiseram est in diœcesi Corbeiensi, dona, quæ habuit, dedit. Cum autem hæc eadem villa sit, in qua olim §. 149. *Hadwi*, ducis *Ecberti* filia, et ducis Luidolfi soror, quædam tradiderat, nemo non videt, hunc *Luidolfum* comitem ad stemma Ludolfinum esse referendum. Hunc diuersum non fuisse putamus a *Luidolfo* comite atque aduocato Corbeiensi, de quo authentica diplomata cæsarum Ottonis I. et II. mentionem fecerunt anno 965, et a. 989. facta aduocatiæ Corbeiensis dignitate hereditaria.

gubernante Corbeiam Warino.

Hiddonis, filii Luidolfi ducis, liberi, qui sunt a) Luidolfus IV. et b) Bruno.

Sed reuertimur denuo ad *Luidolfum IV*, filium *Hiddonis*. Habuisse eum filium *Brunonem*, patescit ex verbis §. 380. In eo enim donat *Bruno comes* pro patre suo *Luidolfo* IIII. mansos atque XL. iugera et XIII. mancipia in villa Erkli. Eadem autem villa erat in pago Nithega, atque hodie appellatur Erklen, vix vnum milliare distans a celebratissimo castro Brunonisburgo. Atque ex eo euidentissime patet, hunc *comitem Brunonem* appellandum esse pronepotem celebratissimi *ducis Luidolfi*. Quemadmodum enim diplomata docent, familiam Ludolfinam in eandem regionem dominatam esse; ita *Luidolfus dux*, testante §. 224, in villa Bennenhusen quædam tradidit, quæ haud procul a vico Erklen stetit, vti infra demonstrabimus. Cum igitur nomina Luidolfi et Brunonis indicent, hos dominos ad Ludolfinum stemma spectasse, bona hereditaria in villa Erkli extra omnem dubitationem ponunt, *Luidolfum* patrem et *Brunonem* filium ex *Duce Luidolfo* propullulasse.

Luidolfi IV. filii 1) Bruno.

Fuisse huic *Brunoni Comiti* fratrem *Ekkehardum*, patet e Widekindo Corbeiensi. Cum enim *Widekindus* p. 643. retulisset, placuisse nouo regi Ottoni nouum constituere principem militiæ, regemque ad hoc officium obeundum elegisse virum nobilem *Herimannum*; addit, eo honore non solum offendisse ceterorum principum, sed et fratris sui *Wichmanni* inuidiam. Inter ceteros autem principes fuisse *Ekkehardum filium Luidolfi*, idem quoque narrat Widekindus. Refert enim *Ekkehardum in tantum ægre esse passum fortunam* HERIMANNI, *vt sese promiserit maiora facturum, aut viuere nolle. Collectis ergo ex omni exercitu fortissimis viris interdictum regis rupit, et paludem, quæ inter vrbem hostium et castra regis erat, cum socis transiit, statimque hostes offendit, atque ab his circumfusus cum omnibus suis periit VII. Kalend. Octobris.* Peracta hæc esse anno 937, patet e verbis sequentibus Widekindi. Pergit enim: *post hæc antiqui hostes Ungarii venere virtutem probare noui regis.* quod anno 938 esse factum, nostrum coætaneum Chronicon aliique docent. Cum itaque verisimillimum sit, *Ekkehardum* eam ob causam ægre tulisse fortunam *Herimanni*, quia sibi, vtpote a ducis *Luidolfi* filio *Hiddi* orto, potius tribuendum fuisse ducatum crediderat, quam alieno, nemo negare poterit, eundem *Ekkehardum* filium fuisse *Luidolfi* nostri.

2) Ekkehardus.

Filios procreasse *Ekkehardum*, annales non referunt. Cum autem anno 998 in loco Hildewardeshusen ab *Ekkihardo* comite in fundo proprietatis suæ fundatum sit monasterium pro monachis Ordinis S. Benedicti, quod Otto III tabulis publicis comprobauit, ratiocinamur exinde, *Ekkihardum* illum nepotem fuisse *Ekkehardi* nostri. Cum ergo inter hos duos *Ekkehardos* vna tantum nobis persona desit, arbitramur eandem fuisse *Bruningum*, cuius Widekindus noster p. 664. meminit, hæc referens: *Ewurhardum comitem* (cuius bona hereditaria in pago erant Hessi Franconico, vti infra videbimus) *iratum contra Bruningum collecta manu succendio tradidisse ciuitatem illius vocabulo Helmeri* (sic legitur in MSpto nostro) *interfectis omnibus eiusdem ciuitatis habitatoribus, qua præsumtione audita Otto I Ewurhardum condemnauit centum talentis æstimatione equorum, principes autem militum, qui eum ad hoc facinus adiuuabant, dedecore eanum, quos portare debebant vsque ad vrbem regiam Magadaburg.* Quamuis autem probe

scia-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

sciamus, recentiores quosdam perhibere, *Bruningum* istum fuisse Thuringum, putamus tamen, *Bruningum* fuisse Saxonem, et ciuitatem Helmeri esse locum Helmeren in episcopatu Paderbornensi haud procul a vico Børninghusen in dynastia Desenberg, ad nobiles dominos de Spiegel pertinente. Cum porro in eodem loco Hildewardeshuson *Thiatmarus* quidam, quem satorem quorundam marchionum orientalium diximus, bona quædam tradiderit ecclesiæ nostræ Corbeiensi, testante §. 318, *Ekkehardus* ille filiam istius *Thiatmari* in matrimonio habuisse, et cum ea bona in eadem villa a *Thiatmaro* accepisse videtur propter nuptias, a filio *Bruningo* translata postea in *Ekkihardum* comitem, fundatorem monasterii Hildewardeshusani ad Dimolam in Landgrauiatus Hassiæ terris.

Brunonis comitis liberi 1) Ecbertus monoculus.

Vtcunque autem sese res habeat, siue spectarint *Bruningus* atque *Ekkihardus* ad familiam Ludolfinam siue aliorsum, licet illud verisimillimum sit propter bona possessa; negare tamen vix licet, *Brunonem comitem* fuisse maritum *Fretherunæ*, sororis reginæ *Mahtildæ*, ac patrem *Ecberti monoculi*, satoris comitum Brunsuicensium. *Ecbertum monoculum* matre vsum fuisse sorore reginæ *Mathildæ*, comprobari potest e Widekindo nostro, qui p. 653. *Ecbertum* nominat *consobrinum* imperatoris Ottonis I. Si ergo *Bruno comes* pater fuit *Ecberti monoculi*, necessario fuit vxor huius *Brunonis* soror reginæ *Mathildæ*. Iam autem *Mathilda* præter Amalradam, vxorem Euerhardi, habuit *Fretherunam* ac *Biam* sorores. Inter has *Fretherunam Ecberti* monoculi fuisse, matrem, putamus.

Eandem *Fretherunam* autem in matrimonio præterea habuerit oportet *Wichmannus I*, frater ducis Hermanni Billingidæ. Widekindus enim appellat p. 654. *Ecbertum* monoculum et *Wichmannum II. nepotes Hermanni ducis*, et Ditmarus episcopus Merseb. p. 333. eos vocat *confratres*. Ex quo momento iam dudum collegerunt eruditi, *Wichmannum II* atque *Ecbertum* monoculum habuisse vnam matrem, et duos diuerso respectu patres. Nequeunt credere sibiue persuadere viri docti, *Ecbertum* monoculum fuisse Billinganum. Iam quæritur, vtri prius nupserit *Fretheruna*, an *Brunoni*, an *Wichmanno?* Hoc enim momento non definito, fluctuabitur tota oratio nostra. Stat autem pro priori sententia annus emortualis comitis *Wichmanni I*, qui, testantibus *necrologiis Fuldensi* et *Corbeiensi*, mortuus est anno 944. Cum eis consentit sermo imperatoris Ottonis ad *Wichmannum II*, quem Widekindus *Annal. L. III.* p. 657. attulit, referens: *cæsarem* anno 956 *dixisse Wichmanno II, se illum, destitutum a patre et matre, loco filii assumsisse, liberaliterque educasse.* Vnde perspicitur, *Wichmannum II*, patre ac matre orbatum, anno 944 circiter egisse annum ætatis nonum. E Widekindo enim nostro discimus p. 658. seq. *Wichmannum II* iam anno 957 duxisse vxorem. Iam autem ponamus, in thorum eandem accepisse *Wichmannum II* anno 955, et quidem anno ætatis suæ vigesimo. Id si dederis, *Wichmannus II* anno circiter 935. in luminis auras prodiit. Hoc stante momento, mater *Ecberti monoculi* non poterit esse soror reginæ *Mahtildæ*, nisi statuatur, eam iunctam fuisse prius *Brunoni* comiti, quam *Wichmanno I.* Infra enim §. 229. animaduertemus, *Mahtildam* reginam natam fuisse anno 892 et *Fretherunam* anno 894. Si itaque nupsisset *Fretheruna* patri *Ecberti* monoculi post annum 944, *Fretheruna* egisset iam annum supra quinquagesimum, quo anno mulieres non amplius solent partu edere infantes. Ergo si ponamus, nupsisse *Fretherunam* Brunoni anno ætatis suæ XX, tunc inter eos contractum est matrimonium anno 914. Soror eius Mathilda se vinculo iugali iam sociauerat Heinrico aucupi anno 908. De quibus rebus exponendum est infra pluribus.

Nihil ergo impedit, quo minus *Bruno comes* ciusque vxor *Fretheruna* statui possint parentes *Ecberti*, *Luidolfi*, *Brunonis*, *Emnildis*, *Mathildis*, *Fretherunæ* atque *Immæ* comitissæ, de quibus iam ordine et sigillatim est differendum. *Ecbertum* omnes eruditi hactenus stirpi Brunonianæ annumerarunt. Quomodo ille oculum alterum amiserit, refert Widekindus p. 653, additque, eum obsidem fuisse datum ab Ottone Magno in obsidione Moguntiæ vrbis, atque illic corruptum suasoriis verbis, et regi factum esse aduersum anno 952. Adhæsisse *Ecbertum* confratri suo *Wichmanno* contra *Hermannum* ducem, docet idem Widekindus p. 654. Cum enim *Wichmannus* patruum argueret, raptoremque paternæ eum hereditatis, et suorum thesaurorum prædonem diceret, iunctus *Wichmanno Ecbertus* eadem sententia pronuntiata insurrexit in ducem, et nullum ei quietum otium permisit. Vterque scilicet inuidebat *Herimanno* ducatum. *Wichmannus II* illum ad patrem suum, *Ecbertus* vero ad se spectasse, credebat. Cum

igi-

igitur ille filius fratris natu maioris, atque hic e ſtirpe ducis Luidolfi ortus eſſet, *Ecbertus* ſibi idem ius proprium putabat, cui iam patruus ipſius *Ekkehardus* inhiauerat. Vterque igitur gentem Sclauorum concitauit ad bellum Saxoniæ inferendum, ſperans, optime turbato ſtagno exquiri anguillas; Re autem infeliciter acta, vterque elapſus eſt in Galliam ad Hugonem ducem, Widekindo teſte p. 657. Rediit vero *Ecbertus* noſter mox cum rege Ottone in gratiam, quemadmodum memorauit idem Widekindus p. 659. Id quod accidiſſe anno 958, ex noſtro Chronico Corbei. MSCto apparet. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Eundem *Ecbertum monoculum* anno 984 contra Ottonem III. partibus ducis Bauarici Heinrici, regnum affectantis, adhæſiſſe, alios autem regni proceres fauiſſe Ottoni, Ditmarus T. I. Leibn. p. 347. ſeq. refert. Anſam huic conſpirationi procerum contra Heinricum ſuppeditauit ſuperbia huius ducis. Referunt enim Corbeienſes noſtri loco laudato, *ducem Heinricum veniſſe anno 984 ad monaſterium Corbeienſe, atque* ea occaſione *Thiadricum atque Eſiconem comites et fratres multis et ſupplicibus verbis oraſſe Heinricum, errore ſuo depoſito, vt veniam illis atque impunitatem daret, ducem vero eis nullam dediſſe excuſationis veniam. Hac igitur repulſa Heinricum ſibi inuidiam multorum procerum conflaſſe, idem eſt autor. Irritati enim fratres omnem mouerunt lapidem, vt Heinricum apud omnes et amicos et cognatos ſuos inuiſum redderent. Cum itaque Heinricus more regio in Quitilingaburg paſcha celebraret, ab aſſeclis rex appellatus; illi, qui permanſerant in fide Ottonis, conuenerunt in pago Derlingo in ciuitatem Aſeburg, iam palam conſpirantes contra ducem. Quo comperto, Heinricus properauit ad palatium Werla, atque inde Wirzeburgenſem epiſcopum Popponem ad repugnantes miſit, vt tentaret, an inimicos ſeiungere, an conciliare eos ſibi poſſet. Dum igitur properat epiſcopus ad caſtrum Aſeburg, obuiam ei veniunt coniurati cum magna caterua, ad cingendam obſidione ciuitatem Werla, ad detrudendum ducem e tota Saxonia parati. Stetit ergo attonitus epiſcopus, vixque mutuam obtinuit pacem, promittens, Heinricum die proximo ad alloquendos eos venturum. Cum vero Heinricus dicto die non veniret, et Werla relicta in Bauariam proficiſceretur, conſocii in vrbem Alabure comitis Echerti et aduocati Corbeienſis, adhærentis duci præfato, intrarunt, murisque deſtructis Adelheidam, cæſaris filiam, cum magna pecuniæ ſumma rapuerunt. Atque inde properantes ad caſtrum Hebesheim eodem in pago Derlingo acceſſerunt, idque funditus delerunt, arbitrantes, aduocatum noſtrum omnino præfatum ducem ad hæc omnia incitaſſe.* Hiſce rite conſideratis, perſpicuum euadit, *Ecbertum* vnoculum poſſediſſe in pago Derlingo bona hereditaria. Urbs enim Alabure nulla alia erit, niſi caſtrum deſolatum ſitum in loco *Alafeld* in ducatu Brunſuicenſi, iter duarum horarum diſtans ab vrbe Wolfferbuttela. Caſtrum vero Hebesheim deſolatum ſtetit in monte, qui vſque in hodiernum diem appellatur *der Eueſer Berg*, diſtans ab oppido Wolfferbuttela vnum, atque ab vrbe Brunſuico duo milliaria. Ibi monſtratur locus, in quo quondam ſtetit caſtrum. Werla palatium itaque quoque fuit in vico Warl, vix iter dimidiæ horæ diſtante ab oppido Scheppenſted. In loco Warl rudera iſtius celebratiſſimi palatii adhuc reſtant. Putamus ergo, locum *Senſum*, apud Ditmarum loco laudato obuium, eſſe a deſcriptoribus corruptum, ac legi debere ibi *Senſtide*, qui locus olim in eodem pago Derlingo exſtitit, hodie dictus *Seinſted*, quem adtingunt ei, qui iter dirigunt Aſſeburgo Werlam.

Probabiliſſime igitur nullus deſignatur alius, niſi *Ecbertus* noſter, qui in his traditionibus §. 427. pro proximo ſeu cognato ſuo *Thiadmaro* clerico in pago Derlingi in villa *Berghſtallum*, quæ vicus Berſel eſt haud procul ab oppido Oſterwick, dedit vnam familiam, atque pro ſe ipſo in pago Nithega in villa *Nathefungen* IIII. manſos et iugera XV. quæ eſt vicus Natzungen inter Borgentrick et Erklen in terra epiſcopatus Paderbornenſis poſitus. Cum itaque *Ecbertus monoculus* appelletur non minus *aduocatus Corbeienſis*, arbitramur, eum ortum eſſe e ſtirpe dominorum, hactenus a nobis deſcriptorum. Quamuis autem nullo teſtimonio ſcripti coætanei, in quo *Ecbertus* noſter nominatur filius *Brunonis* comitis, ſimus præmuniti, ita tamen ſtatuendum eſſe omnino cenſemus. Dignitas enim aduocatiæ eius Corbeienſis probare id videtur. Certe non habebis, quod opinioni noſtræ opponas. Ante eum enim aduocati Corbeienſes fuere *Luidolfus* comes anno 980, *Hogerus* 936, *Otto illuſtris* 889. et *Luidolfus dux* 840. Mortuo *Ecberto monoculo*, qui aduocatus erat 984, aduocati erant *Bruno, comes* et Dominus Brunſuici, anno 1008, *Hiddi* 1028, et *Bruno* 1043 atque 1049. Omnes hi æque

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

fuerunt *Ecberti* vnoculi progenitores et posteri. Si voles id obiicere, quod alii iam facere contenderunt, ratus, *Ecbertum* monoculum fuisse filium *Ekkehardi*, vana erit obiectio tua. Iam enim supra vidimus, *Ekkehardum* istum occisum fuisse anno 937. Vnde palam fieri, arbitramur, *Ekkehardum* neutiquam fuisse patrem *Ecberti* vnoculi. Sciendum enim est, *Fretherunam* matrem vnoculi habuisse duos coniuges, alterum *Wichmannum* I. atque alterum patrem *Ecberti* vnoculi. Ex quo momento iam supra collegimus, *Wichmannum I.* atque *Ecbertum* habuisse communem matrem et patres diuersos.

Sin vero statuas, *Fretherunam* fuisse primo vxorem *Wichmanni I.* et deinde patris monoculi, siue perhibeas, *Fretherunam* nupsisse primum patri monoculi, et deinde *Wichmanno*, vtroque tamen modo *Ekkehardus* maritus *Fretherunæ*, et pater *Ecberti* esse non poterit. Cum enim *Ekkehardus* occisus anno 937 et *Wichmannus I.* mortuus sit anno 944; *Ekkehardus* ante obitum *Wichmanni Fretherunam* ducere non potuit. Quodsi statuere malis, *Fretherunam* elegisse thalami consortem *Wichmannum*, mortuo demum *Ekkehardo*; tunc scylla euitata incidis in charybdim. Nam *Fretheruna* ac *Wichmannus* ante annum 938. matrimonium contrahere non potuerunt. Ex quo porro sequitur, *Wichmannum II* demum anno 939 nasci potuisse. Ponamus ergo, *Wichmannum II* vxorem duxisse anno XV ætatis suæ. Id si contigisse arbitremur, *Wichmannus* coniugem in tori fœdus accepisset anno 954. *Adela* ergo, quæ filia *Wichmanni* et mater episcopi Paderbornensis, *Meinwerci*, fuit, ad luminis auras prodire potuisset anno 955. Quia vero episcopus *Meinwercus* iam anno 959. natus est, vti infra ex eius vita demonstrabimus, *Adela* eius mater esse non posset, neque *Fretheruna* quiuisset secunda vice nubere *Wichmanno I.* Sequitur itaque, *Ecbertum* monoculum alium habuisse patrem, quam *Ekkehardum* occisum anno 937. Quis ergo alius parens erit *Ecberti* vnoculi, quam *Bruno* comes, cum *Ecbertus* eadem in regione, in qua *Bruno*, bona hereditaria possederit? Quam ob rationem pellucere censemus, sermonem esse in traditionibus nostris §. 427. de nullo alio *Ecberto*, atque de *Ecberto monoculo*. Nam idem *Ecbertus*, qui in pago Nithega bona hereditaria possedit, hereditaria etiam bona habuit in pago Derlingo, in quo *Ecbertus monoculus* alia bona tenuit complura. Mortuum vero esse Ecbertum anno 994, *Chronographus Saxo* in *Leibnitii Acceſſ. Hiſtoricis* docet.

2) Luidolfus episcopus Osnabrugensis.

Alter *Brunonis comitis* filius et frater Ecberti monoculi esse videtur *Luidolfus*, *episcopus Osnabrugensis*. Cum enim Otto M. eiusque filius Otto II. cæsares hunc episcopum nominent ad annum 972. et 975. *consanguineum suum*, hinc ad aliam familiam referendus non erit, quam ad Ludolfinam. Obiisse eum anno 983. 2. Kal. Aprilis, retulit *Erdmannus in Chronico Osnabrug. Tom. II. Meibomii* p. 204. Nisi forte illum habere volueris pro filio *Brunonis* comitis et fratre vnoculi. Tunc enim is frater erit *Asici*, et filius *Brunonis*, qui filius *Marcwardi* et nepos *Esici*, filii *Luidolfi ducis*, erat.

3) Bruno episcopus Verpensis.

Habemus autem pro fratre *Ecberti* monoculi porro *Brunonem*, ex monacho Corbeiensi *episcopum Fardensem* et fundatorem ecclesiæ S. Iohannis baptistæ in Ullesheim intra pagum Bardunga sacratis feminis inseruituræ. Cum enim illum *Chronicon Episcop. Verdens. Tom. II. Leibn.* f. 215. de nobili progenie natum, *Ditmarus* autem *T. I. Leibn.* f. 337 seq. consanguineum ducis Hermanni Billingi nominet, quo cum autem ipsi magnam intercessisse inimicitiam referat his verbis: *Hermannus dux moriens* (anno 973.) *imperatoris gaudia turbauit. Huius corpus dum ad Luneburg a filio suimet Bernhardo deferretur, contigit ibi Brunonem, Verdensis ecclesiæ antistitem, in proximo esse. Hic, quia Hermannum, dum vixit, banno constrictum habuit, suppliciter rogatur a filio, vt et absolutionem saltem defuncto impenderet, et in ecclesia eundem sepeliri liceret. Sed is, quod postulat, nequaquam impetrat*; probabile redditur, illum, *Brunonem* episcopum, fratrem fuisse *Ecberti* monoculi. Inimicitia enim cum *Hermanno* duce ad *Brunonem* episcopum deriuata videtur fuisse a fratre eius *Ecberto* et confratre *Wichmanno*, quos ambos insurrexisse iratos in ducem, iam supra didicimus e Widekindo Corbeiensi. Accedit huc, nostrum *Brunonem* episcopum ecclesiæ suæ Verdensi in eadem villa Hiddestorpe bona quædam allodialia largitum esse, testante *Chronico episc. Verdensi* loco laudato, in qua quondam *Hiddi*, qui nostra ex sententia *Brunonis* nostri proauus fuit, ecclesiæ Corbeiensi quædam tradiderat, vti iam supra docuimus. Vnde argumentum depromimus, coniectantes, eadem bona iure hereditatis ad *Brunonem* nostrum fuisse translata. Cum itaque *Bruno* noster

ſter ſub abbate Gerberno, circa annum 950 monaſterio Corbeienſi ſeſe adgregauerit, vti membranæ Archiui Corbeienſis oſtendunt: atque ex *Ditmaro* f. 342. appareat, obiiſſe epiſcopum noſtrum VII id. Martii an. 976, chronologia nos non impedit, quo minus, *Brunonem* epiſcopum filium *Brunonis* comitis et *Fretherunæ* fuiſſe, ſtatuamus. gubernante Corbeiam Warino.

Relictis autem filiis *Brunonis* comitis, de filiabus eius exponere debemus. Inter has *Emnild* appellatur filia *Brunonis* in *Chronico Quedlinburgenſi Tom. II. Leibn.* p. 281. his verbis: *Eodem anno (991) Ercanbaldus, Biligrimus epiſcopus, Trithuricus, epiſcopus Salzburgenſis, obierunt et* EMNILD FILIA BRVNONIS. 4) Emnild

Huius *Emnildæ* ſororem fuiſſe *Mechtildem*, auiam Ditmari epiſcopi Merſeburgenſis, ipſe Ditmarus Tom. I. Leibn. f. 351. his indicat verbis: *Me autem* (pater meus Sigefridus) *in Quidilingaburg apud ſuam materteram, Emnildam nomine, collocauit; qua paralyſi longo tempore laborante, primo litteris bene adhuc inſtructum ſumſit, et Rigdago abbati II. de Sancto Iohanne in Magdeburg commendauit. —— —— Inde egreſſus, et imminente quadrageſima in ciuitate, Wallibizi dicta, infirmatus, idibus Martii defenſor patriæ, ac homo verus, vtriuſque debitum perſoluit naturæ. Quem mater ſua venerabilis omni probitate, Mechtildis, celeriter hunc proſecutura, cum coniuge Cunegunda deflet. Namque, tanto orbata ſolatio, cum immenſo mœrore diem expectaret extremum, in eodem anno tertio nonas Decembris fideliter migrauit ad Chriſtum.* Fuiſſe autem hanc *Mechtildem* vxorem *Luitharii*, qui auus paternus Ditmari erat epiſcopi, ipſe Ditmarus affirmat l. c. f. 386. vbi refert, eoſdem, *Luitharium* ſcilicet et *Mechtildem*, fundaſſe monaſterium Walbeceenſe. Huic autem ſententiæ nequaquam repugnat Chronologia. Cum enim *Fretheruna* reginæ Mahtildæ ſoror potuerit nata eſſe anno 894, vti iam ſupra docuimus, *Frethernna* nubere potuit *Brunoni comiti* anno ætatis ſuæ XX, id eſt, anno 914. In lucem ergo edi potuerunt *Bruno* epiſcopus Verdenſis, anno 915: *Luidolfus*, epiſcopus Osnabrugenſis, anno 916: *Ecbertus monoculus* anno 917: *Emnildis* anno 918: *Mechtildis* anno 919: *Fretheruna* anno 920, atque *Imma* anno 921. Iam vero ponamus, *Mechtildem* nupſiſſe *Luithario* comiti viceſimo ætatis ſuæ anno. *Sigefridus* pater epiſcopi *Ditmari* naſci potuit anno 939. Quodſi iterum *Sigefridum* conſortem thalami accepiſſe anno ætatis ſuæ XXX. ſtatuamus, *Ditmarus* epiſcopus in lucem vitalem prodire potuit anno 969. Quia autem et auia *Ditmari Mechtildis* ſeptem annis ſerius, quam diximus, ſuſcipi in lucem potuit, Ditmarus quoque lumen vitale primum haurire valuit anno 976. Atque hic annus eſt is, quem natiuitatis ſuæ ipſe Ditmarus prodidit. Tradit enim fol. 422, decimum annum ordinationis ſuæ fuiſſe quadrageſimum natiuitatis ſuæ. Ex quo conſequitur, anno ætatis ſuæ trigeſimo illum accepiſſe ordinationem. Ad hæc *Ditmarus* eccleſiam Merſeburgenſem ſuſcepit regendam anno 1006, vti ex ipſo Ditmaro conſtat f. 385. ſeqq. Hinc efficitur, *Ditmarum* genitricis vterum reliquiſſe anno 976. Soror ergo reginæ *Mahtildæ Fretheruna Ditmari* epiſcopi Merſeburgenſis proauia eſſe potuit. 5) Mechtild.

Sed hæc tantum in gratiam domini Eccardi diſputata ſunto, qui *Emnildam* ac *Mechtildem* fecerat filias Brunonis Brunſuicenſis. Cum vero ipſe Ditmarus Tom. I. Leibnitii f. 365. *Richertum* nominet patrui ſui *Lotharii* marchionis auunculum, *Richertus* autem ille probabiliſſime fuerit procreatus e comitibus Arneburgicis, *Emnilda* et *Mechtildis* ſorores *Richerti* eſſe debuerunt. *Bruno* ergo, pater *Emnildæ* et *Mechtildis*, diuerſus eſſe debuit a *Brunone*, marito *Fretherunæ*, ſororis reginæ *Mathildis*, veriſimillime fuit *Bruno* comes Harenburgenſis ſeu Arneburgenſis, quem Ditmarus f. 343. II. Kal. Decemb. atque Annaliſta Saxo a. 977. II. Kal. Decemb. obiiſſe referunt. Erat autem Arneburgum caſtrum ad Albim in veteri Marchia. Satius ergo eſſe cenſemus, *Emnildam* et *Mechtildam* ex hac ſerie reiicere, quam eas diutius in illa tolerare.

Frederunam abbatiſſam atque *Immam* comitiſſam arbitramur fuiſſe ſorores *Ecberti* vnoculi. Appellantur illæ ſorores a rege Heinrico II. in autographo diplomate, quod iam in manibus noſtris eſt. In hoc fundationem monaſterii Kominadenſis idem rex anno 1004. confirmat. Quamuis autem Heinricus non addat, fuiſſe harum ſororum patrem *Brunonem*, ita tamen ſtatuendum eſſe, omnino cenſemus. Ad aliam enim familiam has duas ſorores referre non valemus. Eccardus quidem in *Hiſtor. Geneal.* p. 112. alia eſt in ſententia, perhibens, eas filias fuiſſe *Wichmanni I.* ex *Fretheruna* reginæ *Mahtildæ* ſorore. Credimus autem, Eccardum in noſtram iturum faiſſe ſententiam, ſi hoc diploma 6) Frederuna et 7) Imma.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Heinrici II, atque has traditiones Corbeienſes, inſpexiſſet vnquam. Quemadmodum enim largiri nequimus, *Fretherunam* reginæ ſororem primum iunctam fuiſſe *Wichmanno* ſeniori, et, hoc defuncto, nupſiſſe patri *Ecberti* vnoculi; ita etiam bona, quæ *Frederuna* abbatiſſa eiuſque ſoror *Imma* monaſterio Keminadenſi largitæ ſunt, indicant, eas potius *Brunonis*, quam *Wichmanni*, filias fuiſſe. Bona hæc ante aliquot annos in *Origin. Pyrmont.* p. 12. minus accurate typis exhibita eſſe, hic publice ſignificandum duximus. Sita ſunt ea in pagis *tilithi, auga, uuikanauelde, bardanga, dreuani, moſidi, heilanga* atque *hochtrunga*. A fratre ſuo vterino *Wichmanno* quædam has acquiſiuiſſe ſorores, facile concedimus. Sed quomodo bona in pagis tilithi, auga, et uuikanauelde hereditario iure (de hereditate enim loquitur cæſar) poſſidere potuerint, non videmus, ſi ſtatuere velimus, eaſdem non fuiſſe priuignas *Wichmanni* ſenioris. Quid enim familiæ Billinganæ, ad quam Wichmanni referendi ſunt, in pagis auga, uuikanauelde et tilithi fuit, in quibus, vti ex his traditionibus apparet, familia Brunoniana dominata eſt. Si malis obiicere, nos ipſos ſtatuere, *Immam* comitiſſam fuiſſe vxorem *Herimanni* comitis e ſtirpe Widikindea. Id ergo, quod non a *Wichmanno*, ab hoc *Herimanno* comite acquirere potuit *Imma*. Reſpondemus, Heinricum regem in diplomate loqui de hereditate, non de donatione, neque probabile videri, filios *Herimanni* comitis voluiſſe matri ſuæ tantum concedere licentiæ, qua bona ſua aucta ac paterna elargiri potuerit, atque *Immam* voluiſſe ex alieno largiri. Hoc enim ad promerendam ſalutem æternam parum conducibile fuiſſet. Omnia ergo ſi conſideres, nihil erit reliquum, niſi vt ſtatuas, *Frederunam* abbatiſſam atque *Immam* comitiſſam filias fuiſſe *Brunonis* e ſtirpe Ecbertina. *Immam* autem nupſiſſe *Herimanno* Widikindeo, ex his traditionibus apparet §. 422. De hiſce infra pluribus agemus.

Ecberti monoculi liberi 1) Gerdruda.

Habuiſſe *Ecbertum monoculum* vxorem, exinde, quod ei fuit filia *Gerdruda*, apparet. Eam enim appellat auctor *Annal. Hildesh. Tom. I. Leibn.* f. 724. *filiam Egberthi comitis*, et *coniugem Godeſcalci*, *filii Eggihardi præſulis*, id eſt, marchionis. Ipſa vero anno 1018. ab eodem Godeſcalco per diuortium ſeparata fuit. Plures reliquiſſe liberos *Ecbertum*, comprobaremus e diplomate quodam cæſaris Ottonis III, in quo ille anno 1001. partem hereditatis ſuæ, hoc eſt, caſtellum Dalehem nominatum, ſitum intra epiſcopatus Hildeneshemenſis terminos, in pago *Haſtfala* ſiue Ambergau, in comitatu *filiorum, Ekbrathi comitis et nepotis ſui*, eccleſiæ Hildeneshemenſi regia largitione in proprium dicitur tradidiſſe, dummodo hoc diploma genuinum eſſet. Cum vero HARENBERGIVS in *Vindiciis* p. 37 ſeq. demonſtrauerit, diploma illud eſſe fictum, quod et olim nos ſenſimus, idem diploma in *Nic. Schatenii Annal. Paderborn.* T. I. f. 356 ſeq. legentes, nihil certi ex eo colligi poſſe, cenſemus. Potuit tamen fieri, vt falſarius ille in Chronico quodam deperdito legerit, *Ecbertum* comitem habuiſſe filios. Atque id ipſum nemo negare poterit, conſideraturus illa, quæ ſequuntur.

2) Bruno.

Putamus enim, *Brunonem Brunſuicenſem comitem* fuiſſe filium *Ecberti* monoculi. Id enim certum eſt, fuiſſe illum *Brunonem aduocatum Corbeienſem*, quod in noſtra Hiſtoria Corbeienſi et infra probatum dabimus. Facta tum erat aduocatiæ Corbeienſis dignitas iam hereditaria. ex quo effici poſſe adparet, eandem dignitatem ad *Brunonem* eam ab cauſam eſſe translatam, quia ipſe filius *Ecberti* monoculi fuerit, æque olim aduocati Corbeienſis. Deinde *Bruno* in eadem regione bona hereditaria poſſedit, in qua habuerat illa comes *Ecbertus* monoculus. Bona *Ecbertum* habuiſſe circa Brunſuicum in pago Derlingi, iam vidimus ſupra. Quis porro vnquam negauit, *Brunonem* noſtrum dominum fuiſſe terræ circa Brunſuicum vrbem ſitae, quam ipſum primum fundaſſe Chronici Riddagshuſani auctor T. II. Leibn. f. 75. his indicat verbis: *Anno* 1026. *Bruno princeps fundat Brunſwik.* Ibi in annum quidem errorem influxiſſe, concedimus. rem autem ipſam in dubium vocamus, donec edatur *Chronicon Gandersheimenſe latinum*, et comprobetur, illud eſſe ſcriptum authenticum, nec interpolatum. Perhibent enim in hoc Chronico legi, Brunonem filium Luidolfi Brunſwikum ad Oldenwick, et in memoriam ſoceri arcem in Tanewarderode fundaſſe. Et quid inde inconuenientiæ ſequeretur, ſi et ſtatueremus, Brunonem ducem filium Luidolfi ducis condidiſſe Brunſwicum? Nihilo ſecius corruerent ſomnia recentiorum Hiſtoricorum, qui crediderunt, iam tempore cæſarum Ottonum Brunſuicum fuiſſe vrbem. In litteris enim dedicationis templi S. Magni per Branthagonem Halberſtadenſem epiſcopum, quas ſupra §. 15. adduximus, Bruneſwik NB.

anno

anno 1031 tantum *villa* appellatur, nisi forte villam Oldewik designatam exiſtimes. Nam in Brunſuicum trans Obacram nil valuit ſacra ditio Epiſcopi Halberſtadenſis. Porro *Ecbertus vnoculus* bona hereditaria habuerat in pago Nithega: Atque in eodem pago *Bruno* noſter donauit pro *Retharioepiſcopo* vnam familiam, et quidquid habuit in villa Hambanhus, teſtante §. 430, quæ eſt vicus Hampenſen in epiſcopatu Paderbornenſi haud procul ab oppido Brakel et vicis Narzungen, Erklen, Bennenhuſen et Bökendorp, in quibus pater, auus, et progenitores *Brunonis* noſtri bona hereditaria poſſedere. Quis ergo dubitabit, *Brunonem* illum ad familiam Ludolfinam ſpectaſſe? At ne vlla dubitatio reſtet, §. cit. ſermonem eſſe de Brunſuicenſi *Brunone*, id probe conſiderandum eſt, *Heinricum Leonem*, comitum Brunſuicenſium heredem, eadem in villa Hambanhus bona quædam tenuiſſe, quæ probabiliſſime altera pars bonorum erat, quæ fratri noſtri *Brunonis Ludolfo* reſtabat, quæque, exſtincta poſteritate *Ludolfi*, ad *Brunonis* noſtri filium *Ludolfum* erat deuoluta, a quo tandem ea in manus *Heinrici Leonis* peruenit. De hoc momento copioſe egimus in *Hiſtoria Corbeienſi*, et infra. gubernante Corbeiam Warino.

Poteſt autem epiſcopus *Retharius*, pro quo eadem bona in villa Hambanhus *Bruno* dedit, nullus eſſe alius, niſi *Retharius*, epiſcopus Paderbornenſis, qui anno 983 Volcmaro ſucceſſit, atque anno 1009 e vita exceſſit, vt *Nicol. Schatenius in Annal. Paderbornenſ.* pluribus comprobauit p. 327. et p. 381. ſeq. Quænam huius epiſcopi familia fuerat, nemo antiquorum ſcriptorum tradidit. Familiæ autem Ludolfinæ, per feminas cognatione coniunctum fuiſſe eum, concluſimus ex eo, quod Bruno pro eius ſalute animæ quædam donauit. Cum itaque *Brunonis* vxor prima fuerit *Gisla de Werla*, quam e ſtirpe Widikindea, ſororem *Reduſi* et filiam *Tangmari* fuiſſe cenſemus, *Retharius* epiſcopus eiuſdem *Gislæ* frater eſſe potuit, ſi nomen Retharii idem eſt quod Rotharii ſeu Rothardi, quorum nomina in eadem ſtirpe inuenimus. Quomodocunque autem res ſeſe habeat, ſequitur tamen ex ipſa traditione, *Brunonem* Brunſuicenſem anno 1006 non fuiſſe mortuum, vti recentiores quidam putant. Proferemus enim in *Corbeienſi Hiſtoria* diploma, ex quo apparet, eum adhuc fuiſſe anno 1008 in viuis. Diu autem ille poſt annum 1009 in viuis eſſe non potuit, quia alter *Gislæ* maritus *Erneſtus* iam anno 1015 vitam cum morte commutauit, qui ex *Gisla* duos reliquit filios. Veritati ergo conſentaneum eſt, *Brunonem* comitem anno 1010 rebus valedixiſſe humanis. Præpotentem dominum fuiſſe *Brunonem* noſtrum, comprobamus vel ex eo, quod defuncto cæſare Ottone III is regnum ſibi deberi credidit, id quod *Auctor Vitæ Meinwerci* p. 521. affirmat his verbis: *Quidam etiam princeps, Bruno nomine, regni faſtigium obtinere voluit, ſed, effectu carens, multis votis eius non fauentibus, et præcipue beatæ memoriæ Berenwardo Hildinesheimenſis eccleſiæ epiſcopo.* Quibus e verbis non incongrue collegerunt quidam eruditi, *Brunonem* adſpiraſſe ad regnum, qua cognatum antecedentium cæſarum. Qua vero ratione *Bruno* noſter cum familia Ottonum imperatorum coniunctus fuerit, nemo adhuc monſtrare potuit.

Probabile nobis videtur, *Brunonis* fratrem fuiſſe *Luidolfum* comitem, quem diploma Heinrici II anno 1013 comitem exſtitiſſe in pago Gudingo affirmat, quique anno 1023 mortuus eſt, teſtantibus *Annal. Hildesheim. Tom. I. Leibn.* f. 725. Huius filii fuiſſe videntur *Ecberthus* comes, qui anno 1034 V. kal. aprilis obiit, ac *Bruno* comes, qui anno 1035. XIV. Kal. iun. deceſſit, vti auctor Annal. Hildesh. l. c. p. 727 memoriæ prodidit. Fruſtra hæc omnia forent dicta, niſi demonſtraremus, omnes de origine Comitis Brunſuicenſis *Brunonis* hactenus prolatas ſententias minus eſſe ſolidas, cum vnum non poſſit eſſe ſimul verum et falſum. Agedum expediamus breuibus hoc momentum. 3) Luidolfus comes cuius filii a) Ecberius et b) Bruno.

Stare non poſſe ſententiam cuiuſdam viri egregie docti clariſſimique, per quam comites Brunſuicenſes ab *Ekkihardo filio Luidolfo* deriuantur, quamque exhibet celeb. *Harenbergius in Hiſtor. Gandersh.* p. 1381. ſeq. ex ſupra adductis luculente apparet. Quibus addimus pronuntiatis id moniti, ex *Chronico Rhytmico Tom. III. Leibn.* f. 25. cuinci non poſſe id, quod eruditiſſimus vir arbitratus eſt, *Brunonem* ſcilicet Brunſuicenſem, defuncto Ottone II, competitorem regni atque *abnepotem* fuiſſe *Brunonis ducis*, qui filius fuit ducis Saxoniæ Luidolfi. Verba enim: *He was Hertoghen Bruno van dem verden kne*, interpretanda ſunt de Ottone II, de quo in verbis, quæ præmiſſa ſunt proxime, ſermo erat. *Brunſuicenſem Brunonem* omnino auctor Chronici illius tradit deſcendiſſe cum Ottone III. a communi

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

muni stirpe per gradum quintum. Id nostram sententiam egregie mirificeque confirmat. Finge autem, e *Chronico Gandersheimensi MSpto* demonstrari posse, *Brunonem* ducem conditorem fuisse vrbis Brunsuicensis, vti ex commemoratione cuiusdam fautoris nostri carissimi didicimus. Finge, ex eodem Chronico apparere, eidem duci fuisse coniugem, filiam *Tancmari*, qui nobis esse *Tancmarus* frater Bardonis I, e stirpe Widikindea natus videtur, cuius in gratiam idem *Bruno* arcem suam *Tancwarderodam* appellauit. Euinci tamen adhuc non potuit, *Brunonem* ducem vllam procreasse sobolem. Et si hoc etiam planum facere quis posset, *Ekkehardus* tamen, pater *Ecberti monoculi*, is esse non poterit. Veritate nos nihil carius nihilque antiquius habemus, quam si in viri egregii, quem semper magni fecimus, sententia inuenire potuissemus, ambabus manibus eam amplexati essemus.

Altera sententia de origine Brunsuicensis *Brunonis* est Bothonis. Hanc multi viri illustres doctissimique adamarunt, scriptisque suis probabiliorem reddere studuerunt. Liceat eam sub examen vocare. Exhibebimus argumenta haud vna. Si *Bruno* ab *Heinrico* duce Bauariæ descenderit, cur *Brunonis* posteri ducatum Bauariæ adepti non sunt? Perhibent, *Brunonem*, quem Botho patrem vocat *Brunonis* Brunsuicensis, fuisse filium ex concubina *Heinrici*, ducis Bauariæ. At hoc refugium nihil prodesse poterit hisce eruditis: quia nos in *Clientela Corbeiensi* sumus documenta producturi, e quibus elucebit, filios concubinales tam in bona hereditaria quam feudalia, quibus nomen fuit beneficiorum, successisse. Nobis facile erit ostensu, fabulas esse, quicquid Botho de origine Bauarica Brunsuicensis *Brunonis* produxit. Audiamus ergo prius ipsum *Bothonem T. III. Leibnit.* f. 315. ita differentem: *Dusse Bruno* (Margreve to Sassen) *dat was Hertogen Hinrikes Sone to Beyeren, Keyser Otten broder des groten. so was do dut eyn wise, de eldeste broder dat bleyff eim Hertoghe, de iungste eyn Greve. Vnde dusse Greve Brun de gaff sick by sinen vedderen Keyser Otten, do stelde he sick so manliken in stryde, so dat se ome gheven wat landes in Sassen by Brunswick, alse Welverode* (Melverode) *de Hoghenwort, he leggelde so lange went dat se verstorven de Keysers, dat schach by dusses Marggreven Brunes sonen tyden, alse greve Ludeleff, de nam Danckwerderode unde Brunswick in, unde schreven sick Marggreven to Sassen unde Heren to Brunswick. So wonde dusse Margreve Bruno uppe dusse vorbenomede stidde, dat weren de borchgesete unde steyne veste, he nam eynes eddelen Greven dochter van Krawacien de het Hilderwida, de telde ome eynen sonen de heyt bruno, de na ome sulvest geheten wart, unde besat vordan de Greveschopp to Sassen.* De Luidolfo autem filio Brunonis et nepote Brunonis ita pronunciat Botho l. c. p. 323. *Marggreve Ludeleff, Marggreve Brunes sone to Sassen unde eyn Here to Brunswick, de nam Hilda des Greven dochter to Flandern, de telde ome twey sone, de eyne de het Bruno, de wart noch dot geslaghen, so hyr na steyt. De ander het Ludeleff, de nam Danckwerderode unde Brunswick ersten in. na der Keyser dode, do de alle vorstorven weren, unde hadden dat Rick under sick gehat lengk wan hundert Jare. So wart dusse Marggreve Ludeleff ein Here over Brunswick, wente he de negeste was van dem slechte Wedekinde van swert halven, wal dat se nu de Namen hadden verloren, vnde heten Marggreven to Sassen unde nicht Hertogen to Sassen, dat kam dar aff her, dat Hertoghe Hermen eyn Hertoghe wart van Keyser Otten wegen. de bleven by de namen, wente dat ore slechte vorstarff.*

Hic autem ponimus primum, Bothonem in his secutum esse neque coætaneam, neque antiquissimam ad sese propagatam commemorationem. Nominat enim ille suos Brunones et Ludolfum suum perperam *marchiones* Saxoniæ. In diplomatibus *Luidolfus* eiusque frater tantum appellantur *comites*. Et quem illi marcum, quem limitem, si comites illi fuere Brunsuici, tueri debuissent, non videmus, cum pagi Derlingi et Falhon in media fuerint Saxonia. *Ecbertus I* demum creatus est marchio non per Saxoniam, sed per Thuringiam. Eam vero ob causam appellatio *marchionis* ad eius proauum eodem iure et modo pertinet, quo ad auum sereniſſimi potentissimique Poloniarum regis Augusti pertinet titulus regis Poloniæ, qui non rex Poloniarum, sed elector et dux Saxoniæ fuit. Dubitamus, fore quenquam, qui perhibere volet, *Luidolfum* posse appellari *marchionem*, quia marcus Denethi in pago Derlingi non procul ab vrbe Brunsuico exstiterit. Marcus enim ille, qui in diplomate fundationis ecclesiæ Gandersheimensis memoratur, sine dubio vllo fictus est. Marcus quidem erant olim limites vnius villæ. Marcæ autem erant regiones extimæ regni, inprimis Saxoniæ nostræ. Et quanquam vnusquisque pagus suos habuerit limi-

tes,

tes, comites tamen, qui tali marcæ præerant, non appellantur marchiones. Tacent ad hæc genuina diplomata de illo Denethi marcu. Hoc errore explosо, progredimur. In eo deinde bonus dormitat Botho, quod asserit, temporibus Ottonum eam inoleuisse rationem, qua filius natu maior perstiterit dux, minor vero filius fuerit comes. Certe itidem Botho ex scriptoribus coætaneis hoc non didicit. Multos enim habemus fratres ducum et comitum, qui comites non fuerunt, vti hæ traditiones passim demonstrant. Dignitas enim comitis eo tempore nondum erat prorsus hereditaria. Tum poscimus testes idoneos, perhibentes, *Brunonem*, quem filium Heinrici Botho appellat, ita fortiter se in bello gessisse tempore Ottonis primi, vt promeruerit Meluerodam et Hoghenwort, sita prope Brunsuicum loca. Igitur *Bruno* aliquid promereri, vel peperisse non potuit. Id patet ex rationibus supra adductis, *Brunonem* patrem *Ecberti monoculi* iam ante annum 944 exspirasse, et *Ecbertum monoculum* possedisse castrum Alaburc, quod a Meluerode villa vix iter duarum horarum abfuit, ac præterea tenuisse castrum Hebesheim in pago Derlingi situm, quibus hostili impetu destructis *Ecbertus* in Meluerode vico ædificium extruere potuit. Id autem factum non | esse videtur, quia Meluerode ad monasterium Stederborch spectauit, vti supra §. 35. vidimus. *Luidolfum Ecberti monoculi* nepotem villam Brunsuik, a *Brunone* conditam, et, mortuo cæsare Heinrico II, porro occupasse arcem Tancwarderodam, dare et concedere possumus. Quidquid autem Botho de *Brunonis*, ex Heinrico filii, vxore *Hildeswida* blaterat, nugæ sunt. Ridiculum dictu est, comitatum *Brunonis* a Bothone appellari excellentiori sensu *comitatum Saxoniæ*. Mirati ergo sumus, cur tot acutissimi viri his, quæ næuis scatent, verbis Bothonis genealogiam illustrissimorum comitum ac dominorum Brunswici superstruere voluerint, cum nondum sit demonstratum, Meluerodam villam ad Brunonianam gentem spectasse. Documenta Stederburgensia potius monent, eandem villam pertinuisse ad Olesburgicam familiam, quam infra §. 104. not. (w) ad stirpem Billinganam retulimus.

guberнante Corbeiam Warino.

Sed aliam quoque *Dni D. C. Barth. Behrensii* opinionem in dem *Hochgemüssigten Schreiben an einen vornehmen Freund betreffend die von Jo. G. von Eccard edirte Historiam genealogicam* p. 19. seqq. prolatam illustrare debemus. Putat ille, *Brunonem*, virum Gislæ et patrem Luidolfi, fuisse filium Brunonis, cuius fratres constituit Ottonem ducem Sueuiæ et Luidolfum episcopum Osnabrugensem, nec non Mathildam abbatissam. Horum vero patrem fuisse affirmat Luidolfum ducem Sueuiæ, filium Ottonis M. Pro hac noua sententia confirmanda laudat testimonium *Tangmari T. I. Leibnitii* p. 457. qui referat, Brunonem imperasse vrbi Brunsuico, quæ patrimonium fuerit Ottonum Augustorum. Hinc etiam hunc spe ductum esse de obtinenda corona imperii, sibi persuadet. Quemadmodum autem hoc modo *Bruno* maritus Gislæ ius maius adeundi regnum, quam Henricus II habuisset, ita Tancmarus neutiquam affirmat, Brunonem iam anno 1002. fuisse dominum Brunsuici, sed nominat eum modo *principem*. Fuisse autem Brunonem principem *in vrbe Brunsuice*, id de suo addit doctissimus Behrensius. Quam infirmo ergo hæc tota Behrensii sententia nitatur fundamento, nemo non videt. Id ipsum ex sequentibus patebit rationibus. Supra demonstrauimus, *Heinricum aucupem* matrimonium contraxisse cum *Mahtilda* anno 908, atque patrem eius *Ottonem illustrem* obiisse anno 912. Iam autem *Roswita in carmine de fundat. Gundersh. T. II. Leibn.* f. 329 seq. cecinit ita:

- - - Ante dies octo totidem quoque noctes
quam ducis (Ottonis) *occasus miserabilis accidit huius,*
ipsius nato regi quandoque futuro
nascitur Henrico famosus filius Oddo
qui fuit electus regis pietate perennis
Primus Saxonum rex post patrem strenuorum
Augustus Romanorum pariterque potentum.

Natus ergo est *Otto I* imperator anno 912. Porro autem *Editha*, huius Ottonis vxor, et mater *Luidolfi ducis Sueuiæ*, mariti thalamum conscendit anno 930, testante Chronographo Saxone. Nihilominus Behrensius affirmat l. c. p. 20. huius Luidolfi ducis filium *Luidolfum* episcopum Osnabrugensem et fratrem Brunonis,

Ab anno 816 vsque 853 imperante Hludouuico et

nonis, quem comitem Brunſuici appellat, iam anno 938 eſſe mortuum, quo anno eius pater *Luidolfus* dux vix puer ſexennis eſſe potuit. Ante enim annum 931. *Luidolfus* dux ex Editha naſci non potuit. Vnde itidem conſequitur, *Luidolfum* ducem, cum anno 957 in Italia moreretur, annum ætatis egiſſe XXV. Quamuis autem negari non poſſit, *Ottonem M.* iturum in Galliam, *Luidolfum* filium ſuum, tunc annorum XVI. deſignaſſe regem, teſtante *Monacho Hammersleb. T. I. Leibn.* f. 708. atque eundem *Luidolfum* vxorem duxiſſe *Idam* filiam ducis Hermanni anno 947 *Chron. Quedlinb. T. II. Leib.* f. 279, quam anno 986. obiiſſe refert *Chronicon* idem f. 281; ex nullo tamen ſcriptore coætaneo demonſtrari poterit, reliquiſſe *Luidolfum* plures liberos, quam *Mathildam* atque *Ottonem ducem*. Illam natam eſſe Luidolfo an. 949, annotauit *Chron. Quedlinb.* f. 279, hunc vero nominat *Ditmarus T. I. Leib.* f. 346. *ducem et Luidolfi filium.* Obiiſſe vero hunc *Ottonem* ducem Bajoariorum anno 982, retulere *Annales Hildesh. T. I. Leibn.* f. 719. teſtantes, ex ipſo natum fuiſſe *Brunonem*, poſtea dictum Gregorium *Papam*. Idem confirmat Auctor *Vitæ Meinwerci* T. I. Leibn. f. 520, cuius verba f. 519. etiam memoratu digna ſunt, quæ ita habent: *Otto II. ſeptimo idus Decembris dominicæ incarnationis nongenteſimo octogeſimo tertio, regni ſui decimo, indictione duodecima obiit, et filium ſuum eiuſdem nominis ſucceſſorem dereliquit. Heinrico duce Bajoariæ, qui priore anno mortuo* PATRE SVO OTTONE DVCE, *ducatum obtinuerat, regnum inuadente, ſed victo, deſiſtente.* Etſi autem fieri potuiſſet, vt *Luidolfus dux*, qui decem annos in matrimonio vixit, plures, quam duos liberos, procreaſſet; conſiderandum tamen eſt, iam anno 953 atrociſſimam diſſenſionem *Luidolfum* inter atque *Heinricum* fratrem *Ottonis Magni*, patre rege partes fratris ſui adiuuante, eſſe ortam, quæ *Luidolfum* noſtrum continuis bellis implicuit, ſæpiusque in fugam, et tandem in Italiam, compulit. Probabile ergo nobis non videtur, plures Ludolfum habuiſſe liberos præter *Ottonem* et *Mathildam* ſiquidem comprobari non poterit, Brunonem exſtitiſſe in rerum natura, et dominum fuiſſe ciuitatis Brunſuicenſis, quæ tempore Cæſarum Ottonum tantum villa erat. Et cur non *Brunonis* poſteri, ſi is fuit *Luidolfi* Sueuiæ ducis filius, ducatum Sueuiæ adepti ſunt? atque cur non veteres ſaltem poſtulata eorum interpoſita ad noſtram voluerunt memoriam peruenire? Agamus ergo tandem de *Brunonis Brunſuicenſis* vxoribus et liberis, quem aduocatum Corbeienſem fuiſſe, alias oſtendemus. Duas fuiſſe vxores *Brunoni*, cum Eccardo omnino ſtatuimus. Vna erat *Gisla, Redulfi comitis in Werla* ſoror et filia *Thancmari*, ex ſtirpe Widikindea nati, de qua iam ſupra egimus §. 104. not. (†††). Hac autem (vti nobis probabile videtur, ſine liberis) defuncta, Bruno duxit alteram, æque *Gislam* appellatam, ſororem quippe *Herimanni* ducis per Alemanniam, ex qua *Brunoni* noſtro nati ſunt *Luidolfus comes*, et *Hiddi comes*, aduocatus Corbeienſis. Hoc ita eſſe, comprobamus partim ex ſcriptoribus coætaneis, partim ex diplomatibus. Et vt hoc rectius procedat, obſeruandum eſt, *Gislam Sueuicam* nupſiſſe iterum, *Brunone* ante annum 1015 mortuo, *Erneſto duci Alamanniæ*, cui ipſa peperit *Erneſtum* atque *Hermannum*, Alamanniæ duces. Erneſto patre ad annum 1015. defuncto, duxit eandem *Gislam* imperator *Conradus II*, qui genuit ex ea *Heinricum III* cæſarem, patrem *Heinrici IV* imperatoris. Fuiſſe autem *Gislam* Sueuicam vxorem *Brunonis* et *Conradi*, patet ex diplomatibus, anno 1051 et 1057 datis. In illo enim *Heinricus III.* nominat *Luitolffum Brunonis filium*, quorum, patris et filii, comitatus fuit in pagis Nortduringen, Darlingen, Valent et Salthga, *fratrem* (vterinum); in hoc vero vocat *Heinricus IV* eundem *Liutolffum patruum ſuum. In Annalibus Hildesheim.* vero *Tom. I. Leibnit.* f. 729. ita memoriæ proditur ad annum 1038: *Luidolfus comes priuignus imperatoris* (Conradi) *IX. Kal. maii immatura morte obiit; et eius frater Herimannus Alemanniæ dux XVI. Kal. iulii.* Ex quibus verbis fit palam, *Herimannum* et *Luidolfum* fratres (vterinos) fuiſſe. Habuiſſe autem *Erneſtum Gislam* in matrimonio, teſtis eſt *Hermannus Contractus*, ſcriptor coætaneus, his verbis ad an. 1012: *Herimannus quoque in Alamannia defunctus Erneſtum ſororis ſuæ Giſelæ maritum ſucceſſorem accepit.* Item ad an. 1015: *Ernuſt, dux Alamanniæ, in venatu ab Adalberone comite, feram appetente, ſagitta vulneratus interiit, et ducatum eius filius æquiuocus, viduam vero Giſelam Conradus filius Henrici, filii Ottonis ducis, futurus poſtea imperator, accepit.* Fuiſſe autem poſtea aduocatum Corbeienſem *Hiddi* fratrem comitis *Luidolfi*, comprobamus ex autographo diplomate ex archiuo Corbeienſi imperatoris Chuonradi de anno mill. XXVIII, in quo appella-

tur

tur *monaſterii Corbeienſis aduocatus Hiddi priuignus imperatoris.* Quod notatu eo dignius eſt, quia de hoc *Hiddi* nemo hactenus aliquid ſciuit, quem itaque primi familiæ Brunſuici reſtituimus, arbitrati, eum eundem *Hiddonem* comitem eſſe, in cuius atque aliorum præſentia Meinwercus, epiſcopus Paderbornenſis, Heinrici imperatoris præceptum, ad curtem Hammonſtide in pago Rittega referendum, legi iuſſit, teſtante eius *Vita Tom. I. Leibn.* f. 550. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Liberis gauiſum fuiſſe hunc *Hiddonem* comitem, affirmare non audemus. Veriſimile autem id nobis eam ob cauſam non videtur, quia eius nepos ex fratre *Bruno* iam ipſe anno 1043. aduocatus Corbeienſis appellatur. Hunc vero *Brunonem* fuiſſe filium *Luidolfi* et fratrem *Ecberti*, ex Annaliſta Saxone patet, ita ad an. 1038. p. 469 tradente: *Liudolfus comes Saxoniæ, filius Brunonis de Brunſwic et Gislæ imperatricis, obiit immatura morte. Genuit ex Gertrude comitiſſa Brunonem et Ecbertum.* De quibus et eorum poſteris plura addere non placet, vtpote quæ iam ſatis nota ſunt.

Redeamus ergo ad *ſecundum Brunonis Angariorum ducis filium* nomine *Haddonem*, quem iam ſupra §. 104. not. (e) ſatorem marchionum orientalium fuiſſe, ſtatuimus, et de cuius filiis et nepotibus ea protulimus, vt nemo dubitare poſſit, eum atque illos ad ſtemma Brunonianum eſſe referendos. Et cum *Brunonis* ducis vxor fuerit *Wichtrud*, ſoror ducis Oſtfalorum *Heſſi*, huius vero pater *Hiddi*, teſtante autographo diplomate Caroli M. quilibet inde perſpicere poterit, *Haddonem* noſtrum ab auo materno ita eſſe appellatum. Poſteros vero huius Haddonis vide loco laudato. b) Haddo filius D. Anigariorum Brunonis.

Irminwardum, atque *Adalwartum tertium* et *quartum*, Angariorum ducis *Brunonis filios* appellauimus. Etſi enim illi in his traditionibus ita non vocantur; ita tamen ſtatuendum eſſe omnino cenſemus. *Irminwardum* atque *Adalwardum* inuenimus, §. 37 bona quædam dantes, ad villam Stotinghus ſita. Eadem villa erat ſita intra pagum Auga. Ipſa quamuis hodie deſolata ſit, ſcimus tamen, vbi quondam illa ſteterit, nempe in dioeceſi Corbeienſi inter Bramberg et ſiluam, dictam *das Heilige Geiſt Holtz.* Iam autem nullo modo probabile eſt, potuiſſe alios dominos, atque poſteros potentiſſimi poſſeſſoris caſtri Brunonisburgi, in eodem loco aliquid poſſidere, quippe qui ab illo caſtro vix iter dimidiæ horæ abeſt. Nobis obiicere poteſt, qui volet, potuiſſe *Brunonem* in eodem loco quibusdam miniſterialibus ſuis aliquid largiri, quod illi porro abbatiæ noſtræ tradiderint. Poteſt addi et hoc, nos ergo miniſteriales pro filiis Ducis Brunonis reputare. Reſpondemus tamen primo, talem donationem euincendam eſſe. Nunquam autem ea exſtitit, nam *Adalwardus* et *Irminwardus* inter adelingos referendi ſunt. Cognoſcimus porro ex §. 52, vbinam *Adalwardus* in villis Stalo atque Alberteshus eodem in pago Auga quædam donauerint. Immo ne vllum dubium remaneat, inuenimus praeterea *Irminwardum* atque *Adalwardum* inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi §. 108 et §. 121, ex quo firmiter ſatis argumentamur, illos familiæ cuidam illuſtriſſimae inſerendos eſſe; quæ familia ſine vllo dubio fuit *Brunonis*, vti bona, quæ ipſi dedere, indicant. Cum vero *Irminwardus*, qui §. 160. ſita in Holtesminne quædam tradidit, §. 121. excipit Beuonem comitem et Luidolfum ducem, nepotes *Brunonis*: atque *Adalwardus* quidam in §§. 161. 164. et 165. inuenitur, et ipſi ſine vllo dubio ad familiam Brunonis referendi ſunt, hos maluimus ſecernere ab *Adalwardo* et *Irminwardo* §. 37, 52, ſatius rati, illos pro nepotibus *Brunonis* haberi. Eruditos huic ſententiæ calculos ſuos additurus eſſe, ſperamus. c) d) Irminwardus et Adalwardus.

Quintus ducis *Brunonis filius* fuit *Thiodger comes*, qui probabiliſſime comitatum ſuum ab anno 822. vſque ad 830. in pago Auga habuit, et in eodem quoque ampliſſima poſſedit prædia. Prima vice eius meminere traditiones, cum §. 22. Euerhardus eiuſque fratres Thiadricus et Eggricus, eius probabiliſſime nepotes ex fratre, firmitatem facerent, promittentes, e monaſterii noſtri habitatoribus nullam porro exhibere moleſtiam; quibus *Thiodger comes* tanquam vicinus comes et conſanguineus aſſenſiſſe videtur. Inter teſtes quoque reperitur, *Thiodger comes*, cum §. 54. 55 et 56. in pagis contiguis Suilbergi, Nithega et Patherga quædam traderentur monaſtario noſtro; ipſe vero cum Luidolfo, qui dux Liudolfus erat, in villa *Cogardo* in pago Wikanauelde, quæ villa nunc dicta Kayer in præfectura Wickenſen eſt, quidquid proprium habuerat, donauit, teſtante §. 70. Quæ autem eius prædia fuerint, diuinare licet contemplaturis id, quod eius filii monaſterio noſtro tradiderunt. *Pater* nempe is appellatur §. 177. *Hrodgeri comitis*, qui in villis Mayngoteshuſun et Boffesburiun, quidquid habebat, largitus fuit. 2) Thiodger comes. Thiodgeri comitis liberi 1) Hrodgerus comes.

Ab anno 826 vsque 833 imperante Hludouuico et

Ex hoc ipso patet, *Theodgerum comitem* filium fuisse potentissimi possessoris, qui castrum Brunonisburgum tenuit. Eædem nempe villæ erant in pago Auga. *Meingoteshusen* hodie vocatur *Meingosen*, adiacens radicibus montis et castri Brunonisburgi. *Boffesburiun* vero hodie appellatur *Bosseborn*. In antiquis membranis et adhuc anno 1573, scribitur locus Boffzeborn, iacetque septentrionem versus ad eumdem montem, in quo illud Brunonis castrum olim stetit, a quo villa ista vix mille passuum abest. Quis igitur sibi fingere poterit, potuisse dominum ex aliena stirpe possidere prædium in eodem monte, in quo famosissimum illud castrum conspiciebatur, præter dominum eiusdem castri, et præter cognatos ab eo enatos? Et quis negare audebit, *Theodgerum comitem* fuisse Brunonis filium, et *Hrodgerum comitem* extitisse nepotem *Brunonis?* Accedit hoc, *Hrodgerum comitem* inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi reperiri §. 104, quæ circumstantia nos de ortu *Hrodgeri* a duce Brunone deducendi ita certos reddit, vt de eo vix vlla dubitatio superesse possit. *Theodgerum* comitem iam anno 834 fuisse mortuum, eodem intelligitur ex momento.

2) Sini.

Quinam huius *Hrodgeri* comitis *fratres* fuerint, pro certo adfirmare non possumus. Quantum vero ex bonis et ceteris circumstantibus momentis colligimus, eius putamus fuisse fratres *Sinium*, *Irminwardum*, *Adalbodum*, *Swiridac* atque *Adalwardum*. *Sine* inter coheredes ducis Hessi reperitur §. 111. et idem in villa Sulbeke in pago Auga mansum donat §. 154. Ex hereditate, quam adiit, licet perspicere, eiusdem ditissimi adelingi filium fuisse; ex donis autem patescit, ad quam familiam is sit referendus. Sulbeke villa quidem hodie desolata est, olim vero stetit ea inter Holtzminden oppidum et vicum Luchteringen in abbatia Corbeiensi in loco dicto *de Brock to Sulbeke*. Cum vero alii ex posteris Brunonis eadem in regione quædam donauerint, vtique illis adnumerandum esse *Sinium* censemus, qui, testantibus §. 160 et 166, etiam vt consanguineus testis erat, cum *Irminward* in Holtesmynne, et *Hildibertus* in Helen ad Wiseram quædam traderent. An huius *Sinii* filius fuerit *Sini*, qui, testante §. 380, pro vxore sua *Ewuse* in pago Wethga in villa Hersiti, quæ villa Herste in episcopatu Paderbornensi est, quædam donauit, pro certo quidem affirmare nequimus; nomen tamen et villa nobis persuadent, eum quoque genti Brunonianæ annumerandum esse.

3) Irminward.

Hoc certius est de *Irminwardo*, quem fratrem *Hrodgeri comitis* appellauimus. Ille enim inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi §. 121. reperitur. Vnde colligere datur, eum magni domini filium fuisse. Quænam autem eius familia fuerit, villa Holtesmynne in pago Auga, quæ oppidum Holtzminden est ad Wiseram in ducatu Brunsuicensi, indicat, in qua §. 160, quidquid habuit, largitus est.

4) Adalbodu.

Eadem dicenda sunt de *Adalbodo*, quem tertium fratrem *Hrodgeri comitis* vocamus. Inter heredes erat ille ducis Hessi, testante §. 121. In villa Boffeshus pro anima sui fratris *Swiricdaci* donat mansum §. 124. et in Uffenhus tradidit, quidquid habuit §. 197. Prius docet, illum fuisse adelingum; posterius vero, ex gente Brunonis fuisse. Uffenhus enim villa est Offensen in præfectura Uslar. *Boffeshus* vero villa in pago Auga adpellatur hodie Bofzen, nec vltra iter dimidiæ horæ a Brunonisburgo abest. Cumque in eadem villa et in Albertesheusen, quæ etiam in pago Auga erat, et hodie Albaxen nominatur, *Albmer*, *Pumi*, *Magenhard*, et sorores *Adallog*, *Fastred* atque *Hildiburg* duos mansos tradiderint, vti apparet ex §. 225, illi huius *Adalbodonis* liberi esse potuerunt. Inter testes autem reperiebatur hos, teste §. 225. et §. 197, *Adalwardus*, quem fratrem *Adalbodi* et *Hrodgeri comitis* fuisse, arbitramur. Probamus autem et deducimus hanc nostram sententiam primo ex adita hereditate ducis Hessi, ex qua *Adalwardus* §. 108. duas partes tradit in *Amplithi* villa in pago Gudinge et in Bennesthorpe atque in Uffenleua in pago Norththuringi. Amplithi villa est Empelde in præfectura Calenberg in electoratu Brunsuicensi. Bennesthorpe est Benstorp in principatu Halberstadensi: et Uffenleua est Offleben in ducatu Brunsuicensi. Sed hæc ex hereditate Adalrici prouenerant. Unde comprobare id licet, per feminas descendisse *Adalwardum* ab Hiddone patre ducis Hessi. Genus paternum eiusdem cognoscere libet ex §. 164. et 165. Priori ex loco perspicimus, *Adalwardi* matrem fuisse *Syburg*. Deinde etiam inde dilucet, eum habuisse *fratres*. Quare id nemo explodet, quod hactenus de eius fratribus protulimus, licet nullus fratrum eius inter testes reperiatur. Nam villæ ipsæ comprobant, *Adalwardum* ad stemma Brunonis pertinuisse. *Luchtringi* enim

5) Adalwardus.

et

et *Withem* villæ in pago Auga ſitae erant. Illa hodie appellatur Luchteringen, iacetque ad Wiſeram in diœceſi Corbeienſi vix iter vnius horæ a Brunonisburgo; Withem vero deſolata eſt, et abfuit vix iter dimidiæ horæ ab eodem caſtro. *Falbus* autem et Heleanhus erant in pago contiguo Nethga poſitæ, in quo Brunonis poſteri alia non minus prædia poſſedere. An *Adalwardus*, qui inter teſtes reperitur §§. 225, 226, 230, et 257, vnus idemque ſit atque noſter *Adalwardus*, pro certo quidem adfirmare non poſſumus. Nec contendere libet, eum liberis fuiſſe gauiſum. Cum tamen *Richardus* quidam filium habuerit, nomine *Adalwardum*, ab auo probabiliter ita appellatum, iſte *Richardus* filius *Adalwardi* noſtri fuiſſe videtur. Donauit enim iſte §. 341 in villa Hiriſti intra pagum Nithega XXXVI iugera cum familia vna. Quæ villa eſt Herſte intra epiſcopatus Paderbornenſis inter Driborg et Niem oppida terras. guberiante Corbeiam Warino.

Sextum iam aggredimur definire *filium Brunonis*, nomine *Meinulfum*, cuius filii fuere *Arnulf*, *Beiur* et *Wichmann*. de quibus ea iam ſupra §. 48. not (f) attulimus, quæ hic repetere nolumus, quædam tantum addituri, quæ ibi non diximus. Monebimus quidem primum, *Arnulfum*, *Beiurum* et *Wichmannum* in iuuenili ætate fuiſſe mortuos, quia eos inter heredes ducis Oſtfalorum Heſſi, et in his traditionibus alio loco amplius non reperimus. Quia autem, *Arnulfi* filium fuiſſe *Eilbertum*, ſupra aſſeruimus, confirmanda hæc erit ſententia noſtra ex §. 111, vbi condocemur, hereditatem Adalrici etiam ad *Eilbertum* iure delatam fuiſſe. Ex quo probabiliter conſequitur, *Eilbertum* inter *Meinulfi* nepotes vnicum ea ætate fuiſſe, vt de parte hereditatis iſtius Eſiconis tradenda cum reliquis mente et voce potuerit conſentire. Filium eum habuiſſe *Hadoldum*, comprobatur §. 141, vbi in villa *Grimileshuſen* in pago Heſſi, id eſt, in Grimmelſen ad Dimolam quædam traduntur. Hac in regione poſteri Brunonis, vti iam ſupra ſæpius vidimus, plura bona habuerunt. Putamus ergo, *Eilberti* filium fuiſſe *Brunwardum*, qui in villa Desburg in eodem pago Heſſi manſum donauit, teſtante 215, vbi noſter *Haoldus* quoque teſtis fuit, qui §. 268 pro matre ſua *Adan* in Vorſte vnam familiam donauit, et pro ſe in Adalmandinga Werthien intra pagum Heſſi tres familias dedit, teſtante §. 296. Cum porro *Hoſedus* quidam pro filio ſuo *Hatholdo* in *Manderiweſteian* intra eundem pagum Heſſi (§. 272) vnam tradiderit familiam, *Hoſedum* iſtum *Hadoldi* fratrem fuiſſe, probabiliſſimum erit. *Hatholdus* pater fuiſſe videtur *Hadaldi* ſeu Haaldi, regi conſanguinitate coniuncti, ſeu cubicularii Ottonis Magni, cuius mentionem fecit Widekindus noſter *Annal.* MSpt. Lib. II et edit. Meibom. f. 646; nec non *Frederici*, *Brunonis* et *Wicpurahci*, quorum diploma regis Ottonis meminit ad annum 952. Huius *Hadaldi* ſeu *Haoldi* probabiliter filius fuit comes *Haboldus*, cuius comitatum in locis *Hauerga*, *Limga*, *Thiatmalli*, *Aga*, *Patherga*, *Treueresga*, *Langaneka*, *Erperfeld*, *Silbiki*, *Matfeld*, *Nitherga*, *Sinatfeld*, *Balleuan* prope *Spriada*, *Gambiki*, *Geſſion* et *Sewardeshuſen*, mortuo hoc comite, acquiſiuit Meinwercus epiſcopus Paderbornenſis anno 1011. Id quod ſine dubio tantum de ſolo comitatu, qui iuriſdictionem denotabat, intelligendum eſt ita, vt quilibet ſua propria in iſtis locis retinere ſibi poſſet. In locis enim *Gambichi* et *Balleuan* abbatia noſtra poſſidebat bona ſua. Interhæc denuo prodit quidam *Haboldus* in pago Iterga, in quo erat prædium Patberch. Hic *Frederici nepos* videtur fuiſſe. *Frederici* filium putamus fuiſſe *Raginherium*, qui §. 433. pro domna ſua *Gberberge* in Balleuan XXX iugera donauit. *Brunonis* vero filium arbitramur fuiſſe *Dodiconem comitem*, qui in *Reun*, quidquid habebat, donauit, teſtante §. 431. De hac villa egimus in *Clientela Corbeienſi*. Hic autem *Dodico comes* nullus erit alius, niſi ille *Dodico*, qui in *Vita Meinwerci Tom. I. Leibn.* f. 531. nominatur *comes in monte Wartberch*, qui mons eſt ad Dimolam in epiſcopatu Paderbornenſi. In quanam vero prouincia hic *Dodico comes* comitatum ſuum et prædia ſua habuerit, docent diplomata Cæſarea. Primo enim Heinricus imperator anno MXX Indict. III anno regni XVIII atque imperii VII, XI Kal. Iunii, Confungæ donauit Meinwerco epiſcopo Paderbornenſi *foreſtim* in comitatu *Dodiconis comitis*, „quæ initium ſumit“ inde a Rothalmingahuſun rectoque tramite protenditur in Wiſeram fluuium,“ ſicque aſcenſum ducit in fluuium Fulda, inde vero continuatim ſeruat ſui aſcen-“ ſus tenorem iuxta eundem fluuium vſque in riuum Crumelbiki et ad oppidum“ Holthuſun, et graditur ſimul inter Othilanbam et Reginhereshuſun atque ad“ Rothiereshuſun, mox pergit Kikillahuſun atque ad Biuerbiki, ſicque protendi-“ tur“

f) Meinulfus filius Brunonis, Angariorum ducis, cuius liberi a) Arnulf b) Beiur. c) Wichmannus. Arnulfi filius Eilbertus. Eilberti liberi 1) Hadoldus I. 2) Brunwardus. 3) Hoſedus, cuius filius Hadoldus II, pater a) Haduldi III. b) Frederici. c) Brunonis et d) Wicparahc Haduldi III filius Hadoldus IV. Frederici filius Raginherius. Brunonis filii 1) Dodico comes

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

„tur in viam, quæ tendit ad Wulfredeskisikun, itemque in alteram viam, quæ „extenditur ad Gunesburin et ad Monneshusun, sicque girando circuit quandam „viam, quæ peruenit vsque ad prædictum oppidum Rothalmingahusun.„ Verba hæc sunt Auctoris vitæ Meinwerci. Quodsi igitur ex hac descriptione foresti patet, imperatorem Heinricum dedisse Meinwerco partem quandam siluæ dictæ hodie Reinhardswald, quæ probabiliter *Heinrico* ex hereditate ducum *Ecberti* et *Luidolfi*, a quibus imperator quoque descendebat, reliqua erat, cui parti idem *Heinricus* alteram partem eiusdem siluæ eodem anno XVIII. Kal. Ianuarii in *Mulinhuson* addit; hæc vero silua in Landgrauiatu Hassiæ reperitur, et quidem eadem in regione, in qua olim pagus Hessi erat, non absonum erit statuere, *Dodiconem comitem* anno 1020. comitatum suum habuisse in pago Hessi Saxonico. Spectasse autem in eodem pago multa prædia ad nostrum *Dodiconem*, ex donis confirmatur, quæ ipse *Dodico* ecclesiæ Paderbornensi largitus est. Duxerat ille pellicem litteris apprime imbutam, ex qua filium procreauerat. Hunc heredem constituere cupiebat, qui vero, ex consensi equi dorso repente deiectus, miserabiliter exspirauit. Dedit ergo ecclesiæ Paderbornensi Dodico cum consensu matris suæ *Hildigundæ* fratrisque sui *Sigobodonis* suæ proprietatis prædia in locis *Wartbergen*, *Reinlesessun*, *Erungen*, *Radi*, *Radi*, *in superiori Wurmlahun*, *Rothen*, *Garametti*, *Rotwardeshusun*, *Illandehusun* et *Silihem*, pro quibus prædiis episcopus Meinwercus eidem *Dodiconi* in *precariam* præstitit, quidquid in *Desburg*, *Astnedere*, *Westnedere*, *Dalpanhusun*, *Dueritun*, *Usiahun*, *Raibike*, *Silihen* et *Wepplithi* ad Patherbrunnensis ecclesiæ proprietatem pertinebat, testante auctore *Vitæ Meinwerci Tom. I. Leibn.* f. 524 et f. 530 seq. ac diplomate, quod exhibuit Princeps eruditissimus, episcopus, Ferdinandus in *Monumentis Paderborn.* p. 144 seq. et *Nic. Schatenius in Annal. Paderborn. Tom. I.* f. 441. Hanc autem donationem *Dodiconis* imperator Heinricus II confirmauit anno 1021, vti eius indicat diploma l. c. p. 145 seq. et l. c. f. 441 seq. Ex quo diplomate patet, eadem hæc *Dodiconis* bona sita fuisse in Hessiga, Nerga et Nihterga seu Iterga. Apparet autem ex his, *Wartbergam* esse Warborg ad Dimolam; *Reinlesessun* non esse Reinlessen intra præfecturam Forst in Principatu Wolferbuttelano, vt significasse videntur *Origines Pyrmontanæ* p. 164, sed Reelse in episcopatu Paderbornensi inter Merlshusun, Pömsen, Erbsen, Alhusen, Driborg, Erpentrup et Langeland; *Erungen* est Eringen intra Hassiam in terminis comitatus Waldeccensis ad riuum dictum *die Erpe*. *Radi* et *Rodi* est Rhoden et Altrhoden in comitatu Waldeccensi in præfectura Rhoden; *Wurmlahun* est Wormel in episcopatu Paderbornensi haud procul Warburgo; *Rothen* est Rothe seu Rauen haud procul ab oppido Borcholte inter fluuios Beuer et Neite (non Neite, neque in Neltiga, sed Nerga) visitur. *Garametti* est Germete ad Dimolam inter monasterium Hardehusen, Scherue, Welde, Volckmersen et Wrexen. *Rotwardeshusun* est Rordehusen in dynastia Desenberg. *Illandehusun* est vel Ilrenhusen, in quo Wilbodessense monasterium iura quædam habet, vel Eilenhausen in comitatu Waldeccensi ad fluuium Urbe, qui influit Dimolam, in præfectura Eilenhausen. *Silihem* est Seilen in præfectura Drengelborg intra Hassiæ terras. Quamuis autem hanc donationem *Dodiconis* eius frater *Sigobodo* confirmasset, ipseque *Sigobodo* cum sua coniuge *Weldilmoda* ex consensu heredis suæ *Hildigundæ* curtem Liudolfingaroth, a quodam Liudulfo ita appellatam, tradidisset, testante *Vita Meinwerci* l. c. f. 531; quidam tamen *propinquus eorum*, *Bernhardus* nomine, eandem traditionem infirmare, iudicio seculari sese offerens, tentauit. Multis ideo conciliis habitis, ad vltimum in conspectu Heinrici imperatoris, Aribonis Moguntini archiepiscopi, et episcoporum Wizelini Argentoratensis et Adalbaldi Trajectensis Episcopi, Udonis et Herimanni comitum, aliorumque procerum, omni contentione seposita, omnigena reconciliatione pacatus, a lite cessauit, et octoginta tres libras metalli ab episcopo Meinwerco accepit l. c. f. 551. Aliam vero traditionem, quam olim *Sigobodo* et eius vxor *Embilan* dederant effectui, donatis ecclesiæ Paderbornensi prædiis suis *Vilisi*, *Vesperdun* et *Hoddingahusun*, infirmare irritamque reddere volebant *Hildigunda Abbatissa de Gesike* et *Bernhardus nepos eius* atque aduocatus. Sed anno 1024 idibus Septembris in loco, Hirtueldun nominato, meritis sanctissimæ Idæ insigni, in conspectu Bernhardi ducis Saxoniæ, Herimanni comitis et filiorum eius, Heinrici, Conradi, Athelberti et Bernhardi, comitum quoque Ekkike de Aslan, Erph, Amulungi, Thiederici, Fresoniæ, Widikindi, Ekkike, Tiamma

2) Sigobodo.

fra-

fratrisque eius Esici, et aliorum multorum omnis lis fuit composita l. c. f. 557. Quia vero hæc *Hildigunda* abbatissa *de Gesike* nulla alia videtur fuisse, quum *Hildigunda*, ab auia sic appellata, heres comitis *Sigobodonis*, nemo non videt, nos optimo iure statuisse *Dodiconem* et *Sigobodonem* comites filios fuisse *Brunonis*, qui condidit Parthenona egitque fundatorem monasterii Gesekensis. In diplomate enim iam supra excitato, ad annum 952, rex Otto præcipit, vt *quamdiu in monasterio Gesekensi de* HAHOLTI *progente aliqua honoris abbatialis digna inueniatur, nequaquam alia eligatur; si autem nulla femina per longa annorum curricula de eadem genealogia in eodem monasterio adsit, quæ ad præfatum honoris gradum promoueri possit, tunc potestatem habeant sanctimoniales de alia stirpe inter se nutritam eligendi abbatissam.* *Bernhardus* autem *Haoldi comitis*, qui iam anno 1011 mortuus erat, filius videtur fuisse, de quo et eius consanguineis et liberis plura addere in præsens non libet. Exspecta illos fusius enarratos in nostra *Clientela Corbeiensi*. Hæc ergo hoc loco in præsentiarum sufficiant. Interim via est aliquatenus aperta ad indagandam veram originem comitum et nobilium dominorum, de *Lippia*, de *Warborg* et de *Canstein* dictorum.

gubernante Corbeiam Warino.

Antiquis temporibus in more procerum positum erat, vt nomina virorum et feminarum illustrium quocunque modo in genealogiis conseruarentur. Coniici id poterit ex colloquio, quod olim celeberrima *Mathildis*, *Heinrici aucupis* vidua, cum regina *Adilheida* in Frosa aliquando habuit, ab auctore *Vitæ Mathildis Tom. I. Leibn.* p. 203 seq. litteris mandatum. Hæc ibi leguntur: *Sedente nempe aliquando* MATHILDA *cum* ADILHEIDA *regina ad epulas regalis mensæ coram astabant pueri* OTTO, OTTONIS M. *filius*, et HENRICVS, *filius* HENRICI *ducis Bauariorum, iocantes ludo infantili.* HENRICVS *mensæ accessit propior, et familiariter se reclinauit in gremium auiæ, quem* MATHILDIS *amplectens brachiis, o domine Deus omnipotens, inquit, gratias tuæ pietati referimus et laudes, qui hunc paruum nepotem nobis reseruasti incolumem, cuius patrem atra dies mortis abstulit. Sed gratias tibi, qui hoc nomen de nostra generatione delere noluisti, hunc nobis quæso saluum reserua, quamdiu velis mortali nos tenere in vita, vt nostrum amabilem filium* HENRICVM *per nomen saltem imitetur et vocem. Tunc et regina* ADELHEID *ait: quam exoptabilis est huius pueri aspectus, et quam decorus ad intuendum vultus. Vbi ergo inuenietur virgo, quæ ei conueniat forma et ingenio. Nos natam habemus paruulam nomine* HEMMAM; *hanc illi reseruamus, si Deo placet et vobis, vt nobis copuletur hic gener exoptabilis. Absit,* respondet MATHILDIS, *vt de nostra parte vobis eueniat tantum triste: expedit enim filiæ vestræ feliciori se viro adiungere. Hoc nomen tunc solummodo decus habuit, quamdiu dominus noster* HENRICVS *vixit. Postquam autem in posteros venit, nunquam infortunio caruit. Quid dicimus de angustiis et tribulationibus, quas sustinuit pater ipsius? Sed enim adhuc in diuina dispositione est, quid huic debeat accidere. Speramus autem non excidere hoc nomen de genere nostro, priusquam aliquis paruulus nepos oriatur de eiusdem pueri semine, qui sublimetur regali dignitate.*

3) Bruno filius Brunonis Angariorum ducis.

Solebant ergo, vti ex his patet, patres illustres filiis suis, præsertim si plures habebant, nomina indere, a suis progenitoribus petita. Probabilissime ergo *dux Angariorum Bruno* filio cuidam suo nomen Brunonis imposuit. Nam quendam *Brunonem* inter coheredes ducis Hessi §. 111. reperimus, quem cum nulla familia melius connectere valemus, nisi cum illustrissima domo Brunoniana. Nec tamen arbitramur, hunc (§. 111). *Brunonem* fuisse filium ducis *Brunonis*. Locus, quem ipse inter heredes occupauit, illud vsquequaque parum permittit. Si enim quidam *Bruno*, ducis Brunonis filius, anno 834 adhuc in viuis fuisset, ille vt senior sine vllo dubio priorem locum occupasset. *Bruno* ergo, quem §. 20 et 26 inter testes offendimus, quadrat potius ad *filium ducis Brunonis*, quam iste. Hinc illum patrem fuisse credamus necesse est, hunc vero filium. Priori loco Bernhardus, comes in pago Norththuringi, quædam largitur. Inter testes erat Enno comes, Amalungi filius. Hunc sequuntur ordine quidam adalingi, in obscuro latentes. Hosce excipiunt *Bruno*, *Rotgerus* et *Euerhardus*, quem, quantum coniectura auguramur, inter filios ducis Brunonis collocandum esse, putamus. Posteriori autem loco, cum Meinricus quædam donaret, testes erant Boto, Ecbertus, probabiliter dux, aliique et *Bruni*, verisimiliter præsentes, cum Warinus constitueretur Corbeiæ abbas. *Bruno* et *Bruni*, qui testis erat, cum §. 68 in pago Nethga, §. 73. in pago Laingo, et §. 77. in pago Hessi quæ-

Brunonis liberi 1) Bruno.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

quædam darentur, eius esse filius potuit. Testante §. 158, tradidit quædam Beuo comes, frater ducis Luidolfi. *Bruno*, probabiliter eius consanguineus, tunc fuit testis. Et cum *Ailhardus*, quem fratrem *Brunonis* fuisse arbitramur, quædam donaret sita in pago Auga §. 161, præsens erat *Bruni*, qui etiam, cum §. 165. Beio in Redun, et *Hildibertus*, eius patruelis §. 166. in pago Tilithi quædam darent, inter testes erat. Reperitur ibidem nomen *Brunonis* §. 212, et §. 222. At ne quid dubii remaneat, *Brunonem* quendam in familia Brunoniana tempore Ludouici pii exstitisse, significare hoc libet momentum. *Bruno* quidam §. 231. inter consanguineos Beuonis, fratris, Luidolfi ducis, numeratur. *Bruno* vero, laudatus §. 260, an noster Bruno, an Bruno dux Saxoniæ et filius Luidolfi existimandus sit, id aliis perquirendum relinquimus. Nos potius quærimus, an *Bruno* noster fratres habuerit? et primo quidem deprehendimus quendam *Bernherium*, qui §. 111. coheredibus ducis Hessi adnumeratur. Qui eo quod habuit filium, nomine *Richardum*, qui sita in pago Nethga, olim ad familiam Brunonianam pertinente, vt perspicitur ex §. 156, quædam tradidit, ad nullam aliam gentem, nisi ad eandem, referendus videtur. Adde, quod *comes Bernherius*, §. 231. teste, inter propinquos Beuonis, filii ducis Ecberti, numeratur, pro cuius anima, teste §. 247, quædam pagi Patherga traduntur. Vnde et nomen et dona nobis persuadent, hunc *comitem Bernherium* filium quoque fuisse illius *Bernherii*.

2) Bernheri comes.

3) Helmricus.

Alter deinde *Brunonis* frater videtur fuisse *Helmricus*. Huius fratres appellantur, teste §. 214, *Brunherius* (qui probabiliter nullus alius est, quam sæpe dictus Bruno vel Bruni) et *Athelherius* seu *Adelhardus*. Donauit iste *Helmricus* quædam in pago Aringho sita ad radices montis Hils, in quo castrum Hoinbeuken olim conspiciebatur, haud procul ab vrbe Alfeldia. An ergo hi fratres fatores Dominorum, de Altafago seu Hohenbeuken adpellatorum, fuerint, pro certo quidem nondum affirmare licet. Hoc autem certum esse nouimus, iam quendam *Helmricum* §. 232 inter testes reperiri, cum in villa Eldassen quædam largirentur, quam quendam *Helmricum*, qui istius *Helmrici* filius fuisse videtur, 110. iugera intra pagum Auga in villa desolata Cotun sita, certissime ad potentissimum possessorem castri Brunonisburgi olim spectante, §. 332 tradidisse.

4) Adalhardus cuius filii

Tertius *Brunonis* frater, vti iam didicimus ex §. 214, erat *Adelhardus*. Inter coheredes ducis Hessi eum fuisse, iam vidimus supra §. 104. not. (g) Eum sæpissime inter testes ibi deprehendimus, cum eius consanguinei bona sua traderent abbatiæ Corbeiensi. Ipse *Adelhardus* præterea donauit quædam in pago Wikanauelde sita. Porro inter propinquos Brunonis, qui fuit filius Ecberti ducis, numeratur quidam *Adalhardus* §. 231. Et cum Ida ducissa quædam largiretur §. 155, inter testes erat *Adalhardus*. Nomen *Adalhard* interdum olim contrahebatur in *Alhard* seu *Ailhard*. Id ipsum conspici potest ex nomine Adelheidi, quod contrahitur in *Alheid*. Nemo igitur improbabile censebit, *Ailhardum*, qui, testante §. 161, in pago Auga quædam donauit, esse nostrum *Adalhardum*. Hic fuit testis, cum in pago Netga, teste §. 163, quædam traderentur. Filium ei fuisse *Adalhardum*, probabile est. Hunc designasse videntur traditiones §. 230. 231. 241. 258. et 283, vbi in Haddeshus intra pagum Guddinge sita quædam bona Adalhardus dicitur donauisse. Fratrem ipsi fuisse *Bernharium*, qui in eodem pago Guddinge in villa *Medeli* (§. 263.) quædam tradidit, verisimile est. Nam *Ailhardus* filium quendam habuit nomine *Bernharium*, pro quo ipse in eiusdem pagi villa Lide duos mansos dedit §. 356. Hic *Bernharius* pater fuit et *Werinberti* et *Bernharii*. *Werinbertus* enim pro patre suo *Bernhario* in villa Densum, intra eundem pagum Guddinge sita, nunc *Deinsen* adpellari solita, §. 444. donauit familiam. *Werinberti* vero frater probabilissime fuit *Bernharius*. Hic pro filio suo *Bernhario* in villa desolata Balleri in saltu Sollingano 83 iugera et vnum *iurnalem* largitus est §. 476. Plura addere iam non vacat. Confer infra §. 161.

a) Adalhardus.

b) Bernharius.

c) Euerhard septimus filius Brunonis Angariorum ducis.

Aggredimur ergo tandem contemplari vltimum *Brunonis*, Angariorum ducis, filium *Euerhardum*, procreatorem comitum Euersteinensium. Castrum *Euerstein*, a quo comitibus in nostra Saxonia celeberrimis nomen hæsit inditum, olim situm erat in altissimo monte, iam dicto vulgariter *der Borgberg*, haud procul a præfecturæ Forst domicilio atque pago Negenborn ad dimidium milliare a Wisera in ducatu Brunsuicensi. Id, dudum destructum, vix pauca murorum rudera ostentat. Ipse, harum rerum cupidus, ante viginti, et quod excurrit, annos sæpius inspexi rude-

ra

ra caſtelli. A *Brunonisburgo* caſtrum *Euerſtein* abeſt ad milliaria duo Germanica. Inter ambo caſtella amœnus frugesque cum fœnere reddens vallis reperitur, per quem ſinuoſis anfractibus flexibusque errat Viſurgis, in quem bene multi ſeſe e variis vtrimque vallibus exonerant amnes et ſuſurrantes concurrunt riui. Nomen accepiſſe caſtrum *Euerſtein* ſeu *Euerſtein*, ſic enim in diplomatibus noſtris ſcribitur, a quodam Euerhardo, illius autore et exſtructore, quaſi contractum ex Euerhardſtein, probabiliſſimum dictu eſt. Solebant enim Saxones noſtri loca a fundatoribus appellare. Morem eumdem olim familiarem loquuntur adhuc nomina Ottenſtein, Brunſtein, Falkenſtein, Ludwigsſtein. Nobis ergo improbabilis videtur illorum ſententia, qui illud interpretantur per ſaxum, ab apris frequentatum. Sed quis, quæris, fuit huius caſtri conſtructor? Iohannes de Polda in *Chron. eccleſiæ Hamelenſis Tom. II. S. R. B. Leibnitii* f. 509. aſſerit, S. Bonifacium acceſſiſſe ad quendam comitem et comitiſſam, dictos de Oſten, ex regali genere Widekindi natos, ſenio confectos, quibus ſacro baptismi tinctis nomina indiderit Bernhardi et Chriſtianae, cum antea hæc Odegundina, ille vero *Eberhardus* fuiſſent nominati. Hi putantur fuiſſe fundatores eccleſiae collegiatae Hamelenſis, in qua peregrinantibus eorum monſtratur monumentum. Sed, opus id recentioris ſtructurae eſſe, intellexi, cum idem perluſtraui monumentum. Fabuloſa igitur ſunt ea, quæ de huius *Eberhardi* conuerſione per Bonifacium prædicauit ille Iohannes de Polda. Comprobari id ſane argumentis non poteſt, quicquid de S. Bonifacio in Saxoniam noſtram vnquam euagato traditur. Propius attingemus ſcopum, ſi *Euerhardum* quendam, e progenitoribus comitum de Euerſtein natum, fundatorem illius eccleſiæ ſtatuimus. Profecto certum eſt, in vicinia noſtræ Corbeiæ Hludouici pii tempore habitaſſe quendam dominum, cui nomen erat Euerhardus, a quo comites Euerſteinenſes probabiliſſime originem traxerunt, inter quos nomen Euerhardi crebro repetitur ac recurrit. Supra §. 20. not. (1) *Ewurhardum* deprehendimus inter teſtes donationis. Nam eius conſanguineus Bernhardus comes bona abbatiæ noſtræ quædam largiebatur. Eius filii erant *Ewberhardus*, *Thiadricus* et *Eggricus*, fratres §. 22. Hos in vicinia monaſterii Corbeienſis domicilium habuiſſe, l. c. not. L) demonſtrauimus. Vix igitur illi ad alios, quam ad progenitores comitum Euerſteinenſium, referri poſſunt. *Ewurhardus* inter teſtes obuius fuit, cum (§. 63.) eius conſanguineus Enno comes per pagum vicinum Laingo bona abbatiæ noſtræ quædam tradidit. Deinceps eum amplius non inuenimus. Ex quo momento collegimus, illum Eberhardum iam ante annum 834 fuiſſe mortuum. Idem de eius fratre *Eggrico* obſeruandum eſt. *Hildibertus* tertius frater inter teſtes erat, cum in Withem villa pagi Auga Heluco quidam, probabiliter etiam ad hoc ſtemma referendus, licet ratio copulae ignoretur, teſte §. 19, quædam donaret. Tunc idem *Hildibertus* pro fratre ſuo *Thiadrico* manſum vnum in eadem villa Withem ſitum, et in villis Freſienhus et Wulfridesbrec, villis pagi contigui Nethga, manſum, et quidquid habebat, Corbeienſibus donauit (§. 71.) Altera villarum eſt vicus *Fronhuſen* inter Heinholte et Sweckhuſen, altera, vero villa deſolata, haud procul a vico Himmighuſen itidem in epiſcopatus Paderbornenſis tractu fuit conſpicua. Porro patet ex argumentis ſupra adductis, nullos alios atque poſteros *Brunonis Angariorum ducis* in eadem regione principatum tenuiſſe. Inter poſteros ergo Brunonis et *Thiadricum* et *Hildibertum* et *Eggricum* et *Ewerhardum* referimus. Nec quidquam impedit, quo minus, *Euerhardum*, eorum patrem, filium *Brunonis* ducis fuiſſe, ſuſpicemur. Sic enim omnia optime inuicem congruunt. Et ſane manifeſtæ abſurditatis ille argui poſſet, qui alios fuiſſe in villam Withem dominatos, atque poſteros poſſeſſoris caſtri Brunonisburgi, ſiquidem olim eadem villa vix tria millia paſſuum ab illo caſtro diſiuncta erat, opinari mallet. Cum in villa Winethahus in pago Nethga haud procul a villa Fronhuſen quædam traderet Corbeienſibus Godermannus, cuius connexionem cum familia Ecbertina oſtendere non poſſumus, inter teſtes erat (§. 68.) *Tiadric*. Hic probabiliſſime fuit *Thiadricus* noſter. Hic cum fratre *Hildiberto* (§. 104.) inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi fuit. Nulla igitur reſtat dubitatio, quin illi nobiliſſimi domini atque nepotes fuerint et Heſſi et Brunonis ducum. An *Hildibertus* idem ſit, qui infra §. 112. appellatur *Hildiwert*, id in medio relinquimus. Negari autem non poteſt, *Hildibertum* noſtrum eſſe illum, qui §. 166. pro animabus *Gherherni* et *Theodherni*, qui eius nepotes ex fratre ſine *Euerhardo* ſiue *Eggrico* fuiſſe videntur, in pagi Tilithi villa *Heloon*, quidquid habuit, donauit.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Euerhar-di filii

1) Euer-hardus.

2) Eggri-cus.

3) Hildi-bertus.

4) Thia-dricus.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

uit. Eadem villa hodie dicitur Helen, iacuitque in meditullio comitatus Euersteinensis ad fluuii Wiseræ ripam inter monasterium Kemnade et præfecturam Gronde. In ea villa Helen celebratissimi comites de Schulenburg castrum habent. Erant huius traditionis testes Ecbert, Bruno, Sini et *Folcwart*, quos eius consanguineos fuisse, supra vidimus. *Folcwartum* eius fratrem fuisse, vero sit simile. Quemadmodum enim *Folcwartus*, quod nomen a Folcberto et Folcwert diuersum non videtur, teste §. 111, inter coheredes ducis Hessi numeratur, ita *Folcwert* testis fuit, cum eius consanguineus Adalbodu (§. 124) mansum traderet in pagi Auga villa Boffeshus, quæ a villa Withem ne mille passuum quidem abest, et propior Brunonisburgo quam villa Withem sita est. *Thiadricus* vero inter testes obuius fuit, cum traderentur quædam bona (§. 156) in pago Nethga, §. 157 in pago Huuetigo, §. 165 in pagis Nethga et Almunga, et (§. 173) in pago Suilbergi. Qui pagi cum fuerint contigui pagis Auga et Tilithi, in quibus comitatus Euersteinensis situs erat, probabiliter semper vnus idemque dominus intelligitur, qui, qua consanguineus et vicinus, inter testes adfuit. *Thiadricus* autem, qui §. 240 præsto fuit inter testes, cum Eilbertus in Suilbergiorum marca quædam tradidit, noster *Thiadricus* fuisse non videtur. Fortasse eius filius et frater fuit *Folchertus*, cuius filii dicuntur *Meinwercus* et *Thiadricus*. *Folcberthum*, probabiliter a patruo ita appellatum, filium fuisse *Thiadrici*, apparet ex §. 320. Ibi enim *Folcberth* pro patre suo *Thiadrico* XXX iugera donauit sita ad villam *Perdereſthorpe*. Hæc villa sita erat in pago Tilithi, et sine omni dubio designatur vicus Pegestorff ad Wiseram intra præfecturam Polle, atque ita in meditullio comitatus Euersteinensis. Eadem in villa comites Euersteinenses post hæc abbatiam nostram muneribus egregiis ornarunt. Quis igitur dubitabit, *Folbertum* eiusque patrem *Thiadricum* inter progenitores comitum Euersteinensium esse referendos? Idem *Folchertus* (§. 291) pro anima *Gherberghe* quædam donat. Per *Gherbergham* autem significari eius vxorem, ex §. 329 apparet, vbi *Folchertus* pro se et pro vxore sua *Gherberch* et pro filiis *Maynwerco* atque *Thiadrico* CL iugera et XIII mansos donat in *Heuerscutte* in pago Hessi (Euerschutte ad Dimolam in Landgrauiatu Hassiæ), in *Dodonhus* in pago Tilithi tres mansos (Doensen in Principatu Wolferbuttelano intra ecclesiasticam inspectionem Halle, olim in comitatu Euersteinensi) et centum iugera atque vnam siluam in Beuerbeke, villa pagi Hessi. Quibus donis idem *Folchertus* in eadem villa Beuerbiki (§. 372) adhuc XXX iugera addidit. Villæ Heuerscutte et Beuerbeke indicant, *Folchertum* e stirpe Brunoniana descendisse. Supra enim obseruauimus, posteros Brunonis ducis in eodem pago Hessi amplissima possedisse prædia. De eius filio *Meinwerco* nihil amplius reperimus in his traditionibus. An *Thiadricus* sit ille, cuius meminere traditiones §. 360, illud in medio relinquimus. Fuisse autem ei filium cognominem *Thiadricum*, docemur §. 393. In eo enim *Thiadricus* pro se et filio suo *Thiadrico* pagi Suilbergi villam Balgeri cum bonis omnibus, ad eam adtinentibus, tradit. Et cum *Rotwardus* quidam pro coniuge sua *Wendilmod* (§. 404.) in Hallu villa pagi Tilithi quædam largitus sit, fortassis hic Thiadrici fuit frater, cuius filii, quantum coniectura auguramur, fuere *Folchardus* et *Helmwardus*. *Folchardus* enim (§. 475) omnia, quæ habuit, donauit in *Hemmetesbus* villa pagi Nethga, (quæ est vicus Hemsen inter oppidum Braekel in Episcopatu Paderbornensi, et vicum Brokhusen ad Netham fluuium in diœcesi Corbeiensi) et in villa *Icanrode* pagi Auga, quæ desolata est, nec procul a vico Hemsen abfuit in silua sancti spiritus, vulgo dicta *das Heilige Geiſt Holtz*. *Helmwardus* autem (§. 447) pro matre sua *Adde* in villa Snesla pagi Tilithi donauit XX iugera et vnum iurnalem. Hæc villa inter Osen et Gronde ad Wiseram exstitit.

Thiadrici filius Folcberthus II. cuius filii

1) Maynwercus.

2) Thiadricus, cuius filii a) Thiadricus.

b) Rorwardus.

Ex horum prosapia descendisse *Chuonradum*, *comitem* pagi Auga anno 1031, nemo, quod speramus, negabit. Ad comites enim Euersteinenses referendum esse illum *Chuonradum*, sit probabilissimum ex diplomate, hactenus inedito, ad annum 1113 dato, quod infra producemus. Ex eo apparet, *Conradum II*, verisimiliter ab auo ita appellatum, habuisse filios *Conradum III*, *Ottonem II*, atque *Adelbertum I*. *Conradus III.* itaque nomen accepit a proauo et patre; *Otto II* vero traxit adpellationem ab *Ottone I*, *comite* suoque auo, cuius diplomata nostra ad annum 1043, et 1062, mentionem faciunt. Hic anno 1113 pater appellatur *Conradi II*, quo tempore idem *Otto I* iam mortuus erat. *Conradi II* meminere diplomata nostra ad annos 1112, 1120, 1126, 1127, atque eum appellant

c) Conradus comes, cuius filius Otto I.

Ottonis I filius Conr. dus II. comes de Euersten.

comi-

comitem de Euerſten. Ex diplomate, ad annum 1113 dato, apparet, eius fuiſſe vxorem *Mathildam*, ex qua ipſe ſuſceperit *Conradum*, *Ottonem*, atque *Adelbertum*. Ex quanam proſapia illa *Mathildis* fuerit orta, indicare non licet. Illud vero, teſtante *Chronico coætaneo et MSpto* Archiui Corbeienſis, certum eſt, *Albertum I*, *comitem de Euerſten*, habuiſſe in matrimonio filiam Widekindi, comitis de Sualenberg, ex qua genuit *Iuditham* abbatiſſam Keminadenſem atque *Adelbertum II*, comitem Euerſteinenſem; *Albertus I* vero, eodem chronico teſte, iam ante annum 1147 mortuus erat. Eo enim tempore vxor eius denuo nupſerat Hlotwico de *Lare*, qui l. c. appellatur vitricus *Iudithæ* atque *Adelberti II* illius, qui pater fuit. *Conradi IV*, *Euerhardi*, *Ottonis III*, *Ludouici*, *Hermanni*, *Alberti III*, et *Friderici I*, quorum poſteros, iuſto ordine diſpoſitos, atque ex diplomatibus in ordinem redactos, exhibemus, inuenies in *Clientela* noſtra *Corbeienſi*. Nam b. Polycarpi Leyſeri *Hiſtoria comitum Euerſteinenſium* mendoſa eſt multisque ſcatet næuis. Quæ vero dicturi ſumus, perſpicere tantiſper poteris e tabula ſubiecta, genuinis diplomatibus innitente: gubernante Corbeiam Warino.

TAB. I.



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

TAB. II.

Albertus II.

- Ludouicus I. 1240. fr. C. O. H. A. et F. 1241. vxor Adela et senior 1266. 1271. patruus Conr. et Gerhardi Archiepisc. 1252. 1254. 1258. 1260. 1270. 1271. 1271. 1272.
  - Albertus V. fil. L. et frat. L. O. et B. 1266. fil. Lud. 1254. 1270. 1271. 1271.
  - Ludouicus II. fil. L. et frat. A. O. et B. 1266. senior 1276. et 1281.
    - Ludouicus V. filius Ludou. senioris 1281. dictus iunior 1281. 1285. 1283.
      - Ludouicus VI. filius quondam Ludeuici 1299. 1312. 1313. 1314. 1318. Consanguineus Henrici Ducis Brunsuic. 1302.
    - Albertus VII. filius Ludou. sen. 1281.
      - Albertus VIII, filius Alberti, 1313.
  - Otto IV. fil. Lud. senioris et fr. A. L. et B. 1266. fr. A. et L. 1271.
  - Bernhardus fil. Lud. sen. et fr. A. L. et O. 1266. frat. Alberti 1272.
- Albertus III. fil. Alberti 1257. fr. C. O. L. H. et F. 1240. præpos. S. Crucis Hildes. 1250.
- Fredericus frat. C. O. L. H. et A. et præpos. 1240. 1257.

TAB. III.

Albertus II.

- Hermannus I. fr. C. O. L. A. et fr. 1240. 1241. 1241. vxor eius Hedewig 1267.
  - Otto V. fil. Hermanni 1272. 1267. 1260. 1291. vxor eius Luitgard 1307. 1308. 1304. 1309.
    - Hermannus adhuc puer 1309. fil. Ottonis 1308 1319. fr. O. 1318. fr. O. J. O. et M. 1351. domicellus 1317.
      - Hermannus, frater Ottonis, 1398. 1393. 1394. 1420.
        - Elisabeth nupta Ottoni Duci Brunsuici et Luneburgi.
      - Otto frater Hermanni 1398, sororius Ottonis, nobilis domini de Homborg 1430.
    - N. filia vx. N. de Bracle.
      - Hermannus de Bracle 1317.
    - Otto VIII. adhuc puer 1309. fil. Otto 1308. fr. H. J. O. et M. 1351. præpos. Hamelens. 1336. 1337.
    - Elisabeth filia O. et soror H. et Ott. 1308. nupta Gerhardo com. de Hallermund, qui appellatur gener Ottonis 1309.
    - Iohannes 1351.
    - Otto 1351. domicellus 1357.
    - Meinhardus fr. Ott. Herman. Ioh et Ottonis 1351.
  - N.
    - Otto VI. de Buren patruelis Ottonis 1291. dei gratia domicellus de Euerstein appellatus de Buren 1306.

De Bennone. (o) De hoc *Bennone*, Widikindi M. nepote vid. huius §. 104. not. (†††)

De Suitbadu. (p) De *Suitbadu*, fratre Billingi, vide huius §. 104. not. (w)

De Hrotgeri. (q) De *Hrotgero*, filio Thiodgeri comitis, fratre Adalwardi ac nepote ducis Angariorum Brunonis, vide huius §. 104. not. (n)

De Redhardo. (r) De *Redhardo*, fratre Billingi, vide infra §. 104. not. (w)

De Abbone. (s) Duo *Abbones* tempore imperatorum Carolingidarum fuere illustres. Eorum alter

tér anno 833. comes erat in pago Wimodia, alter vero anno 835. in pago Riporum, egit Comitem. Hic nominatur filius Gerardi. Ille videtur fuiſſe *Abbo comes*, qui ex terris Francorum anno 811. miſſus erat a Carolo M, vt pax firmaretur imperatorem inter et Hemmingum Danorum regem, congredientibus ex vtraque parte vtriuſque gentis XII. primoribus ſuper fluuium Egidoram, annotante Eginhardo in *Annal. Rerum Franc.* anno 811. f. 164. Sed ſponſionem lectori facere non poſſumus, hunc comitem *Abbonem* fuiſſe illum, qui hic inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi deprehenditur, quia in his traditionibus multi Abbones, quondam in noſtra Saxonia obuii, laudantur. Faciemus fidem dicto. *Abbo* quidam inter teſtes adfuit, cum abbatiæ noſtræ quædam donarentur §. 4. in pago Northuringi, §. 36. in pago Haſugo, et §. 188. in pago Darlingi. Quemadmodum autem *Abbo* interdum etiam pronunciabatur Abbico, vti pro Benno dicitur Bennico, quod diminutiuum eſt; ita vox Abbico præterea contrahebatur in Abbi et Abbic. Quamobrem vnus idemque videtur fuiſſe dominus hic *Abbo* et *Abbic*, qui, teſtante §. 57, in pago Derlingi quædam monaſterio noſtro tradidit quique teſtis fuit, cum §. 57. quædam largirentur in pago Guddingo ſita. Ab hoc diuerſus non fuiſſe videtur *Abbi*, qui teſtis fuit, cum (§. 74.) quædam bona in pago Derlingi eccleſiæ Corbeienſi donarentur. Videtur ergo *Abbi*, qui in eodem pago Derlingi intra villam Sinieſtorpe, teſtante §. 260, munera agraria dabat, filius noſtri *Abbonis* fuiſſe. Ab his vero Abbonibus diuerſus fuiſſe putatur *Abbo*, qui teſtem egit, cum comes Withmannus in pagi Auga villa deſolata *Duncgon* eccleſiam Corbeienſem muneribus ornaret §. 18. Idem Abbo teſtis erat, cum nonnulli in pago Wikanauelde (§. 78.) quædam largirentur. Hic idem *Abbi* fuiſſe videtur, qui in pago Ittergo ad villam Heppium quædam tradidit (§. 135,) et cuius filii videntur fuiſſe *Haruth* et *Abbi*, qui, teſtante §. 250, in pagi Huuetigo villa Wegballithi, quæ vicus Wöbbel eſt, olim in Sualenbergenſi, iam vero in Lippiaco, comitatu ſitus, quædam donauit, quique ad ſtemma Widikindeum probabiliſſime referendus eſt. Idem *Abbi* in *Hellonhus* villa pagi Almunga præterea quædam Corbeienſibus tradidit. De reipſa conferatur §. 222, et §. 234. *Abbo* conſanguineus *Alfrici*, ad progenitores comitum Sualenbergenſium referendi, fuiſſe videtur, quippe pro cuius anima Alfricus in *Hasburgun* quædam tradidit. Diuerſus autem ab hoc Abbone alius exiſtimatur *Abbo*, qui §. 234. obuius eſt inter teſtes. Ex probabili coniectura *Abbo* hic fuit ille, qui (§. 230.) in villa Hrodberteshuſen eiuſdem pagi Nithega quædam tradidit. Villæ hae omnes olim in epiſcopatus Paderbornenſis regione fuerunt ſitæ et quidem vna prope alteram. Hellonhus vero et Hrodberteshuſen iam deſolatæ ſunt. Prior quondam exſtitit in Campe Sintfeldico; poſterior vero inter Steinbergam et caſtrum deſolatum Driborg haud procul ab oppido Driborg in terris epiſcopatus Paderbornenſis. Videtur hæc progenies in Folchardo exaruiſſe, et reliqua bona Widikindea ad cognatos eius, id eſt, ad Bardonis I poſteros peruenisſe. De his vide notam (u) huius §. 104.

gubernante Corbeiam Warino.

(t) De *Thiadrico* fratre Billingi vide notam (w)

De Thiadrico.

(u) *Bardo comes* conditor fuit ſereniſſimæ familiæ principum, a *Waldeck* cognominatorum. Quæ cum vſque ad noſtram aetatem floreat, veram eius originem, hucusque tenebris inuolutam, euoluere, et documentis, fide dignis atque omni exceptione maioribus, demonſtrare conabimur. Quis fuerit *Bardo*, ex tabula genealogica ſtemmatis Widikindei ſupra §. 104. not. (†††) allata apparet, *nepos* ſcilicet *Widekindi Magni*, Saxoniæ ducis, filiusque *Wicberti* fraterque *Walberti* et *Thiadrici*. Carolum Magnum anno 772 ſuſcepiſſe ac geſſiſſe in trigeſimum tertium annum aduerſus Saxones, bellicoſos et libertatis amantes, varie interciſum bellum, eiuſque adminiſtrandi aduerſus Francos auctorem et ducem fuiſſe *Widekindum Magnum*, annales referunt Francornm. *Widekindus* autem, tandem religionem chriſtianam amplexurus, in Caroli gratiam influxit. Ipſe, referente *Crantzio Lib. II. Saxon.* c. 24, in prælio aduerſus Geroldum Sueuorum ducem depugnato occubuit, idque, vt ſupputant nonnulli, anno 807. De re iſta alii dubitant, atque ante hunc annum iam e vita deceſſiſſe *Widekindum*, credunt. Mauſoleum Witekindi exſtat in vico Engern. Effigiem eius, qualis nunc eſt, affabre deſignatam alii exhibuerunt. Refert reuerendiſſimus Ferdinandus, Epiſcopus Paderbornenſis, in *Monum. Paderb.* p. m. 134. Carolum IV. cæſarem, anno

De Bardone, atque origine comitum Sualenbergenſium, et Waldeccenſium, quorum fator Widekindus, dux Saxoniæ.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

anno 1377. XVIII. nouembris Bilefeldiam progreſſum audiuiſſe, in vicino vico Angaria ſupereſſe *Widekindi Magni* ſepulchrum: operis antiqui ipſum viſendi gratia eo diuertiſſe: illud eo tempore vetuſtate nonnihil deformatum fuiſſe: imperatorem itaque iuſſiſſe illud refici ac renouari, additis ad caput, Caroli Magni, ad pedes vero regni Bohemici inſignibus. In primis autem eruditiſſimus epiſcopus l. c. p. 133. monet, collegio Angarienſi per auctoritatem pontificiam anno 1414. 16. Ianuarii Herfordiam translato, cineres *Widekindi* ligneæ ciſtæ parum reuerenter incluſos, vnaque cum aliis quibuſdam cimeliis ex Angaria tranſportatos eſſe, fallique eapropter Crantzium aliosque, qui *Widekindi* reliquias ab Heinrico aucupe Paderbornam translatos ibique reconditas fuiſſe tradiderint.

Aſſeruantur vero reliquiæ *Widekindi Magni* Herfordiæ in Weſtfalia, et quidem in templo S. Iohannis Baptiſtæ, in quo collegium illud Angarienſe hodie ſtoret vigetque, conſtans ex vndecim canonicis, quorum vnus eſt catholicus, atque ex aliquot vicariis et beneficiariis, quibus vnus præeſt Decanus. Cum autem multis fore id pergratum ſperemus, ſi de reliquiis celebratiſſimi principis pauca adiecerimus, dabimus pace viri optimi lipſanographiam eiuſdem, D. *Caroli Ludouici Storchii*, apollineæ peritiſſimi, quam ille compoſuit anno 1743. ad diem 9. Octobris, quo ſcilicet die in illa ſacra S. Iohanni æde ſunt reliquiæ deprehenſæ, quarum numerus ab ipſo ita fuit initus atque ſermone germanico ad nos perſcriptus.

Reliquiæ Widekindi Magni.

Von dieſen Reliquien beſitzet ein hochwürdiges Capittel auf der Neuſtad Herford folgende Stücke.

1) Die Gebeine des groſſen *Widekindi* liegen in einer tannen Laden, welche mit Baum-Wolle angefüllet iſt, als nemlich die Hirnſchaale (cranium, in quo os frontis ad naſum vſque bifidum) wie auch die beyden Schenckel-Beine mit den Schien-Beinen, nebſt noch einigen anderen Stücken, und iſt er dieſen Knochen zufolge ein Mann von mittelmäſſiger Gröſſe geweſen. Es wird derſelbe zwar von einigen ſehr groſs beſchrieben, allein ſolches rühret vermuthlich daher, weil man gedachte Bein-Knochen für Arm-Knochen angeſehen hat.

2) *Das Geſchirr, woraus Widekindus ſoll getruncken haben*, beſtehet aus einen gehölten grünlichen Steine mit übergüldeten Meſſing oder Kupfer eingefaſſet, worauf dieſe Worte ſtehen:

Munere tam claro ditat nos Affrica raro.

Selbiges iſt ein wenig oval zu $5\frac{1}{2}$ bis 6 Zoll im Durchſchnitt, und hält etwa $\frac{1}{8}$ Theil einer Berliniſchen Kanne, und kan man die

Ad pag: 200.


B
A
Monumentum Widichindæum in Vico Engeren
SALVAT ET ORBIS OSSA VIRI FORTIS CVIVS SORS NESCIA MORTIS ISTE LOCVS MVNIT EVGE


TVR HVNC REGEMQ VENERATVR EGROS HIC MORBIS CELI REX
SALVAT ET ORBIS
HOC COLLEGIVM DIONISIANVM IN DEI OPT MAX HONOREM PRIVILEGIIS
REDITIBVSQ DONATVM FVNDAVIT ET CONFIRMAVIT OBIIT ANO
CHRISTI DCCCVII RELICTO FILIO ET REGNI HEREDE WIGBERTO
MONVMENTVM WITTIKINDI WARNECHINI FILII ANGRIVARIORVM
REGIS XII SAXONIÆ PROCERVM DVCIS FORTISSIMI
BONE SPIRITVS AVDIT OMNE MVNDA
OSSA VIRI FORTIS CVIVS SORS NESCIA MORTIS ISTE LOCVS MVNIT EVGE



die wahre Geſtalt und Gröſſe von innen aus nachfolgender Figur erkennen. gubernante Corbeiam Warino.



Der Stein ſoll keinen Gift vertragen können, und ſcheinet ein Geſchenck eines Königes in Africa geweſen zu ſeyn, indem ſich oben auf dem Futteral folgende Worte befinden: Viſdai de Asfrica rex.

3) Ein mit übergüldeten Silber-Bleche bezogenes Käſtgen 6 Zoll lang, 4 breit und $3\frac{1}{2}$ hoch, worauf ein groſſer erhabener Cryſtall nebſt vier kleinen ſitzet, unter welchen zu leſen: Reliquie S. *Dioniſii Mauritii Exuperii Laurentii Vincentii* et aliorum plurimorum.

4) Ein faſt dergleichen mit übergüldeten Silber-Bleche bezogenes Stück $6\frac{1}{2}$ Zoll hoch, unten $5\frac{1}{2}$ breit und 2 dicke, welches oben zuläuft,

läuft, daſs es einer Jagd-Taſche in etwas ähnlich ſiehet, worin ſich gleichfals Reliquien befinden ſollen.

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

5) Zwey überguldete höltzerne Arme mit überſilberten Händen, in welchen verſchiedene Reliquien ſtecken.

6) Ein Creutz von verguldeten Meſſing 9 Zoll lang $7\frac{1}{2}$ breit mit einem Fuſs 7 Zoll hoch, welches mit Golde und allerhand Steinen angelegt und gezieret, als nemlich auf der forderſten Seite ſtehet mitten am Kreutze unter einen Cryſtal geſchrieben: *De ligno* dñi und darunter am Ende befindet ſich ein in grünlichen Cryſtall geſtochenes Bruſt-Bild. Auſſer dieſen ſind noch von Silber-Bleche zwey groſſe Creutze 15 Zoll lang, und ein kleines Crucifix $9\frac{1}{2}$ Zoll lang, auf deſſen vier Enden Cryſtallen ſitzen, vorhanden.

7) Ein altes Buch in groſs quart, welches mit Silber-Bleche, ſo theils verguldet, überzogen, und auf deſſen einer Seite eine Perſon, ſo allen Anſehen nach S. Dionyſius ſeyn ſoll, ſtehet, worum ſich der vier Evangeliſten Zeichen befinden, und ſind in ſelbigen Buche die Evangelia cum annexis iuramentis canonicorum auf Pergament in lateiniſcher Sprache, es ſcheinen aber die Juramenta Canonicorum lange hernach darein geſchrieben zu ſeyn.

Es ſind auch noch über dem zwey ſauber auf Pergament geſchriebene Choral-Bücher in fol. vorhanden, in deren jeden Buche die Creutzigung Chriſti ſehr nette und koſtbar gezeichnet ſtehet, ſie ſind aber nicht ſehr alt, ſondern ſollen in hieſigen Frater-Hauſe im XV. Jahr hundert verfertiget worden ſeyn.

Haetenus ille. Ex hac lipſanographia apparet, errare multos, et inprimis *Iac. Andr. Cruſium* in *libro de Widekindo* fol. 74 ſeq. qui extra omne dubium ponit, *Widekindum* M. inſtar reliquorum Saxonum proceritate inſigni præditum fuiſſe, et perhibet, arguere ipſa oſſa *Widekindi*, quæ Herfordienſes aſſeruata aduenis commonſtrare ſoleant, non exiguæ ſtaturæ principem fuiſſe.

Widekindi M. liberi
1) Wigbert.
2) Immadus.
3) Alfricus.
4) Ohtrit.
5) Herimannus.
Wigberti filii Widekindi M. liberi
a) Walbertus.

Fuiſſe huic *Widekindo* filium, cui nomen fuerit *Wigberti*, omnes hiſtorici vno ore confitentur. Nos ergo illud demonſtratu ſuperuacaneum duximus, ne acta nos agere videamur; tribuimus vero *Widekindo* alios præterea filios, ſcilicet *Immadum comitem* §. 4. 29. et 42. itemque *Alfricum* atque *Ohtritum* §. 56. et 81. nec non *Herimannum* §. 18. et 93. *Wigberti* ſeu *Wicberti* vxor erat *Odrada*, quorum filius fuit *Walbertus comes*, id quod proxime ſequens declarat diploma. Cum vero *Wicberti* filii coheredes fuerint ducis Oſtfalorum Heſſi, inde fieri manifeſtum cenſemus, *Odradam* non fuiſſe origine Francam, vti *I. G. ab Eccard in Hiſtor. Geneal.* p. 20. putat, ſed eam exſtitiſſe filiam ducis Oſtfalorum Heſſi. En vero ipſum diploma:

In Dei nomine ego *Walbertus comes* nec non et coniux mea *Altburgis* pariter cogitantes de timore domini et miſericordia redemtoris noſtri Ieſu Chriſti, et quia ſubito temporalia tranſeunt et quod futura ſine fine permanebunt. Quapropter nutu omnipotentis Dei placuit nobis eccleſiam ædificare, atque in honorem domini noſtri Jeſu Chriſti et S. Alexandri martyris omniumque ſanctorum dedicare. Propterea donamus pro remedio animarum noſtrarum, ſeu genitoris genitriciſque videlicet *Wiberti* et *Odradæ*, nec non propinquorum noſtrorum, partem hereditatis noſtræ, quæ eſt in *pago Leri*, in villa quæ dicitur *Wildeshuſon* ſuper fluuio *Hunta* ad eccleſiam S. Alexandri, ubi ipſe corpore requieſcit. Donamus igitur donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt ſupradictam villam totam et integram cum omni territorio illuc aſpiciente cum caſa dominicata et cetera ædificia, cum domibus, mancipiis, terris cultis et incultis, ſiluis, prarıs, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus et immobilibus, prædiis, peculiis, pecoribus, omnia et omne quidquid in ipſo loco noſtræ videtur poſſeſ-

seſſionis vel donationis, a die præſente donamus tradimus atque tranſfundimus; ea vero ratione, ut *filius meus primogenitus Wibertus*, quem clericatus officio domino conſecramus, in hac luce poſt diſceſſum noſtrum in poteſtate habendi tenendique habeat; poſt obitum *Wiberti* vero *filius fratris ſui*, ſi conſecrationem officii clericatus domino fauente ſuſcipere probauerit; deinde, quicunque ei proximior fuerit ex parte laicorum, ſi tonſuram accipere voluerit, regimen ſupradictæ familiæ accipiat. Quod ſi defuerit filius ex latere fratris, filius vero ſororis, ſi fuerit munere præditus tonſuræ clericalis, regimen accipiat: illa tamen ratione ſumpta, ſi filii mei vel ſucceſſores eorum filios ſuos certatim adducentes et clericos, occaſione donationis, non utilitate regiminis, facientes, ut talis et talis ex illis eligatur, cui hæc poteſtas committenda ſit, qui in Dei ſeruitio bonis operibus et ſacrarum ſcripturarum excelſior ceteris inueniatur; ſic quoque fiat auxiliante Deo per genus omne nepotum, ſcilicet ut ſemper de parentibus noſtris eligatur rector et gubernator ad principatum ſupradictæ familiæ; ea namque lege, ut nulli eorum, qui ad hanc dignitatem proueniunt, licitum ſit prædictam familiam tradere poteſtati laicorum; ſed ſemper his rectoribus, quos prædixi, correcta protecta adiuta ſuffulta permaneat. Si vero noſtra parentela defecerit, aut per occultum Dei iudicium digna et probabilis huius eccleſiæ officio non paruerit, eligat ſibi familia S. Alexandri perfectum quemcunque voluerit abbatem nutritum de ipſa familia. His ita peractis notum ſit omnibus, quod dos, quam dedi ad eccleſiam S. Alexandri, fratrum ſit, qui ibi Deo deſeruiunt, hoc eſt in villa, quæ vocatur *Holtrup*, *Brunger*, *Richmund*, *Backward*, *Adelward*, Meienbeun, Berhard, Richbreth, Macuben: in *Kedel*, *Holthuſen*, Derlich, Ebbe: in *Varendorp*, Auerhund: in *Eſtudkampe*, Taddo, Waddo: in *Ruarotho*, Tiodo, Uſſo: in *Saga* Werneuer: in *Gohenſtette*, Wiggad: in *Dunſtorpe*, Wendebern, Auo: in *Lutten*, Sigiwal: in *Golawiede*, Meye: in *Ibum*, Garwerck: in *Berckſegen*, Udig, Udulanus. Terra vero, quam alii fideles ſanctæ eccleſiæ dederunt vel donaturi ſunt, ſub poteſtate congregationis ſit ſancti Alexandri: nec ullus illorum, qui futuri ſunt, ſeniorum poteſtatem habeat auferendi hereditatem, quam Chriſti fideles eccleſiæ ſancti Alexandri donare dignati ſunt. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſiue ego ipſe, quod abſit, aut ullus de propinquis meis, vel alia perſona, quæ contra hanc traditionem venire tentauerit, aut eam infringere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, et inſuper auri uncias XII. argenti libras XX. coactus perſoluat: et, qui repetit, non euindicet: ſed chartula iſta a me et ab omnibus heredibus firma et ſtabili permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Wigaldighuſon* ſub die XVI. Kal. nou. anno incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLXXII. indictione quinta. Signum *Walberti*, qui hanc traditionem firmauit et firmare rogauit.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Cuia fuerit filia *Altburgis*, quæ in hoc diplomate nominatur vxor *Walberti*, diſceptant eruditi. Hamelmannus illam appellat filiam comitis Liſmonenſis, tradens, eam cum *Walberto* iuxta *Wichertum* Wildeshuſæ ſepultam eſſe. *I. G. Eccard in Hiſt. Gen.* p. 24. prædicat, fuiſſe illam Reginboldi comitis filiam, qui floruerit circa annum 849 in diœceſi Bremenſi, atque Ansgarium, indutus auctoritate regii legati, in epiſcopatum Bremenſem introduxerit. Prouocat ipſe ad teſtem *Albertum Stadenſem in Chron.* p. m. 91. ad annum 845. Sin vero traditiones noſtræ de ea memoriam iniiciunt, quod admodum probabile eſt: ſi eius porro filius fuit *Geroldus*, pro quo illa donauit (§. 95.) quædam, in pago Huuetigo ſeu in comitatu Sualenbergenſi ſita, ex donis, quæ idem *Geroldus*, cuius ſepulchrum reperitur in templo Corbeienſi, tradidit abbatiæ noſtræ, colligimus, eundem *Geroldum* ex ſtemmate Widikindeo, *Altburgam* vero ſeu Alsburgam ex domo Brunoniana procreuiſſe. Quemadmodum enim villæ *Gudulma* et *Erpeshus* pagi Nethga, in quibus, quidquid hereditatis (a matre ſua) habuit, donauit *Geroldus* (§. 163.) ad nullum alium, niſi ad poſſeſſorem caſtri Brunonisburgi, ſpectare potuerunt, ita dona in pagis Huuetigo §. 95. et in pago Suilbergi §. 167.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

167. et 175. comprobant, *Geroldum* ad ſtemma Widekindeum eſſe referendum. *Widekindum Magnum* circa Corbeiam poſſediſſe prædia quædam, docent nos *Acta S. Ludgeri Tom. I. S. R. B.* Leibn. f. 97. ſeq. Illa enim referunt, Buddonem quendam *propter furtum caballorum Widekindi Saxonum ducis* morti adiudicatum, et in campo ſtipiti adligatum, iactatis in eum ſudibus acutis et lapidibus necatum, corpusque eius in campo exanime relictum eſſe: eoque facto, S. Ludgerum ex Haſſorum prouincia ad illum locum peruenisſe, et comperiſſe, quod Buddo iſte Chriſtianus fuerit: miſiſſe ergo ad *Widekindum*, et petiuiſſe ab eo licentiam humandi corpus: eaque impetrata, Buddonem iſtum per orationes S. Ludgeri reuixiſſe, et poſtea eo in loco incolas crucem lapideam in monumentum miraculi erexiſſe, et campum illum ex nomine eiuſdem viri *Buddonuelt* nominaſſe. Non inepte ergo ex hiſce colligitur, *Widekindum Magnum* in regione, circa locum *Buddenuelt* ſita, bona quædam poſſediſſe. Quænam vero illa fuerint, nemo hucuſque commonſtrare valuit. Quemadmodum autem nos in pago Suilbergi, id eſt, in comitatu Daſſelienſi haud procul a vico Sibershuſen in præfectura Hundesrück inuenimus locum quendam denominatum *Widekindsbucht*, quod idem eſt ac Widekindi anfractus, ita hæ traditiones indicant, quænam *Widekindi* prædia in iſtis oris poſita fuerint, quæ in ditionem poſtea filiorum et nepotum eius peruenere. Cum igitur *Geroldus* (§. 167.) in Suilbergi pago intra villam *Thiednodeshus*, quæ eſt villa deſolata Deteniſſen ante ſaltum Sollinganum ſub caſtro Lauenberge, vnum milliare ab vrbe Einbeka et vnum milliare ab oppido Daſſel diſtans, et porro, teſtante §. 175, Corbeienſi monaſterio is, quæcunque habuit, in eodem pago Suilbergi tradiderit, pro quibus Adalgerus abbas *Geroldo* huic *comiti* in pago Thuringia in villa Honesleue dedit, quidquid habuit; ſuſpicati ſumus inde, *Geroldum* iſtum ſtirpi Widikindeæ eſſe tribuendum, atque illum tempore regis Hludouuici comitatum ſuum in pago Thuringia probabiliter habuiſſe, ſatorem fortaſſis alicuius familiæ illuſtriſſimæ hucuſque ignotum. Illud inter hæc eſt certum, *Geroldum* in ſenectute ſe monaſterio Corbeienſi adſociaſſe ibidemque finiuiſſe vitam.

b) Bardo nepos Widekindi M.

Adiungimus autem *Walberto* fratrem *Bardonem*, et hoc valide colligimus partim ex hereditate ducis Heſſi, partim ex eo, quod *Bardo* cum reliquis fratribus et conſanguineis eam adiit, et præterea ex illis momentis, quæ de hoc *Bardone* in his traditionibus commemorantur. Ex illis enim citra controuerſiam ſequitur, *Bardonem I* fuiſſe fratrem *Walberti* et nepotem *Widekindi Magni*.

Vt autem hoc perſuadeatur omnibus, animum noſtrum adpellere debemus ad ea, quæ de hoc *Bardone* in his traditionibus narrantur. In hiſce, tradidiſſe (§. 116). *Bardonem* comitem in villa Tiuhili in pago Pathergo eccleſiæ noſtræ, quidquid habuit, litteris proditum animaduertimus. Tum vero oſtendendum eſt, familiam Widikindeam in eadem regione ampliſſima prædia poſſediſſe. Hic autem ea repetere nolumus, quæ iam ſupra ad §. 99. expoſuimus, vbi, matronam *Eillog* in eodem Pathergo pago villæ Wamuri dediſſe pro filia ſua *Tetta*, quidquid habuit, indicatum fuit. Argumentari inde licet, eandem *Eillog*, vxorem *Alfrici I*, qui erat filius *Widekindi Magni*, et *Tettam* fuiſſe abbatiſſam primam Heriſordenſem, eaque propter probabiliſſime illi dignitati abbatiali admotam, quia ipſa et filia opulentiſſimi domini, qui in proximo prædia ſua habebat, et conſanguinea abbatis Warini erat; ſed libet producere teſtimonium grauiſſimum Auctoris *Vitæ Mathildis Reginæ Tom. I. Leibn.* f. 194. Hic enim narrat, *Ottonem illuſtrem*, ducem Saxoniæ et patrem *Heinrici Aucupis*, miſiſſe comitem ſuum *Thiatmarum* ad explorandum formam herilem et laudabilem virginis *Mathildis* filiæ *Thietrici* Comitis in occidentalem regionem, id eſt, in Weſtfaliam. Ea, quod addit ille, tum temporis a ſua auia, abbatiſſa *Mathilda*, matre *Thiedrici* comitis, in Heriſordenſi monaſterio nutriebatur. *Thietmarus*, tacite inueſtigatis et caute conſideratis momentis omnibus, *Ottoni* renuntiauit cuncta, quæ viderat. Quibus compertis, *Ottonem* ducem die ſequenti iuſſit ire ſuum filium *Heinricum* ad Heriſordenſe cœnobium, vna cum *Thietmaro* comite magiſtro ſuo, vt cauta conſideratione perſpicerent, an forma moreſque puellæ ipſi conuenirent. Poſtquam itaque, pergit idem auctor, *Heinricus* poſtulaſſet, ſibi copiam dari alloquendi abbatiſſam, abbatiſſa ſecum duxit *Heinricum* vna cum comite *Thietmaro* in ſuum cubiculum, et familiare cum eis in longum protraxit colloquium. *Heinricus* eo facto ſumſit fiduciam, paulatimque cœpit ſermonem de origine, interrogans, quantum proiecta eſſet ætate, aut qualis ſtaturæ,

poſtremo

postremo etiam voluit sibi licentiam dari ipsam conspiciendi. In hoc aduocata ex præcepto abbatissæ, apparuit virginalis incessus et pudicitiæ habitus, frons serena, et speciosus ad intuendum vultus. Ipsius candor liliis extitit persimilis. Viuax eius color referebat rosarum folia. Hanc tanti decoris virginem vt vidit *Heinricus*, minime valens diutius celare amorem in medullis latentem, postulauit, precibus contendens, vt ipsa sibi desponderetur. Contra ea abbatissa oculos deiecit, et, nutanti animo, quo minus responderet, diu hæsitauit. Cum autem magis magisque instaret *Heinricus* precibus, tandem abbatissa respondit: non est nostrum, eam nuptui dare alicui sine consilio et consensu parentum: dignum est enim, vt illa a nobis integra fide restituatur eis, a quibus nostræ procurationi commendata est, siquidem nobis est id incertum, an alterius viri eam designauerint thalamo. Addidit ipsa hoc præterea: Quamquam nobis sit incognitum, quem velint eligere generum, adnuemus tamen vestro voto, et, si Dei sic fert voluntas, nostra ex parte non tardabimus nuptias: quia excellentia vestri generis crebro nobis fuit celebrata: nec id est minima fœderis pars, quod ipsimet ad nos iter direxistis. Abiecta mora, ornamentis honeste paratis, quæ congruebant desponsationi virginis *sequenti die*, *Heinricus* secum duxit venerabilem hanc virginem in regionem Saxoniæ. Ex hac narratione citra controuersiam consequitur, parentes et cognatos *Mathildis*, *qui a posteris Widekindi egregii ducis processerant*, vt excitatus auctor loco laudato affirmat, in vicinia Herisordensis monasterii habitasse. Quomodo enim postera statim die desponsationi *Mathildis* consentire potuissent, nisi in vicinia cœnobii Herisordensis habitassent? Quamuis autem quis perhibere posset, *Theodoricum* comitem, patrem reginæ *Mathildis*, domicilium habere potuisse in oppido Angaria, quod negare quidem non possumus; considerandum tamen est, infra ex §. 229. apparere, patrem reginæ *Mathildis* in eadem regione, qua hæc tradidit *Bardo comes*, habitasse. Ex quo momento sine vllo dubio consequitur, *Widekindi Magni* posteros in regione circa vrbem Herfordiam, tam versus occidentem quam versus meridiem, amplissima tenuisse prædia. Atque ex his ratio perspici poterit, vt hoc quoque obseruemus, quod nondum, opinor, vllus annotauit, cur *Carolus M.* ad Paderæ fontem tam sæpe diuerterit, sæpe in regione circa vrbem Paderbornam castra posuerit, et in loco Paderbrunna sedem episcopalem fieri iusserit. Id ideo fecit, vt vires et facultates *Widekindo Magno* eo melius adimeret, eique quam acerbissimum inureret dolorem. Quæ enim maior offensio accidere potuit domino, pagana superstitione adhuc contaminato, quam si ipse crebro resciscceret, in meditullio prouinciarum suarum excitari cultum alicuius Dei ignoti, patriasque sedes, aras, focos et penates subiectos esse libidini intolerandi tyranni. Pro aris et focis ergo sibi necessarium certamen fore cum Francis, *Widekindus Magnus* existimauit.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Adde, postea *Bardonem comitem* inter testes reperiri (§. 125), cum *Cobbo*, frater *Luidolfi* ducis Saxoniæ, pro filio sororis suæ *Hadwi Amelungo* traderet in pago Mosweddi ad Albim, quidquid *Amelungus* iste, inter progenitores ducis *Hermanni* Billingi referendus, ibidem habuerat. Ex quo quidem firmiter colligi non posse, *Bardonem* fuisse nepotem *Widekindi*, concedimus. Omnibus aliis vero momentis rationibusque id inde consequi, nemo negare poterit, *Bardonem* fuisse consanguineum ducis *Luidolfi*, et quidem propter nuptias *Folclogæ*, *Beuoni* fratri *Luidolfi* ducis nuptæ. Eadem consanguinitas apparet porro ex §. 126. Ex eo enim discimus, vxorem ducis *Luidolfi* (quæ testante Hrosswitha Gandersheimensi *Oda* et filia *Billingi* fuit) ipsi *Bardoni comiti* commendasse pro *Luidolfo* duce in pago Bardengo bona quædam, quæ *Luidolfus* sine vllo dubio in dotem ab *Odæ* patre propter nuptias acceperat, tradidisse abbatiæ Corbeiensi. Ad quam rem perficiendam probabilissime delegerant eam ob causam *Bardonem* nostrum, quia is vtriusque, tam *Odæ* quam *Luidolfi*, consanguineus erat, ea scilicet ratione, quam modo indicauimus.

Nec minus elucescit ex §. 129, *Bardonem* nostrum comprouincialem fuisse illorum dominorum, qui eam per regionem prædia possidebant, in qua posteri *Widekindi Magni* ea habuerant. Cum enim *Waldgerus* quidam in pago Thiadmelli in villa *Hastenbus*, quæ fuisse villa Harste videtur inter Herford et Dethmold oppida, mansum donaret abbatiæ nostræ, *Herimann* et *Bardo* inter testes reperiebantur. Definire iam non licet, an ille *Herimannus* fuerit *Herimannus*, quem supra filium *Widekindi Magni* appellauimus, an istius extiterit *Herimanni* filius. Testis erat *Bardo comes*, qua consanguineus, cum (§. 149.) *Hadwy*, *Luidolfi*

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

ducis soror, pro anima viri sui *Amalungi*, et filiorum suorum *Bennidi* atque *Amalungi* in pago Nethga quædam (ex hereditate paterna) largiretur. Postea idem *Bardo comes* inter testes comparuit, cum (§. 158.) eius sororius, et frater dictæ *Hadwy*, *Beuo*, in *Astonholtejemarki*, qui marcus inter Dethmold, Lipspringe et Horen oppida quærendus est, quidquid haberet, traderet. Denique *Bardo comes* cum *Herimanno comite* inter testes erat, cum (§. 169.) *Ida ducissa* omnia, quæ habuit, in villa *Helmonstede* in pago Itergo, quæ vicus Helmscheit est intra præfecturam Eisenberg in principatu Waldeccensi, traderet. Erant probabilissime, vt comprouinciales et consanguinei, præsto *Herimannus comes* et *Bardo comes*, sator sereniſſimorum principum, de Waldeck adpellari solitorum. Post hæc iidem, *Herimannus* scilicet et *Bardo*, præsentes erant, cum, testante §. 200, *Reddag*, in pago Angeri eiusque villa Arwitti, quæ vicus Erwete est in marca Sturmethi haud procul ab oppido Geseke, mansum vnum traderet. Vnde non inepte licet colligere, *Bardonem comitem* satorem comitum Sualenbergensium et Waldeccensium, tanquam vicinum, præsentem fuisse. Accedit, quod *Bardo comes* (§. 231.) luculentis verbis *propinquus Beuonis* eiusque vxoris *Folclog* appellatur. Tradidit ibidem *Folclog* in villa *Foanreder* intra pagum Mersthem hereditatem suam, vt hæc ipsi et viro suo *Beuoni* iure beneficii excolenda donaretur. Ex quo momento solide argumentamur, eandem *Folclog* ad stemma Widekindeum esse referendam, *Bardonem*que nostrum ad eandem stirpem spectasse. Infra ostendendi erit locus, familiam Widekindeam in eodem pago Mersthem ampliſſima possediſſe prædia. Inprimis autem hoc loco memorabile est, *Bardonem* nostrum appellari *aduocatum Corbeiensem*. Nos iam supra sæpius significauimus, primos aduocatos Corbeienses fuisse ducem *Luidolfum* eiusque filios et posteros, et postea eandem dignitatem nobiliſſimam peruenisse ad comites Northeimenses, et, hisce exstinctis, ad Sualenburgenses et Pyrmontanos, tandem vero ad sereniſſimos Duces Brunsuicenses. Quid autem Saul inter prophetas? Quare *Bardo comes*, ex alia stirpe procreatus, inter Ludolfinos et genuinos aduocatos abbatiæ nostræ refertur? Sane ipsum *Luidolfum* eiusque filium *Ottonem*, ducem, aduocatos fuisse Corbeienses, diplomatibus æri inciſis comprobaturi sumus. Illamque aduocatiæ dignitatem hereditariam fuisse, iam supra docuimus. Quid ergo sentiendum erit de *Bardone* nostro? Restat, vt vel adfirmemus, eum vt propiorem agnatum tutorem *Luidolfi* filiis, *Brunoni* scilicet atque *Ottoni*, adhuc natu minoribus, constitutum esse, et quidquid in modum aduocati egerit, non suo, sed tutorio, nomine egisse; vel vt credamus, *Bardonem* nostrum duntaxat in loca, suis bonis adiacentia, aduocatum constitutum fuisse, quod in nostra Saxonia, vti diplomata nostra indicant, inusitatum non erat. Villa Foanreder in pago Mersthem obuia erat, in quo et prædia et fortasse comitatum suum habebat *Bardo*. Posterior sententia videtur præferenda priori. Quia enim *Beuo* comes et *Cobbo* comes, fratres *Luidolfi* ducis, propiores agnati erant *Bardone*, ad ipsos tutela filiorum *Luidolfi* sine dubio potius spectasset.

Post hæc *Bardo comes* denuo inter testes prodit (§. 245), cum Ico (etiam ad stemma Widekindeum referendus) pro filio suo Radulfo sita intra villam Adikenhus in pago Huuetigo, id est, in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano quædam traderet. Huic negotio *Bardo comes* interfuisse videtur, vel vt comprouincialis vel vt consanguineus, id quod de euentu alio præterea pronuntiandum est. Nam *Wigbertus* (§. 256.) eiusdem pagi Huuetago in villa Billurbeke mansum vnum contulit abbatiæ nostræ. Tandem vero ex §. 373 euidentissime et citra omnem controuersiam apparet, *Bardonem* nostrum fuisse *fratrem Walberti*, nepotis *Widekindi Magni*, quia *Bardonis II* patruus appellatur *Walbertus*.

Bardonis I. liberi
1) Wicbertus.

Et vt hoc planum et perspicuum fiat, filios *Bardonis I* recensеamus oportet. Hic autem primo incidimus in *Wicberthum* (§. 337.), qui pro *patre* suo *Bardone* in villa Foanrode intra pagum Mersthem duos mansos et XXXV iugera donauit. Quæ cum eadem villa fuerit, in qua *Folclog* vxor *Beuonis* comitis, testante §. 231, quædam tradiderat, nemo non videt, *Bardonem* istum ad stemma Widekindeum esse referendum. Quodsi igitur *Wicberthi* pater fuit *Bardo*, nemo negare poterit, *Wicberthum* fuisse filium *Bardonis*.

2) Bardo II.

Fuisse autem isti *Wicberto* fratrem appellatum *Bardonem*, patet ex §. 367. In eo enim *Bardo* pro fratre suo *Wiberto* quædam tradidit in *Pathihus* villa pagi Mersthem, quæ villa videtur esse vicus Pattensen in principatu Calenbergico. Cum porro in eodem pago familia Widekindea habuerit prædia alia, nemo inficiabitur, sermonem esse hic

de

de *Bardone*, ad ſtemma Widikindeum referendo. Luculentum ergo eſt, de hoc *Bardone*, *Bardonis I filio*, memoriam iniici §. 373, vbi refertur, *Bardonem* quædam tradidiſſe in *Bellerbiki*, villa pagi Huuetigo, et in Telmeri, villa pagi Tilithi, pro *patruo* ſuo *Walberto*. Villa Bellerbiki (olim in comitatu Sualenbergico reperiunda) ſine vllo dubio eadem villa eſt, in qua *Alsburg* vxor *Walberti* nepotis *Widekindi M.* (§. 95.) et *Wichertus* (§. 256.) quædam tradiderant. Villa autem Telmeri, obuia in pago Tilithi, qui pago Huuetigo erat contiguus, videtur eſſe vicus Dölme ſitus ad Wiſeram, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Rühle intra præfecturam Forſt in ducatu Brunſuicenſi. Qua in regione poſteri *Widekindi M.* plura alia bona poſſedere, quæ acceperunt ipſi vel in dotem, quia vxores duxerant ex domo Brunoniana, vel quia vtriuſque domus domini ex eodem ſtemmate progerminarant. Quodſi igitur *Bardonis II* patruus fuit *Walbertus*, nemini dubitatio ſuboriri poterit, quin *Bardo I*, ſator principum de Waldeck, fuerit frater *Walberti*, et eapropter nepos *Widekindi Magni*. guber-nante Corbeiam Warino.

Libet porro reliquos filios *Bardonis I* reſpicere. Eo ipſo deprehendimus *Alfricum*, qui (§. 256.) appellatur frater *Wigberti*. *Wigbertus* enim pro hoc fratre ſuo *Alfrico* donauit quædam, ſita in ſæpius dicta villa Billurbeke intra pagum Huuetago. Deſignamus autem hic eundem *Wigbertum*, qui (§. 337.) appellatur filius *Bardonis*. Quamuis enim nobis quis obiicere poſſet, non videri hic per *Wigbertum* poſſe ſignificari filium *Bardonis I*, quod ipſe *Bardo comes* inter teſtes reperiatur, neque probabile ſit, patrem voluiſſe teſtimonium perhibere, cum filius ſuus quædam donaſſet; reſpondemus tamen, aut ſtatuendum eſſe, illos, *Wichertum* atque *Alfricum*, filios fuiſſe *Alfrici I*, vel *Obtriti* vel *Herimanni*, aut affirmandum, illos fuiſſe filios *Bardonis I*. Iſtum enim *Wigbertum* non poſſumus habere pro *Wicberto*, filio *Walberti I*, qui poſtea epiſcopus creatus fuit Verdenſis. Si enim huius *Alfrici II* meminerunt traditiones noſtræ (§. 320), referentes, eum dediſſe in Budinueldun, villa pagi Pathergo, quædam pro matre ſua *Hateburg*, tum ibi neque *Alfricus* neque *Wigbertus* (§. 256), ex *Walberto I* nati, in cenſum venire queunt. Huius enim *Walberti* vxor, vti audiuimus, non *Hateburg*, ſed *Alsburg*, nominabatur. Ponamus ergo, *Alfricum* fuiſſe filium *Bardonis I*, huius porro *Bardonis I* vxorem fuiſſe *Hateburgam*, *Alfrici* vero vxorem nominatam fuiſſe *Othilburgam*, vti docet §. 348. Hic enim tradit *Alfricus* pro ſe atque vxore ſua *Othilburga* quinque manſos et omnia, quæ habuit, in Breco villa pagi Huuetigo. *Alfricum* ergo et *Wigbertum* pro filiis *Bardonis I* habere libet. Adfirmamus id eam quoque ob cauſam, quia villa Budineueldun non procul abeſt a villa Tiuhili ſeu Thule, in qua *Bardo I* ille quædam tradiderat, vti ſupra comperiſſe licuit. Habuit autem *Bardo I* præterea alium filium, appellatum *Wahlbertum*. Id enim diſcimus ex §. 378, quo *Wahlbertus* donat quædam in pagi Pathergo villa Langalaua pro *filio fratris ſui Bardonis Herimanno*. Ex quo apparet, 1) ſermonem hic eſſe de quodam *Bardone*, ad poſteros *Widekindi Magni* referendo, quia ſupra vidimus, poſteros *Widekindi Magni* in pago Pathergo prædia alia poſſediſſe: 2) nullum alium *Bardonem* hic deſignari potuiſſe, niſi *Bardonem II*, filium *Bardonis I*: 3) *Wahlbertum* iſtum, probabiliter ab eius patruo ita appellatum, filium fuiſſe *Bardonis I*, et 4) *Bardoni II* fuiſſe filium *Herimannum*. Hanc ob cauſam nemo dubitabit, indicari §. 413, et 422, hunc *Bardonem II*, eiuſque filium *Herimannum*. Si loco priori *Bardo* pro vxore ſua *Alfreda* quædam tradit in pagi Suilbergi villa Aldanthorpe, et poſteriori loco *Herimannus* pro coniuge ſua *Imma* et matre ſua *Alfreda*, quidquid habuit in Thieddegheshus in pago Suilbergi; *Aldanthorpe* vero eſt vel Marckolendorp vicus in comitatu Daſſelienſi ſeu intra præfecturam Hundeſruck in epiſcopatu Hildeſienſi, vel Stadt-Oldendorp, inde non multum remota vrbs Principatus Wolferbuttelani, vel Allendorp, villa deſolata haud procul ab oppido Einbeck: Thieddegheshus, eſt Thidexen, villa deſolata itidem non procul ab vrbe Einbeka, cuius porta vna inde adhuc vocatur Tidexenſis; Hæ villæ ſine vllo dubio reliquiæ erant bonorum *Widekindi Magni* in eadem regione. Patet ergo ex his, 1) *Herimannum* fuiſſe filium *Bardonis* atque *Alfredi*, et 2) *Herimannum* coniugem habuiſſe nomine *Immam*. Hic autem quærere licet, cuiusnam ſtirpis fuerit illa *Imma*, coniux *Herimanni?* Ne hoc relinquamus intactum, reſpondemus, eam probabiliſſime fuiſſe ſtirpis Ludolfinæ, et quidem *Brunonis* comitis, et *Frederunæ*, quæ ſoror erat reginæ *Mathildis*, filiam, atque ita ſororem *Echerti* vnoculi. Quædam de hac *Imma* iam ſupra præmiſimus *not.* (n). *Imma* mater appel-

3) Alfricus.

4) Walbertus.

Bardonis II. filii

a) Herimannus.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et Herdeg.

pellatur *Herdagi II*, (§. 462), probabiliter a propatruo suo *Herdago I* ita nominati. *Herdagus I* autem dicitur *proximus Luidolfi* (§. 343), verisimiliter propter matrimonium ipsius *Herdagi*, initi cum *Meresuit* filia Luidolfi ducis. Nihil itaque impedit, quo minus referri quoque possit *Imma* ad stemma Ludolfinum. Sic Herdagus I quoque filius Bardonis I fuisse videtur. Quamuis enim verbis claris in traditionibus nostris non significetur, *Herdagum* fuisse fratrem *Bardonis II*; arbitramur tamen, ita pronunciandum esse. Nam etsi ex donis, quæ idem *Herdeg* (§. 343.) donauit, quæque in pago Auga erant, colligi possit, eum ad familiam Ludolfinam pertinuisse; probabilissimum tamen erit, *Meresuitam Herdegi* vxorem, pro qua eadem bona traduntur, stirpis Brunonianæ et filiam Luidolfi ducis fuisse et eam hæc viro suo loco dotis attulisse. Referre itaque hunc *Herdegum* maluimus ad stemma Widikindeum, quam Brunonianum, quia (§. 462.) *Herdagus* quidam nominatur filius *Immæ*, quæ eius mater fuit, et pro qua idem *Herdagus* in pagi Suilbergi villa *Cathinghus*, quæ vicus Koënsen videtur esse prope Eimbecam sita in ducatu Grubenhagico, donat LX iugera et II iurnales. Quemadmodum autem propterea cum nullo mortalium in arenam descendere volumus, ita aliquis ex §. 258. colligere possit, plures dominos in familia Widikindea nomina Heridagi atque Herimanni habuisse, quam qui a nobis adducti sunt.

b) Godefridus.

Deinde inficiandum haud est, *Godefridum comitem* fuisse filium *Bardonis II*, atque ideo fratrem *Herimanni*. Patescit id ipsum ex diplomate sequenti, quod ex MSto adferimus:

℣ In nomine sc̃ę et indiuiduę trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia rex. cum omnes catholici cuiuscunque conditionis ad hoc suam intentionem dirigere debeant. ut domno ec̃clīisq̃. in honore dī dicatis debitum honorem exhibeant et de omnibus. quę diuina largiente pietate acceperint. gratias agendo omnium bonorum largitori oblationes conferant. nos quoq̃. diuinę dispositionis prouidentia ad summum reipublicę culmen regendum promouit. quanto plus ceteris in hoc mundo accepisse cernimur tanto magis dō ec̃clīisq̃. diuino cultui mancipatis cum gratiarum actionibus cotidie offerre debitores esse recognoscimus. Quapropter sciant omnes fideles n̄rī p̄sentes scilicet et futuri. qualiter nos ec̃clię hildeneshemensi in honore sc̃ę marię constructę pro remedio animę n̄r̄ę et dilectissimę contectalis n̄r̄ę *Cunigundę* p̄dium quoddam dedimus in uilla quę vocatur *Iedhi in pago gudinge* in comitatu *luidolfi* comitis uniuersaliter quidquid ibidem a *godefrido* milite n̄rō *bardonis comitis filio* donante legitima traditione accepimus cum omnibus appertinentiis terris cultis et incultis siluis pascuis molendinis aquis aquarumue decursibus piscationibus mancipiis utriusq̃. sexus excepto tamen uno seruo qui rodimundus uocatur et cum omnibus acquisitis seu inquirendis ex n̄r̄a proprietate eidem ec̃clīę stabili iure concessimus ea quidem conditione ut specialiter ad manus confratrum qui ibidem diuinis obsequiis sub canonica regula sunt deputati respiciat et si quid aliquo modo inde exigant eorundem utilitati tantum modo deputetur isto tamen modo ut per singulos annos cum dies ordinationis n̄r̄ę recurrat communiter eis in refectorio quanto melius possit in cibo atque potu debitum obsequium impendant. si quando autem domnus de ergastulo huius corporis nos reuocare dignetur uolumus ut pro intermisso tunc ordinationis die obitus n̄rī terminus annuatim in posterum parili obsequio eisdem fratribus ad memoriam reuocetur. Et quo hęc n̄r̄ę traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore permaneat nr̄ęq̃. oblationis deuotio a nemine unquam in futuro corrumpenda petitionis consequatur effectum hanc regalis pręcepti paginam conscribi ac manu propria confirmantes sigillo n̄rō pręcepimus insigniri.

Signum

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

Signum domni Heinrici  regiſ inuictiſſimi.

Guntheruſ cancellariuſ uice erkanbaldi archicappellani recognoui. data VII. Kal. apriliſ indictione XI. anno dominicę incarnationiſ M. X. III. anno uero domni Heinrici ſecundi regnantiſ XI. actum *hildeneſheim* feliciter amen.

Sigilluum dedimus
Tab. I, n. 5.

Ex hoc diplomate, *Bardoni comiti* fuiſſe filium *Godefridum*, inter omnes poteſt conſtare. Sic eſt, inquis. At quæris, quare contendis, *Bardonem* iſtum inferendum eſſe ſtirpi Widikindeæ, eandemque familiam aliquid iuris in pago *Gudinge* poſſediſſe? Ex his ipſis, pergis, traditionibus et quidem ex §. 263. eluceſcit, et ipſe iam ſupra aſſeruiſti, genus Brunonianum in pagi *Gudinge* villa *Medeli*, quæ non procul a villa Ledhi abfuit, bonorum quid habuiſſe. Sed, reſpondeo, conſiderandum eſt primo, *Widekindum Magnum* fuiſſe *opulentiſſimum dominum inter Saxones, eundemque inter eos et claritate generis et opum amplitudine eminuiſſe.* Verba hæc ſunt Præfationis in *Vitam Mathildis reginæ Tom. III. S. R. B. Leibn.* f. 653. Deinde quæro, cur *Alfreda, Bardonis II* coniux, et eapropter *Godefridi* mater ad ſtemma Brunonianum retuliſſe ſuum genus, eſt improbabile? Videntur potius per illius dotem hæ poſſeſſiones ad poſteros *Widekindi Magni* peruenisſe.

Sed, hiſce omiſſis, patet tamen ex momentis ſupra adductis, *Herimannum* filium fuiſſe *Bardonis II.* Putamus autem, hunc *Herimannum* anno 940. comitem fuiſſe per pagum Huuetigo. Id ipſum comprobamus ex diplomate ſequenti, quod ex autographo producimus:

In nomine ſc̃ãe et indiuiduae trinitatiſ. *Otto* diuina fauente clementia rex: Si petitionib. quae pro utilitatib. ſc̃ōrum nobiſ ſuggeruntur locorum adſenſum prebuerimuſ. non ſolum regum morem decenter implemuſ. ſed eoſdem qui precantur ad ſeruicium n̄r̄um promptioreſ efficimuſ. Et quod maximum nobis prodeſſe proficuumq̄. manere optamuſ ad aeternae remunerationiſ emolumentum excreſcere liquido credimuſ. idcirco nouerit omnium fidelium n̄r̄ōrum preſentium et futurorum ſollertia. quomodo noſ ob amorem d̄ī et animae n̄r̄ãe debitorumq̄. n̄r̄ōrum remedium nec non et interuentu coniugiſ n̄r̄ãe dilectae conceſſimuſ ut omneſ abbates qui ſuper monachoſ in noua *corbeia* d̄ō ſc̃ōq̄. ſtephano protomartiri et uito famulanteſ conſtituentur et nunc qui eiſ pre eſt. *folcmaruſ abbaſ* bannum habeant ſuper hominеſ. qui ad prefatum coenobium et ad ciuitatem circa illud conſtructam confugere debent et in ea operari. hoc eſt in pago *auga* in comitatu *rethardi* et in pago *netga* in comitatu *dendi* et *hamponiſ* et in pago *huetigo* in comitatu *herimanni*. nulluſ horum aut aliqua iudiciaria poteſtaſ ſuper prefatoſ hominеſ poteſtatem ulliuſ banni quam *burgban* uocant habeat niſi ipſiuſ monaſterii abba et cui ipſe uult commit-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

mittere. quod scripto corroborauimus manu ñrā firmauimus et anulo ñro sigillari iussimus.

signum domni ottonis inuictissimi regis

poppo cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et *ssss.*

Data XIII kl. maii anno incarnationis domni DCCCCXL indictione XII. Anno autem regni Ottonis piissimi regis IIII. Actum *uuerla* palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Sigillum dedimus
Tab. I, n. 5.

Herimanni comitis filii 1) Widekindus.

Herimanno, qui in hoc diplomate appellatur comes in pago Huuetigo, fuisse filium, nomine *Widekindum,* apparet ex his traditionibus §. 458. Tradidit enim *Herimannus comes* loco laudato pro filio suo *Widekindo,* quidquid habuit in pagi Patherga villa Durpethe. Hæc villa est vicus *Turpe* in episcopatus Paderbornensis terris haud procul a vico Wever, iter vnius horæ ab vrbe Paderborna distante, disiunctus. Coniecturis si locus relinquitur, incidimus heic in dominum, familiæ Widikindeæ inserendum, quia supra vidimus, *Widekindi M.* nepotem *Bardonem I* eadem in regione possedisse prædia. Vnde porro de nullo alio *Widekindo* sermonem esse in diplomate sequenti, quod ex autographo exhibemus, nisi de nostro *Widekindo, Hermanni* filio, qui pater nominatur *Herimanni,* atque auus *Bardonis, Widekindi* atque *Heinrici,* fuit, colligere licet. Villæ autem, in quibus bona ab *Herimanno* tradita fuerunt, sunt sitæ in pago Almunga, dictæ Suafharen, Schwafferen, et Haran. Haren in dynastia Wevelsburg visitur in episcopatu Paderbornensi haud procul a monasterio Bodeke. Heriwardeshusen vero, locus pagi Itterga, nunc est Hertzhausen, intra dynastiam Itter in principatu Waldeccensi situs. En vero ipsum diploma:

℄ In nomine sc̄ae̅ et indiuiduae trinitatis. Ego *Truthmarus* indignus monasterii sc̄orum martirum stephani & viti abbas notū facio omnibus ec̄clię Corbeiensis fidelibus p̄sentibus atq;. futuris me diuino instinctu pro cultu dī dilatando cuiusdam ec̄clię fundamenta iecisse. accedente enim meę congregationis consilio atq;. assensu in honorem omnipotentis dī & uenerationem sc̄i magni basilicam in uilla *Horohusen* quę adiacet monasterio b̄ti petri ap̄lorum principis in monte *Eresburg* construxi. quam uenerabilis ec̄clię Patherbrunnensis ep̄us *Rotho* petitione mea consecrauit & sub inuocatione diuini nominis dedicauit. ne autem eadem basilica sc̄i magni indotata persisteret tradidi ei in dotem in p̄sentia *aduocati* mei *Brunonis comitis* hanc traditionem meam confirmantis decimas uillarum *wieringerinchusen* in hessi *husin* in patherga *osterep* in almunga & *herdinghusen* in itterga pagis. & ne qua ec̄cliastica secularisue persona hanc traditionem ullo unquam tempore infringere aut contra eam ire p̄sumat p̄dictus ep̄us *Rotho* eam auctoritate b̄ti petri ap̄lorum principis banno suo confirmauit & in testimonium hanc cartam suo & meo sigillo signari p̄cepit. hęc autem peracta sunt p̄sente *comite Herimanno.* qui pro salutione sua & *patris* sui *Widekindi*

&

& coniugiſ ſuę *Berthę* filiorumq;. ſuorum *Bardoniſ Widekindi* atq;. *Heinrici* memoratę delegauit ecclię manſum & IIII. iugera in uillif *ſuafharan* & *haran* in pago almunga & manſum medium atq;. iugera XX. in *heriwardeſhuſon* in pago itterga. quę bona ecclię corbeienſi reſignauit ego autem ecclię ſcī magni tradidi. inſuper *Bernhardo. Ottone. Erpone. Heinrico* comitibuſ. *Siwardo. Ottone. Bernhardo. Thiathardo. Godufritho. Ezelino. Wichmanno. Bennukone. Becelino. Geraldo. Thiedrico. Haoldo. Eſicone. Bernhario* atq;. aliiſ quam plurimiſ pſentibuſ. guber-nante Corbeiam Warino.

Data in monte *Ereſburg* VI. kal. aug. ipſo conſecrationiſ die ecclię ſupraſcriptę anno dñicę incarnationiſ M. XL. III. indict. XI. regnante rege Heinrico III.

Sigilla exhibentur
Tab. I. n. 6. 7.

Fuiſſe autem *Widekindum III, patrem Herimanni* comitis, comitem per pagum Huetigo ad annum 1031, ſequenti diplomate imus comprobatum.

C In nomine ſcāē et indiuiduae trinitatiſ. *Chuonraduſ* dei ordinante prouidentia romanorum imperator auguſtuſ. omnium dei ñrīq;. fidelium uniuerſitati notum eſſe uolumuſ qualiter noſ ob diuinę mercediſ intuitum nec non per interuentum dilectiſſimę contectaliſ ñrę *Giſlę* imperatriciſ auguſte ſimul etiam dilecti filii ñrī regiſ *Heinrici* et iuge ſeruitium *Meinuuerci* patherbrunnenſiſ ecclię ēpī ſepiſſime nobiſ fideliter impenſum eidem ecclię in honore ſcę dei genetriciſ marię ac ſcī kiliani martyriſ et ſcī liborii ēpī et confeſſoriſ conſtructę prędium *bennanhuſun valebroch dadanbroch* ſitum in pagiſ *huetiga* et *tilithi* in comitatu *Widekindi* comitiſ cum omnibuſ ad ipſum prędium iure ac legaliter pertinentibuſ cum mancipiiſ utriuſq;. ſexuſ cum areiſ edificiiſ agriſ campiſ terriſ cultiſ et incultiſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ venationibuſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ piſcationibuſ moliſ molendiniſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ quęſitiſ et inquirendiſ ſeu cum omni utilitate quę uel ſcribi aut nominari ullo modo poteſt in proprietatem donauimuſ et de ñrō iure ac dominio in eiuſdem iuſ ac dominium omnino tranſfundimuſ ea uidelicet ratione ut prenominatus ēpūſ eiuſq;. ſucceſſoreſ de eodem predio liberam poſthac poteſtatem habeant tenendi commutandi uel quidquid ſibi utilitatiſ ecclię placuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut hęc ñrę traditioniſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa per omnia ſeculorum curricula permaneat hanc paginam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilli ñrī impreſſione iuſſimuſ ſigillari.

Signum domni Chuonradi inuictiſſimi



romanorum imperatoriſ auguſti

Vdalricuſ cancellariuſ uice ariboniſ archicapellani recognouit.

data

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

data XI. kal. martii indict. XIIII. anno dñicę incarnationis MXXXI. anno uero domni chuonradi scdi regn. VII. imperii IIII. actum *Goslare*.

2) Bardo archiepiscopus.

Plura de hoc *Widekindo* comite expiscari haud licuit. Probabilissimam si sequimur coniecturam, eius frater fuit *Bardo*, archiepiscopus Moguntinus atque archicancellarius imperii. Quemadmodum enim hunc *Bardonem* referunt natum esse in Wetterauia, eumque imperatricis Gislæ (cuius, si frater Widekindi erat, consanguineus fuit) artibus obtinuisse archiepiscopatum, atque Ariboni successisse, *Vita Meinwerci* T. I. Leibn. f. 560. teste, ita nomen Bardonis, quod in familia Widekindea creberrimum erat, prodit, *Bardonem* archiepiscopum ad aliam stirpem vix referendum esse atque ad Widekindeam. Videtur Archiepiscopo nomen id adhæsisse ex proauo atque auo. *Hermannus* certe, *Widekindi* filius, rursum filio suo maiori natu nomen *Bardonis* indidisse videtur, repetitum ex patruo suo *Bardone*. Meminere huius *Bardonis* archiepiscopi Moguntini Acta publica ad annos 1032, 1033, 1035, 1036, 1039, 1042, 1044, 1046, 1048, 1049. Anno 1050 vel 1051. mortuus fuit. Illud tradit Hermannus Contractus in *Chronico* ad a. 1050, hoc auctor *Chronici Stederburg. Tom. I. Leibnitii* f. 852. Et sane eius successor Luitpoldus iam anno 1052 in diplomatibus præsto est. Fuerat antea Bardo noster et Werthinensis et Herueldensis abbas, testante *Vita Meinwerci* l. c. p. 560. Ipse appellatus fuit ob eloquentiam suam Germanorum Chrysostomus. *Vitam Godehardi episcopi Hildesh. Tom. I. Leibn.* p. 404 huius rei compello testem. *Bardo*, *Herimanni filius*, cuius meminit ad annum 1043 diploma supra insertum, diu postea vixisse non videtur. Eius frater *Widekindus* probabiliter ille videtur fuisse *Widekindus*, qui anno 1098 in pagi Merstemen mallo Linden comes fuit, testante diplomate MSto Witelonis episcopi Mindensis. An vero eius filius fuerit *Widekindus de Sualenberg*, qui circa annum 1124 in mallo suo intra pagum Merstemen in loco *Lindard* firmauit ac corroborauit traditionem matronæ Gerburgæ eiusque filii Thyetmari, quorum vterque ecclesiæ Mindensi omnem proprietatem in Gernhusen, Langtvohen et Honhorst, vti refert *Lerbeccius in Chron. Episcop. Mindens. Tom. II. Leibn.* f. 175. donauit, id in medio relinquimus. Tamen probabile nobis videtur, illum *Widekindum* 1098 fuisse comitum de Hallermund dictorum procreatorem. Tertius *Herimanni filius*, cui nomen *Heinricus*, familiam propagauit. Demonstramus id ipsum ex sequenti diplomate, quod in lucem ex autographo emittimus:

3) Heinricus.

C In nomine sc̄ę et indiuidue trinitatis *Erkenbertus* corbeiensis abbas presentibus atq. futuris notum esse uolumus qualiter *Conradus comes* considerans uitę humanę breuitatem & gaudiorum coelestium pennitatem tradidit ad reliquias sc̄orum martirum Stephani Viti atq. Justini pro salutari remedio animę suę & legitimę conthoralis suę *Mathild* filiorumq. suorum *Conradi Ottonis* atq. *Adelberti* in psentia nri & aduocati & fidelium nr̄orum IIII mancipia cum duobus mansis in uilla nuncupante *Stahlo*. Ut ergo nunquam aliqua ecc̄liastica secularisue persona sup hoc negotio aliquam inactitudinem ecc̄lię nr̄ę faciat atq. hęc traditio ei rata & firma semp pmaneat hanc cartam inde conscribi & nr̄o & sigillo patroni nr̄i insigniri iussimus coram his testibus. *Sigifrido comite & aduocato. Heinrico comite uiceaduocato & filio eius Widekindo. Reinholdo* comite & fratre eius *Thiatmaro. Folcmaro. Liudolfo. Godescalco* dapifero. *Walderico* pincerna. *Walderico* kamerario. *Remberto. Bodone. Humperto. Brunone. Euerhardo. Reinhardo. Conrado* aliisq. multis.

Actum Corbeia XVI. kal. iulii anno dñicę incarnationis M. C. X. III. indict.

to
indict. V. regnante Heinrico V. anno uero ordinationis ueñēr. abbatis Erkenberti VIII. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

signum sci  uiti mtril

Sigillum exhibetur
Tab. I. n. 8.

Qui hoc diplomate memoratur Conradus comes, is sine vllo dubio est *Conradus comes de Euersteín.* Indicio est villa Stahlo, vix iter vnius horæ a castro Euerstein distans ad Wiseram. *Sigifridus* aduocatus erat *comes de Northeim*, et *Reinholdus* eius frater *comes de Dassila*, vti ex aliis ineditis nostris chartis appa-ret. Inprimis autem memorabile est *Heinricum comitem* appellari in hoc diplo-mate Viceaduocatum Corbeiensem et *patrem Widekindi.* Inde videtur cogi effi-cique, *Heinricum comitem*, qui, vti iam supra demonstrauimus, filius *Herimanni* et nepos *Widekindi* erat, patrem fuisse *Widekindi, comitis de Sualonberg.* Est præterea autographum diploma ad manus, quod æri inciſum in Historia Corbei-ensi luci dare libet, in quo *Widekindus de Sualonberg* nominatur *Viceaduocatus* Corbeiensis. Hic *Widekindus* videtur fuisse is, qui hic nuncupatur *filius Heinrici comitis viceaduocati Corbeiensis.* Probabilissimum proinde est, comites Sualenbergenses originem traxisse a *Widekindo Magno*, potentissimo duce Saxoniæ. Heinricus filius Widekindus comes de Sualenberg.

Quodsi autem huius *Heinrici* nepos et pronepos, *Volcwinus comes de Sualenberg* eiusque filius *Widekindus de Waldekke*, fuere aduocati Patherbrunnensis ecclesiæ, designatur idem sequenti diplomate *Heinricus*, pater scilicet *Widekindi de Sualenberge* illius, qui adpellari solet aduocatus Patherbrunnensis. Villa *Swinuelde* videtur nunc dici Schweinsbel, vicus præfecturæ Eisenberg in princi-patu Waldeccensi. *Bertha* et *Walburch*, eorumque heredes (et fortassis fratres) *Bernhard* et *Fredericus* ad stirpem Waldeccensem itidem referendi videntur. Ne-mini intercedemus, quem hos pro liberis *Bardonis vel Widekindi* habere iuuat. Accipe ipsum diploma e MSto:

℣ In nomine sc̄ãc̄ et indiuiduae trinitatis. *Heinricus* dei gratia *Patherbrunnensis* ecc̄lię ēps quod ad multorum notitiam peruenire congruum duximus litterarum monumentis mandare prouida deliberatione cura-uimus. presens ergo ętas omnisq;. secutura nouerit posteritas qualiter duę sorores secundum carnem liberę *Bertha* & *Walburch* nomine cum consensu tutoris sui *friteboldi* suorumq;. heredum *Bernhardi* & *frederici* duos mansos in uilla *swinuelde* quos *hereditario iure* possederant ad Pa-therbrunnense cenobium in honore sc̄ōrum ap̄lōrum Petri & Pauli constructum tradiderunt ut non solum beneficium necessarię consola-tionis sed etiam auxilium oportunę experirentur defensionis. Hęc tra-ditio primo facta est in placito *Walonis* presidis loco qui dicitur *burc* coram multitudine quę ad tribunal eius conuenerat quam ipse regali banno confirmauit & roborauit. secundo coram principali altari sc̄ōrum ap̄lōrum Petri & Pauli presente domno *Gumberto* abbate cum omni congregatione laicorumq;. multitudine ubi & *Heinricus* ñr̄ę ecc̄lię *ad-uocatus* predictam traditionem de altari suscepit regieq;. potestatis ban-no postmodum in *placito aduocatię* suę stabiliuit. Postea prenomina-tę sorores ab amicis suis admonitę se ipsas in proprietatem predictę ecc̄lię tradiderunt & prefatos mansos cum uno qui erat ecc̄lię in eadem uilla usibus suis quam diu uiuerent profuturos in beneficium acceper-unt. Hanc traditionem tam legitime factam banniq;. ñr̄ī auctoritate firmatam si quis quod absit infringere temptauerit uel aliquam lesionem

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

seu iniuriam prefati cenobii fratribus inferre presumpserit iram & offensam dei sc̄orumq;. eius incurrat de libro uiuentium memoria eius pereat eternę maledictioni cum diabolo & angelis eius subiaceat quę ne forte attemptare quis audeat & ut memoriale in generationem generationum maneat paginam hanc inde scribi iussimus & eam impressione sigilli n̄r̄i subter consignatis idoneis testibus signauimus quorum nomina hęc sunt. *Robertus* prepositus. *Reynbolduſ* decanus. *Cuonraduſ* prepositus. *Godescalcus*. *Reynbertus*. *Folibertus* canonici. *Liuppolduſ comes* qui ad placitum *Walonis* presidis presens erat. *Worad* uicedomnus. *Cizo*. *Ecbrath*. *Manegold*. item *Cizo*. *Rado de Brenken*. Bernharduſ causidicus. Frittebold. Menigoz. Siffridus. Adalbero ac plures alii studio breuitatis omissi. Hęc traditio & confirmatio facta est anno incarnationis d̄n̄icę MCII, indict. X. regnante rege Heinrico IIII.

Sigillum repræsentat Tab. I, n. 9.

Bernhardus, qui in hoc diplomate heres appellatur *Berthæ* et *Walburch*, videtur esse *Bernhardus de Waldekke*, qui inter testes ad annum 1120 obuius est in Erkenberti Corbeiensis abbatis diplomate, quod nos primum ex tabulario Corbeiensi euulgamus, ita conformatum:

C In nomine sc̄ę et indiuidue trinitatis. *Erkenbertuſ* Corbeiensis abbas presentibus atq;. futuris. Placuit n̄re humilitati omnibus notum facere in quibus tempore n̄ro pro posse ec̄clię nobis commissę. prouidim⁹ & quanto labore quę inutiliter emergebant resecare studuim⁹. ea uidelicet intentione. ut successorib⁹ n̄r̄is si qua sup causis per nos quoquo modo finitis inquietudo mota fuerit. dum qualiter composita fuerint nouerint defensionē certissimā hęc n̄ra scripta proferant. loco autem prodesse uolentes obprobrium suę dissidię habeant. si non solum ipsi per se non laborare. sed nec aliorum laboribus prouisa curauerint conseruare. fuit igitur in dieb⁹ n̄r̄is quidam *twaetihaoyc* qui magistratum sibi & dominatum super has curtes uendicabat. *Gudelmon.Ouenhuſon*. *Heſtmon*. *Ziateſſon*. *Ikkenhuſon*. *Munichuſon*. *Medeſthorp*. *Sologon*. *Brambornon*. *Fridderun*. *Viſbike*. *Berneſtorp*. *Sutholt*. & per hoc prebendam fratrum sibi non fratribus utiliter usurpare intendebat. Officium autem ipsum sibi hereditarium affirmabat. Unde res ita se habet. Pater ei⁹ *Reinfriduſ* de ipsis curiis annuatim solebat ad man⁹ p̄positi redit⁹ colligere. Post hoc ausus est dicere. sui iuris esse. inibi uillicos statuere. pro libitu cuncta disponere. manifesto autem d̄i iudicio eo *morsacio* interfecto. Predecessor meus beate memorie *Marcward*⁹ filio eius adhuc ad mamillas posito officium & beneficium patris concessit. sed puer paulo post obiit. officium autem & beneficium in potestatem abbatis rediit. Tum mater cum hoc *Godefrido* adhuc perparuo adiutorio eorum. quos attrahere potuit. beneficium uix hac conditione optinuit. ut officium coram abbate multis qui affuerant. perpetim abdicaret. Hoc pacto mater conticuit cum filio. A me quoq;. *officium* non quesiuit. cum *beneficium* suum suscepit. Post autem quam nupsit et iustis suis fautoribus fretus. pro quo XXX. iam annis conticuerat. officium requisiuit. Unde cum me nunc per principes & ceteros liberos homines meos. nunc per ministeriales meos nimium sollicitaret. premio ab hac sententia eum reuocare contendi. sed non recepit. Judicio igitur quesito. cum iam lege ministerialium partem suam uideret infirmari. quod prius obtuleram recipere tandem consensit. quia officium remanere sibi non posse persensit. Dedi itaque ipsi VII. marcas & coram subscriptis testibus officium uoluntarie abdicauit. *Gerberto* decano.

decano. *Wulferaño* camerario. *Godefrido* ꝑpoſito. *Hugone* ꝑpoſito. omniq;. congregatione. *Sigefrido comite* et *aduocato*. *Widikindo uice aduocato*. *Conrado de Euerſten*. *Sigeberto nobili*. *Reinoldo daſſalo*. *Gumberto de Wartberg*. *Reinboldo fratre eiuſ de Kaanſtein*. *Bernhardo de Waldekke*. *Folcmaro de Itera*. *Conrado*. *Folcnando de Euerſkute*. *Heinrico olepe*. *Thiedrico Bern Thietmaro*. miniſterialibuſ *Adelrado*. *Godeſcalco*. et fratre eiº *Annone*. *Heriboldo*. *Liudolfo*. *Waldrico camerario*. item *Waldrico pincerna*. item *Waldrico iuniore*. *Godeſkalco* paruo. *Gerberto*. *Reinhero*. *Annone*. *Wernhardo*. *Walone*. *Karolo*. *Altolfo*. *Widolone*. *Odone*. *Wazone*. *Thiedrico*. *Helmwigo*. *Wagone*. *Waltberto*. *Folcberto*. *Godeſcalco*. *Albwino*. *Socero Godefrido de quo ratiõ eſt*. *Skerpoldo*. *Conrado*. *Reiboldo*. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Actũ Corbeię anno ḋ. M. C. XX. regnante Heinrico to V. iduſ may. Hęc ut nulli ſint in dubio. firmamuſ domini ñr̃i ſc̃i Viti ſigillo.

Signum ſc̃i uiti mtriſ.

Sigillum congruit ad illud, quod exhibitum eſt Tab. I. n. 8.

Notatu digniſſimum hoc eſſe diploma propter multas, in eo reconditas, antiquitates, quæ primo aſpectu non ſtatim pellucent, et quas copioſius docere licebit in *Hiſtoria Corbienſi*. Illud nunc tantum indicare volumus, curtes, quæ hoc diplomate ſignificantur, fuiſſe dominicales, quæ multas alias minores curtes comprehendunt, obuias partim in epiſcopatibus, Moguntino, Colonienſi, Paderbornenſi, Oſnabrugenſi et Monaſterienſi, partim intra Ducatus Brunſuicenſis terras, et partim in comitatibus, Oldenburgico, Lingenſi ac Waldeccenſi. Magnificum munus ſuſtinebat ille *Twaetihaoyc*, qui magiſtratum et dominatum in illas curtes ſibi vindicabat. Ipſi nomen fuit *Godefrido*. Ingenium ſpirant eae originationis rationes, quæ dictitant, *Twaet* eſſe viri nomen, *Haoyc* vero nomen pagi Ahugo. Illud eruditos ſummopere oramus, ne eradatur albo Waldeccenſium Dominorum *Bernhardus de Waldekke* dictus, qui hoc in diplomate inter teſtes reperitur. *Bernhardum* quendam ad annum 1054 deprehendimus, qui *comes* atque *Aduocatus* eccleſiæ *Patherbrunnenſis* appellatur. Hic probabiliſſime ad Waldeccenſem familiam referendus eſt, ſiquidem *Heinricus* ad annum 1102 eiuſque filius, nepos et pronepos, ſigillatim *de Waldekke* dicti, aduocati Paderbornenſes fuere. An *Bernhardum comitem* exiſtimes fuiſſe fratrem *Herimanni* atque filium *Widekindi*, an eum nominare velis filium *Herdagi II*, in arbitrio tuo iudicioque eſt ſitum. *Bernhardum* comitem fuiſſe aduocatum Patherbrunnenſem, patet ex diplomate *Immadi*, epiſcopi Patherbrunnenſis, cuius hæc eſt clauſula: *Huiuſ confirmationiſ teſteſ ſunt Winbertus* ñr̃ę̃ *principalis* ecc̃lię ꝑpoſitus. *Herimannuſ decanus et ceteri omneſ tam canonici quam monachi huiuſ ciuitatiſ. laici uero* BERNHARDVS COMES ADVOCATVS ecc̃lię ñr̃ę̃. *Erp. Ekkibertus comiteſ. Eſcelin. Heriman. Godekã. Eebrath. Gothart. Gela* et frater eiuſ *Eiza. Eſic. Araka. Waza. Sibrab. Cono. Azo. Reimar. Reiuuald. Tamma. Oddo. Hunald. Umumar. Godeſcalc. Becelin. Hunald* iunior. *Helmdag. Brumhard. Fritheric. Heio. Wicman. Waldric. Hamaka. Horko et alii multi. Data Patherbrunnon IIII iduſ maii in* ſc̃ō *die aſcenſionis* ḋñī *anno ab incarnatione ipſius MLIIII. indict. VII. regnante inuictiſſimo Romanorum imperatore Heinrico tertio* imꝑc̃r. *autem ſecundo regni eiuſ anno XV. imperii uero VII. epiſcopatus autem* ñr̃ī *tertio.*

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Quomodocunque vero res ſeſe habeat, monemus ac docemus, *Heinricum*, filium *Herimanni*, fuiſſe patrem *Widikindi* dicti de *Sualenberg*, qui anno 1128 monaſterium Ordinis ſancti Benedicti, vulgo dictum *Marienmunſter*, itinere trium horarum a noſtra Corbeia diſtans, fundauit atque conſtruxit. Id vt perſpiciatur, prouocare libet ad diploma, quod, ex MSćto tabularii Corbeienſis depromptum, ſic habet:

C In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatiſ. *Bernarduſ* diuina fauente clementia Patherbrunnenſiſ c̄ps. Quoniam ex diuina miſericordia temporalibuſ boniſ fide recta & pia ſpe & ſc̄ā caritate đō oblata ęterna bona comparantur nouerit tam futurorum quam p̄ſentium fidelium X̄pī uniuerſitaſ. qualiter *comeſ Widekinduſ* uir nobiliſ & catholicuſ nobiſ propinqua conſanguinitate coniunctuſ & *uxor eiuſ Luthrudiſ* nobiliſ femina đō deuota tam neceſſaria exhortatione ipſorum ſalutem deſideranteſ quam ſpontanea ipſorum uoluntate ad celeſtem patriam ſuſpiranteſ cum conſenſu heredum ſuorum ceperunt in propria ſua hereditate fundare ecc̄liam in honorem đī & ſc̄ę genetriciſ ipſiuſ marię uirginiſ inſuper & clauſtrum officinaſ quoq̄. & omnia clauſtralia ſpiritualibuſ uiriſ & monaſticę uitę ac conuerſationiſ aptiſſima & quia piiſ ſemp adiutor eſt deuſ honeſte incepta pfecta conſtructione conſumarunt collectiſq̄. in ea conſilio ecc̄lię n̄r̄ę X̄pī pauperibuſ monaſticę uitę pſoniſ quoſ non ſolum ſummę pfectioniſ fama đō & hominibuſ ſed & ipſa religioniſ reſ & opera commendant. abbatiam in eodem cenobio liberam & ab omni ſeculariſ obſequii iure abſolutam auxiliante đō inſtituerunt imponenteſ ei uocabulum ſc̄ę marię monaſterium. Igitur p̄bendam fratrum ex propria hereditate diſponenteſ de libera & đō digna abbatiſ electione hoc decretum auctoritate ecc̄liaſtica firmauerunt. ut ſi inter roſaſ huiuſ nouellę plantationiſ oliua fructifera excreuerit inter humileſ pauptatiſ martyrio florenteſ pſona idonea reperta fuerit. Summa cum libertate aſſumatur. ſua obedientia ceteriſ pater pręficienduſ & omnino careat miniſterialibuſ careat beneficiatiſ hominibuſ nulla propinquorum dilectione ductuſ ne reſ ecclię dilapidet. nihil niſi hoſpitalitatiſ & caritatiſ cauſa diſpertiat. quod ſi inutiliter reſ diſſipauerit anathema ſit. ſi autem abbaſ aliuſ quęri conuenerit eiuſdem ordiniſ pater eligatur qui ſi uenire contradixerit conſiliiſ & auxiliiſ n̄r̄ę obtineatur ecc̄lię. ſecundum quem religioniſ tenorem domnuſ *Gerarduſ* primuſ huiuſ ecc̄lię abbaſ electuſ & conſecratuſ eſt. Noſ igitur circa đī cultum ſtudium n̄r̄iſ quoq̄. conſiliiſ & auxiliiſ promouere cupienteſ partemq̄. aliquam in ęterna remuneratione habere deſiderantes quia exhortatio n̄r̄a uſq̄. adeo proceſſerat. hanc eandem paupum X̄pī congregationem decreuimuſ hoc ordine adiuuari. ut ſi quiſ fidelium n̄r̄orum ſiue liberorum hominum ſiue miniſterialium ecc̄lię n̄r̄ę tactuſ ſpirituſ ſc̄ī inſpiratione & uiſitatione intrinſecuſ ſiue beneficia ſiue hereditatem pro ęterna remuneratione minuere ſibi & ſc̄ę marię in prędicta ecc̄lia conferre uoluerit. liberam ex n̄r̄a conceſſione & auctoritate hoc p̄ficiendi habeat poteſtatem. quod & nullius ęmuli molimine retractetur. quin omnibuſ diligentibuſ đm̄ omnia cooperantur in bonum magiſ gratum efficiatur exemploq̄. n̄r̄i emolumenti ſucceſſoreſ n̄r̄i ad ſimilia prouocentur p̄ſertim quia plurimum decoriſ ecc̄lię nr̄ę inde prouenire p̄ſpicimuſ. quędam beneficia nobiſ libera facta in uilla *bramborne* ſita cum decima ei adherente prędictę ecc̄lię contulimuſ cum omnibuſ ptinentiiſ ſiue adherentiiſ uidelicet ſeruiſ & ancilliſ areiſ ędificiiſ terriſ cultiſ & incultiſ uiiſ & inuiiſ exitibuſ & reditibuſ queſitiſ & inquirendiſ ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ piſcationibuſ molendiniſ & omnibuſ rebuſ mobilibuſ & immobilibuſ ac ceteriſ quę & quoquo modo nominari poſſunt utilitatibuſ & hac n̄r̄ę auctoritatiſ epaliſ pagina communi conſilio & unanimi totiuſ ecc̄lię n̄r̄ę conſenſu pro ſalute n̄r̄a & omnium fratrum n̄r̄orum canonicorum & anteceſſorum ſucceſſorumq̄. n̄r̄orum ęterna beatitudine proprietauimuſ. inſup carratam uini ad ſacrificium domni ſinguliſ anniſ largiti ſumuſ ita ut quicunq̄. in eadem

dem ecclia fuerit abbaſ canonice electuſ liberam habeat poteſtatem tenendi poſſidendi & ad honorem dī & ſcę ecclię ſicut placuerit diſponendi. pro huiuſ beneuolentię gratia & ſimili per ſucceſſoreſ ñroſ epoſ adiiuuante dō eidem ecclię in poſterum exhibenda ñrę petitioniſ interuentu a prędicto *comite Widekindo*. quod multi etiam epī & abbateſ petebant. obtinuimus. ut uidelicet eadem abbatia ſicut dictum eſt libera & ab omni ſeculariſ obſequii aliena ecclię ñrę fraterna caritate deuincta in ſpiritualibuſ negotiiſ ſit ſubiecta. abbaſ obedientiam *patherbrunnenſi* epō faciat. conſecrationem ſuam & fratrum ſuorum ad ſacroſ ordineſ promouendorum ab ecclia ñra expectet. ad ſynodum & alioſ ſpiritualeſ conuentuſ inuitante epō familiariter ueniat & per impenſam epi ei familiariter exhibitam cum decore procedenſ conuentui deſeruiat. iudicia approbanda una cum ecclia nra admittat. reprobanda contemnat. denicą. conſolationeſ & conſilia in ſuiſ cauſiſ inueniat. poſtremo omnia ſpiritualia tam ipſe quam fratreſ ipſiuſ tanquam filii pię matriſ ubera ſugenteſ petant & accipiant. ut & noſ orationum & eleemoſinarum ipſorum & ipſi ñrārum in Xpō iugiter ſint participeſ. ad hunc fraternitatiſ in Xpō amorem confirmandum ſtatuimuſ. ut ſi quando uiſitationiſ ſeu exhortationiſ gratia ad locum aduenerit epuſ portio prębendę quę uni ex fratribuſ prouenire poterit ei proponatur. ut ex hac deuotione in domno gaudenſ epuſ de ſua abundantia inſpirante dō fratrum ſi quando poſſit uel quomodo poſſit ſupplere cogitet inopiam. de electione autem *aduocati* qui in rebuſ ecclię queſitiſ & querendiſ ſiue defendendiſ ſeculari lege ſollicituſ ſit hoc ſtatuimuſ. ut ſi in cognatione *Widekindi comitiſ* idoneam & ſibi placentem pſonam inuenerint. ipſam eligant in aduocatum. donanteſ ei beneficium honorem uidelicet quo maior eſſe non poteſt fraternitatem ſuam in Xpō & orationeſ & ſi digne adminiſtrauerit officium ſuum eternam remunerationem. ſi uero rapax & negligenſ exſtiterit ſine diſatione amotuſ careat & officio & honore conceſſo aliumą. ſibi ecclia ubi uoluerit & quem uoluerit prouideat. qui petitione & patrocinio patherbrunnenſiſ epi regali banno inueſtiatur & ſecundum iuſtitię tenorem utilitati fratrum defenſioniſ uireſ non ſubtrahat & eternam remunerationem qua nihil eſt feliciuſ accipiat. & ut hęc traditio & *Widekindi comitiſ* & heredum ſuorum rata atą. inconuulſa permaneat in ppetuum. hanc auctoritatiſ ñrę paginam inde conſcribi manuą. ñra propria confirmanteſ ſigilli ñri impreſſione iuſſimuſ inſigniri. huiuſ autem rei facto interfuit *Sigewarduſ mindenſiſ* epſ. *Thiadharduſ oſnaburgenſis* epſ & domnuſ *Erkenbertuſ corbeienſiſ* abbaſ. *Hammuco patherbrunnenſiſ* abbaſ. *Gerarduſ* primuſ abbaſ huiuſ loci. *Wino* ꝑpoſituſ. *Eſic* ꝑpoſituſ. *Widekinduſ comeſ. Bernarduſ. Herimannuſ* & alii quam plureſ.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Actum anno incarnationiſ dñicę MCXXVIII. XVIII. kal. ſeptembriſ.

Bernardum epiſcopum, qui in hoc diplomate *Widekindo comiti propinqua cognatione coniunctus* dicitur, ad familiam Sualenbergenſem referre animus eſſet, niſi auctor *Vitæ Bernardi*, ex Hardehuſanis monachis vnus, eum ex illuſtri familia nobilium dynaſtarum de Oſide, quæ Oſnabrugum inter atque Iburgum olim ſedem habebat, ortum fuiſſe, tradidiſſet. Igitur vel ipſa *Luthrudis Widekindi uxor*, vel *Widekindi* mater, *Heinrici comitis* coniux, ex clara illa Oſidenſi ſtirpe orta fuerit neceſſe eſt. In hoc diplomate inter teſtes reperiuntur *Bernardus* atque *Herimannus*. Videtur itaque *Bernardus* ille fuiſſe, qui in diplomatibus noſtris appellatur *Bernhardus de Waldekke*. Fortaſſis *Herimannus*, ab auo ita nominatus, ipſius *Widekindi comitis* frater fuit, ſiquidem *Widekindus comes* hanc traditionem cum *conſenſu heredum* ſuorum peregiſſe dicitur.

Confirmauit idem fundationis inſtitutum, a *Widekindo* effectui datum, imperator Lotharius anno 1136, vti ex ſequenti diplomate, quod e MScto in lucem emittimus, intelligitur. En illud:

℄ In nomine ıcę et indiuiduę trinitatiſ. *Lotharius* diuina fauente cle-

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

clementia tertius romanorum imperator auguſtuſ. Cum omnium ſtudia pro inſtitutione religioniſ & ſeruitii dī inchoata amplecti & promouere debemuſ & ipſorum deuota ſtudia iuuare & imperiali aſſenſu corroborare. proinde tā futurorum quā ꝑſentiū nouerit induſtria. qualiter fideliſ n̄ēr *Widekinduſ* abbatiā in loco qui uocatur monaſterium ſc̄ē marię in ſua fundauit proprietate inſtituenſ ibi uitam monachorum ſecundum regulā ſc̄ī benedicti ipſā ec̄cliam cum omnib⁹ oblatiſ ſeu adhuc offerendiſ d̄ō & matri ipſiuſ delegando. cui⁹ ſtudium *Bernharduſ patherbrunnenſiſ* ep̄us uenerabiliſ pari amplectenſ affectu huiuſ inſtitutioniſ offerendo non min⁹ ſua ſtudioſuſ cooperator extitit. utriuſq;. itaq;. deuotionem imperiali auctoritate n̄ra confirmando approbanteſ precipiendo iubemuſ ut null⁹ archiep̄c. ep̄c. dux. marchio. comeſ. uice comeſ. nulla deniq;. magna paruaq;. ꝑſona in hiſ conceſſiſ prefatam ec̄cliam deueſtire inquietare aut moleſtare preſumat. ſi quiſ vero contra hęc quod non credim⁹ aliquid attentare preſumpſerit. centum libraſ auri. medietatem camerę n̄rę & medietatem eidem componat ec̄clię. Quod ut ueri⁹ credatur & ab omnib⁹ diligenti⁹ cuſtodiatur. preſentiſ decreti paginā ſigilli n̄ri impreſſione inſigniri iuſſim⁹.

Signum domni Lotharii



tertii Romanorum imperatoriſ inuictiſſimi.

Bertholduſ notariuſ uice Adelberti archicancellarii recognoui.

dat. anno incarnationiſ d̄n̄icę M. C. XXX. UI. indict. XIIII. pridie non. auguſti anno uero regni regiſ Lotharii XI. imperii IIII. actum Corbeię in X̄pī nomine feliciter amen.

Sigillum datum eſt & exhibitum Tab. II. n. 1.

Aduocatus eccleſiæ Paderbornenſis fuit *Widekindus*. Id indicat charta ſequens, ex MSćto huc translata. En illam:

℄ In nomine ſcę et indiuiduę trinitatiſ *Heinricuſ* dī gratia patherbrunnenſiſ ec̄clię ep̄c. nouerit omnium fidelium X̄pī tā ꝑſentiū quā futurorū uniuerſitaſ. qualiter ec̄cliа quę eſt in *atlon* uenerit in proprietatę patherbrunnenſiſ cenobii. antiquioreſ n̄ri dixerunt ibidem quondam fuiſſe congregationē in honorēm ſc̄ę d̄ī genitriciſ marię coadunatā. in cuiuſ honore eadem baſilica eſt dedicata. nunc uero peccatiſ hominū ut putatur exigentibuſ uix parua quędam ueſtigia dinoſci poſſunt. unde domnuſ *Hamako* ueñer. patherbrunnenſiſ cenobii abbaſ temporalibuſ rebuſ pro ſubditorum neceſſitatibuſ explendiſ ſedulo deditуſ b̄te d̄ī genitriciſ & uirginiſ marię amore prouocatuſ & fratrum & fidelium ſuo-

ſuorum conſilio & auxilio animatuſ domnum *Bernhardum fratrem Volcoldi de maleſburg.* cui propria fuit eccl̄ia. cum amiciſ ſuiſ adiit & conuentionē cum eo facienſ ſedecim ei marcaſ ſpoſpondit. qui uenienſ cum herede ſuo unico. ſcilicet filio nomine *Amelungo.* tradidit eccl̄ię b̄torum petri & pauli in *patherbrunnon* ipſam eccl̄iam cum agriſ & mancipiiſ paſcuiſ & pratiſ & cum omnibuſ attinentiiſ. *Widikindo aduocato* eccl̄ię n̄r̄ę aſtante & cum abbate & fratribuſ ſuſcipiente abbate autem memoratum argentum perſoluente. rurſum uenit predictuſ domnuſ *Bernharduſ* in *placitum* memorati *Widekindi aduocati* & hanc traditionem laudauit ſtabiliuit & firmauit legitimo herede ſuo unico filio aſtante laudante atq̄. una tradente. unde noſ ſuperne remunerationiſ intuitu ac pręfati abbatiſ & fratrum ſuorum rogatu ipſam eccl̄iam cum omnibuſ ſuiſ appendiciiſ acquiſitiſ ſeu acquirendiſ n̄r̄a pontificali auctoritate eccl̄ię b̄torum ap̄lorum petri & pauli in *patherbrunnon* confirmamuſ & corroboramuſ. ęterna ferienteſ maledictione omnem hominem qui quemlibet abbatem & fratreſ ipſiuſ monaſterii ſuper hac inquietare moleſtare aut deueſtire pręſumpſerit. ut autem hec confirmationiſ n̄r̄ę auctoritaſ ſtabiliſ & inconuulſa permaneat paginam hanc inde conſcriptam ſigillo n̄r̄o inſigniri fecimuſ. huiuſ traditioniſ & confirmationiſ teſteſ ſunt tam canonici quam monachi. laici uero *Thiederic de Vorde. Erpo. Wezeluſ. Uffo. Hugo. Heinric. Liudold. Athelbero. Altman. Folcbrath. Altmar. Frithemar. Welciko. Sigebodo. Sibrath. Warmund. Sibrath. Reinzo. Filbrath. Gerlac. Godeſcalc. Conrad.*

Acta ſunt hęc in *Balhornon* XIIII. kal. decemb. anno ab incarnatione domni M. C. XX. indict. II. imperante romaniſ Heinrico quinto.

gubernante Corbeiam Warino.

Sigillum aeri inciſum exhibetur
Tab. I. n. 9.

Plura de hoc *Widekindo*, fundatore *Sualenbergenſis* monaſterii, quo nomine cœnobium Marienmunſter a ſummo pontifice Innocentio ad annum 1137 in bullatis litteris, quas habemus correctas, appellatur, iam addere non libet. Sæpiſſime is reperitur in chartis noſtris ineditis, quas loco ſuo deprehendes in *Hiſtoria Corbeienſi.* Quare ad eius poſteros, progrediamur, vt tandem aliquando hanc tractationem ad vmbilicum perducamus. Illius *Widekindi* filius fuit *Volcuinus de Sualenberg*, atque eius nepos exſtitit *Widekindus, de Waldekke* dictus. Sequenti diplomate, quod e MSćto hic exhibere libet, vtrumque illuſtrabitur momentum.

Widekindi comitis de Sualenberg filius Volcwinus de Sualenberg.

¶ In nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ. Notum ſit uniuerſiſ fidelibuſ futuriſ et p̄ſentib⁹ quomodo *Widekinduſ de Waldekke* anno d̄n̄icę incarnationiſ M. C. LXXXVIIII iheroſolymam proficiſcenſ impignerauit eccl̄ię b̄ti liborii in patherbrunne quidquid habuit in boniſ eiuſdem eccl̄ię et eccl̄ię ap̄lorum petri et andreę et ap̄lorum petri et pauli cum decima *atlen* et ſeruitiiſ aduocatię ꝑtinentib⁹ et cum omnib⁹ emergentib⁹ protrecentiſ marciſ examinati argenti. ratum habitur⁹. ſi tempore abſentię ſuę predia et mancipia in caſib⁹ licitiſ alienarentur. et iurauit in ſc̄o ſc̄iſ reliquiiſ b̄ti liborii. quod nunquam de *aduocatia* et aliiſ impignoratiſ ipſe uel aliquiſ ſuo nomine emolumentum ꝑcipiet quouſq̄. ipſe reuerſuſ trecentaſ marcaſ examinati argenti eccl̄ię b̄ti liborii reſtituet. et quoniam *Arnold⁹ de Hobrahteſſen* et uxor eiuſ et filii ſui decimam in *atlen* et ſeruitia aduocatię iure feodali poſſidere dicebant d̄o et nobiſ et eccl̄ię fideliter promiſit. quod ſi reuerteretur fratrib⁹ omnem defectum ſuppleret quem eccl̄ia in ſeruitiiſ aduocatię ſiue in decima *atlen* per *Arnoldum* et uxorem ei⁹ ac filioſ uel propter eoſ ex aliorum inuaſione ſentiret. ad ꝑſoluendum argentum ſibi creditum tempore abſentię ſuę fidelib⁹ ſuiſ *Ludouico de Waldekke. Conrado* d̄c̄o *de Enſe. Heinrico* hildenſemenſi. *Alexandro* dapifero. *Rothardo* coco aſſignauit duaſ decimaſ *godolouеſſen imminchuſen* et treſ curiaſ *dalpenhuſen*

witmare

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

witmare meſſere et pedagium ſiue *ducatum patherbrunne.* ut ipſi omnem prouentum annuatim in eccl̃ia reponerent. quatin⁹ ſumma pecunię inde collecta ſibi reuertenti computaretur in ſortem. nolenſ itaq;. liberationem hui⁹ pignoriſ ad *fratreſ ſuoſ* ſeu quemlibet alium tranſmittere. hoc conſtituit et ordinauit. quod ſi ipſe non reuerteretur *aduocatia* cum decimiſ et ſeruitiiſ dn̄ō ep̄ō et eccl̃ię uacaret uel dn̄uſ ep̄uſ de boniſ ſuiſ eligeret aduocatum quem uellet. p̄poſit⁹ et fratreſ ſibi eligerent utilem. cui electo et p̄ſentato a p̄poſito et fratrib⁹ dn̄uſ ep̄uſ aduocatiam commendaret non in feodum daret. p̄reterea cum multa deuotione hoc expreſſit. quod eo non reuertente pecunia de duab⁹ decimiſ et trib⁹ curiiſ et *ducatu* collecta. non fratribu⁹. non quibuſlibet heredib⁹ reſtitueretur. non in reſtitutionem ornat⁹ eccl̃ię impenderetur. ſed emeretur inde p̄dium. de quo fratreſ annuam conſolationem pcipienteſ piam et ꝑpetuam ſui et *patriſ ſui Volcuini* et *aui ſui Widekindi* in anniuerſariiſ depoſitionum dieb⁹ haberent memoriam. Hoc quoq;. inſeruit quod ſi comparato p̄dio. vnde fratreſ maioriſ eccl̃ię honeſtam annuatim haberent refectionem. tantum remaneret uel excreſceret. eccl̃ię b̄ti pauli decem marcę. eccl̃ię b̄ti andreę decem marcę darentur. reſignauit etiam dn̄uſ *Widekinduſ* curiam ſuam *dalpenhuſen* et ſeruicium ep̄ale *hereuorde* in manu dn̄ī ep̄ī et dn̄uſ ep̄us omnia beneficia *Widekindi.* p̄reter aduocatiam cum ſuiſ ꝑtinentiiſ et p̄reter curiam *dalpenhuſen* et p̄reter ſeruitium *hereuordenſe.* conceſſit *fratrib⁹ ei⁹ Herimanno* et *Heinrico.* ita tamen. quod ſi *Widekinduſ* rediret ipſe bona ſua eo iure reciperet et teneretur quo ante reſignationem. *Herimannuſ* et *Heinricuſ* receptiſ beneficiiſ iurauerunt fidelitatem dn̄ō ep̄ō et p̄ſentib⁹ priorib⁹ et fratrib⁹ eccl̃ię. ſic et coram aliiſ clericiſ et in beneficiatiſ et miniſterialib⁹ eccl̃ię conteſtati ſunt. ſe in aduocatia nil iuriſ habere nec unquam habuiſſe et datiſ dextriſ promiſerunt ſub iuramento publicę et uerę fidei et ſub pena amiſſioniſ omnium beneficiorum quę receperant. iurauerunt etiam in reliquiiſ b̄ti liborii. quod abſente *Widekindo fratre ſuo* nunquam ipſi uel aliuſ eorum nomine ſiue auctoritate in aduocatia eccl̃ię pignorata aliquo ingenio quicquam incommodi facerent per uiolentiam ſeu aliquam exactionem. et quod ſi *Widekinduſ* non reuerteretur nunquam aliquid ſibi iuriſ in aduocatia et in ei⁹ pertinentiiſ addicerent et eam nullo iure nullo unquam ingenio ſeu ſubtilitate repeterent et in nullo unquam poſſeſſionem eiuſdem aduocatię uacantiſ turbarent. et ſententiatum a fidelib⁹ eccl̃ię. quod ſi *Widekinduſ Herimannuſ* et *Heinricuſ* factum illud poſtmodum uellent inficiari. non eorum iuramentum admitteretur. ſed poti⁹ nobiſ probatio incumberet et eorum teſtimonio. ſub quorum p̄ſentia hęc acta ſunt fideſ haberetur. et quomodo hęc ante quadrageſimam geſta ſunt. ne reuerentia temporiſ hanc ordinationem infirmaret. ſententiatum eſt p̄cedente et antecedente eorum arbitrio et conſenſu. omnia tamen tam rata habenda ac ſi in dieb⁹ iuridiciſ eſſent contractata et conſummata.

Acta hęc ſunt anno dn̄ī M. C. LXXXVIIII. indict. VI. non. apriliſ feria II. poſt palmaſ *patherbrun.* in domo ep̄ali p̄ſente clero p̄ſentib⁹ inbeneficiatiſ et miniſterialib⁹ eccl̃ię. Nomina inbeneficiatorum qui interfuerunt hęc ſunt. *Euerhard de brochuſen. Amelunguſ comeſ. Godeſcalc⁹ de ſtatberg. Heinricuſ longuſ de erelen. Heinricuſ ſpiring. Suetheruſ de weuer.* hęc quoq;. in proxima feria IIII p̄ſentibuſ nobilibuſ *Bernhardo de lippia. Herimanuo de ittere. Florino de ſpenge.* et p̄ſentib⁹ *Heinrico abbate* ciuitatiſ *patherbrunnenſiſ* et *Wilhelmo* abbate *de helmwardeſhuſen* et *Nicolao* abbate *de herſethehuſen* et *Sifrido abbate de flectorp* et p̄ſentib⁹ ſacerdotib⁹ et ſcabiniſ qui eo die ad ſynodum generalem conuenerant in capitulo maiori recitata ſunt et confeſſione et promiſſione *Herimanni* et *Heinrici* confirmata. P̄reterea tota hęc actio hoc ordine conſcripta proxima feria II. qua cantatur introduxit noſ dn̄uſ. *Waldekke* recitata eſt in audientia dn̄ī *Arnoldi oſnaburgenſiſ* ep̄ī, *Lentfridi oſnab.* p̄poſiti. *Rodolfi de ſteinuorde* et multorum clericorum ac militum qui ibi ſimul cum *Widekindo*

do iter peregrinationiſ arripuerunt. aderant quoq;. *Bernharduſ* prepoſituſ monaſterienſiſ *et frater eiuſ Ludolfuſ de ſteinuorde.* et caſtellani de *waldekke* et multi nobileſ ac miniſterialeſ qui *Widekindo* ualedicturi illuc conuenerant et ſine omni heſitatione *Herimannuſ* et *Heinricuſ* ſe ſic feciſſe promiſiſſe et iuraſſe et omnia ſe rata uelle habere confeſſi ſunt. guber-nante Corbeiam Warino.

Pateſcit ex hoc diplomate, *Volcuinum* fuiſſe *Widekindi* filium. Appellatum eum fuiſſe *comitem de Sualenberg*, præpotentemque illum fuiſſe dominum, et bellum geſſiſſe cum principe *de Arnesberg*, intelligitur ex ſequentibus verbis, quæ in Chronico noſtro MSćto et coætaneo exſtant, quæque minus accurate a Grupenio in *Origin. Pyrmont.* p. 43. exhibita, et ideo hic repetenda, ſunt:

Anno MCXLV. tertio deſtructa eſt urbſ *Ereſburg*, hec eſt *ariſburg*. Primo enim per Karolum Magnum, qui undecimo anno obſidioniſ fraude cepit et deuaſtauit. ſecundo per *Fridericum* principem *Arneſburgenſem* precatu *Erkenberti abbatiſ.* tertio per *Wolcvinum* uirum prepotentem *ſualenburgenſem.* nam werra inter ipſum et domnum *Heinricum filium Friderici* premiſſi *de Arneſberg* oborta, quem et incole montiſ *Ereſburg* ad contuendoſ ſe cum urbe adtraxerant et ipſe forteſ uiroſ domnoſ uidelicet *Scardenbergenſeſ* et *Caſebergenſeſ* inibi collocare decreuerat ad humiliandum ipſum *Wolcwinum*, qui et ei uidebantur inimicari. Condictam ergo diem quando et conuenire in monte debebant, ut unuſquiſque ſuam turrim altam et firmam inibi conſtrueret. Domnuſ *Heinricuſ abbaſ*, qui et urbem reedificauerat, et domn⁹ *Volcwin⁹* animoten⁹ retractanteſ iacturam ditioni ſue ac circumiacentib⁹ late boniſ ſuiſ de hiſ euenturam diem preuenerunt. montem aſcenderunt. quid facto opuſ foret cum non reperirent, tota die illa conſultanteſ, ut ſine populi damno inhabitantiſ fieri ullaten⁹ poſſet, in craſtinum diſtulerunt. Cumque ſol ſubſequentiſ diei aurore indicio ſe prodidiſſet, inconſulto et inſcio abbate, adhuc etiam et dormitante, per militeſ domni *Volcwini* nutu ipſiuſ circumquaque urbſ ſuccenditur et conſumitur. Eodem anno fameſ aſpera et fureſ plureſ ex militib⁹ fortiorib⁹ factione pernicioſa conglobati multoſ in hac terra duriuſ angebant. Denique *Vuldenſem* eccleſiam patera hathemari et multiſ theſauriſ ſpoliabant et nonnullaſ aliaſ hui⁹ terre rebuſ propriiſ et eiſ aliunde illatiſ iidem predoneſ vel fureſ priuabant etc.

Huius *Volcwini de Sualenberg vxor* nominatur *Lutgardis filiaque Poſſonis comitis in Richenbach* et *Berthæ* idque in litteris Henrici archiepiſcopi Moguntini ad annum 1144, quæ exſtant in clariſſimi dn. Kuchenbeckeri *Analectis Haſſiacis collect.* IV. p. 340. ſeqq. Quantas vero moleſtias exhibuerit *Volcwinus* anno 1147 Corbeienſibus noſtris, ex quo conceſſa fuerant eccleſiæ Corbeienſi duo monaſteria, Kemenaden et Visbike, ac depoſita erat per abbatem noſtrum Wibaldum abbatiſſa Kemenadenſis *Iuditha, germanæ Volcwini* filia, id ipſum memoriæ prodiderunt Corbeienſes, eo tempore viuentes, in Chronico laudato et MSćto. In hac depoſitione ſita fuit lerna malorum, quæ Corbeienſes et inprimis vrbs Huxaria a *Volcwino*, eiuſque *fratre Widekindo*, anno 1152 acceperunt. Quamuis enim denegata aduocatiæ Corbeienſis dignitas, quam *Volcwinus* ſibi vindicabat, quia eius pater atque auus iam Corbeiæ Viceaduocati fuerant, ad arma concitare *Volcwinum* noſtrum potuiſſet, maluit tamen hic indignationem ſupprimere, quam iræ impetum ſequi. Mortuo Reinoldo Northeimenſi et Daſſelienſi eadem aduocatiæ dignitas ad manus Herimanni comitis de Winzenburg delata fuit. Occiſo Herimanno Winzenburgico, adeptus denuo fuit *Volcwinus* noſter aduocatiam, vti litteræ Wibaldi abbatis Corbeienſis ad imperatorem Fridericum anno 1152 exaratæ indicio ſunt, quas ex membrana, litteras Wibaldi noſtri exhibente, afferimus. Eæ ita ſonant:

Inclito triumphatori ac Sereniſſimo domno ſuo *Frederico* dī gratia glorioſo romanorum imperatori auguſto frater *Wibalduſ* dī gratia id quod eſt in ecc̄lia catholica ſalutem in eo qui dat ſalutem regibuſ. In-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

iuriam quę *Corbeienſi* ecclię & nobiſ illata eſt propriis uerbiſ explanare non ualenteſ cum propheta ingemiſcimuſ dicenteſ. expectauim⁹ pacem & non uenit & tempuſ curationiſ & ecce perturbatio. ſperabam⁹ enim in tempore & maxime in primordiiſ regni ueſtri. quem deuſ mirabili & celeri potentia ſua omnium principum ſumma & deſiderabili conniuentia in regni ſolium ſublimauit. latronum man⁹ eſſe compreſſaſ. furta uindicata. pfidiam uindicatam. quippe cum ūrę potentię nulla poſſit nequitia obſiſtere in hac confidentia ſecuroſ & nihil omnino metuenteſ inuaſerunt noſ hominеſ ñri. qui nobiſ fidelitatem iurauerunt & magna beneficia a nobiſ habent. & armata manu intrauerunt oppidum ñrum *huxori* & premiſſa paulatim & per turmaſ militia tandem armati & patentib⁹ uexilliſ ſuper incautoſ *Volcwinuſ* uidelicet & *Widekinduſ fratreſ* & in uaſtitate hoſtili totum locum occupauerunt. triduo itaq;. ibidem commoranteſ & omnem circa regionem. quę ad prębendam fratrum ſpecialiter ptinet. penit⁹ deuaſtanteſ nefandiſſima ſcelera in uiroſ ac mulieres paſſim commiſerunt & poſt publicam atq;. communem rapinam. quę eſtimata eſt fuiſſe *nongentarum librarum denariorum.* a captiuiſ meliorib⁹. quoſ a pauperiore turba ſegregauerant. ducentaſ quinquaginta treſ libraſ nummorum extorſerunt. inſuper uallum & munitioneſ. quę auctoritate regia & precipue priuilegio btę recordationiſ patrui ac prędeceſſoriſ ūri conſtructę fuerant. *cum aduocati eſſent eiuſdem loci.* deſtruxerunt. nullę inter noſ & ipſoſ inimicitię erant ſed proxime. cum ab eiſ in oſculo pacif receſſeramuſ. nullam unquam querimoniam uel nobiſ uel alicui ſuper prędictoſ burgenſeſ fecerant. nec alicui⁹ mali ſuſpicio inter ipſoſ & ñroſ habebatur. pro hac tam atroci calumnia fratreſ ñrī. dum abſenteſ eſſem⁹. corpora ſcōrum Viti & Iuſtini. quę apud noſ requieſcunt. in terram depoſuerunt & humiliatiſ crucifixi ſaluatoriſ ñri imaginib⁹ ab omni deincepſ ſolemni officio diuino & a pulſatione campanarum abſtinuerunt. prouoluti ergo genib⁹ ūrę maieſtatiſ tam noſ quam fratreſ ñri & tota familia corbeienſiſ clementiam ūram ſuppliciter exoram⁹. ut. ſicut decet principalem excellentiam. uindicare non differatiſ hanc inſignem contumeliam quę ūram dignitatem non modica ex parte obſcurat. alioquin non ſolum uobiſ & regno ſeruire. ſicut in precipuo habemuſ. ultra non poterim⁹. ſed etiam in *terra ſaxonica* cum honore habitare non ualebimuſ.

Fucoſa ergo amicitia fuerat indubie, quam *Volcwinus* noſter circa annum 1150 cum abbate noſtro *Wibaldo* colebat, cum *Volcwinus Wibaldo* adiuuante diuortium faciendi ab vxore ſua deſiderio flagraret, vti diſcimus ex Wibaldi litteris, quas ex eadem membrana addimus:

Reuerendo patri ſuo & domino *Heinrico* ſcę moguntinę ecclię uenēr. archiēpo *Wibalduſ* dei gratia corbeienſiſ ecclię ſeruuſ exiguaſ orationeſ & deuotum ſeruitium. referente domno *Volcwino de ſualenberg* didicim⁹. quod iuxta ſacerdotaliſ officii dignitatem erga ipſum & uxorem eiuſ diſtricte iuſtitiam cuſtodiatiſ & relicta carniſ & ſanguiniſ caritate ſpiritum. qui libertatiſ eſt auctor & propagator. ſequamini. unde & noſ glorię ūrę plurimum in domno congaudem⁹. quippe qui in hac cauſa nihil aliud quam ueritatem diligim⁹. etſi quoſ offendim⁹ propter ueritatem offendim⁹. teſtatur ſiquidem prędict⁹ *Volcwin⁹*. quod antequam eandem uxorem ſuam deſponſauerit. a quibuſdam pro certo compertum habuerit. quod morbo caduco laboraret. & multorum ac religioſorum uirorum teſtimonio ſe probare poſſe aſſerit. quod ſibi eam copulare nollet ſi ueraciter tali infirmitate detineretur & hoc parentib⁹ puellę palam indicauerit. nouit autem eruditio ūrā quod cum in omni contractu frauſ & dol⁹ abeſſe debeat precipue in contrahendo ubi fideī & ſacramentum ſpectatur. nulli⁹ doli debet eſſe ſuppoſita commixtio. quod ſi ita eſt. nulla regula conſtringi poteſt ad ſequendum id quod nec intendit cum faceret. nec uoluit cum ſentiret. ſcienti legem loquimur & non ignoranti. ſub quo lapſ⁹ periculo & laicuſ

cuſ & iuueniſ iam longo tempore uerſetur. quod ſi ad parteſ ñr̃aſ acceſſeritiſ. uenire ad ūr̃ām celſitudinem pro eadem cauſa parati ſumuſ. guber-nante Corbeiam Warino.

Idem *Volcwinus de Sualenberg* inter teſtes apparet in litteris *Heinrici* Leonis, quas e manibus accepimus docti cuiuſdam amici Paderbornenſis, teſtes illius, quod anno 1156 Leo acquiſiuit, prædii Hethuelde. Hasce in hanc ſententiam ſcriptas cum lectore communicabimus.

✠ In nomine ſc̃ę et indiuiduę trinitatis. *Heinricuſ* dī gr̃ā *dux Bauarię* & *Saxonię* omnibuſ p̃ſentib⁹ & futuriſ in ꝑpetuum. notū facim⁹ uniuerſitati tam p̃ſentiū quā futurorum qualiter p̃dium quoddam quod uocatur *Hethuelde* ſitū in partib⁹ aquiloniſ a fratrib⁹ de *Amelungeſborne* ꝑ pecuniā ñr̃ām & ꝑ alia quędam p̃dia ñr̃a redemim⁹ & in proprietatem redegim⁹. ſiquidem cum propinquuſ ñ̄r̃ feliciſ memorię idem p̃diū p̃nominatiſ fratrib⁹ pro remedio animę ſuę in proprietat̄ redegiſſet. noſ cupienteſ dilatare terminoſ hereditatiſ ñr̃ę facta conuencione cū eiſdem fratrib⁹ pro CCCLXXV marciſ argenti in beneplacito eorum ipſum p̃dium redemim⁹. & cū totā ſummā p̃taxatę pecunię uſq; ad quadraginta marcaſ p̃ſoluiſſem⁹. pro ipſiſ quadraginta marciſ p̃diū quoddā de ñr̃a proprietate VII ſcilicet manſoſ in uilla quę uocatur *erdeſhuſun* iure proprietario in ꝑpetuū poſſidendū eiſ tradidim⁹. Hi autem teſteſ fuerunt. d̄nuſ *Bruno Hildenſemenſiſ* ēp̃s. d̄nūſ *Bernharduſ Patherbrunnenſiſ* ēp̃s. d̄nūſ *Conrad⁹ abbaſ de Rithageſhuſen*. d̄nūſ *Heinric⁹ abbaſ de ſc̄o egidio*. d̄nūſ *Reinald⁹* cancellari⁹. d̄nūſ *Eckehard⁹ p̃poſit⁹ de Bruneſvvich*. d̄nūſ *Bruno p̃poſit⁹* maioriſ dom⁹ in Bremiſ. *Adelb̄t⁹ comeſ de Euerſtein. Adolf⁹ comeſ de Schowenborg.* laici. *Volcwinuſ* & *Widekind⁹ de Sualenberge. Ludolfuſ de Daſle. Ludolfuſ de Waltingerode. Liutharduſ de Meinerſheim. Heimbert⁹ de Riklinge. Bertolduſ de Homborg.* & miniſterialeſ ñr̃i *Heinric⁹ de Wida. Baldewin⁹ aduocat⁹ de Bruneſvvich. Anno de Heimenborg. Lippold⁹ de Herteſberge. Gerharduſ de Logheim.*

Data anno d̄nīcę incarnationiſ M.C.LVI. indictione IIII. regni autem d̄nī *Frederici* imperatoriſ V. imperii autem eiuſ primo VIII. Kal. auguſti. Actum *Bruneſvvich* in Xp̄o feliciter amen.

Fuiſſe autem eundem *Volcwinum* fratrem *Widekindi de Sualenberg*, teſtantur eiuſdem Heinrici Leonis litteræ, quas ex eiuſdem amici manibus accepimus, et quæ ſic ſunt conformatæ:

✠ In nomine d̄nī ñr̃i Ih̄ū Xp̄ī regiſ ęterni *Heinricuſ* dī gr̃ā *Bauarię* & *Saxonię dux* noſcat tā p̃ſentiſ quā poſtfuturi temporiſ uniuerſitaſ. quod ego *Heinricuſ* pro remedio animę meę & ſalute corporiſ curtem ñr̃am in *Adelloldeſheim* cū omnib⁹ attinenciiſ ſiue in nemoribuſ ſiue in campiſ ſiue in aquiſ aquarumue decurſib⁹ ſc̃iſſime dī genetrici ſempq; uirgini marię in *Amelungeſbornen* ex interna animi uoluptate contuli & contradidi. ęternam remuneracionē exſpectanſ. ut ergo hoc factum omnibuſ & ratū & inconuulſum pmaneat ad euidenciam eiuſ p̃ſentem paginam fecim⁹ conſcribi & ſigilli ñr̃i impreſſione roborari & inſigniri.

Anno incarnationiſ d̄nī M.C.LXVI. indictione XIIII. cum liberiſ annotatiſ teſtibuſ *volcvvino* & *vvidekindo fratre eiꝰ de Sualenberge*. comite *Adelberto de Euerſtein. Ludolfo de Daſle. Remberto* & *Herderico de Riklinge. Bodone* & *Bertoldo de Homborg.* miniſterialibuſ quoq; *Heinrico de vvida. Lippoldo de Herteſberge. Annone de Heimenborg. Arnoldo de Eimbeke.* Heinrico. *Strabone de Homborg.* Amen.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Plura de hoc *Volcwino de Sualenberg* addere e re noſtra non eſt. Quæ de eo dicenda reſtant, inuenies e chartis ineditis eruta in *Clientela Corbeienſi.* Volcwini annus emortualis in Necrologio noſtro MSćto annotatus eſt ad annum 1178.

Volcwini comitis de Sualenberg filii
1) Widekindus VII. comes de Waldekke.
2) Herimannus comes de Waldekke.
3) Heinricus.

Iam de huius *Volcwini filiis* eſt differendum, ne quis dubiter, ſereniſſimorum *Principum de Waldeck* originem ab hoc *Volcwino* eſſe arceſſendam. Filius ei fuit, cui nomen fuit *Widekindi.* Id iam ſupra demonſtrauimus ex diplomate ad annum 1189 dato. Ex hoc intelligimus, eundem *Volcwinum* gauiſum fuiſſe præterea aliis filiis, quibus nomina fuerunt *Herimanni* atque *Heinrici,* quippe qui *Widekindi de Waldekke* fratres appellantur. Liberos fuiſſe huic *Widekindo de Waldekke,* veriſimile nobis non videtur. Id potius eſt admodum probabile, hunc *Widekindum* in itinere e terra ſancta ſine prole deceſſiſſe. Conferatur *Gobelinus Perſona in Coſmodromio T. I. Meibomii* f. 274. Si enim ſobolem procreaſſet *Widekindus de Waldekke,* aduocatiam Paderbornenſem, et cetera beneficia, ab eccleſia Paderbornenſi poſſeſſa, ad fratres ſuos *Herimannum* et *Heinricum* non tranſmiſiſſet. Id vero ex diplomate in medium allato clare diluceſcit. Fratres ergo eius familiam Waldeccenſem propagauerint oportet. *Herimannum, de Waldekke* comitem, eius fuiſſe heredem, pateſcit ex tabulis publicis, in quibus coram Heinrico VI. rege Romanorum ipſe profeſſus eſt, ſe nihil iuris habere in aduocatiam Patherbrunnenſem atque bona ad aduocatiam referenda. Has e MSćto addimus iure noſtro.

C In nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ *Heinricuſ* dī gr̄ā romanorum imperator et ſemper aūg. equitatiſ ratio pſuadet & iuriſ ordo depoſcit. ut ſi a fidelib; impii maieſtati ñr̄e diſcordie proponuntur eaſ aure attenta p̄cipientes rigore iuſtitie uel amicabili compoſitione decidere intendam⁹. & quod in preſentia ſublimatiſ ñr̄e rationabiliter deciſum fuerit uel amicabili tranſactione compoſitum. ne proceſſu temporum ob malorum proteruiam immutari debeat. uel aliquo caſu poſſit reſcindi. ſc̄ī apiciſ munimine ab imperiali maieſtate dignum ducim⁹ roborari. Quapropter notū facim⁹ uniuerſiſ imperii ñr̄i fidelib; preſentib; & futuriſ. quod accedenſ ad preſentiam ñr̄am dilect⁹ ac fideliſ ñ̄r Bernharduſ patherbrunnenſiſ ep̄c. una cum *Herimanno de Waldekke* ſimul nobiſ ſignauerunt. quod ipſe *Herimann⁹* iam alia uice non coact⁹ ſed uolenſ aduocatiam Patherbrun. in ec̄cliiſ curtib; manſiſ mancipiiſ & omnib; ad aduocatiam p̄tinentib; decimā in *Atlen.* curiam in *Dalpenhuſen.* & ſeruitium ep̄āle in *Heruorde.* abiurauit apud Patherbrun. in domo ep̄i iure feodali. promiſitq; in man⁹ fidelium patherbrunnenſiſ ec̄clie ſub damno amiſſioniſ omniū bonorū ſuorū. ſe nullo unquam ingenio eandem aduocatiam cum prenominatiſ boniſ repetiturum. uel aliquo modo inuaſurum. & quod nulliſ ſuiſ conſanguineiſ uel extraneiſ aſſiſtet. qui aduocatiam inuadant. & nominata bona. ſed cum ep̄o ea fideliter defendet. elegit & iam idem *Herimann⁹.* quod ſi hanc tranſactionē uel aliquod eiuſ capitulum inficiari aliquando uellet. non crederetur iuramento. quo negatiuam probare uellet. ſed conuinceretur p clericoſ & miniſterialeſ eque ſicut p nobileſ. in preſentia itaq; maieſtatiſ renunciauit omni iure. quod in predicta aduocatia ac preſcriptiſ boniſ habere uidebatur. & expreſſe coram nobiſ abiurauit totā aduocatiam. quam *Widekinduſ frater ſuuſ* uacantem habuit. quando eam reſignauit. dum itur⁹ eſſet in expeditionem tranſmarinā. preterea abiurauit decimam *Atlen.* curiam *Dalpenhuſen* & ſeruitium ep̄ale in *Heruorde.* hoc itaq; factum predicto patherbrunnenſi ep̄o ſuiſq; ſucceſſorib; & ec̄clie patherbrun. ut in ppetuum ratum pmaneat. & a nullo unquam in poſterum infringatur. preſenti pagina imperiali auctoritate confirmam⁹. ad cui⁹ rei certā in ppetum euidentiā preſentem cartam inde conſcribi iuſſim⁹ & maieſtatiſ ñr̄e ſigillo communiri. Hui⁹ rei teſteſ ſunt. *Walther⁹ trojan⁹* ep̄c. *Rudolfuſ renetenſiſ* ep̄c. *Sifrid⁹* abbaſ *hereſueldenſiſ. Conrad⁹ abbaſ de Lorſe. Athelbert⁹ dux de Tekke.* comeſ *Herimann⁹ de Kircberc.* comeſ *Godefrid⁹ de Spanhem.* comeſ *Poppo de Wertheim. Rutber-*

C[um] [illegible] [illegible] [illegible

bert⁹ de Durna. Cono de Mincenberc. Heinric pincerna. & alii quam plures. acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°. C°. XCIII. indictione XI^a. gubernante Corbeiam Warino.

Data apud Frankenovort II idus decembris.

Anno 1198. *Herimannus* noster, *de Waldekke* comes, in comitiis solennibus præsto erat, cum Otto IV, Heinrici Leonis filius, Aquisgrani solenni ritu rex inungeretur, in solio Carolino collocaretur, ac læta acclamatione populi rex salutaretur. Id ipsum patet ex diplomatis sequentibus, quæ ex autographis archiui Corbeiensis hic accurate in publicum proferimus, hunc in modum:

CIn nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia Romanoꝝ rex et semp aūg uniu'sis regni fidelib⁹ in perpetuum. Cum diuina clementia nos ad Romani Regni fastigiū ꝓuehere dignata sit. merito subiectoꝝ ñr̄oꝝ pat^o ciniis intendere: & maxime locoꝝ uenerabiliū ivra manutene' & augm'tare debem⁹ et si qua ꝑ alicui⁹ potentiā eccliis dī fuer't subtracta ea ad ꝑstinū statū ex regali beniuolentia reuocare uolum⁹. Quaꝓpt' vniuersis tam futuris q^am p̄sentib; regni ñr̄i fidelib; notū esse uolum⁹. q̄d fideli ñr̄o *Widekino* corbiēñ abbi & eccl̄ie sibi com̄isse feodū furesti quod *soligo* dicit' in p̄sentia principū impii recognouimus & tradidimus. eo tenore. ut in eo usū uenandi habeat. et ius quod uulgariter Wiltban appellatur sine qualibet contradictione exerceat. bona quoq; Corbiens. eccl̄ie antiqua uel de nouo acquisita. uacantia vel locata. & iurisdictiones. uidelicet aduocatias et comitatus & regales bannos quos ipsi de ñr̄a serenitate indulsim⁹ priuilegiis ñr̄is confirmam⁹. Vt ergo inuiolabiliter quod legaliter ordinauim⁹. hui⁹ facti seriem p̄senti instrumento com̄endatā sigilli ñr̄i impressione & testiū subscriptione roboram⁹. adiicientes. ut si quis hoc factū ñr̄e auctoritatis. munimine consolidatū qualibet occasione soluere attēptauerit veluti lese maiestatis reus ñr̄e seueritatis senciat indignacionē. & ꝓ tam temerario excessu exsoluat centū talenta puri auri. ñr̄e maiestati quinquaginta. aliā partē eccl̄ie quam ledere p̄sumpsit. Hui⁹ rei testes sunt *Adolph⁹ Colon.* archiepc. *Conrad⁹ Argentinen.* ēp̄c. *Theoderic⁹ Traiecteñ.* ēp̄c. *Thiidmar⁹ Minden.* ēp̄c. *Heribert⁹ abbas de Werden. Bruno* p̄pos. *aquensis. Heinric⁹ dux de Lenborg. Heinric⁹* comes *de Seyna. Simon comes de Tikkeneborg. Arnoldus comes de Althena. Albertus comes de everstein. Adolphus comes de monte. Heinricus comes de Kessele. Heinricus comes de Huchesswage. Herimann⁹ de* Waltecke. *Heinric⁹ de Swalenberch.* Walter⁹ et *K^o uno de Rulant. Albert⁹ de Hurde.* Warner⁹ et *Reimarus de Reimbach. Heinric⁹ de Synreche.* & alii quam plures. Acta sunt hec anno d̄ñice incarnationis. M°. C°. XC° VIII°. indictiōe prima. anno regni ñr̄i I°. VIIII° die mensis augusti.

signum domini ottonis quarti  Romanorum Regis inuictissimi.

Data per manū Morandi Regalis aule prothonotarii Aquisgrani feliciter.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Alterum vero diploma est huius sententiæ:

C In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatis: *Adolfus* diuina fauente clementia ſc̄ē *colonienſis* ec̄clie archieps. licet naturalis legis equitaſ generaliter depoſcat. ut omneſ eccleſie mutuiſ gaudeant conſolationib⁹. tamen quia pluſ ſolet obligare quod ſpecialiter pollicetur quam quod generali ſponſione concluditur. notum facim⁹ tam futuriſ quam preſentib⁹ quod temporib; d̄ni *wihdekindi corbeien.* abbatiſ. inter n̄ram et ipſi⁹ eccleſiam conſentientib; & cooperantib; n̄ris fidelib; huiuſcemodi obſeruationiſ fedus adhibitiſ neceſſariiſ ſolempnitatib; contraxim⁹. ut p̄dicta ec̄clia in quolibet neceſſitatiſ articulo n̄ro fulciatur preſidio & uerſa uice n̄ra ec̄clia a corbeic̄n̄. oportunum auxilium experiatur commodum. Ne ergo pactum tam ſolerti induſtria firmatū. nobiſ & predicto abbate decedentib⁹ aliqua ſucceſſorum leuitate ſoluatur. non ſolum circa p̄ſonaſ preſidentium que mutari poſſunt. ſed circa prenominataſ ec̄clias perpetua ſtabilitate inuiolabiliter ſtatuim⁹ obſeruandum. Hui⁹ ergo facti ſeriem preſenti inſtrumento commendatā ſigilli n̄ri et ec̄clie beati Petri impreſſione firmam⁹ & teſtium ſubſcriptione roboram⁹. Teſteſ ſunt hi. *Theodoric⁹ Traiectenſis* ēp̄s. *Thibdmar⁹ mindenſis* ēp̄s. *Heribert⁹ abbaſ de* Werden. *Ludowicus* maior prepoſituſ. *Vdo* maior decan⁹. *Bruno Bunnen.* p̄poſit. *Theodoric⁹* prepoſit. ſ. *gereoniſ. gerarduſ Xanten.* p̄poſ. *Theodoric⁹* p̄poſ. ſ. *Andree. Theodoric⁹* p̄poſ. *ſc̄ōrum ap̄lorum. Engilbertus* p̄poſ. ſc̄ī *georgii. Herimann⁹* chor ēp̄c. *Rodulfus* maior ſcolaſticus. *Henricus dux de Limburg. Henricus comeſ de Seyna. Symon comeſ de Tekinburg. Arnold⁹ comeſ de Althena. Albertuſ comeſ de Euerſtein. Adolfuſ comeſ de monte. Heinricus comes de Keſſele. Heinricus comeſ de Hukeſwage. Herimannus de* Waldekke. *Henricuſ de Svalewenberch. Henricus* et *Gerard fratres de* Wolmundeſtein. *Herimannus* colon. aduocat. *Herimann⁹ ſcoltetuſ de Suſat.* et *Herimannuſ* filiuſ ei⁹. *Otto* camerariuſ. *Henricuſ* dapifer. *Henricuſ* marſcalc⁹. *Adam* pincerna & alii quam plureſ. Act. ſunt hec anno d̄nice incarnat. M.C.XC. VIII. indictione p̄ma.

Datum apud *Aquis.* IIII. nonaſ Julii p man⁹ Godefridi cappellani in die ſcil. coronationiſ d̄ni Ottoniſ quarti Romanorum regis feliciter. AMEN.

Vter horum duorum fratrum, an *Herimannus*, an *Heinricus*, ſtirpem Waldeccenſem propagauerit, in *clientala Corbeienſi* nos demonſtraturos eſſe promittimus et ſpondemus.

Widekindi comitis de Sualenberg poſteri.

Reuertimur ergo ad alterum *Widekindi IV. de Sualenberg* filium, qui appellatus æque fuit *Widekindus de Sualenberg.* Inter teſtes erat ille anno 1186 in diplomate *Sifridi* epiſcopi Paderbornenſis, quo is decimationis prouentum in Adelloldeſſen, id eſt, in Aroldſen vico comitatus Euerſteinenſis ſitæ, haud procul a vicis Brack et Heina, monacho Amelunxbornenſi parocho Altendorfenſi, legauit. Eius ſententia eſt talis:

℄ In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatis. Ego *Sifridus* dei gr̄a *patherburnenſis* ec̄clie ēp̄s monaſterio in *Amelungeſbrunnen* in p̄petuum amen. cum omneſ eoſ, qui in magniſ reb⁹ uerſanteſ uitam in excelſo agunt quoſlibet religioſoſ uel calamitate preſſoſ ſeu quacunq;. iniuria laboranteſ. miſerationiſ oculo deceat intueri noſ. qui in eccl̄aſticiſ ſum⁹ dignitatib; conſtituti ſpeciali⁹ pauperum Xp̄ī & maxime monachorum debem⁹ profectib; & commodiſ intendere. ut ſaltem in eiſ religionem a cui⁹ obſeruantia exteriorib; intenti quandoq;. diuertim⁹ amplecti uideamur & diligere. huiuſ rei gr̄ā conſiderata aſperitate itineriſ. qua ad deum fr̄ēſ in *Amelungeſbrunnen* proficiſcuntur. penſata etiam ſinceritate deuotioniſ eorum circa noſ & ec̄cliam n̄ram. approbante capitulo n̄ro prouentum decimationiſ in *Adelloldeſſen* tam in fructib; terre quam

quam in nutrimento animalium annuatim ab eo. qui pſonatum egerit in eccl̃ia *Aldendorp*. nam ei iuſ decime ptinet marca & dimidia examinati argenti redimendum conceſſim⁹. ne autem ex hoc monachorum ſolatio alicui murmurandi daretur occaſio. id non occulte ſed publice cum conniuentia & ſub pſentia ſamueliſ. qui tunc pſonatum in eccl̃ia *Aldendorp* gerebat. eorum quoq;. qui tunc habebant poſſeſſionem patronat⁹ eiuſdem eccl̃ie ordinauim⁹. ita tamen. quod ſi ante meſſem argentum ſoluere negligant. decimam colligere non pſumat. ſed ne huiuſ nr̃e conſtitutioniſ memoriam nubeſ obliuioniſ contegat. uel quiſquam calumnioſa retractatione factum nr̃um in irritum reuocare pſumat. cartam hanc ſigilli nr̃i impreſſione muniri & teſtium ſubſcriptione fecim⁹ roborari. Acta ſunt hec anno ab incarnatione dn̄i M.C.LXXX.VI. indict. IIII. teſteſ huiuſ rei ſunt dn̄⁹ *Heinric⁹ abbaſ* monaſterii ſc̄orum ap̄lorum petri et pauli *in Patherburna*. *Altmann⁹* maioriſ eccl̃ie pp̄oſ. *Volbert⁹* decan⁹. *Bernhard⁹* pp̄oſ. ap̄lorum petri et andree *in Patherburna*. canonici maioriſ eccl̃ie. *Meinric⁹*. *Bernhard⁹* capellani ep̄i. *Erpo*. *Heinricuſ* ſcholaſticuſ. *Lambert⁹* cellerari⁹. *Theodoric⁹* cuſtoſ. liberi. *Albert⁹ comeſ de Euerſtein*. *Widekinduſ de Sualenberg*. *Widekind⁹ de Waldekk*. *Conraduſ de Schowenborg*. *Bodo* & *Bertold⁹ de homborg*. *Amelunguſ comeſ de Patherburna*. miniſterialeſ. *Werneruſ de Brakle*. Timmo & frater ſu⁹ Werner⁹. Hugo longobard⁹. gubernante Corbeiam Warino.

Hic vero Widekindus de Sualenberg ſtirpem comitum Sualenbergenſium et Pyrmontanorum continuauit. Ab eius enim filiis et nepotibus ſtirps ſtatim in duos ramos diffuſa eſt, quorum hæc, quam *Godeſcalcus* condidit, et quam nominant, Pyrmontanam anno intercidit 1499; illa vero, cuius auctor *Widekindus VII*, extitit, anno 1350 rurſum exaruit.

Fuiſſe autem *Widekindum VII. Widekindi V.* et fratris *Volcwini I. de Sualenberg* atque aduocati Paderbornenſis filium, comprobare non audemus ex litteris Philippi archiepiſcopi Colonienſis ad annos 1183 et 1185 referendis, quas exhibet D. Grupenius in *Origin. Pyrmont. et Sualenb.* p. 19. ſeq. et p. 22. ſeq. Etiamſi enim in illis Widekindus quidam ſalutetur frater Volquini de Permunt, atque inter teſtes reperiatur Widekindus de Waldege, et affirmetur, Widekindo de Sualenberg filium fuiſſe nomine Widekindum; ſcatent tamen hæc duo diplomata nævis quibuſdam, qui ſuſpicionem falſitatis augent. Prius diploma datum eſt Coloniæ 1183 indictione VIta die nona aprilis. Sed ea numerandi ratio illo tempore in vſu non erat, neque anno 1183 indictio VI ſed XV fluxit. Et quamuis in poſteriori diplomate calendarium Romanum adhibeatur, vitium tamen rurſus indictioni inſedit. Non enim anno 1185 indictio III, ſed ſecunda, fluxit, alias vt iam taceamus rationes. Prouocamus ergo potius ad tabulas monaſterii Mariæfeldenſis, in quibus quatuor fratres *Widekindus*, *Herimannus*, *Volcwinus* et *Heinricus* reperiuntur, inter quos *Widekindus* appellatur dominus *de Sualenberg*, quem nos nominauimus *Widekindum VII*. Nam etſi nouimus, illuſtrem D. Grupenium contra hanc chartam l. c. p. 76. ſeq. dubitationum materiem effundere, eas tamen putamus tanti non eſſe, vt totum hoc diploma ſit reiiciendum. Atque, vt lectores noſtri de veritate eo melius iudicare et rem diiudicare poſſint, ipſum diploma, quamuis id ſit iam a Nic. Schatenio *Annal. Paderbornenſ.* Tom. I. f. 868. ſeqq. productum, e MSto hic ſuppeditare permiſſum erit.

C In nomine ſc̄æ et indiuidue trinitatiſ. *Herimannuſ* dī gratia *Monaſterienſis* ep̄s ſc̄ds. Quotieſ ex deuotione fidelium uel oblatione principum eccl̃ia dī rationabilib⁹ proficit incrementiſ. oportet noſ. quoſ non eſtimator meriti ſed gratię largitor domnuſ tamquam ſpeculatoreſ in eminenti conſtituit. piiſ eorum ſtudiiſ gratanter occurrere. bonam uoluntatem adhortando promouere. acta commendando approbare & ne opuſ in fundamento uacillet. quid & qualiter ſit actum. poſteritati notitię ſcripto tranſmittere. quatin⁹ & boniſ imitatorib⁹ exemplum pietatiſ

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tatiſ inde prẽberi & de ſiniſtro aliquid machinantib⁹ tam rationiſ quam auctoritatiſ titulo poſſit obuiari. Uniuerſiſ itaq⁹. p̃ſentiſ & futurę ętatiſ fidelib⁹ innoteſcere uolum⁹. quod quidam nobiliſ de ñr̃a dieceſi *Widekinduſ aduocatuſ* & *mater* ei⁹ *Lutthrudiſ* ſpiritu conſilii ſalubriter inſtructi & aliquem ex ſe fructum in tempore ſuo domno prouenire deſiderantes. fundum quendam & quatuor manſoſ in *hundingen* cum decimiſ attinentib⁹ ab ecc̃lia *Vrekenhorſt* commutauerint. reſtituentes in concambio fundi quoſdam agroſ predii ſui ſub curti. que *belen* dicitur. adiacentes. & in concambio manſorum domum unam in *garboldincthorp*. aliam in *berſen*. tertiam in *ouenwide*. adhuc in mentiſ ſecreto retinentes. quid inde proponerent. Quorum bonę intentioniſ odore attracti duo alii nobileſ *Bernarduſ de lippia* & *Luitgeruſ de waldenberg* duaſ parteſ de toti⁹ eſtimationiſ ſorte a p̃dicto aduocato & matre ei⁹ ementes cambite poſſeſſioniſ ſe coheredes addiderunt. illud quoq⁹. neceſſario recapitulandum duxim⁹. quod & fundi & manſorum cambitio ſub iuriſdictione *Ruthardi comitiſ* in loco *matthenhem*. ſententia & conſenſu ſcabinorum annuente. ſub regio banno eſt ſtabilita. & ibidem *Bernarduſ* & *Luitgeruſ* emptionem ſuam ab aduocato & matre ei⁹ confirmauerunt. *Ruthardo* regium bannum exequente. deinde p̃fati treſ nobileſ edificandi monaſterii in ſepe dicto fundo licentiam a ñr̃a benignitate petierunt. qua obtenta. in loco. p manum ñr̃am primit⁹ benedicto. in honorem d̃i & glorioſiſſimę genitriciſ ei⁹ *marię*. *monaſterii* fundamenta cum ſc̃a iocunditate poſuerunt. & ad ei⁹ dotationem iam dictum fundum & manſoſ obtulerunt. & ad maiorem ſuę deuotioniſ expreſſionem ipſum locum b̃te *marie campum* appellarunt. prẽterea iam dict⁹ *Widekind*⁹ ecc̃leſiam *hoſwinkla*. in qua ipſe hereditaria ſucceſſione iuſ patronatuſ habuit. cum curte ſua ibidem ſita. & duoſ manſoſ in *rehe*. ſuę nouellę ecc̃lię cum uniuerſiſ attinentiiſ integre donauit. Noſ quoq⁹. debita hilaritate illorum deuotionem excipientes. ſepe dictę ecclię uidelicet *hoſwinkle* bannum integraliter iam dicto monaſterio in ſolatium & augmentum benigne contulim⁹. quem noſ ab ecc̃lia b̃ti mauritii ſufficienti commutatione & indempni cambiuim⁹. inſup quinq⁹. ſolidoſ in curti *hoſwinkle* ad ep̃aleſ redit⁹ ptinentes ibidem obtulim⁹. & ep̃ali menſę aliam decimam ſex ſolidorum de duab⁹ domib⁹ iuxta *walbike* & de alia in *deleſtorpe* quę tunc uacabat. in recompenſationem reſtituim⁹. ſed & *Bernharduſ de lippia* eidem ecclie conſenſu heredum ſuorum contradidit unam domum predii ſui in *ſelehorſt*. & alteram quę dicitur *proueſtinchof*. quam a *Bernardo* monaſterienſiſ ecc̃lię maiori p̃poſito ñr̃o & toti⁹ capituli conſenſu cambiuit. reſtituenſ ecc̃lię ñr̃ę duoſ manſoſ predii ſui in *leuerdinctorp* & duoſ in *adenhothmen* ad agrum curti *rucampe* attinentem. cui⁹ concambii reſtitutio ſub iuriſdictione *Ruthardi* in *hornen* ſub regio banno ſententionaliter eſt confirmata. *Widekinduſ* quoq⁹. *de Sualenberg cum fratrib⁹ ſuiſ Herimanno Volcuino* & *Heinrico*. cum alioſ adhuc non haberent heredes. & pro ętatiſ integritate libero fruerentur diſpoſitioniſ arbitrio. iam dicto clauſtro ecc̃liam *ſtapellagen* & curtem ibidem ſitam cum omnib⁹ attinentiiſ ſuiſ pari uoto & unanimi aſſenſu aſſignauerunt. nec hoc prętereundum. quod *Widekinduſ aduocat*⁹ ſexaginta marcaſ. quaſ in boniſ illiſ nomine pignoriſ habuit. p̃fato b̃tę *mariecampo* inſeuit. & hęc donatio p̃dictorum fratrum ſub regio banno in loco *bracwide* coram *Tancberno comite* ſtabilitata eſt. quod ideo factum eſt in loco illo. quia bannus. in quo bona illa ſita ſunt. certum illo tempore non habuit prouiſorem. Hui⁹ donationiſ teſteſ ſunt *Bernard*⁹ & *Widekind*⁹. *Florin de ribelmund*. *Gumbert*⁹ *de ertborg*. *Frederic*⁹ *de ſpenge*. *Amelunguſ comeſ de patherbrunnen* & frater ei⁹ *Crachto*. *Heinric*⁹ *de lippia*. *Gerard*⁹ *de wilpendorp*. Eiuſdem etiam cenobii prouiſoreſ a *Gerardo* p̃poſito & fratrib⁹ ei⁹ unam domum in *ſelehorſt* & manſum unum in *bulten* integraliter emerunt. cui⁹ emtioniſ ſtabilitio coram *Ruthardo* in loco *matthenhem* debito

debito eſt ordine terminata. iidem etiam prouiſoreſ a quodam libero homine lieueken domum unam cum omnib⁹ attinentiiſ emerunt & in eodem loco coram ſepe dicto *Ruthardo* emptioniſ ſue ſtabilitatem obtinuerunt. p̄ſentib⁹ & collaudantib⁹ *Arnoldo comite de altena* & *Widekindo de oſede*. Hiſ omnib⁹ ea qua dict̄ eſt ſtabilitate ordinatiſ. p̄fati fundatoreſ nouellam plantationem ſuam b̄to paulo & nobiſ nriſq;. ſucceſſorib⁹. coram toti⁹ capituli audientia ppetua donatione gratiſ & libere obtulerunt. ea tantum pactione intercedente. ut idem loc⁹. ſicut ad monaſterienſem ecc̄liam obedientię & proprietatiſ haberet reſpectum. ita ab eadem ſperaret ppetuum defenſioniſ patrocinium. quem noſ etiam ab omni exactione ñr̄a uel ſucceſſorum ñr̄orum omnino liberum & abſolutum eſſe conceſſim⁹. Poſt hec quidam miniſterialiſ b̄ti pauli nomine *Geruin⁹ de Bukeneuorde* animę ſuę miſerando talentum decimę poſitum in *theten*. uxore & filio collaudantib⁹. nobiſ reſignauit. ſimiliter & quidam *Lutfridus Swethero de vlete*. *Swetheruſ Bernardo de lippia*. *Bernard⁹* uero nobiſ decimam ſuper duaſ domuſ in *honlo* exfuſtucauit. noſ uero hanc & predictam decimam a Geruino reſignatam dicto monaſterio reſignauim⁹. inſuper *Widekinduſ aduocat⁹* domum quendam in *pelechem*. quam a nobiſ feodali iure tenuit. libere reſignanſ eidem monaſterio in proprietatem donari a nobiſ effieaciter impetrauit. igitur ut tantorum munerum ſemina in uitam ęternam proficiant. uenerabilium ciſtercienſiſ generaliſ capituli patrum benigno freti aſſenſu. in loco memorato congregationem de filiiſ eorundem in honorem d̄i omnipotentiſ & uenerationem beatiſſimę ſemper uirginiſ marię conſtituim⁹. & poteſtatem a d̄o habenteſ ipſiſ eorumq;. ſucceſſorib⁹ ordiniſ ſui conſuetudineſ illiſ ſeruare libertate ppetua libentiſſime concedim⁹. Quoniam autem uniuerſitaſ ecc̄liarum *aduocatorum* inſolentia laborat & fere ſuccumbit. noſ id pro poſſe ñr̄o diligenti ſollicitudine pręcauenteſ. eiſdem fratrib⁹ liberam in quemcunq;. uoluerint aduocati electionem. & eiuſdem ſi min⁹ utiliſ fuerit. ſine contradictione depoſitionem indulgem⁹. ita duntaxat. ut quemcunq;. elegerint. a nobiſ donum accipiat. & ne aduocat⁹ pluſ in loco illo iuriſ quam oportet ſibi uendicando uſurpet. certoſ ei terminoſ aſſignam⁹. ut uidelicet non in pluri-b⁹ quam in duob⁹ equiſ ad clauſtrum. ſi uocat⁹ fuerit. accedat. & ſi pro hereditatib⁹ obtinendiſ uel commutationib⁹ exequendiſ iure ſuo operam impenderit. tantum ſex denariiſ ſit content⁹. non emolumenti quantitatem attendenſ. ſed illi⁹ potiuſ quem apud d̄ūm patrem aduocatum habem⁹. īhū Xp̄ī retributionem feliciter expectanſ. adiiciendum quoq;. eſt. quod noſ unum manſum in *rehe* cum aliiſ in *gropenloh* ab ecc̄lia ſc̄ī mauritii cambiuim⁹. & ita noſ & aduocat⁹ domum duorum manſorum in *rehe* predicto monaſterio dedim⁹. ſed & manſum in *cleſphem* a *Conrado de oſtberge* miniſteriali b̄ti pauli & octo litoneſ nobiſ reſignatoſ eidem loco contulim⁹. inſup ſupra dict⁹ aduocat⁹ unum manſum in loco. qui uocatur *geſt*. alium in *bukki*. & *Bernard⁹ de lippia* unum in *grunhorſt* ſepe dicto cenobio obtulerunt. Ut igitur hec ordinatio tam diligenti circumſpectione ptractata. ppetua ſtabilitate conſiſtat. preſentem paginam ſigilli ñr̄i annexione roboratam conſcribi iuſſim⁹. auctoritate d̄i & ñr̄a terribiliter excommunicanteſ. qui b̄tę *marie campum* in modo oblatiſ uel in futurum offerendiſ inquietare uel contra preſcriptam eiuſ libertatem aliquid preſumpſerit ordinare.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Acta ſunt hec anno ab incarnatione domni M. C. LXXX. V. indict. III. preſidente romanę ſedi *Lucio* Papa III. regnante *Frederico* romanorum imperatore auguſto. preſentib⁹ clericiſ & laiciſ. quorum hec nomina ſunt. *Bernard⁹* maior p̄poſ. *Bernhard⁹* maior decanuſ. *Herimannuſ* abbaſ in *cappenberch*. *Wintzo* abbaſ ni *liſborn*. *Werinbald⁹* abbaſ in *Varlar*. *Udo* ſc̄ī pauli p̄poſ. *Herimannuſ* ſc̄ī mauritii p̄poſ. *Franco* ſc̄ī pauli decan⁹. *Frederic⁹* ſc̄ī ludgeri p̄poſ. *Frederic⁹* ſc̄ī ludgeri decanuſ & toti⁹ capituli ñr̄i conuent⁹. *Herimannuſ comeſ de rauenſberg*. *Simon de tekeneborg*. *Otto comeſ de benethem*. *Rodolfuſ*

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

de ſtenuorth & filiuſ eiº Ludolfuſ. Iohanneſ de abuſ. Godeſcalcº de lon. Burchardus de aſchenberg. Heinricº de dulmen. Heinricuſ de rechethe. Ludolfuſ de beuerne. Godefriduſ de ſconebike. Herimannuſ de monaſterio. Godeſcalcuſ de ſaprothe. Rutgeruſ de bilrebeke & alii quam pluresſ.

Ex hoc diplomate intelligitur, *Widekindum de Sualenberg* cum fratribus ſuis *Herimanno*, *Volcwino*, et *Heinrico* anno 1185 non habuiſſe heredes. ex quo D. Grupenius colligit, huius *Widekindi VII* filios *Godeſcalcum* et *Widekindum VIII* anno 1201 vix annos XVI ætatis habere potuiſſe; cum vero *Widekindus VIII* iam anno 1227 et 1230 adultos filios *Volquinum* et *Adolfum*, atque anno 1246 ætate adulta nepotes habuerit, eapropter id, quod diplomate aſſeritur, ſc. *Widekindum VII* anno 1185 caruiſſe heredibus, in dubium vocandum eſt, donec demonſtretur, hæc omnia fieri potuiſſe. Vt ergo hæc oſtendamus, genuinum ſtemma Sualenbergenſium comitum hoc loco contextui inſeramus oportet.

TAB. I.

Widekindus IV. de Sualenberg fundator monaſterii Marienmunſter 1128.

- Volcwinus I. comes de Sualenberg 1142. 1153. vxor eius Lutgard 1144.
  - Widekindus VI. comes de Waldekke 1189.
    - Volcuinus III. comes de Waldeke.
      - Adolfus de Waldeke. 1271.
    - Adolfus comes de Waldeke 1230. 1237. 1254. vx. eius comitiſſa de Arnſberg.
      - Gotfridus 1271.
      - Otto. 1271.
  - Herimannus de Waldekke 1189. 1193. 1198.
    - Herimannus 1248.
  - Heinricus 1189.
  - Heinricus præpoſitus Paderbornenſis, frater Adolfi et patruus Adolfi, Gotfridi et Ottonis. 1263. 1265. 1269. 1275.
  - Widekindus X. filius Adolfi epiſcopus Oſnabrugenſ. 1267.
- Widekindus V. de Sualenberg vid. Tab. 2.

TAB. II.

Widekindus V. comes de Sualenberg 1149, 1173, 1177.

- Widekindus VII comes de Sualenberg. 1177. 1184. 1185.
  - Godeſcalcus de Perremunt.
    - Hermannus c. de Perremunt et reliqui vid. ſupra Tabula ſtemmatis Widekindei.
  - Bernhardus. fratres dicti
  - N.
    - Widekindus IX. de Colrebeke 1239. 1244.
      - Widekindus XI. 1246. 1256.
      - Adolfus com. de Sualenberg vxor eius Jutta. 1246. 1285. 1298. 1305.
        - Henricus canonicus Hildeſi. 1295. 1305.
      - Volquinus V. epiſcop. Mindenſis. 1277. 1279. 1280. 1281. 1282. 1284. 1285. 1288. 1289. 1290.
      - Albertus c. de Sualenberg vid. Tab. 3.
      - Guntherus præpoſitus cathedral. Magdeb. 1285. 1298. 1305. †25. May.
      - Cunigunda abbatiſſa Valkenhagenſ. 1246. 1298.
      - Irmengard abbatiſſa Heriſienſ. 1298. 1308.
      - Mechtild abbatiſſa Molenbec. 1285. 1305.
        - Guntherus. vx. eius Sophia 1295. Adelheid de Homborg 1298. 1305. 1295. 1300. 1322. 1305. 1309.
          - Adolfus 1322.
        - Jutta 1295. 1298. 1305.
        - Conegund 1295. 1298.
  - Widekindus VIII. com. de Sualenberg 1203.
    - Volquinus IV. de Sualenberg frater Adolfi. 1230. 1237. 1244.
    - Adolfus 1230.
- Heinricus 1185. 1198.
- Volcwinus II. 1185.

TAB. III.

TAB. III.

Albertus comes de Sualenberg. vx. eius Jutta. 1246. 1285. 1298. 1301. 1305. 1315.

Guntherus episcopus Paderbornensis. 1305. 1309.	Ludgard vx. Hermanni comes de Peremont. 1295. 1298. 1308.	Henricus vx. Elisabeth comes de Swalenberg 1298. 1305. 1309. 1324. 1329. 1345.			Albertus 1298. 1305. 1309. 1315.	Jotta 1295. 1298.
Borchard vxor Agnes 1324. 1342. Agnes vidua 1350.	Henricus vxor Mechtild comitissa de Retberg 1324. 1345. 1350. † 1350.	Elisabet vxor Aschwini de Stenberg.	Jutta canonissa Gandersh. 1324.	Mechtilda, canonissa Gandersh. 1324.	Wedekindus 1324.	Leneke 1324.
	Jutta 1350.					

gubernante Corbeiam Warino.

Ex quo statim animaduertimus, *Volcwinum I* iam anno 1144 vxorem in matrimonio *Lutgardam* habuisse. Ponamus ergo, eius fratrem *Widekindum V* vxorem duxisse anno 1145; ei ergo filii nasci potuerunt, scilicet *Widekindus VII* anno 1146, *Herimannus* 1147, *Volcwinus II* 1148 et *Heinricus* 1149. Quia autem hi quatuor fratres anno 1185 heredes nondum habuere, porro ponamus, *Widekindum VII* matrimonium contraxisse anno 1185. Ergo ei filii *Godescalcus* et *Widekindus VIII* anno 1186 et 1187 nasci potuerunt. Quodsi rursus ponamus, *Godescalcum* et *Widekindum VIII.* anno ætatis suæ XVIII in matrimonium duxisse vxores, *Godescalcus* coniugem in fœdus tori accepit anno 1204, *Widekindus* vero anno 1205. Quare *Hermannus*, filius *Godescalci de Perremunt*, ex matre anno 1205 progeniti, atque anno 1231, quo nomen eius in actis publicis comparet, annos ætatis XXVI iam adtigisse potuit. *Wedekindi* vero *VIII* filii vitalem auram haurire potuerunt, nempe *Volquinus IV* anno 1206 atque *Adolfus* 1207. Hoc pacto consortem thalami, anno ætatis XVIII expleto, adsciscere potuit, *Volquinus IV* quidem anno 1224, atque *Adolfus* anno 1225. Filii ergo *Volquini IV* in luminis auram prodire potuerunt, scilicet *Widekindus XI* anno 1225, *Adolfus* 1226, *Volquinus V* 1227, atque *Albertus* 1228. Itaque *Widekindus XI* anno incarnationis dominicæ 1246 vitam suam ad XXI annum, *Adolfus* vero ad annum XX produxisse existimandi sunt. Nihil ergo videmus, quod nos impediat, quo minus credamus, allatum diploma esse genuinum.

Nunc porro cuincendum est, hos quatuor fratres *Widekindum* nempe *VII*, Herimannum, Volcwinum II, et Heinricum, fuisse filios *Widekindi V, de Sualenberg* comitis. Id apparere arbitramur ex tabula sequenti, ad annum 1177 referenda, in qua 1) *Volcuinus* et *Widekindus de Sualenberg* nominantur *fratres*, quippe quorum ille, qui adpellatur Wernerus de Brach, id est, Brachel seu Brakel (non Bruch, vti *Origin. Pyrmont.* p. 57. habent: in nostris enim diplomatibus idem nomen est contractum, et Wernero tributum, aliquando effertur Brachel) decimam in villa desolata Valhusen loco beneficii habuit; idem vero *Widekindus de Sualenberg* 2) *senior* appellatur, indubie habito respectu ad iuniorem *Widekindum*, suum filium. En igitur ipsum diploma ex MSCto, quo veris originibus Waldeccensibus, quibus hactenus animum adiecimus instaurandis, colophonem addimus, reseruatis solidioribus argumentis in aliud tempus:

℄ In nomine sc̄ē et indiuidue trinitatis. *Euergisus* dei gratia *patherbrunnensis* ecclie ep̄s. gratum dō et acceptum munus offerri scimus. elemosinam. que Xp̄iano cuilibet indigenti uoluntate larga tribuitur. sed multo maioris meriti & retributionis illam credim⁹. que impenditur his. qui uoluntarie se propter deum addicauerunt paupertati. & dn̄ō diu noctuq;. seruituros mancipauerunt. Hec attendentes sc̄arum uirginum paupertati. que in *Gerdine* deo deseruiunt. consolationis alicui⁹ remedio subuenire decreuim⁹. decimas itaq;. tres ecclie p̄nominati loci consecratę in honore sc̄ē dei genitricis b̄tiq;. petri ap̄lorum principis contulim⁹. quarum prima in *valhusen Werner⁹ de Brāch.* in beneficio tenuit a domno *Volcuino* & *fratre eius Widekindo de Sualenberg*

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

& ipſiſ eam reſignauit. ipſi uero etiam mihi reſignauerunt. & in recompenſationem a prędictę ecclię prouiſore Baſilio XII marcaſ examinati argenti acceperunt. item treſ fratreſ *Hugo Gerold*ꝰ & *Gerharduſ* acceptiſ a iam dicto Baſilio XVIII marciſ decimam in *oſterhuſen* mihi reſignauerunt. & ego prędicte iam ecclię contuli. item dñō *Andree* & fratri ipſiuſ *Conrado* de rebuſ ecclię date ſunt V marcę. ut decimam in *hekeldeſſen* domno *Bernhardo de lippia* reſignarent. quo facto ipſe mihi eam reſignauit. & ego eam ecclię ſepedictę contuli. Anno itaque incarnat. domin. MCLXXVII. indict. X. paginam hanc. quę p̄dicta ſunt. continentem conſcribi & ſigilli ñri impreſſione muniri fecimuſ tam clero quam laiciſ conſentientibꝰ & comprobantibꝰ quę facta ſunt. quorum nomina ſunt hec. canonici patherbrunnenſeſ. *Sifriduſ* p̄poſit. *Godeſcalcuſ. Bernharduſ* p̄poſit. *Altmannuſ. Volbertuſ. Meinricuſ. Reinheruſ. Heinricuſ. Lambertuſ. Hugo.* hominеſ liberi. *Widekinduſ de Sualenberg ſenior* & *Widekinduſ iunior. Bernharduſ de lippia. Gerlacuſ de ittere. Thietmaruſ de buren.* miniſterialeſ. *Hartmannuſ de Ileſen. Conraduſ ſtapel* & filii eiꝰ *Conraduſ* & *Thiemo. Andreaſ de ethelen. Conraduſ* frater eiꝰ. *Herimannꝰ de Brach. Albertuſ de rikerſwich. Helmuicꝰ de helmere* & *Lentfriduſ* frater eiuſ aliiq̄. quam plureſ.

De Ragemboldo.

(†) De *Ragemboldo* iam ſupra ſententiam noſtram aperuimus §. 104. not. (l), vbi partim ex eius nomine, partim ex donis, quæ (§. 118.) tradidit, quæque in pago Logne in Sneuidi marcu erant, collegimus, eum ad progenitores comitum Northeimenſium et Daſſelienſium eſſe referendum, in qua ſententia adhuc perſiſtimus.

De Cumbrone.

(v) *Cumbro* ſupra (§. 29.) quædam donauit loco Odonis comitis in pagi Derlingo villa Suntſtede ſeu Sunſted intra præfecturam Königslutter in Principatu Wolferbutelano. Ipſe videtur frater *Abbiconis* ſeu *Abbonis* fuiſſe, qui eodem in pago, teſtante §. 57, quædam donauit. De hoc egimus §. 104. not. (ſ) Odonis filius fuiſſe videtur *Fritheric*, qui in eiuſdem pagi Derlingi villa Lauuingi, quæ vicus Lauingen eſt, itinere vnius horæ ab oppido Königslutter diſtans, quædam tradidit. *Abbonis* vero filius videtur fuiſſe *Abbi*, qui in villa *Sinieſtorpe* eiuſdem Derlingi pagi, quæ villa *Seinſtorf* eſt eadem in regione, vti apparet ex §. 260, quædam largitus eſt. An horum frater fuerit *Richertus comes*, qui in eodem pago Derlingo, vti didicimus §. 15, quædam donauit, pro certo quidem dicere non poſſumus; ex bonis tamen traditis, quæ in vno tractu, et haud procul a caſtro Supplinburg, reperiuntur, illud conſequi videtur. Fuere ergo hi, vt probabiliter exiſtimamus, progenitores comitum *Supplinburgicorum* et *Sommerſchenburgicorum*, e quibus imperator Lotharius Saxo enituit prodiitque. De hiſce copioſe egimus infra §. 188.

De Billingo et origine familiæ Billinganæ.

(w) Familia *Billingana* clarum nomen fuit adepta famaque ſuper æthera nota eſt. Oblatam ergo occaſionem de ea mentem noſtram aperiendi dimittere noluimus, cum adhuc vera illius origo occulta et penitus abdita fuerit. Res eſt nota atque apud omnes peruulgata, *Hermannum*, ducem Saxoniæ noſtræ, qui vixit anno 970, filium fuiſſe *Billingi*. Altius in genealogia huius ducis præſtantiſſimi aſcendere, hactenus nulli datum eſt. Etiamſi autem nemo vituperatione videtur dignus, qui vltra vires non progreditur, laudandus tamen is non erit, qui, ſi vera proferre nequit, vana et falſa inſtar ſeminis boni in agrum hiſtoricum ſpargit, ex quo nihil, niſi infelix lolium, procreſcere poteſt. Sunt, qui affirmant, *Hermannum* ducem humilis atque obſcuræ originis, imo pauperem, fuiſſe, per gradus autem ad ſummos honores prudentia et virtute bellica adſpiraſſe. Quamuis vero illud in eius laude collocandum eſſe, facillime concedamus; contendimus tamen, verum id non eſſe, ſi *Adamus Bremenſis*, *Helmoldus* atque *Albertus Stadenſis* eum pauperibus ortum natalibus, tradunt: ſi *Crantzius*, eum ſuſceptum ex puluere priuatæ familiæ, refert: ſi *Cornerus*, *Munſterus*, aliique eum ruſtici, imo cuiuſdam Wilingi ſeu Bilingi, filium, natum in curia *Stubbekeshorn*, diſtante a Luneburg ad ſex miliaria prope Soltow, exſtitiſſe, prædicarunt. Quanto enim in errore hi omnes verſentur, euidentiſſime ex his demonſtrabimus traditionibus. Primo enim inficiari non licet, nomen *Amelungi* in familia Billingana fuiſſe crebrum,

Amelungus fator familiæ Billinganæ.

brum, vti ex nomine *Amelungi* episcopi Verdensis, qui frater ducis *Hermanni* fuit, apparet. Cum igitur in his traditionibus (§. 20.) *Enno comes* appelletur *filius Amalungi*, *Amalungum* istum pro satore illustrissimæ huius familiæ habere conuenit. Cum *Enno comes* tempore Adalardi et Warini, abbatum Corbeiensium, vixerit, vti iam supra demonstrauimus, Amalungus temporibus Caroli M. vixerit oportet. Non autem infimæ plebis hominem fuisse *Amalungum*, ex eius filio *Ennone* apparet, quippe qui comitis honore dignus a cæsare habitus fuit. Id quod factum non fuisset, nisi *Amalungus* pater eius inter summates et proceres nostræ Saxoniæ eminuisset. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

An *Amalungus* cum cæsare cognatione coniunctus fuerit, et ex ea *Ennoni* nostro cæsaris gratia patuerit, audacter quidem pronunciare nolumus. Colligere tamen id licebit ex verbis Roswithæ Gandersheimensis T. II. S. R. B. Leibnitii p. 319, vbi de *Luidolfo* duce Saxoniæ ita canit vates illa:

Cui (Luidolfo) *coniux ergo fuerat prænobilis Oda,*
edita Francorum clara de stirpe potentum,
filia Billungi cuiusdam principis almi
atque bonæ famæ generosæ scilicet Aedæ.

Si enim statuimus, vti id probabile esse videtur, istum *Billungum* fuisse fratrem *Amalungi* nostri, atque *Aedam* esse editam stirpe potentum Francorum, Carolus Magnus fortassis hoc matrimonium conciliauit, vt proceres Saxoniæ nostræ eo arctius sibi deuinciret. Gratia Cæsaris sine vllo dubio effluxit in nostrum *Ennonem* ex consanguinitate, qua hic contigit imperatorem. Hoc autem posito, ex §. 126. deinde effecimus, tam *Amalungum*, quam *Billungum*, prædia sua habuisse intra pagum Bardengo in *Principatu* Luneburgico, in quo *familiam Billinganam* amplissima possedisse prædia, nemo negare poterit. Quemadmodum enim ex isto loco, accurate considerato, patescit, *vxorem Luidolfi Odam* curasse et solicitam de eo fuisse, vt eadem bona in pago Bardengo pro salute *Luidolfi* mariti traderentur, et quidem hac sub conditione, vt eadem possideret *Oda* vsque ad obitum suum, nisi alius locus ad manendum sibi accommodaretur; ita ex hoc momento rectissime licet colligere, tradita bona ad dotem illustrissimæ *Odæ*, filiæ *Billungi*, spectasse, atque ita *Billungum* in pago Bardengo possessiones obtinuisse. Eadem confirmantur ex §. 270, vbi *Oda*, quæ, vti ex donis argumentati sumus, nulla alia erit, nisi *Oda* ducissa, vxor *Luidolfi* ducis, quæ nonnihil tradidit in pagi Bardengo villa *Gerwigesbus*. Hæc villa videtur fuisse vicus Gerdehusen, haud procul situs Hermansburgo in principatu Luneburgico. Ibi *Oda* quædam sita tradidit, quæ bona sine vllo dubio ad illustrissimam *Odam* ex hereditate patris *Billungi* peruenerant. Vixisse autem adhuc eo tempore *Odam* ducissam, commorantem in monasterio Gandersheimensi, ex verbis Roswithæ f. 350. patet, ita canentis: Eius frater Billungus I, cuius filia Oda vxor Luidolfi ducis.

Oda nimis felix, nostri spes et dominatrix,
quum decies denos septem quoque vixerat annos,
vitam sine bono consumens transit ad astra.

Hoc, vti ex antecedentibus verbis eluescit, factum est anno 913. Nata fuit *Oda* ex *Aeda* seu Attala, Caroli Magni filia, anno 806. Ex quo momento patet, *Billungum* eiusque fratrem *Amalungum* floruisse tempore Caroli M. Hunc *Billungum* filia sua *Oda* ex vno coniuge decies septies fecit auum, vti iam supra §. 104. not. (n) vidimus et infra §. 349. pluribus demonstrabimus. Id vero repetere nolumus, lectorem beneuolum ad notas laudatas ablegaturi. Plures fuisse liberos *Billungo* illi præter filiam *Odam*, nemo veterum memoriæ prodidit. Tribuere itaque illi plures liberos, non est nostrum.

Amalungum vero fuisse patrem *Ennonis comitis*, iam didicimus ex §. 20. Nam inter testes erat hic *Enno comes*, cum §. 5. quædam traderentur Corbeiensibus in pago Logne, et (§. 15.) in pago Derlingo. Ipse vero *Enno comes* pro anima *sororis* suæ *Tunihild* (§. 18.) in pagi Suilbergi-villa *Theutmaresbus*, quæ villa Detersen est in præfectura Hundesrück ad saltum Sollinganum, quidquid habuit, donauit. Cum porro ibi *Enno* quidam inter testes reperiatur, iste *Enno Ennonis* nostri comitis filius esse potuit. Præsens præterea erat Corbeiæ *Enno comes*, cum, Amelungi I. liberi 1) Enno.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

testante §. 25, in pago Norththuringi quædam traderentur. Tunc ipse videtur ad postremum præsto fuisse in monasterio nostro. Nam, teste §. 64, ante annum 834 eum iam inter corpore solutos deprehendimus, cum ecclesiæ Corbeiensi in pago Logne quædam tradi curauisset. Fortasse habuerat *Enno comes* comitatum suum vel in pago Suilbergi vel in pago Logne, vbi vitæ suæ tempore verisimiliter illa bona acquisiuit, quæ familia Billingana in pago eodem adhuc temporibus Ottonum possederat.

2) Bennith I.
3) Billungus II.
4) Rudrat.

Fratres habuisse *Ennonem* nostrum *Bennithum comitem*, *Billungum* et *Rudratum*, probant Traditiones Fuldenses p. 302. ita loquentes: *Billunc et Bennitho tradiderunt S. Bonifatio bona sua ob remedium animæ fratris sui Rudrati, quæcunque habuerunt in villa Orda in pago Hardegewe prouinciæ Saxoniæ.* Natum autem esse *Bennithum* comitem Saxonicum patre *Amalungo*, comprobat codicillus in Broweri *Antiquitatibus Fuldens.* L. III. c. 12. p. 217. Cum *Amalungus* amplecteretur religionem christianam, multa damna acceperat a proceribus Saxonicis. Compensabat ergo ea Carolus M. bonis, in Buchonia sitis, simili pretio. Ita idem imperator duci Ostfalorum Hessi in eadem Bocchonia ampla dedit latifundia. Ex autographo diplomate istius cæsaris, intra archiuum Corbeiense reperiundo, id approbatur. Eandem ob causam putamus, fuisse *Amalungum II* maritum *Hadwi*, fororis Luidolfi ducis, filium *Amalungi I*, et fratrem *Ennonis*, *Thunehildis* ac *Bennithi*, de quo memorant traditiones nostræ §. 125. et 149: quia ex iisdem §§. eluceset, *Amalungo II* fuisse filios appellatos *Bennid* atque *Amalungum III*, a patruo, patre atque auo ita nuncupatos.

5) Amelungus II.
6) Thunechild.
7) Osdac, de quo vid. §. 284.

Diploma Caroli M. Corbeiense infra dabimus. Codicillum vero e clarissimi Io. Friderici Schannati Traditionibus Fuldens. p. 107. hoc loco addere volumus, vt lector beneuolus de cunctis eo melius iudicare possit. En illum:

Carolus sereniſſimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium. qui et per misericordiam dei rex Francorum et Langobardorum. omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notum sit. quia *Bennit* fidelis noster innotuit serenitati nostræ. eo quod *pater illius Amalungus* dum ceteri Saxones parentes illius contra nos infideliter egissent, prefatus *Amalungus* mallens fidem suam seruare quam cum ceteris infidelibus perseuerare. relinquens locum natiuitatis suæ. ueniens ad nos et dum in nostro esset obsequio. uenit ad uillam. cuius est uocabulum *vuluisangar*: quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare uidebantur. cupiens ibi cum eis manere. sed minime potuit. tunc pergens ad locum. qui dicitur *vualdisbecchi* inter *vuiseraa* et *fuldaha*. prosisit sibi partem quandam de silua quæ uocatur *Bocchonia*. quam moriens dereliquit *filio suo Bennit*. qui ad nostram accedens clementiam postulauit celsitudini nostræ. ut nostræ auctoritatis preceptum circa eum confirmare deberemus. quatenus ipse quoad viveret absque alicuius preiudicio tenere et possidere quieto ordine deberet. cuius petitionem denegare nolumus. sed ita conceſſisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. precipientes ergo iubemus. ut nullus fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum prefatum *Bennit* uel heredes illius de hoc prosiso. quod in lingua eorum dicitur *biuanc*. expoliare aut inquietare ullo modo presumatis. sed liceat sicut diximus ei per hoc nostrum preceptum ipsam terram. quantamcunque pater illius prosisit et ei in hereditate dimisit. tenere atque possidere. et ut hec auctoritas firmior habeatur. uel per tempora melius conseruetur. de anulo nostro subter sigillare iussimus.

Suauius ad uicem Ercanbaldi recognoui. Data kal. decembris anno XL. Christo propitio imperii nostri et XLIIII. regni in Francia atque XXXVII. in Italia. actum Aquisgrani palatio regio in dei nomine feliciter amen.

Bennithi I. liberi
1) Suitbadu.
2) Osdagus II. de quo vid. §. 284.

Sed antequam de filiis *Amalungi II* commentemur, pauca de *Bennithi I* filiis sunt exponenda. Eos fuisse arbitramur *Suitbadum*, *Redhardum*, *Thiadricum*, *Billingum* ac *Gamerum*, omnes inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi obuios, vti ex nostro §. 104. perspicitur. Fratres fuisse hos omnes, in traditionibus nostris

ſtris aſſeritur. Inter eos *Billingus* ſine vllo dubio collocandus eſt. Nomen ille accepiſſe videtur a patruo et propatruo ſuo *Billungo*. Ipſe cum fratribus ſuis coheres fuiſſe traditur Ducis Oſtfalorum Heſſi. Vnde licebit ſuſpicari, eorum matrem fuiſſe ducis Heſſi filiam. Sed quinam eorum pater fuerit ex duobus filiis *Amalungi I*, an *Enno comes*, an vero *Bennith comes*, id obſcurum eſt et incompertum. Sin vero coniecturis aliquid dandum ſit, maluimus *Bennitho* hos fratres tribuere, quam *Ennoni comiti*. Cum enim *Bennith* in Buchonia nonnihil prædiorum poſſederit æque ac Heſſi, optima illi occaſione fuit *Bennitho*, in notitiam Heſſi eiuſque filiæ perueniendi, quæ anſam ei præbere poterat contrahendi matrimonium cum Heſſi nata.

gubernante Corbeiam Warino.

3) Billingus III.

Vt ergo de filiis huius *Bennithi* comitis diſſerere aggrediamur, neceſſarium videtur. Donarunt (§. 201.) fratres *Thiadricus*, *Sibodo*, et *Gamer*, quidquid habuere, in pago Saltgo eiuſque villa *Upmaim* pro remedio animæ matris eorum. Hæc villa ſine vllo dubio eſt *Uppen*, vicus præfecturæ Liebenburg in Hildeſienſis epiſcopatus terris. Hæc bona, opinor, ad hos fratres ex hereditate matris, quæ filia, vti diximus, ducis Heſſi fuerat, translata erant. Cum vero eodem in pago Saltgo quondam *comitatus Sladem* exſtiterit, veriſimillimum eſt, *Thiadricum*, *Suitbodonem*, et *Gamerum* conditores Comitum *Slademenſium* atque *Olesburgicorum* fuiſſe. Porro ex §. 205. obſeruamus, *Gamerum* pro ſorore ſua *Helmburga* in villa Sirikeshus intra pagum Falhen, quidquid habuit, tradidiſſe, et inter teſtes fuiſſe obuium *Thiadricum* æque ac *Sibodonem*, qui (§. 201.) *fratres* appellantur. Ex hoc momento coniectamus, mentionem hic fieri de *Gamero*, filio *Bennithi comitis*. Eſt vero Sirikeshus villa pagi Falhen, vicus Sierſe in præfectura Wolfferbuttelenſi, ſpectatque eccleſia ibidem ad eccleſiam in Bethmar atque inſpectionem Bahrum haud procul a villa Wahlen a caſtro *Alesborg* ſeu *Olesburch* ad Fuſam obuio iter vnius horæ diſtans. Quidam nobiliſſimi comites Saxoniæ dicti ſunt de hoc caſtro *Olesburch*, quorum proſapiam contigit *S. Bernwardus*, *XIII* epiſcopus Hildeſienſis.

4) Gamerus.

5) Helmburg.

Hanc ſententiam, qua vnam eandemque origine *Slademenſibus* atque *Olesburgicis* comitibus tribuimus, emicare putamus ex §. 298. In eo enim *Theodoricus* quidam, qui filius *Thiadrici* filii *Bennithi comitis* fuiſſe videtur, pro coniuge ſua *Fritheruna* donauit quædam, in villis Rainaldinghuſen et Gellithi ſita. Harum illa in pago Flothwitha, hæc vero in pago Saltgo locum habuit. *Gellithi*, niſi fallor, eſt Gielde vicus præfecturæ Sladem intra epiſcopatum Hildesheimenſem. Illa autem adhuc notitiam meam præterit. Quamuis enim inter oppida Peine, in eodem epiſcopatu, et Burgtorff, in Principatu Luneburgico inueniantur Rohrſen et Redderſen, ſeu, vt ab aliis hæc loca nominantur, Roddenſen et Rottenſen, neſcio tamen, vter ex his locus hic deſignetur. Infra, opinor, villam *Hrodwardeshus* in eodem pago Flothwitha deprehendimus. Fortaſſe villa Rainaldinghuſen inter deſolatas villas recenſenda eſt. Videtur eius ſitus in eadem regione haud procul a vico Siuershuſa, propter prælium Mauritii electoris Saxoniæ notiſſimo, quærendus. Illud ex dictis clare eluceſcit, vnum dominum tam in comitatu Slademenſi, quam Olesburgenſi, prædia poſſediſſe. Id ad probandam ſententiam noſtram facit. Probabiliſſime autem iſte *Theodoricus II* exſtirit pater primo *ſtrenuiſſimi comitis Altmanni de Alsburch* ſeu *Olesburch*. Sic enim appellatur, legendum certe eſt, in *Chronico Stederburgenſi Tom. I. S. R. B. Leibn.* p. 849. ſeq. Eius vxor erat *Hathewigis*. Vtriuſque filia nominatur *Frederuuda*, ab auia ſine dubio ita nuncupata. Hæc monaſterium Stederborch anno 1007 fundauit, teſtante eodem *Chronico* l. c. p. 851. Videtur huius *Altmanni comitis* filius fuiſſe *Altmannus iuuenis*, qui, inſtigante Brunone comite, circa annum 1002 ſeruum epiſcopi Hildeſienſis *Bernwardi* interfecit. Referunt hoc *Ditmarus* Merſeb. epiſc. *T. I. Leibn.* p. 425. et *Tangmarus in Vita S. Bernwardi* l. c. p. 457. Quamuis enim nobis obiici poſſit, iuniorem *Altmannum* in propria ſic viſcera ſæuiſſe, illud tamen ex *Marcelli Palingenii Zodiaco Vitæ* p. m. 140. in memoriam reuocamus:

6) Thiadricus cuius filius Thiadricus II.

Thiadrici II. liberi

1) Altmannus comes.

- - - - - - - fere omnes
(pro genus infandum) damnis gaudent alienis.
Non frater fratri, nec amicus fidus amico
nec patri natus.

Fuit porro *Theodoricus II* pater *Thiadrici*, quem *tertium* appellauimus. Hunc pro comite Saxoniæ noſtræ palatino habemus. Huic filius fuit *Sibertus*, a patruo

2) Thiadricus III comes palatinus.

Ab anno 826 vſque 853 imperante Hludouuico et

truo ita appellatus. Id demonſtrat ſequens tabula publica, quam ex membrana communicaſſe operæ pretium videtur. En eam:

℄ In nomine ſc̄c̄ et indiuidue trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia rex. omnium fidelium ñr̄orum p̄ſentium uidelicet ac futurorum notitia ſciat qualiter *bernuuarduſ* hildeneſ hemenſiſ ec̄c̄lię ueñc̄r̄. antiſteſ ñr̄am regiam clementiam adiit dicenſ ſibi ab anteceſſore ñr̄o pię memorię tertio ottone imperatore iuſ ſpeciale caſtellum edificandi quod *mundburg* uocatur in ripa *alere* fluminiſ permiſſum fuiſſe ad munimentum et tuitionem contra perfidorum incurſionem et uaſtationem *ſclauorum*. id ipſum vero caſtellum quia magis rogatione quam iuſſu domni imperatoriſ libenti animo ad defenſionem totiuſ regioniſ ñr̄ę in illiſ partibuſ conſtruxerat. et quia domnuſ imperator eundem ēp̄um pro ſuo intimo ac iugi famulatu omni pietatiſ beneuolentia ac gratia excolebat. mercediſ cauſa comitatum circumiacentem illud caſtellum *in pago aſtuala* quod olim *thiedericuſ palatinuſ comeſ* poſtea quoq̧. *filiuſ* eiuſ *ſi*b̄*tuſ* habuerat ſibi in beneficiarium iuſ conceſſerat. nunc uero quia ñr̄am regalem clementiam ut ipſum affirmaremuſ et corroboraremuſ precatuſ eſt. et quia equa gratia pariq̧. deuotione nobiſ poſtea ſeruiuit. eundem comitatum ſcriptiſ regiiſ ñr̄i p̄cepti illi in finem dierum p̄ſtitimuſ ita ut nulluſ iudiciaria poteſtate quid in eo contra illiuſ iuſſum ſeu uotum agere p̄ſumat. Uerum quidquid ipſe uelit quicunq̧. eundem comitatum ñr̄a largitione habeat et regat. p̄cipienteſ iubemuſ ut id ratum firmumq̧. conſiſtat. Et ut hęc ñr̄ę donationiſ ſeu confirmationiſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat tempore. hoc p̄ceptum exinde conſcriptum propria manu corroboranteſ atq̧. confirmanteſ ſigilli ñr̄i impreſſione inſignire p̄cepimuſ.

ſignum domni Heinrici  regiſ inuictiſſimi.

Guntheruſ cancellariuſ uice erkanbaldi archicappellani recognouit.

Data indict. XI. anno dominicę incarnationiſ M XIII. anno uero domni Heinrici ſecundi regn. XI. actum uuerla feliciter amen.

Sigilluum exhibetu
Tab. II, n. 2.

3) Sibertus.

Fratrem hunc *Theodoricum comitem palatinum* habuiſſe nomine *Sibertum* comitem, innoteſcit partim ex diplomate ad annum 993, quod in *I. G. Eccardi Hiſtor. Geneal* p. 187. ſeqq. reperitur, partim ex *Ditmaro*, Merſeb. epiſc. *T. I. Leibn.* p. 352. ſic referente: *Eodem anno Thiedricus comes palatinus et Sibertus frater eius de hoc ſeculo tranſierunt.* Hoc anno 995 contigit, Chronico noſtro manuſcripto atque *Annaliſta Saxone* teſte p. 362. *Siberti* porro pater fuit *Theodoricus*, vti docemur ex his traditionibus §. 399. Heic enim *Sibertus* pro patre ſuo *Theodorico* in villa Othdereshus in Aſtfala in pago Falhen quædam tradidit circa

circa annum 950, quæ villa nobis nulla alia videtur esse, atque vicus Ochtersen, in Hildesheimensi episcopatu, sub præfectura Marienburg. Adersen villa, in ducatu Brunsuicensi intra præfecturam sita Wolfferbuttelensem, vnius horæ iter distat ab vrbe Wolffenbuttela, inspectioni Thiedensi ecclesiasticæ submissa, aliis potior videbitur. gubernante Corbeiam Warino.

Huius *Siberti* filium fuisse *Burchardum comitem*, ex nostris demonstrandum est traditionibus. Donauit *Burchardus comes* (§. 445.) pro patre suo *Siberto* quædam in Hrothwardeshus, loco pagi Flotwitha. Hæc est vel vicus Roddensen vel Rottensen vicus, iam supra a nobis nominatus. Putamus autem, hic designatum esse *Burchardi comitis* nomine famosum *Burchardum*, *comitem Saxoniæ palatinum*, cuius meminere diplomata ad annos 1003 et 1013. Hic, *Ditmaro* l. c. p. 405. teste, anno 1015 vulneratus et anno 1016 mortuus est. *Annalista Saxo* eadem refert, p. 441. Videtur de eodem meminisse *Ditmarus* p. 380, narrans, imperatorem Heinricum *Burchardo* anno 1004 *dedisse comitatum super Merseburg et beneficium, ad hunc pertinens.* Siberti filius Burchardus comes palatinus.

Vt vero ad huius *Burchardi* patruum *Thiadricum III* reuertamur, necessum est. Probabilissime ille fuit pater *S. Bernwardi* episcopi Hildesheimensis, cuius paternum genus hucusque latuit in occulto. Non est ita, clamitas, non est sic profecto. Nonne enim Tangmarus presbyter, *S. Bernwardi* magister, in eius *Vita T. I. Leibn.* f. 456. *Bernwardi fratris Tammonis comitis* paternum valde munitum castellum nominat *Sommerschenburg*? Nonne ergo rectissime dixere hactenus eruditi, *Bernwardum* ex progenitoribus comitum Sommerschenburgicorum descendisse? Quid itaque inscitius est, quam perhibere, paternum genus *S. Bernwardi* latuisse hactenus in obscuro? Sed bona verba, quæsumus. Ostende enim nobis codicem, in quo nomen Castelli illud exprimitur. In Wolferbuttelano MScto sane id non est præsto. Glossema ergo est, quicquid ibi legitur de castello *Sommerschenburg*. *Tangmarus* refert l. c. p. 441. *S. Bernwardum* natum esse ex filia *Athelberonis palatini comitis*. Ideo ex *Bernwardo* Olesburgico fecerunt recentiores Sommerschenburgicum. Illud quidem pernegare nolumus, *Athelberonem palatinum comitem* progenitoribus comitum Sommerschenburgicorum adnumerandum esse. Ita enim fit palam, quomodo *S. Bernwardo* bona in pagis Derlingo et Northuringi, quæ ille episcopus anno 1022 contulit monasterio S. Michaelis, in manus venerint, ex hereditate scilicet materna; Ex eius vero paterna hereditate procul dubio exstiterant bona, posita in pagis Valothungon seu Falhen, Flotwide atque aliis. Cum *interpres Vitæ Bernwardi Saxo* nominat *Bernwardi patrem Theodoricum*, in eo veritatem ex parte detexit. In eo autem errauit, quod hunc *Theodoricum comitem de Sommerschenborch* appellauit. Designat probabilissime *Tangmarus* l. c. per castellum paternum *Tammonis* castrum *Olesburg*, quia *Thammo* anno 1022 *comes* fuit in pago Flotwide, testante diplomate *Bernwardi*, quod obuium est P. III. *der Zeit- und Geschichts-Beschreibung der Stadt Göttingen* p. 20. seqq. Potest ex supra deductis diiudicari, qua ratione bona, diplomate hoc expressa, cesserint potestati S. Bernwardi. Thiadrici III. filii S. Bernwardus episcop. Hildesheim. et Thammo

At redeundum est tandem ad *Amalungum II*, *filium Amalungi I*, et *proauum ducis Hermanni:* cuius vxor erat *Hadwi*, *filia Ecberti ducis* Saxoniæ et soror ducis *Luidolfi* ac proamita cæsaris *Heinrici aucupis*. His dictis statim suspicamur, pudore ingenuo suffusum iri genas illorum, qui, *ducis Herimanni patrem Billingum* fuisse rusticum, sibi persuadent. Ne autem temeritatis me quis arguat, demonstrabo, quæ dicta sunt, primo ex §. 125, in quo *Amelungus III.* nepos appellatur *Cobbonis*, et *Cobbo auunculus Amelungi*. Ex quo momento citra omnem controuersiam sequitur, matrem *Amelungi* fuisse sororem *Cobbonis*. Hanc *Cobbonis* sororem appellatam esse *Hadwy*, patescit porro ex §. 149, vbi *Hadwy* pro viro suo *Amalungo* et filiis suis *Bennido* atque *Amalungo* in Nethga pagi villis Weredun, Upweredun et Beuerungun tradidit, quidquid habuit. Porro autem supra §. 29. not. (l) comprobauimus ex Uffingio atque infra pluribus probabimus, ducem Saxoniæ *Ecbertum* floruisse liberis, *Cobbone comite*, *Warino* abbate Corbeiensi, ac filia, cui nomen fuit *Hadwi*. Hanc vero filiam *Ecberti Hadwi* intelligi in traditionibus nostris §. 125 et 149, apparet euidentissime ex donis, quæ eadem filia *Ecberti* ducis largita fuit. Iam supra demonstrauimus, familiam Ecbertinam possedisse celebratissimum Saxonum castrum Brunonisburgum cum territorio annexo. Eadem sententia ex hoc §. 149 egregie confirmatur. *Weredun* enim hodie appellatur Werden, iacetque ad Wiseram in diœcesi Corbeiensi, Amelungi II. vx. Hadwi filia Luidolfi ducis.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

beiensi, vix iter dimidiæ horæ a Brunonisburgo distans. *Upweredun* villa desolata est, Brunonisburgo propior, quam villa Weredun. Exstitit Upwerdun olim in radicibus montis *Wildborg*, ita appellati a castro Willborg, quod quondam exstitit super istum montem, testante Bulla Papæ Lucii III, allata in Addendis num. 19. Dudum vero id castrum desolatum est. *Beuerungun* hodie nominatur Beuerungen, locus ad Wiseram, vix iter dimidiæ horæ disiunctus a vico Werden. Eadem vero bona procul dubio acceperat *Hadwy* ex hereditate patris sui *Ecberti*, ideoque etiam *Hadwy* ius ac potestatem habebat easdem villas fratri suo Warino atque abbatiæ nostræ largiendi, mortuo coniuge suo *Amalungo*, qui, testante §. 92, in pago Hessi Saxonico in villa *Rimbechi* quædam tradiderat. Villa Rimbeke est non procul a Dimola fluuio in episcopatu Paderbornensi sita. Bona autem in eadem villa Rimbechi citra controuersiam *Amalungus comes* in dotem acceperat ex hereditate ducis *Ecberti* propter nuptias, cum *Hadwy* contractas, quippe quæ eadem in villa Rimbeke, testante §. 180, præterea tres mansos donauit ecclesiæ nostræ Corbeiensi.

Amelungi II. filii Bennid et

Plura de hoc *Amalungo II* adducere in præsens, non placet. Tamen confer §. 47 et 80, vbi ipse inter testes reperitur. De coniuge eius *Hadwi* plura nunc verba facere nolumus. Cum enim illa, mortuo *Amalungo*, abbatissa exstiterit Herifordensis monasterii, optima occasio erit de illa disserendi in *Historia* nostra *Corbeiensi*. Iam nobis inquirendum est, quinam ex eius filiis familiam propagauerit.

Vt eius filio *Bennido* filium tribuamus nomine *Osdacum*, nomen eius et dona, quæ largitus est ecclesiæ Fuldensi, nobis persuadent. Si enim *Osdac*, qui in *Traditionibus Corbeiensibus* §. 10. et §. 44. bona quædam tradidit ecclesiæ Corbeiensi, in pagis Falhen et Norththuringi posita, quique §. 104. inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi apparet, frater fuit *Amelungi II*, vti probabilissimum videtur: ad aliam enim familiam referre eum non poteris; tunc *Osdaco*, qui in *Traditionibus Fuldensibus* reperitur, nomen fuit inditum, a propatruo suo petitum. Eundem autem fuisse nepotem *Amelungi II*, atque abbatissæ *Hadwi*, docere nos possunt bona, quæ ille *Osdacus* tradidit ecclesiæ Fuldensi. In *Corpore Tradit. Fuldens. I. F. Schannati* p. 301. num. 37. sic verba habent: *Ego Ostac trado ad sanctum Bonifacium omnem proprietatem meam in pago Hessim in villa Holzhusen cum mancipiis XX.* Hæc villa *Holzhusen* est vicus *Holthusen*, in Paderbornensi episcopatu situs inter Grimelsen, Calenberg, Wormel et Dalen ad Dimolam fluuium. Eodem in pago, eademque in regione, et quidem in villa Rimbechi, abbatissa *Hadwi* eiusque maritus *Amelungus* tradiderunt bona quædam ecclesiæ Corbeiensi. Quid ergo probabilius est, quam quod *Osdacus* bona sua, in *Holthusen* sita, acceperit ex hereditate paterna? An filios habuerit *Osdacus* ille, non liquet. Illud certum est, eius patruum *Amelungum III.* familiam propagasse. Apparet illud e traditionibus nostris Corbeiensibus, si defecerit aliud argumentum.

Amelungus III. cuius liberi

1) Siboda.

In §. 323. quædam tradit *Siboda* pro patre suo *Amelungo*, posita in villis Silihem et Whetiun, quarum illa in pago Lainga, hæc vero in pago Bardenga reperiebatur. Whetiun ergo villa nulla alia videtur fuisse, nisi vicus Wetem, vno milliari circiter distans ab *Amelickhusen* loco, (fortassis ab Amelungo nostro ita appellato) in ducatu Luneburgico. Et quamuis situs villæ Silihem nobis nondum accurate cognitus sit, putamus tamen, per pagum Lainga nullum alium significari, nisi pagum Lainga in ducatu Luneburgico, ad quem pagum et Salta (Soltaw) et Timberla (Timmerloh) in eodem ducatu pertinuit.

2) Brunhardus monachus Corbeiensis.

3) Billingus IV.

Huius *Sibodæ* fratrem fuisse *Brunhardum*, vxoremque *Aldan*, patet porro ex §. 391. Ibi enim circa annum 950 donat *Siboda* pro fratre suo *Brunhardo* et vxore sua *Aldan* villam Bredenbiki in pago Lainga sitam, quæ sine vllo dubio est villa Breitbeck in ducatu Luneburgico *in der Amts-Vogtey Bergen*. Fratrem autem fuisse huic *Brunhardo* nomine *Billingum*, demonstramus plane ex §. 303. vbi largitus est *Billingus* pro fratre suo *Brunhardo*, cum ille monasterio Corbeiensi se adgregaret, in pagi Bardenga villa Sashelmeshus familiam et 30 iugera. Quæ villa probabilissime est vicus Solshusen, in Principatus Luneburgici præfectura Winsen situs ad fluuium Luhe; in quo pago Bardengo, et quidem in villa Olonhus, idem *Billing* quoque XXX iugera et vnam familiam tradidit. Quæ villa

villa eſt vicus Oleſen in præfectura eadem. Quam etiam ob cauſam veteres Corbeienſes noſtri nomen ac mortem huius *Billingi* in faſtis ſuis annotarunt, addito inſigni elogio hisque verbis: *anno DCCCCLXVII fideleſ thiathariuſ et billing obierunt.* guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Hiſce ex dictis fiet palam, *Sibodam*, *Brunhardum* et *Billingum IV* fuiſſe fratres, et filios *Amalungi IV. Billingo* autem filium fuiſſe *Herimannum*, ducem Saxoniæ, id probatione ampliori non indiget. Omnes enim ſcriptores hoc vno ore profitentur. Cum vero antiquiorem huius deſcenſus teſtem non habeamus auctore *Chronici veteris Ducum Brunſuicenſium et Luneburgenſium*, qui ſeculo XIII vixit, et qui *Tom. II Leibn.* f. 15. ita ſcripſit: *His temporibus ducatus, quem prædeceſſores ſui* (ſc. Brunonis) *tenuerunt, maribus deficientibus, ab Ottone I* HERMANNO, BILINGI FILIO, *eſt donatus.* pergratum, perque iucundum nobis fuit, nouam, antiquiſſimam tamen atque omni contradictione maiorem, adprobationem eius rei ex his traditionibus eruendi nobis facultatem datam fuiſſe. Hanc inueniri putamus in §. 409. Ibi enim *Udo* atque *Amelungus* pro patre ſuo *Billing* et matre *Hildiburga* duas familias, CXX iugera, et IIII iurnales donant, in Ludulfinhus villa pagi Logne poſita. Hæc eſt vicus Ludolffhuſen, vicus præfecturæ Friedland in principatu Göttingenſi. Quodſi autem *Billing* in eodem principatu bona poſſedit in villis Hereſti (Harſte), Willienhuſun (Willieshuſen), Ageſtorp (Agesdorff), et Gutingi (Göttingen); ac vicus Billingshuſen in dynaſtia Hardenberg a quodam Billingo (qui veriſimiliter *Billingus II* vocatur in his traditionibus, cum fratre *Redhardo* §. 104. 136, et 187, reperiundus) nomen accepit, vti illuſtris dominus, nuper defunctus, D. G. *Gruberus* in der *Zeit und Geſchichts-Beſchreibung der Stadt Göttingen* P. I. p. 47. ſeqq. iam affirmat; villa *Ludulfinhus* ad hæc Billingana bona, in pago Logne ſita, quoque referenda eſt. Per *Amelungum* deſignatur, ni fallor, *Amelungus*, ducis *Hermanni frater*, cuius *Ditmarus*, epiſcopus Merſeburgenſis, *Tom. I. S. R. B. Leibn.* p. 328. meminit, quique creatus fuit epiſcopus Verdenſis, atque in *Chronico epiſcoporum Verdenſium Tom. II. Leibn.* p. 214. *frater ducis Hermanni* appellatur. Quemadmodum porro ex his, quæ adtulimus, conſequitur, *Billingum*, quem comitatum quoque habuiſſe diplomata referunt in pago Neletici intra regionem, vrbi Halæ et Givikanſten in ducatu Magdeburgico adiectam, longam annorum ætatis ſuæ ſeriem numerare potuiſſe: ita huic venerabili ſeni per totam vitam nihil lætius contingere potuit, quam fortuna filii ſui, natu minoris, *Herimanni*, quippe qui a cæſare Ottone I dignus honore ducali reputatus fuit.

Billingi IV. filii 1) Herimannus dux Saxoniæ. 2) Vdo. 3) Amelungus IV.

De huius *Herimanni* fratre *Wichmanno*, eiuſque filio *Wichmanno* iuniore, iam ſupra §. 104. not. (n) quædam attulimus, quæ hic repetere nolumus. *Udonem* vero eſſe illum putamus, qui a Widekindo noſtro Annal. lib. II. p. 644. appellatur frater *Herimanni ducis*, et cuius filius *Geuehardus* interfectus eſt in loco Badiliki. Quamuis enim ſciamus, viros quoſdam egregie doctos, quosque ſemper magni facimus, hoc Widekindi noſtri teſtimonium de duce Herimanno, Franco orientali, intelligere, quia Widekindus addit: *duces Francorum ob Geuehardi necem inter ſe diuiſos eſſe:* arbitramur tamen, vocem Francorum hic ſumendam eſſe ſenſu latiori, ita, vt omnes populi imperii indicentur, quo ſenſu hanc vocem Widekindus adhibuit in locis, quæ hunc antecedunt. Putas fortaſſe, probabile non eſſe, ob necem nepotis Herimanni Franconis omnes imperii duces ſe inuicem mouiſſe, nec Widekindum, ſcriptorem Hiſtoriæ Saxonum, hanc rem, etiamſi veram, in annales relaturum fuiſſe. *Herimanni* autem, qui Saxoniæ ducis erat nepos, ſe res aliter habebat. Ille enim imperatori cognatione coniunctus erat, et huius rei commemoratio faciebat ad laudem et magnitudinem Saxonum atque imperatoris. Plura iam de familia Billingana addere, non placet. Interim omnia, quæ hactenus diximus, in ſummam contrahemus, ſequenti adiecta tabula genealogica, qua ea partim ex noſtris diplomatibus, partim vero e ſcriptoribus coætaneis adprobata, exhibemus. Ea adducta et abſoluta, totum hunc præſtantiſſimum §. 104. eiuſque expoſitionem vmbilicum perduximus: 4) Wichmannus I.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Tab. I.

N.

- Amalungus I. floret tempore Caroli M. §. 20.
  - Enno comes Amalungi filius §. 5. 15. 18. 20. 63.
    - Enno §. 18.
  - Thunehild soror Ennonis comitis §. 18.
  - Billunc II. frater Bennithi et Rudrati.
  - Bennith comes filius Amalungi vx. eius N. filia ducis Ostfalorum Hessi.
    - Suitbadu §. 104. 201. 205.
    - Osdag §. 159. 284. † 880.
      - Osdag comes. vxor eius Hadeburg, eo mortuo coniux Heinrici aucupis. §. 284.
    - Redhardus §. 104. 136.
    - Thiadricus I. §. 104. 201. 211.
      - Theodoricus II. §. 298. vxor Fritheruna. §. 399.
        - Altmannus comes in Olesburch. vx. Hadewigis.
          - Altmannus Frederundis iun. 1002. datrix monasterii in Stederburch.
        - Thiadricus III. comes palatinus Saxoniæ vx. N. filia Athelberonis palatini comitis. † 995.
          - Sibertus. Hic vel eius frater Tammo fatores nobilium dominorum de Depenowe fuisse videntur, quorum castrum erat olim haud procul ab oppido Burgtorf in ducatu Luneburgico, et quorum vltimus Volradus, filius Theodorici, mortuus est anno 1276.
        - Osdagus episcopus Hildesheimensis † 990. §. 284.
          - S. Bernwardus episcopus Hildesheimensis.
          - Tammo c. in pago Flothwitha, frater episcopi Bernwardi 1022.
        - Sibertus comes frater Theodorici comitis palatini, † 995. §. 399. 993.
          - Burchardus com. palatinus filius Siberti † 1016. §. 445. 1003. 1009. 1013.
    - Billingus III. §. 104. 136. 187.
    - Gamer §. 104. 201.
    - Helmburg §. 205.
  - Osdac §. 10. 42. 44. 104. 284.
  - Amalungus v. Tab. 3.
- Billungus I. v. Tab. 2.

Tab. II.

Billungus I. vxor Aeda filia potentum Francorum.

- Odi nata 806 † 913. vx. Luidolfi ducis Saxoniæ §. 126. 270.
  - Tancmarus.
  - Bruno dux Saxoniæ.
  - Otto dux Saxoniæ.
  - Luitgard. Regina.
  - Hathumoda.
  - Gerbirg.
  - Luidolfus.
  - Alfered.
  - Hiddi.
  - Etc.

vid. Tabula stirpis Brunoniæ.

Tab. III.

TAB. III.

Amalungus I.

Amalungus II. comes vx. Hadwi fil. Ecberti ducis, facta vidua abbatissa Herifordenſ. §. 92. 125. 149. 80. 47.

Rudratus frater Billungi et Bennithi.

Bennid frater et filius Amelungi. §. 149.

Amelungus III. filius Amelungi. §. 125. 149. 237. 323.

Osdag.

Siboda filius Amelungi, frater Brunhardi, vxor eius Aldan. §. 323. 391.

Brunhardus frater Billingi et Sibodæ §. 303. 391. monachus Corbeienſis.

Billingus IV. comes frater Brunhardi. vxor eius Hildiburg † 967. §. 303. 325. 409.

Vdo filius Billingi et fratet Amelungi. §. 409.

Amelungus IV. filius Billingi §. 409. epiſcopus Verdenſis.

Wichmannus comes ſenior, frater Hermanni ducis.

Hermannus filius Billingi dux Saxoniæ † 973.

Geuehardus occiſus in Badeliki a. 938.

Wichmannus iunior, eius patruus Hermannus dux. cuius poſteros vide infra §. 229.

Bernhardus dux Saxoniæ vid. Tab. 4.

Luitderus vxor eius Emma. 991. † 1011.

Suanehildis vxor 1) Thitmari comitis 2) Ekkihardi marchionis, filii Guntheri marchionis.

Godeshiu abbatiſſa Herifordenſis. 1002. 1039.

Immadus epiſcopus Paderbornenſis.

TAB. IV.

Bernhardus dux Saxoniæ 991. 993. 995. 975. 997. 1002. 10-9. † 1011. vxor eius Hildegard.

Bernhardus dux Saxoniæ. 1018. 1025. 1053. 1056. 1059. 1062. vxor eius Eilica.

Dithmarus † 1048.

Ordolfus dux Saxoniæ. vxor eius Gertrud.

Hermannus comes.

Magnus dux Saxoniæ 1068. 1088. † 1106. vxor eius Sophia, filia Geiſæ regis Ungariæ, vidua Odelrici de Wimmare.

Eilike vxor Ottonis comitis in Ballenſtidde, † 1142. ille vero † 1123.

Wulfhildis vxor Heinrici ducis Bauariæ.

Albertus vrſus marchio.

Adelheid vxor Heinrici marchionis de Srathen.

Heinricus magnanimus dux Saxoniæ et Bauariæ.

Bernhardus dux Saxoniæ etc.

Heinricus Leo dux Saxoniæ et Bauariæ.

Heinricus dux Saxoniæ et comes palatinus Rheni. 1203. 1226.

Otto IV. imperator.

Wilhelmus † 1213.

Otto puer n. 1203. Dux Brunſuicenſis et Luneburg. † 1252. etc.

gubernante Corbeiam Warino.

(tt) De Gamero fratre Billingi vide notam præcedentem.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico

§. 105.

Commemoratio traditionis quam olim fecit *esic* (x) nam ipse adhuc uiuens tradidit pro se ad reliquias sti stephani quidquid proprietatis habuit in pago *tilgethi* (y) ea tamen ratione ut uxor eius quam diu uiueret possideret

De comite Esic.

(x) Hunc §. atque antecedentem connexos esse inter se, attentus lector facile perspiciet. Videntur enim ea, quæ in hoc §. 105. continentur, eodem die peracta esse, quo heredes ducis Ostfalorum Hessi tradidere ea, quæ habuerant in villa Uffenleua. Nemo ergo non videt, per *Esiconem* designari illum sæpissime memoratum ducem *Hessi* seu *Assg*, qui, testante autographo diplomate Caroli M, etiam *Adalricus* vocabatur. Illum vero hoc tempore iam mortuis fuisse adnumeratum, ex hoc loco discimus. Constat inde et hoc, vxorem eius iam tum vitam cum morte commutauisse. Alius ergo ab hoc fuit *Esic comes*, cuius meminere traditiones §. 110, & qui, vti ex donis apparet, absque vllo dubio consanguineus senioris Esiconis istius fuit.

De pago Tilgethi seu Tilithi.

(y) Quis sit *pagus* ille *Tilgethi* (ita satis distincte in nostro codice legitur), primo aspectu videtur difficile dictu, neque eum in antecedentibus enuntiatis reperimus. Nouimus, *Esiconem* comitem nostro monasterio quædam, in eo pago sita, donasse. Supra quidem §. 23. tradiderat quædam *Esic comes*, sita in Budinifelde intra pagum Hardego. Villa Botvelde quædam erat in montibus harzicis. Hæc hic non videtur designata. Arbitramur igitur, illa, quæ olim *Esic*, ad incertum euentum prolapsa, monasterio nostro tradiderat, in codicem nostrum non esse relata. Quamuis autem videri posset, pagum *Tilgethi*, in nostra Saxonia separatum pagum fuisse, putamus tamen, illum vnum eundemque fuisse cum pago *Tilithi*. Nam abbatia nostra in ea regione, in qua pagus *Tilithi* olim extitit, quondam complura bona, quam quæ in his traditionibus memorantur, possedit. Ipsa videntur ex æquo omnia hac traditione comprehendi. Id si concesseris, pagum *Tilgethi* eundem quoque fuisse putamus, qui in *Traditionibus Fuldens.* p. 300. seq. modo *Cilgide*, modo *Zilgide*, modo *Zigilde*, modo *Zigildi*, et modo *Cigildi* appellatur. Ad hunc pagum villæ *Stocheim*, *Maienhusen* et *Heli* referuntur, quibus *D. Grupenius in Discept. Forens.* p. 546. addit villas *Bedeber*, *Holthusen* atque *Eminghhusen*.

Cum autem in eisdem *Tradit. Fuldens.* pag. 301. num. 35. asseratur, pagum *Zilgide* fuisse *prouinciam*, maior is pagus fuisse videtur, quam vt tantum præfecturas Munder et Lauenau comprehenderit. Villæ potius *Heli* et *Stocheim* in eam nos deducunt cogitationem, vt arbitremur, pagum *Cilgide* eundem fuisse, qui in diplomatibus Corbeiensibus et Sarachonis Registro B. et P. A. C. semper appellatur *Tilithi*. Quemadmodum enim villa *Hillikesfelle*, id est, Hilligesfeld non procul ab oppido Hamela ad fluuium Hameloam, *Flosceresbus*, Flcersen ad Hameloam flumen, atque *Aldendorp*, id est, Olendorp in præfectura Lauenstein, luculentis verbis ad pagum referuntur *Tilithi*: ita villa *Heli* probabilissima ex coniectura est vicus Helen ad Wiseram non procul a monasterio Kemnade prope Bodenwerderam, et villa *Stocheim* est vicus Stencke, olim spectans ad dynastiam Arten. Eadem autem in regione olim exstitisse pagum *Tilithi*, nemo solide in dubium vocare poterit. Quamuis itaque *Holthusen* esse potuerit locus Holthusen, situs non procul ab Hamela vrbe, *Bedeber* Beuern in eadem regione, vel Badeke non procul a Lauenau, *Maienhusen* vero Meinsen, atque *Eminghhusen* Emminghusen in præfectura Lauenau; nihil tamen impedit, quo minus affirmemus, easdem villas ad pagum *Tilithi* quondam spectasse, atque hunc pagum cum pago *Cilgide* fuisse vnum eundemque.

Situm huius pagi porro accuratius definire possumus e villis, quæ eidem in diplomatibus tribuuntur. Hæ sunt secundum seriem diplomatis cæsaris Heinrici, ad annum 1004 dati, quod infra in *Addendis* æri inciſum dabimus num. 388, villæ, sic adpellatæ:

1) *Keminetan* monasterium, id est, cœnobium *Kemnade*, situm ad Wiseram atque ad oppidum Bodenwerder:

2) Hegen, id est, vicus *Hagen*, ad Wiseram inter Daspe et Lattforde situs. In proximo est vicus Haien, locus Principatus Wolferbuttelani intra præfecturam Wickensen.

3) *Bari-*

3) *Barigi*, vicus Börie, olim in dynastia Homburgica non procul a vicis Frencke, nunc sub ditione Hannouerana positus: gubernante Corbeiam Warino.

4) *Tundinun*, id est, *Tunderen* ad Visurgim inter Osen atque oppidum Hamelam, locus notissimus, quippe ad quem iam anno 1563 Ericus Dux Brunsuicensis et Luneburgensis castra habuit, atque anno 1584 Julius Dux Brunsuicensis et Luneburgensis suos subditos ex Bodenwerder, Hamelen, et ex praefecturis Grone, Artzen, Polle, Osen, Springe et Münder ad leges suas iurare iussit, ac denuo anno 1741 sereniſſimus potentiſſimusque Rex Magnæ Britanniæ, Georgius II, castra posuit, contra Gallos ad Rhenum moturus.

5) *Othere*, id est, vicus Ohren, ad dominos generosissimos *de Haken* spectans, haud procul ab vrbe Hameloa situs, qui in diplomatibus nostris ad annum 1307 adhuc scribitur *Odere villa*, 1490 et 1494 *Oder*, tandem vero anno 1605 appellatur *Ohr ein Erbsitz derer Haken*.

6) *Valabroch* est Vaelbrock in praefectura Polle. In Registro nostro MSto bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeiensis ad hunc pagum Tilithi loca referuntur 1) *Loferdi*, Lattferde inter Bodenwerderam et Hamelen oppida ad Wiseram: 2) *Haion* est Haien, locus haud procul a Frencke et Börie vicis in dynastia Homborgica: 3) *Heloon*, Helen ad Wiseram e regione vici Daspe vix iter dimidiæ horæ ab oppido Bodenwerdera: 4) *Perdereſtorpe*, Pegesdorff ad Wiseram e regione vici Rüle inter Bodenwerderam et praefecturam Polle: 5) *Bredanbeke*, Bremeke, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Harderode in Principatu Wolferbuttelano: 6) *Criepan* est Krepe in dynastia Homburg inter Heise et Halle: 7) *Bittikingabuſen* est Bessingen in Principatu Wolferbuttelano, olim inspectionis ecclesiasticæ Hallensis, hodie Beuerensis: 8) *Dodonhus*, Doensen, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Halle intra eundem Principatum: 9) *Graſſingeshus*, quæ villa nobis videtur Graue vicus ad Wiseram e regione vici Dölme, cuius ecclesia est filia ecclesiæ in Ottenstein: 10) *Bikihus* villa est desolata, haud procul a vico Ohren, olim sita in loco, qui vocatur adhuc *das Bekeſer Veld*: 11) *Hillikesfelle*, Hilligsfeld inter Iersen et Rorssen ad fluuium dictum *die Hamel*, qui Visurgim influit ad vrbem Hamelam: 12) *Telmeri* est Dölme ad Wiseram, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Rühle sub inspectione Beuerensi. 13) *Hiriſwitherode*, Harderode est dynastia Homburg sub inspectione Halle in Principatus Wolferbuttelani praefectura Wickensen: 14) *Biarunhus*, Berensen, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Bessingen sub inspectione Hallensi, nunc Beuerensi, in eodem principatu: 15) *Hallu* est iam saepe dictus locus, Halle, vicus dynastiæ Homburgicæ: 16) *Snesla*, Schnessel inter Osen et Gronde praefecturas ad Wiseram. In *Vita Meinwerci epiſcopi Paderborn. Tom. I. S. R. B. L.* p. 537. nobilis mulier Godruna, eiusque filius Hoda prædium, *Gelanthorp* dictum, *in comitatu Bernhardi ducis* et *in pago Tilithi* situm, quod hereditario iure possederant, circa annum 1017 donarunt ecclesiæ Patherbrunnensi. Fortasse ista Godruna fuit vxor Haddæ, cuius meminere traditiones nostræ circa annum 940, §. 390. et ad progenitores comitum Nordheimensium referenda est. *Gelanthorp* vero est *Gelondorph* et *Gelanthorph* villa, quam Meinwercus monasterio S. S. Petri et Pauli Paderbornæ, vulgariter dicto Abdinghov, contulit, vti refert eadem *Vita Meinwerci* p. 560. seq. Villam Dadanborch, vt appellatur l. c. p. 560. quam D. Grupenius in *Origin. Pyrmont.* p. 8. ad pagum *Tilithi* quoque refert, quia *vorewerc* erat ad curtem dominicalem Luthithe (Lüde, olim in pago Huuetigo) pertinens, maluimus referre ad pagum Huuetigo, quam ad pagum *Tilithi*. Neque nos in eo erraſſe speramus, quia in documentis nostris *marcam Tilideſſen* circa indaginem *Rodenſike* (Ruhensieck haud procul a monasterio Valckenhagen) inuenimus, quæ sine dubio marcam seu limitem pagi *Tilithi* indicat, quamque appellationem notatu dignissimam esse censemus, quia ex ea discimus, pagos speciales etiam in nostra Saxonia fuisse suis circumscriptos limitibus. Ita tres pagi generaliores Westfalia, Angaria et Ostfalia suos limites habebant, de quibus alias pluribus agemus. Vt vero tandem villas, quæ in decantatissimo diplomate S. Bernwardi ad annum 1022 huic pago *Tilithi* tribuuntur, illustremus, necessum est. Optaremus, vt diploma illud, quod a dominis Grubero, Lauensteinio et Grupenio typis editum est, bene cum autographo concordaret, atque vt inde variantes lectiones emendari possent. Periculum tamen facere volumus, tentaturi, an situm villarum istarum inuenire queamus. Ipsæ sunt 1) *Dreſpen*, quæ probabiliſſime est Daspe e regione vici Heten, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Helen

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

deret igitur *nepotes* (z) praedicti uiri post obitum praefatae uxoris hanc tradi-

Helen (non Heben, quod vitiosum est in *Origin. Pyrmont.* p. 7.) ad Wiseram. 2) *Liudinghusen* seu *Luidinghusen.* Nomen corruptum esse videtur. Ergo nescimus, an intelligi debeat Latensen haud procul a vico Hemelschenburg, an Luerdissen, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Eschershusen, qui vero vicus ad pagum Wikanauelde pertinuit: an Linsen ad parochialem ecclesiam, in Halle obuiam, spectans. 3) *Heienhusen* est fine vllo dubio Heinsen ad Wiseram inter Stale et castrum desolatum Polle, quod dirui vidimus anno 1738. Hoienhusen ergo in pago vicino Auga figi non potest, vti affirmatur l. c. Quamuis enim in eo reperiantur Haionhus et Heinhuson, quarum illa nominatur Haienhuse, haec vero Heinsen, absunt tamen illae a terminis pagi Tilithi ad duo milliaria. Ambae hae villae iacent in terminis oppidi Brakel in episcopatu Paderbornensi, et Heinsen sermone vulgari dicitur *der Heinschehoff*, spectans ad iura ciuitatis Brakel, iacetque haud procul a Bökendorf et Hindenborg castellis, quorum illud ad Nobiles de Haxthausen, hoc vero ad nobiles de Asseburg spectat. 4) *Winithen* seu *Winzehun.* Winedun in pago vicino Auga hic locum habere non potest, vti eruditissimus editor *Ortg. Pyrmont.* l. c. sibi persuasit. Si lectio Winzehun genuina est, vti videtur, probabilissime definitur Wentsen, vix iter dimidiae horae distans a vico Cappellenhagen, ad radices excelsi et saxosi montis, Ihd seu Nied dicti, iacente: 5) *Bodekeschem, Bodechissen, Bodikissen*, nomen, vti apparet, corruptum est. Sed quomodocunque res se habeat, concedendum tamen non erit, eandem villam esse *Boixsen* seu *Boicksen* in diœcesi Corbeiensi, vti asserere videtur Dn. Grupenius l. c. ratus, eandem villam ad archidiaconatum Huxariensem olim pertinuisse. Quemadmodum enim ille archidiaconatus exstitit nuspiam, ita vicus *Boicksen* in Registro nostro ponitur in pago Auga atque *Bodikeshus* appellatur. Fortasse propius attingimus scopum, si nomen deprauatum fuisse fatemur, atque inde colligimus, eandem villam latere in loco desolato *Bikihus*, haud procul a vico Ohren, inprimis cum celeberrimus D. Bunemannus villam *Bikahusen* in hoc pago e membranis eruerit, quae cum nostra *Bikihus* vna eademque videtur fuisse: 6) *Ilisun, Iliſm.* Haec villa non potest esse *Ilasan*, cuius fit mentio in *Vita Meinwerci* p. 563, ad quam prouocat Grupenius l. c. Curtis enim dominicalis, ad quam Ilasan pertinuit, loco laudato non *Ilingenhuss*, sed *Nigenhus*, nominatur. Haec villa confundenda non est cum *Illisa* in pago Auga, quae dudum desolata fuit. Villa *Ilisun*, in pago *Tilithi*, est euersa, sita olim ad Wiseram haud procul a vico Ohren *by dem Hardbohme* in loco *Ilenkamp* seu *Ilenfeld.* 7) *Aldendorp.* Huius nominis tres villae sunt in his regionibus. Prima est *Scharf-Oldendorp*, secunda *Oldendorp unter Schomburg*, et tertia *Oldendorf* in praefectura Lauenstein. Prima autem non videtur *Aldendorp*, quia ecclesia ibidem filia est ecclesiae in Eschershusen vico, ad pagum Wikanauelde olim relato. 8) *Daschala* seu *Daschalen.* Quaenam haec sit villa, nos ignorare fatemur. Fortassis hoc nomen corruptum est. Alias in hac regione inueniuntur. 1) *Doensen*, cuius ecclesia filia est ecclesiae in Halle 2) *Dielmissen*, Didelmissen seu Delmissen in praefectura Wiekensen 3) *Diderſen*, quae nominatur in membranis seculi XV. Daderſen et nunc Deirsen, ad Campios spectans intra praefecturam Wickensen. 4) *Denckiehusen*, cuius ecclesia est filia ecclesiae in Deersen. An vna ex his, vel alia sit deligenda, in medio relinquimus. At pergimus. 9) *Regelindenhuson, Rogelindeshusen, Rothbehtisson* erat quondam *Vorawerc* ad supra dictam villam Heginhusen seu Heinsen ad Wiseram, testante diplomate ad annum 1036, quae villa distinguenda est a villa desolata *Robbedissen* in comitatu Dasselensi. Quo in comitatu seu pago Suilbergi etiam reperiebatur *Regildinghusen* villa, hodie dicta *Reilinghusen*, quae hic aeque non potest significari, atque *Roggelinghuson*, villa pagi Aringho, quae Rollinghusen vicus est intra praefecturam Winzenburg ad Leinam supra oppidum Aleuelde. In ea regione, in qua olim pagus *Tilithi* exstitit, inueniuntur *Reinleissen, Rühle*, et *Rörssen*; an vero vna ex his designetur, asserere non audemus. 10) *Bennethe* an sit Bentorpe vicus, olim ad iura dominorum de Hastenbeke, iam vero ad nobiles dominos de Haken in Ohren commorantes, spectans, in medio relinquimus.

De nepotibus comitis Esici.

(z) *Nepotes* nominantur, qui traditionem *Esiconis* irritam facere tentauerant. Ergo neque filii, neque generi *Esiconis comitis* erant. Fuere autem sine vllo dubio illi domi-

traditionem irritam fecerunt et ſibi uelut iure hereditario uiolenter tenuerunt unde demum recognoſcentes ſe non recte egiſſe omnem ſupra dictam traditionem iterum tradiderunt ſub teſtibus unde iſti ſunt teſtes marcbodo eilbert balding item eilbert pumi hemmic et alii XI quos cauſa breuitatis hic obmitto. guber-nante Corbeiam Warino.

§. 106.

Tradiderunt marcbodo et giki et filius humuuardi in uice patris mansos quatuor duos in *bodikeshus* (A) et duos alios in *althona* (a) pro anima

domini, qui §. præcedenti 104 definiuntur, ſolo Cobbone, abbatis Warini fratre, excepto. Quemadmodum enim iam ſupra §. 104. not. (W) ex circumſtantibus momentis quibuſdam collegimus, hunc Cobbonem non fuiſſe nepotem, ſed generum, ducis Oſtfalorum Heſſi: ita minime credendum eſt, eundem Cobbonem tanta fratrem ſuum Warinum affeciſſe iniuria, vt ſoceri ſui traditionem irritam facere tentauerit. Quodſi autem quis ex nobis curioſe quærere vellet, qua ratione bona, in pago *Tilithi* ſita, *Eſiconis* comitis in ditionem venire potuerint? ei reſponſionem, ex hoc §. facilem, impertiemus. Quia enim placuit nepotibus Eſiconis, vt auia eorum, quamdiu viueret, eadem bona poſſideret, ad dotem auiæ eorundem nepotum loca relata fuiſſe, ſtatuendum eſſe arbitramur. Ex quanam vero familia, an ex progenitoribus comitum Northeimenſium, eadem Eſiconis vxor exſtiterit, in tanta rerum caligine id nos ignorare, quam libentiſſime fatemur.

(A) et (a) *Bodikeshus* atque *Althona* villæ, teſtante Regiſtro noſtro MSto, erant *in pago Auga*. *Bodikeshus* villa ſine dubio vllo a quodam *Bodikone* nomen accepit. Quis vero ille *Bodiko* fuerit, indicare non licet. Si coniecturis aliquid dandum, inter proceres Saxonum ille fortaſſis fuit potens quidam dominus, inter progenitores *Brunonis* et *Widekindi*, ducum Saxoniæ deprehendendus. Hos duces fuiſſe fratres eorumque patrem exſtitiſſe *Theodoricum*, nos iam ſupra, quantum coniecturis augurari licuit, indicauimus, fabulam reiicientes eorum, qui *Widekindi* patrem fuiſſe ſtatuunt Warnekinum. Nam huius nominis nullum in Annalibus Francorum veſtigum inuenire datur. Quodſi autem *Bodikeshus* villa vix iter vnius horæ ab arce omnium firmiſſima Brunonisburgo ſita fuit, quæ nunc appellatur *Boickſen*, *Bodiko*, fundator villæ *Bodikeshus*, inter progenitores Brunonis ducis exſtitit, inprimis eo quod eadem in regione plures aliæ ſimilis adpellationis villæ fuerunt repertæ e. g. *Bodikerdorpe*, *Bodikenrod*, *Boderike*, *Bodikenhagen*, *Bodikendahl*, quæ omnes a quodam *Bodikone* nomen videntur accepiſſe. Quamuis igitur facile largiamur demusque, pronuntiatum illorum, qui *Bodicum* ſtatuunt *regem Saxonum* et atauum Widekindi Magni, nullo niti fundamento, vtpote nullo ſcriptoris coætanei teſtimonio ſtabilitum; arbitramur tamen, temere egiſſe illos, qui, cum nodos quoſdam Gordios in Genealogia antiquorum regum Saxonum inuenerunt, omnia idcirco reiecerunt, vel vt commenta in dubium vocarunr. Facile concedimus, fabuloſum eſſe quidquid aliqui de regibus Saxonum perhibent, atque ideo proprium viri ſapientis eſſe, rei falſæ non aſſentiri; ſapiens tamen in id quoque acrem mentis ſuæ aciem intendit, vt vera a falſis et veriſimilia ab improbabilibus ſeiungat: vt, quia veritatem in occulto latere nouit, animus eius in vero inueſtigando diligenter verſetur: vt in rebus tentet obſcuris, an illa, quæ alii pro fabulis habent, ipſe, niſi in veritatis, ſaltem in veriſimilitudinis, lucem proferre valeat. Is conatus in cauſa eſt, cur *Bodikonis* illius mentionem iniecerimus, probe ſcientes, inter eruditos eſſe viros præſtantiſſimos, qui *Bodicum fuiſſe regem Saxonum* negant ita, vt ne hominis id quidem nomen fuiſſe contendant, exiſtimantes, Saxones, qui in Italiam iure cum Langebardis circa Bodam fluuium habitaſſe, fluminisque Bodæ nomen exſtitiſſe rationem, regem Bodicum confingendi. de quo infra pluribus. Paullus Diaconus *de Geſtis Langobardorum II*, 6, memoriæ prodidit, Alboinum, Italiæ ſeſe infuſurum, auxilium opemque a vetuſtis amicis Saxonibus petiiſſe, precibus adnuiſſe Saxones eorumque plusquam viginti millia virorum cum vxoribus liberisque ſimul cum eo in Italiam tranſiiſſe. Addit idem: *Hoc audientes Chlotarius et Sigisbertus, Reges Francorum,* De villis Bodikeshus atque Althona, et de Bodikone Saxonum duce.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

ma hoger et patris eius marcuuard et matris ricsuit testes *beuo* (B) aldmer anulo uulfger pumi et alii uigenti.

§. 107.

Tradidit maynhard in *uuetfelde* (C) mansum unum testes hunuuard uuilmer halagmund bernhard eppo godoland.

§. 108.

Tradidit adaluuard duas partes de illa hereditate *adalric* (D) quam habuit

Suauos aliasque gentes in locis, de quibus iidem Saxones exierant, posuerunt. Inde exortus fuit *pagus Sueuon* seu Sueuorum ad Bodam ac in Principatu Anhaltino, a nouis colonis adpellatus, dictus alias *Schwabgau.* Saxones redierunt in loca auita, permittente rege Sigisberto, Paullo eodem teste III, 16. Sueui autem noluerunt discedere, dimidium et amplius regionis nouæ spatium retenturi. Inde varii conflictus in vtrorumque noxam contigerunt. Qua de caussa Sueui et Saxones simul sedes habuerunt, teste eodem III, 17. At de Rege Saxonum Bodicone nihil apud Paullum legitur. Inprimis autem notatu dignum esse censemus, *Marchodonem* appellari illum, qui in villis *Bodikeshus* et *Althona*, quæ vltima desolata est et quondam exstitit inter Lebendorf et Furstenau in diœcesi Corbeiensi, vti membranæ nostræ ostendunt, hos quatuor mansos possedit. Quemadmodum enim, inter antiquissimos reges Saxonum quendam *Merebaudem* seu *Marbodum* recenseri, videmus; ita *Marbodus* et *Marchodo*, quem infra §. 144. 166. 169 et 177. *comitem* nominari animaduertimus, vnum idemque nomen esse videtur. Antiqui possessores castri Brunonisburgi nomen illud in familia sua conseruare voluisse videntur. Qua vero ratione necessitudinem generis habuerit ille *Marchodo* cum familia Brunoniana, in tanta rerum caligine ostendere nequimus. Inter hæc *Marchodo* iste inter progenitores dominorum de Rumeschottelen in monte Köterberge (et fortasse præterea comitum de Oynhausen in Olenborg et Greuenborg) de quibus in nostra Historia Corbeiensi inuenies curiosa, fuisse videtur. conf. de Bodikone infra §. 186.

(B) An *Beuo*, abbatis Warini frater, hic designetur, ignoro.

De villa Wetfelde.

(C) *Wetfelde* villa erat *in pago Fleithi*, testante *Registro MStto Bonorum et Prouent. abbatiæ Corbeiensis.* Pagum *Fleithi* fuisse in episcopatu Hildesheimensi, et quidem in præfectura Winzenburg, demonstrabimus infra §. 193. Indicari ergo per villam *Wetfelde* vicum *Westfelde* in Winzenburgica præfectura inter Wrisbergholtzen, Petze et Segeste, arbitramur. Confer infra §. 338.

De hereditate ducis Ostfalorum Hessi.

(D) Hic est insignis ille locus, qui ansam nobis dedit detegendi multas easque nouas historicas veritates. Cum enim exponatur illo de hereditate *Adalrici* in *Uffenleua*, inde collegimus, vinculum et respectum inesse huic loco cum §. 104. 111 et 121. Vnde porro collegimus, quia tot domini communiter tenuerunt hereditatem illam, designari hereditatem quandam potentissimi cuiusdam domini. Cum itaque hic dominus in hoc loco nostro nominetur *Adalricus*, in mentem veniebat, ducem *Ostfalorum Hessi seu Asig* in diplomate Caroli Magni, quod in archiuo Corbeiensi exstat, appellari *Adalricum.* Atque ex eo momento argumentati sumus, in his traditionibus (§. 104. 108. 111. et 121.) sermonem esse nonnisi de illustrissimi *ducis Osalorum Hessi* hereditate. In hac sententia confirmauit nos insignis consensus et conuenientia omnium rerum, quas ex eo elicere possumus, quasque tam accurate conspirasse vidimus, vt maior consensio dari non queat. De hac ergo veritate non dubitabit amplius vir bonus et simplicis veritatis amicus, *Adalwardus*, quem supra §. 104. not. (n) ducis Angariorum Brunonis nepotem diximus, de parte quadam hereditatis *Adalrici* tradenda abbatiæ nostræ nondum consenserat. Ea itaque, quæ reliqui heredes in villa *Uffenleua* donarant, hic quoque consensu atque auctoritate sua comprobant. Addit tamen quædam bona in villis *Amplithi* et *Benneflorpe.* Vnde discimus, Esiconem seu ducem Hessi bona quædam in huius loci tractu possedisse.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

buit in *amplithi* (E) et in *bennesthorpe* (F) et in *uffenleua* (f) teſteſ ſunt ſcilicet eiſulf uuilmer halegdag heio. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 109.

Tradidit leudmar in pago heſſi (G) in uilla nuncupante *menni* (H) quidquid habuit in campiſ et ſiluiſ teſteſ hemmic addic aldger ouo richard et alii ſex.

§. 110.

Tradidit eſic comeſ (I) inter flumen uuiſera (K) et *uuil-da*

(E) De villa *Amplithi* in pago Guddingo ſita, nunc dicta Empelde, vide ſupra §. 7. not. (n) De villa Ampli-thi.

(F) et (f) In Regiſtro noſtro MSćto ſæpius laudato inueniuntur *Benneſtorpe* in pago Northuringi, *Bentorpæ*, in pago Huuetigo, et *Berneſtorpe* in gago Itergowe. Inter haſce villas *Berneſtorpe* in pago Itergowe ſine vllo dubio eſt Bern-dorf in principatu Waldeccenſi intra præfecturam Eiſenberg. *Bentorpe* vero villa pagi Huuetigo eſt Bentorff ad riuulum *Fiſchebeke*, qui influit flumen Em-brinam, vulgo dictam *die Emmer*, olim haud procul a vicis Sandbeck et Him-mighuſen, in epiſcopatu Paderbornenſi locus iam deſolatus. *Benneſtorpe* autem in pago Northuringi, quæ hic intelligitur, in dubium vocari poteſt. Cum enim intra Principatum Wolferbuttelanum haud procul ab Alera fluuio, et in termi-nis Brandenburgicis ſit vicus *Bardorf*, ſedes præfecturæ, deinde eadem in regio-ne, licet trans Aleram in principatus Halberſtadenſis præfectura Weferling vi-cus *Benſtorf* reperiatur, poſtea *Beendorf* inter Helmſtadium ac Scheningen oppi-da, ſeu vt accuratius loquamur, inter Esbeck et Runſtedt vicos in ducatu Brun-ſuicenſi exſtet, deinde *Behndorf* haud procul ab oppido Helmſtadio inter Harpke et Walbeck in ducatu Magdeburgico inueniatur, poſtea *Beindorf* vicus non pro-cul ab vrbe Magdeburgo iaceat, ac denique villa quædam fuerit *Berensdorf* dicta, eaque dudum deſolata, citra Aleram haud procul a Wolfsburg et ſaltu Drö-mling inter Vorsfelde et Dandorf; eapropter quæritur, quænam ex his ad here-ditatem ducis Oſtfalorum Heſſi ſpectarit? Reſpondemus, nobis videri deſigna-tam *Behndorf* inter Harpke et Walbeck. Probe autem hanc villam diſtinguen-dam eſſe cenſemus, primum quidem a vico *Barnſtorf*, loco Principatus Wolfer-buttelani, vix iter dimidiæ horæ ſito ab oppido Scheppenſtedt et haud procul a palatio regio Werla, qui in diplomatibus appellatur *Bernherdeſtorpe*, ac ponitur in pago Derlingo; quamuis et negare nequeamus, intelligi poſſe vicum *Brenſtorp*, qui in Alberti I. Halberſtadenſis epiſcopi libro feudali MSćto circa annum 1311 reperitur, in quo et inuenitur vicus *Bennendorp*; deinde vero a *Bennedeſtorp* in pago Moſidi, de qua poſt hæc agemus fuſius: et denique a *Bernſtorpe* in mon-tibus Harzicis, quæ deſolata eſt, atque olim ad iura comitum Reinſteinenſium ſpectauit. Cum vero villa *Benneſtorpe* olim exſtiterit in pago Northuringi, in quo et villa *Uffenleua* erat, vti iam ſupra didicimus, hiſce confirmantur ea, quæ iam ſupra de domicilio ducis Oſtfalorum Heſſi, eiusque caſtro Aſſeburgo, adtuli-mus §. 104 not. (v) De villa Benneſ-thorpe.

(G) De pago *Heſſi* tam Franconico, quam Saxonico, iam ſupra expoſuimus §. 33. not. (v)

(H) *Menni* villa hodie dicitur *Menne*, conſpicua in dynaſtia Warburg inter Warborg et Peckelſen, oppida epiſcopatus Paderbornenſis. Deſignatur ergo ſine vllo dubio pagus Heſſi Saxonicus, conſonante Regiſtri Corbeienſis fide. De villa Menni.

(I) Caue confundas hunc *Eſiconem comitem* cum *Eſicone filio Hiddi*, cuius iam ſæpiſſi-me mentionem iniecimus. Hunc ex *Vita S. Liutbirgis* intelleximus deceſſiſſe e vita in monaſterio Fuldenſi, et quidem ante annum 824. Hic itaque *Eſic* comes eſſe non poteſt, de quo hic ſit mentio, quippe qui tempore abbatis Cor-beienſis Warini hæc tradidit circa annum 840. Habemus autem duo autogra-pha De comi-te Eſico-ne.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et

da (L) in uilla nuncupante *hauukesbruni* (M) quidquid ibi habuit et in eodem pha diplomata imperatoris Hlotharii, quorum vnum in omnibus suis partibus illæsum perstat: Alterum autem tempore belli tricenarii in manus illotas vel potius imperitas cuiusdam mulierculæ incidit, quæ in fine *datum* et *actum* abscidit, vt scilicet membranam dissectam ad formas operarum manuariarum (zum Muster zum Spitzen-machen) adhiberet. Qui casus cum interdum inter tristia diplomatum et codicum membranaceorum fata sit numerandus, non parum tamen de eo videtur gaudendum, quod ipse contextus diplomatis et subscriptio notarii illæsa perdurauit. In priori diplomate Cæsar XIII. kal. april. anno, Xp̄o propitio, imperii domni Hlotharii pii imperatoris in Italia XXIII et in Francia IIII indictione VI Aquisgrani palatio regio, *Esichoni comiti in pago Ribuarienſe in comitatu Bunnenſe in villa Castenicha manſos octo ad proprium tribuit et de iure ſuo in ius ac dominationem ipſius perhenniter manſurum transfundit.* In altero vero idem imperator id confirmat, quod *Esich comes res sibi in pago Ribourienſi in comitatu Bonnenſi in villa Cheſtinacha a ſua munificentia adtributas ad monaſterium in Saxonia ſitum Corbeia vocabulo delegauerat.* Hunc *Esichonem comitem* eundem fuisse atque illum, qui hoc loco reperitur, arbitramur. Hunc autem *Esichonem* cognatione fuisse coniunctum cum illo seniore *Asig*, qui et *Adalricus* vocabatur, patescit ex donis, quæ hoc loco traduntur. Iam supra ex protographo diplomate Caroli Magni didicimus, dedisse eundem cæsarem cuidam fideli suo *Asig* locum, qui *Hauuecabrunno* dicitur, inter *Wiseraa* et *Fuldaa*, eo quod, natale solum suum, Saxoniam, relinquere, et fidem suam Asig seruare maluisset. Cum igitur hic senior *Asig* seu *Hessi* iam anno 775 se Carolo Magno cum omnibus Ostfalis, ad Obacrum (die Ocker) fluuium incolentibus submiserit, testante *Eginhardo in Annal. R. F.* p. 49. his verbis: *Rex amne* (Wisera) *traiecto cum parte exercitus ad Obacrum ſluuium contendit, vbi ei Heſſo vnus ex primoribus Saxonum, cum omnibus Oſtfalis occurrens et obſides, quos rex imperauerat, dedit, et ſacramentum fidelitatis iurauit*; immo, testante *Necrologio Fuldenſi T. III. S. R. B. Leibn.* f. 763. idem *Esic comes* iam anno 823 vitam cum morte commutauerit: nemo tam stultus erit, vt asserat, *Esiconem comitem*, qui hoc loco quædam tradit, esse eundem ac seniorem illum. Iam porro hunc iuniorem pro filio senioris illius habere vellemus, nisi *Vita S. Liutbirgis* obstaret, quæ refert, seniorem *Esiconem* sine masculo prole esse exstinctum. Cum vero iunior *Esic* eadem donat Abbatiæ Corbeiensi, quæ Carolus M. in villa Hauuecabrunno olim seniori *Esiconi*, testante eius autographo diplomate, tradiderat, sine vllo dubio iunior *Esic* ex sorore vel fororis filio nepos fuit senioris. Cuius vero filius fuerit hic iunior *Esic*, an Unwani et Giselæ, an alius filiæ *Esiconis* senioris, de eo infra §. 216. pluribus agemus. Fit autem ex his planum, qua ratione præstantissimum illud diploma Caroli Magni in archiuum Corbeiense peruenerit. Scilicet verisimillimum est, eo tempore, quo *Esic comes* tradidit, quidquid iure hereditatis habebat in Hauukesbruni, eundem simul tradidisse Warino abbati illud egregium diploma Caroli Magni.

De fluuio Wisera.

(K) Ex hoc loco patet, flumen, quod hodie dicitur *die Werre*, olim quoque dictum fuisse *die Weſer*. Wisera vero est melior vocula quam Latinorum Visurgis. Nam Weser, Wesel, est res lineæ longæ.

(L) Hodie appellatur *Fulda*, fluuius notissimus.

De villa Hauukesbruni.

(M) Villa *Hauukesbruni*, seu, vti a Carolo M. appellatur, Hauuecabrunno, quia inter Wiseram et Fuldam flumina exstitit, necessum est, in Landgrauiatu Hassiæ visenda sit. Bertoldus comes de Cygenhagen monasterio cistercienſis ordinis in Hegene bona quædam, a Gerhardo de Duuendal collata, confirmauit. Acta hæc res est in ecclesia *Hauekeburne* anno 1254 VII. idus Maii, testante diplomate in *Kuchenbeckeri Analect. Haſſiacis collect. II.* p. 159. seqq. Eam esse nostram *Hauukesbruni* villam, res ipsa loquitur. Illam hodie nominari *Hachborn*, et quondam habuisse cœnobium monialium præmonstratensis ordinis, ab Hartrado de Merenbere fundatum, didicimus ex iisdem *Annal. Haſſ. coll. II.* p. 294. Sermonem autem hic esse de *Esicone comite*, qui infra §. 133. anno 844 donat abbatiæ Corbeiensi octo manses in villa Castenica, existimamus eo, quod *Gherlo* in

eodem loco tradit gherlo manſum unum teſteſ bodo folcuuer ualdric alfric boſo et alii XXXII. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. III.

Tradiderunt in *uffenleua* (N) et ipſi ſunt teſteſ folcger reynman oſfried-

in loco *Hauukesbruni* manſum tradidit, qui *Gherlo* probabiliſſime eſt idem, qui §. 133. *homo* appellatur *comitis Eſiconis*. Ex qua appellatione ſimul diſcimus, comites maiores iam tempore Carolingidarum habuiſſe *miniſteriales* ac litones ſuos.

(N) Plures denuo heredes ducis Oſtfalorum Heſſi prodeunt, qui nondum conſenſerant in tradendam monaſterio Corbeienſi villam *Uffenleuam*, ſitam *in pago Norththuringi*. Inter eos primo loco ponitur *Folcger*, et quidam *Reynmannus*. De *Folcgero* egimus nonnihil ſupra §. 104. not. (†††); *Reynmannus* vero videtur Raynmannus comes, qui inter teſtes obuius erat, cum Waladaricus quidam (§. 213) in villa Bodriki in marca Sturmethi intra pagum Weſtfalon quædam largiretur. Hæc villa eſt Buderich, vicus præfecturæ Werl, olim in comitatu Arensbergenſi. An ex eo efficiatur, *comitem Reynmannum* tunc temporis fuiſſe comitem in marca Sturmethi, ſatoremque Arensbergenſium comitum, id in medio relinquimus. Sequuntur *Osfriedhard*, *Hugold*, *Wulfing* et *Halacbold* qui vniuerſi latent in obſcuro, etſi *Wulfing* inter teſtes §. 229. conſpicitur. *Thancmer*, qui hos ſequitur, videtur *Thancmer*, qui §. 89. inter teſtes reperitur, cum quædam donarentur in vico Meineringhuſen, loco principatus Waldeccenſis. Quodſi ergo *Thancmari* inueniuntur in familia Widekindea, vti ſupra §. 104. not. (†††) vidimus; *Thancmerum* iſtum pro nepote Widekindi Magni habuimus. *Theodwardus*, qui Thancmerum excipit, inter teſtes (§. 3.) apparuit ſupra, vbi Buto comes ſita in pago Huuetigo quædam tradidit. Alius porro Thiadwert §. 252. inter teſtes obuius eſt. Sed ex eo tantundem elicere poſſumus, quantum nobis cognitum eſt de *Bernoldo*, qui §. 240 et 255. inter teſtes conſpicitur. *Folcwartus* autem ex coniectura probabiliſſima ad ſtemma Brunonianum ſpectauit, prouti eundem illum ſupra §. 104. not. (n) ad eandem familiam retulimus. *Aſi*, qui undecimus eſt, appellatur §. 173. *frater Marcboldi*, quippe qui pro ſe donant in pagi Suilbergi villa Amaleshus, quæ villa Amelſen eſt, vno milliari ab Einbeka, atque vno milliari a Daſſila, oppidis, diſtans, quidquid poſſidere videbatur. Atque eam ob cauſam illos referre volumus inter progenitores comitum Northeimenſium et Daſſelienſium, de quibus egimus §. 104. not. (l). Potuerunt hi duo filii eſſe vel Hildiboldi vel Wirici vel Meinboldi. Et cum in eodem §. 173. *Odbert* inter teſtes reperiatur, qui in hoc §. 111. inter coheredes ducis Heſſi decimus quartus eſt, ille etiam fortaſſis ad eandem familiam Daſſelienſem eſt referendus. Illud ſane certum eſt, progenitores Northeimenſium comitum in eadem villa Amaleshus dominatos fuiſſe, vti l. c. demonſtrauimus. *Wichert* probabiliſſime ad ſtemma Widekindeum ſpectauit, quemadmodum etiam hunc *Wichertum* nos ſupra §. 104. not. (†††) eidem ſtemmati annumerauimus. *Eirwardum* quendam iam ſupra §. 104. inter heredes ducis Heſſi inuenimus. Et fortaſſis ille pater, hic vero filius, fuit, *Bernheri* vero et *Haddi*, ad ſtemma Brunonianum pertinentes, vide excitato §. 104. not. (n) vbi præterea reperiuntur *Had*, *Sini*, *Bruno*, *Eilbert* atque *Ecbert*. Adhuc ergo reliqui ſunt tantum *Ewurdag*, *Hemmic*, *Hathubert* et *Hrothwerc*. *Ewurdag* ſi idem eſt, qui Ewirdag nominatur, teſtis fuit, cum §. 27. quædam traderentur in pago Leri ſita, ipſe quædam tradit §. 84. in pago Wikanauelde poſita, inter teſtes vero ipſe apparet, cum in vico Meineringhuſen intra principatus Waldeccenſis terras, teſte §. 89, quædam traderentur. An ſemper vna eademque perſona deſignetur, affirmare non poſſumus. Nec dum videmus, ad quam familiam *Hemmicum* referre poſſimus. Quamuis enim ille præſto fuerit, cum quædam traderentur §. 105. in pago Tilithi, §. 109. in pago Heſſi, §. 125. in pago Moſweddi, §. 142. in pago Nethga, §. 155. in pago Niftharſi, et §. 256. in pago Huuetigo, nihil certi tamen ex eo colligi poteſt. Illud probabile videri poſſit, quia in his §§. quædam donantur a dominis, partim ad Widekindeam partim ad Brunonianam De heredibus ducis Oſtfalorum Heſſi.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

friedhard hugold uuulfing halacbold thancmer theoduuard bernold folcuuart asi uuicbert eisuuard odbert bernheri haddi euuurdac had hemmic sini hathubert bruno hrothuuerc eilbert ecbert.

§. 112.

Tradiderunt hemmo et helmric et alerdag aldric folchard in *uuuringereſhuſen* (O) quidquid habuerunt unde iſti ſunt teſtef gherold aluuini hildiuuert folcheri et alii quinque.

§. 113.

domum pertinentibus, *Hemmicum* fuiſſe præſentem, qua eorum conſanguineum. Sed vinculum genealogicum cum illis inuicem oſtendere non licet. Fortaſſis ſubeſt *Hemmic*, qui in his traditionibus (§. 105. 109. et 111.) reperitur, nomini *Hemme*, quem in tabula genealogica Widekindea filium Bennonis I appellauimus, ducti nutu diplomatis cuiuſdam cæſarei. Hoc autem ſi ponas, *Hemmic*, qui (§. 125. 142. 155. et 256.) inter teſtes apparet, ab illo diuerſus fuiſſet, quia *Hemme*, teſtante diplomate Hludouiciano, iam anno 839 inter mortuos erat. Fortaſſe iunior ſenioris nepos ex fratre fuit. De *Hathuberto* vide ſupra §. 104. not. (f). De *Hrothwercum* vero obſeruandum eſt, §. 231. appellari propinquum feminæ Folclog, e ſtirpe Widekindea natæ, quædam tradentis in pago Merſthem. Ad familiam ergo Widekindeam eum ſpectaſſe, ex hoc atque ex illo momento fit probabile, quod idem *Hrothwercus*, teſtante §. 265, in eiuſdem pagi Merſthem villa Munuslo, quæ villa Muntzel eſt in principatu Calenbergico, quædam tradiderit. cuius vero filius ipſe fuerit, an Walberti, an Thiadrici, an Hrotwardi, oſtendere non licet.

De villa Wuringereshuſen, et de progenitoribus comitum de Lutterberg.

(O) Villa *Wuringereshuſen* diſtinguenda eſt a Waringereshuſen, quæ in noſtro *Regiſtro* ponitur in pago Logne, illa vero collocatur in *pagum Hliſgo*. Pagus *Logne* erat in principatu Göttingenſi circa vrbem Göttingam; pagus Hliſgo autem in præfecturis Weſterhof, Stauffenburg atque Hertzberg et circa vrbem Oſterodam. Per *Wuringereshuſen* ergo deſignatur Wiershauſen in præfectura Weſterhof. Vnde conſequitur, *Hemmonem*, *Helmricum*, *Alerdagum*, *Aldricum*, (quod nomen contractum videtur ex Adalrico, vti dux Oſtfalorum Heſſi Adalric appellabatur) et *Folchardum* in pago Hliſgo poſſediſſe bona quædam. An hi quinque fuerint fratres, non definiunt traditiones. Fuiſſe ipſos autem conſanguineos, ex donis fit admodum probabile. Quodſi porro ponamus, eoſdem fuiſſe fratres, tunc eorum pater fuit *Deddi* et mater *Albe*. Hoc patet ex §. 130, in quo eadem *Albe* pro anima Geldulfi (fortaſſe eius fratris) et viri ſui *Deddi* et filii ſui *Folchardi* tradit, quidquid poſſederat in Bernhardeshuſen in eodem pago Hlisgo. De *Folchardo* iſto indicium faciunt ſine vllo dubio traditiones, ſiquidem (§. 238.) referunt, dediſſe illum in Hrodberteshus villa pagi Hliſgo, quidquid ibi poſſederat. *Folchardus* quidam (§. 304.) pro filio ſuo *Folchardo* in Steynhem villa in pago Logne, quæ eſt vicus Stein haud procul a caſtro Pleſſe, quod vno milliari ab vrbe Göttinga abeſt, XL iugera tradiderit, *Folchardum* illum pro nepote *Deddi* atque *Albe* reputamus; probabiliſſime autem eiuſdem *Deddi* pronepos fuit *Folchardus*, qui, teſtante §. 467, in villa Adololdeshus in pago Hrittiga, quæ veriſimiliter eſt Ahlshuſen vicus, haud procul a Calefelda in præfectura Stauffenburg in Principatu Wolferbuttelenſi ſitus, pro vxore ſua *Suaneberg* dedit XXX iugera et vnum iurnalem. Huius *Folchardi III* patruus videtur fuiſſe *Waldred*, pro quo eius vxor *Bertha*, teſtante §. 308, tradidit, quidquid poſſederat, in Verſiti villa pagi Hliſgo. Hæc villa nunc vocatur Vörſte, haud procul ab Oſterode oppido ſita. Eandem *Bertham* videntur memorare traditiones, vbi (§. 310.) referunt, dediſſe *Siccam* pro matre ſua *Bertha* IX iugera et X iurnales in villis Suliggi, Neghenborne et Getlithi. Inter has villa Suliggi ponitur in pago Logne, quæ Solingen videtur eſſe in præfectura Usler inter Kamerborn et Usler ad fluuium, dictum *die Aal*. Neghenborne vero erat in pago Suilbergi, vicus Negenborn nunc intra præfecturam *Saltz der Hellen* in Principatu Grubenhagico haud procul a flumine Leina ſupra Grenam. Getlithi autem ponitur in pago Hliſgo. Getlithi, ſine vllo dubio eſt Git-

§. 113.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit unroc in *luthringi* (P) iurnalef II. teſtef dagbert helmuuert helmulf adaluuard unroc.

§. 114.

Gittelde, vicus præfecturæ Stauffenburg. Eandem *Bertham* quoque gauiſam eſſe filiam, cui nomen erat *Ghislæ*, apparet ex §. 361. In illo enim largita eſt *Bertha* pro ſe et coniuge ſuo *Waldered* et filia ſua *Ghisla* XL houas, LVIII mancipia, et XXXI loca, in diuerſis villis ſita, quæ villæ ſunt 1) Sekbiki, quæ in *Regiſtro* noſtro nominatur Secbici, locus pagi Rittiga, per quam deſignari credimus Sebexen, villam præfecturæ Weſterhof: 2) Flehtunun, quæ in *Regiſtro* noſtro appellatur marca: 3) *Berga* in pago Rittiga, quæ videtur Bercka ad fluuium Ruhme: 4) *Hemenhus* in pago Suilbergi, quæ probabiliſſime eſt Emiſen, locus præfecturæ Rotenkirchen haud procul ab Odaſſen: 5) *Altontorpe* in pago Suilbergi, villa deſolata non procul ab oppido Einbeck: 6) *Sullishus* in pago Suilbergi, olim dicta Seleſen in comitatu Daſſelienſi, in loco, vbi adhuc ſupereſt *der Selſer Thurn vel Sulſer Thurn:* 7) *Battanhus* in pago Hliſgo, cuius ſitus nobis nondum cognitus eſt. Videtur ſubeſſe *Bahnhuſen.* At obſtat qui ſequitur, locus. Præterea in eadem regione reperiuntur *Bedingen*, et *Bodenhuſen*, loco inſpectionis eccleſiaſticæ Ahlshuſen inter Gittelde atque Oſterode, qui nunc dicitur *Bahnhuſen:* 8) *Halkerſun* villa pagi Rittiga, quam nondum deteximus. Deſignari credas villam Olekſen, eccleſiæ Grenenſi adfixam, præfecturæ Gandersheim ſubiectam. 9) *Haberethshuſen* in pago Hliſgo, quæ videtur eſſe Heerhauſen inter Stauffenburg et Seeſen: ac 10) *Hildiwerteſun* in pago Suilbergi. Dubitamus, an ſignificata ſit Hilwartshuſen intra præfecturam Erichsburg in Principatu Grubenhagico, an Hiluershuſen intra præfecturam Hundeſruck prope Daſſeliam in epiſcopatu Hildeſienſi. Obſeruandum tamen eſt, eodem tempore, quo *Bertha* dedit in his villis pro marito ſuo XL manſos, dediſſe quendam *Dendi* quædam in *Altantorpe.* Quæ eadem villa eſt, in qua *Bertha* bona ſua tradidit. Quodſi igitur ſtatuimus, *Walderedum* fuiſſe fratrem *Folchardi II* et *Dendi; Dendi* probabili ex coniectura ita appellatus eſt a *Deddi*, eorum auo. In qua coniectura confirmamur ipſis bonis, quæ ſinguli donarunt. Ex quibus collegimus, hos probabiliſſime inter progenitores *comitum de Lutterberg* eſſe referendos. Quamuis enim vinculi genealogici ſeriem ac articulum nondum demonſtrare poſſimus, indicandum tamen id erat. Fortaſſis in lucem prodibunt poſt hæc plura documena, quibus hæc coniectura noſtra confirmari poterit. Illa quidem, quæ expoſuimus, ſequenti tabula comprehendimus:



(P) De villa *Luthringi in pago Auga*, hodie dicta Luchteringen ad Wiſeram in diœceſi Corbeienſi, videatur ſupra §. 50. not. (i). An Unroc fuerit frater Rotgoti, qui pro patre Wendilberto in eadem villa quædam donauit loco laudato, mihi prorſus incertum eſt. De villa Luthringi.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 114.

Tradidit uuilheri in *berchem* (Q) et *hrithem* (R) manſum unum. teſteſ hramnuuard ſidac addic horic aldger adalger oſger.

§. 115.

Tradiderunt *emmo* et *raingot* in *eidenhuſ* (S) manſum et hominem cum vxore et filiiſ. teſteſ tancred Iddi marcuuard ricdag et alii decem.

§. 116.

Tradidit *bardo comeſ* (T) in *tiuhili* (U) quidquid ibi habuit. teſteſ hradmod hrannulf gherhard friduuuer.

§. 117.

Tradidit *luitſuit* (V) *furlang* (W) unum in *aldingeſhuſ* (w). teſteſ *beuo* bodo ſal horid hardgot.

§. 118.

De villis Berchem et Hrithem.

(Q) (R) *Berchem* et *Hrithem* villæ in Regiſtro noſtro inueniuntur, poſitæ ad fluuium Adrinam. At vero ſupra §. 33. not. (v) demonſtrauimus ad flumen iſtud, hodie dictum *die Eder*, fuiſſe pagum Haſſi Francorum. Sine vllo dubio itaque noſtri Corbeienſes veteres deſignare voluerunt eundem pagum Haſſi Franconicum. Quodſi igitur ad fluuium Adrinam inuenimus vicos *Bergheim* et *Rodene*, illos ſignificari, nemo non videt.

De villa Eidenhus.

(S) De *Emmone* vide ſupra §. 4. not. (h), vbi illum, quantum coniectura augurati ſumus, nepotem Widekindi Magni appellauimus. *Raingot* eius ſororem fuiſſe (nomen enim mulieris eſſe, ex aliis documentis conſtat) incertum quidem eſſe, fatemur; ſuſpicari autem illud quis poſſet propter bona, quæ ambo in eadem villa dedere. Ex quo ipſo apparet, *Emmonem* ad ſtemma Widekindeum ſpectaſſe. Nam hæc villa in Regiſtro noſtro ponitur *in pagum Almunga*, in quo vti iam ſupra demonſtrauimus, familia Widekindea omnino ampliſſima poſſedit prædia. Pagus ille in epiſcopatus Paderbornenſis territorio ad fluuium dictum *die Alme* quondam exſtitit. Deſignatur autem per *Eidenhus* villam vel vicus Eſſende haud procul ab oppido Stadberge, vel alia villa dudum deſolata, cuius ſitum doctis dominis Paderbornenſibus perſcrutandum relinquimus.

De comite Bardone.

(T) De *Bardone*, comite, nepote Widekindi Magni ac ſatore principum Waldeccenſium, iam ſupra §. 104. not. (u) ſatis ſuperque expoſuimus.

De villa Tiuhili.

(U) *Tiuhili* villa in Regiſtro noſtro ponitur intra pagum Pathergo. Deſignatur ergo ſine vllo dubio vicus Thule intra terram epiſcopatus Paderbornenſis haud procul ab oppido Saltzkoten, vno milliari circiter diſtans ab vrbe Paderborna.

De Luitſuit.

(V) *Luitſuit* eſt *alba femina*. Luit ſiue Lüt, nomen Germanicum, adhuc in Weſtfalia vſitatum, denotat feminam, *Uit* ſeu *Wit weiß album*.

De Furlango.

(W) et (w) *Furlang*, ein Vorling, ſeu *eine halbe Morgen Landes*. *Aldingeshus* villa erat, teſtante excitato Regiſtro noſtro, *in pago Nithega*. Deſignari ergo per eam putamus vicum Alhuſen in epiſcopatu Paderbornenſi, ſitum inter Driborg, Reelſe, Pömſen, Erbſen, Herſte et acidulas Schmechtanas. Nolim tamen eis repugnare, qui ſibi perſuadent, eſſe villam deſolatam, quæ eadem in regione olim exſtitit, atque in litteris feudalibus recentioribus appellatur *Adegiſſen*. Omnino hoc aliis perquirendum relinquimus. Vtcunque autem ſe res habeat, illud probabiliſſimum nobis videtur, *Beuonem*, qui inter teſtes apparet, fuiſſe fratrem abbatis Corbeienſis Warini, ac *Luitſuitam* fuiſſe eorum conſanguineam, vel fortaſſis illorum prorſus ſororem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 118.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit *rainold* in *sneuidimarcu* (X) quidquid ibi habuit. teſteſ echard frederic iſi abbi et alii ſex.

§. 119.

Tradidit ghermo in *hrieon* (Z) manſum 1 teſteſ marcuuard redulf luituuarduſ.
tradidit benni in *letiloun* (a) uice eggioniſ quidquid ibi habuit teſteſ ſunt grimuuarduſ *cobbo* eui riduuard et alii XII.

§. 120.

(X) *Marcum*, quem a villa *Sneuidi* in pago Logne denominatum hic deprehendimus, accurata conſideratione eſſe dignum, diligentes antiquitatum perſcrutatores facile perſpicient. Villam quandam *Sneuithi* ſeu *Sneuidi in pago Logne*, hodie appellatam *Groſſen* et *Lütgen* Schneen in principatu Göttingenſi intra præfecturam Friedland, exſtitiſſe, iam ſupra §. 26. et §. 38. monuimus æque ac infra §. 251. Quidam, Wigo in vicem Waldrici manſum vnum eundemque ſubminiſtrante, in *Sneuidi* tradidit, quemadmodum idem, teſtante §. 162, Adi in *Sneuidi*, quidquid habebat, donauit. Nullus, credo, dubitabit, per *Marcum* denotari regionem. Hæ traditiones eandem vocem tam lato ſenſu vſurpant, vt interdum eam pro ipſo pago adhibeant. Sic (§. 127.) reperitur *Riudiana marcus*, (§. 158.) *Aſtonholteiemarki*, (§. 214.) *Aringho marcum*, (§. 240.) *Suilbergiorum marca*, et (§. 294.) *Scidirimarcus*, vbi marca Suilbergiorum atque Aringhomarcus ſine vllo dubio pro pagis ponuntur, ſiquidem certum eſt, fuiſſe in noſtra Saxoniæ pagos *Suilbergi* atque *Aringho*, quorum in his traditionibus paſſim mentio iniicitur. Id dubio vacat, illum intra comitatum Daſſelienſem, hunc vero intra regionem circa caſtrum Hoinboken et vrbem Alfeldiam inueniri. Vox *marcus* ac *marca* originis Celticæ eſt, ſignificans *regionem* limiti inſeruientem, ſeu limitem ac terminum alicuius prouinciæ. Illi vero, qui eidem *marcæ* cum imperio præerant, *marcgrauii* dicebantur, vti iam ſuo tempore obſeruauit *Cyriac. Spangenberg in Adel-Spiegel* Tom. I. f. 310. Quæritur vero, cuiusnam prouinciæ terminus fuerit *Sneuidi marcus?* an comites, qui huic regioni præfuere, etiam marcgrauii ſint appellati? Quod ergo ad primam quæſtionis conſtitutæ partem attinet, arbitramur, *marcum Sneuidi in pago Logne* obuium, fuiſſe terminum Angariæ Orientalis in eadem regione. Pagum enim Logni ad Angariam ſpectaſſe, ex autographo diplomate imperatoris Hludouuici, quod in archiuo Corbeienſi exſtat atque anno XXI imperii eius datum eſt, patet. Nemo certe contendet, *Sneuidi marcum* fuiſſe terminum totius Saxoniæ in eo regionis tractu. Totam enim Eichsfeldiam Saxoniæ olim fuiſſe partem, ex Chronico noſtro MSto, alias in lucem proferendo, conſtat. Quamuis autem hucusque nullum comitem ex *marcu Sneuidi* e documentis antiquis dare ſeu producere poſſimus, qui appellatus fuerit marcgrauius; putamus tamen, eam ob cauſam cardinem rei in dubium haud vocandum. Plurima enim documenta, vti conſtat, interiere, ita vt, gauiſuros eſſe nobiſcum eruditos, ſperemus, has traditiones tandem in lucem emerſiſſe publicam, in quibus non vnius obſcuræ et hactenus tenebris inuolutæ rei mentio quædam iniicitur, quam per millia annorum vix vnus et alter clanculum adtigit cogitando. De marcu Sneuidi.

(Z) *Hrieon* ponitur *in pago Ambergo*, teſtante noſtro Regiſtro. Ille pagus erat, vbi nunc ad ſaltum Hercinicum eſt præfectura Seſenſis in Principatu Wolferbuttelano, ac in epiſcopatus Hildeſienſis præfectura Woldenberg. Intelligimus ergo per *Hrieon* villam vicum *Rehne* ad fluuium dictum die Innerſte in eadem præfectura Woldenberg, atque eccleſia Rehnenſis filia eſt eccleſiæ in Wartgenſted. Confer ſupra §. 53, vbi diximus, traditorem manſi in Aſtenbechi fuiſſe forſan Meinhardum §. 107. Fortaſſis vero etiam fuit is *Ghermo* noſter, qui manſum donauit in Hrieon, et fortaſſis vterque inter progenitores *comitum Woldenbergenſium* referendus. *Rüen*, *Riudiun*, villa fuit, quæ nunc dicitur Groſſen Rüen et Lütken Rüen. De villa Hrieon.

(a) Villa *Letiloun* erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Leri*, qui pagus inueniendus eſt De villa Letiloun.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 120.

Tradidit haddo quidquid habuit in *cogarden* (b) teſtef hodo orduuig uuenni.
tradidit oſger in *olenhuſ* (c) manſum unum teſtef marcuuarduſ adalgeruſ arnghot meynric ricbertuſ.
tradidit marcuuarduſ colonoſ duoſ et unum mancipium ita uocitantur huno hrodgelduſ teodleſ.

§. 121.

Tradiderunt in uilla iam ſaepiuſ dicta *uffenleua* (d) hominef iſti ſinguli

eſt ad fluuium Hunta in comitatu Diepholtano et circa monaſterium Wildeshuſen. Hoc iam ſupra demonſtrauimus (§. 35). Ex hoc momento collegimus §. 104. not. (†††), *Benni* ſeu Bennonem, qui hæc tradidit, ad ſtirpem Widekindeam eſſe referendum. In regione, flumini Huntæ finitima, inueniuntur loca *Littel* et *Leete*. Vter vero illorum ſit villa *Letiloun*, expiſcari conabimur in *Clientela Corbeienſi*, vbi de nobilibus, de Diuinghelo dictis, ſumus expoſituri.

De villa Cogarden.

(b) Villa *Cogarden* erat *in pago Wikanauelde*. Illius iam ſupra ſæpius meminere traditiones.

De villa Olenhus.

(c) *Olenhus* villa reperitur in noſtro Regiſtro, poſita *in pago Logne*. Subeſt ergo Olenhauſen, in principatus Göttingenſis præfectura Mündenſi locus, prædium equeſtre generoſiſſimorum de Götzen cognominatorum.

De heredibus ducis Oſtfalorum Heſſi.

(d) Hic rurſus prodeunt quidam heredes ducis Oſtfalorum Heſſi, quorum ſinguli portiones ſuas in *Uffenleua* villa pagi Norththuringi largiuntur. De pleriſque iam ſupra (§. 104.) verboſius ſatisque egimus. Ad eum locum beneuolum lectorem delegamus, hic tantum obſeruatiunculas quaſdam interſerentes, ſupra nondum intextas. Omnes ſingulosque, qui hic inter traditores numerantur, diuites fuiſſe adelingos, nemo temere negabit. *Meyndag*, qui primus eſt, ſupra §. 58. eſt teſtis, vbi ſita in pago Guddinge quædam tradebantur. Ipſe præſto erat, cum Luidolfi vxor quædam donaret, teſtante §. 126. At vero (§. 231.) *Meyndag* propinquus Beuonis, fratris Luidolfi ducis, appellatur. Fortaſſis autem hic *Meyndag* filius, ille vero pater, fuit. *Gelo*, qui ſequitur, inter teſtes apparet §. 26. 53. et 71, vbi quædam donata ſunt, ſita in pagis Logne, Ambergo, Auga ac Netga. Cum porro inter poſteros Cobbonis comitis *Gelones* quidam occurrant, *Gelo* noſter fortaſſis ad familiam Brunonianam ſpectauit, et filius Irminwardi I eſſe potuit. De Oddone egimus infra §. 188. *Reding* et Wulfdag, qui ſequuntur, latent adhuc in obſcuro. *Beuo* autem ac *Luidolf* ſine vllo dubio fuere fratres et comites, de quibus egimus ſupra §. 104. not. (n). *Redboldum* quendam iam ſupra §. 104 inter coheredes Heſſi deprehendimus. Fortaſſis ille pater, *Redboldus* autem noſter filius fuit. De *Erpone*, eiuſque poſteris, comitibus de Patberg, infra mentem noſtram aperiendi occaſio dabitur. De *Gunthlando* nihil habemus, quod afferre poſſimus. *Sibert* vero probabiliter inter progenitores comitum Northeimenſium referendus videtur, fraterque fortaſſe Reginboldi atque Thiadhardi, de quibus eorumque poſteris, inter quos nomen Siberti frequentiſſimum eſt, vide §. 104. not. (l). Inter teſtes *Sibertus* quidam apparet, cum teſtantibus §. 14, 58, quædam donantur, in villis Buria atque Amplithi in pagis Heſſi ac Guddingo ſita. Hæ villæ in illis regionibus inueniuntur, in quibus progenitores Northeimenſium comitum bona ſua habuerunt. Confer præterea §. 2. et 7. et 335. *Eſic*, qui ſequitur, nullus videtur eſſe alius, atque *Eſic comes*, de quo iam ſupra §. 110. not. (l) quædam diximus, atque infra §. 133. pluribus agemus. *Tanchard* teſtis §. 47. erat, cum comes Immadus in pago Falhen quædam largiretur. Si ſit nomen eius vnum idemque atque nomen Thancger et Tancred, tunc inter teſtes ille reperitur §. 76. Ipſe vero quædam tradidit §. 94. in Guddingo pagi villa Amplithi. Quia vero eadem villa, vti ex §. 108. apparet, ad hereditatem ducis Heſſi pertinuit, ex hac villa perſpicere non poſſumus, ad quam potiſſime domum *Tanchardus* noſter ſit referen-

guli portionef ſuaf et ipſi ſunt teſtef meyndag gelo oddo reding uuulfdag beuo luidolf redbold erp gunthland ſibert eſic tanchard heriuuard helmuuard irminuuard adalbodu gharuuard beuo ubald uualdmer. guber-nante Corbeiam Warino.

§. 122.

Tradidit redman pro remedio animae filii ſui heriman quidquid habuit in *haſbeke* (e) et in *hamerſhuſ* (f) teſtef uualdman uuigo ragenheri haold et alii quatuor.

§. 123.

Tradidit eilharduſ in *hundloun* (g) quidquid ibi habuit ſcilicet et hominef

referendus. *Heriwardus* quidam teſtem egit, ipſo (§. 32.) Theodhardo intra pagum Huuetigo duos manſos donante. *Heriwardum* ad hæc quendam iam ſupra (§. 104) inter coheredes ducis Heſſi deprehendimus. Videtur ille pater, hic vero filius, fuiſſe. *Helmwardus*, qui ſequitur, nominatur (§. 231.) propinquus Beuonis, fratris Luidolfi ducis. Quidam §. 9. *Helmward* inter teſtes apparet, vbi in pago Nithega, in quem familia Brunoniana dominata eſt, quædam traderentur. De *Irminwardo*, *Adalbodu* ac *Beuone*, ad eandem familiam referendis, iam ſupra diximus ad §. 104. not. (N) Reſtant ergo tantum reliqui *Gharward Ubald* ac *Waldmer* illuſtrandi. *Gharwardus* probabiliſſime ad ſtemma Widekindeum refertur. Ratio pateſcit conſideraturis ea, quæ de *Gharwardo* in his traditionibus adferuntur. Quamuis enim affirmare nolimus, traditionibus noſtris ſemper per idem nomen, viro proprium, denotari vnam eandemque perſonam; adducenda tamen ſunt omnia, et ea, quæ ad confirmandam ſententiam noſtram faciunt, retinenda; at cetera reiicienda ſunt. Primo enim *Gerwardus* cum Eilberto donauit, quidquid habuit in pagi Tilithi villa Loferdi, teſtante §. 19. Poſtea *Gerwardus* idem inter teſtes obuius eſt, cum nonnulli, e progenitoribus comitum Euerſteinenſium procreati, (§. 22.) promitterent atque eccleſiæ Corbeienſi ſponderent, ſe vllo tempore habitatores monaſterii Corbeienſis haud infeſtaturos. Deinde *Gerward* et *Gharward* teſtimonium perhibuere, cum quædam (§. 34.) in pago Logne, et (§. 60.) in pago Heſſi, et (§. 61.) in pago Enterigauii ſita, traderentur. Tum vero *Gerward* inter teſtes apparebat, cum aliqui (§. 89.) quædam in pago Itergowe ſeu in principatu Waldeccenſi poſita, et (§. 95.) in pago Huuetigo ſeu comitatu Swalenbergico obuia largirentur. Poſtea ipſe *Gherward* (§. 148.) in Wuringreshus villa pagi Heſſi, quæ Wirminghauſen vicus eſt in Arolſen præfectura principatus Waldeccenſis, quædam largitus fuit. Accedit, quod *Gherward* inter teſtes reperitur (§. 212), vbi Heriman in pago Haſſi Franconico eiuſque villa Hadunueni, quæ fortaſſis Huddingen eſt, locus præfecturæ Wildungen eiuſdem in principatus terris quædam traderet. Poſtea *Garward* rurſum præſto erat, cum (§. 213.) Waladericus in marca Sturmethi, in villa Bodriki, nonnihil donaret, atque Wigſuit (fortaſſe eius ſoror) in Hummi et Calriki, quidquid habebat, traderet Corbeienſibus. *Gharwardus* eo ipſo tempore inter teſtes aderat. Pro eius anima poſt hæc tradidit Wyebertus manſum, teſtante §. 227. Ipſe porro *Gerward* teſtem egit, cum Adalmer in pago Nethga quædam (§. 247.) traderet. Denique *Gharwardus* et *Erp* partem aliquam ſiluæ Maſingorum donarunt; vti §. 255. refertur. Hæc ſilua in regione dynaſtiæ Padberg eſt quærenda. *Ubaldus* et *Waldmer*, qui vltimi ſunt, etſi Waltmet quidam §. 10. appelletur frater Reutmeri, verſantur adhuc intra penetralia Veſtæ.

(e) Supra quidam *Redman* (§. 31.) manſum donauit, in Haslbechi villa *pagi Auga* ſitum. Eandem villam arbitramur fuiſſe *Hasbeke*. Id quod nobis perſuadent et nomen et traditor et noſtrum Regiſtrum. De villa Hasbeke.

(f) De villa *Hamershus* vide ſupra ad §. 62. not. (D) dicta. De villa Hamershus.

(g) De *Hundloun* villa *pagi Leri* vide ſupra §. 27. not. (C). De villa Hundloun.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

mineſ duoſ filioſ cuiuſdam nomine ello nec non et ancillaſ duaſ unam filiam tiadmanni et aliam raymanni teſteſ folcuuert hem ſidac horic euuurman folcmar.

§. 124.

Tradidit adalbodu pro anima fratriſ ſui ſuuyricdac in *boffeſhuſ* (h) manſum unum unde ſupra ſcripti teſteſ ſunt.

§. 125.

Tradidit *cobbo* (i) pro remedio animae nepotiſ ſui *amelung* (k) quidquid ipſe habuit in pago *moſiuueddi* (l) et in aquilonali parte fluuii qui uocatur

De villa Boffeshus.

(h) *Boffeshus* villa erat *in pago Auga.* Deſignatur locus per illam, dictus *Boffzen*, vix itinere dimidiæ horæ ab oppido Huxaria diſtans, ſed cis flumen Wiſeram, olim in comitatu Euerſteinenſi, hodie vero in Principatu ſitus Wolferbuttelano. *Chriſt. Franc. Paulinius* in *Hiſtoria Corbeienſi MSta* de villa Boffzen fingit, ſeu potius ex Io. Letzneri fictionibus repetit, Carolum Magnum in expugnatione caſtri Brunonisburgi ad radices ſaltus Sollingani collocaſſe lixas et calones, ab antiquis Saxonibus *Gebouetze*, hoc eſt, Gebouete, Boben vel Buben dictos. Cum igitur illi ibidem morati fuerint, inde locum iſtum ab iſtis Boſzen quaſi Bouenheim vel Bubenheim adpellatum eſſe, refert vterque. Sed quis non ſtatim fabulam ſubodoratur? *Boffeshus* idem eſt ac domus cuiuſdam Bofonis, cuius denominationis particeps, vti ex fratre abbatis Warini *Beuone* ſeu *Bouone* apparet, ſine vllo dubio quidam e progenitoribus Ecberti et Luidolfi ducum fuit, vel alius cognominis, qui eandem villam primus incoluiſſe videtur. Villa Boffesburiun, de qua vide §. 177, caſtro Brunonisburgo vicina fuit, et ſimiliter ex quodam eſt Bouone adpellata.

De Cobbone.

(i) *Cobbo* is frater abbatis Warini, et filius ducis Ecberti atque Idæ, fuit, vti ſupra §. 29. not. (l) et §. 104. not. (n) demonſtrauimus.

De Amelungo.

(k) *Amelungus*, vocatur nepos *Cobbonis*, ac Cobbo dicitur auunculus *Amelungi.* Habuit autem *Amelungus* ſororem *Cobbonis Hadwygam*, quæ ab Uffingio *Hadwi* nominatur, vti ſupra §. 29. vidimus, in matrimonio. Id apparet ex his traditionibus infra §. 149, vbi *Hadwy* adpellatur vxor *Amelungi*, eiuſque filii *Bennid* atque *Amalung* nuncupantur. Quodſi vero hi ſatores fuerunt illuſtriſſimæ familiæ *Billinganæ*, vti ſupra demonſtauimus, origo Billinganæ familiæ per feminas ab *Ecberto* duce Saxoniæ eiuſque vxore Ida, ex ſanguine regum Francorum oriunda, ita certa reddatur, vt de ea prorſus nihil dubitationis ſuperſit.

De pago Mosweddi.

(l) *Mosweddi pagus* idem erit, qui infra (§. 211.) nominatur pagus *Moswidi.* Niſi hoc loco particula *et* addita eſſet, dubium reſtaret nullum, quin ſitus huius pagi exſtiterit ad ripam fluuii Albiæ ſeu Albis, in vtraque fluminis ripa. Id tamen quodammodo indicare videntur traditiones, eundem pagum ad fluuium Albim eſſe quærendum. Diſtinctum pagum fuiſſe *Morweddi* a pago Moſidi, quem originale diploma Heinrici II, ad annum 1004 datum, quod iam in manibus noſtris eſt, habet, vti celeb. Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 15. ſentire videtur, creditu eſt difficile. Quemadmodum enim villa Wigmannesburſtal, a dicto cæſare in pago *Moſidi* poſita, vicus Wigmannesburg in præfectura Medingen in Principatu Luneburgico ſita, eſſe non poteſt: ita villa *Benedeſtorp*, eodem in pago a cæſare locata, erit Berndorf, quæ in Veteri Marchia viſitur. Quamuis vero maxima ſit ſimilitudo inter Wigmannesburſtal et Wigmannesburg, negari tamen non poteſt, in regione, circa Wigmannesburg ſita, extitiſſe pagum *Bardango.* Id ipſum ex villis apparet, quæ eidem pago Bardango in monumentis noſtris adtribuuntur. Enumerabimus aliquas, quæ ſic adpellantur, 1) *Holthebuſen*, quæ nunc eſt Holthuſen in præfectura Ebſtorf: 2) *Aldendorp*, quæ eſt Oldendorp in eadem præfectura: 3) *Scelteſthorp*, quæ vel Solgesdorp, vel Seckeldorp, vel Segelsdorp in præfectura Medingen eſt: 4) *Niendorp*, quæ eſt Niendorp intra eamdem præfecturam: 5) *Catelnidorp*, vulgo Kollendorp in

uocatur albia cuiuſ traditioniſ auctorem ipſe *amelungus* adhuc uiuenſ elegit praedictum *auunculum* ſuum *cobbonem* atque ei poteſtatem praedictae traditioniſ contradidit teſteſ huiuſ traditioniſ ſunt *bardo comeſ* (m) uuulfrid *uuigbert* (n) hemmic ſuuithard rainheri et alii XIIII. gubernante Corbeiam Warino.

§. 126.

Tradidit *bardo comeſ* pro remedio animae *luidolfi* (o) familiaſ XVIII in

in præfectura Oldenſtat: 6) *Wertſlide*, quæ eſt Weſtide in præfectura eadem: 7) *Stotonhuſen*, quæ adpellatur ætate noſtra Studenſen, ſita intra eamdem præfecturam: 8) *Sutthorp* eſt Sottorp in præpoſitura Amelikhuſen, vel Suttorp in præfectura Oldenſtat: 9) *Stocheim* eſt Stokem in eadem præfectura: 10) *Maſendorp* eſt Mazendorp in præfectura Oldenſtat: 11) *Emmenthorp* eſt Emmendorp intra præfecturam Medingen: 12) *Eppenhuſen* eſt Eppenſen in præfectura Medingen: 13) *Addunesthorp* eſt Addensdorp in præfectura Medingen. Hæ villæ cum circa Wigmannesburgum in Principatu Luneburgico ſint obuiæ, pagus Moſidi circa Wigmannesburg ſitus non fuit. Villa Wigmannesburſtal vbi inuenienda ſit, iudicent docti viri, Vetterem Marchiam incolentes. Mihi nota ſunt quædam loca in Veteri Marchia ſita, quæ Burgſtad et Borſtal appellantur. Fortaſſis quædam villa in eadem prouincia reperitur, cui maior cum Wigmannesburſtal eſt ſimilitudo. Inter hæc notatu dignum eſſe putamus, familiam *Billinganam in pago Mosweddi* ad Albim poſſediſſe prædiorum nonnihil, vti ex hoc loco apparet. Quænam vero fuerint ea bona, quæ Amelungus donauit, dicemus diſtincte in noſtra *Clientela Corbeienſi.*

(m) *Bardo comes*, frater Walberti et nepos Widekindi Magni, ſator fuit principum Waldeccenſium, vti ſupra §. 104. not. (u) demonſtrare adgreſſi ſumus. De Bardone comite.

(n) Infra (§. 337.) nominatur quidam *Wicbert* filius Bardonis, qui hic locum habere non videtur. Fortaſſis hic fuit filius Walberti, et pronepos Widekindi Magni, poſtea creatus Epiſcopus Verdenſis. De Wicberto.

(o) Digniſſimum eſſe hunc locum, qui explicetur planiſſime, omnes nobiſcum vno ore profitebuntur. Indicari hic *Luidolfum*, quondam comitem et ducem Saxoniæ celebratiſſimum, multorum regum, imperatorum, et ducum patrem et progenitorem, nemo negare auſit. Neſciuere adhuc plerique eruditi, quis huius *Luidolfi* pater exſtiterit. Hic vero locus ipſe illum ſignificat. Ante omnia autem hic chronologicum argumentum præmittere debemus, demonſtraturi, vixiſſe eodem hoc tempore, quo hæc tradita ſunt, celeberrimum iſtum *Luidolfum.* Et vt hoc eo planius fiat, primum ex ipſis his traditionibus oſtendemus, quonam circiter tempore hæc traditio propoſita fuerit. Id autem elucet ex §. 133. Ibi enim *comes Eſic* res, quas imperator Hlotharius illi tradiderat, ſitas in pago Riboarienſe atque comitatu Bunnenſi in Caſtenica, donauit monaſterio noſtro Corbeienſi. Ad hanc narrationem illuſtrandam facit diploma imperatoris Hlotharii, cuius iam ſupra §. 110. not. (l) mentionem iniecimus. Illud infra (§. 133) ex autographo in medium adducemus. Id ipſum anno imperii Hlotharii per Italiam XXIII, et per Franciam IIII, die XX. Martii datum fuit. Hos annos imperii, per Italiam capeſſiti, ſupputare decet ab anno 821, quo Hludowicus pius menſe Maio Nouiomagi regnum inter filios diuiſit, teſtante Eginhardo *Annal. Rerum Franc.* f. 170. his verbis: *Iterum conuentus menſe Maio Nouiomagi habendus indictus eſt, comitesque, qui illuc venirent, deputati. Eo anno* (821.) *dominus imperator poſt feſti paſchalis expletionem per Moſam nauigauit, ibique conſtitutam annis ſuperioribus atque conſcriptam inter filios ſuos regni partitionem recenſuit, ac iuramentis optimatum, qui tunc adeſſe potuerant, confirmauit.* Anni autem regni illius Lothariani per Franciam computandi ſunt a diuiſione regni inter Hlotharium et Carolum, ſeu menſe Maio anni 839 Wormatiæ ſancita, teſtantibus *Annalibus Rer. Franc. Fuldenſ. Tom. I. S. R. Germ. Freheri* p. 24. his verbis: *Poſt paſcha menſe Maio Wormatiam veniens* (imperator) *Hludhario filio ſuo, de Italia in fidem venienti, reconciliatur, regnumque Francorum inter eum et Carlum filium* De Luidolfo comite.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

in pago bardengo (p) ut summam uero huiuſ traditioniſ exprimamuſ quid-quid ipſe *luidolfiuſ* habuit in pago bardengo in campiſ ſiluiſ paſcuiſ aquarumque decurſibuſ et in familiiſ exceptiſ ſeorſum denominatiſ familiiſ quaſ ipſe *ſuo germano cobboni* (q) atque ſuo propinquo freſgario ad redimendum relin-

ſuum minimum diuidit: *Hluthario quidem, qui maior natu erat, nominis ſui dignitatem et ſedem regni tribuens, Hludouuico vero filio ſuo minori pro eo, quod eum offenderat, Baioariorum prouincia tantum conceſſa.* Annus ergo reparatæ ſalutis 844 inde emergit, quocum annus indictionis, qui ſextus eſt, accuratiſſime concordat. Quodſi igitur vxor *Luidolfi*, qui ipſe aduocatus Corbeienſis erat, per *Bardonem comitem* hanc traditionem fieri curauit prius, quam *Efic comes* ſua in pago Riboarienſi bona donauit, ſequitur exinde, *Luidolfi* vxorem eadem hæc tradidiſſe ante annum 844. Floruiſſe autem iiſdem temporibus adhuc comitem *Luidolfum*, dubitabit nemo, qui meminerit, eundem *Luidolfum* poſt hæc Romam iuiſſe cum coniuge ſua *Oda*, vt pro cœnobio, quod Hludouuici regis auus et poſtea eius genitor fundarant, quodque noſtra *Corbeia* eſt, et cui idem *Luidolfus* præerat, reliquias quaſdam Sanctorum peteret, quæ vero poſtea monaſterio Gandersheimenſi, cuius fundator ipſe *Luidolfus* exſtitit, datæ ſunt, vti pluribus in noſtra *Hiſtoria Corbeienſi* demonſtraturi ſumus documentis fide dignis. Quæres autem fortaſſis, beneuole lector, quidni *Luidolfus* hoc loco appelletur comes? Reſpondendum cenſeo, nil fuiſſe cauſæ, cur id facerent noſtri Corbeienſes. Alius ſi hoc tempore fuiſſet inter proceres Saxoniæ ac Corbeiæ patronos illuſtres excellens heros, eodem nomine inſignitus, tunc addidiſſent ei ſine vllo dubio noſtri nonnihil ad *Luidolfum* noſtrum ab alio diſtinguendum. Sed quoniam id factum non eſt, nullus alius, niſi illuſtriſſimus *Luidolfus*, deſignatus fuit. *Cobbo* præterea procul dubio *comes* erat. Attamen appellatio comitis non additur eius nomini. Adde, quod infra (§. 149.) *Hadwy* et (§. 155.) *Ida*, ſoror et mater abbatis noſtri *Warini*, neque *comitiſſa* neque *duciſſa* nominantur, licet quilibet facillime perſpicere poſſit, has illuſtres perſonas ibi deſignari. Erant enim ipſæ noſtris Corbeienſibus, et noſtro Warino abbati, tam notæ, vt ſola eorum nomina adducta ſufficere poſſent eiſdem. Profecto ea tempeſtate noſtri Corbeienſes ſibi perſuadere non poterant, hanc traditionum conſignationem poſtea vnquam in lucem eſſe prodituram. Quin immo ſi *Cobbo* fuit frater *Warini* abbatis, quod nemo inficiari ſuſtinebit, fieri non poteſt, vt, per *Luidolfum* alium, niſi *Luidolfum comitem et ducem Saxoniæ*, denotatum fuiſſe, intelligamus, eo quod hæ illuſtres perſonæ nullum, niſi illuſtrem, fratrem habere potuerunt. Hic vero ſine vllo dubio *dux* erat *Luidolfus*.

De pago Bardengo.

(p) *Pagum Bardengo* fuiſſe pagum maiorem atque exſtitiſſe in Principatu Luneburgico, omnes eruditi huc vſque vno ore ſunt confeſſi. Multæ villæ, quarum in noſtris Corbeienſibus amplius quadraginta memorantur, e quibus iam ſupra quaſdam adduximus, ſitum illum euidentiſſime demonſtrant. Ceteris vero locis in aliud tempus reſeruatis, intermittere non poſſum, quin e numero illarum tantum tres afferam, vt proprium pagi huius ſitum quaſi extremis digitis videar attigiſſe. Veniunt ſub cenſum *Bardenuic*, quæ villa nunc ſine dubio vllo eſt celebratiſſima quondam vrbs Bardewic, deinde *Ullesbem* monaſterium, hodie dictum *Ültzen*, ac denique *Addunesthorp*, quæ vicus eſt Addenſdorp in præfectura Medingen, non Adenſtorf locus præfecturæ Lune, neque Adendorp, intra præfecturam Bleckede conſpicuus.

De Cobbonis germano Luidolfo.

(q) Hæc eſt illa inſignis atque obſeruatu digniſſima appellatio, qua *Luidolfus* nominatur *germanus Cobbonis*. Diſſimulare non poſſum, me, quam primum hunc locum in noſtro codice conſpexeram, præ gaudio illud Archimedis ἕυρηκα ἕυρηκα exclamaſſe. Facillime enim perſpicere poteram, me hac vnica denominatione innumerabiles recentiorum genealogorum errores, quos illuſtris *Ioannes Georgius ab Eccard* coniecturis ſuis coarguendos quidem conſtituerat, quos vero ſibi eximi eripique alii nolebant, profligaturum. Hucuſque enim alii *Brunonem*, Widekindi Magni filium, alii *Brunonem II*, filium dicti Brunonis I, alii vero *Walbertum*, fratrem Brunonis, fuiſſe patrem *Luidolfi* ducis, ſtatuerunt, perhibentes cum Alberico Monacho Trium Fontium, deſcendiſſe ab iſto *Luidolfo* omnem nobilitatem Saxo-

linquerat omnia *bardo comes* tradidit ad reliquias sōrum martirum stephani et uiti hac ei potestate contradita *ab vxore luidolfi* (r) atque a suis propinquis haec namque traditio ea tamen ratione firmata est ut praedicti *luidolfi* uxor ea possideat usque ad obitum suum nisi alius locus ad manendum accommodetur testes tiadbert hildilet hahger folcrid hramnulf hildiuuard hildired eilhart meyndac. gubernante Corbeiam Warino.

§. 127.

Tradiderunt bunico et ricdac quidquid habuerunt in *billurbeke* (s) et de

Saxoniæ, Germaniæ, Galliæ, Normanniæ, Bauariæ, Sueuiæ, Ungariæ, Moscouiæ ac Poloniæ. Multos vero versari in grauissimo errore, intelligitur ex hoc loco. Atque vt tantis inscitiæ tenebris lucem infundamus, supra §. 29. not. (l) ex Uffingio didicimus, *patrem Cobbonis* fuisse ducem Saxoniæ *Echertum*. Quodsi ergo *Luidolfus germanus Cobbonis* fuit, quo nomine hic euidentissime indicatur, inde sequitur, vt, *patrem Luidolfi* eumdem *Echertum* fuisse, existimare deceat. Diutius ergo in errore viri aliquot eruditi versentur non oportet. Firmissimum enim et grauissimum habemus hoc loco testimonium scripti coæui atque omni exceptione maioris.

(r) *Luidolfi vxor* nominatur ab Hrosvitha in carmine de constructione cœnobii Gandersemensis *Oda*, filia *Billungi* et *Aedæ*. Hanc autem *Aedam* fuisse editam ex clara potentum Francorum stirpe, eadem Hrosvitha memoriæ prodidit. Ipsa *Billingum* appellauit *principem almum*. Optandum foret, vt Hrosvitha huius *Billungi* et *Aedæ* progenitores luculentius denotasset. Quia autem id factum non est, coniecturis aliquid dandum videtur. Supra ergo §. 104. not. (w) iudicauimus, istum *Billungum* fuisse fratrem *Amalungi I*, satoris ac conditoris familiæ illustrissimæ Billinganæ. Porro loco laudato *Bennithi I* filium fuisse *Billungum*, probabiliter asseruimus, a propatruo sine dubio ita appellatum. *Amelungus III.* porro filium *Billingum*, a cognato suo rursus ita nuncupatum, habuerit necessum videtur. Vnde consequi videtur, nomen Billingi in hac domo tritum et vsitatum fuisse. *Billingum I* eiusque filiam *Odam*, vxorem *Luidolfi*, ad familiam Billinganam retulisse me non pœnitebit. Adductus autem sum ad sic sentiendum accuratiori loci huius consideratione. Intelleximus enim *Odam*, *Luidolfi* vxorem, id operam dedisse, vt bona, hic memorata et in pago Bardengo sita, in salutis sui mariti sempiternæ adiumentum donarentur. Ea vero ipsa bona sub hac conditione fuisse tradita, vt *Luidolfi vxor* ea possideret vsque ad obitum suum, nisi alius ei locus, vbi ipsa moraretur, accommodaretur, exinde collegimus, ea, quæ tradita sunt, ad dotem sereniſſimæ *Odæ* spectasse. Quodsi vero inter omnes constat et peruulgatum est, ac ipsemet supra §. 104. not. (w) demonstraui, familiæ Billinganæ maximam bonorum suorum partem in pago *Bardengo* atque adiacentibus prouinciis fuisse, nullam video rationem, qua induci possim, vt *Luidolfi* vxorem *Odam* huiusque patrem *Billungum* e geneologia Billingana eradam. Hoc loco statuitur, *Odam* bona hæc possessuram fuisse vsque ad obitum suum. Inde potest duci coniectura, hoc tempore nondum definitam fuisse constructionem monasterii Gandersheimensis. Notum enim est, illustrissimam *Odam* in eodem monasterio commoratam esse vsque ad excessum suum, quum *decies denos septem quoque vixerat annos*, vt *Hrosvithæ* verbis vtar. De vxore Luidolfi ducis.

(s) *Billurbeke* villa, teste *Registro* nostro, figitur *in Flethunun-marca*. Hæc probabilissime terminum indicat pagorum Fleithi ac Rittiga et fortassis etiam pagi Hlisgo. Villa eadem sine vllo dubio est vicus *Bilderbeck* in præfectura Gandersheim intra Principatum Wolferbuttelanum. Ex eo villæ situ diiudicari potest, quanam in regione *marca* eadem fuerit, scilicet in regione villæ *Billurbeke* iuxta Leinam et amnem Aue, haud procul inde versus locum Hatticheshuson seu Haishuson seu Haishusen Leinæ se committentem. Amnis Aue, ex Westerhoua defluens, discreuit pagos tres illos. Si diplomata Altfridi episcopi Hildesheimensis, ac Ludouici, Romanorum regis appellati, de anno 872 et 873, quæ exhibent *J. G. Leuckfeldius* in *Antiq. Gandersh.* p. 287. seqq. atque *Haren-* De villa Billurbeke.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

de ipsa *loine* (t) quidquid hildiger habuit tradiderunt etiam in *riudium* (u) latum nomine huilec cum sua familia et possessione quam ipse ibi habet et *biuangum* (v) in *riudiana marcu* (w) tradiderunt etiam quidquid habuerunt in *liukiungun* (x) et in *liuttingeshem* (y) testes hager yuo godesman arnold marcuuard reodheri.

§. 128.

Tradidit ailbert in *duthungun* (z) quidquid ibi habuit testes hager eilhard adubert redulf et alii quatuor.

§. 129.

Harenbergius in Histor. Gandersh. p. 138 seqq. genuina essent, tunc euincere possemus, nostrum *Ricdacum* eundem Riddagum comitem fuisse, qui in diplomatibus illis appellatur *strenuissimus* atque *illustrissimus princeps* ac fundator monasterii Lamspringensis in episcopatu Hildesheimensi. Quemadmodum vero multa in eisdem diplomatis reperiuntur, quæ falsitatis macula et subtesta fide laborant, ita perfistimus in eadem sententia, quam supra §. 104. adtulimus, *Ricdacum* nostrum ad Widekindeam stirpem pertinuisse. Vnde emendandam esse sententiam eorum putamus, qui Riedagum cœnobii Lamspringensis fundatorem cum beato *Lauensteinio* aliisque adpellant *Comitem Winciburgicum*. Testimonia enim scriptorum coætaneorum, quæ omnem rem hic stabilire debent, omnino desunt eis, qui sic sentiunt. Stat tamen sententia, Riedagum fuisse in Comitatu Fleithun pagi virum illustrem ac Comitem, atque Lammespringensis monasterii conditorem.

De flumine Loine.

(t) *Loine* est fluuius Leine, de quo vid. supra §. 33. not. (u), Loine, Linne, Lone, Lune, adpellationem traxere ex flexu et anfractibus, seu ex *Lenen*.

De villa Riudiun.

(u) *Riudiun* villa in nostro Registro posita deprehenditur *in pago Ambergo*. Designatur vtraque villa, Grossen-Rüden in præfectura Bilderlah episcopatus Hildesiensis, atque Kleinen-Rüden in Principatus Wolferbuttelensis præfectura Sesensi. Villam vtramque circiter discernit interfluens amnis Nette. De reliquo villa vtraque vnus est vicus, olim bipartitus.

(v) *Biuangus* quid sit, dixi supra §. 68. not. (L)

De Riudiana-marcu.

(w) Quid *marcus* significet, iam supra §. 118. not. (X) indicauimus. Nunc vero e nobis videris quærere: a quanam villa *Riudiana marcus* sit appellatus? In promtu ratio est denominationis. Marcus hic a villa Rüden, quam meminimus, adpellationem traxit, in cuius pagi confiniis versus occasum initium fuit tractus Flentigau seu Fleithi. Nolim tamen peruicaciter contendere, marcus vbique esse prouinciæ limites. Villæ enim maiores olim suis gauisæ marcis. Id ex Traditionibus Fuldensibus passim licet colligere, marcos a villis fuisse denominatos. Complexus agrorum maior dictus fuit olim *biuangum*, ein Befang, Umfang, *conceptio*, *comprehensio*, *breida*, eine Breite.

De villa Liukiungun.

(x) *Liukiungun* villa erat, testante Registro nostro MSto, *in pago Merslhem*; qui vero vicus designatus sit, id ignorare nos, libenter fatemur. Omnes quidem ingenii mei neruos in inuestigationem huius villæ per aliquot dies intendi, sed oleum atque operam perdidi. Doctis ergo viris et præcipue Hannoueranis eandem villam relinquo expiscandam, statuere dubitans, an vicus *Lockum*, vbi celebratissima est abbatia, designatur.

De villa Liuttingeshem.

(y) *Liuttingeshem* exstirit *in pago Guddinge*, testante Registro nostro sæpissime excitato. De pago Guddingo vide supra §. 7. not. (n). Probabiliter reputo villam pro vico *Lubrechtsen*, inter Banteln sito et Deinsen, vicos Principatus Calenbergici. Exstat haud procul a Duien vico vicus Lütkenholtesheim in Principatu Wolferbuttelano. Eædem autem hæ villæ scilicet *Liukiungun* et *Liuttingeshem* me impulerunt, vt statuendum putem *Buniconem* ac *Ricdacum* in stemmatis Widekindei prosapia. Nam supra indicatum fuit, stirpem Widekindeam in eadem regione ampliſſima possediſſe prædia. Quomodo autem in manus Wittikindigenarum peruenerint villæ in Riudiana marcu, id indicare non licet. Fortassis erant eædem pars hereditatis ducis Ostfalorum Asiconis seu Hessi.

De villa Duthungun.

(z) *Duthungun* villa fuit sita *in pago Aringho*, vti approbat præstantissimum nostrum *Registrum*

§. 129.

Tradidit uualdger pro anima fratriſ ſui ghuntbert in uilla dicta *haſtenhuſ* (A) manſum unum cum familia halec marlati teſteſ albmer liudric *herimman bardo* et alii quatuor. guber-nante Corbeiam Warino.

§. 130.

Tradidit albe pro anima geldulfi et anima uiri ſui nomine *deddi* et filii ſui *folchardi* quidquid iure hereditario poſſederat in *bernhardeſhuſun* (B) in campiſ et ſiluiſ aquarumue decurſibuſ teſteſ huiuſ traditioni aſſiſtenteſ frederic aſuco milo uualdbern hildibern et alii decem quoſ cauſa breuitatiſ obmitto.

§. 131.

Tradidit gerhheri pro anima hauuardi in uilla *uuigredeſhuſ* (C) quidquid ibi habuit teſteſ marcuuard maynheri uuighard bennic.

§. 132.

Tradidit eiluuer quidquid habuit in *bathedi* (D) coram teſtibuſ hiſ *beuo* uolcuuerc eyo eſi alſuuard et alii XV.

§. 133.

Tradidit *eſic comeſ* (E) reſ proprietatiſ ſuae quaſ ſibi domnuſ impe-

Regiſtrum MSctum Bonorum Abb. Corbeienſis. Pagum *Aringho* fuiſſe poſitum in regione vrbis Alfeldiæ ad Leinam flumen in epiſcopatu Hildesheimenſi, et caſtri deſolati Hoinboken, demonſtraturi ſumus infra in notis ad §. 214. Intelligimus ergo per *Duthungun* villam vicum *Dujen*, vix iter vnius horæ a caſtro Hoenböken ſito in Principatu Wolferbuttelano diſtantem. Olim a vico *Duthungun* nobiles quidam appellati ſunt *de Dudingen*. Ipſi fuerunt miniſteriales corbeienſes, qui inter cetera in feudo habuere ab eccleſia Corbeienſi ſitos in vico Alforde quinque manſos, quos Hartmannus ac Wulbrandus fratres de Dudingen oppignorarunt monaſterio S. Mariæ Carthuſ. ordinis ante vrbem Hildeſiam anno 1409, quoſque reemendi facultas conceſſa eſt abbatiæ Corbeienſi, mortuis eiſdem dominis de Dudingen eorumque maſculis heredibus, vti diploma, quod ad manus eſt, adprobat: vltimus vero dominorum de Dudingen naturæ conceſſit anno 1502, teſtante Io. Letznero in *Chronico Daſſel.* Lib. IV. p. 195.

(A) *Haſtenhus* in Regiſtro noſtro ponitur *in pago Thiadmelli*. Locus hodie dicitur *Harſle*, ſitus in comitatu Lippienſi. De pago Thiadmelli, ac de *Waldgero*, qui manſum in villa Haſtenhus donauit, vide infra §. 190. De villa Haſtenhus.

(B) De *Bernhardeshuſen*, villa *pagi Hliſgo*, atque de *Albe*, *Deddi* ac *Folchardo*, vide ſupra §. 112. not. (O) De villa Bernhardeshuſen.

(C) *Wigredeshus* erat *in pago Logne* villa. Logne pagus reperiebatur in principatu Göttingenſi. *Wigredeshus* ergo dicitur nunc Wiershauſen, intra præfecturam Mündenſem locus. De villa Wigredeshus.

(D) *Bathedi*, villa, poſtea dicta eſt *Bathe* et *Bade*, olim villa, teſtante *Regiſtro* noſtro, *in pago Auga*. Dudum vero ea deſolata eſt. Xenodochium Sancti Spiritus, Huxariæ obuium, hos quatuor manſos poſſedit. Quondam hæc villa exſtitit in diœceſi Corbeienſi in ſaltu S. Spiritus, vulgo dicto *das heilige Geiſt-Holtz*, inter Rehteich et Mittelborn loca. De villa Bathedi.

(E) Magnus hic diſſerendi campus pateret, ſi iuſto copioſioribus nobis eſſe liberet. Cardinem rei hic verti in diplomate imperatoris Hlotharii, cuius iam ſupra §. 110. et 126. mentionem iniecimus, quilibet facillime perſpicit. Producemus De comite Eſic.

Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et

ergo illud ipsum Hlotharii imperatoris diploma ex autographo, nec hucusque euulgatum. Id sic habet:

℄ In nomine dn̄i nostri Ihu Xpi dei aeterni. hlotariuſ diuina auxiliante prouidentia imperator augustuſ. oportet imperialem sublimitatem ut fidelium suorum iustiſ ac rationalibuſ petitionibuſ pietatiſ suae aurem accommodet et effectum concedat quatinuſ id faciendo eorum animoſ in suo semper reddat promptioreſ obsequio. idcirco omnium fidelium sc̄ae dei eccleſiae ac nostrorum praesentium uidelicet et futurorum comperiat magnitudo quia *eſich* fideliſ *comeſ* noſter deprecatuſ clementiam nostram ut aliquantum ex rebuſ iuriſ nostri quibuſ ipſe ordine praesidebat beneficiario ad proprium concederemuſ ac per preceptum nostrum traderemuſ. Cuiuſ deprecationem ob suae fidelitatiſ deuotionem libenter adnuenteſ hoſ eccellentiae nostrae apiceſ fieri decreuimuſ quibuſ iam dicto *eſichoni* in *pago ribuarienſe* in *comitatu hunnenſe* in uilla *caſtenicha* manſoſ octo ex beneficio suo cum omnibuſ pertinentiiſ eorum id est cum terriſ campiſ cultiſ et incultiſ uineiſ siluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ exitibuſ et regreſſibuſ nec non et mancipiiſ utriuſque sexuſ ad idem pertinentibuſ ad proprium tribuimuſ et de iure fiſc̄o in iuſ ac dominationem ipsiuſ perhenniter manſurum tranſfundimuſ ut faciat exinde potiſſima a nobiſ percepta licentia quidquid elegerit uel uoluerit sicut et de reliquiſ proprietatiſ suae rebuſ absque cuiuſlibet poteſtatiſ contradictione uel repetitione seu qualibet refragatione Ita tamen ut nusquam a nostra discedat fidelitate sed immobiliter in nostriſ perseueret obsequiiſ absque aliqua tergiuersatione. Et ut haec nostrae largitioniſ auctoritaſ inuiolabilem obtineat firmitatem manu propria subter eam firmauimuſ et anuli nostri impreſſione adſignari iuſſimuſ.

Signum hlotharii sereniſſimi augusti.

Remigiuſ notariuſ ad uicem agilmari recognoui et ſſſ

data XIII k̄l. āpr̄l. anno Xp̄o propitio imperii domni hlotharii pii imp̄riſ in italia XXIII & in francia IIII. indictione VI. actum aquiſgrani palatio regio in d̄i nomine.

Sigillum exhibetur in Tab. II, n. 3.

Hoc diploma datum esſe anno 844 iam supra §. 126. not. (o) demonſtrauimus. Atque exinde conſequitur, *comitem Eſich* tradidiſſe manſos, in villa Caſtenica ſitos, abbatiæ Corbeienſi poſt annum 844. Hinc porro ſequitur, omnes has traditiones, anno 844, recentiores esſe seriuſque peractas. Quodſi vero *Hludowicus imperator*, pater Hlotharii, anno 840 menſe Auguſto exſpirauit, vti in *Hiſtoria* noſtra *Corbetenſi* demonſtraturi ſumus; tunc eius filii, *Hlotharius* ſcilicet, *Hludowicus* et *Karolus*, anno 844, poſtquam de hereditate paterna diu digladiati erant, imperii facta partitione in firmam pacem ac concordiam reducti fuere, et *Hlothario* præter Italiam Burgundia et Gallia Belgica fuit attributa, quidquid ſcilicet terrarum ſupra Moſam, inter Rhenum atque Scaldim interiacet: *Hludowicus* præter Wormatiam, Moguntiam ac Spiram ceſſit omni Germania transrhenana, nimirum Thuringia, Haſſia, Saxonia, Friſia, et quidquid trans Albim ad Barbarorum fines protendebatur; *Karolo* autem adſignata fuit

imperator *hlotharius* per praeceptum tradidit in pago *riboarienſe* (F) in comitatu gubernante Corbeiam Warino.

fuit Francia occidentalis, vetus ſcilicet Neuſtria, quantum nimirum ab oceano ad Moſam ac Scaldim, et inde ad Rhodanum atque Ararim, porrigitur; *Pipino* autem *Pipini filio* data fuit Aquitania: ſic monarchia Francorum, quæ vni *Karolo M.* eiuſque filio *Hludowico* eo vſque paruerat, quadripartito diuiſa eſt in modum peſſimi exempli. Non ponderarunt nati ex Ludouico ſalutis publicæ momenta, nec ſatis meminerunt, ea, quæ in partes continuo minores diuiduntur, ſponte ſua in debilitatem æque ac ruinam ſublabi. Cum igitur *Corbeia* noſtra neque *Hlothario* neque *Karolo*, neque *Pipino* paruerit, ſed *Hludowico*, quippe qui ſalutabatur rex Franciæ Orientalis, ad quam *Saxonia* et ideo *Corbeia* noſtra quoque ſpectauit; noſtrum eſt, annorum conſignationem, ad marginem hucuſque adpoſitam, nunc mutare, atque hiſce monitis, alterum imperatoris *Hlotharii* diploma etiam nondum editum, ex originum litteris adiicere, quamuis iam ſupra doluerimus, acti et dati indicium fuiſſe abſciſſum, ſigillumque eſſe fractum; attamen adfuiſſe id ipſum, apparet ex veſtigiis. En illud:

C In nomine dn̄ī n̄r̄ī Ihū Xp̄ī d̄ī aeterni. hlotarius diuina ordinante prouidentia imperator auguſtuſ. ſi uniuſ fideliſ n̄r̄ī iuſtam et rationabilem petitionem libenter implemuſ procul dubio reliquorum fidelium noſtrorum deuotionem erga noſ promptiorem efficimuſ. quapropter omnium fidelium ſc̄ār̄ d̄ī eccleſiae n̄r̄orumque praeſentium et futurorum nouerit uniuerſitaſ quia *eſich* uir illuſter *comeſ* deprecatuſ eſt pietatem n̄r̄am ut reſ ſibi in *pago riboarienſi* in comitatu *bomenſi* in uilla *cheſtenicha* a noſtra munificentia adtributaſ quaſ ipſe pro remedio animae eiuſ ad monaſterium in ſaxonia ſitum corbeia uocabulo quod eſt conſtructum in honore beati ſtephani protomartiriſ Xp̄ī delegauit per nōr̄ae manſuetudiniſ praeceptum ibidem confirmaremuſ. cuiuſ precibuſ libentiſſime annuenteſ hoſ eccellentiae n̄r̄ae apiceſ fieri ſtatuimuſ per quoſ memorataſ reſ una cum mancipiiſ inibi pertinentibuſ in praedicto pago et in iam dicta uilla conſiſtenteſ ad praefatum monaſterium corbeiae et eccleſiam ſc̄ī ſtephani confirmamuſ modiſque omnibuſ corroboramuſ quatenuſ ſicuti a praeſcripto fideli comite n̄r̄o *eſichoni* tradite delegate fuerunt ita parſ eiuſdem loci ſc̄ī deincepſ abſque cuiuſpiam poteſtatiſ contradictione uel inquiẽtudine teneat & poſſideat faciatque exinde quicquid utilitaſ dictauerit. Et ut haec n̄r̄ae confirmationiſ auctoritaſ inuiolabilem obtineat firmitatem de anulo noſtro ſubter iuſſimuſ ſigillari.

Hrodmunduſ notariuſ ad uicem hilduini recognoui et *ſſſ.*

Hilduinus, ad cuius vicem Hrodmundus notarius hoc diploma recognouit, videtur fuiſſe Hilduinus epiſcopus Virdunenſis in Lotharingia, qui, teſte *Bucelino* in *Germania ſacra*, mortuus fuit anno 850 in octaua Epiphaniæ, nominatus ab eo *vir de Galliarum rege longe meritiſſimus*. Ex eo probabiliter conſequitur, hunc Virdunenſem epiſcopum fuiſſe eo tempore Hlotharii imperatoris cancellarium. Huic Hilduino deceſſor fortaſſis fuit *Agilmarus*, in priori diplomate memoratus. Vtcunque autem id ſe habeat, veriſimile eſt, vltimum diploma ante annum 850 eſſe datum, atque hoc anno ante iam *Eſiconem* comitem hanc traditionem curauiſſe expediendam.

(F) *Pagum Riboarienſem* fuiſſe pagum maiorem, alios minores pagos comprehendentem, in prouinciis Rhenum adiacentibus, inter eruditos conſtat. C. F. *Paulinius* in *Commentario de Pagis* p. 189, errore abductus, hunc pagum appellat Rittbarienſem, eumque diſtinguit a pago *Ripuario*. Res ipſa vero loquitur, *Riboarienſem* pagum, prouinciam *Ripuariam*, et terram *Ripuariorum* vnum idemque denotare. Fuiſſe autem hunc pagum generalem, patet ex documento litterario obuio in *G. G. Leibnitii S. R. B. T. I.* p. 109. et *Lünigii Reichs Archivs Spicil. Eccleſ.* P. III. f. 692, vbi anno VI imperii Hludowici imperatoris Sigihardus *in pagi Ruricgao* villa *Fiſclaco* particulam hereditatis ſuæ tradiſſe eccleſiæ in loco, qui

De pago Ribuarienſi.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

mitatu *bunnensi* (G) in uilla *castenica* (H) mansos VIII. cum omnibus per-

qui dicitur *Werthina in pago Ruricgao in ducatu Ripuariorum*, cui Hildigrinus et Gerfridus episcopi rectores præsidebant. In hoc documento ducatus pro pago maiori ponitur, quemadmodum patet ex *Actis S Ludgeri l. c. Leibn.* p. 102, vbi, *Werthinensem* ecclesiam constructam esse, asseritur, *in pago Ripoariorum* super fluuio *Rura*. Vterque *pagus Ruricgao in pago Ripoariorum* ponitur: ita etiam in his traditionibus *pagus Bunnensis* ponitur *in pago Riboariensi*. Vnde citra omnem controuersiam sequitur, pagum *Riboariensem* fuisse pagum maiorem.

De comitatu Bunnensi.

(G) *Comitatus Bunnensis* denotat sine vllo dubio pagum *Bunnungao*, cuius meminit Chartularium Werthinense T. I. Leibn. p. 111, vbi refertur, Gundwinum et Adelboldum vendidisse Hildigrimo episcopo *cortilum* vnum in *Bunnengao* pagi villa Melenchem, quæ probabilissime circa vrbem Bonnam in archiepiscopatu Coloniensi ad Rhenum est villa Melheim.

De villa castenica.

(H) Villa *Castenica* est *Kesteinich*, intra diœcesin Coloniensem sita. Quam villam designat sequens diploma, quod ex autographo archiui Corbeiensi libet proferre, cum typotheta Göttingensis in Historia Munchhusiana f. 11. seq. valde vitiosum illud exhibuerit. Id sic habet:

Conradus dei gratia sc̄ē colonien. ec̄c̄le archiep̄s sacri imperii per ytaliam archicancell. Notum facimus uniuersis quod dilectus consanguineus ñr̄ abbas Corbeyen. uenerabilis ad preces ñr̄as dilecto et consanguineo et fideli ñr̄o uiro nobili *Theodorico de Nuenlinburg* in feodo concessit unam carratam uini quam sibi assignauit recipiendam annuatim in uino sibi apud *Kesteinich* crescente cum idem abbas uinum ipsum inde deduci faciet uersus Corbeiam. Si uero propter defectum uini contingeret familiam curtis in *Kestenich* redimere uinum ipsum a p̄dicto abbate pro certa aliqua pecunie quantitate p̄dictus *Theodoricus* tantum pecunie pro carrata uini p̄dicta recipiet quantum ipse abbas pro una recipiet carrata. p̄dictus uero *Theodoricus* promisit. quod ipsi abbati uina sua uersus Corbeiam deducenda conducet de *Dusburgh* usq̧. *Munichusen*. In cuius rei testimonium presens littera est ñr̄o predictorum abbatis et *theodorici de Nuenlinburg*. nec non *adolfi de monte* cōm̄. Iūlī. uirorum nobilium sigillis communita. Datum in castris apud *Salcicen* anno d̄ñī M°. CC°. XLVII. VII. idus aprilis.

Theodoricus de Nuenlinburg, cui in his tabulis vna carrata vini e vinea apud *Kesteinich* in feudo concessa ab abbate Corbeiensi, erat filius infelicissimi *Fritherici comitis de Isenberg*, de quo loquuntur tabulæ sequentes hactenus nondum editæ, quas ex originum litteris in archiuo Corbeiensi exstantibus hic primum in publicum proferimus:

* dei gratia
† fritherici
* nobis
** uiueret
† ille i. e. illæ scilicet carratæ.
* vero
† prælationis.

In nomine sc̄ē et indiuidue trinitatis. Hermannus d̄ī gr̄ā * Corbeiens. abbas. Vniuersis harum presentiū inspectorib⁹ notum esse cupim⁹ quod duas uini carratas. quas comes *frith'ic⁹* † *dict⁹ de Isenb'g* de nob̄ * dum uiu'et ** in feodo tenuit. capitulo ec̄c̄lie ñr̄ē ad ipsi⁹ p̄bendā ⁹tulim⁹ nam et ille † de uino nob̄ et capitlo communi. pri⁹ ipsi comiti psoluebantur. quas nunc ante diuisionem ipsius uini pincerna percipiet annuatim. Si u° * p̄fati comitis filios contingat easdem uini carratas euincere ipsi a nob̄ quindecim marcas quas a p̄memorato capitulo propter eas recepim⁹ restituem⁹. aut duas alias uini carratas de ñr̄o psoluem⁹ eidem annuatim. Vt autem hoc factum ñr̄um firmū ac stabile consistat p̄sentē paginā sigilli ñr̄i appensione fecim⁹ communiri. Acta sunt hec anno d̄ñīcę incarnationis M°. CC°. XXVII°. anno u° p̄latōīs † ñr̄e quinto. Testes hui⁹ rei sunt nobiles. *Conrad⁹ de hoenboken. Adolfus de hosten Ame-*

pertinentiis eorum utpote cum terris campis cultis et incultis uineis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus nec non et mancipiis utriusque sexus ad idem pertinentibus. huic traditioni praesentes isti guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

o

Amelungus de lippia. Ministeriales u *Arnold⁹ marscalc⁹ Heinric⁹ de scerue. Gerhard⁹. Henric. Barnim⁹* et *Guidolo* fratres *de stamme.* Conrad⁹ dapifer. *Hermann⁹ de nigenkercken Johann de Lutmersen Godefrid⁹ de Godelun* Hermannus . . . . . *Hermannus de Malsborg Frider. thulen alexander de Hundellen Henricus de Corbeia.* et alii.

Sigillum lectori sese offert
in Tab. II. n. 4.

Iste *Frithericus de Isenberg* fuerat aduocatus abbatiæ *Essendiensis*, quam pro more seculi ipse diu vexauerat. Monitus ergo ab *Engelberto, archiepiscopo Coloniensi*, vt compilata redderet atque a vexando desisteret. Cum vero archiepiscopus a *Fritherico* nihil impetraret, conuentum publicum *Susati* anno 1225 mense nouembri indixit. Eodem *Frithericum* euocauit. Sed eo in congressu, cum archiepiscopus causam *Essendiensis* monasterii constanter ageret, comes de archiepiscopi acerbitate queri, et communicato consilio cum *Arnsbergensi*, *Tecklenburgico* aliisque comitibus coniurationis consilia in necem archiepiscopi agitare cœpit. Soluto ergo *Susati* conuentu, in quo nihil confici poterat, archiepiscopus altero die in viam se dedit, *Swelmensem* ecclesiam in diœcesi sua consecraturus; *Frithericus* vero, vt conceptam animo destinationem eo sagacius tegeret, archiepiscopum abeuntem cum aulæ comitatu deducit et blando aliquandiu colloquio deuinctum comitatur, promittens ad hæc, se *Engelberto* Norinbergæ in comitiis imperii præsto futurum, vt omnis istic disceptatio, ipsum inter atque ecclesiam *Essendiensem* coorta, principum iudicio componeretur, donec in angustias locumque insidiarum peruentum esset. Heic coniurati, signo dato, omnes vno impetu ac strictis gladiis in archiepiscopum inuolant, perfossoque eius latere, alius super alium ictus ingeminat, quibus adeo corpus *Engelberti* laceratum, vt vix locus vulneri amplius superesset. Refert ita rem fides *Annalium MSctorum in archiuo Corbeiensi.* Ad tantam facinoris acerbitatem vindicandam acceleratur cleri conuentus, moderante cateruam archiepiscopo *Treuirensi Theodorico*, delectusque XV nouembris *Bonnensis* præpositus *Henricus*, ex nobili *Mollenarckiorum* dynastarum familia ortus, qui vix thronum archiepiscopalem conscenderat, cum, ad voces Colonienſium, vindictam poscentium, se vltorem fore, iuraret. *Colonia* ergo relicta, *Francofurtum* ad regis colloquium aduolans, corpus *Engelberti* duobus abbatibus deferendum commisit, illudque visendum obtulit Regi ac principibus. Turbatus fuit rex obtutu. Extinctum planxit archiepiscopum, proscriptionemque comitis *Fritherici*, in *Norinbergensi* conuentu promulgatam, renouauit, comitis damnati hereditariis bonis ad fiscum redactis, ac feudis ei abiudicatis. Ita etiam abbatia nostra Corbeiensis duos vini carros ex vinea, ad *Kesteinich* sita, quos dictus *Frithericus comes de Isenberg* in feudo ab ea tenebat, recuperauit. Rem indicat vltimum diploma. Sed leuis hæc erat calamitas. Grauiora mala *Frithericum* comitem confectabantur. *Henricus* enim *Mollenarckius Moguntiam* descendebat cum *Engelberti* corpore, vbi *Conradus*, sedis apostolicæ *legatus*, *Frithericum* comitem, et quotquot in societatem latrocinii venerant, anathemate percussit. Quam sacri fulminis sententiam per Magdeburgensem, Treuirensem, Bremensem, Moguntinam ac Colonienſem metropoles earumque diœceses promulgari ipse mandauit, cereis per omnia templa ad criminis detestationem per singulos dies dominicos extinctis. *Henricus* vero maximum copiarum delectum instituit, euocatis ad arma, quotquot aut fœdere (inter quos et Corbeiensis abbatia erat) aut iure clientelari Colonienſi ecclesiæ obnoxii erant. Postquam magnus exercitus ad Rhenum erat collectus, itum id ad castra *Fritherici* expugnanda, quæ funditus euersa et solo æquata, oppida vero et villæ ferro flammaque deuastata sunt. *Frithericus* autem, ex quo vagus proscriptusque se *Romam*

De Engelberto Coloniensi archiepiscopo occiso. a. 1225.

De miserro interitu Fritherici comitis de Isenberg.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

isti teſtes fuerunt *marſcalc* (I) reinold helmdac horid et alii XVI. igitur ne huiuſ traditioniſ aliquid imperfectum remaneret iuſſit praedictuſ *eſic comeſ* illarum rerum fieri conſignationem et manuſ ueſtituram (K) per hominеſ ſuoſ

cum fratribus *Conrado Mindenſi, Theodorico Monaſterienſi* atque *Engelberto Oſnabrugenſi epiſcopis* contulerat, purgaturus et peroraturus cauſam ſuam in tribunali Romano. Cum illic patrocinii nihil reperiſſet, *Leodium* venit, vbi, a *Balduino* milite *de Geneff* agnitus, inuitatusque ad hoſpitium, inter *Leodium* et *Huium* capitur, ac feſto S. Martini captiuus *Coloniam* adducitur, XVIII. kal. decembris a. 1226 extra vrbem ducitur vinctus, et in monticulo ante portam Seuerini in terram deiicitur a carnificibus, quibus ſingula membra frangenda obtulit. Brachia eius, crura, et dorſum ſexdecim ictibus contuſa ſunt. Ictus hos tam patienti animo comes pertulit, vt nec gemitu nec voce ſigna doloris ederet. Laceratum corpus funibus in æneam rotam, in qua vſque ad matutinas preces ipſe viuus hæſit, protractum fuit. Nihil aliud a populi circumfuſi multitudine petiit, niſi vt ſupremum numen precibus ſuis ipſi propitium redderet. Quæ eius vox inuſitata omnium commiſeratione excepta fuit. *Vxor Fritherici* noſtri, *Margaretha*, haud multo poſt fuit ſubita morte extincta, repertumque eius cor continuo doloris pulſu ita attenuatum, vt fabæ vix magnitudinem excederet. Erat autem illa *Margaretha* ſoror *Henrici, ducis Limburgici*, qui *Theodorici*, nepotis ſui ex ſorore, tutelam ſuſcepit. Quoniam paternæ arces deſtructæ erant, nouum is *Theodorico* caſtrum ad *Lenam* fluuium in Weſtfalia intra comitatum Marcanum conſtruxit, idque Linburg, ſeu *Nuenlinburg*, vti ſatis diſtincte in diplomate allato appellatur, nominauit. Omnes vero recentiores hiſtorici fabulati ſunt, *Henricum ducem de Limburg* caſtro nouo a ducatu ſuo *Limburgico* nomen indidiſſe, atque *Limburgum* appellaſſe, rati. *Linburg* vero denotat nihil aliud, niſi caſtrum, ad *Linam* fluuium ſitum. Sator autem fuit *Theodoricus* ille, *de Nuenlinburg* dictus, ſtirpis comitum de Limburg et Bronchorſt in Styrum nec non dominorum de Wiſch, Borkeloë et Gehmen, adhuc florentium. Inter hæc memoratu dignum eſſe cenſemus, diploma *Conradi* archiepiſcopi *Colonienſis* datum eſſe ad annum 1247. VII. idus Aprilis *in caſtris apud Salcicen.* Quemadmodum enim ex eo contra Rittershuſium ſequi videtur, *Gerhardum Montenſem* et *Iuliacenſem comitem*, patrem *Adolfi*, qui has litteras ſigillo inſtruxit iam ante annum 1247 eſſe mortuum: ita data occaſione recordamur quoque belli, quod eo tempore inter *Simonem* epiſcopum *Paderbornenſem* et *Colonienſem* archiepiſcopum exarſit, cui impliciti quoque erant, vti ex hoc diplomate patet, et *Nuenlinburgenſis* et *Montenſis* comites. *Simon* nempe epiſcopus *Paderbornenſis* oppidum ſuæ diœceſis, hodie *Saltzkoten* dictum, foſſis, vallis, et muris cinxerat, translatis in illud tribus adiacentibus villis *Habringhuſen, Vilhuſen* atque *Hohenrod.* Quoniam vero archiepiſcopus in finibus *ducatus Weſtfaliæ*, quem ex *Heinrici Leonis* patrimonio eius deceſſores acquiſiuerant, munitiones, ſine conſenſu ſuo exſtructas, pati nolebat, idcirco oppidum *Saltzkoten*, a *Simone* epiſcopo præmunitum, euerti iuſſit, quod eo tempore eo facilius factu erat, quod *Fridericus cæſar*, omiſſa Germaniæ cura, in Italia tumultuaretur, victuſque a fœderatis Longobardiæ populis in Apuliam ad captanda otia ac ad fruendum deliciis diſceſſerat, licet ſimul imperium *Conradum* inter et *Henricum* regem inteſtinis bellis diſceperetur. Cum igitur epiſcopus *Simon* munitionem diruere nollet, archiepiſcopus prope Weſtfaliam totam conciuit in arma. Vt vero potentiores principes facile debilioribus pares ſunt opprimendis, ita epiſcopus archiepiſcopo locum tradere, atque ad deſtruendam munitionem coactus eſt. Sic nec vola nec veſtigium munimenti vllius reſedit. Sopita eſt lis ad VIII idus Aprilis 1247 arbitris *Ottone Monaſterienſi* electo, atque *abbate Corbeienſi Hermanno*, qui ſigilla ſua compoſitionum litteris adiunxerunt.

De obſidione oppidi Saltzkoten.

(I) *Marſcalc* an nomen eſt viri? an dignitatis? Si poſterius, an Reinold ille Marſcalcus fuit et cuius?

(K) Attende ad ritum Germanorum antiquiſſimum.

ſuoſ (L) ita uocatoſ gherlo et oſſo unde iſti ſunt teſteſ adalbert ghunteri dano harduin redger et alii VIIII. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 134.

Tradidit baddo pro anima filii ſui uuendilag quidquid habuit in *algereſhuſ* (M) teſteſ abbi bern thanco alfinc nithard maynhard.

§. 135.

Tradidit abbi pro remedio animae matriſ ſuae quidquid habuit in *heppium* (N) teſteſ baddo bern barno tanco alfinc nithard maynhard.

§. 136.

Tradidit *redhard* pro anima fratriſ ſui *billing* (O) in *cogharden* (P) in campiſ et ſiluiſ quidquid habuit ſuitger teſtiſ eiſulf horid brunold et octo alii.

§. 137.

Tradidit bunico pro remedio animae thiadbern in *pago ambergo* in uilla *upſtedi* (Q) quidquid ipſe thiadbern ibi poſſederat teſteſ ſuitbold uuido friduuuard maynric auen et alii VII.

§. 138.

De miniſterialibus comitum tempore Carolingicorum.

(L) Inſigniores comites iam tempore Carolingidarum ſuos habuiſſe miniſteriales, ex hoc loco pateſcit.

De villa Algereshus.

(M) *Algereshus* erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Ittergoë.* Intelligimus ergo, deſignari per hanc villam vicum *Alleringhauſen* in principatu Waldeccenſi eiuſque præfectura Eiſenberg.

De villa Heppium.

(N) *Heppium* villam itidem Regiſtrum noſtrum refert ad pagum *Ittergoë.* Cum vero in eodem principatu Waldeccenſi eademque in præfectura Eiſenberg ad fluuium dictum *die Aar* inueniatur vicus *Eppen*, Eſchenbeck inter et Schleidern ſitus, eundem vicum ſignificari arbitramur. Addita fuit littera H ex more iſtius ſeculi. Probabiliſſime idem vicus liberis Baronibus de Eppen, in caſtro Reckenberg ad riuum dictum die Orche in principatu Waldeccenſi habitantibus, qui præſtantiſſima feuda tenent ab eccleſia Corbeienſi, cognomen conciliauit. Ex villæ illius ſitu iam ſupra §. 104. not. (f) collegimus, *Abbium* ſeu *Abbonem*, qui in eadem villa *Heppio*, quidquid habuit, donauit, ad familiam Widekindeam ſpectaſſe. An vero *Baddo* (§. 134.) frater eius ſeu conſanguineus fuerit, incompertum mihi eſt. Illud videtur probabiliſſimum, binas has traditiones, §. 134. et 135. recenſitas, vno die fuiſſe peractas, quia *Baddo* eoſdem teſtes, quos *Abbi*, adhibuit.

De Billingo.

(O) De *Billingo* eiuſque fratre *Redhardo*, ad ſtemma Billinganum pertinentibus, vide ſupra §. 104. not. (W). Redhardi vero nomen videtur illud Rudrati. Billing ergo noſter non poteſt eſſe Billunc, in *Tradit. Fuldenſ.* occurrens. Rudratus enim mortuus erat ante Billingum. Noſter itaque Billingus eſt nominandus tertius.

(P) *Cogharden* villa erat *in pago Wikanauelde*, teſtante noſtro Regiſtro. Denotatur *Kaier*, locus Principatus Wolferbuttelani, ſiluæ Hils in præfectura Grenenſi adiacens.

De pago Ambergo.

(Q) *Pagum Ambergo* fuiſſe in epiſcopatu Hildeſienſi, et quidem in regione præfecturæ Bindelagenſis et Woldenbergenſis, certum eſt, et ex hoc loco poteſt demonſtrari. Nomen eadem regio vſque in hodiernum diem retinuit ita, vt etiam eius tractus ruſtici ſe colonos *in dem Ommergau* et Ommerthal adpellent. Nomen

§. 138.

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

Tradidit arnulf quidquid habuit in *billtrbeki* (R) tam in terrif et filuif paſcuif aquarumue decurſibuſ quam etiam latoſ itidem incolenteſ. teſteſ ecbert hrodbert anulo therfilo et alii V.

§. 139.

men eidem pago hæſiſſe ab Ambronibus vel Angariis, iam definire non licet. Originatio videtur exorta ex ſitu ad montem, *amberge*, ſiquidem a ſilua Harz exoritur ac Nettæ amnis ſequitur decurſum. Nulla prorſus veroſimilitudine dicitur hic pagus Haſala ſeu Haſſala fuiſſe adpellatus, licet b. *Lauenſteinius* ſibi ita perſuaſiſſet in *Hiſtoria Hildeſienſi* p. 18, ideo cenſoria animaduerſione notatus a Doctis Lipſienſibus in *Nouis Eruditorum Actis* menſe Martio 1741 p. 157. Diploma enim, cuius interuentu anno 1001 caſtellum Dalehem, ſitum in pago Haſſala ſiue Ambergan, vti legit *Schatenius in Annal. Paderb.* P. I. p. 357. ſeu vti legit *Eccardus in Hiſt. Gen.* p. 296. in pago Haſtfala ſiue Ambargau, Otto III donaſſe creditur Hildeneshemenſi præſuli Bernwardo, ſine vllo dubio ſuppoſititium eſt, vti iam agnouerat *Harenbergius* in *Vindiciis* §. 59. p. 37. Hinc riſum tenebunt amici, ſi in Lauenſteinii *Hiſtoria Epiſcopatus Hildeſienſis vindicata* p. 23. viderint, Lauenſteinium ſe Harenbergii opinione, ab ipſo Harenbergio dudum refutata, iuiſſe vindicatum, ac præterea Harenbergio ibi multis ſarcaſticis quæſtionibus, errantium propriis, inſultaſſe. Egregia et perbella ratio hæc eſt ſe ſuaque defendendi, eisque ſua de meliori nota commendandi, qui amant ampullas et ſeſquipedalia verba. *Upſtedi* villa pridem dicitur *Upſted*, locus in epiſcopatus Hildeſienſis præfectura Woldenberg vix itinere vnius horæ ab oppido Bokelen ſeptentrionem verſus, dimidium vero horæ a caſtro Woldenberg occidentem verſus disiunctus, non procul a vico Nette conſpicuus. Eadem autem hæc villa *Upſtedi* eſt alibi villa *Upſtede*, quam tempore Ottonis M. atque Otwini epiſcopi Hildeſienſis incolebat *Macco*, eccleſiæ Hildeſienſis aduocatus. Qui cum probabiliſſime inter progenitores *comitum Woldenbergenſium* ſit referendus, *Thiadbern*, qui poſſeſſor fuit bonorum, in eadem villa traditorum eccleſiæ Corbeienſi, ad eandem familiam ſpectaſſe fortaſſis videtur. De Maccone confer *Translationem S. Epiphanii in Hildesheim Tom. I. S. R. B. Leibnitii* f. 259. Vt vero tandem oſtendamus, *pagum Ambergo* nomen non accepiſſe a fluuio Ambra, vulgo dicto *die Emmer*, (qui in epiſcopatu Paderbornenſi alluit oppida Steimen et Lüde, et tandem ſe exonerat in Viſurgim,) vti *C. F. Paulinius* arbitratus eſt in *Commentario de Pagis* p. 8. ſed conſpicuum fuiſſe in epiſcopatu Hildeſienſi; iam ſupra eo fine produximus (§. 53.) *Aſtenbechi* et (§. 119.) *Hricon* villas, per quas deſignari intelleximus *Aſtenbeck* et *Rehne*, vicos ad fluuium, dictum *die Innerſte*, in præfectura Woldenbergenſi, et (§. 127.) *Riudiun* et *Riudianam marcam*, quæ erant vicus Rüden, et regio, circa Rüden intra præfecturam Bilderlah obuia. His ex Regiſtro noſtro addimus villam *Selide*, per quam ſignificari intelligimus vicum *Sehlem* ad radices montis *Heinberg* et ad fluuium, dictum *die Innerſte*, *in præfectura Woldenberg*, ſitum, qui in noua charta geographica epiſcopatus Hildeſienſis doctiſſimi domini Arenholdi ex errore chalcographi appellatur Schlade. Hunc vero vicum noſcere et probe diſcernere neceſſum eſt a *Sehlen*, vico in eiuſdem epiſcopatus Hildeſienſis *præfectura Winzenburg*. Hanc differentiam locorum exploraui, cum anno 1741 menſe decembri in fluuio Innerſte ad molam prioris Selem, vbi tranſitus eſt, cum vxore et liberis de vita periclitarer. Accedunt autem his villis aliæ ex aliis litterariis documentis. Huc refer villam *Pateleche*, quam *Lauenſteinius* cum Grupenio in *Diſcept. Forenſ.* p. 550. pro Bidelah venditat. Idem olim ſenſerat *Harenbergius*, docens poſtea, ex quo litteras feudales Wallmodiorum inſpexerat, villam Pedel haud procul ab oppido Seſen, verſus montes Herciniæ ad meridiem inter villas deſolatas Saxoniæ noſtræ recenſendam eſſe. Eodem refer locum *Daleheim*, in Bidelah præfectura epiſcopatus Hildeſienſis ſitum, Königsdahlen vulgo dictum, et denique *Sehuſam*, prædium, et *Sehuſaburgum*, oppidi Seſen caſtrum in principatu Wolferbuttelenſi. *La* eſt locus ſtagnatione abundans aquarum. Ad flumen Nette exſtitit olim eiuſmodi ſtagnatio lacusque. Inde nomina traxerunt loca Engela et Bidemla.

De villa Billurbeki.

(R) De villa *Billurbeki* vide ſupra §. 127. not. (f) vnam enim eandemque hanc villam eſſe, ex noſtro patet *Regiſtro*.

§. 139.

Renouatio traditionis quam fecit oto de propria hereditate in *pago hasugo* (S) nam ne unquam obliuione obliteretur iterum alia uice eam tra- guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

(S) Vinculum huic loco esse cum §. 36, res ipsa loquitur. Quodsi igitur ibidem e testibus iam collegimus, per *pagum Hasugo* designari pagum Hassego vel Hosgowe. Frequentissima est litteræ A et E inter se permutatio. Persisto adhuc eadem in sententia, per illum pagum indicari Hessi Pagum, a me nondum, vt credam, impetrare possum. Nam Hessi pagus, tam Franconicus quam Saxonicus, nunquam appellatur *Hasugo*, sed Hessi seu Hassi. Quam ob causam ratio videtur esse siculna, quam ex hoc §. 139. instituit celeberrimus doctissimusque Grupenius in *Orig. Pyrmont.* p. 148. seq. perhibens, in pago Hessi Saxonico legem Saxonicam fuisse in vsu. Quamuis enim rem ipsam in dubium reuocare nequeamus, quia pagus Hessi Saxonicus in Angaria fuit, atque, in marca Sturmethi, eidem fere contigua, legem Saxonicam adhibitam fuisse ac viguisse deprehendimus; ex hoc tamen loco comprobari non posse Ill. Grupenii sententiam arbitramur, siquidem pagus *Hasugo* nullus alius fuit, nisi pagus *Hosgowe*, inter Salam, Wiperam, atque Unstrut fluuios situs. Ad terras vsque episcopatus Halberstadensis eundem pagum *Hassegowe* procurrisse, indicat diploma fundationis episcopatus Halberstadensis Hludowici pii in *I. C. Lunigs Reichs. Archiv Spic. Eccles.* P. II. im *Anhang* p. 15. In confinio Mersapurae seu Merseburgi eundem pagum *Hassagoi* exstitisse, ex diplomate Ottonis I, quod correctum exhibuit eruditissimus D. *Dan. Eberh. Baringius* in *Claui Diplom.* p. 21, in propatulo est. Limites huius pagi *Hosgowe* designantur in diplomate erectionis archiepiscopatus Magdeburgici *Tom. I. S. R. G. Meibomii* p. 732. fluuii *Sala*, *Willerbech*, et *Wippera*. Hinc Herm. Conringius in libro de *Antiquo Helmstadii statu* p. 75. pagum *Hosgowe* non recte distinxit a pago *Hassingau*, quem ab arce Hessen, cui vicus adiacet in Principatu Wolferbuttelensi, ab vrbe Wolferbuttela duo milliaria distans, nomen accepisse haud secus ac Meibomius perhibet. Nam circa arcem Hessen pagus Derlingi obuius erat. Pagus vero *Hosgowe* ab *Hassagoi*, seu, vti in his traditionibus appellatur, *Hasugo* non est discernendus. Id ipsum adprobant bona, quæ *Oto* in pago *Hasugo* donauit ecclesiæ Corbeiensi, quippe quæ fuerunt *marcæ Mimileuu* et *Meginrichesdorf*, quas abbatia nostra omnino possedit vsque ad tempus Ottonis II. Anno enim 980 permutationem fuisse factam inter Liudolfum abbatem Corbeiensem et Imperatorem illum, quantum ad hæc bona attinet, testatur diploma, quod ex autographi litteris, in Archiuo Corbeiensi exstantibus, exhibemus. In hoc citra dubitationem omnem per *Mimileuu* designatur *Memleben*, adiecta Unstruto fluuio, in qua Otto M. vltimum spiritum pie creatori vniuersitatis rerum tradidit anno 973, testante Widekindo nostro *Annal. Lib. III.* p. 662. Ante eum pater eius Heinricus auceps anno 936 ibidem diem obierat supremum. En diploma: De pago Hasugo.

C In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. omnibus fidei Xpīanae religiosis cultoribus ac regiae imperialis excellentiae magnitudinem fide debita iure honorantibus astantibus et futuris adhibiti scripti per subiectionem pateat qualiter nos et fidelem nostrum *liudolfum* uidelicet *corbeiensis eccls abbatem* condecuit quoddam concambium de praediis nostris ob locorum oportunitatem inter nos facere. dedit igitur praefatus *liudolfus* uenerabilis abbas ex ratione suae abbatiae per manum *aduocati* sui *liudolfi* duas *marcas meginrichesdorf* et *mimileuu* dictas in *pago hassegouue* et in comitatu *sigefridi comitis* sitas cum omnibus rebus illuc rite pertinentibus in mancipiis utriusque sexus aedificiis areis agris pratis campis pascuis siluis cunctisque aliis appendiciis quae dici possunt nobis ob nostram petitionem firmiter in ꝑprium atque ad integrum a suo iure et ecclesiae suae in nōrum ii quod uoto placeat nostro inde agendum redegit. e contra autem in recompensatione huius traditionis abbati praedicto et ecclesiae sibi commissae de portione nōrae proprietatis per manum aduocati nōri *liudgeri* dedimus quidquid uisi sumus habere in

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tradidit ad reliquiaſ ſcī ſtephani et mox in praeſenti domno *abbati uuarino* con-

uilliſ *budineueldon brungeringhuſon lellibechi rehon corbechi* et in *halgehuſon* dictiſ in *pago nihtherſe* et in comitatu *aſchoniſ comitiſ* ſitiſ cum omnibuſ utenſilibuſ illuc iure aſpicientibuſ mancipiiſ utriuſque ſexuſ aedificiiſ areiſ agriſ pratiſ campiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ cunctiſque aliiſ pertinentiiſ quae dici adhuc aliquo modo aut nominari poſſunt atque hoc a ñōro iure in eccleſiae ſuperiuſ dictae et abbatiſ antefati *liudolfi* ſucceſſorumque illiuſ poteſtatem perpetualiter ibi ſtandum omnino redegimuſ et imperiali dominatione ad integrum tradidimuſ. ſed quia praeſcriptuſ abbaſ ñōrae uotum petitioniſ ſequendo hanc mutuo inter noſ factam commutationem comprobauit propter ſuam dilectionem adiecimuſ ut ipſe ſuiq;. ſucceſſoreſ in prefatiſ deincepſ lociſ quietem habeant atq;. ut nulluſ comeſ uel iudiciaria perſona hanc tranquillitatem uiolare praeſumat hoc ñōro imperii praecepto firmiter interdicimuſ ut autem huiuſ concambii utrimq;. facti traditio per futura de hinc tempora ſtabilior habeatur hoc ñōrae dominationiſ praeceptum inde conſcriptum ſigilli ñōri impreſſione ſignari iuſſimuſ manuq;. propria ut infra uidetur corroborauimuſ.

Signum domni ottoniſ inuictiſſimi imperatoriſ auguſti

Hildiboldus ēpſ et cancellariuſ ad uicem uuilligiſi archicapellani recognoui et ſſſ

Data XVII. kl. oct. anno dominicae incarnationiſ DCCCCLXXX indict. VII. anno uero regni ſēcdi ottoniſ XX imperii autem XIII. actum Vualahuſon fel. amen.

Monogramma Ottonem indicat quartum, non ſecundum. Aut itaque illud eſt recentioris manus artificium, aut diploma ipſum laborat.

De villis, intra pagum *Nitherſe* in hoc diplomate obuiis, iam ſupra expoſuimus §. 86. not. (n.) Poterit autem primo ex hoc diplomate, vt hoc obiter moneamus, refutari *Ditmarus* epiſcopus Merſeburgenſis, qui in *Chron. Lib. III.* p. 341. refert, *Ottonem II piæ genetricis ſuæ inſtinctu Mimileue, vbi pater eius obierit, iuſto acquiſtuiſſe concambio decimas, quæ ad Heresfeld pertinuerint, et congregatis ibi monachis, liberam feciſſe abbatiam datis ei rebus neceſſariis.* Scribere enim Ditmarus, non Heresfeldam, ſed Corbeiam debuiſſet. Deinde vero incertum eſt, pagum *Haſugo* nomen ab Haſſis ſeu Hoſis accepiſſe. Et denique anni regni Ottonis II numerandi ſunt in noſtro diplomate a die coronationis eius, Wormatiæ factæ anno 960, vti ſit in *Faſtis Corbeienſibus MSctis*, diuerſo tempore ſcriptis, et, vti ex litteris apparet, haud vnis. Id videtur obſeruandum contra omnes, qui hucusque de illius coronatione ſcripſerunt, illam in annum 961 reiicientes, ad quam vero peragendam Otto I. permotus morbo, in quem anno 960 inciderat, vti Widekindus noſter *Annal. Lib. III.* p. 659. annotauit, adductus fuit. Poſtea quam enim Otto ex hoc morbo conualuerat, filioque ſuo coronam curarat imponendam, Romam anno 961 ſtatuit proficiſci et in Longobardiam contendere cogitauit.

consignauit iussit et manus uestituram et inde fecit secundum morem *saxonicae legis* (T) cum terrae cespite et uiridi ramo arboris quam hereditatem uice beneficii (U) postmodum a praedicto abbate ipse recepit et uxor sua possidendam quam diu quis eorum uixerit testes enno liuthi uoleger uffed uual et alii XXVI. gubernante Corbeiam Warino.

§. 140.

Thuring comes (V) ut traditionem propriae hereditatis quam olim fecerat renouatione certificaret per omnia ita se peregisse sicut supra notum est in sua traditione confessus est palam coram his testibus liuthard houlf hered uualdhard heinric et aliis XI.

§. 141.

Tradidit *hadolduf* pro anima patris sui *eilbert* iurnales XXX et locum statuendi domum in *grimileshusen* (W) testes reginolduf uuichger sidac.

§. 142.

Tradidit *alfric* pro anima fratris sui *obtrit* (X) mansum unum in *falhasus* (Y) testes addasta hemmic theodger beuo.

§. 143.

(T) *Lex Saxonica*, quæ in pago *Hasugo* fuit in vsu, indicio nobis esse poterit, pagum Hasugo ad Saxoniam nostram olim pertinuisse, ita tamen, vt *Mimileuu* in Thuringiæ et Saxoniæ confiniis exstiterit, quia Mimileuu in allato diplomate nominatur marca seu limes. *Sigefridus* ergo, in cuius comitatu obuia anno 980 hæc marca erat, sine vllo dubio comes, et fortassis marchio, in eadem marca fuit. Videtur is fuisse filius *Thiatmari III*, fraterque *Haddonis V.* marchionis orientalis, de cuius prosapia egimus supra §. 104. not. (e) quod aliis perquirendum relinquimus. Legem Saxonicam, cum Widekindus noster Annal. Lib. I. p. 634. eam diligenter descriptam inueniri referat, quod hic publice significandum esse duximus, latere prodimus in archiuo Corbeiensi. Codicem membranaceum præstantissimum ac optimæ prorsus notæ, qui forma quarta legem Saxonicam complectitur, ibi perlustraui, quem Widekindus noster inter ceteros videtur indicasse. Hoc enim fatendum est, eundem codicem ætati Widekindi esse supparem. Dignus est ergo, qui edatur. De Lege Saxonica.

(U) Id est, feudi.

(V) De Thuringo comite, in villis Chirsenbruege et Nienthorpe, quidquid habuit, donante, vide supra §. 42. 47. 65. De comite Thuringo.

(W) *Grimileshusen* villa erat, testante Registro nostro, *in pago Hessi* sita. De pago Hessi tam Saxonico quam Franconico egimus supra §. 33. not. (v). Sine dubio vllo hic intelligitur designari Saxonicus. *Grimileshusen* enim est *Grimmelsen* ad Dimolam, vno milliari distans ab oppido Warborg in episcopatu Paderbornensi. De Hadoldo, filio Eilberti, vide supra §. 104. not. (n) De villa Grimileshusen.

(X) *Alfricum* cum fratre *Obtrit* supra §. 104. not (†††) et (u) ad stemma Widekindeum retulimus, et, quantum coniectura auguramur, eosdem fuisse filios Widekindi Magni, credimus. *Alfrici* vero coniugem exstitisse *Eillogam*, et *Tettam*, abbatissam Herifordensem, *Alfrici* filiam fuisse statuimus, permoti ad hanc sententiam partim nomine, quod in stirpe Widekindea sæpius recurrit, partim donis, quæ ipsæ tradiderunt, quæque in pagis Nethga, Hessi, Almunga et Pathergo posita erant. Bona enim, in pago Pathergo sita, vti sine dubio vllo ad Widekindi posteros spectarunt, ita bona, in pagis Hessi et Nethga obuia, indicio esse videntur, feminæ *Eillog* originem stirpi Brunonianæ fuisse innexam. De Alfrico.

(Y) Villa *Falhasus* erat in pago *Nithega*, seu Nethga, iam vero desolata est. Exstitit vero olim in loco adhuc dicto *das Valhuser feld* inter oppidum Peckelsen et Geden monasterium, in episcopatu Paderbornensi situm. De villa Falhasus.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 143.

Tradidit *folclog* (Z) manſum dominicatum cum omnibuſ ad eum pertinentibuſ in *pago marſtem* (a) in uilla nuncupante *fohanreder* teſteſ ailbert radmer adaluuart albmer et alii ſex.

§. 144.

Tradidit ecgio quidquid habuit in *cogharden* (b) teſteſ marcbodo comeſ eiſulf adalold aldmer byda et alii V.

§. 145.

Tradidit ade quidquid habuit in *bochem* (c) teſteſ reinheri thiadheri gherheri.

§. 146.

Tradidit *alfric* in *odburgun* (d) manſum unum cum familia eundem manſum excolente teſteſ hunuuard ricbert emmino.

§. 147.

De Folcloga.

(Z) *Folcloga* ſine vllo dubio abbatis noſtri Warini fratria erat. Infra enim §. 231. eius vir appellatur *Beuo*, qui citra controuerſiam eſt ſæpe nominatus *Beuo* comes, pater *Beuonis*, atque auus *Bouonis*, abbatis Corbeienſis, gubernantis abbatiam noſtram tempore Ottonis cæſaris, vti infra videbimus. Hanc autem *Folclog* ex ſtirpe Widekindi Magni, cuius probabiliter neptis fuit, oriundam fuiſſe, ex illis, quæ hoc loco donat, colligere licet bonis, in pago *Merſtem* ſitis. In eodem pago, et in eadem villa nepos eius ex fratre, *Wibertus*, (§. 337.) monaſterio noſtro quædam donauit. In eodem pago eius pronepotes atque abnepotes prædia ſua habuere, immo malla ſeu iudicia ſua exercuerunt, vti iam ſupra §. 104. not (u) demonſtrauimus. Vnde probabiliſſimum eſt, hanc *Folclog* ad ſtemma Widekindeum ſpectaſſe. Et quis credere poteſt, *Beuonem* comitem, ducis Ecberti *filium*, aliam feminam, quam ex ſtirpe quadam illuſtri oriundam, in matrimonium duxiſſe? Talis ſine dubio vllo ſtirps *Widekindi M.* fuit.

De pago Marſtem.

(a) Pagus *Marſtem* ex mente *Caſp. Abelii* in *Antiquit. Saxon.* p. 318. a fluuio Innerſte nomen accepit, atque in epiſcopatu Hildeſienſi inueniendus eſt. Sed, falli Abelium, eruditi iam pridem agnouere. Illuſtris *Gruberus* P. I. der *Zeit und Geſch. Beſchr. der Stadt Göttingen* pag. 25. hunc pagum in præfecturis Calenberg et Blumenau fixit; D. *Grupenius* autem in præfecturis Calenberg et Coldingen in Principatu Hannouerano, in *Diſcept. Forenſ.* p. 544. collocauit. Adprobant id ipſum villæ, quæ huic pago in documentis litterariis tribuuntur. Hæ vero ſunt 1) *Lindart*, Linderte: 2) *Lembere*, Limmer ante portas vrbis Hanouerae: 3) *Patihus* et *Pattenhuſen*, oppidum Pattenſen: 4) *Runebergen*, Ronnenberg vno milliari ab vrbe Hanouera diſtans: 5) *Trathe*, villa deſolata in præfectura Coldingen prope Coldingam, quam cum Ill. Grupenio diſtinguendam eſſe cenſent a villa Drothe in pago Aſtfalo in præfectura Tammonis: 6) *Haringebuſen*, Herrenhauſen: 7) *Bauenſtide*, fortaſſis Bavenſtedt in præfectura Steuerwald in epiſcopatu Hildeſienſi: 8) *Walesrode:* 9) *Euerdiſſem*: 10) *Nitelrede*: 11) *Kobbinghuſen:* 12) *Herdere:* 13) *Liukiungun*: 14) *Munuslo* ſeu Mandelslo: 15) *Fohanreder*, aliæque, de quibus infra pluribus:

(b) *Cogharden* erat *in pago Wikanauelde*, hodie dicitur *Kater* in præfectura Grene prope vicum Delliſſen ad ſiluam Hils. Patroni parochiæ ſunt Generoſiſſimi Krammii, in Sampleben prædium equeſtre habentes.

De villa Bochem.

(c) *Bochem* villa erat ſita in pago Nithega ſeu Nitherſi, nunc *Buken* in epiſcopatu Paderbornenſi, haud procul a Driborg et Swaney.

De villa Odburgun.

(d) Supra (§. 142.) *Alfricus* quædam tradiderat in villa Falhaſus *in pago Nithega*. Iam quædam addit ex eodem pago in villa *Odburgun*, quæ villa *Otbergen* eſt in diœceſi Corbeienſi, vno milliari a noſtra Corbeia diſtans occidentem verſus. Nec multo longius abeſt a villa deſolata Falhaſus. Quomodo vero bona hæc in manus domini, e ſtirpe Widekindea orti, peruenerint, diximus ad §. 142. paullo ante.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 147.

Tradidit liutheri pro anima patriſ ſui et matriſ ſuae quidquid habuit in *tuiſtai* (e) teſteſ uolauer auo cutuman et alii IIII. gubernante Corbeiam Warino.

§. 148.

(e) *Tuiſtai* villa erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Heſſi Saxonico.* Eam ob cauſam ſine dubio vllo intelligendus eſt vicus *Twiſte* in principatus Waldeccenſis præfectura Arolſen ad fluuium, dictum die *Twiſte.* In eadem villa *Twiſte* feuda quædam ab eccleſia Corbeienſi anno 1348. ſuſceperunt Conradus de Virmynne et Ambroſius de Norderbike, quæ reſignauerat Ludolfus de Horhuſſ, teſtantibus litteris, obuiis in archiuo Corbeienſi. Manſiſſe autem aliquid iuris nobilibus dominis de Horhuſen in villa *Twiſte*, adprobant ſequentes tabulæ, quas ex protographis litteris eiuſdem archiui in lucem emittimus. En eas: De villa Tuiſtai.

Nos olricus de horhuſen miles. vniuerſis ad quos p̄ñtes lr̄ē * pue- * præſentes litteræ
nerint cupim⁹ fore notum publice ꝓteſtando quod de pleno ⁹ſenſu
Johannis ñr̄i filii et frederici quondam Conradi de Horhuſ ñr̄i fratris
filii bone memorie et ōīūm ñr̄ōꝝ † heredum bona voluntate vendidim⁹ † noſtrorum
et in p̄ñtib⁹ vendim⁹ vnā marcam penſionis denaꝝ * in Wartberg vſua- * denariorum
liū honorabilib⁹ viris et religioſis dñō p̄poſito et conuentui m̄ōñ. †
montis marteñ. de ñr̄a curia in *tviſſene* ſita quam ad preſens Henric⁹ de † monaſterii
Weden colit ſingulis annis in feſto b̄ti michahelis per dictum colo- * dictam
nū ſeu aliū vel alios quis vel qui d̄cam * curiam coluerint vel ſe de † primo
ea intromiſerint ſemp ꝑmo † et principaliter ātequā * nobis d̄ño olri- * antequam
co vel ñr̄is heredib⁹ quidquam datum fuerit de curia eiſdem antedictis
d̄ñis d̄ño p̄poſito et ⁹uētui p̄d̄co ſcilicet mon. montis Mart. dandam
quiete ac hereditarie habendam pacifice et in ꝑpetuum poſſidendam ac
expedite miniſtrandam ñr̄a uel ñr̄oꝝ heredum ōīūm̄ reclamacione non ob-
ſtante. Volentes d̄c̄e penſionis cum Johanne et frederico p̄d̄c̄is ac quibuſ-
cunq̧. aliis ñr̄is heredib⁹ antedictis d̄ñis d̄ño p̄p̄to et conuentui montis
mart. veram et legitimā p̄ſtare et facere warandiam quandocunq̧. quo-
tienſcunq̧. et ubicunque ab ip̄īs fuerim⁹ requiſiti p̄ut īp̄īs ꝓmiſim⁹ et fide
data ꝓmittim⁹ in hiis ſcriptis. In quorū teſtimonium ſigill. ñr̄. d̄ñi olrici de
horhuſen militis una cum ſigillis Johannis ñr̄i filii et frederici ñr̄i pa-
trui p̄d̄tōꝝ p̄ñtib⁹ eſt appenſum et nos Johannes et frederic⁹ famili d̄c̄i
de Horhuſen quia ad omnia p̄miſſa ñr̄um plenū adhibuim⁹ ⁹ſenſum ñr̄a
ſigilla p̄ñtib⁹ duxim⁹ apponenda. Datū anno d̄ñi milleſimo tricenteſi-
mo qūīquageſimo ꝑmo. . . . . dominica, qua cantabatur oculi.

In eadem villa *Twiſne* conſtituendi comitem liberum, qui vulgari nomine *Frigraue* nominabatur, licentiam dederat Theodorico Corbeienſi abbati Carolus IV Romanorum ſemper Auguſtus et Bohemiæ rex, teſtante eiuſdem cæſaris diplomate ad annum 1349, quod infra adducere volumus. Heic eiuſdem imperatoris diploma, nondum editum, inſerere reliquis monumentis volupe eſt. In eo comitem liberum abbatiæ noſtræ, in villa Twiſne iura dicturum, Carolus IV confirmauit hunc in modum:

Wyr *Karl* van Godes Gnaden Romiſcher Keygſer tzo allen Zyden Mehrer des Riches und Conig tho Behem bekennen offenlichen an duſsen Bryveh wan der ehrwerdighe *Henrich Biſchoff tzo Paderborn* unſer lieber Fürſte unde andechtigher van des Stifftes wegen van *Corbey* uns ghebeden hat; datz wyr Henrich ghenannt Mymicken tzo eynen fryen Graben zetzen wollen an dem Vrych gherichte unde Stole tho *Horhuſſ* unde watz dar tho gehort. unde wan wyr befunden haben noch guder Underwyſinge das derſelbe Henrich Mynike dar tzo wol dog unde werdig iſt, ſo han wyr unſer ehe genanten Forſten Bede gehort unde han denſelben Henrich mit vorbedachten Mote unde van unſer Keygſerlicher Macht tho *Horhuſen* unde waz dar zho gehoret dem Stiffte tzo *Corbey* tzo *Twiſne* tzo *Dorpede* und tzo *Weſthem* tzo

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 148.

Tradidit gheruuard in *uuuringreſhuſ* (f) iurnaleſV teſteſ uolcric addic daguuelp et alii quatuor.

§. 149.

fryen Graven geſatzt, alſo das he daſelben richten unde alle die Sake doen moge die ein fry Grave van rechte edder van Gewondheit don mag und ſal ane alle Hinderniſse. Myt ohrkund ys dit verſiegelt myt unſerem kleinen hangenden Ingheſegele. Gegeben zu Pyrn nach Chriſtus Ghebort dryttzenhundert Jar darnach in dem ver unde ſeztigeſten Jare an Dynſtage in der Oſter wochen unſer riche in dem achtzenden und des Keyſerlichen in dem tzenden Jare.

Poſt hæc Johannes de Horhuſen, habitans in *Twiſte*, reſignauit anno 1440 bona quædam feudalia in *Twiſte*, quæ rurſum Wernher de Sunrike in feudum accipit, teſtante diplomate archiui Corbeienſis, quod eam ob cauſam monere voluimus, vt conſtet, quomodo Ludouicus Landgrauius Haſſiæ illa bona feudalia acquiſierit. Sequentes enim illam docent rationem litteræ. En illas:

Wir *Ludewig* von Gotis Gnaden *Landgraue tzu Heſſen* bekennen vor uns und unſe Erbin uffintlich in dieſem Brieffe vor allen Luten als wir *Wernher von Sunrich* und *Guſcen* ſiner elichen Huffrauwen abegekaufft han die Kemenaden und den Ampthof ztu *Twiſten* myt irer ztubehoringe die danne von den wirdigen abete und Stifte ztu *Corbey* ztu lehin gehin und daz capitel ztu *Corbey* uns auch ſolich kauft gewilliget und ztu gelaſsen hayn doch myt ſolich underſcheide das ſie die gẽn. kemnaden und den ampthof von uns adir unſẽ erbin loſen und wiederumb kauffen mogen vor eilff hundert gute Rinſche Gulden nach Innhalte und uſswiſinge des Brieffs den ſie uns dar ubir gegebin han. Alſo bekennen wir nu das wir adir unſer erbin ſolich Kemnathen und Ampthof myt' ſinen ztubehoringen dem Stiffte ztu *Corbey* wiederumb ztu loſen und ztu kauffe gebin woln vor die egẽn. Summen Geldes doch alſo war wir daranne virbuwet und auch Gulde Renthe adir Ztintze dar ztu gehorende geloſt und an uns bracht hetten das ſie uns und unſen erbin ſolich gelt myt de houbt Summen uſsrichten und berzaln und auch den ~~auch den~~ kauff nymande tzu gude thun dann in ſelbs und myt irem eigen gelde und wan ſie den Wederkauff alſo theden ſo ſoln doch die Kemnade und Ampthoff tzu *twiſten* unſs und unſir erbin uffen ſin und bliben uns dar uſs und darjnne ztu behelffen witder aller melich alles ane geuerde. als auch daz Stifft ztu *Corbey* nemlich die Probeſtie ztu *Corbey* die probeſtie ztum *Berghe* und die Kofterie ztu Corbey etliche gulde und gerechtikeide haben uſs Huben Landen und molen daſelbs ztu *twiſten* was ſie der buſsher da gehabt und noch in ihrem beſitthungen und weren haben da bie ſoln und woln wir und unſse erbin ſie auch laſsen und ſie daran nicht hindern noch drangen. alles ſunder geuerde und ane argeliſt des tzu urkunde han wir unſer Ingeſegel herannen thun hencken. Gebin uf mantagh nach ſant pauwls tage conuerſion. anno dñi milleſimo cccc. quinquageſimo.

Sigillum lectori ſeſe offert in Tab. II, n. 5.

Quibus omnibus addendum eſt, iam ſereniſſimos principes, de Waldeck cognominatos, iiſdem bonis ſcilicet *mit den frey Stuhl und freyen Amthoſe zu Twiſte* ab eccleſia Corbeienſi infeudari. De quo negotio agendum eſt in *Clientela Corbeienſi*. Hæc autem loco ſpeciminis adducere voluimus, vt conſtet, quomodo res plurium in his traditionibus obuiorum bonorum comparata ſit.

De villa Wuringreshus.

(f) *Wuringreſhus* villa erat *in pago Heſſi*. deſignatur *Wirminghuſen* in præfectura Arolſen intra principatum Waldeccenſem. An Gherwardus, qui hæc tradidit, frater

§. 149.

Cupiens aeterna temporalibus mutari et caducis super mensura acquirere tradidit *haduuy mente deuotissima* (g) ad reliquias sēi protomartyris stephani nec non et sēi uiti martyris pro redemptione uidelicet animae uiri sui amalung atque filiorum suorum *bennid* et *amalung* (h) quidquid habuit in *uueredun* (i) et in *upuueredun* (k) et

guber-nante Corbeiam Warino.

ter seu consanguineus fuerit Liutheri, qui in villa Tuistai §. 147. quædam tradiderat, atque hi ambo inter progenitores nobilium dominorum de Horohusen referendi sint, id nunc quidem in medio relinquimus. Illud inficiandum non est, Horohusanos Nobiles inter antiquissimos nostræ Saxoniæ esse numerandos.

(g) Attende animum ad titulum insignem, quo salutatur *Hadwy* soror abbatis Corbeiensis *Warini*. Blanda hæc verba scriptor particulæ huius codicis nostri dare potuit ad captandam abbatis sui *Warini* gratiam. Sed hoc mimine probabile. Id potius nobis verisimilius videtur, eo iam tempore *Hadwynam* tori consorte orbatam, et ipsam *Warini* nostri sororem, vti ab auctore coætaneo *Translationis S. Pusinnæ T. I. S. R. B. Leibn.* p. 182. appellatur, cogitasse, qua ratione vitam suam inter sacratas virgines Herifordensis collegii transigeret. Indicari vero hoc loco sororem *Warini* et filiam ducis *Ecberti* atque *Idæ*, negari nequit, quia supra §. 125. *Cobbo* filius *Ecberti* ducis atque abbatis *Warini* frater, eodem auctore teste l. c. auunculus *Amalungi* nominatur. Qui *Amalungus* hic filius *Amalungi* et *Hadwynæ* nuncupatur. Dignissima hæc sunt bona, vt considerentur accuratissime, quæ *Hadwy* monasterio Corbeiensi hic donauit. Singulæ enim villæ traditæ non procul absunt a celebratissimo Saxonum castro *Brunonisburgo*, quod ad familiam Ecbertinam seu Ludolfinam olim relatam esse, ex hoc etiam loco rectissime videtur colligi posse. Sine dubio enim *Weredun* et reliquæ villæ ad hereditatem *Hadwy*, filiæ *Ecberti* ducis, spectarunt. Ideoque eadem *Hadwy* ius ac potestatem habebat easdem villas dandi monasterio nostro. Et quia locus Huexori situs in pago Auga, in quo Corbeia nostra erat, sine vllo dubio ad castrum Brunonisburgum quoque pertinuit, hinc *ius aduocatiæ Corbeiensis* etiam *Luidolfo* duci eiusque posteris cessit. Porro adde, quod *Adalardus* senior eiusque frater *Wala* fuerint fratres *Idæ* ducissæ, vti iam supra demonstrauimus. Credimus itaque, Adalardo fratrique necessitudines fuisse in Saxonia, et inde cogitationem de condenda apud Saxones noua Corbeia profluxisse.

De Hadwy sorore Warini abb. Corb.

(h) Obserua ex his primo affinitatem familiæ Billinganæ cum illustrissima stirpe ducis *Ecberti*, qui erat affinitate Carolo M. regi Francorum coniunctus. Porro admirare imprudentiam historicorum quorundam, qui *Hermanni* ducis Saxoniæ patrem *Billingum* non erubuerunt diuitem rusticum Principatus Luneburgici appellare. Sane hæ nugæ, quæ in ore omnium nondum euanuere, iam vno ictu corruunt. Nomen accepisse videtur *Bennid*, *Amalungi* filius, a patruo suo *Bennitho* comite Saxoniæ, qui patre *Amalungo* natus fuit, qui a Carolo M. noualia quædam in Buchonia accepit, teste diplomate iam supra §. 104. nor. (w) adducto, *Amalungo* autem fuisse a patre atque auo eiusdem nominis nomen inditum videtur. Sator vero huius familiæ *Amelungus* fuerit opulentissimus quidam dominus tempore Caroli M. oportet. Quamobrem huic stirpi in magnis deliciis fuisse apparet nomen istud eiusque monimentum. Fortassis ab vno horum Amelungorum vicus Amelickhusen in Principatu Luneburgico nomen traxit. Ab *Amelungo* autem, filio ipsius *Hadwy*, Amelungeshem in abbatia Corbeiensi, haud procul a vico Weredun, ædificata videtur fuisse. Ab ea villa post hæc quidam ministeriales Corbeienses, domini de Amelungessen, appellati fuere.

De Amalungo.

(i) *Weredun* villa hodie dicitur *Werden*, iacetque ad fluminis Wiseræ ripam, vix itinere dimidiæ horæ a castro Brunonisburgo in diœcesi Corbeiensi disiuncta.

De villa Weredun.

(k) *Upweredun* villa desolata est, sita non procul a dicto vico Werden, e regione quidem castri Brunonisburgi, at sub radicibus montis Wildborg, ita appellati a castro Wildborg, quod quondam super montem istum exstitit, iam vero etiam desolatum est, paucis ruderibus exceptis.

De villa Upweredun.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

et in *beuerungun* (l) cum omnibus pertinentiis eorum id est cum terris cultis et incultis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus nec non et mancipiis utriusque sexus ad eadem loca pertinentibus huic traditioni praesentes affuerunt hi *bardo comes thiandger comes marchodo comes ecbert* adalold eysulf horid cado et alii LVII omnes autem huic traditioni praesentes fuere LXV.

§. 150.

Tradidit hildilec et thiadbert in *falohus* (m) mansum unum cum siluis et pascuis testes habert horic uolchard uuohrid baddo et alii XI.

§. 151.

Tradidit abbe pro anima uiri sui in *dungun* (n) . . . . . testes iidem qui supra.

§. 152.

Tradidit adalbold pro remedio animae matris suae suuanahild quidquid habuit in *budineseldun* (o) in *amriki* (p) testes ghiki uuulfrid folker maynhard bernnulf et alii decem.

§. 153.

De villa Beuerungen.

(l) *Beuerungun* hodie appellatur *Beuerungen*, atque oppidulum est ad fluuii Visurgis ripam, vix iter dimidiæ horæ a vico distans Werden. Olim spectauit locus ad iura principis Corbeiensis. Nunc vero refertur partim ad Corbeiensem abbatem, partim ad episcopum Paderbornensem. Iacent autem hæc tria loca quasi in triangulo, atque olim erant, testante Registro nostro, *in pago Nerga*. Ipsa villis Godeleuesheim et Rehon, quæ eodem in pago fuere, circumcluduntur.

De villa Falohus.

(m) *Falohus* villa erat *in pago Nithega*, iam desolata, olim in episcopatu Paderbornensi haud procul a Gerden vico sita.

De villa Dungun.

(n) *Dungun* villa olim sita erat in pago *Auga*, dudum vero euersa, obuia in territorio Corbeiensi inter Lebendorf et Furstenauiam, vno milliari a nostra Corbeia distantem. *Abbe*, quæ hæc tradidit pro viro suo, videtur domina fuisse vel *Withmanni* comitis, vel *Herimanni* vxor, de quibus vide §. 18. et 93.

De villa Budinefildun.

(o) De villa *Budinifeld* in *pago Logne* intra principatum Gottingensem vide supra §. 33. not. (u). Sed non est extra omnem dubitationem positum, eandem villam *Bodenfeld* ad Wiseram hic designari. Quia enim, testante diplomate supra §. 139. allato, etiam villa quædam *Budineueldon* fuit in *pago Nitherse*, quæ villa desolata est non procul a vico Driborg in episcopatu Paderbornensi, vti iam supra diximus §. 87. perhibere quis posset, eundem vicum *Benvilte* hic indicari, quia certum est, pagum *Nibterse* seu *Nethga* ad Angariam pertinuisse. Quare delige, vtra placuerit. Mihi inter hæc probabilissimum videtur, denotari *Bodenfelde* ad Wiseram, quæ villa olim erat in pago Logne.

De Angaria veteri.

(p) *Amriki* videtur nomen corruptum. Non enim potuit propter pallorem, a vetustate exortum, clare et distincte legi. Videtur substituenda vox *Angri* vel *Angeri*. Videtur scriptor codicis nostri indicare voluisse, villam *Budinifeldun* in pago *Logne* vel *Nibterse*. Sciendum enim est, nostram antiquam Saxoniam olim diuisam fuisse in tres partes seu prouincias maiores, scilicet in *Saxoniam orientalem*, *Westfaliam*, atque *Angariam*, testante Widekindo nostro in *Annal.* Lib. I. p. 634. his verbis: *Gens Saxonum triformi genere ac lege præter conditionem seruilem diuiditur. A tribus etiam principibus totius gentis ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac vocabulis nouimus signatos, in* ORIENTALES *scilicet populos*, ANGARIOS *atque* WESTFALOS. *Si autem vniuersale bellum ingrueret, sorte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad administrandum imminens bellum. Quo peracto æquo iure ac propria potestate vnusquis-*

quiſque contentus viuebat. Nominatur autem Weſtfalia interdum quoque *Saxonia occidentalis;* vtraque vero Saxonia tam orientalis quam occidentalis flumine Wiſera quaſi diſterminabatur. Nominabantur illi itaque *Weſtfali*, qui Rhenum inter ac Viſurgim conſederant. *Angaria* autem in media vtriuſque *Saxoniæ*, tam occidentalis quam orientalis, parte interiacebat. Hinc id loco erroris eſt deputandum, quod defunctus a. 1746 Lauenſteinius, quondam Hildeſienſium ad S. Michaëlis ac tandem ad S. Iacobi animarum parochialium paſtor, in *Hiſtoria Epiſcopatus Hildeſienſis* p. 12. ſeq. denuo recoxit, ratus, *Angariam* ad *Weſtfaliam* duntaxat relatam fuiſſe. Ipſe eam ob cauſam merito a doctis Lipſienſibus fuit caſtigatus. Quamuis vero Lauenſteinius ad chartas geographicas antiquas Germaniæ prouocauerit, nemo tamen non videt, illis in hiſce antiquioribus geographiæ momentis nullam ineſſe vim, nullum pondus. Vetuſtiora diplomata hic omne ferunt punctum. Sitam autem fuiſſe *Angariam* tum cis, tum trans Viſurgim, docent diplomata noſtra Corbeienſia. Ipſam Corbeiam trans Viſurgim fuiſſe in *Angaria*, patet exinde, quod illa ponitur modo intra pagum *Angri*, modo in pago *Auga*. Pagus *Angri* ſine vllo dubio denotat pagum maiorem ſeu generalem; pagus vero *Auga* deſignat pagum ſpecialem. Eſt ad manus diploma quoddam præſtantiſſimum, nunquam antea editum atque in Hiſtoria Corbeienſi edendum, cuius clauſula hæc eſt: *Actum Corbeia ſecundum leges Angeriorum.* Pagum porro Suilbergi cis Viſurgim in comitatu Daſſelienſi fuiſſe in *orientali Saxonia* atque in *Angaria* ſitum, diploma quoddam ineditum clare demonſtrat. Addimus, pagum præterea Logni cis Wiſeram in principatu Göttingenſi fuiſſe Angariæ partem. Adprobabimus ſequenti diplomate imperatoris Hludouuici, quod ex autographo accurate in lucem producimus, id, quod veritati congruere modo contendebamus. En illud:

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

℄ In nomine domini dī et ſaluatoriſ ñri īhu Xpī hludouuicuſ diuina repropitiante clementia impr̄ auguſtuſ. ſi liberalitatiſ noſtrae munere de beneficiiſ a đō nobiſ conlatiſ lociſ đō dicatiſ quiddam conferimuſ id nobiſ et ad mortalem uitam feliciter tranſigendam et ad aeternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimuſ. Id circo nonotum fieri uolumuſ oīūm fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum ſolertiae quia complacuit ſerenitati noſtrae quaſdam uillaſ iuriſ noſtri ſitaſ in *angrariiſ* in *logni* quarum uocabula ſunt *ſulbichi* et *hemlion* monaſterio quod dicitur noua *Corbeia* ubi praeſenti tempore *uuerinuſ* uenerabiliſ abba paſtor et rector eſſe dinoſcitur ſub integritate per hanc noſtram auctoritatem delegare ut noſtriſ et ſucceſſorum noſtrorum temporibuſ in ditione eiuſdem monaſterii perpetualiter conſiſtant ad ſtipendia monachorum inibi conſtitutorum et neceſſitateſ eiuſdem monaſterii procurandaſ atque ſubleuandaſ. haſ ut diximuſ uillaſ ſub integritate cum omnibuſ rebuſ appendiciiſ et terminiſ ſuiſ et cum omnibuſ rebuſ ad ſe pertinentibuſ id eſt domibuſ ceteriſque aedificiiſ terriſ pratiſ ſiluiſ campiſ paſcuiſ aquiſ aquarumque decurſibuſ cultiſ lociſ et incultiſ mobilibuſ rebuſ ac ſe ipſaſ mouentibuſ mancipiiſ diuerſi ſexuſ et aetatiſ praedicto monaſterio concedimuſ atq̄. confirmamuſ ut ab hac die in futurum ſicut dictum eſt in iure ac poteſtate ipſiuſ perpetuo permaneant abſque cuiuſlib& comitiſ uel publici iudiciſ aut cuiuſlibet perſonae contradictione uel refragatione. et ut haec noſtrae donationiſ atq̄. conceſſioniſ auctoritaſ inuiolabilem et inconuulſam obtineat firmitatem manu propria ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri impreſſione adſignari iuſſimuſ.

ſignum hludouuici ſereniſſimi imperatoriſ

Hirminmaruſ notariuſ ad uicem theogoniſ recognoui et ſſ

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 153.

Tradidit folker quidquid habuit in *riudiun* (q) teſtef folcbold bernulf bant heio ailbern et alii XVII.

§. 154.

Tradidit ſini in *ſulbeke* (r) manſum unum teſtef odulf erluni erlulf adalold et alii treſ.

§. 155.

Tradidit *jda mente deuotiſſima* (ſ) ad reliquiaſ ſc̄orum martyrum ſtephani et uiti reſ proprietatiſ ſuae quaſ ſibi domnuſ imperator hludouuicuſ

data iduſ mai anno Xpo propitio XXI imperii domni hludouuici piiſſimi auguſti indictione XII actum aquiſgrani palatio regio in d̄i nomine feliciter amen.

Sigillum exhibuimus Tab. II. n. 6.

Cum itaque ſupra §. 33. villa *Budinifeld* in pago Logne collocetur, hoc autem loco in Angeri, nulla ex eo repugnantia ſe prodit. Nam indicatur prouincia maior per Angariam. Supra autem pagus ſpecialis, qui pagus Logni erat, memorabatur.

De villa Riudiun.

(q) De villa *Riudiun* in pago *Ambergo* vide ſupra §. 127. not. (u). De *Folkero* porro, qui tradidit in hac villa, quidquid habuit, vide §. 104. not. (†††).

De villa Sulbeke.

(r) *Sulbeke* villa diſtinguenda eſt a *Sulbichi* villa, quæ in allato diplomate Hludouuici ponitur *in pago Logni*. *Sulbeke* enim quædam erat, teſtante noſtro Regiſtro, *in pago Auga*. Eſt autem villa *Sulbeke* dudum derelicta, quondam ſita inter oppidum Holtzminden, et vicum Luchteringen in territorio Corbeienſi. conf. infra §. 257.

De Ida duciſſa.

(ſ) Cum *Ida mentis deuotiſſimæ* femina appelletur; probabiliſſimum eſt, hoc eſſe exinde profectum, quod gratificari voluit abbati ſuo Warino huius loci ſcriptor, non quidem vt adularetur illum, ſed tantum vt indicaret, qua gauderet matre reuerendus præſul. Docent enim Acta Idæ duciſſæ Tom. I. Leibn. p. 171. ſqq. ab Uffingo, monacho Werthinenſi, conſcripta, illam reuera valde deuotam, quin immo inter ſanctas numeratam, *Idam* fuiſſe vxorem ducis *Echerti*, ac matrem *Bouonis*, *Cobbonis* ac *Luidolfi*, comitum, itemque *Warini* abbatis Corbeienſis, atque *Hadwy* abbatiſſæ, vt iam ſupra §. 104. not. (n) diximus. Nihil ergo reſtat, niſi vt demonſtremus quoque, eandem *Idam* oriundam fuiſſe e ſtirpe potentum Franciæ regum, ac filiam fuiſſe *Bernhardi*, fratris regis *Pipini*. Hoc autem eam ob cauſam oſtendamus neceſſe eſt, quia ſcimus, doctos viros plerumque hic abire paſſim in contrariam ſententiam. Leibnitius putauit T. I. S. R. B. in *Introduct.* num. 9. patrem *Idæ* duciſſæ fuiſſe vel Nebelungum, Matriacenſem comitem, e Childebrando natum, quem Caroli Martelli fratrem Fredegarius fuiſſe ſuſpicatur, vel Theodoricum, magnæ apud Carolum Magnum auctoritatis, et Ripuariis præfectum, qui, vti infra oſtendimus, Weſtfalis proximi erant. Quia autem hæ tantum doctæ Leibnitii erant coniecturæ, in coniecturis autem nunquam non quodam metu agitamur, verentes, ne res aliter ſe habeat; igitur Nic. Hier. Gundlingius in Libro de Henrico Aucupe p. 6. ſeq. arbitratus fuit, *Idam* Caroli Magni fuiſſe neptem ex filia *Berta* natam, quæ *Berta Angilberti* coniugio fuerit copulata, eique *Harnidum* et *Nithardum* pepererit, ipſo *Nithardo* teſte. Sed ſæpius mirati ſumus, viros doctiſſimos atque acutiſſimos non vidiſſe, *Idam* Caroli M. neptem, ex filia *Berta* natam, eſſe non potuiſſe, eo quod Chronologia repugnat.

pugnat. Atque, vt hoc palam fiat omnibus, adducenda sunt primo ipsa Eginhardi verba ex Vita Caroli M. f. 138. vbi hæc scripsit: *Karolus post mortem patris* (Pipini) *cum fratre* (Karolomanno) *regnum partitus, tanta patientia simultates et inuidiam eius tulit, vt omnibus mirum videretur, quod ne ad iracundiam quidem ab eo prouocari potuisset. Deinde cum matris* (Bertradæ) *hortatu filiam Desiderii, regis Langobardorum, duxisset vxorem, incertum, qua de causa, post annum repudiauit, et Hildegardim de gente Sueuorum, præcipuæ nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit, de qua tres filios Karolum videlicet Pipinum et Ludouicum, totidemque filias Rotdrudim, Bertam et Gislam genuit. Habuit et filias tres, Theodradam, Hildrudim et Rothaidem; duas de Fastrada vxore, quæ de orientalium Francorum Germanorum videlicet gente erat: tertiam de concubina quadam, cuius nomen modo memoriæ non occurrit. Defuncta Fastrada, Luidgardam Alamannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cuius mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim scilicet, quæ peperit ei filiam nomine Rothildim: Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adeldrudis nata est: et Reginam, quæ ei Drogonem et Hugum genuit, et Adelluidam, ex qua Thederichum procreauit.* Ex his Eginhardi verbis patet, matrem *Bertæ* fuisse *Hildegardim*. Cum hac Hildegarde Carolus ante annum 773 matrimonium contrahere non potuit. Duxisse enim Carolum regis Desiderii filiam anno 770, Annales Francorum Fuldenses Tom. I. Freheri referunt. Si itaque repudiauit eam post annum, *Hildegardim* Carolus rursus anno 773 in tori fœdus expetere potuit. Ponamus ergo, ex Hildegarde esse natum Karolum anno 774, Pipinum anno 775, Ludouicum anno 776, Rotradim anno 777, *Bertam* anno 778, et Gislam anno 779; *Bertam*que *Angilberto* nupsisse anno ætatis suæ XIV. Hac ratione coniugium inter eos contractum esse anno 792, nemo vnus videt et intelligit. Eodem vero anno nubere potuisse *Bertam* Angilberto, pernegamus strenue. Hoc enim pugnat cum verbis Eginhardi, qui nullam Caroli M. filiam, patre adhuc superstite, matrimonium contraxisse refert in Vita Caroli M. f. 139. his verbis: *Filiæ* (Karoli) *cum pulcherrimæ essent, mirum quod* NVLLAM *earum cuiquam aut suorum, aut exterorum, nuptum dare voluit: sed* OMNES *secum vsque ad obitum suum in domo sua retinuit: dicens se earum contubernio carere non posse: ac propter hoc licet alias felix, aduersæ fortunæ malignitatem expertus est: quod tamen ita dissimulauit, ac si de eis nunquam alicuius probri suspicio orta vel dispersa fuisset.* Cum itaque Carolus Magnus demum anno 814 die XXVIII. Januarii mortuus sit, eodem Eginhardo teste, *Angilbertus Bertam* anno 814 in tori fœdus accipere, atque *Ida* ducissa e matris vtero excludi potuisset anno 815. Si eapropter rursus ponamus, *Idam* anno ætatis suæ XIV. thalamum mariti conscendisse; exinde consequeretur, *Echertum* ducem *Idam* in tori accepisse sociam anno 829. Eo autem iam anno *Warinus, Echerti* et *Idæ* filius, abbatiam Corbeiensem gubernauerat per tres annos, et Carolus Magnus iam dudum e vita exierat, qui vero adhuc viuens matrimonium *Echerti* cum *Ida* procurauerat, vti Acta Idæ ducissæ testantur p. 172. Et quamuis *Nithardus* scripserit, se esse cum fratre *Harnido* filium *Angelberti* ac *Bertæ* filiæ Caroli M. non tamen addidit, suam quoque sororem fuisse *Idam* ducissam. Quonam ergo fundamento fretus eruditissimus Hildesheimensium olim coryphæus, medicinæ doctor, Conradus Bertholdus Behrens in *dem Hochgemüssigten Schreiben* iam supra laudatus scripserit p. 6: Gundlingium demonstrasse, *Idam* ducissam Caroli M. ex *Berta* fuisse neptem, ego prorsus non perspicio.

Io. Ge. ab Eccard in *Notis ad Vitam Hathumodæ Abbatissæ* p. 30. perhibet, *Idam* nostram fuisse filiam *Theodorici* et neptem *Bernardi* fratris *Pipini* regis Francorum. Duxisse enim, addit, *Theodoricum* filiam illius *Bernardi Theodradam*, ratus, *Theodoricum* istum fuisse Ripuariorum præfectum seu comitem et Caroli M. propinquum; *Bernardum* autem affirmat duxisse in matrimonium filiam quandam *Adolfi*, qui Widekindi Magni a secretis, ac pater *Walderici* et *Deddæ* seu *Theodorici* fuerit illius, qui anno 743 claruerit; *Waldericum* vero fuisse patrem *Theodradi* monachi Corbeiensis, et *Deddam* patrem *Waltgeri*, fundatoris abbatiæ Herifordensis, censet. Ipse, hanc suam sententiam adprobari posse, arbitratur Eccardus, ex *Translatione S. Viti*, quæ Tom. II. Scriptorum Historiæ Francorum f. 344. seqq. et Tom. I. S. R. G. Meibomii f. 763. seqq. reperitur, itemque ex Wigandi *Vita B. Waltgeri*, quam C. F. Paulinius edidit in *Commentario suo de pagis* p. 281. seqq. Sed tam Translationem S. Viti, quam Vitam B. Walt-

guber-nante Corbeiam Warino.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

B. Waltgeri scripta esse supposititia, et ad corroborandas veritates historicas minime apta, euincam in Historia Corbeiensi. Quemadmodum ergo, *Waltgerum* filium fuisse *Theodorici*, ac fundatorem monasterii Herifordensis, omnino negamus: ita *Adolfus*, qui tempore *Caroli Martelli* vixerit oportet, *Widekindi Magni* probabilissime anno 737 nati, a secretis esse non potuit. Quonam ergo fundamento quibusque de causis statui queat, eundem *Adolfum* fuisse patrem *Theodorici*, qui anno 743 in *Annal. Rerum Francorum* p. 144. Saxonum primarius appellatur, nullus non perspicit. Pater *Waltgeri*, vti ex his Traditionibus apparet, tempore Hludouuici pii floruit, et, si sequimur probabiliora, fuit *Herimannus* filius Widekindi Magni. Cumque idem *Waltgerus* tempore Hludouuici I et II bona quædam tradiderit monasterio nostro Corbeiensi, in pago Thiatmelli sita, testantibus §. 129. et 190, magnum et impudens mendacium est, quod Wigandus p. 287. perhibet, *Waltgerum*, patre et matre orbatum, *iam tempore Caroli M. omnem hereditatem suam ecclesiæ Herifordensi tradidisse*.

Quis ergo tandem, quæris, pater fuit *Idæ* ducissæ? Respondemus ad hæc iure nostro. Pater eius fuit *Bernhardus*, frater *Pipini* regis Francorum. Hic si pater dicendus est *Idæ* ducissæ, necessario quoque *Idam* appellari oportet sororem *Adalhardi*, *Walonis*, *Bernharii*, *Gundradæ* ac *Theodradæ*. Hisce enim liberis gauisum esse *Bernhardum*, id est, quod iam erit euincendum. Producimus itaque primo loco testimonium grauissimum *Paschasii Ratberti*, qui in *Actis Sanctorum Bolandi* et *Henschenii* mens. Januar. p. 97. *Adalardum* (abbatem Corbeiensem) nominat *regali prosapia Pipini M. regis nepotem et Caroli consobrinum augusti*. Idem p. 102. indicat, *Walam* et *Bernarium monachum Corbeiensem fuisse Adalardi fratres*, et *Gundradam eius sororem* exstitisse. Idem addit ibidem, *Theodradam*, *eiusdem Adalardi sororem*, *Suessione sanctimonialium vitam rexisse*. Si itaque *Adalardus* fuit Caroli Magni consobrinus, et *Pipini* regis nepos, pater eius fuerit oportet vel *Carolomannus* vel *Grifo* vel *Bernhartus*. Ex his autem fuisse patrem *Adalardi* et *Walæ*, *Bernhartum*, docet deinde Eginhardus, qui in *Annal. Rerum Francor.* inter alia ad a. 812. p. 164. ita disserit: *imperator* (Carolus) *generali conuentu Aquis solenniter habito Bernhartum*, *filium Pipini*, *nepotem in Italiam misit propter famam classis*, *quæ de Africa et Hispania ad vastandam Italiam venit*; WALLONEM, FILIVM BERNHARTI *patruelis sui*, id est, patrui, *secum esse iussit*, *quousque rerum euentus securitatem nostris afferret*. Hunc autem *Wallonem* fuisse fratrem *Adalardi*, Hludouicus imperator in diplomate fundationis monasterii Corbeiensis profitetur, vbi *Walonem* nominat *germanum Adalardi*. Huic consentit auctor *Translationis S. Pusinnæ*, qui Tom. I. S. R. B. Leibnit. p. 182 *Adalhardum* et *Walam fratres*, nuncupat *consobrinos Caroli*, *imperatoris augusti*. Fuisse autem denique *Idam* ducissam sororem *Adalardi* et *Walonis*, iam demonstrauimus supra, verbis Translationis S. Pusinnæ §. 29. not. (1) productis, e quibus patet, *Hadwidam*, abbatissam Herifordensem fuisse neptem *Adalardi* et *Walonis*, vtpote *ex eorum sorore Ida* genitam.

Non est, ita clamitas, non est profecto. Vocabulum enim *horum* in verbis loco laudato adductis, referendum est ad *Warinum* eiusque fratres, nam horum neptis fuit *Hadwi* abbatissa. Cum itaque *Erdmannus in Chronica Osnabrug. T. II Meibomii* p. 200. seq. indicet, fuisse quandam abbatissam Herifordensem, cuius nomen non addit, sororem comitis *Cobbonis* tempore *Hludouici pii*; imperante vero Hludouico I. abbatissa Herifordensis fuerit *Addila*, *Addila* illa ipsa fuit filia *Echerti* ducis atque *Idæ*, et mater abbatissæ Herifordensis *Hadwi*. Frater ergo *Hadwidis* abbatissæ constituendus est comes *Cobbo iunior*, qui cum sorore sua *Hadwi Carolo Caluo* tertio quartoue generationis gradu coniunctus erat, vti auctor Translationis S. Pusinnæ ibidem asserit. Stare ergo tua sententia non poterit, cum tot viri eruditissimi atque illustres statuerint, *Addilam* et non *Hadwidam* filiam fuisse *Idæ* ducissæ.

Sed hæc tu frustra. Quod vt palam fiat omnibus, primum nonnihil præmonere debemus, ne quis cogitet, me ad mea duntaxat admiranda esse aptum natum, cum tot viris illustribus assensum præbere non sustineam. Nullo enim nouaturiendi pruritu, nulla reprehendendi, vel alios affligendi, libidine, sed solo amore veritatis, ad hæc et cetera scribenda me ferri, publice profiteor. Quæcunque enim a viris egregiis egregie dicta sunt, ea vbique amplector, vbique exosculor, eaque adamo, quamdiu spiritus et vita hos rexerit artus. Docendum est deinde, id quod *Erdmannus*, seculi XV. scriptor, blaterat *in rebus* seculi IX.

fine

fine vllo teſtimonio ſcriptoris vetuſti et coætanei, fide eſſe indignum. At finge, *Erdmannum* vera prædicaſſe et ſua ex antiquioribus hauſiſſe. Sic prima tamen ibi abbatiſſa Herifordenſis *Tetta* deſignari nequit. *Addila*, quæ ſecunda fuit, poſſet exiſtimari filia *Ecberti* atque *Idæ*, dummodo demonſtrare liceret, *Cobbonem* comitem, quem *germanum abbatis Warini et abbatiſſæ Herifordenſis* appellat Erdmannus, vno tempore et vno anno tam abbati, quam abbatiſſæ, decimas Oſnabrugenſes tradidiſſe. Quemadmodum vero *Cobbo* fratri ſuo *Warino*, qui anno 853 mortuus eſt, quædam donare potuit, et, hoc defuncto, ſorori ſuæ abbatiſſæ; ita nihil impedit, quo minus deinde perhibere queamus, *Erdmannum* deſignaſſe non *Addilam*, ſed *Hadwidam*. Hanc ab illo indicari omnino, cenſemus, quia, ipſo Erdmanno teſte, *Cobbo* comes, frater *Warini*, demum anno 883 mortuus fuit. Quodſi nobis obiicere velis, loqui Erdmannum de ea abbatiſſa, quæ tempore *Hludouici pii* vixerit, eo quod Erdmannus *Cobbonem* nominauit *fidelem imperatoris Hludouici*, prætereaque memoriæ prodidit, hoc eſſe factum tempore epiſcopi Oſnabrugenſis Goſwini; tunc reſpondemus primo quidem, neque *Addilam* neque *Hadwidam* tempore Hludouici pii vitam moresque ſanctimonialium Herifordenſium rexiſſe, ſed *Tettam* adhuc anno 840, quo Hludouicus cæſar mortuus eſt, eidem abbatiæ præfuiſſe, et cum deinde, ipſo Erdmanno teſte p. 200, Goſwinus demum anno 864 deceſſerit, nullam cauſam videmus, cur non intelligere debeamus *Hadwidam*, quippe quæ iam anno 860 abbatiſſa fuit, teſte auctore Translationis S. Puſinnæ f. 183. Palam itaque eſt, vera non prædicaſſe Eccardum atque alios doctos æque erraſſe, perhibentes Agium in Vita *Hathumodæ* abbatiſſæ p. 9. ſignificaſſe per *amitam Hathumodæ* abbatiſſæ *Addilam* abbatiſſam Herifordenſem. Cum enim Agius ibi hanc *amitam Hathumodæ et grandæuam et ſenio confectam* nominet, et referat, illam *Hathumodæ* indefeſſam aſtitiſſe, cum *Hathumoda* XIII. kal. decemb. an. 874. deceſſerit, *Addila* abbatiſſa Herifordenſis eo anno non amplius in viuis, neque abbatiſſa erat. Nam *Hadwida* iam ante annum 860 regimen abbatiæ ſuſceperat Herifordenſis. Eandem vero *Hadwidam* adhuc anno 887 Herifordenſibus præfuiſſe, demonſtrat ac extra dubitationem collocat genuinum diploma regis Arnolfi, quod ex autographo infra producemus. Patet ex hoc ipſo, eruditos hucuſque nondum diſtincte ſatis, *Luidolfum* ducem fuiſſe filium *Ecberti* ducis, oſtendiſſe. Ipſi ita ratiocinati ſunt: ſi abbatiſſa Herifordenſis *Addila*, ſoror *Cobbonis*, fuit amita *Hathumodæ*, filiæ *Luidolfi*, *Cobbo* vero filius fuit *Ecberti* ducis, ſequitur, et *Luidolfum* fuiſſe filium *Ecberti*. Hæc procul dubio falſa et friuola eſt via ratiocinandi. Nam anno 874, quo *Agius* quandam abbatiſſam Herifordenſem nominauit amitam *Hathumodæ*, nulla abbatiſſa, nomine *Addila*, præſedit abbatiæ Herifordenſi. Quodſi vero *Addilæ* ſubſtituamus *Hathwidam* pro eo, ac debemus, argumentatio illa omnino vim adprobandi induet, et tali modo inſtituenda eſt. *Agius*, ſcriptor coætaneus, quondam abbatiſſam Herifordenſem anno 874 appellat *amitam Hathumodæ abbatiſſæ Gandersheimenſis* filiæ Luidolfi. Eo anno abbatiam Herifordenſem gubernauit *Hadwida*. Ergo *Hadwida* fuit ſoror ducis *Luidolfi*. *Agius* enim p. 3. nominat illum, Orientalium Saxonum ducem, patrem *Hathumodæ*. Si *Hadwida* ſeu Hadwi ſoror fuit *Luidolfi* ducis; ſequitur, *Luidolfum* ducem quoque fuiſſe fratrem *Cobbonis*. *Cobbo* enim ab Erdmanno appellatur frater tam *Warini* abbatis Corbeienſis, quam abbatiſſæ Herifordenſis. Si *Cobbo* frater fuit *Luidolfi* ducis; ſequitur porro, *Luidolfum* ducem, comitem *Cobbonem*, *Hadwidam* abbatiſſam, ac *Warinum*, abbatem Corbeienſem, fuiſſe liberos *Ecberti* ducis atque *Idæ*. Fuiſſe enim *Warinum* abbatem filium *Ecberti*, ex Translationis S. Puſinnæ euidentiſſimis verbis patet, id quod etiam egregie e traditionibus noſtris confirmari poteſt, in quibus §. 126. *Luidolfus* appellatur *germanus Cobbonis*, et *Cobbo* §. 125. auunculus *Amalungi*. Fuiſſe autem *Amalungum Hadwidæ*, filium eluceſcit e verbis, §. 149. in medium adlatis.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Quæ cum ita ſint, neceſſario exinde conſequitur, pronomen *horum* in adductis verbis *Translationis S. Puſinnæ* capienda eſſe de *Adalardo* et *Walone*. Si enim *Hadwi Cobbonis* et *Warini* ſoror fuit, eadem illorum neptis eſſe non potuit. Traditiones noſtræ et auctor Translationis S. Puſinnæ non quadrant ad *Cobbonem* iuniorem. Illum enim iam anno 842 in celebritate eſſe verſatum et comitatum tenuiſſe, affirmaturum eſſe neminem, exiſtimamus.

At pergis, ſtare hæc non poſſe, quia ex Actis Idæ duciſſæ p. 172. eluceat, *Idam* duciſſam fuiſſe *vnicam* filiam patris ſui, ex noſtra vero demonſtratione ap-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

parere, *Idam* duciſſam non fuiſſe vnicam filiam *Bernhardi*; ſed ipſi fuiſſe ſorores duas *Gundradam* et *Theodradam*. Reſpondemus autem, ex ipſis Actis Idæ duciſſæ c. 8. p. 181. elucere, Uffingum ſua conſignaſſe anno 980. Nonne ergo facile fieri poterit, vt id ad aures Uffingi, non peruenerit, quod aliunde conſtat, ſcilicet *Idæ* fuiſſe duas ſorores, olim in monaſterio degentes, et ſic in obſcuro latentes? Verum ea exceptione opus non eſſe, patet ex eis, quæ iam iam dicturi ſumus. Statuimus enim, Uffingum omnino vera retuliſſe. *Ida* ſcilicet tantum *vnica* filia erat *laica*, reliquas tradiderat *Bernhartus* Deo eiuſque ſanctis cœlitibus in monaſterio Sueſſionenſi. Has non amplius habitas eſſe pro liberis a parentibus, comprobamus e Widekindo Corbeienſi, qui in Annal. lib. II. p. 649. *Luitgardam*, *Ottonis I* cæſaris filiam, appellat *vnicam eius filiam*, quam *Otto* deſponſauerit *Conrado*, Lothariorum duci; cum tamen certum ſit, nec Widekindo latuerit, habuiſſe *Ottonem* præter *Luitgardam* duas alias filias, ſcilicet *Mathildam* et *Adelheidam*. Quia vero altera abbatiſſa erat Quedlinburgenſis, altera abbatiſſa Eſſendienſis; hinc non amplius eæ reputabantur pro filiabus *Ottonis*. Dubitamus vero, dicturum eſſe quempiam, *Widekindi* noſtri memoriam vacillaſſe. Hæc enim exceptio ſtatim euaneſcit, conſiderare ſi quis volet, *Widekindum* ipſi *Mathildæ* abbatiſſæ annales ſuos inſcripſiſſe.

Vt autem tandem nihil omittamus intactum ac minus extricatum, quod noſtræ ſententiæ obiici poſſit, oſtendere præterea debemus, quomodo abbatiſſa *Hadwi*, filia *Idæ* duciſſæ, *Carolo caluo* tertio quartoque cognationis gradu coniuncta fuerit. Id autem tali modo fieri poſſe cenſemus. Vxorem ſcilicet *Hludouici* pii fuiſſe *Iuditham* Theganus cap. XXVI. teſtatur his verbis: *Sequenti anno accepit* (Hludouicus cæſar) *filiam Welfi ducis, qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bauarorum, et nomen virginis Iudith, quæ erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonici, eamque reginam conſtituit.* Nomen matris imperatricis *Iudithæ* prodidit auctor *Translationis S. Bathildis Reginæ*, qui cap. 1. *Anno viceſimo imperante*, inquit, *cum magna felicitate Hludouico ſereniſſimo auguſto in regno Francorum venit kala monaſterium vbi venerabilis abbatiſſa* HEGILWICH, GENETRIX IVDITH IMPERATRICIS *magno gregi ſanctimonialium præerat.* His teſtimoniis inniſi, tertium gradum conſanguinitatis ita damus erutum et repræſentandum:



Quartus vero cognationis gradus hic erit:



Hæc me primum feliciter explicaſſe, confidenter exiſtimo. Vt vero omnia hactenus dicta vno conſpectu diſpicere et perluſtrare poſſis, ſchema genealogicum, teſtimoniis ſcriptorum coætaneorum adprobandum, eam quoque ob cauſam adiungimus, quia in ſequentibus ad id ſæpe prouocabimus et recurremus.

TAB. I.

Pipinus maior domus.

Carolus maior domus † 741.

Carolomannus monachus † 755. | Pipinus rex † 768. vxor Francorum Bertrada. | Grifo † 753. | Bernhartus.

Carolus M. rex Francorum et imperator † 814. | Carolomannus rex † 771. | Pipinus n. 753. † 762. | Adalhardus abbas in vtraque Corbeia Francica et Saxonica † 826. | Walo comes post abbas in Corbeia Francica. | Bernharius monachus Corbeiensis. | Gundrada sanctimonialis. | Theodrada sanctimonialis Sueſſionenſis. | Ida vxor ducis Ecberti.

Carolus † 811. 2. non. dec. | Pipinus rex Italiæ † 810. 8. id. Julii. | Hludowicus pius imperator † 840. vid. Tab. 3. & 4. | Hugo Palatii notariorum ſummus 835. 839. occiſus 844. | Berta vx. Angilberti.

Pipinus rex Italiæ excoecatus † 818. | Hlotarius imperator † 855. | Pipinus rex Aquitaniæ † 838. | Harnidus. | Nithardus.

Hludowicus II. imperator Italiæ † 875. | Hlotarius rex Lotharingiæ † 869. menſe Julio. | Carolus rex Burgundiæ † 858. | Pipinus. | Carolus Moguntinus archiepiſcopus † 863.

Hugo natus e concubina Waldrada.

gubernante Corbeiam Warino.

TAB. II.

N.

Theodoricus Saxonum primarius. 743.

Widekindus M. dux Saxonum. | Bruno dux Angariorum. 775.

Ecbertus dux Saxoniæ vxor Ida filia Bernharti.

Beuo comes. | Warinus abbas Corbeiensis † 853. | Cobbo comes. | Luidolfus dux Saxoniæ. | Ecbertus. | Hadwy abbatiſſa Heriſordenſis.

Vide Tabulam ſtemmatis Brunoniani ſupra §. 104. not. (n).

TAB. III.

Hludouicus pius imperator † 840.

Hludouicus rex Franciæ orientalis † 28. Auguſti 876. vxor Hemma † 876.

Carolomannus imperator † 28 Martii 880. | Hludowicus rex Franciæ orientalis † 882. | Gherburg vx. Erdagi. | Carolus craſſus imperator deponitur 887.

Arnolfus imperator 887. † 8. Decemb. 900. | Vaiarinus.

Zwentebaldus. | Ratoldus. | Hludowicus rex Germaniæ n. 893. † 912. | Conradus occiſus 906. vxor Glismuoda.

Conradus I. vx. Chunegunda, rex Germanniæ 912.

TAB. IV.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

cus per praeceptum tradidit in *pago niftharfi* in uilla *ymminchuſen* (t) cum omnibus ibidem pertinentibus teſtes uolcuuerc *ecbertus* adalhard uolcrid hem et alii XXIII.

§. 156.

TAB. IV.



De pago Niftharfi.

(t) *Pagum Niftharfi* nullum eſſe alium, niſi iam ſæpius nominatum pagum *Nihtherſe*, *Nithega* et *Netga*, apparet ex noſtro Regiſtro Bonorum et Prouent. Abbatiæ Corbeienſis. Qui enim in codice noſtro appellatur Niftharfi, in Regiſtro abbatis Corbeienſis Sarachonis nuncupatur *Nithega* pagus. Sine vllo dubio *Ida duciſſa* in traditione ſua nomen pagi ita retinuit, vti id reperit in eo diplomate cæſaris Hludowici, quod ipſa eadem occaſione abbatiæ noſtræ et filio ſuo *Warino* tradidit. Ipſum diploma Ludouicianum dabimus, ſimul ac monuerimus, probabiliſſimum eſſe, per villam *Ymminchuſen* deſignari vicum *Himmighuſen* in epiſcopatu Paderbornenſi haud procul ab oppido Nihem, ad riuum dictum die Fiſchebeke, qui Embrinæ ſe committit fluuio, poſitum. In eadem villa nobiles domini, de Schilder dicti, poſſedere olim bona feudalia pariter atque allodialia. Illa acquiſiuere iidem ab eccleſia Paderbornenſi, hæc a Corbeienſi; atque hæc iam ſpectant ad nobiles dominos de Donop. Nunc vero accipe diploma cæſaris Hludowici:

In nomine dñi dī et ſaluatoriſ ñri ihū Xpī hludouuicuſ diuina ordinante prouidentia impr auguſtuſ. ſi iuſtiſ petitionibuſ uniuſ fideliſ ñri aurem accommodamuſ ſine dubio reliquorum animoſ in ſuo obſequio promptioreſ reddimuſ. Idcirco notum ſit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum induſtriae qualiter uenerabiliſ *ida* propinqua noſtra venienſ ad noſ rogauit celſitudinem ñrām ut reſ quaſ ei maritus eiuſ *ekbertuſ* quondam fideliſ comeſ noſter in pago niftharſi in villa imminchuſen conceſſit per ñrāe manſuetudiniſ auctoritatem confirmaremuſ cuiuſ rationabili petitioni aſſenſum praebenteſ per hoc ñrāe ſerenitatiſ praeceptum reſ in villa imminchuſen praedictae matronae conlataſ confirmamuſ et praecipienteſ iubemuſ ut nullo inquietante memorataſ reſ cum hiſ quae ad illaſ iure et legaliter pertinent iure proprietario poſſideat et quidquid de illiſ agere uoluerit abſque ulliuſ contradictione ordinet atque diſponat. Et ut haec conceſſioniſ auctoritaſ inuiolabilem atque inconuulſam obtineat firmitatem et a fidelibuſ ñrīſ et per futura temporum curricula ueriuſ certiuſque credatur eam manu propria

§. 156.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit richarduſ pro anima patriſ ſui nomine bernhari quidquid habuit in *helpdun* (u) et in *heſiti* (v) teſteſ erp aibet uolcmer tiadric et alii ſex.

§. 157.

Tradidit uffo qui et liudulfuſ pro anima fratriſ ſui boſoniſ in *drohem* (w) manſum cum omnibuſ appendiciiſ teſteſ frithuric thiadric liudman uuigiung et alii quatuor.

§. 158.

Tradidit beuo in *aſtonholteiemarki* (x) quidquid ibi habuit in familiiſ cam-

pria ſubter firmauimuſ et anuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimuſ.

Signum domni hludouuici ſereniſſimi imperatoriſ auguſti.

hrotmunduſ notariuſ ad uicem hilduuuini recognoui et ſſſ.

data XI kld decembriſ anno Xpo propitio XXV imperii domni hludouuici ſereniſſimi imperatoriſ indict. I. actum ingelenheim palatio V in dī nomine feliciter amen.

Sigillum habet
Tab. II. n. 6.

(u) *Helpdun* villa, erat teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Nithega*. Dudum vero ea deſolata eſt. Sita erat ea haud procul ab oppido Nihem intra epiſcopatus Paderbornenſis terras. De villa Helpdun.

(v) *Heſiti* erat, eodem Regiſtro teſte, *in pago* eodem *Nithega*. Intelligimus ergo, denotari vicum *Herſte* ſeu *Heſte* in epiſcopatu Paderbornenſi ſitum, itinere vnius horæ ab oppido Driborg diſtantem. De villa Heſiti.

(w) *Drohem* villa exſtitit *in pago Huuetigo*, vti indicat Saracho in *Regiſtro Bonorum et Prov. Ab. Corb.* Pagum *Huuetigo* exſtitiſſe ad fluuium Embriham in comitatu Sualenbergico et Pyrmontano, iam ſupra §. 3. docuimus. Villam vero *Drohem* in eadem regione diu inuenire non potuimus, donec amicus quidam nobis retulit, inueniri ad viam, quæ ducit ab oppido Steinheim in epiſcopatu Paderbornenſi ad Kolſted, campum dictum das *Druheimerfeld*. In eo, quod probabiliſſimum videtur, eadem villa *Drohem* quondam exſtitit, dudum inter deſolatas villas recenſenda. De villa Drohem.

(x) *Aſtonholteiemarki* locus quærendus eſt in terris epiſcopatus Paderbornenſis. *Marcus* quid ſignificet, iam ſupra §. 118. indicauimus. Deſignatur regionis limes ſeu terminus alicuius prouinciæ. Memoratu dignum hunc eſſe locum, diligentes antiquitatum ſcrutatores facile dabunt, in primis cum nullum hucuſque editum diploma iſtius marcæ mentionem iniecerit; ex auctore autem Vitæ Meinwerci Tom. I. Script. Rer. Brunſuic. Leibnitii p. 530. demonſtrari non potuerit, an marca, quam adtingit, ſit *Colſtidi*, vel *Aſtanholte* vel *Lanchel*. Cum ergo eundem marcum conſiderare conſtituerimus, primum verba e Vitæ Meinwerci loco laudato adducere debemus. Ea ſic ſonant; *Quædam ſanctimonialis de Geſiker, Oda* De Aſtonholteiemarcu.

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

campiſ ſiluiſ hoc tamen pacto ut ſi domnuſ illi conceſſerit filium proprio ipſe illud teneat iure ſi non poſt mortem matriſ et uxoriſ ſuae ad reliquiaſ ſcōrum martyrum ſtephani atque uiti iure pertineat hereditario teſteſ *bardo comeſ* aſi uoſchard uuighard brun et alii X.

§. 159.

Tradidit Oſdag quidquid habuit in *lengi* (y) in loco qui dicitur *oſterholt* manſum unum cum medietate familiae et omnibuſ appendiciiſ teſteſ boſo uuallo ouo eyo buno.

§. 160.

Oda nomine, pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorum, quicquid hereditariæ proprietatis habuit in villis ac marca COLSTIDI ASTANHOLTE *atque in* LANCHAL, *vel in omni Patherga cum conſenſu ac petitione fratris ſui iuſtiſſimi heredis* RICHARDI *cum omnibus appendiciis eccleſiæ Patherbrunnenſi in proprium tradidit. Vnde Meinwercus epiſcopus, miſericordia motus, in finitimis locis ad vitam eius X aratra decimationis ei conceſſit, et inſuper vnam libram inter aurum et argentum et vnum poledrum, ac quinque victimas, id eſt, Friſkinga, fratri vero eius vnum equum dedit, Hoſado præpoſito, Ecelino imperatoris capellano, Amulungo comite, et aliis multis, aſtantibus.* Quæ verba, collata cum harum traditionum loco, iam ita interpretanda ſunt, vt auctor per Colſtidi et Lanchel, villas, per *Aſtanholte* vero marcam indicare voluerit. Apparet vero ex eiſdem verbis, *Aſtonholteiemarkum* fuiſſe in terminis pagi Patherga. Cum igitur inter oppida Dethmold, Horn et Lippſpringe vno milliari a Paderborna vrbe, ad Sendam (Paderbornenſis et Lippienſis ditionis vaſtam ſolitudinem) inueniatur vicus *Oſterholt*, probabiliter iſte vicus inter reliquias marcæ *Aſtonholteiemarki* eſt numerandus. Eſt autem eadem regio in Romanis Franciciſque annalibus celebratiſſima. Hic enim, Velleio teſte, Tiberius cæſar caſtra hybernantium legionum collocauit. Hic Carolus Magnus ingentem multitudinem Saxonum in Lippiæ fontibus, qui ad Lippſpringæ oppidum magna aquarum vi ex venis ac meatibus ſubterraneis Teutonicorum montium proſiliunt, baptizandos curauit. Hic Saxones noſtri inuictiſſimo Carolo ſpoſponderunt, ſe fore et perſtituros eſſe Chriſtianos. Hic Carolus iterum caſtra metatus eſt, et, per aliquot dies moratus, ſynodum celebrauit. Hic poſtea Carolus generalem conuentum cenſuit habendum. Hic legati, quos Nortmannorum rex Godefridus, atque Avarorum principes Cecanus et Iugartus miſerant, ſunt auditi. Cuius autem prouinciæ terminus fuerit *Aſtonholteiemarcus*, tandem videris ex nobis quærere. Reſpondemus breuiter. Totius is Saxoniæ terminus eſſe non potuit. Cuiuſnam ergo? Angariæ occidentalis, vel pagorum Patherga et Thiadmelli. Memoratu autem dignum eſſe cenſemus, in eadem marca poſſediſſe aliquid iuris *Beuonem* comitem, qui, vti infra videbimus, filius *Ecberti* ducis, et frater *Luidolfi* fuit. Cum itaque *Luidolfi* vxor, vti ſupra diximus, fuerit celebratiſſima *Oda*, fortaſſis quoque *Oda* ſanctimonialis in Geſeke cum fratre *Richardo*, hic ad eandem quoque familiam ſpectauit, et Richardus fortaſſis Bernhardi vel Haholdi frater fuit.

De pago Lengi.

(y) *Lengi* hic poni pro pago, nemo negare poterit, qui conſiderabit, locum *Oſterholt* poni in Lengi. Data ergo occaſione in ſitum huius pagi inquirendi, pagum *Lengi* probe diſcernendum eſſe a pagis aliis, cenſemus, primum a pago *Logingaha* in Haſſia ad flumen dictum *die Lohn*, deinde a pago *Laingo* in Friſia Orientali, de quo iam ſupra egimus §. 8, tum a pago *Langinga* in præfectura Wölpe in terris Brunſuicenſibus, et denique a pago *Logni* in principatu Göttingenſi, de quo conferendus §. 33. not. (u). Pagum *Lengi*, qui et appellatur *Lainga* fuiſſe putamus in Principatu Luneburgico in præpoſituris ſeu *Amtsvogteyen* Soltow et Bergen, atque in præfectura Wenſen, vti demonſtrant villæ, in eodem pago occurrentes, quæ ſunt 1) *Salta* 937 et *Saltowe* 1069, per quam deſignatur vicus Soltow *auf der Soltauer Heide* in præpoſitura Soltow, 2) *Timberla*, Timmerloh eadem in præfectura, 3) *Bredanbiki*, Breitbeck in præpoſitura Bergen, 4) *Silihem*, fortaſſis Selhof in præpoſitura Bergen, et 5) *Oſterholt*, Oſtenholt

in

§. 160.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit raginolduf in uice eifulf in - - - - - - - - quidquid ibi habuit teftef aldmer euuuruuard maynuuerc figer et alii tref. tradidit yrmynuuard quidquid habuit in *holtefmynne* (z) tam in campif quam in filuif teftef fyni pumi helmbodo uuildag et alii tref.

§. 161.

Tradidit ailharduf manfum unum cum familia in *thiunun* (A) teftef bozo bruni bodo offo et alii tref.

tradidit beuo quidquid habuit in *haculefthorpe* (B) teftef gelo hildigeruf eifulf cado et alii quatuor.

§. 162.

in præfectura Wenfe, quam villam probe difcernas velim ab Oſterholt in præfectura Siecke in comitatu Hojano. Notatu adhæc dignum eſſe putamus, dominum, qui in Oſterholt quidquid habuit, donauit, appellari *Oſdagum*, quippe qui idem videtur fuiſſe, qui ſupra §. 10. quædam tradidit in Gadenſted, loco præfecturæ Peina. An vero ad familiam Billinganam referendus ſit, nec ne, de eo infra pluribus diſſeremus.

(z) De villa *Holteſmynne*, in pago Auga ſita, vide ſupra §. 97. Quomodo locus ſæculo XIII vrbs euaſerit, comprobatum dabimus diplomate Euerſteinenſis Comitis circa finem Addendorum ſeu Diplomatarii ſubiuncti. De villa Holtesminne.

(A) *Thiunun* villam fuiſſe in pago Auga, didicimus præterea ex *Regiſtro* noſtro ſæpiſſime excitato. At vero in eadem regione nullus eiuſdem nominis vicus reperitur. *Thiunun* villa ergo vel deſolata eſt, vel deſignatur nullus alius locus, niſi caſtrum *Thonenborg*, iter dimidiæ horæ diſtans a Corbeia noſtra ad Wiſeram. Quod ipſum nobis probabiliſſimum videtur. Annales MSti incerti auctoris, in archiuo Corbeienſi exſtantes, f. 460. hæc habent verba: *Cum propter continuos bellorum motus* (anno 1295) *vicina caſtra hinc inde deiicerentur, ne ex iis vis fieret ab hoſtibus, noſtra quoque Brunisberga, vetus Saxonum caſtrum ab epiſcopo Padebornenſi Ottone, et comitibus Swalenbergenſibus Adolfo et Alberto, fratribus, funditus euerſum eſt.* Quoniam autem poſt hæc tempora abbatiæ noſtræ bona omnibus prædonibus diripienda concedebantur, hinc *anno* 1315 *Rupertus abbas noſter Tonenburgum exſtruxit, adiutus opera Theodorici de Itter*, iiſdem annalibus teſtibus. Cum igitur ex aliis conſtet documentis, *Tunun* villam anno 1230 adhuc exſtitiſſe in eadem regione, probabiliter nomen villæ *Tunen* mutatum fuit, et a caſtro in ea conſtructo *Tonenborg* eſt nominatum. Digniſſimum autem notatu arbitramur, quod ille dominus, qui in eadem villa *Thiunun*, vix iter vnius horæ a caſtro Brunonisburgo diſtante, bona poſſedit, appellatur *Ailhardus*, quem ſupra §. 104. not. (n) magna probabilitatis ſpecie nepotem Angariorum ducis Brunonis fuiſſe aſſeruimus. Quodſi igitur relatum legimus, quendem *Edelhardum* inter antiquos occidentalium Saxonum reges fuiſſe, collegimus inde, illum *Edelhardum* veriſimiliter inter progenitores Brunonis ac Widekindi ducum eſſe referendum. Nomen *Edelhardi* idem eſſe quod *Adelhardus* atque *Ailhardus*, nemo ſanæ mentis negabit, et quamuis ſciamus, *Edelhardum* illum inter fabuloſos Saxonum reges a quibuſdam numerari, arbitramur tamen, licet iam ſupra §. 106. ipſi conceſſerimus, quædam fabuloſa in genealogia antiquorum Saxonum regum occurrere, cum cane non ſimul et lorum reiiciendum eſſe. Fatemur, nos de illo *Edelhardo* nullos antiquiores habere teſtes, quam Engelhuſium et Gobelinum: at e contrario ſcimus, eoſdem pleraque ſua ex antiquioribus membranis, in bibliotheca Corbeienſi olim exſtantibus, quibus imperiti milites tempore belli tricennalis vias et plateas muniuerunt, hauſiſſe. Cum igitur Gobelinus Ætate VI. cap. 27. Tom. I. Meibomii p. 234. referat, *venerabilem Bedam obiiſſe anno* 735, *et poſt hoc Edelhardum regem occidentalium Saxonum obiiſſe*, cenſemus hanc relationem ideo in dubium vocandam non eſſe, quum Chronologia Anglo-Saxonica mortem Bedæ in annum 734 retulerit et ad annum 741 ſcripſerit: *Her Æthelheard Cyning forthferde* i. e. Æthelhardus rex deceſſit. In *Chronico Saxonico*, De villa Thiunun. De Edelhardo Saxonum duce.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 162.

Tradidit adi pro remedio animae patris sui uffie et fratrum suorum tadi ac frederici in *snevuidi* (C) quidquid ibi habuit testes helmold uuorid asic et alii tres.

§. 163.

Tradidit *gherolduf* (D) quidquid hereditatis habuit in *gudulma*

nico, quod Edmundus Gibson Oxonii 1692, 4, euulgauit, p. 55. ad a. 741. haec ita leguntur. Quamuis enim Gobelinus *Edelhardum* regem Britanniae cum *Edelhardo* Westfalorum rege confudisse videatur, potuit tamen vno tempore alter *Edelhardus* esse in Anglia, atque alter *Edelhardus* seu *Adelhardus* dux in Saxonia. Et sane si tempora computare volumus, *Edelhardus*, Saxonum dux, pater *Theodorici* fuisse videtur illius, quem supra satorem *Widekindi* ac *Brunonis* ducum extitisse asseruimus.

De villa Haculesthorpe.

(B) *Haculesthorpe* villa in nostro Registro inuenitur posita in pago *Auga*, quam in vtraque Visurgis ripa circa Corbeiam nostram fuisse obuiam, iam supra diximus. Hodie eadem villa desolata est, probabilissime autem olim reperta est in loco dicto *die Hackelbreite*, vix iter vnius horae qui discretus cernitur a castro Brunonisburgo. *Beuonem* ergo habemus pro fratre abbatis Warini et nepote ducis Angariorum Brunonis. Conser infra §. 400.

De marca Sneuidi.

(C) De villa et marca *Sneuidi* vide supra §. 118. not. (x)

De Geroldo comite.

(D) *Gheroldum* supra §. 95. habuimus pro filio *Aliburgae*, *Aliburg*, vti demonstrauimus §. 104, quae vxor fuit *Walberti*, nepotis ex Widekindo M. Ergo *Geroldus* habetur pro filio *Walberti*, fortassis autem duntaxat *Walberti* priuignus erat, quia in tota genealogia Widekindea nomen *Geroldi* alias non occurrit. Si coniecturis aliquid dandum est, velim hunc *Geroldum*, quia in Annal. Corbeiens. MSctis *nobilis Francus* appellatur, habere pro filio *Geroldi* ducis Sueuiae, qui cum Widekindo M. gessit atrox bellum, in quo Widekindus periit, teste Krantzio in *Saxonia* Lib. II. c. 24. quod accidit anno 807, testante Chronico Rittageshusano Tom. II. Leibnitii p. 72. Quamuis enim de hoc *Geroldo* nullos habeamus antiquiores testes praeter excitatos, ex aliis tamen constat documentis, illum *Geroldum* tempore Caroli Magni claruisse. In testamento Caroli Magni, quod exhibet Eginhardus in eius *Vita* p. 142. seq. quodque Carolus annis tribus, antequam decederet, fecit, inter comites, coram quibus eandem ordinationem Rex constituit, reperitur *Gerholtus*. Ex quo momento firmiter colligimus, magnam eundem gratiam atque auctoritatem apud Carolum M. esse consecutum. Huius *Geroldi* porro meminit Eginhardus in Annal. Rer. Franc. p. 166. referens: *Hludowico imperatori anno 815 allatum esse, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Papam Leonem in ipsa vrbe Roma conspirasse, caesarem igitur Bernhartum regem Italiae nepotem suum ad cognoscendum, quod nunciatum, Romam mississe, quem vero eo ventum aegritudine decubuisse, res tamen compertas per* GERHOLTVM COMITEM *ad hoc legatum datum imperatori nunciasse*. Post haec idem Eginhardus l. c. p. 174. anno 826 *Gerholtum* nominat *comitem et Pannonici limitis custodem in Carantanorum prouincia*, ex quo videre possumus, *Gerholtum* istum eodem anno habuisse in Austria comitatum suum, atque ibidem imperatoris negotia procurauisse. Post annum 826 in Annalibus, quantum scimus, nulla eiusdem *Gerholti* mentio amplius iniicitur. Eius vero pater videtur fuisse *Geroldus Bajoariae comes*, qui, Poëta Saxone teste, Tom. I. Leibn. p. 149. *anno 799, cum Christi populum defendere ac bello saeuis Hunis obsistere vellet, finiuit vitam fragilem.* Quae ipsa etiam narrat accurate auctor Chronici Quedlinburg. Tom. II. Leibnitii p. 276, qui illum appellat *Gheraldum et clarum Bajoariae marchionem.* Quodsi altius ascendere vellemus, possemus perhibere, huius *Geroldi* marchionis patrem fuisse *Geroldum illustrem palatinum Pipini ab Herstallo*, cuius meminit Vita S. Swiberti Tom. II. Leibn. p. 236. seq. Sed cum proferimus haec tantum tanquam coniecturas, Vitaque Swiberti sine dubio vllo scriptum sit suppositititium, vti ipsi doctissimi patres Societatis Iesu Henschenius ac Papebrochius agnouere, haec vera esse non contendimus, falsa autem esse praefracte affirmare non audemus. Illud vero tacere nolumus, Albericum in Chronico suo, quod tam in Leib-

Leibnitii Acceſſion. Hiſtoricis, quam in I. B. Menckenii Script. Rer. German. Tom. I. reperitur, perhibere, *Geronem* marchionem orientalem, quem *Gerinum comitem* nominat, *vixiſſe* 300 *annos*. Hinc doctus quidam vir coniectauit, *Geronem* iſtum eſſe poſſe *Geroldum*, quocum Widekindus M. anno 807 bellum geſſit, quia Gero et Geroldus vnum nomen ſit, quemadmodum Reinoldus contrahitur in Reino, Manigoldus in Menno, Arnoldus in Arno, et Hunoldus in Huno. Sed ex ſupra dictis patet, diſtinguendos eſſe Geroldos, nec confundendum patrem cum filio, et filium cum auo. *Gero*, orientalis marchio, mortuus, et ſepultus eſt anno 965 in monaſterio Gerenrode, quod ipſe fundauerat. Noſter vero *Geroldus* vitam cum morte commutauit anno 876 in monaſterio noſtro Corbeienſi, et ſepultus fuit in crypta poſt ſummum altare. Eius epitaphium Romano charactere conſcriptum hic exhibemus:

gubernante Corbeiam Warino.



Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

Matrem huius *Geroldi* fuisse ex domo Brunoniana, propter dona a *Geroldo* nostro tradita, tam certum sit, vt negari non potuerit. In Frisiæ ducatu in pago Westracha eundum *Geroldum* quoque bona possedisse, Corbeiensi monasterio donata, probamus sequentibus tabulis imperatoris Hludowici pii, quas ex originum litteris vndiquaque illæsis beneque conseruatis eam ob causam addimus, quia ex illis Annales Fuldenses Tom. I. S. R. G. Freheri f. 24. corrigi possunt, referentes, Hludowicum imperatorem mortuum esse anno 840. XII. kal. Julii, seu die 20 Junii:

℄ In nomine dñī dei et saluatoris nostri ihū Xī ꝯ hludouuicus diuina propitiante clementia imperator augustus notum sit igitur omnibus fidelibus sc̄ae dī ecclesiae et nostris praesentibus scilicet et futuris quia ante annos aliquod concessimus cuidam fideli nostro uocabulo *gerulfo* quasdam res proprietatis nostrae quae sunt in *ducatu frisiae* in *pago uuestracha* in uilla *camminge hunderi* et in aliis uillis circumquaq;. se positis. sed quia interuenientibus quibusdam turbinibus per ipsius *gerulfi* negligentiam ab eius potestate et dominatione eaedem res abstractae fisco regio sociatae sunt tandem diuinae misericordiae intuitu placuit nobis easdem res illi restituere et quemadmodum pridem fuerat in eius potestatem et dominationem transfundere. quas ut certius firmiusq;. nostris futurisque temporibus possidere ualeret has auctoritatis nostrae litteras ei fieri iussimus per quas memoratas res cum his quae ad eas iure et legaliter pertinent deinceps iure proprietario ualeat possidere et quidquid de eis agere uoluerit liberam habeat potestatem. neque aliquam ob memoratam occasionem de eisdem rebus ullo unquam tempore calumniam patiatur sed quidquid sicut diximus de eis ordinare atque disponere uoluerit liberrimo in omnibus potiatur arbitrio. Et ut haec nostrae restitutionis auctoritas et nostris et futuris temporibus inuiolabilem ualeat obtinere firmitatem de anulo nostro subter eam iussimus sigillari.



glorius notarius ad uicem hugonis recognoui et ſſſſ.

data VIII. id. iul. anno Xpo propitio XXVI. imperii domni hludouuici

douuici ſereniſſimi imperatoriſ indictione ſecunda. actum cruciniaco palacio regio in dī nomine feliciter amen. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Sigillum exhibet
Tab. II, n. 7.

Memoratu autem dignum eſſe cenſemus, quod infra §. 175. de noſtro *Geroldo* relatum inuenimus, permutaſſe ſcilicet bona *Geroldum* comitem circa annum 856 cum abbate Corbeienſi Adalgario. *Geroldus* enim abbati dabat, quidquid habebat in pago Suilbergi, abbas vero *Geroldo*, quidquid poſſidebat in pago Thuringia in villa Honesleue. Ea permutatio redundauit in vtriuſque partis vtilitatem, quam ſine vllo dubio locorum ſitus afferebat. Vnde non inepte colligitur, *Geroldum* eo tempore comitatum ſuum habuiſſe vel in pago Northuringi, vel in pago Hardego, vel in pago Sueuon, vel in pago Haſugo. Si enim in his regionibus *Geroldus* noſter comitatum ſuum non habuiſſet, mutatio illa bonorum ipſi non fuiſſet conducibilis. Plura autem alia bona iſtum in iſtis regionibus tempore regiminis ſui acquiſiuiſſe, eſt probabiliſſimum. Illud inficiari haud licet, illum grandem natu monaſterio Corbeienſi ſeſe ſacraſſe, ibidemque inter leuitas aſſumtum eſſe. Quæ viciſſitudo eo tempore, vti ex Hlotharii imperatoris exemplo aliisque eſt perſpicere, pro ſummæ pietatis documento habebatur. Liberos procreaſſe *Geroldum*, antequam habitum monachicum induit, patet e verſibus ſequentibus in archiuo Corbeienſi in membrana ſcriptis:

Poſt habuit Chriſto vxorem natosque Geroldus,
Imperiale genus, Saxoniæque decus.

Veriſimillimum ergo nobis videtur, eundem fuiſſe ſatorem iam ſupra dicti marchionis *Geronis* atque *Sifridi* comitis, quorum alter fundator abbatiæ Gerenrodenſis, alter autem monaſterii Gröningenſis conditor exſtitit. Quemadmodum enim in Andreæ Hoppenrodii *Annal. Gerenrodenſibus* Tom. II. S. R. G. Meibomii p. 425. marchionis *Geronis* pater appellatur *Gero comes*, qui anno 890 vixerit: ita Andreas Poperodius im *Stambaum*, ſeu in *Genealogia principum comitumque in terris Saxonicis*, *Geronis* marchionis auum itidem *Geronem* dictum Burggrauium Magdeburgenſem fuiſſe tradit, atque habitaſſe ſcribit in arce *Gersdorf* ante vrbem Quedelburgum, cuius arcis nomen contractum eſt ex *Geroldsdorp*, qua ratione pro Reinoldsburg et Hunoldsburg dicimus Rensburg atque Hundsburg. De auo igitur marchionis *Geronis*, *Geroldo*, hactenus diximus, eius patrem vero noſ inueniſſe credimus in his traditionibus §. 285, vbi *Gerulf*, quidquid habuit in Biſinisburg in Haſugo pago, tradidit. Quæ villa ſine vllo dubio eſt Beſenburg, ſita ſub iuriſdictione Mansfeldenſium comitum. Fuiſſe autem *Geroni* marchioni fratrem nomine *Sifridum*, verbis Chronici Montis Sereni p. 36. comprobamus hiſce: *Temporibus primi imperatoris Ottonis duo fuerunt fratres Gero dux et marchio et Sifridus comes. Horum ſoror Hidda dicebatur. Gero filium habuit vnicum Sifridum, qui in iuuentute obiit, de cuius morte pater adeo turbatus eſt, vt Romam peteret, et coram altari B. Petri arma deponeret, impetratoque S. Cyriaci brachio domum rediens cum omni hereditate ſua ad Chriſtum confugit, conſtituens eccleſiam, quæ Gerenrode eius nomine dicitur, filiique ſui viduam Hetzigam, quam ille annis ſeptem habuerat, a Bernhardo Halberſtadenſi epiſcopo velatam, eidem monaſterio præfecit: conſummatiſque feliciter omnibus XIV. Kal. Iulii obiit anno DCCCCLXV. Sifridus quoque frater eius in honorem B. Viti conſtruxit eccleſiam, quæ Groninge dicitur. Hidda vero nupſit Chriſtiano marchioni, qui genuit ex eo Geronem Colonienſem archiepiſcopum et Dithmarum marchionem. Hi fratres et mater ipſorum defuncto patre, fundauerunt monaſterium in honorem Dei genetricis in loco, qui Dancmariſuelt dicitur, et eſt in confinio caſtri Anehalt, congregatis ibi fratribus Deo iuxta regulam B. Benedicti ſeruientibus, et præpoſito eis abbate, qui Hageno dicebatur, quem etiam imperatoris conſanguinitas illuſtrabat.* Plura de iſto marchione *Gerone* addere non placet, quia ea in I. G. Eccardi *Hiſtor. Geneal.* p. 111. ſeqq. iam exſtant. Id vnicum addimus, ex diplomatibus, quæ l. c. atque in Hoppenrodii *Annalibus Gerenrodenſibus* loco laudato inueniuntur, appa-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

apparere, *Geronem* istum amplissima prædia in pago Sueuon et contiguis regionibus tenuisse. De eius vero fratre *Sifrido* restat nonnihil annotandum. Eius vxor in autographo diplomate Folcmari non appellatur *Iutta*. Sed nomen hoc legitur apud Abbonem de Dalem, cuius chronici fragmentum C. F. Paulinius primus, sed mancum, edidit in *Chronico Ottbergensi* p. 198. seqq. Abbo eius nomen expressit, referens, filium Iuttæ fuisse *Sifridum* et filiam, cui fuerit nomen *Iuttæ*. Ipsum diploma Folcmari, licet iam a Meibomio, Paulinio, Leuckfeldio, Kernero, Lunichio atque Eccardo sit editum, ex ipso tamen autographo accurate descriptum addimus hunc in modum:

℣ In nomine dī omnipotentis folcmarus nouae corbeiae indignus abbas omnisq;. congregatio inibi dō seruiens omnibus scāe matris ecclesiae filiis salutem. quia statuta sepe maiorum perturbat turba prauorum. et iuste possessa aliquando iniuste putantur acquisita. idcirco uniuersitati ūrāe notum fieri uolumus. qualiter *comes* quidam *Sifridus* nominę ob spem retributionis aeternae tradidit hereditatem suam ad monasterium ñrūm in *pago hardgo* in loco cuius uocabulum est *uuestergroningen* sito iuxta fluuium *bade*. hoc est ipsam ecclesiam cum clericis quos ibi proprios habuit. et quidquid in australi parte ecclesiae intra urbem est. et quidquid extra urbem hereditatis possidet in agris pratis pascuis cultis et incultis aquis aquarumq; decursibus. pro rege glorioſissimo uidelicet *Heinrico* cum serena *Machtilda* et regia prole *oddone Heinrico Brun Gerbert. Hathuuuin*. nec non et pro se ipso una cum coniuge et pro omnibus suis debitoribus. ea ratione si fieri posset. ut eum iuuaremus monasterium ibi construendum et ut duobus monachis de ñrā congregatione ipsum locum perpetuo commendaremus quod et fecimus in presenti. insuper et alios quatuor clericos cum eis direximus. haec traditio facta est presente dō coram altari sacratissimorum Xpī martirum Stephani atq;. Uiti ñrā adstante paucitate simulq;. *aduocato hogero* cum aliis testibus luidbrando aged thiadmaro heoduuardo et aliis. Actum autem nouae *corbeiae* anno incarnationis dominicae D CCCC. XXXVI. VII. kal. iunii id est postridie urbani indictione VIIII.

Omnium igitur, quæ diximus et coniectauimus hactenus, genealogica coagmentatio hoc exhibet schema:



Ex

ma (E) siue in *erpeshuſ* (F) siue in quocunque alio loco teſteſ adalhard ecbert pumi erb bodo et alii XXI. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 164.

Ex quibus progeniei vinculis apparet, cur *Sifridus* comes Groningenſe monaſterium tradiderit abbatiæ Corbeienſi. Scilicet auus eius in eodem ſepultus iacebat.

(E) Villa *Gudulma* erat, teſtante Regiſtro noſtro, in pago *Nithega*. Pagus Nithega, vti (§. 86.) iam ſupra vidimus, inueniendus eſt ad fluuium Neita, qui in epiſcopatu Paderbornenſi oritur, atque in diœceſi Corbeienſi haud procul a villa *Gudulma* in Wiſeram influit. Intelligimus ergo, per villam *Gudulma* denotari vicum *Golen*, locum Corbeienſis abbatiæ. Situs eiuſdem villæ nobis perſuadet, eandem olim ad nullum alium, niſi ad potentiſſimum poſſeſſorem caſtri Brunonisburgi, referri potuiſſe. Quemadmodum enim ſupra (§. 149.) didicimus, filiam, Ecberti ducis, Hadwydam in eodem tractu tenuiſſe villas Weredun, Upweredun et Beucrungun, atque ex eo collegimus, Ecbertum omnino ducem Brunonisburgi poſſeſſorem fuiſſe; ita villa Gudulma, quæ Brunonisburgo propior et pæne ad radices montis Brunsberg iacet, ad familiam Ecbertinam ſine vllo dubio ſpectauit. Quodſi autem Geroldus hereditatem ſuam, in *Gudulma* obuiam, monaſterio Corbeienſi confert, ille autem origine nobilis Francus fuit, mater eius Saxonica domina, et probabiliter ipſius Ecberti, vel eiuſdem fratrum filia fuerit oportet. A matre enim accepiſſe Geroldum ea bona, infra videbimus. Putamus autem, deſignari eandem villam diplomate regis Arnolfi, quod ex originum litteris inſerere noſtra et fortaſſe plurium intereſt. De villa Gudulma.

℣ In nomine ſc̃ae et indiuiduae trinitatiſ Arnolfuſ diuina fauente gratia rex: Conuenit regiae excellentiae ut inter fideleſ ſuoſ mutuam utilitatem prouidère et de ſingulorum rationabilibuſ commodiſ aſſenſum prebere uelit quapropter omnibuſ notum eſſe uolumuſ quoniam inter fideleſ noſtroſ *bouonem* abbatem et *oddonem* comitem pro mutua utilitate hanc commutationem fecimuſ ut reſ proprietatiſ ñr̃e in *godeleueſhem* et in *pago* qui dicitur *nihtherſi oddoni* beneficiataſ ad monaſterium noue corbegue cui prefatuſ preeſt abbaſ in iuſ proprietatiſ traderemuſ cum omnibuſ familiiſ mancipiiſ terriſ pratiſ ſiluiſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ. et omnibuſ omnino rebuſ tam mobilibuſ quam immobilibuſ quatenuſ ex hoc ad predictum monaſterium cum omni integritate mancipentur. E diuerſo autem reſ eiuſdem monaſterii in *orientali parte* ultra fluuium *ouaccram* coniacenteſ in noſtrum iuſ cum omnibuſ quae ad eaſ pertinent receptaſ *oddoni* in beneficium conceſſimuſ id eſt in *dalhem* litoſ XIIII colonum I. et ſextam partem ſalinarum. in *odonhem* litoſ XIIII. colonoſ II in *kikthi* litoſ II in *leri*, litoſ colonum I. manſoſ II et dimidium in *lauhingi* colonum unum in *ſcoderſted* litoſ II. in *mullumſtedi* litoſ III. in *ſephingi* manſoſ V. in *uredu* litoſ VII. manſoſ XII. in *rodeneſleua* litoſ XX. manſoſ LX. in *dallangibudli* colonoſ et manſoſ XV. in *beriuuidi* colonoſ et manſoſ XVI. in *ſladuorde* colonoſ VII. et octauam partem totiuſ marcae in beneficio aduocati manſoſ VIII. in *ailimundeſrothe* manſoſ XX. utriq;. ergo parti per hoc conſuluimuſ eo quod utrimq;. maior commoditaſ in locorum ſitu habeatur quam antea fuerit. et ut firmiter iſta omnib. in futurum temporibuſ conſtent manu propria roborata anuli ñr̃i impreſſione ſignari precepimuſ

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et



Aspertus cancellarius ad uicem theotmari archicapellani recognoui.

Data IIII. id. iun. anno dominicae incarn. DCCC. LXXX. VIII. indict. VI. anno autem domni regis Arnolfi largissimi regis primo. Actum franchonofurt palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Sigillum exhibet
Tab. III, n. 1.

In hoc diplomate villa *Gudulma* appellatur *Godeleueshem* et ponitur in *pago Nitherfi*. Diuersa huius villæ scriptio nemini dubitationem afferre debet. In antiquis enim membranis, in archiuo Corbeiensi extantibus, eadem villa modo *Godeleuesheim*, modo *Godelheim*, modo *Godelmen*, modo *Godelem*, modo *Godelmon*, modo *Godolumen*, modo *Godelumen*, modo *Godelun* et modo *Godelen* scripta fuit. Quilibet autem, ipsa diplomata accurate considerans, facillime perspicere poterit, vnam eandemque villam sigillatim indicari, quemadmodum etiam hodierno die idem vicus modo *Godelheim*, modo *Golen*, modo *Galen* et modo *Gaulen* scribitur ac pronunciatur. Quilibet vero vnum eundemque vicum ad fluuium Neite in abbatia Corbeiensi semper designari intelligit, in quo vico, vt hoc obiter addamus, ante viginti et quod excurrit annos, vidi rusticos, manus suas aratro admouentes, qui sensa animi latinis verbis perfectissime explicare valebant. Amplum esse *Godelheim* vicum, omnes norunt, qui regiones incolunt vicinas. Sed ager, licet ferat messes opimas, bonitate par non est mansis, quos, testante diplomate regis Arnolfi, Oddo comes ab ecclesia Corbeiensi accepit. Hi sunt, præter litos et colonos atque octauam partem totius marcæ Sladforde et sextam partem salinarum in Dalhem, 140 mansi et dimidium, qui efficiunt 8430 iugera; tot vero iugera circa *Godeleueshem* non inueniuntur. Probabilissimum ergo est, *Godeleueshem* fuisse curtem maiorem, ad quam olim aliæ minores e. g. Dringtorpe (hodie Drencke) et Ottburgun (hodie Ottbergen) spectarunt. Vt autem plura, ad explicationem præstantissimi diplomatis facientia, adferamus, res ipsa flagitat. Nam illud, in *Orig. Pyrmont.* p. 159. seqq. in malam crucem detortum videmus. Dalem in orientali parte, seu Orientali Saxonia, vltra fluuium Ouaccram, id est, *die Ocker*, sine vllo dubio est Saltzthalem, vbi magnifica et dædalea arte domus ducalis structa conspicitur. *Odenhem* non esse potest Ahlen haud procul Wolferbuttela. Designari credo Eilen vicum satrapiæ (Landvogtey) Euesensis. Eadem enim villa in recentioribus documentis scribitur *Adelem*, atque in documentis infra in *Addendis* sub num. 9. *Oudenheim*, sub num. 17. *Oudenehim*, sub num. 18. *Udenon*, et sub num. 35. *Odhenem* nominatur. *Kikthi* sine dubio est *Sickte* in præfectura Wolffenbuttelensi. *Leri* est Lere in præfectura Kampen. *Lauhingi* vero est Lauingen in præfectura Königslutter; *Scoderfled* villa est desolata, cuius situs fuit haud procul ab oppido Königslutter in loco dicto adhuc *das Scoderfletter feld*. Hic præterea inuenitur *das Scoderfletter holtz*. *Mullumftedi* in pago Derlingi exstitit. Ibidem exstitit *Sephingi*. Hæc est Scheppau in præfectura Kampen. Illa vero villa Mullumstedi fuit dudum deso-

desolata, olim sita haud procul ab oppido Scheppensted. *Uredu* hodie nominatur Uehrde, locus praefecturae Wolffenbuttel. *Rodenesleua* sita fuit in pago Norththuringi. Designatur Rodensleuen in tractu Magdeburgici Ducatus, quem vocant *Borde*. *Dallangibudli* erat, in pago Derlingi sita. Designatur Dannenbuttel in Gifhorn praefectura Principatus Luneburgici. *Beriwidi* probabiliter est Barmke haud procul a monasterio Marienthal, seu Berwedel in praefectura Gifhorn. Villam vero *Sladforde* hactenus pro vico et praefectura Slansted in episcopatu Halberstadensi reputauimus. Nota fuit olim Sladfordemarca. Videntur ibi limites fuisse pagorum Derlingi atque Hardego. Hoc si ita est, locum *Sclanciſvordi*, ad quem Heinricus caesar *anno* 1015 *cum exercitu glomerato perrexit bellum gesturus cum Bolizleuo duce Bohemiae*, testante Ditmaro T. I. Leibn. p. 404. per Sladforde licet interpretari. Quamuis enim nobis quis obiicere possit, si *Sclaneiſvordi* esset Slansted, caesari fuisse retrocedendum, quia caesar profectus erat Goslaria Magdeburgum, et hinc ad locum *Sclanciſordi*; respondemus tamen, nos Ditmarum, qui confuse scripsit, et hoc ipsum, ita interpretari, vt ipse referre voluerit, caesarem, vt congregatio militum Goslariae fieret, mandasse, atque inter haec caesarem Goslaria Magdeburgum profectum esse, vt interuentu S. Mauritii exorati exsuperaret Bolizlaui contumaciam, eoque facto caesarem se contulisse ad *Sclanciſordi*, ad quem locum inter haec exercitus iter fecerit, quo auctus postea Heinricus Albim transiuit. Denique in eadem regione reperiuntur Abbenrode, Essenrode, Eschenrode, Ibanrode, Erckerode. Obuius est locus in nemore Elmo dictus *Groten-Rode*. Haec vox nonnihil similitudinis habet cum villa *Ailimundesrothe*, quae in diplomate Arnolfi memoratur. Fortassis autem nobis optata datur occasio, eiusdem villae situm accuratius indagandi. Designasse regem Arnolfum in adducto diplomate vicum *Godelheim*, in radice montis Brunsberg situm, elucet porro ex diplomate imperatoris Chuonradi secundi, ad annum 1028 dato, quod in Historia Corbeiensi aeri inciſum producemus, quia singulare et praestantissimum est, et restitutionem villae *Godeleueshem*, iniuria temporis ablatae, continet. Huius villae possessionem deberi ecclesiae Corbeiensi, Abbas tunc demonstrabat ex litteris regis Arnolfi. Quare diplomati huic veteres Corbeienses in membranae ora adscripserunt haec verba: *villam Gadelhem a matre Gerolti leuitae, et ab hoc monasterio nostro donatam atque ab aduocato Ottone acceptam, sed iniuria temporis ablatam, reddit Chuonradus rex.* Quod momentum si expendimus, ex ipso conspicuum est diplomate Arnolfi, nullum alium vicum per *Godeleuesheim* designari, nisi villam a nobis indicatam. Arnolfus dicitur hoc diplomate parti vtrique consuluisse, quod vtrimque *maior commoditas in locorum ſitu* habeatur, quam antea fuerit. Id vero caesar profecto adfirmare haud potuisset, si, *Goddelsheim* villam praefecturae Eisenberg in principatu Waldeccensi indicatum esse, vellemus. Corbeia enim nostra ex locorum eiusmodi situ nihil vtilitatis capere potuisset. Goddelsheim enim, in praefectura Eisenberg sita, tam longe a nostra Corbeia abest, quam villae in pago Derlingi vltra Ouaceram ab hac distant. *Godelheim* autem, ad radices montis Brunsberg sita, vix vno milliari ab ecclesia nostra distat. Peraeque *Oddoni* comiti magnam afferebant commoditatem villae in pago Derlingi sitae et in vicem acceptae. Nemo facile inficiabitur, *Oddonem* comitem fuisse *Ottonem* illustrem, filium ducis Luidolfi ac patrem Heinrici aucupis. Ex villa Werla, quae probabilissime hoc tempore iam exstitit, siquidem anno 919 ibi iam castrum munitissimum Heinrici caesaris erat, perspici potest, *Ottonem* illustrem anno 888 iam quaedam bona possedisse in pago Derlingi. Haec verisimiliter ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi in manus eius peruenerant, vti supra (§. 104.) vidimus. Vt ergo tandem hanc commentationem ad finem perducamus, ex dictis argumentamur atque definimus, 1) Geroldum omnem hereditatem matris suae in villa Gadelheim dedisse monasterio Corbeiensi, 2) matrem Geroldi fuisse e stirpe Brunoniana, 3) Ottonem comitem in eadem villa concessisse abbatiae Corbeiensi, quidquid habuerat, 4) Ottonem comitem descendisse ex eadem stirpe, ex qua fuerat orta Hadwy ducis Ecberti filia, 5) Ottonem illum fuisse patrem Heinrici aucupis et nepotem ducis Ecberti. Quidquid enim Otto ex hereditate aui sui habuerat, is retinuerat sibi vsque ad annum 888. Patescit inde, 6) Luidolfum, ducem Saxoniae, fuisse filium Ecberti Saxoniae ducis, 7) Godeleueshem non esse Goddelsheim in principatu Waldeccensi, 8) pagum Nitherſi et Nerga esse vnum eundemque pagum, 9) nos recte collocasse eundem pagum ad ripas fluuii Neita

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Ab anno 826vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 164.

Tradidit adaluuarduſ cum fratribuſ ſuiſ pro matre ſua ſyburg in *luchttringi* (G) duoſ iurnaleſ teſteſ marcbodo berndag dang uuelp aldric. tradidit idem in *uuithem* (H) iurnaleſ V. teſteſ odi bernheri uuighelm thiadbern.

§. 165.

Tradidit ailuuarduſ II. manſoſ unum in *falhuſ* (I) alterum in *heylcanhuſ* (K) teſteſ thiadricuſ bodo berndag aymo ſini et alii treſ. tradidit beio in *redun* (L) pro anima hunoldi quidquid idem hunolduſ ibi habuit teſteſ adold aſeric hrodbert brun et alii ſex.

§. 166.

Tradidit aldger in *barndengo* (M) quidquid ibi habuit teſteſ marcbodo comeſ eiſulf aſic tiaddag unroc.

tra-

in diœceſibus Paderbornenſi ac Corbeienſi, et 10) expungendos eſſe in tabula Angariæ in *Originibus Pyrmont.* tam pagum Niterſi, quam pagum Nithega, quos auctor collocat in principatu Waldeccenſi, et reſtituendum ibi pagum Netga ad fluuium Neite, vti iam ſupra demonſtrauimus.

De villa Erpeshus. (F) *Erpesbus* villa in noſtro Regiſtro poſita inuenitur *in pago Nithega.* Nulla ergo ipſa eſt alia villa, niſi vicus *Erbſen*, in epiſcopatu Paderbornenſi haud procul ab oppido Nihem conſpicuus.

De villa Luchtringi. (G) *Luchtringi* villa erat *in pago Auga*, teſtante Regiſtro noſtro. Locus hodie dicitur Luchteringen ad Wiſeram, qui ne quidem iter dimidiæ horæ abeſt a Corbeia noſtra.

De villa Withem. (H) *Withem* villa erat poſita *in pago Auga*, dudum deſolata. Confer ſupra §. 19. not. (E).

De villa Falhus. (I) *Falhus* erat, vti didicimus ex Regiſtro Bonorum abbatiæ noſtræ, *in pago Nithega*, dudum deſolata. Exſtitit vero olim villa hæc haud procul a monaſterio Gerden in epiſcopatu Paderbornenſi.

De villa Heylcanhus. (K) *Heylcanhus* villa olim reperiebatur *in pago Nithega*, teſtante Regiſtro noſtro. Probabiliter deſignatur Helkerſen ſeu Helgerſen, in epiſcopatu Paderbornenſi locus.

De villa Redun. (L) Villa *Redun* erat ſita *in pago Leri*, teſtante Regiſtro abbatis Sarachonis. Pagum *Leri* exſtitiſſe circa monaſterium Wildeshuſen ad flumen dictum *die Hunte*, vidimus iam ſupra. Probabiliſſime ergo deſignatur vicus *Rehden* in comitatu Diepholtano. Ex hoc ſitu loci veriſimillimum fieri putamus, *Hunoldum*, ad quem ſpectarunt bona in villa *Redun*, fuiſſe illum *Hunoldum*, quem infra per coniecturam pro ſatore comitum de Oldenburg, Hoja et Bruchhauſen, venditabimus. An Beio eius filius ſeu conſanguineus fuerit, non addunt traditiones. Ergo et nos illud in medio relinquimus.

De pago Bardengo. (M) *Barndengo* poni pro pago, ex terminatione *go* manifeſtum eſt, quippe quæ pagum ſignificat. Arbitramur autem, eundem pagum eſſe pagum Bardengo in Principatu Luneburgico, de quo ſupra egimus §. 125. not. (l) et §. 126. not. (p). Hæc in pago Bardengo bona poſt hæc in manus mortuas monaſterii, in Ullesheim ſiti, peruenere. An vero horum bonorum traditor *Aldger*, quod nomen ex Adalgario contractum videtur, ſit Aldger, qui ſupra §. 48. in villa *Scherua* quædam donauit, incertum eſt. Fortaſſis horum indicatur vnus, quo-

rum

tradidit horid in *pago ſthurmidi* (N) in loco qui dicitur *heclo* manſum unum et familiaſ duaſ teſteſ eilhard raynfrid unroc tydſo. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

tradidit hildibert in *heloon* (O) pro animabuſ gherbern et theodbern quidquid habuit teſteſ folcuuert ſini bruno ecbert et alii XII.

tradidit alfric . . . . . teſteſ iidem qui ſupra traditioniſ horid.

§. 167.

Tradidit *gherold* (P) quidquid habuit in *thiednodeſhuſ* in *ſuilbergi* (Q) teſteſ eilbert unroc tydſo.

§. 168.

rum alter ad Billinganam, alter vero ad Brunonianam familiam ſpectaſſe videtur, qui pater fuit Adalgarii abbatis Corbeienſis, cuius germanus fuit Adalgarius Hammaburgenſis archiepiſcopus, teſtante Vita S. Rimberti p. 742. *ed. Fabric.*

(N) *Pagum Sthurmidi* fuiſſe in epiſcopatu Verdenſi, negari non poteſt, diploma fundationis epiſcopatus Verdenſis euincit, ſtatuiſſe Carolum M. eccleſiam et cathedram epiſcopalem ſuper Aleram fluuium in pago, qui *Sturmi* dicitur, et in loco *Fardun* vocato. Quamuis enim quædam ſint, quæ huic diplomati, vti diplomati fundationis eccleſiæ Bremenſis, falſitatis maculam inurere poſſint, antiquum tamen eſt, et demonſtratio ex eo inſtituta, qua pagus *Sturmi* in epiſcopatu Verdenſi locatur, reiici non poterit. Eandem ſententiam quoque approbat diploma cæſaris Ottonis III, quo idem imperator anno 985 concedit Brunoni epiſcopo Verdenſi (Chronicon Epiſcoporum Verdenſ. T. II. S. R. B. Leibnitii f. 215. Erponi epiſcopo id factum fuiſſe perhibet, quod tranſeat cum ceteris huius Chronici erroribus) ius venandi in pago *Sturmio*, quod Brunoni epiſcopo nulli admodum emolumento eſſe potuiſſet, ſi extra diœceſin Verdenſem pagus Sturmio exſtitiſſet. Villæ in hoc pago erant Fardun, Ekina et Ekynon, atque Heclo. De pago Sturmidi.

(O) *Heloon* villa in antiquiſſimo Regiſtro noſtro ponitur *in pago Tilithi*, qui erat in præfecturis Gronde, Ohſen et Polle ad Wiſeram, vti ſupra demonſtrauimus §. 105. not. (y) Neutiquam ergo errabimus, ſi per *Heloon* deſignari intelligimus Helen ad Wiſeram inter Bodenwerder et Hamelen oppida, ſeu, vt mentem diſtinctius explicemus, inter Keminade monaſterium et præfecturam Gronde. Nunc ille vicus pertinet ad comites, de Schulenburg dictos, olim vero erat ſedes quorundam nobilium *de Helen*, miniſterialium Corbeienſium, de quibus egimus in Clientela Corbeienſi. *Hildibertum* ſupra inter progenitores comitum Euerſteinenſium retulimus, id quod e ſitu villæ *Heloon* in meditullio comitatus Euerſteinenſis reperiundæ concluſimus. Quantum vero etiam e nominum ſimilitudine colligimus, iudicamus, fratrem fuiſſe *Gherberni* et *Theodberni Euerhardum* Saxonem, filium *Meginhardi* comitis, quem anno 881 a Nordmannis captum mater eius *Eueſa* poſtea magno pretio dato in columen recepit, Annaliſta Saxone teſte Tom. I. Eccardi p. 220. Probabile enim eſt, *Euerhardo* illi nomen eſſe inditum, ab auo ſuo petitum. Cumque *Euerhardi II* pronepos e fratre fuerit *Meinwercus* ſeu *Meginhardus:* vnum enim idemque nomen eſt, vti diplomata probant, quæ Meinwercum epiſcopum Paderbornenſem aliquando etiam appellant Meginhardum; eo ipſo hæc noſtra ſententia probabilior redditur.

(P) De *Geroldo* eiusque progenitoribus et poſteris iam quidem ſupra §. 163. not. (D) pluribus egimus. Intermittere autem non poſſumus, quin quædam addamus, vt noſtram de eo ſententiam probabiliorem reddamus. Cum enim l. c. dixerimus, *Geroldi IV* patrem fuiſſe *Geroldum III*, pannonici limitis cuſtodem, ac matrem Alsburg e Brunoniana domo; poſt hoc deprehendimus, eius quoque feciſſe mentionem auctorem Vitæ Meinwerci epiſcopi Paderbornenſis Tom. I. Leibnit. p. 545. his verbis: *Meinwercus iuxta principale quoque monaſterium capellam quandam, capellæ in honore ſanctæ Mariæ perpetuæ virginis a Geroldo, Caroli* De comite Geroldo.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

roli M. imperatoris consanguineo et signifero, contiguam per græcos operarios construxit, eamque in honore sancti Bartholomæi apostoli dedicauit. Quibus in verbis primo ellipsim deprehendimus, ac vocem *constructæ* omissam esse omnino putamus: deinde quoque in eisdem verbis particulum *et* inter voces Geroldi et Caroli M. omissam esse censemus, vt itaque totus sensus sic reddendus sit: Meinwercum capellam, capellæ a Geroldi et Caroli M. imperatoris consanguineo et signifero constructæ, contiguam per græcos operarios construxisse. Ita autem ex his verbis restitutis minime probari posse arbitramur, capellam istam ab ipso *Geroldo* esse constructam, perperamque igitur eandem appellari a Nic. Schatenio Tom. I. Annal. Paderb. f. 32. seq. Geroldinam ædem. Quemadmodum enim alio tempore euidentissime ex diplomatibus quibusdam demonstraturi sumus, tum episcopatum Paderbornensem non tam antiquum esse, vt Schatenius aliique perhibent, tum *Translationem S. Viti*, in Tom. I. Script. Rer. Germ. Meibomii f. 763. seqq. reperiundam, ad quam Domini Paderbornenses aliique continuo prouocant, scriptum esse supposititium; ita e verbis Vitæ Meinwerci elicimus, constructorem capellæ S. Mariæ fuisse et Caroli M. et *Geroldi* consanguineum. Quodsi igitur iam supra demonstrauimus, Widekindi Magni posteros in pago Pathergo possedisse amplissima prædia, atque ideo ad ipsum *Widekindum* pagum Pathergo spectasse; probabilissime constructor capellæ (Geroldinæ) quidam e Widekindi posteris exstitit. Sic autem in ipsis verbis Vitæ Meinwerci, licet obscurioribus, argumenta deprehendimus, affirmandæ sententiæ nostræ idonea, dictitantes, *Geroldum* nostrum, leuitam, fuisse filium *Alsburgæ*, quæ postea nupsit *Walberto* nepoti *Widekindi M.* Si enim *Alsburg* filia fuit *Echerti* ducis atque *Idæ*, vtique *Alsburg* Caroli Magni consanguinea erat cum filio suo *Geroldo.* Atque si *Alsburg*, mortuo *Geroldo III*, denuo nupsit *Walberto* nepoti Widekindi M. constructor sæpe dictæ capellæ etiam Caroli Magni consanguineus potuit nominari. Ex his autem videmus et intelligimus, quam longe discesserit Schatenius l. c. a veritate, quippe qui *Geroldum*, ab auctore Vitæ Meinwerci nominatum, reputauit pro *Geroldo*, Baioariæ præfecto, qui anno 799 in prælio Hunnico occubuerat. Distinguendos enim esse Geroldos, nec inuicem confundendos, iam supra docuimus.

De pago Suilbergi.

(Q) *Pagus Suilbergi* olim erat in comitatu Dasselienſi. Quod vt euidentissime demonstremus, primum de hac regione exterminare debemus pagum *Himmeltago* vel *Immeltago*, quem clar. Grupenius in *Discept. Forens.* p. 543. ad fluuium Ilme in præfecturis, Rotenkirchen intra Principatum Grubenhagicum, et Hundesrück, in episcopatu Hildesienſi, collocat. Quod idem est ac si dixisset pagum Himmeltago quondam extitisse in comitatu Dasselienſi. Deceptus autem fuit vir doctissimus auctoritate C. F. Paullini, qui, cum in *Commentario de pagis* p. 98. quendam pagum Himmeltago ex diplomate Arnolfi quodam adduxisset et Nic. Schatenium in *Annal. Paderb.* P. I. f. 216, qui eundem pagum appellauerat Huuerango, seu Huuetago, correxisset, pro Huuerango legit Himmeltago. Quem itaque pagum laudatus Grupenius in comitatu Dasselienſi se inueniſſe putauit, eum merito proscribimus. Sed tam Schatenium quam Paulinium viros celeberrimos erraſſe, eruditi ex ipso diplomate ad normam autographi correcto, quod in præstantissima Historia nobilium dominorum de Munchausen exstat, cognoscere possunt. Diploma illud Arnolfi ex autographo correctum cum viro Illustrissimo atque omni nostra laude maiore domino scilicet Gerl. Ad. de Munchhausen, sCæ Maiestatis Britannicæ etc. consiliario intimo etc, communicauimus. Nullus error in apographum, prout in Historia illa laudata, exemplo profutura nobilitati Germanicæ atque inprimis Saxonicæ, in additamentis num. 1. exstat, irrepsit, excepto quod tantum in voce *Piringisa* vnica littera p. vertenda et legenda est *Diringisa.* Quod vitium, vti quilibet iudicare potest, typothetæ est. Hisce præmissis, quilibet ex hoc vnico exemplo perspicere poterit, quam vitiosissime diplomata Corbeienſia tam a Schatenio quam a Paulinio esse exhibita. Patebit id quoque ex eo, pagum Himmeltago nunquam fuisse in rerum natura, neque proin in comitatu Dasselienſi esse collocandum. Idem enim pagus Himmeltago est pagus Huuetango, de quo supra (§. 3.) satis superque egimus. Cum vero diploma ipsum loco plane alieno reperiatur, ideo huc illud transferendum esse omnino duximus, addito monogrammate, quod loco deest laudato. En illud:

In

guber-
nante
Corbe-
iam Wa-
rino.

℄In nomine ſc̃ae et indiuiduae trinitatiſ Arnolfuſ diuina fauente gratia rex. Notum ſit omnibuſ ſc̃ae dī eccleſiae fidelibuſ noſtriſq̃. praeſentibuſ ſcilicet et futuriſ qualiter bobo ūēñ. abba ñr̃am precatuſ eſt celſitudinem quatinuſ noſ quaſdam reſ proprietatiſ ñr̃ae quaſ quidam nobiliſ uir hohuuara nominatuſ priuſ in beneficium habuit pro remedio animae ñr̃ae parentumq̃. ñr̃ō̃um ad monaſterium noua Corbeia nuncupatum cui idem bobo et fratribuſ ibidem d̃no famulantibuſ praeeſſe dinoſcitur in proprium concederemuſ. Cuiuſ petitioni pro aeterne felicitatiſ amore annuimuſ libenter. Dedimuſq̃. ad idem monaſterium quidquid praefatuſ uir houuarduſ in *pago huuetango* in comitatib. *ecperti* et *reithard* et *herimanni* et in locis *diringiſa marca ſchidara adekenhuſun* et *muchohuſun* ñr̃i beneficii tenuit cum conſenſu eiuſ in perpetuum proprietatem. cum omnib. reb. illud iuſte reſpicientib. curtilibuſ aedificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ agriſ pratiſ campiſ paſcuiſ ſiluis aquiſ aquarumq̃. decurſibuſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ ac reditibuſ quaeſitiſ et inquirendiſ mobilibuſ et immobilib. omnib.q̃. appendiciiſ et adiacentibuſ finib. illuc legaliter pertinentibuſ. haec uero ōm̃ā hoc ſunt hoba. XXV. de ñr̃ō iure in iuſ et dominacionem praelibati monaſterii in honore ſc̃ī ſtephani protomartiriſ Xp̄ī dicati tradidimuſ atq̃. contulimuſ et iuſſimuſ inde hoſ praeſenteſ regalitatiſ ñr̃ae apiceſ titulari. per quoſ decernimuſ atq̃. iubemuſ ut idem bobo egregiuſ abba ſuiq̃. ſucceſſoreſ ab hodierna die ac deincepſ poteſtatem habeant integerrimam eaſdem reſ ita ordinare atq̃. diſponere prout uſui fratrum inibi d̃no militantium neceſſe eſſe conſpexerit. Et ut hoc firmum et ſtabile perpetualiter conſiſtat idem praeceptum propria manu firmauimuſ anuloq̃. ñr̃o ſigillari iuſſimuſ.

ſignum domni Arnolfi inuict̃iſſimi regiſ

Aſpertuſ cancellariuſ ad uicem deotmari archicapellani recognoui et ſſſ.

Data XIII. k. ſeptemb. anno incarnat. d̃ñi DCCCLXXXVIIII. indict. VII. anno II. regni arnolfi piiſſimi regiſ. Actum ad curtem quae uocatur portanaha in dī nomine feliciter amen.

Sigillum eſt detritum, probabiliter
vero æquale fuit illi, quod ſupra
exhibuimus.

Remo-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 168.

Tradidit hoger in *hrecuuiti* in uilla nuncupante *ofidi* (R) manſum unum et familiaſ duaſ teſteſ folrcrid uual item folcrid bern.

§. 169.

Remoto ergo pago Himmeltago e comitatu Daſſelienſi, eidem Comitatui reſtituimus pagum Suilbergi. Atque vt hanc nouam ſententiam cuique adprobemus, prouocamus ad villas, quæ huic pago tribuuntur, quæque ſunt in his traditionibus §. 18. 1) *Theutmareshus*, Deterſen in præfectura Hundeſrück, 2) *Stockchem*, Stockheim in præfectura Rotenkirchen, 3) *Ymmanhus* §. 51, Imbſen in Principatu Grubenhagico, 4) *Marchertesbus* §. 75. Merxhuſen ad flumen dictum *die Spöling*, 5) *Thiednodeshus* §. 167. Deteniſſen, villa deſolata ante ſaltum Sollinganum ſub caſtro Lauenberge, vno diſtans milliari ab vrbe Einbeca, atque vno milliari ab oppido Daſſel remota: 6) *Ameleueshus* §. 173. Amelſen in præfectura Hundeſrück, 7) *Osdageshuſen* §. 187, Odaſſen in comitatu Daſſelienſi, 8) *Daſſila* §. 203. oppidum Daſſel, 9) *Diſeldashuſen* §. 235. et 244. Daſſenſen in præfectura Rotenkirchen, haud procul a villa deſolata Bentershuſen ad riuum dictum *die Benterbach*, qui influit in fluuium Ilme, 10) *Rucunhuſen*, Rengershuſen in præfectura Rotenkirchen haud procul a villa Auenshuſen, 11) *Odileueshuſen*, quæ villa vel Oikershuſen eſt ante Sollinganum ſaltum, haud procul a Giluerdeshuſen atque oppido Daſſel, vel Oekenſen, villa deſolata in eadem ſilua, 12) *Makkanhuſen*, Mackenſen in præfectura Hundeſrück haud procul ab oppido Daſſel ad riuum nominatum die Spöling, 13) *Thiadbertes-huſen*, Teckenhuſen villa deſolata in ſaltu Sollingano, vel Denkihuſen haud procul a Mackenſen vico, 14) *Holthuſen* §. 292. Holrzhauſen in præfectura Erichsburg, 15) *Nathireshus* §. 370. Naenſen ſub inſpectione Grene in Principatu Wolferbuttelenſi, 16) *Walcrimhus* §. 354. Wellerſen, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Daſſenſen, 17) *Ecwardeshus*, §. 382. poſtea dicta Ickershuſen, iam Oikershuſen. Ergo Odileueshuſen Oekenſen erit. 18) *Balgeri* §. 393. Bilder villa deſolata in Sollingano ſaltu. 19) *Folcberghehus* (§. 402.) Volbrechtshuſen in eadem ſilua, 20) *Thieddegeshus* §. 407. Thidexen, villa deſolata haud procul ab oppido Einbeck, 21) *Aldanthorpe*, villa deſolata non procul ab eadem vrbe, 22) *Ameleueshus* §. 419. vid. num. 6. 23) *Neghenborne* (§. 310.), Negenborn in Principatu Grubenhagico in præfectura Saltz der Hellen haud procul a flumine Leina, 24) *Hemenhus* §. 361. Emiſen in præfectura Rotenkirchen haud procul a villa Odaſſen, 25) *Sullishus*, villa deſolata in comitatu Daſſelienſi, et 26) *Hildtwerteſun*, quæ vel Hilwartshuſun eſt in præfectura Erichsburg, vel Hilvershuſen in præfectura Hundeſrück. Hiſce rite conſideratis, nullum fore ſperamus, qui dubitauerit, *Suilbergi* pagum fuiſſe in Principatu Grubenhagico ac comitatu Daſſelienſi. Relatum vero eundem pagum olim fuiſſe ad Saxoniam orientalem, et ſpeciatim ad Angariam in orientali regione, comprobamus ex præſtantiſſimo diplomate hactenus inedito atque in Hiſtoria Corbeienſi producendo, cuius clauſula hæc eſt: *Actum ſecundum legem Angariorum in orientali Saxonia in pago Sulbirgowe.*

De pago Hrecwiti.

(R) *Pagum Hrecwiti* ſitum fuiſſe in ducatu Weſtfalorum, docet et euincit ſequens diploma regis Hludouuici, in quo hic abbatiſſæ Hadwi, ſorori abbatis Corbeienſis Warini, donat quaſdam res proprietatis ſuæ, quas hactenus Folcherius (probabiliter ad ſtemma Widekindeum referendus, de quo egimus ſupra §. 104. not. (†††)) in beneficio tenuerat, in ducatu Weſtfalorum in pagis Grainga et *Hrecwiti*, contiguo ſitu inclitis. En illud:

℄ In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Hludouuicuſ diuina fauente gratia rex. ſi lociſ deo dicatiſ quiddam ex rebuſ quaſ diuino munere poſſidemuſ largitatiſ gratia conferimuſ hoc nobiſ procul dubio

ad

ad aeternam uitam promerendam profuturum liquido credimuſ. quapropter nouerit ōīūm fidelium ñōrum praeſentium ſcilicet et futurorum induſtria qualiter noſ ob amorem dī et pro abſolutione peccatorum anteceſſorum ñōrum auguſtiſſimorum imperatorum atq;. pro remedio animae ñōrae quaſdam reſ proprietatiſ ñōrae quaſ folcheri fideliſ noſter hactenuſ in beneficium tenuit in *ducatu uueſtfalorum* coniacenteſ in *pagiſ grainga* et *hrecuuiti* nec non *in comitatibuſ burchardi uualberti albrici* atq;. *letti* eae ſunt manſi XIIII. cum familiiſ XX. qui lingua eorum luti dicuntur ad monaſterium quod uocatur *herifurt* quod eſt conſtructum in honore ſcāe mariae ſemper uirginiſ ubi *haduui* praeſentibuſ temporibuſ abbatiſſa et rectrix eſſe uidetur cum omnibuſ appendiciiſ totum et integrum ad praefatum monaſterium in proprium perpetualiter tenendum tradimuſ et de iure ñōro in iuſ et dominationem ipſiuſ monaſterii ſolemniter condonamuſ. ita uidelicet ut nulluſ ſucceſſor noſter eaſdem reſ inde ulteriuſ ſubtrahendi licentiam habeat ſed ab hodierno die rectriceſ atq;. ſcīmonialeſ ipſiuſ monaſterii eaſdem reſ recipiant atq;. deincepſ per hoc ñōrum praeceptum data licentia Xp̄o propitio habeant poteſtatem utendi pro communi utilitate eorum qualitercunq;. eiſ libuerit. et ut haec auctoritaſ ñōrae largitioniſ atq;. traditioniſ per futura tempora firmior habeatur et a cunctiſ fidelibuſ noſtriſ meliuſ conſeruetur ueriuſq;. credatur ſubter eam manu propria ñōra firmauimuſ et impreſſione anuli ñōri robarari iuſſimuſ. guber-nante Corbeiam Warino.

ſignum  domni hludouuici ſereniſſimi regiſ

hadebertuſ ſubdiaconus ad uicem uuitgarii cancellarii recognoui et ſſſ.

data VII. kal. maii anno Xp̄o propitio XXVII regni hludouuici ſereniſſimi regiſ in orientali francia regnantiſ indict. XIIII. actum in franconouord palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Sigillum eſt idem, quod exhibuimus in Tab. I. n. 3.

Quemadmodum autem hoc diploma indicat prouinciam generalem, in quo pagus *Hrecwiti* exſtitit: ita hæ traditiones quaſi digito demonſtrant epiſcopatum Oſnabrugenſem, et quidem eam regionem, quæ comitatui Tecklenburgico contigua eſt, in qua *Hrecwiti* pagus eſt inueniendus. Primum enim in hoc §. 168. tribuitur pago *Hrecwiti* villa *Oſidi*, in epiſcopatu Oſnabrugenſi reperiunda, in qua ſeculo XII nobilis comitiſſa Eilica monaſterium ſanctimonialium in honore S. Dei genetricis et Iohannis baptiſtæ fundauit. Quem locum celebrem fecerunt quidam nobiles domini dicti de Oſide, Oſithi atque Oſde, vti in noſtris diplomatibus appellantur, quorum forte ſator fuit *Hogerus* noſter, qui manſum in villa *Oſidi* donauit. Deinde in eodem pago *Hrecwiti* erat, teſtante Regiſtro Sarachonis abbatis Corb. villa *Hikieſhus*, quæ nobis videtur eſſe Hickingen in epiſcopatu Oſnabrugenſi. Tum huic pago tribuitur §. 285. et §. 416. villa *Aſtereſhus*, quæ villa Oſtershus erit, in epiſcopatu Oſnabrugenſi ſita, comitatui Teck-

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

§. 169.

Tradidit *ida* (S) omnem hereditatem suam quam habuit in *helmonstede* (T) testes

lenburgico vicina, quibus denique Registrum nostrum quoque addit villam *Lengirichi*, quæ villa Lengerke erit, in comitatu Tecklenburgico sita.

De Ida ducissa.

(S) Idam, donatricem horum bonorum, fuisse quandam fœminam illustrissimam, ex testibus, qui præsentes erant, cum hæc traderentur, colligere placet. Quatuor illi erant comites, qui minime itineris molestiam susciperent, nisi *Ida* quædam in magno honoris gradu constituta matrona fuisset. Ex his ergo circumstantiis non sine veritatis specie concludimus, *Idam* fuisse matrem abbatis nostri Warini, ac coniugem Ecberti ducis Saxoniæ, de qua vid. supra §. 155. not. (s).

De villa Helmonstede.

(T) *Helmonstede* villam caue ne confundas cum vrbe Helmenstadio in ducatu Guelpherbytano, in qua academia hodierno die floret. Etiamsi enim maxima similitudo sit inter vtramque, Helmenstadiumque hoc tempore iam quoque exstiterit, vti supra §. 20. not. (F) ex vita S. Hildegrimi didicimus; nostra tamen villa in Registro nostro reperitur collocata *in pago Itergowe*, quem in comitatu Waldeccensi fuisse nemo negare poterit. Bona in villa *Helmonstede* olim in beneficio seu feudo habebant ab abbatia Corbeiensi nobiles de Tuiste, in villa Twiste ad fluuium Twiste in principatu Waldeccensi in præfectura Arolsen commorantes, vti sequens commonstrat diploma. Non ergo sine probabilitate intelligimus per *Helmonstede* vicum Helmscheit in præfectura Eisenberg, qui non procul abest a villa, nominata Twiste, in principatu Waldeccensi. En vero ipsum diploma ex originali:

C In nomine sc̄ē et indiuidue trinitatis Widekindus dei gr̄ā Corbeiensis ec̄clie abbas cunctis successorib⁹ suis in perpetuum. Cum ex debito commissi nobis regiminis ec̄cliarum semper teneamur incrementis prospicere notū esse uolum⁹ cunctis successorib⁹ n̄ris quod diem nouellam apud *Godelouessen* in Xp̄o locassem⁹ familiam nos raritatem p̄diorum loci illi⁹ ⁹siderantes duo talenta in eadem uilla ad camer̄ fratrū Corbeiensium p̄tinentia et ad indumenta abbatis deputata p̄d̄co cenobio ut deo ibi seruientes eo ampliora possint habere subsidia ⁹tulim⁹ q̄ nimirum collatio ut tanto esset firmior p̄posit⁹ loci illius II. talenta in *Helmenstetun* ab *Heinrico de Tuiste* et herede fratris sui *cunonis* q̄ ab ec̄clia Corbeiensi in beneficio tenuerunt redemit et ipsi ea nobis resignauerunt. que nos in recompensacionem p̄dictorum talent. camerario fratrum assignauim⁹ quod nimirum ne in dubie contentionis scrupelū possit relabi p̄sentis pagine tenorem iussim⁹ ⁹scribi et testib⁹ in quorum p̄sencia hec acta sunt subter annotatis sigilli n̄ri impressione ea iussim⁹ communiri. Sunt autem hi. Conrad⁹ maior p̄posit⁹. Fritheric⁹ prior. Reinher⁹ camerari⁹. Olric⁹ hospitalari⁹. Ropert⁹ camerari⁹. Johannes capellan⁹. Ministeriales *Wasmod⁹ marscalc⁹. Erenbert⁹ camerari⁹. Ludolfus uterq̄.* dapifer. *Helmric⁹. Reinher⁹* et *Arnold⁹ fratres de Porta. Tideric⁹ Rus⁹. Herbold⁹ de Rubike. Joannes de Berinchus.* Albertus Wippo. *Heithenric⁹ de Widinghus. Frideric⁹ de Groninga* et alii quam plures.

Acta

Acta sunt hec anno incarnationis M. C. XCV. indictione XIII. anno prelationis ñre VI. guber-nante Corbeiam Wa-rino.

Sigillum habes in Tab. III, n. 2.

In hoc diplomate sine dubio per *Godelouessen* designatur Goddelsheim, locus principatus Waldeccensis in praefectura Eisenberg haud procul a monasterio Schaken, vti ex aliis constat documentis. Quodsi autem ipse Widekindus abbas attestatur, ecclesiam Corbeiensem praedia ibidem non habuisse multa, magno id esse argumento putamus, in diplomate regis Arnolfi, supra §. 163. inserto, per Godeleueshem non fuisse significatum Goddelsheim, in principatu Waldeccensi situm. Otto enim illustris ab abbatia Corbeiensi praeter alia bona accipiebat 8430 iugera. Indubie autem abbatiae nostrae agros eiusdem fere mensurae et indolis reddebat, qua illos acceperat. Hinc Goddelsheim, in praefectura Eisenberg locus, non potest esse Godeleueshem in pago Nihtherfi. Ad quamnam vero prouinciam villa *Helmonstede* in *pago Itergowe* pertinuerit, nunc porro inquirendum est nobis. Quodsi itaque pagus *Itergowe* in Waldeccensis principatus terris fuit, Waldeccium autem D. Grupenius in *Origin. Pyrmont.* p. 150. seq. refert ad Saxoniam, respondere ac contendere debebit ipse, *Helmonstede* villam fuisse Saxoniae nostrae partem. Sed cum dissimulandum non sit, quod obscurari non poterit, et quod fatendum esse duximus, argumenta, quae eam ob causam Ill. Grupenius l. c. protulit, id nondum adprobare, quod erat comprobandum. Quamuis enim primum inficiari non ausim, episcopatum Paderbornensem fuisse erectum in Saxonia, ad religionem christianam conuertenda; ea tamen ratio colligendi et argumentandi non valet, quae ita instituitur: Schaken, Aroldessen et Flechtorf (non Fluchtorf), in principatu Waldeccensi sita, ad episcopatum Paderbornensem relata fuerunt; ergo ipse pagus Itergowe seu principatus Waldeccensis ad Saxoniam est referendus. Haec enim monasteria diu post erectionem episcopatus Paderbornensis sunt fundata, semperque negauerunt illae abbatiae Schaken atque Aroldessen, se ad diœcesin Paderbornensem spectare. Bullatae Papae Leonis III litterae nihil hic adprobare queunt, quia litterae de Heresburgensi ecclesia indicium faciunt, quae quidem ad Saxoniam, nequaquam vero ad diœcesin Paderbornensem pertinuit, vti alio tempore documentis fide dignissimis demonstraturi sumus. Si se deinde Volcuinus de Sualenberg natum et renatum et synodaliter subiectum ecclesiae Paderbornensi nominat, id quidem de Sualenbergico, non vero de Waldeccensi comitatu capi intelligique potest. Quamuis porro in regione, circa montem Heresburg sita, vbi Irmensula quondam exstitit, decimae secundum Saxonicas *rastas* sint numeratae, potest tamen moneri, a particulari ad vniuersale non progredi, non valere, consecutionis logicae legem. Multo minus diploma, quod Schatenius in Annalibus Paderbornensibus et Paulinius excitant, non vero attulere, nec vnquam viderunt, quia confirmationem bonorum Waldeccensium illud continere et indicare perhibuerunt, id comprobat nec euincit, Waldeccensem principatum ad Saxoniam esse relatum. Praestantissimum enim diploma hucusque ineditum atque in Historia Corbeiensi afferendum sic inter alia habet: *Actum Corbeiae secundum leges Angerlorum.* Minus solide ratiocinamur, ita colligentes argumentationem: Sereniissimus Princeps Waldeccensis bona quaedam, in Waldeccensi agro sita, ab abbatia Corbeiense in feudum accepit, ergo ipsa Waldeccia fuit intra Saxoniam sita aeque ac Corbeia. Idem enim hoc est ac si diceres: duces Pomeraniae olim ab abbatia Corbeiensi insulam Rugianam in feudum accepere, ergo tota Rugatensis insula ad Saxoniam est referenda. Duces Cliuenses a Duce Burgundiae feuda susceperunt. Quis vero, Cliuiam fuisse Burgundiae partem, existimabit? denique ea ratiocinandi forma ad nihilum recidit: Episcopi Paderbornenses habuere in Waldeccia suas curtes

An principatus Waldeccensis ad Angariam sit relatus.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

teſtes bardo comes (U) heriman comes (V) theidger comes (W) marcbodo comes (X) et alii XIII.

§. 170.

dominicales, ergo Waldeccia ad Saxoniam ſpectat. Potuiſſet enim Paderbornenſis eccleſia bona quædam in Wurtenbergico ducatu poſſidere, eam ob cauſam tamen ducatus Wurtenbergicus ad Saxoniam non relatus eſſet. *Ad quam* igitur *prouinciam*, tandem quæris, *referendus erit principatus Waldeccenſis*? Reſpondemus, non ad Franciam, neque ad Haſſiam, ſed ad Saxoniam, ſpeciatim vero ad Angariam, in occidentali regione ſitam. Quemadmodum enim iam ſupra demonſtrauimus, liberos Widekindi Magni, Saxoniæ ducis, in pago Itergowe ampliſſima poſſediſſe prædia; extra Saxoniam vero in Francia Widekindum aliquid iuris vel prædiorum poſſediſſe, nemo quantum noſſe datur, aſſeruit: ita deinde in Waldeccia vſu trita fuit lex Saxonica et ſpeciatim Angarica, vti docent vnumquemque noſtra diplomata. Accedit, quod marcus Sturmethi, poſitus circa oppidum Geſeke et in Weſtfaliæ ducatu, ſpeciatim nunc ſic dicto, vltra limites comitatus Waldeccenſis probabiliſſime exſtitit terminus Angariæ occidentalis. Poëta Saxo Tom. I. Leibnitii pag. 121. cecinit ita:

Inter, inquit, *prædictos* (ſc. Weſtfalos et Oſtfalos) *media regione morantur*
Angarii, populus Saxonum tertius. Horum
Patria, Francorum terris ſociatur ab auſtro
Oceanoque eadem coniungitur ab aquilone.

E quibus verbis colligimus, Waldecciam noſtram circa meridianum cardinem fuiſſe terminum Angariæ occidentalis. Sed, inquis, his contrarium eſt id, quod *Ida*, quam origine Francam fuiſſe ipſe (§. 155.) demonſtraui, aliquid hereditatis in pago Itergowe poſſedit, vti ex hoc §. 169. apparet, quippe ex quo quis adfirmare poſſit, Waldecciam potius ad Franciam, quam ad Angariam, ſpectaſſe. Ac reſpondere liceat, terminos Francorum et Saxonum vbique circa annum 772 in plano contiguos fuiſſe, ac Saxonum tellurem vix limite certo adiacuiſſe Francis, in quibus quippe cædes, rapinæ atque incendia certatim contigere, quæ tandem pacem conturbarunt. Id ex Eginhardo ac Poeta Saxone conſtat. Inde factum fuiſſe probabile eſt, vt bona *Idæ*, in villa *Helmonſtede* ſita, iure belli in manus peruenerint Caroli Magni, qui eadem tradere potuit fratribus *Idæ* duciſſæ. Hi erant, vti ſupra §. 155. vidimus, Adalardus, Walo, ac Bernharius, quibus mortuis eadem bona iure hereditatis in manus *Idæ* videntur deuoluta. Non ſine grauiori cauſa *Bardonem* atque *Herimannum* comites inter teſtes fuiſſe, putamus. Vti enim iam ſupra, illos e poſteris Widekindi Magni exſtitiſſe, aſſeruimus: ita hac occaſione, quæ mea eſt coniectura probabilis, de iure ſuo, quod in bona in *Helmonſtede* ſita habere poterant, ceſſerunt.

De Bardone comite.

(U) *Bardo comes*, vti (§. 104.) vidimus, erat frater Walberti ac nepos Widekindi M. in magna auctoritate conſtitutus, vti hæ traditiones paſſim demonſtrant, comitum Waldeccenſium procreator.

De Hermanno comite.

(V) *Herimannus comes* probabiliter quoque ad ſtemma Widekindeum refertur. Fortaſſis is fuit filius vel Alfrici vel Ohtriti, quorum mentionem iniecimus ſupra §. 142. Nomen ſane Herimanni in familia Widekindea eſt vſitatiſſimum, et perquam familiare, vti ex tabula genealogica ſupra §. 104. inſerta appareret.

De Theidgero comite.

(W) *Theidger* nomen germanicum eſt, denotans *patrem belli*. Nomen *Theite* adhuc in Weſtfalia eſt tritiſſimum, ſignificans *patrem*. A voce *ger* autem non

§. 170.

guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

Tradidit todo in *redherefhuf* (Y) manſum unum cum familia teſtef oſman (Z) uual rodulf maynheri.

tradidit folchard pro anima fratriſ ſui manſum med. in *bulihem* (a) et in *uuegballidi* (b) teſtef folcdag ecbert bernger dagrim.

§. 171.

Tradiderunt uuilli et auen in *dyfieldefhuf* (c) quidquid ibi habuerunt teſtef bennuco alfger rayndag.

tra-

non immerito deducitur nomen *guerra*, *gerra*, et *werra*, id eſt, bellum. In quonam pago ille *Theidger* comitatum ſuum habuerit, incertum eſt. Si inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi Theidger reperiretur, habere eum vellemus pro fratre Hrodgeri comitis, e domo Brunoniana procreati. Sed nihil definimus.

(X) De *Marcbodone* comite ea vide, quæ ad §. 106. commentati ſumus. De Marcbodone comite.

(Y) *Redhereshus* villa, in Regiſtro noſtro poſita, inuenitur *in pago Guddingo*. De pago Guddingo; intra dynaſtiam Homburgicam, ſeu vt accuratius loquamur, intra tractum Lauenſteinenſem reperiendo, iam egimus ſupra §. 7. not (n) Intelligimus ergo deſignari per villam *Redhereshus* vicum Redhardeſſen ſeu Rade, haud procul a Bruntkenſen vico, et Marienhagen ſitum in radicibus montis Nied. Mons hic adpellatur alias *Gighat*, *Iht* et *Nied*, diſcernens præfecturas Wichenſenſem et Lauenſteinenſem ad Orientem auſtralem. Varios habuit ea villa dominos. Modo enim ipſa paruit progenitoribus de Northeim comitum. *Todo* enim, qui in hac villa quædam donauit, nobis Theodhardus videtur, de quo egimus §. 104. not. (t). Modo paruit villa Dominis de Hoinboken dictis, quorum dynaſtia ſita erat inter Lauenſtein, Gronau, Alfelde, Grene, atque Homborg, prouti diplomata noſtra approbant. Modo ipſa paruit dominis, de Rottingen dictis, modo dynaſtis Homborgicis, modo Dominis de Steinberg; modo dominis de Bock. Nunc vero ſereniſſimis Ducibus paret Brunſuico-Luneburgicis. Ad hos corymbos faciunt multa et egregia documenta litteraria, quibus in *Clientela Corbeienſi* erit locus. De villa Redhereshus.

(Z) De *Oſmanno* vid. ſupra §. 20. not. (H) De Oſmanni nomine.

(a) Hic memoratur dominus quidam, cui *Folchardus* nomen, qui per probabilitatem eſt *Folchardus* ille, cuius meminere traditiones ſupra §. 130, quæ illum filium *Deddi* atque *Albe* nominant. Villam enim *Bulihem* ponit Regiſtrum noſtrum *in pago Logne*, intra principatum Göttingenſem collocando, vti iam ſupra §. 33. not. (u) demonſtrauimus. Per *Bulihem* villam ergo deſignari intelligimus vicum *Bühle* in dynaſtia Hardenberg intra Göttingenſem principatum, Northemium inter prope montem et geminam arcem Hardenberg. De villa Bulihem.

(b) *Wegballidi* villa in noſtro Regiſtro itidem poſita cenſetur *in pago Logne*. Sed affirmare non audemus, vicum *Wibbeke* per eam deſignari in dynaſtia Adelipſen ſitum, in principatu Göttingenſi. Maior enim diſcrepantia inter *Wibbecke* et *Wegballidi* intercedere videtur, quam vt hic locus aduocari poſſet. Niſi eſt ea villa vicus *Wibbecke*, reſpiciendum eſt ad vicum quemdam dynaſtiæ Hardenbergicæ, quem venditores ahenorum crebri incolunt. De villa Wegballidi.

(c) Villa *Dyſteldeshus* erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in Suilbergi pago*, de quo conſer De villa Dyſteldeshus.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et

tradidit uuigfuit in *bardonhuf* (d) quidquid ibi habuit hoc tamen pacto ut ipfa quam diu uixerit illud poffideat teftef runheri beuo haold.

§. 172.

Tradidit tetta in *uuergefi* (e) ex parte aquilonali et orientali X iurnalef teftef funt . . . .

§. 173.

Tradidit tietgerus quidquid habuit in *ameleuefhuf* (f) pro anima tietgeri et tuide prope enim manfum habet teftef hildulf tiedric godefman et alii X.

tradidit marcbold pro fe et fratre fuo afi quidquid in farto hoc eft in *amalefhuf* (g) ad illof pertinebat litum fcilicet cum familia unum et quidquid in

fer fupra §. 167. not. (Q.) Locus vocatur nunc Daffenfen, confpicuus in præfectura Rotenkirchen.

De villa Bardonhus.

(d) *Bardonhus* villa reperiebatur olim eodem *in pago Suilbergi*. Defignari intelligimus per eam vicum *Bartfhufen* feu Barshufen in Wolferbuttelenfis Principatus præfectura Grene haud procul a vico Wentzen fitum. Locus vnius milliaris interuallo diftat ab oppido Einbeck, quod oppidorum Principatus Grubenhagici principatum tenet.

De villa Wergefi.

(e) *Wergefi* villa *in pago* exftitit *Auga*, tefte Regiftro noftro. Indicatur fine vllo dubio vicus *Wirjefen* ad Wiferam, vnum milliare et dimidium a noftra Corbeia diftans. Habent in Wirjefen domicilium equeftre nobiles domini de Wreden. Disiungit Vifurgis Wergefi villam ab *Heriftallo Saxonico*, loco, in Annalibus Rerum Francorum celebratiffimo. Hic enim anno 798. Carolus M. cum exercitu hiemauit. Huc ipfe Pipinum de Italica et Hludouuicum de Hifpanica expeditione regreffos ad fe venire iuffit. Hic legatos Hunnorum, cum magnis muneribus ad fe miffos, audiuit atque dimifit. Hic Adelphonfi regis Afturicæ et Galeciæ legatum, ipfi dona adferentem, fufcepit. Hic totum hyemis tempus ad redigendam in ordinem Saxoniam impendit. Hic natalem domini et pafcha celebrauit. Hinc collecto exercitu ad locum, qui Minda dicitur, mouit, et contra defertores fidei, inter Albim et Wiferam incolentes, peragrauit totamque obiuit Saxoniam. Retulerunt ita Regino, Adelmus, Poëta Saxo, Eginhartus in Vita Caroli Magni aliique.

De villa Ameleueshus.

(f) Villa *Ameleueshus* feu, vti in noftro Regiftro locus fcribitur, *Amaleueshus* erat in *pago Suilbergi* fita. Eum pagum fupra §. 167. not. (Q.) collocauimus maxima ex parte in comitatu Daffelienfi, atque defignari intellexi-mus l. c. per hanc villam vicum *Amelfen* in præfectura Hundefruck in epifcopatu Hildefienfi, vno milliari diftantem ab vrbe Einbeca, loco Principatus Grubenhagici. Infra in his traditionibus eadem villa aliquoties recurrit. Bona autem in eodem vico *Amelfen* ab abbatibus Corbeienfibus in feudum data funt quibufdam ciuibus Einbeccenfibus, quos patricios vocant, a quibus et ea vfque in hodiernum diem feudali iure poffidentur.

De villa Amalefhus.

(g) *Amalefhus* villa diftinguitur ab *Amaleueshus*. Quemadmodum enim hæc in Suilbergi, ita illa *in Tilithi pago* reperitur, tefte *Regiftro* noftro fæpiffime excitato. Pagus *Tilithi* erat ad Wiferam in præfecturis Gronde, Ofen, Artzen, Ottenftein et circa vrbem Hameloam pofitus, vti iam fupra oftendimus. Intelligimus ergo defignari per *Amalefhus* vicum *Amelgofen* ad fluuium Embrinam (die Emmer) inter Gronde et Hemelfchenburgum, vno milliari ab oppido Hameloa fitum. Olim locus fpectauit ad dynaftiam *Artelfen*, vti olim appellabatur, feu *Artzen*, quam

in eodem loco in culta et inculta terra poſſidere uidebantur teſteſ uolcrid odbert uuulfger. guber-nante Corbe-iam Wa-rino.

§. 174.

Tradidit *beuo comeſ* (h) hoc quod concambiauit (i) in *bechina* (k) a fratribuſ hereditatem videlicet heluconiſ ſimulque totum quod habuit in loco qui dicitur *ultra haghon* ea conditione ut ipſe ac mater uxorque hiſ rebuſ in uita ſua fruerentur teſteſ thiadger eyſulf adalold dendi cado uualdo et alii XII.

§. 175.

quam comprehendiſſe præfecturas Gronde Oſen atque Artzen, docebimus in *Clientela Corbeienſi*. *Marcboldum* ergo eiusque fratrem *Aſi* ad progenitores dynaſtarum ſeu comitum de Artelſen ſpectaſſe, collegimus inde. Suſpicamur, illum *Marcboldum* haud differre a *Marchodone*, ſupra (§. 106.) memorato, quem, quantum ex nomine eius ac bonis colligimus, e progenitoribus Widekindi ac Brunonis ducum deſcendiſſe ibi aſſeruimus. An eruditi ſententiæ noſtræ calculos ſuos adiecturi ſint, ignoramus.

(h) *Beuo comes* frater fuit abbatis noſtri *Warini*, et eam quoque ob cauſam frater *Cobbonis* comitis ac *Luidolfi*, Saxoniæ ducis. Teſtantur id noſtra documenta diplomatica Corbeienſia, in quibus *Bouo*, tertius huius nominis, abbas Corbeienſis, qui eccleſiæ Corbeienſi ab anno 942. vſque 948. præfuit, *Warini abbatis Corbeienſis nepos ex fratre* nominatur; quæ appellatio facit ad explicandum locum inſignem, in Widekindi noſtri Annalibns Lib. III. p. 651. obuium. Qui locus quoniam in noſtro MSto aliter ſonat, ideo verba ipſa adſcribemus, hunc in modum conformata: *Hic* (Bouo abbas Corbeienſis) *erat vir ſapiens ac clarus, a Deo nobis oſtenſus, ſed non conceſſus. Huius pater Bouo græcas litteras coram chuonrado rege legendo factus eſt clarus. Et huic* (abbati) *eiuſdem nominis auus erat, vt natu maior, ſic omni virtute ac ſapientia potior; ſed et ipſe nepos erat Warini, qui ex milite factus eſt monachus et primus omnium apud nouam Corbeiam regulariter electus in patrem.* Quibus ex verbis nonnihil docemur, 1) abbatis *Bouonis* patrem fuiſſe *Bouonem*, eundemque vixiſſe tempore regis Conradi I. et nouiſſe litteras græcas, earundemque litterarum in aula imperiali interpretem egiſſe: 2) eiuſdem abbatis *Bouonis* auum appellatum eſſe *Beuonem* ſeu *Bouonem*, quod vnum idemque nomen eſt, vti nemo negare poterit, facileque, ſi neceſſum foret, demonſtratu eſſet: 3) *Bouonem* abbatem fuiſſe nepotem abbatis *Warini*, et quidem non in ſenſu latiori, ſed proprio, vti Annales Corbeienſes MScti ex archiuo Corbeienſi referunt: 4) *Beuonem* ſeniorem, ſcilicet auum abbatis *Bouonis*, natu maiorem ſuos inter fratres fuiſſe, quod et iam ſupra §. 86. ex hiſce traditionibus collegeramus: 5) *Beuonem* comitem, auum abbatis *Bouonis*, fuiſſe fratrem *Warini*, *Cobbonis* ac *Luidolfi*, nec non filium *Ecberti* ducis atque *Idæ* ſanctiſſimæ; et denique 6) *Bouonem* abbatem conſanguineum Heinrici aucupis atque Ottonis M. rectiſſime appellari, quia illis tertio quartoue cognationis gradu coniunctus erat, vti videre poteris ex noua tabula genealogica ſtemmatis Ecbertini, quam ſupra §. 104. exhibuimus. De comite Beuone abbatis Warini fratre.

(i) Verbum hoc, apud ſcriptores medii æui atque in tabulis publicis vſitatiſſimum, ſignificat, *bonorum permutationem inſtituere, durch Tauſch etwas an ſich bringen.* Sequitur autem ex eo, *Beuonem* bona tradita neque a patre *Ecberto* neque ab *Ida* matre accepiſſe. Quam vltimam vſque ad hæc tempora vixiſſe et filio *Warino* ſuperſtitem fuiſſe, ex hoc §. rectiſſime colligitur. De verbo Concambiare.

(k) *Bechina* villa colloeatur *in pago Guddingo* a Regiſtri noſtri auctore, qui abbas Saracho videtur fuiſſe. Pagum Guddingo ea in dynaſtiæ Homburgicæ parte, quæ De villis Bechina et Ultrahaghon.

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouuico et gubernante Corbeiam Warino.

quæ circa oppidum Eltze in episcopatu Hildesiensi reperitur, exstitisse, atque decucurrisse vsque ad monasterium Wennigsen positum in præfectura Calenberg, iam supra §. 7. not. (n) docuimus ex villa Amplithi seu Empelde, haud procul a monasterio Wennigsen sita, id colligentes. Iam eadem sententia vlterius comprobanda est ex villis *Bechina* atque *Vltrahaghon*. Quamuis enim situm villæ *Bechinæ* accurate indicare nequeamus, eandemque inter desolatas Saxoniæ nostræ villas recensendam esse statuere quis possit; villa tamen *Vltrahaghon* sine dubio erit vel *Oldenhagen* haud procul ab Hallerspring et Brünjehusen in Principatu Calenbergico, vel *Oldenhagen*, villa desolata non procul a Wallensen in præfectura Lauenstein, cuius meminit eruditissimus Dom. D. Eb. Baringius in *descriptione Salæ* p. 40. Quodsi autem quid tentare liceat, quid autem tentasse nocebit? volumus cum Guddingo pago trans aliquam partem siluæ Deister migrare, atque prorsus statuere, villam *Bechina* esse *Bæcke*, vicum inter Nettelrede, Dachtelfeld ac montem Sintel. Etiamsi enim nobis quis obiicere possit, nosmet pagum Tilithi vsque ad Munderam oppidum, a quo vicus *Bæcke* haud procul absit, extendisse, pagum Cilide hac regione expellentes; respondemus tamen, villam *Bæcke* non tam prope Munderam iacere, vti perhibetur, cum nobis probabile videatur, montem Sintel terminum fuisse tam Tilithi quam Guddingo pagi. Illud certum est et in propatulo, ecclesiam Corbeiensem in hac regione quondam amplissima possedisse bona. De hisce copiosius agendum erit in *Clientela Corbeiensi*.



TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS TERTIA,

RECENSENS BONA, QVAE TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

ADALGARII

ECCLESIAE CORBEIENSI,

REGNANTE

HLVDOVVICO,

AB ANNO 854 VSQVE AD 877.

FVERVNT OBLATA ET TRADITA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





§. 175.

Commemoratio qualiter placuit inter uenerabilem abbatem adalgerum (l) ex monaſterio nouae corbeiae et quendam comitem nomine *Geroldum* (m) ut poſſeſſioneſ ſuaſ aliquibuſ in lociſ pro utrarumque partium utilitate commutari deberent quod et effecerunt deditque geroldus reuerendo abbati ad monaſterium

(l) Warinus abbas Corbeienſis obiit anno 853 et quidem III kal. decembris, id eſt, 29 nouembris, teſte Necrologio ac Chronico vetuſtiſſimo et coætaneo, quod latet in Archiuo Corbeienſi. Succeſſit in eius locum *Adalgerus* Abbas, qui, eodem Chronico teſte, noſtræ abbatiæ præfuit ab anno 854 vſque ad annum 877, germanus Adalgarii archiepiſcopi Hamburgenſis, ſic enim ab auctore Vitæ S. Rimberti, ſcriptore itidem coætaneo, appellatur p. m. 742. Cum igitur codex harum traditionum hoc loco huius *Adalgeri* abbatis primam mentionem faciat, ſequitur inde, hanc ac partem aliquam ſequentium traditionum ab anno 854 vſque ad 877 eſſe peractam. Hludouuicus, Franciæ Orientalis rex, ſupremus abbatiæ noſtræ dominus, demum anno 876. 28 die menſis Auguſti vitam cum morte commutauit, eodem Chronico noſtro MSto et coætaneo teſte. Quare nemo non videt, eaſdem traditiones quoque factas eſſe, Hludouuico per Orientalem Franciam regnante. Eam ergo ob cauſam annorum conſignationem ad marginem adpoſitam iam mutauimus. De Warino atque Adalgario abbatibus.

(m) De *Geroldo* comite eiusque proſapia iam quidem ſupra §. 95. 163. et 167. egimus fuſius. Intermittere tamen non poſſumus, quin coarguamus quendam errorem auctoris cuiuſdam martyrologii, quod cum præfatione Petri Caniſii Prouincialis primi Ordinis Societatis Jeſu in Germania editum fuit Dilingi anno 1573 in 4. In eo p. 364. *Geroldus* appellatur dux Saxoniæ, imperatorio ſanguine natus, multiiugisque virtutibus ita ornatus, vt inter reliquos S. Romani Imperii principes, vti ſol inter aſtra, rutilauerit, et ducatu ac liberis relictis ſumſerit aſinum, qui ſupellectilem eius baiulauerit, qua cum in eremum inter montes Hohenſchneigen haud procul a Feldkirch ſeceſſerit, ibidemque vitam plane angelicam duxerit; in hoc autem eremo tam diu latuerit in occulto, donec per vrſum patefactus, qui Geroldo ligna lapides atque aquam adportauerit, vbi ab Ottone comite de Jagberg viſitatus, qui illi ſiluam et magnam agri partem donauerit, in qua monaſteriolum S. Geroldi dictum fundauerit. Habuiſſe autem iſtum De comite Geroldo.

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

rium supra dictum in *pago Suuilbergi* (n) quidquid ibi habuit in siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus seu etiam ceteris omnibus ad eum pertinentibus e contra in recompensatione huius rei dedit uenerabilis abbas *adalgarius* cum consensu fratrum suorum supra dicto comiti in *pago thuringia* (o) in uilla *honesleue* (p) quidquid ibi habuit in siluis campis pratis pascuis et reliquis omnibus ad eam pertinentibus testes huius baddo hripo marcuuard alfuuard maynhard hildiuuard et alii XVII.

§. 176.

Tradidit theodulfus in *helisō* (q) pro anima marcberg et osger mansum medium testes rodger marcuuarduf hildiuuarduf eisulf odulf et alii VIIII.

tradidit ricdagus in *bennenhus* (r) mansum 1. testes qui supra ibi affuerunt.

§. 177.

istum *S. Geroldum* duos filios Hainricum atque Comonem, indicatus auctor perhibet, quos patris exemplum secutos prædicat, et, relictis patria ac prædiis, monasterium *Einsidlen* intrasse refert, vbi secundum regulam S. Benedicti in cultu Dei cum patre ita sedulos se præbuerint, vt etiam miracula per eos ediderit Deus, donec tandem *Geroldus* monasterio Einsidlen se, monasteriolum vero filiis suis, tradiderit, ipse vero ad monasteriolum reuerterit, in quo *Geroldus* hic animam creatori reddiderit, a filiis suis in eius ecclesiæ naui sepultus. Sed enarrasse ea refutasse est. Quemadmodum enim auctor istius Martyrologii Geroldum abbatem Einsidlensem, qui anno 1481. vixit, atque a Bucelino in Germania Sacra *comes de Saxonia* appellatur, designare non potuit, ita, eodem Bucelino teste, cœnobium Heluetiæ Einsidlen, fundatum est anno 934 ab Euerhardo, Conradi I Germaniæ Regis fratre germano. Quomodo itaque *Geroldus* noster, qui anno 876 in nostra Corbeia mortuus est, ad monasterium Einsidlen secedere potuit? Quin imo plane absurdum dictu est, *Geroldum* in excitato martyrologio appellari ducem Saxoniæ, cum ex optimis fideque dignissimis documentis constet, tempore *Geroldi* nostri ducatum Saxoniæ orientalis administrasse Liudolfum, filium Ecberti, atque auum Heinrici I, Germaniæ regis.

De pago Suilbergi.

(n) De *pago Suilbergi* in comitatu Dasselensi ac Grubenhagico Principatu egimus supra §. 167. not. (Q) potiora.

De pago Thuringia.

(o) De pago *Thuringia* egimus supra §. 20. not. (F)

De villa Honesleua.

(p) Quidquid abbatia nostra in villa *Honesleua* possidebat, tradiderat ei Wulfhardus quidam, testante §. 17. et 25. Nulla autem alia villa videtur denotari ac *Hensleben*, locus ducatus Magdeburgici ad fluuium Bodam inter Egelen et Stasfurt, quanquam et negare nolumus, intelligi posse vicum *Hoensleben*, non procul ab vrbe Helmstadio situm. Sin vero *Geroldo* hæc bona Corbeiensia in pago Northuringi vtiliora fuerunt ob loci situm, quam bona, in Suilbergi pago posita, quæ *Geroldus* possedit; sequitur, *Geroldum* hoc tempore probabilissime comitatum suum habuisse in pago Northuringi, vel in regione circa eundem. Quam ob rem nominauimus etiam supra (§. 163.) nostrum *Geroldum* auum marchionis *Geronis*, sperantes, hanc insignem detectionem eruditis non fore ingratam.

De villa Helisō.

(q) *Helisō* villa erat, testante Registro nostro MSto, *in pago Hessi Saxonico*. Intelligimus ergo, denotari per eam *Helsen* ad fluuium, dictum *die Aar*, in comitatu Waldeccensi in præfectura Arolsen conspicuam.

De villa Bennenhus et marca Sturmethi.

(r) *Bennenhus* villa collocatur *in marca Sturmethi* ab auctore præstantissimi nostri Registri. Datam ergo occasionem de marca ista differendi arripere placet, inprimis cum nemo hucusque de illa aliquid litteris mandauerit. Primum autem de situ eiusdem marcæ dicemus, et deinde de ampliſſimis bonis, quæ abbatia nostra in eadem habet. Marca quid sit, iam supra didicimus. Indicatur per eam terminus scilicet alicuius prouinciæ maioris, quæ heic sine dubio vllo fuit Angaria

garia occidentalis. *Marca* enim *Sturmethi* quondam exſtitit inter Geſeke, Lippſtad et Suſatum oppida. Ad Saxoniam autem atque Angariam pertinuiſſe eandem marcam, patet e diplomatibus noſtris, in Hiſtoria Corbeienſi edendis, quæ docent *ſecundum morem Saxonicæ terræ* et *ſecundum leges Angariorum* quædam ibi peracta eſſe. Hac in regione *Herwede* et *Gerade*, inſtituta Saxonicæ legis, in vſu fuerunt. Hæc in documentis noſtris ita deſcribuntur. Natu maximus filiorum ſuſtulit armatam hereditatem patris ſui, id eſt, dextrarium equum et arma. Filia autem natu prouectior obtinuit matris ſuæ veſtes, quibus ornata diebus dominicis æque ac feſtis tam ad templum, quam ad alia loca, proceſſit. *Marcam Sturmethi* amplam et ſpatioſam fuiſſe regionem, quæ aliquot milliaria comprehenderit, manifeſtum eſt ex villis, quæ huic marcæ tribuuntur. An vero ipſa vſque in comitatum Waldeccenſem patuerit, præfracte aſſerere non audemus. Perhibere ita quis poſſet, et eam ob cauſam prouocare ad vicum *Sturmbroch* in eodem comitatu ſitum intra præfecturam Eiſenberg. Nam compertum habemus, hunc vicum iam exſtitiſſe eo tempore, quo adhuc Saxonum mos ſic ferebant, vt prouinciæ eorum per pagos diuiderentur. Villæ, quæ in hac marca quondam exſtitere, ſecundum fidem diplomatum noſtrorum ſunt 1) *Bennenbus* villa, hodie dicta *Benninghuſen* ad officium Monninghuſen, vulgo *das Vits Amt* dictum, relata, 2) *Stokhem*, id eſt, vicus Stocken prope Geſeke, 3) *Æſibiki*, Esbeck haud procul a vico Dedinghuſen, 4) *Thedeniehus*, Dedinghuſen haud procul a Lippia flumine, 5) *Sturmithi*, locus et caſtrum Stormede, a quo tota regio nomen nacta fuit, 6) *Bukinauordi*, hodie Böckeruörde vicus ſitus inter flumina Haſtenbeck et Lippiam, 7) *Wyrun*, Verna, 8) *Errikkeshus*, Eringhauſen haud procul a loco Monninghauſen, 9) *Herderinghuſon*, Herdinghuſen non procul ab oppido Geſeke, 10) *Langaneka*, Langeneicken inter Eruete et Lippſtadium: 11) *Aruuitti*, Eruete in comitatu Arensbergico, quæ villa cum in aliis diplomaticis documentis in pago Weſtfalon ponatur, certiſſimo inde perſuademur indicio, marcam Sturmethi terminum fuiſſe pagorum Angeri et Weſtfalon. Hæc autem villa probe diſcernenda eſt a villa Eruitte, quæ, teſte diplomate cæſaris Conradi, ſupra §. 104. not. (n) adducto fuit ad pagum Angeri et ad comitatum Marcwardi illuſtrandum relata. Sequitur 12) *Geſike*, Geſeke, in comitatu Arensbergico, et 13) *Munechuſon*, Monninghuſen inter Geſeke et Lippſtad. Illum vicum eapropter vltimo poſuimus loco, quod locus primarius eſt, ad quem plurima bona Corbeienſia in marca Sturmethi ſpectarunt, et adhuc ſpectant. Liceat quædam de eo in medium proferre. Vetuſtas villæ *Munechuſon* apparet ex noſtro Regiſtro ſeculo XI. confecto. Villæ in antiquitatem maiorem nondum incidimus. Ponamus ergo, originem eiuſdem villæ fuiſſe ſeculo XI, præſidente Corbeienſibus ſiue Druthmaro, ſiue Ruothardo, ſiue ipſo Sarachone, abbatibus Corbeienſibus. Quamuis enim ſciamus, eruditiſſimum et illuſtrem olim G. S. Treuerum, auctorem ſplendidiſſimæ Hiſtoriæ de Generoſiſſimis Dominis, de Munchhauſen dictis, inſcriptæ, vicum noſtrum *Munechuſon* inter Geſeke et Lippſtad ſitum, exiſtimaſſe antiquiorem, et p. 3. prouocaſſe ad diploma regis Arnolfi, ad annum 889 datum et ſupra §. 167. not. (Q) a nobis allatum, in quo villa quædam *Muchohuſun* reperitur, quam ipſe noſtram fuiſſe villam *Munechuſon* perhibet; conſiderare tamen illuſtris auctor debuiſſet, villam *Muchohuſun* prorſus differre ab hoc vico *Munechuſon* eapropter, quod *Muchohuſun* ſita erat in pago Huuetigo, teſtante excitato diplomate regis Arnolfi. Ille enim pagus, vti iam ſupra demonſtrauimus, in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano obuius erat, et villa *Muchohuſun* a *Munechuſon* in ducatu Weſtfaliæ decem circiter milliaria abfuit, interque deſolatas Saxoniæ noſtræ villas eſt recenſenda. Olim vero illa exſtitit inter Donop, Harentrup, Wöbbel et Vinſbeck in comitatu Lippiaco; poſtea autem omnino illam *Munechuſen* dictam fuiſſe, non abnuo. Locus olim erat curtis, ad curtem Weplede (Wöbbel) ſpectans, vti ex Regiſtris bonorum abbatiæ Corbeienſis patet. Hiſce præmiſſis, facile concedere poſſumus, ſermonem eſſe in diplomate Conradi, archiepiſcopi Colonienſis, ſupra §. 133. not. (H) inſerto, de *Munchhauſen* in marca Sturmethi, itemque in bulla Adriani IV papæ ad annum 1154 data, cuius autographum iam in manibus noſtris eſt, cuiusque accuratam copiam inuenis in *Hiſtoria Münchhuſana* in *Beylagen* fol. 3. ſeq. Sed in diplomate abbatis Corbeienſis Erkenberti ad annum 1120 dato, ſupra §. 104. not. (u) inſerto, per *Munichuſen* deſignari *Munchuſum* in marca Sturmethi, id vero concedere non poſſumus. Credimus enim, in hoc diplo-

gubernante Corbeiam Adalgario.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

diplomate exponere abbatem de *Munichuſen*, loco, qui ſitus fuit in comitatu Lippiaco. Denotatur eadem *Muchohuſun* villa pagi Huuetigo in diplomate ſequenti. Placet illud diploma, nunquam antea editum, huic commentationi innectere, quia id non ſolum iura miniſterialium egregie illuſtrat, ſed etiam docet, vocabulum *beneficii* in antiquis membranis per *feudum* eſſe interpretandum. En ergo ipſum diploma, accurate, et vti decet, exhibitum:

In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatis. Thetmaruſ dei gr̄ā Corbeieñ. abbas notū ē̄ cupim⁹ tam p̄ntib⁹ quā futuriſ quod de ⁹filio ac ⁹ſenſu miniſt⁹ialiū ac ⁹fr̄m * ecc̄lie n̄r̄ē *Alberto* dc̄ō militi *de lippia* et uxori ei⁹ *Gertrudi* curiā n̄r̄ām in *Munichuſen* iure officii q⁹d vulgo ambergeth dicitur porrexim⁹ quando idem offc̄m uacauit dū *Godeſcalc*⁹ grauib⁹ iniuriis ex detencione p̄bende ſr̄m ecc̄lie n̄r̄ē illatiſ multotiēs ⁹monit⁹ reſipiſ⁹e min⁹ curaret. predict⁹ autem *alb⁹tus* ad habundantē cautelam *albertū* et *wagerum* fr̄ēs p̄fati *godeſcalci* et pu⁹os ip̄orū ab om̄i impeticōne p̄dicti officii q̄d ip̄īs quaſi hereditario iure ⁹pete⁹ uidebatur ceſſare amicabl⁹ p̄mouit p̄mouebit inſup ut uxor eiuſ p ⁹cambiū ſiue quocūq;. alio m̄ō † ualu⁹it ecc̄lie n̄r̄ē miniſt⁹ialiſ efficiatur ali⁹qīñ p̄fate curie officio carebit. Adiectum etiam ē ut ſi p̄fat⁹ *A de lippia* ſine heredib⁹ forte decedat eiuſ officium p̄dc̄m uni de filiiſ ſororiſ ūl fr̄īs ip̄ius quem ip̄ius amici ad id decreu⁹int porrigem⁹ et ſi hui⁹m̄ōi filiuſ ſine heredib⁹ deceſſ⁹it deinde alteri filio et nulli ampliuſ de ip̄īs ſi forte pluref fuerint porrigem⁹. ita tamē q⁹d⁹ ille qui nobiſ ad accipiendū ip̄m officiū fu⁹it rep̄ſentat⁹ ſit ecc̄lie n̄r̄ē ſeu p concambiū ſeu alio debito modo m̄īſt⁹ialis alioquin ip̄o officio carebit. pret⁹ea ſilua ptinēs p̄dc̄ē curie que p̄fato *A. de lippia* nō iure officialiſ ſed pheodaliſ bñficii pri⁹ ptinebat ſequetur ip̄ām curiam ita tū q⁹d⁹ ſiue *Alb⁹tuſ* ip̄ē ſiue aliuſ p̄dictorū heredū ſuorū ip̄ām curiā habeat ſimul habeat ſiluā cum curia. ſed ſiluā iure pheodali quēadmodū priuſ habebat et curiam iure officiali et ita ſimili modo ſimiliter utrūq;. vacet ſcilicet ſilua cū curia ſi a p̄fato *alb⁹to* et a p̄dictiſ heredib⁹ ſuiſ ip̄am curiam uacare ⁹tingat. p̄te⁹a ſi ip̄iuſ *alb⁹ti* ⁹tingat uxorē tolli de medio uxorē libe⁹ ⁹dic̄oniſ ducet quā ecc̄lie n̄r̄ē ⁹ſe⁹t in miniſt⁹ialem ūl ſi lib⁹ ⁹dic̄oniſ nō fu⁹it p ⁹cambiū fiet ecc̄le n̄r̄ē miniſt⁹ialiſ. Adiectū inſup eſt ut ſi ſepe dc̄us *alb⁹tus* moueat alicui werram ex⁹a ſeruitiū ecc̄lie n̄r̄ē et ſine eiuſ auct⁹oritate et ex hoc ip̄e forſan in reditib⁹ ip̄ius curie ſic⁹ et aliorū bonorū ſuorū habu⁹it detrimentum nihilomin⁹ conſuetā penſionē nobiſ et fratrib⁹ n̄r̄is de ip̄a curia p̄ſoluet. Ut autem hoc fc̄m n̄r̄m firmū et ſtabile p̄maneat nec ueniat in obliuionem p̄ñtem paginā tam ecc̄le n̄r̄ē quā n̄r̄ī ſigilli fecim⁹ appenſione ⁹muniri. Teſteſ hui⁹ rei ſunt *Conraduſ prior. Conrad⁹ p̄p̄tus de Gronyngen. Wilhelm⁹ p̄p̄tus de monte. Hermann⁹ portarius. Ludolfus cam⁹arius. Tid⁹icus de Munec huſen* et totuſ conuent⁹ n̄r̄. Laici *Conrad⁹ de Bouesſen. Conrad⁹ de Amelungeſſen* et *filiuſ* eiuſ *Herbold⁹: Ludolfus de Erclen. Henric⁹ de luthardeſſen. Gerbertuſ de Lutmerſen. Iohes de Paderburnen. Bertold⁹ marſcalc⁹. Heinric⁹ de Fleſſingen. Ludolfuſ* dict⁹ *burgraui⁹ B⁹traṁ⁹ de Stainhem. Heinric⁹ de Med⁹ike. Wiger⁹* et *Albert⁹ fr̄ēs de Munec huſen. B⁹nharduſ* iudex *de lippia. Heinric⁹* dict⁹ *de Herſtol. Richodo* et *B⁹tolduſ fr̄ēs de Rednic houen* et alii quā plures. Acta ſunt hec anno dn̄ice incarnacionis M. CC. VIIII. anno prelationis n̄r̄ē IIII. III. kl. decemb.

* confratrum.

† modo.

*An *Wigerus et Albertus fratres de Munchuſen*, qui inter teſtes reperiuntur, iidem fuerint, qui in diplomate ipſo nominantur Albertus et Wagerus fratresque Godeſcalci, illud in medio relinquimus. Id vero ſi ita eſſet, probabiliori ratione crederemus, villam *Munechuſen*, in comitatu Lippiaco ſitam, locum originis fuiſſe Dominorum de Münchhauſen cognominatorum, quam vicum Munchhauſen haud procul a monaſterio Lockum olim conſpicuum. Hunc enim vicum Munchhauſen, qui exſtitit prope Lockum, ante annum 1180, quo tamen iam domini de Munchhauſen vixere,

re, fuiſſe in rerum natura, difficile eſt adfirmatu. Vt autem ad *Munechuſon* villam, *in marca Sturmethi* obuiam, tandem redeamus, appellantur bona, illi contributa, in diplomatibus noſtris *officium*, *das Vitings* ſeu *Vits Amt*. Ad hoc officium vſque ad hodiernum diem ſpectant villæ *Stormede*, *Benninghuſen*, *Langeneicken*, *Eringhuſen*, *Verne*, *Ermbſinghauſen*, *Böckenuörde*, *Esbeck*, et *Dedinghauſen* ac in eiſdem LXXVII. homines proprii. Hic numerus accurate concordat cum hiſce traditionibus, vti infra ſuo loco annotabimus. Memoratu digniſſimum eſſe putamus, harum villarum in his traditionibus quidem iniici mentionis nonnihil, villæ autem *Munechuſon* in eiſdem fieri mentionem nullam. Cum itaque codex traditionum noſtrarum anno 1037 terminetur, in Regiſtro autem noſtro circa annum 1080 locus *Munechuſon in marca Sturmethi* inueniatur, colligere ex eo licet, circa medium ſeculi XI. locum *Munechuſon* in eadem marca primordia cepiſſe. Ipſe locus eapropter *Munechuſen* dictus fuit, quia monachi quidam, duo vel tres, e noſtra Corbeia ſecedentes, illum incoluerunt, qui ſcilicet ſeruos et colonos in eadem regione, ad abbatiam Corbeienſem reſpicientes, in officio continerent eorumque ſaluti inſtar presbyterorum prouiderent. Hinc locus ipſe dudum *præpoſitura* ſalutatur, ac monachi ibi commorantes appellantur præpoſiti, qui, quidquid ex frumento, pecore ac lacticiniis præter neceſſariam ſupererat ſuſtentationem, olim deferri curabant ad monaſterium Corbeienſe. Quamdiu autem res ibidem manſerint eo in ſtatu, ad liquidum perducere non licet. Mutata autem rerum facies videtur ibidem, cum res Germaniæ noſtræ publica propter varios bellorum tumultus inteſtinos incideret in ſtatum turbulentum, quo Corbeienſes noſtri fuerunt coacti, vt bona, ad *Munchhauſen* ſpectantia, in feudum darent dominis de Stormede. His exſtinctis, domini, de Hörde dicti, illud officium accepere in feudum, vti ſequentes memoratu digniſſimæ et nunquam antea editæ nemini non approbant litteræ:

gubernante Corbeiam Adalgario.

Uniu'ſis p̄ſencia viſuris et audituris. ego *Frederic⁹* dict⁹ *de Horde* famul⁹ notū eſſe cupio quod uenerabilis dn̄ūs me⁹ *Henric⁹* abbas Corbeiēn̄. ec̄c̄lie mihi et meis veris ac legitimis heredib⁹ fauorabilit' et benigne concedendo porrexit officium in *Monninghuſen* cum omnib⁹ iurib⁹ reditib⁹ et bonis attinentib⁹. que diſc't⁹ miles ac dn̄ūs *Alb't⁹ de Stormede* ab ec̄c̄lia Corbeienſi quondā habuit. iure pheodali. In cui⁹ rei teſtimoniū ego *F'deric⁹ de Horde* pro me et meis lib'is ac he'dib⁹ ueñēr̄. dn̄ō meo et ec̄c̄lie ſue p̄fate dedi has meas patentes l'ras ſigillo meo ⁹munitas cui⁹ facti teſtes fue' dn̄ī *H'mann⁹* et *B'nhard⁹ de Buren*. *F'deric⁹* et *Godeſcalc⁹ de Padberg*. *Erenfrid⁹ de Bredenol*. *Temme de Honrade*. *Raueno de Papenhem*. *Joh̄s* et *H'mann⁹ fr̄ēs* dc̄ī *de Driborg*. *Alb't⁹ de Amelungeſſen* aliiq̧. quam plures fide digni. Datū et actū in ciuitate colonienſi in domo p̄poſ. ad ſcos ap̄los anno dn̄ī M̊. CC̊. XCII. vi. kal. iunii eo tempore quo *Adolfus* eligebatur in regem romanorum.

Sigillum vid. Tab. III. num. 3.

His dictis nihil amplius addimus, quam hoc vnicum, Dominos, de Hörde cognominatos, idem officium in *Munchhauſen* accipere feudi inſtar ab eccleſia Corbeienſi vſque in hodiernum diem. Reliqua autem bona, ſita in marca Sturmethi et ad eccleſiam Corbeienſem ſpectantia, aliis dominis data ſunt in beneficium ſeu feudum. Ita Domini, dicti de Bremens, infeudati ſunt manſo, dicto Stokmanshoue, in *Stokhem* villa prope locum Geſeke ſito; illi de Haken duobus manſis ſunt præmuniti, ad villam *Thedenichus* conſpicuis, vnoque manſo, iuxta Stormede ſito: illi de Erkernichus vno manſo, ſito in *Stormede*: illi, a Plettenberch adpellati, decima per rus villæ *Bodecke*: illi de Scheyde ornari ſolent feudo vnius manſi, ad villam *Bodeke* ſiti; illi de Tilia dicti, manſo *to der Linden* in terminis villæ *Boderike* viſendo: illi, a Lippia nominati, curia, in *Herderinghus* conſpicua prope locum Geſeke: item illi, de Erwerdeſſen cognominati, quatuor manſis in *Moynckehus* et *Ederyngehus*, de quibus plura dicturi ſumus in clien-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 177.

Tradidit *hrodgeruſ comeſ* (ſ) pro anima patriſ ſui theodgeri quidquid habuit in *mayngotheſhuſun* (t) et in *boffeſburiun* (u) teſteſ *marchodo comeſ* (v) giki adalhard hildi bodo et alii VIII.

§. 178.

Tradiderunt duo fratreſ landuard et helmrid pro anima fratriſ ſui alurid quidquid habuerunt in *hetrungun* (w) hoc tamen pacto ſi mulier eiuſ ibidem

clientela Corbeienſi, ſolent tanquam feudo inſtrui. Illud hiſce tantum adiicimus, *Ricdagum*, qui manſum, ad villam *Bennenhus* poſitum, tradidit, videri fuiſſe *Ricdagum* pronepotem *Widekindi M.* et filium *Buniconis I*, de quo egimus ſupra §. 104. not. (†††).

De comite Hrodgero.

(ſ) *Hrodgerus comes* fuit filius *Theodgeri*. De vtroque iam ſupra §. 104. not. (n) egimus atque ex villis ipſis, *Theodgerum* comitem fuiſſe filium *Brunonis* Angariorum ducis, collegimus. Id vero neminem negaturum eſſe ſperamus, ſiquidem villæ *Mayngoteshuſun* ac *Boffesburiun* ad alium dominum, quam ad potentiſſimum caſtri Brunonisburgi poſſeſſorem, ſpectare vix potuerunt.

De villa Mayngoteshuſun.

(t) *Mayngoteshuſun* villa erat, teſtante noſtro Regiſtro, ſita *in pago Auga*. Nulla ergo alia villa intelligitur, atque vicus *Meingoſen*, adiacens ad radices montis Brunsberg, in quo famoſiſſimum *caſtrum Brunonis* exſtitit. Cum igitur iam ſupra §. 163. not. (E) demonſtrauerimus, bona, in pago Auga poſita, ad poſteros ducis *Ecberti* relata fuiſſe: atque eam ob cauſam ipſum *Ecbertum* ducem pro filio *Brunonis* ducis habuerimus, *Theodgerum comitem* pro fratre ducis *Ecberti* quoque reputare libuit. Sperauimus, nos id iure optimo feciſſe.

De villa Boffesburiun.

(u) *Boffesburiun* præterea in noſtro *Regiſtro* inſeritur *pago Auga*, atque appellatur hodie *Boſſeborn*, in antiquis autem membranis, et adhuc anno 1573 ſcribitur *Boffzeborn*. Situs eiuſdem villæ ſic comparatus eſt, vt in eodem monte, in quo *Brunonisburgum* fuit, circiter mille paſſuum a *Brunonisburgo* ſeptentrionem verſus conſpiciatur. *Brunonisburgum* eminet inter duas villas, *Mayngoteshuſun* et *Boffesburiun*: illa in valle; hæc vero in alto monte, qui paullo tamen depreſſior eſt ipſo *Brunonisburgo*. Quis autem ſanæ mentis credet, potuiſſe hominem ex aliena gente hæc bona poſſidere præter dominum *Brunonisburgi* et præter cognatos, ab eo pullulantes? Id ipſum ex nomine ipſius villæ *Boffesburiun* concludimus, quod nihil aliud, quam fontem cuiuſdam Bouonis, ſignificat. Quodſi igitur in familia Ecbertina ſeu Luidolfina nomen Bouonis obuium eſt, vti in fratre Luidolfi ducis eoque comite Beuone vidimus; probabiliſſime quidam e progenitoribus *Ecberti* ac *Brunonis*, ducum, nomine gauiſus eſt Bouonis, a quo villæ *Boffesburiun* et *Boffesbus*, de qua poſteriori vide §. 124. not. (h) nomina accepere. Id porro hic monere ſtatuimus, nos nolle cum eo in arenam deſcendere, qui *Boffesburiun* maluerit interpretari per caſam ſeu tugurium, ſiquidem dialecto antiqua Saxonica caſa et receptaculum perforatum adpellatur *ein Buer*, hodie *ein Bauer*, quam per *fontem Bouonis*. Nobis enim id perinde gratum erit, licet id certum ſit, in villa *Boffesburiun* reperiri fontem limpidiſſima præditum aqua, ex qua hodie coquitur iucundiſſima cereuiſia. Hæc aqua olim ſine vllo dubio vſui erat poſſeſſoribus caſtri *Brunonisburgi* et in deliciis.

De comite Marchodone.

(v) De *Marchodone comite* vide ſupra §. 106. not. (A). Ibi eum, quantum coniectura augurati ſumus, pro ſatore dominorum *de Artzen*, *de Rumeſchottelen*, et *de Oynhuſen* venditauimus. Probe vero hæc concordant cum quadam traditione Corbeienſi, qua aſſeritur, in villa Furſtenauia intra diœceſin Corbeienſem ad radices montis Köterberge ſita, quondam fuiſſe comites quoſdam, in antiquiſſimis veteris Saxoniæ noſtræ dynaſtis relatos.

De villa Hetrungun et pagis Weſtfala, Boructra, Ruricgao, Dreini.

(w) *Hetrungun* villa ponitur in Regiſtro noſtro *intra pagum Weſtfalon*. Hac determinatione nobis occaſio datur, in ſitum tam pagi, quam villæ huius, inquirendi. Vt autem ordine procedamus, iterum monere e re fuerit, *Saxoniam* omnem, quæ ſeculo potiſſimum VIII. inter Rhenum, Viſurgim atque Albim coërcebatur, in

tres

tres populos diuiſam fuiſſe, in *Oſtfalos* ſcilicet, *Angarios*, ac *Weſtfalos*. Hoc iam ante §. 152. not. (q) ex Widekindi noſtri Annalibus demonſtrauimus; His Caroli M. leges, quas *capitularia* vocant, in præſens addimus, quas illuſtriſſimus princeps Paderbornenſis, Ferdinandus a Furſtenberg, in monumentis Paderbornenſibus e Bibliotheca Vaticana in lucem produxit. In earum exordio p. m. 305. hæc exſtant verba: *Anno ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti DCCXCVII. et XXI. ac XXII. regnante domno Carolo præcellentiſſimo rege conuenientibus in vnum Aquis palatio in eius obſequio venerabilibus epiſcopis et abbatibus ſeu illuſtribus viris comitibus V. kal. nouemb. ſimulque congregatis* SAXONIBVS *de diuerſis pagis tam de* WESTPHALAHIS *et* ANGRARIIS, *quam de* OSTPHALAHIS, *omnes vnanimiter conſenſerunt et aptificauerunt, vt de illis capitulis, pro quibus Franci, ſi regis bannum tranſgreſſi ſunt, ſolidos LX. componunt, ſimiliter Saxones ſoluent, ſi alicubi contra ipſos bannos fecerint.* His conſentit Poëta Saxo, quem alii Paderbornenſem, alii vero, et quidem rectius, Corbeienſem cenſent, quique res geſtas Caroli M. imperatoris, regnante cæſare Arnolfo, verſibus conſcripſit. Horum partem aliquam e Tomo I. Script. Rer. Brunſuic. Leibn. p. 121. non pigebit huc tranſcripſiſſe. En illam:

guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Quæ (Saxonum gens) *nec rege fuit ſaltem ſociata ſub vno,*
vt ſe militiæ pariter defenderet vſu,
ſed variis diuiſa modis plebs omnis, habebat
quot pagos tot pene duces, velut vnius artus
corporis in diuerſa forent hinc inde reuulſi.
Sed generalis habet populos diuiſto ternos,
inſignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua receſſit.
Denique WESTFALOS *vocitant* IN PARTE *manentes*
OCCIDVA, *quorum non longe terminus amne*
a Rheno diſtat. Regionem ſolis ad ortum
inhabitant OSTERLINGI, *quos nomine quidam*
OSTVALOS *alio vocitant, confinia quorum*
infeſtant coniuncta ſuis gens perfida Sclaui.
Inter prædictos media regione morantur
ANGARII, *populus Saxonum tertius. Horum*
patria, Francorum terris ſociatur ab auſtro,
oceanoque eadem coniungitur ab aquilone.
Hanc igitur Carolus ſtatuit ſibi ſubdere gentem.

Hiſce ex dictis rite ponderatis emendari poterit locus, in Actis S. Ludgeri Tom. I. S. R. B. Leibnit. p. 91, obuius. Si enim ibi legitur, regem Karolum virum Dei Lutgerum paſtorem conſtituiſſe in *orientali* parte Saxonum, cuius parochiæ ſedes ſit principalis in loco Mimigerneford; ſine vllo dubio legendus eſt locus ita: *Karolus eundem virum Dei Lutgerum paſtorem in* OCCIDENTALI *parte Saxonum conſtituit, cuius parochiæ ſedes eſt principalis in pago Sudergoe in loco, cuius vocabulum eſt Mimigerneford.* Cum autem his verbis *Mimigerneford*, oppidum Munſter in *Weſtfalia*, vti conſtat inter omnes antiquitatum ſcrutatores, deſignatum ſit; id porro ex verbis iiſdem elucet, *Weſtfaliam* fuiſſe in occidentali Saxonum parte, et ſub ſe comprehendiſſe *pagum Sudergoë* aliosque pagos, vti infra videbimus. Quemadmodum vero ſupra docuimus, orientalem regionem ſeu *Oſtfaliam* interdum quoque appellari *pagum Oſtfalon*, ſumta voce pagi pro tractu generali, omnem *Oſtfaliam* complexo; ita quoque *pagus Weſtfalon* aliquando ponitur pro generali pago, totam occidentalem regionem Saxoniæ comprehendente. Si ergo diplomata indicant mentionem de *pago Weſtfalorum*, tunc ſolicite diſpiciendum eſt, an pagus generalis, an pagus ſpecialis, per *Weſtfaliam* intelligatur. Vocabulum ducatus interdum ſumi pro pago generali, comitatus vero vocem pro pago ſpeciali, ſupra §. 133. et §. 163. ex diplomate imperatoris Hludouuici didicimus. Sine dubio igitur vllo per *ducatum Weſtfalorum* in diplomate regis Hludouuici, ſupra §. 168. inſerto, indicatur tota occidentalis regio Saxoniæ, in qua pagi ſpeciales *Grainga* et *Hrecuuiti* ſeſe contingebant. Vnde ſtatim concludimus, Adamum Bremenſem in *Hiſtoria* Lib. I. vera neutiquam prædicaſſe, ſic narrantem: *quartus ex magnis*

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Saxoniæ fluminibus est Emisa, qui Westvalos a reliquis illius prouinciæ dirimit populis, isque oritur in saltu Paderburnensi, currit autem per medios Freſorum terminos in oceanum Britannicum. Cum enim pagus *Hrecwiti* in comitatu Tecklenburgico et aliqua parte episcopatus Osnabrugensis obuius fuerit et quidem cis Emisam fluuium; flumen Emisa terminus pagi generalis *Westfalorum* essenon potuit. Atque id eo certius esse arbitramur, quod ab auctore Vitæ Reginæ Mathildis T. I. S. R. B. Leibn. p. 193, *venerabilis Witikindus* appellatur *gloriosus dux in occidentali regione.* Duxisse autem Widekindum contra CarolumM. tantum Saxones, trans Emisam habitantes, nemo, quantum scimus, adhuc asseruit, putamusque, nos supra sæpius in alia omnia iuisse. *Occidentalis regionis* limites si exacte designare atque curate circumscribere iuuat, vt constet, quomodo *Westfalorum* respublica ab *Angaria* fuerit diuisa, tum omnino omnes pagos, trans Wiseram sitos, ob oculos nobis ponere debemus, id ponderaturi, quinam plane prorsus ad Angariam referantur, et in quibus lex Angaria fuerit in vsu. Vnde patescit, eosdem pagos ad *Angariam occidentalem* spectasse. Adhæc id certum est, hosce *pagos Auga, Nithega, Hessi Saxonicum, Ittergo, Almunga, Patherga, Wessiga, Thiadmalli, Huuetigo, Tilithi*, atque *Enterigawi*, ad *Angariam occidentalem* referendos esse. Quum porro Poëta noster, ante adductus, *Angariam* Hassis coniungat, ab aquilone autem ad oceanum protendat; *Angarios* ipsos toto illo Visurgis tractu per Hoianum, Diepholtanum, Detmenhorstianum atque Oldenburgicum comitatus ad mare vsque sese diffudisse oportet. Omnes ergo pagi in eadem Visurgis ripa ad *Angariam* fuerunt relati. In *marca Sturmethi* terminum fuisse *Angartæ* ac pagi *Wesiphalon*, patet ex villa *Ervete*, quæ in *Registro* nostro nominatur *Arwitte*, ac intra *marcam Sturmethi* collocatur, teste Vita Meinwerci Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 554. Eo igitur in pago tractus maior *Westfalon* erat. Hanc differentiam nullo modo inuicem conciliare possumus, nisi statuamus, *Angariam* conterminasse *Westfaliam* in eadem regione. Id ipsum *marca* nostra *Sturmethi* indicat, vti iam ante §. 176. significauimus. Intelligitur ergo ob hanc rationem semper vnus idemque vicus. Non procul a Rheno limites *Westfaliæ* fuisse, patet non solum e verbis Poëtæ Saxonis ante excitatis, sed etiam e villa *Herbette*, in *pago Westphalen sita et in comitatu Herimanni conspicua, quam cæsar Heinricus II monasterio Kauffungo anno* 1020 *tradidit, quamque Fridericus comes*, (de Isenberg) *qui factionem scelestam peregit occidendo Colonienſem archiepiscopum* (Engelbertum), *tenuit in feudo de manu abbatissæ in Kauffungen*, testantibus diplomatis in Kuchenbeckeri *Analect. Hass.* coll. I. p. 74. seqq. et per quam intelligimus *Herven*, locum ducatus montium intra præfecturam Windeck. Quamuis autem statuere non audeamus, *Westfalos* ipsam Rheni ripam attigisse, quippe quam Franci cum munimentis suis tenuisse videntur; *Boructuarii* tamen a Saxonibus vel victi vel vltro in vnam cum *Westfalis* rempublicam coaluisse videntur. Hinc *pagum Boroctra* pagis Westphalicis annumerare liber. Hunc pagum a *Bructeris* veteris Germaniæ populis, quos Sulpitius Alexander apud Gregorium Turonensem Lib. II. cap. IX. *Rheni ripæ proximos* appellat, nomen accepisse, probabile est. Nomen terræ hæsit ex solo, etsi mutatis habitatoribus. Gregorius III pontifex nominat eos in epistola quadam *Bortharos*, alii vero *Boructuarios*, quos habitasse arbitramur in aliqua parte ducatus Bergensis, vbi villæ *Brucken*, *Broick* et locus *Brouck* reliquiæ *Bructerorum* esse videntur. Villæ, quæ huic pago tribuuntur, sunt:

1) Villa *Porricbeci*, quæ erat in pago *Borothra*, Chartulario Werthinensi teste Tom. I. S. R. Brunſ. Leibnitii p. 117. Hæc villa nulla videtur alia fuisse, nisi *Poderbach* vicus, in archiepiscopatu Colonienſi quatuor milliaria ab vrbe Bonna situs.

2) Exstitit, eodem Chartulario teste l. c. p. 110, in pago *Borterga* villa *Castorp*, quam habemus pro vico Kreistorp, in ducatu Montium sub præfectura Lulstorf duo circiter milliaria sito ab vrbe Bonna versus aquilonem.

3) Erant anno 862. in pagis Dreini et Boroctra et in comitatibus Burchardi et Warini villæ Seliheim et *Stockheim*, teste quodam diplomate Ludouiciano. De villa Seliheim, in pago Dreini sita, infra quædam diximus; *Stockheim* autem est locus *Stockheim* in ducatu Bergensi, sub præfectura Lulstorffiensi. In Registro MSto Bonorum abbatiæ Werthinensis hic pagus appellatur *Boraclron*, eidemque tribuuntur

4) *Holt-*

4) *Holthem*
5) *Hamarichi* et
6) *Mulinauſun.*

guber-nante Corbeiam Adalgario.

Holthem eſſe poterit *Helden* in Montium ducatu eiusque præfectura Solingenſi, duo milliaria diſtans ab vrbe Duſſeldorf verſus orientem. *Hamarichi* eſt *Herchen* ſub præfectura Blanckenberg, vel *Harnrad* ſub præfectura Steinbach in eodem ducatu Montenſi; *Mulinauſun* autem videtur *Mulhoven*, locus præfecturæ Lulſtorfienſis, non procul a vico Kreiſtorp conſpicuus. Si diis placeret, adnumerare his locis vellemus

7) villas *Velſenberg* et 8) *Ratingen*, quarum auctor Vitæ S. Swiberti Tom. II. S. R. Brunſ. Leibn. p. 235. et p. 336. mentionem iniecit, easque prouinciæ Boructuariorum tribuit. *Ratingen* enim eſſe poterit *Raetgen* locus, in comitatu Homberg ſitus, quatuor milliaria disiunctus ab vrbe Bonna verſus orientem, et *Velſenberg* erit Volberg, in ducatu Montium locus ſub præfectura Portz, duo milliaria, et quod excurrit, ſitus ab vrbe Colonia verſus orientem. Cum autem Vita S. Swiberti referatur inter ſcripta ſuppoſititia, nihil definimus. Inter hæc euidenter patet e dictis, pagum *Boroctra* non exſtitiſſe circa oppidum Borcken, in Monaſterienſi epiſcopatu ſitum, ſed in ducatu Montium eſſe locandum, eundemque fuiſſe conterminum pago Loginaegowe verſus orientem, ad quem ſcilicet villa Altinchirichan ſpectauit, quæ eſt Aldenkirchen in terminis comitatus Hachenberg in Colonienſi archiepiſcopatu; verſus Aquilonem autem pagus Boroctra contiguus erat pago Rurichowe, quem in aliqua parte ducatus Cliuenſis, atque in aliqua parte ducatus Montenſis reperiundum eſſe, demonſtrabimus infra §. 229. Quodſi vltra progredimur, deprehendimus Lippiam flumen, ad quod *pagum Dreini* fuiſſe, habemus compertum. Ad Weſtfalorum pagos eum ſpectaſſe, ex verbis Poëtæ Saxonis diſcimus, qui ad annum 784. Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 133. ita canit:

> Filius interea regis (Caroli,) qui par genitori
> indole mentis erat, tum nomine dictus eodem,
> cum patriis exercitibus, quos ipſe regebat
> *in Weſtfalorum pago cognomine Dreini*
> *eiusdem populi turbas ad bella paratas*
> *offendens, ſtatim certamine vicit equeſtri.*

Ad Lippiam flumen autem pagum Dreini ſitum fuiſſe, ex Actis Idæ ducisſæ Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 172. ſeq. patet, e quibus hæc adducimus verba: *Ad illum locum, qui Saxonica lingua* Hirutfeld *nuncupatur, qui eſt* in pago Dreini *in* Lupiæ *fluminis ripa, nonnulla illuſtris viri Ecberti prædia reſpiciebant, vbi Deo dilecta matrona Ida frequentius commorari et ſemper recentibus in Dei cultu laboribus intentiſſime conſueuerat inſudare.* Hic autem locus *Hirutfeld* eſt *Hirtfeld* ad Lippiam fluuium, intra terras epiſcopatus Monaſterienſis. Locus nunc dicitur Hertzfeld, ſitus in præfectura Stromberg, inſignis Gograviatu, ad quem parochiae duæ, vulgo *Kirspele* adpellatæ, referuntur. In proximo eſt villa Hoveſtadt, in qua dicitur commoratus Egbertus. Hirutfeldi a. 830. obiit Berengarius ſanctus, qui cum Carolo Magno ac Ecberto in Weſtfaliam venerat. Sepulti ſunt ibi Ecbertus eiusque vxor Ida. Stangenfollius *Annal. Weſtphal.* L. II, p. 104. 127. Vide Ioannis Hobbelingi *Beſchreibung des gantzen Stifts Münſter*, Dortmund 1742, 8, p. 26. ac *Appendicem* III Ioannis Diderici deSteinen p. 330, ſeq. Hirutfeldi proceres imperii Germanici coierunt a. 1024, 8. Sept. 1027. 14, Sept. teſte *Vita Meinwerci* p. 557, 559, ed. Leibn. Chriſtianus Iunckerus poſuit pagum *Dreni*, *Dragim*, *Dreini*, *Driene*, *Draigni* ad villam Ducatus Cliuenſis *Dreuenich* ſeu Drevenack verſus Weſaliam, p. 115. *Introd. ad Geogr. medii ævi.* Videtur fluuius Lippe ſeu Luppia olim vocatus fuiſſe Drene. In hac regione porro reperiebatur *Lisborn abbatia*, quæ eodem in *pago Dreini* quoque olim exſtitit. Anno enim 1019 *Heinricus imperator Thiederico Mimigarnefordenſis eccleſiæ epiſcopo conceſſit et confirmauit abbatiam Liſborn in pago Dreini in comitatu Herimanni comitis, quam antea Mimigarnefordenſis eccleſia habere videbatur etſi ſine ſcripto, interuentu ac petitione Cunigundæ imperatricis aliorumque fidelium ſcilicet Euerhardi Bauenbergenſis, Meinwerci Patherbrumenſis, Adelbaldi Traiectenſis epiſcoporum, ducisque Godefridi*, teſte Vita Meinwerci p. 547. Conf. Schatenii *Hiſtor. Weſtfal.* L. IX, p. 603. L. X, p. 641. Villam *Selihem in* eodem *pago Dreini* exſtitiſſe, iam

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

ante indicauimus ex diplomate Hludouici regis ad annum 862. Intelligimus autem per eandem villam locum *Sellem*, in episcopatu Monasterienſi inter Cappenberg monasterium et Halteren situm. Hic porro pagus *Dreini* fuisse idem videtur, qui Tom. I. Leibn. p. 110. appellatur *Dreginni*, vbi villa *Werina* huic pago tribuitur, quæ probabilissime est vrbs *Werne*, sita ad Lippiam haud procul a monasterio Cappenberg. In præfectura Episcopatus Monasterienſis Werne vnicum exstat oppidum Werne, cui locus inter proceres est prouinciales. Præfectura complectitur parochias tredecim. In præfectura conspicuum est monasterium ordinis præmonstratenſis, quod Godefridus et Otto fratres Cappenbergici, Comites, 1122 instituerunt in loco Cappenberg, nonnisi nobiles genuinos tenens. Conf. Hobbelingum p. 31. seq. Monasterium id nullius Episcopi obedientiæ est obnoxium, vulgo dictum *Gotteshaus*. Conf. I. D. de Steinen l. c. p. 333, seq. Sic iterum descendimus in marcam *Sturmethi*, et simul in pagum contiguum *Westfalon*, ex quo paululum defleximus, penetramus. *Pagum* enim *Westfalon* conterminum fuisse *pago Dreini*, probat diploma cæsareum Heinrici IV. in quo ad annum 1059 Immado episcopo Paderbrunnenſi prædium, *Puningun* dictum, cum tribus vorawerc *Sumersedi*, *Botteſdorp* et *Calinbiki*, situm in pagis *Weſtfalon* et *Treini* in comitatibus Bernhardi ducis, Rotgeri et Bernhardi comitum, in proprium dedit ac tradidit. Quæ villæ in Westfaliæ ducatu reperiuntur. Atque, in eius ducatus maiori parte *ſpecialem pagum Weſtfalon* exstitisse, arbitramur. Id ipsum comprobant villæ, quæ huic pago tribuuntur. Ante vero quam eas adducimus, monendum est, *pagum ſpecialem Weſtfalon* ad similitudinem *pagi Falhon*, in orientali regione situm, dictum esse videri. Quemadmodum enim iam ante docuimus, omnem orientalem Saxoniam interdum appellari *Aſtfahla* seu *Oſtfahlen*, in ea autem specialem quendam pagum repertum fuisse inter Brunsuigam et Hildesiam vrbes, qui dictus fuerit *Falhen*: ita tota occidentalis regio quidem pagi *Weſtfalon* nomine solet venire. Speciatim vero *pagus Weſtfalon* appellabatur regio, quæ intra et circa comitatum Arensbergicum visitur. Huic prouinciæ nomen ducatus *Weſtfaliæ* hæsit, quamuis ante Heinrici Leonis, ducis Saxoniæ, tempora sub ducatus Westfaliæ appellatione omnes, relati ad antiquam Westfaliam pagi, sint comprehensi. Id enim facile e diplomatibus demonstrari posset, si res probatione indigeret. In *Regiſtro MSto Bonorum Abbatiæ Corbeienſis* deprehendimus primo villam *Stotonhus in pago Weſtfalon*, per quam intelligimus designari *Stotinghuſen* vicum, ad Ruram in ducatu Westfaliæ situm haud procul a Furstenberg vico. Deinde eidem pago tribuitur locus *Keſtiki*, vicus *Keſſelick*, inter Padberg, Brilon, Ruden et Rigelstein, eodem in ducatu, in terminis pagi Itergowe situs. Villam *Eruette in pago Weſtfalon* poni, iam ante vidimus. Et quamuis eadem villa quoque in marca Sturmethi ponatur, pagus tamen *Weſtfalon* nullam aliam ob causam adiicitur, nisi vt indicetur, eadem in regione pagum quendam *Weſtfalon* quondam exstitisse. Porro in eodem pago inueniebatur villa *Hetrungun*. Indicatur procul dubio *Herderingen*, vbi celebratissimi domini Barones de Furstenberg palatium atque alia iura habent. Tum erat in *pago Saxonico Weſtfala*, et in comitatu Herimanni comitis, curtis nominata *Triburi*, quam cæsar Heinricus abbatiæ in Patherbrunnon, vulgo dictæ Abdinghov, donauit, vti sequentes approbant litteræ, quas e MSto adiungere licebit.

℣ In nomine ſcę et indiuiduę trinitatiſ. Heinricuſ diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtuſ. Si ęterna et ſemper manentia accipere deſideramuſ temporalia et tranſitoria pro dei amore benigne et deuote erogare debemuſ. Quapropteꝛ nouerint omneſ Xpī fideleſ p̄ſenteſ ſcilicet atq;. futuri qualiter noſ pro redemptione animę ñr̄ę ac dilectiſſimę coniugiſ ñr̄ę chunigundę et per interuentum ac indefeſſum ſeruitium ueñer̄. ēpī meginuuarci quandam ñr̄ī iuriſ curtem *triburi* nominatam in *pago ſaxonico uueſtfala* ſitam in comitatu *herimanni comitiſ* cum omnibuſ appendiciiſ ſeruiſ et ancilliſ liberiſ quoq;. cum tali ſeruitio et cenſu qualem nobiſ ſoluebant et agebant molendiniſ piſcationibuſ uenationibuſ ſiluiſ paſcuiſ pratiſ et omnibuſ utenſilibuſ ad eundem locum pertinentibuſ ad abbatiam in patherbrunnon a p̄dicto

ēp̄o

ēpō meginuuarco inchoatam et ſtabilitam ad eccleſiam ab eodem in honore dn̄ī ſaluatoriſ et omnium ſc̄ōrum dedicatam donauimuſ. ea ſcilicet ratione. vt monachi ſub regula ſc̄ī benedicti inibi deo ſeruientes deinceps liberam de eadem curte habeant poteſtatem utendi mutandi et ad communem vſum illorum quidquid exinde libuerit tractandi. Et vt hęc n̄r̄ā auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa omni permaneat ęuo hoc pceptum inde conſcriptum impreſſione ſigilli n̄r̄ī iuſſimuſ inſigniri propriaq; manu confirmauimuſ. gubernante Corbeiam Adalgario.

ſignum domni Heinrici  inuictiſſimi romanorum imperatoriſ auguſti.

Gunthariuſ cancellariuſ ad uicem erkanbaldi archicappellani recognoui.

data XII. kal. martii indictione III. anno dominicę incarnat. MXX. anno uero domni Heinrici ſc̄dī regnantiſ XVIII imperii autem VI. actum colonię feliciter amen.

Per villam *Triburi* deſignari credimus vicum *Drever*, ſitum haud procul a Beleke in ducatu Weſtfaliæ. Probe autem hanc villam *Triburi* diſcernere oportet a villa regia *Triburi*, quæ palatium regium erat, in Francia intra pagum Rinichgoue et in comitatu ducis Cononis ſitum anno 985. In diplomatibus cæſareis ob crebros imperii conuentus ibidem habitos id palatium eſt celebratiſſimum, hodie dictum Trebur, ſitum intra terras Landgrauiatus Haſſo-Darmſtadienſis in ſatrapia Ruſſelheim inter Darmſtad et Moguntiam oppida.

In *pago Weſtfalon*, et in comitatu Bernhardi comitis, erat porro anno 1023 prædium *Hohunſile*, teſtante diplomate quodam Heinrici Romanorum imperatoris Auguſti. Quærimus merito, vbinam illud ſitum fuerit. Id autem docere nos poſſunt chartæ collegii Buſtorſiani, in ſuburbio Paderbornenſis ciuitatis, a Meinwerco Paderbornenſi epiſcopo anno 1036 inſtituti, e quibus patet, villam *Hohenſili* ad parochiam canonicorum, in eo collegio viuentium, referri. Quodſi autem ad Alme fluuium exſtitiſſe pagum Almunga, et circa vrbem Paderbornam vſque ad vicum Thulen pagum Patherga fuiſſe, et hos pagos ad Angariam ſpectaſſe, iam ante docuimus; *pagus Weſtfalon* ab oppido Erwitte et Bockenvörde vſque in comitatum Ritbergenſem patuit et in regione inter Lippiam, Amiſiam, Vurlam, Glennamque amnes collocandus eſt. Hæc autem eſt illa regio, in qua, vno vico Delbrugge excepto, incolæ diſperſis longe lateque villis et tuguriis habitant, induſtrii, robuſti et laboris patientes, ideoque ad militiam aptiſſimi. In eo natales ſuos habuit *Iohannes comes de Spörcke*, humili quidem inter ruſticos ortu, ſed militari et ſupra natalium ſortem præcelſa indole, qui per omnes militiæ gradus prouectus demum ſupremus exercitus cæſarei dux Hungariam perdomuit, belli fulmen ex agro, vti etiam Iohannes comes de Werth fuit terræ filius, poſtea vocatus ad exercitus ducendos hoſtesque fatigandos. Fuerunt autem in eadem regione *marcæ Aſpithara*, *Hildelinchuſon*, *Rengithinchuſon* et *Thurnithora*, quæ procul dubio totam *Angariam* et *pagos Patherga* et *Weſſaga* a *pago Weſtfalon* hac in regione diuiſerunt. Pagum enim *Sudergo* circa ciuitatem Monaſterienſem conterminum fuiſſe pago *Patherga*, illa ad vrbem Paderbornam villa *Hohenſele* non permittit. Eodem in pago *Weſtfalon* eodemque *in comitatu Bernhardi* ſitum donauit anno 1023 Heinricus imperator eccleſiæ Paderbornenſi prædium *Steini*, quod Nic. Schatenius in Annal. Paderbornenſ. Tom. I. p. 451. oppidum *Steinheimb* fuiſſe perhibet. Eam opinionem aſſenſu noſtro comprobare minime poſſumus. Quemadmodum enim iam ſupra ne-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

ibidem uellet habitare ipsam quamdiu uiueret haberet sin autem et post excessum eiuſ ad reliquiaſ ſc̄ōrum martirum ſtephani atque uiti pertineat iure hereditario teſteſ ico thiadrid marcuuarduſ adaluuarduſ.

§. 179.

Tradidit tatto in *hetlogun* (x) manſum unum cum mancipiiſ duobus eruli et alſſuit teſteſ aluric friteric hemmic adulf runger uuerin ailger.

§. 180.

Tradidit *haduuui* in *rimbeke* (y) manſoſ III. cum familiiſ in *fran-*

gauimus, circa oppidum Steinheimb pagum *Weſtfalon* exſtitiſſe, ſed pagum generalem *Angeri* et pagum ſpecialem Huuetigo: ita obſeruandum eſt, in epiſcopatu Paderbornenſi eſſe iam dictum oppidum *Steinheim ad Emmeram*, diſtans vnum milliare circiter ab acidulis Pyrmontanis, olim in comitatu Sualenbergico ſitum. Exſtat aliud *Steinhem* haud *procul* a *Lichtenau* oppido, vnum milliare circiter ab vrbe Paderbornæ omnino diſtante. Neque hunc vicum hic intelligere licet, quia hæc villa, ſi ipſa anno 1023 iam exſtitiſſet, pago *Pathergo* fuiſſet contributa. *Heribrumun* enim villa, vti iam ſupra §. 30. vidimus, in pago Pathergo poſita erat, quæ longius abeſt ab vrbe Paderborna, quam vicus Steinhem. Tum vero per *Steini* deſignari nequit locus *Steenhuſen*, in eodem epiſcopatu Paderbornenſi ſitus inter Geſeke et Buren. Marca enim *Sturmethi*, quæ, vti ſupra docuimus, terminus *Angariæ* et *Weſtfaliæ* erat, illud non permittit. *Steinem* ergo vicus, dictus *dorp Steinem*, cuius tertiam partem domini de Schilder in feudo tenent ab eccleſiaPaderbornenſi, melius villæ *Steini* conſonare in pago *Weſtfalon* videtur. Hanc in regione, in qua *Hoenſili* reperiebatur, exſtitiſſe, probabile eſt. Sin vero mauis per pagum *Weſtfalon* ſignificari pagum generalem *Weſtfalon*, nobis id perinde gratum erit. Vocabulum enim *Weſtfalon* interdum ſumi pro pago generali, negari nequit. Atque id ipſum probat diploma imperatoris Heinrici IV, quo ad annum 1085 Liemaro Hammaburgenſi archiepiſcopo *abbatiam Fredena*, *in pago*, *Weſtfalo* dicto, et *in comitatu Gerhardi* comitis ſitam, conceſſit, quæ ſine vllo dubio eſt *Vreden*, monaſterium ſanctimonialium virginum in diœceſi Monaſterienſi, inter vrbem Monaſterium, et inter Borckelo in confinio comitatus Zutphanienſis ſitum. De eo conferendus eſt Ioannes Hobbeling in *Beſchreibung des gantzen Stifft Münſters* p. 40, et I. D. de Steinen in *Appendice tertia* p. 338. In hac porro regione, vti poſtea docebimus, ſitus erat *pagus* ſpecialis *Scopingo*. Hanc ſententiam denique confirmant villæ *Wyenerswald*, *Ballana*, *Muchuris*, *Gheuetum*, *Laarun* et *Heribrunno*, quippe quæ æque viſebantur in pago Weſtfalo. De hiſce alio tempore acturi ſumus, illud tantum addentes, *Heribrunno* villam videri eſſe Herbirum ad fluuium Emiſam, in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi ſitam.

De villa Hetlogun.

(x) *Hetlogun* villa ſita fuerit oportet in epiſcopatu Oſnabrugenſi, indice noſtro *Regiſtro*. De villa pluribus exponemus in *Hiſtoria* noſtra *Corbeienſi*.

De villa Rimbeke et Haduwi abbatis Warini ſorore.

(y) *Rimbeke* villa in noſtro *Regiſtro* inuenitur poſita *intra pagum Heſſi*. Vnde rectiſſime concludimus, hanc eſſe eandem villam, quæ ſupra §. 92. appellabatur *Rimbechi*. Ipſa hodie vocatur *Rimbeke*, iacetque inter Warborg oppidum et monaſterium Hardehuſen, ſeu, vt accuratius ſitum indicemus, inter Narden et Scherve, vicos epiſcopatus Paderbornenſis. Cum igitur comes Amalungus in eadem villa §. 92. quædam donauiſſet, quem fuiſſe maritum *Hadwy*, ex §. 125 et 149. patet, indubie *Haduwi*, quæ hoc teſtante §. tres manſos donauit ad *Rimbeke* ſitos, ſoror *Luidolfi* ducis, et filia *Ecberti* ducis fuit, genitrix quippe celebratiſſimæ familiæ ducalis Billinganæ. De hac egimus §. 104. not. (w). Vt autem conſtet, ad quosnam hæc bona, in *Rimbeke* poſita, peruenerint, producemus litteras Henrici, nobilis domini de Homborg et abbatis Corbeienſis, quarum hæc eſt ſumma:

Nos

frankonhuſ (z) manſum unum teſteſ alfric baddo had luithard mynhard adulf. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 181.

Tradidit maynhard manſum unum cum familia uuilling in *hemmenthorpe* (A) teſteſ bodo baddo bern odo ſyni et alii treſ.

§. 182.

Tradidit odo pro anima uolcmari quidquid habuit in *hiddeſhuſ* (B) teſteſ ailharduſ uolkeri lieſman folcuuerc liudbrand.

§. 183.

Nos *Henricus* dei grā Corbeiēñ. ecc̄lie abbas tenore p̄ntium proteſtamur. quod cum bone memorie dñūs *Rabanus iunior de Papenhem* miles a nobis bona ſua pheodalia reciperet int' cet'a bona decimā in *Rimbeke* nominatim recepit. poſtmodū cum p̄ſcript⁹ dñs Rabanus ſuum teſtamentū cōficeret. p̄ſcriptam decimā in *Rimbeke* ad p̄bendā fratrum donauit p̄poſiture ñr̄ē Corbeiēñ. ecc̄lie. Quam donationem ratam tenentes et gratā. auctoritate ñr̄ā confirmam⁹ et eiuſdem decime ꝓpetatē. q̄ ſpectabat ad nos. eidem p̄poſiture liberaliter tribuim⁹ in his ſcriptis. Ut igitur hec res inconuulſa ꝑmaneat et ꝑpetue commendetur memorie. p̄ñtem paginā ñr̄ō ſigillo iuſſim⁹ ſigillari. Datum Corbeie anno dñī M. CC. nonageſimo quinto VII. kal. ſeptembris.

His autem litteris adiungimus tabulas abbatis ac conuentus in Hardehuſen Paderbornenſis diœceſis, ſic habentes:

Nos frater Jōħēs dc̄ūs abbas et totus conuentus in *Herſuidehuſ* uniuerſis p̄ñtibus et futuris cupim⁹ eſſe notū quod in recognicione ꝓprietatis quorūdam bonorū ſuorū in *Rimbeke* que bona Arnoldi dc̄ī Hukere quondā fuerant. nobiſq̧. ñr̄ōq̧. monaſ'io per ūēñ. viros dñūm Heinricū abbatē totumq̧. conuentū ecc̄lie Corbēȳñ. donatorū liberaliter. cuſtodi ipſi⁹ ecc̄le Corbēȳñ. tres libras cere ad luminaria b̄ti Viti ſoluere tenebimur. et in feſto purificationis b̄te virginis ſine difficultate uel ⁹tradictione annis ſingulis et ꝑpetuo ꝑſoluem⁹. In cui⁹ rei robur et euidenciā p̄ñtem cartam dedim⁹ ſigillatā. Datū anno dñī M°. CC°. XC. nono quinto idus Januarii.

(z) *Franconhus* villa erat *in pago Heſſi* ſita. Olim exſtitit ea in terris epiſcopatus Paderbornenſis haud procul ab Hardehuſano monaſterio, quod in adducta aliisque membranis nominatur *Herſuithehuſen*. Bona autem Corbeienſia, ad *Franconhus* ſita, ab abbatibus Corbeienſibus poſtea tradita ſunt præpoſituræ ſeu abbatiæ Eresburgenſi in Monte Martis, hodie dicto Stadberge, a qua illa, conſentiente eccleſia Corbeienſi, comparauit Bernhardus epiſcopus Paderbornenſis, qui eadem denique anno 1155 Herſuithehuſano dedit monaſterio. De villa Franconhus.

(A) De villa *Hemmenthorpe* confer §. 226. dicenda. De villa Hemmenthorpe.

(B) *Hiddeshus* villa erat, teſtante Regiſtro noſtro antiquiſſimo, *in pago Logne*. Procul dubio itaque intelligitur deſignata *Heltenſen* ſita intra præfecturam Hardeſſen principatus Göttingenſis, quæ in aliis membranis ſcribitur *Hiddinhuſon* et *Heddenhuſen*. Nomen eandem villam accepiſſe a quodam *Hiddi*, probabile eſt; ad quam vero familiam idem Hiddi referendus ſit, ignoratur. Illud veriſimile eſt, inter progenitores ducis Oſtfalorum Heſſi exſtitiſſe quoſdam, qui nomen illud ipſum amauerint, a quibus nomen Hiddi in familiam Ecbertinam ſeu Luidolfinam fluxiſſe videtur, vti in ſtemmate Brunoniano vidimus ante §. 104. An vero De villa Hiddeshus.

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

§. 183.

Tradidit bodo manſum cum familia liafuuard in *hattrungen* (C) teſteſ maynuuard baddo bern et ceteri ſupra ſcripti.

§. 184.

Tradidit euric pro anima ſuuale quidquid habuit in *blouuanſcote* (D) teſteſ uolcger bernhard adahuuard pumy.

§. 185.

Tradidit bodo quidquid habuit in *liſtungen* (E) pro anima ſua teſteſ . . . . . tradidit bernuuard manſum unum in *bilanuelde* (F) cum adiacente ſilua item medium in *thyduuyteſhuſ* (G) teſteſ hugo folcbert hrodred odo et alii VIIII.

§. 186.

vero *Hiddeshus* a progenitore quodam Heſſi ducis poſſeſſa ſit, vix Oedipus diuinando aſſequi poterit.

De villa Hattrungen.

(C) *Hattrungen* villa in noſtro Regiſtro non reperitur. Neſcimus ergo, quem vicum deſignare debeamus. Quantum coniectura auguramur, intelligitur vel Hattingen in comitatu Marcano, vel villa Hetrungen, quam ſupra §. 178. in pago Weſtfalon deprehendimus. Videtur abbatia noſtra tempore abbatis Sarachonis non amplius in poſſeſſione fuiſſe iſtius manſi, quem Bodo in villa Hattrungen tradidit. Nihil ergo definimus.

De villa Blowanſcote.

(D) *Blowanſcote* villa ponitur in noſtro Regiſtro *intra pagum Bragbanto*, quem ampliſſimum et ſpatioſum pagum fuiſſe, e villis patet, quæ aliis in documentis huic pago tribuuntur. Et cum in eo pago exſtiterint *Tornacum* (Tournay ad Scaldim fluuium) et *Ganda* (Gent ad idem flumen,) quæ vrbes hodie in Flandriæ comitatu inueniuntur, pagus *Bragbanto* ampliorem regionem comprehendiſſe videtur, quam ducatum Brabantiæ. De villa Blowanſcote diſſeremus infra §. 229, vbi plura de Bragbanto et Rienſi pago inuenies.

De villa Liſtungen.

(E) De villa *Liſtungen* vide §. 186.

De villa Bilanuelde.

(F. G) *Bilanuelde* villa tribuitur *pago Weſſago* in Regiſtro noſtro ſæpiſſime laudato. Eum pagum probe diſcernere debemus a pago Huuetigo, conſpicuo in comitatibus Pyrmontano et Sualenbergico, de quo egimus ſupra §. 3. not. (e) et infra plura dicemus. Situm pagi *Weſſago* indicant duæ abbatiæ, quæ nominantur *Heriſordia* et *Sceldice*, quarum illa in noſtris documentis, hæc vero in diplomate cæſaris Heinrici II ad annum 1019, quod in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 433. exſtat, in eodem pago poſitæ inueniuntur. Quodſi autem eædem abbatiæ ſunt *Herford* et *Schilſche*, in comitatu Rauensbergico reperiundæ, ſine vllo dubio pagus *Weſſago* in comitatu Rauensbergico olim exſtitit. Eandem ſententiam egregie confirmat villa *Bilanuelde*, quæ indubie eſt oppidum *Bileſeld*, eodem in comitatu Rauensbergico viſi ſolitum, quibus *Vita Meinwerci* epiſcopi Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. f. 530. villam *Haſpan* addit. Villa *Haſpan* videtur eſſe *Hepen*, intra præfecturam Sparenberg et in eodem comitatu ſita; *Thydwythesbus* autem, quæ, teſte Sarachone, in eodem erat pago Weſſago, probabiliter erit vicus *Duſſen* ſeu *Diſſen*, iter vnius horæ circiter ſitus a caſtro Rauensberg, ad Oſnabrugenſem vero epiſcopatum ſpectans. Eccleſia in *Hepen* olim mater erat eccleſiæ in *Bileuelde*, vti probant ſequentes litteræ Bernhardi epiſcopi Paderbornenſis:

Bernhard⁹ dī gīā Paderbornenſis ēpūs dilecto ſocero ſuo comiti *Ludowico* ſalutem et dilectionis conſtantiam. Sciat conſtanter dilectio ūrā quod nos cum dilecto ñrō dñō Ottone Cuſtode Paderbornenſi in eo ⁹uenim⁹. quod quilibet inhabitatorum *Bileuelde* manſum ad quem familia ptinet habentem. plebano de *Hepen* annis ſingulis in die omnium

omnium ſc̄orum obulum dabit pro exemptione capelle *Bileuelde* que ratione matricis ad ec̄cliam *Hepen* pertinebat quouſq;. dicto plebano de *Hepen* condigna recompenſatio ſtatuatur. Quapropter dictam capellam *Bileuelde* a matrice eius ec̄clie publicam⁹ liberam et exemtam ſaluo iure dieceſani et archidiaconi loci. uobis dantes liberam poteſtatem in eadem capella pſonam idoneam ratione patronat⁹ ſtatuendi et eam ad collationem ſpiritualium loci archidiacono pſentandi. Datum Paderborne anno d̄nī M. CC. XXX. VI. pontificat⁹ n̄rī anno VIII. guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Poſt hæc, ſcilicet anno 1293, Otto comes de Rauensberge atque Hadwiga comitiſſa fundarunt *Bilefeldiæ* collegium canonicorum, parochiali æde B. virginis Mariæ in collegium mutata, teſtantibus litteris ſequentibus, quas e membrana vna cum litteris Paderbornenſis epiſcopi Ottonis addimus:

Nos *Otto comes et Hadwigis comitiſſa de Rauenſberge* capitulo et canonicis ec̄clie b̄te marie Bileueldenſis paderb. dieceſ. tam vite pſentis commoda quam future. bone rei operam dare et pſentis vite habere ſubſidium et eterne retribucionis p̄mium enitimur exſpectare. quapropter pro remedio animarum n̄r̄arum vobis et ec̄clie vr̄e. quam nos de cōſenſu reuerc̄n. patris ac d̄nī n̄r̄ī *Ottonis* paderbuṙn. ēp̄ī in honorem dei et memoriā ſc̄e marie p̄dc̄e. et b̄ti Georgii martyris fundam⁹. ac poſſeſſionib⁹ ſeu prediis tam ruſticis quā urbanis nec non ſeruis agricolis et colonis vr̄is immunitatem ac libertatē cōcedim⁹ ab omni exactione tā rerum quā ſeruitii temporalis. volentes ut p̄dc̄a ec̄clia vr̄a domus et curie vr̄e infra im̄unitatem clauſtri vr̄ī cōſtitute ac familia vr̄a domeſtica ea im̄unitate ſeu libertate vel priuilegiis gaudeant quib⁹ alie ec̄clie collegiate dom⁹ et curie nec non familie canonicorum de iure gaudere noſcuntur. vobis nihilomin⁹ ſpecialiter cōcedendo quod im̄unes ſitis ab om̄ib⁹ cōtributionib⁹ vigiliis vel cuſtodiis et defenſionib⁹ a ciuib⁹ vel oppidanis ſeu aliis in p̄dc̄ō oppido *Bileueld* cōmorātib⁹ cōmuniter faciendis. Ut autem p̄bendas cōpetētes ſortiri poſſitis ec̄clias parochiales eiuſd̄e oppidi tā noui quā veteris. in quib⁹ ius patronat⁹ habem⁹. de cōſenſu eiuſd̄e reuerē. patris et d̄nī ēp̄ī Paderb. et capituli duxim⁹ cōcedendas. nobis tamen iure patronat⁹ in collacione p̄bendarū per om̄ia reſeruato. ceterū in electione decani theſaurarii et ſcholaſtici nihil iuris nobis vel heredib⁹ n̄r̄īs reſeruam⁹ ſed liberaliter capitulo et canonicis cōmittim⁹ memoratis. recognoſcim⁹ inſuper quod nec nos nec heredes n̄r̄i aliquam aduocatiam habem⁹ in bonis d̄c̄e ec̄clie vr̄e nec poſſim⁹ aliquaten⁹ vendicare. preterea dam⁹ vobis et cuilibet vr̄ūm ius et cōmunē uſū in pratis lignis et paſcuis com̄unib⁹ ſicut alii in *Bileuelde* morantes oppido noſcuntur habere. ceterum in eadē ec̄clia duodecim p̄bendas de dc̄ī patris ac d̄nī ēp̄ī et capituli paderb. p̄dc̄ī cōſenſu taliter ordinam⁹ ut quatuor ex illis ſint ſacerdotes quatuor diaconales et quatuor ſubdiaconales. ita ut nulli canonicorū fruct⁹ p̄bende miniſtrentur donec promot⁹ ad ſc̄ūm ordinē fuerit quē debita ſibi p̄benda requirit niſi per decanū et capitulū aliter fuerit ordinatū nec alii quā reſidenti perſonaliter niſi in negocio ec̄clie vel cauſa ſtudii de licencia capituli quēquā abeſſe cōtingat. p̄dc̄ām vero cōceſſionē et ordinacionē de cōſenſu et voluntate honorabilis viri d̄nī *Ludouici* p̄poſiti ſc̄ī Johannis ec̄clie in *Oſnaburg* eſſe et proceſſiſſe p̄ñtib⁹ proteſtamur. et nos *Hermann⁹* p̄poſit⁹ *Tungrenſis Otto* canonic⁹ *Oſnaburgenſis Ludouic⁹* et *Bernhard⁹ fratres* p̄dc̄ōrum comitis et comitiſſe filii heredeſq;. legitimi ſupradc̄ām cōceſſionē et ordinacionē per om̄ia ratā et gratā et firmā tenebim⁹ et tenem⁹ et in teſtimoniū et certitudinē pleniorē p̄ſens cedula ſigillis videlicet comitis et comitiſſe p̄dc̄ōrum et venerabilium virorum d̄nī *Ludouici* et *Hermanni* ſupradc̄ōrum com̄unitur. datum et actum anno d̄nī M. CC. nonageſimo t^cio. II. id. iunii.

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

Hanc fundationem Otto epiſcopus Paderbornenſis eodem anno hiſce comprabauit litteris:

Otto dei grā Padᵉburnēn ecclie epc̄. uniuerſis ad quos p̄ñtes littere puenerint ſalutem in eo qui eſt omniū vera ſalus, cum nihil ſit quod lumine clariore prefulgeat quam in viro nobili recta fides et nihil ſit quod ita nequeat occaſui ſubiacere quam vera religio, nam cum utraq; rectorem vite vel luminis reſpiciant recte et tenebras reſpuunt et neſciunt refectui ſubiacere, quamobrem fidem et deuocionem ac religioſitātem *nobilis viri* dn̄ī *Ottonis comitis in Rauenſberge affinis* ñr̄ī deuotiſſime coñendantes ex eo quod ut religio et diuini numinis cultus augeatur in *nouo oppido Bilevelde* dominii ſui diſtrictᵍ ñr̄e dieceſis collegiatam ecclīam canonicorum ſeculariū de parochiali ecclia eiuſdem noui oppidi fundare et eandē ſuis rebᵍ dotare ad honorē oñipotentis dei et glorioſi genetricis eiᵍ virginis bte marie intendit, nos eidem comiti cupientes cooperari, quatenᵍ bonorum operum eiᵍ efficiamᵘ participes, ut quemadmodum pia deuocione concepit proficiat et ecclīam eandem collegiatā de parochiali fundet et dolet de rebᵍ ſuis ut dictum eſt et de fructibᵍ prouentibᵍ obuencionibᵍ et oblacionibᵍ ecclīarum veteris et noui oppidorum in *Bileuelde*, ita quod huiuſmodi fructus prouentᵍ obuenciones et oblaciones inter canonicos ipſiᵍ ecclie collegiate diuidantur equaliter et diſtribuantur, eidem nobili viro de cōſenſu et beneuola uoluntate *Thiderici de Bilſtene* p̄poſiti *Hermanni de Sumichuſen decani* et totiᵍ capituli ecclie ñr̄e plenā cōcedimᵍ facultatē, volentes, ut poſtquam indicta ecclia in oppido memorato cōuentᵍ canonicorum ſecularium fuit inſtitutᵍ eadem ecclia et pſone ipſius ecclie ac familia eorundem nec non bona eorundē mobilia et iñmobilia omnibᵍ libertatibᵍ et immunitatibᵍ et coñodis quibᵍ ecclie iure gaudere debent et p̄cipue, quibᵍ ecclia ſc̄ī petri ñr̄ē ciuitatis paderbūrn̄ gaudet, in pſonis rebᵍ et familiis gaudeat et gaudere debet indiſcuſſe, item volumᵍ et cōcedimᵍ ut poſtquam dicta ecclia collegiata fundata fuit et p̄ſone inſtitute ad eandem, videlicet duodecim vel plures in ipſa prima inſtitucione et poſtmodum in ſubſequentibᵍ inſtitucionibᵍ ſiue prouiſionibᵍ ius inſtitucionis ſiue patronatᵍ dictus nobilis vir *comes in Rauenſberge* habeat et idem ius inſtitucionis ſiue patronatᵍ ipſius dn̄ī comitis tranſeat in heredes, item volumᵍ et cōcedimᵍ ut reddit̄ prouentᵍ obuenciones et oblaciones omnes ac omnia iura ſpiritualia et temporalia dicte ecclie in *Bilevelde* apud dictos canonicos eiuſdem ecclie integritaliter maneant, contribucionibᵍ auctoritate dieceſani faciendis nec non procuracionibᵍ et omnibᵍ iuribᵍ archidiaconi loci ſaluis, ita tamen ut diaconus ex eorundem canonicorum eleccione et ñr̄ā ſiue ſucceſſorū ñr̄ōrum cōfirmacione canonice ordinetur, et ut dictᵍ decanᵍ ad regendā parochiam ab archidiacono loci curā recipiat animarum, et occaſione recepcionis huiuſmodi cure idem decanᵍ tenebitur dicto archidiacono plenam ſeruare obedienciam et ad exaccionem omnium mandatorum, ipſius ſicut tenebatur ſacerdos qui in omnibᵍ annis retroactis rector exſtitit ſeu prouiſor, ſiquis autem huiuſmodi cōceſſiones ñr̄as quas deliberato cōſilio decreuimᵍ ꝑpetuo valituras infringere aut temere violare vel etiam malicioſe impedire preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et b̄torum ap̄lorum eiᵍ petri et pauli nec non excoñunicacionis ſententiam quam in tales ex nunc et ex tunc in his ſcriptis ferimᵍ ſe nouerit ꝑincurriſſe, in huiᵍ rei teſtimoniū preſens ſcriptum ñr̄o et capituli ñr̄i ſigillis exſtitit ſigillatum. Et nos p̄poſitᵍ decanᵍ et capitulū p̄dc̄ī in ſignum cōſenſus ñr̄i ſigillū ñr̄um apponi fecimus huic ſcripto. Datum anno domini M. CC. nonageſimo tercio . . . . . .

Sigilla vide in Tabula III. num. 4. et 5.

Otto

§. 186.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Commemoratio traditionis quam tradidit bodo in *lyſtungen* (H) quid-quid

Otto, Paderbornenſis epiſcopus, cuius hic exhibuimus ſigillum, comes erat de Ritberg, teſtantibus litteris eiuſdem ad annum 1297, quod ipſum et eius approbat contraſigillum, in quo aquila Ritbergica conſpicitur. Errat igitur Cyr. Spangenberg im *Adel-Spiegel* T. II. f. 317. perhibens, inſigne Ritbergenſium comitum fuiſſe leonem aureum ſine corona in campo rubro. Cum autem *Otto* epiſcopus *Ottonem* comitem de Rauensberg appellet ſuum affinem, ſequitur eo ipſo, *Hadwigam* vxorem dicti *Ottonis* fuiſſe natam comitiſſam de Ritberg, et *Conradi* epiſcopi Oſnabrugenſis ſororem, quippe qui in aliis litteris ad annum 1279 frater appellatur epiſcopi Paderbornenſis *Ottonis*.

Idem Paderbornenſis epiſcopus *Otto* teſtatur anno 1292, *Henricum de Homborg auunculum ſuum ex Giſela ſorore ſua tum defuncta natum litem mouiſſe Amelungesbornenſibus monachis ſuper poſſeſſione curiæ Dickhof, et ei renunciaſſe ſuo monitu una cum fratre Bodone. Teſtes erant comes Otto de Buren conſanguineus epiſcopi, dominus Stephanus de Valckenberg, Albertus ſenior de Amelungeſſen, Raueno de Papenhem milites. Datum in oppido eius Saltcoten anno 1292. in die Tiburtii et Valeriani martyrum.*

Anno 1296 *conſenſit Henricus de Homborg donandæ curiæ Dickhof cum molendino adiacenti, a patre Iohanne donatis cœnobio Amelungesbornenſi. Teſtes erant comes Hermannus de Woldenberge ſocer Henrici, patruus Bodo de Homborg, Henricus de Luthardeſſen, miles, Conradus de Luthardeſſen, Arnoldus de Hauerſuorde, Bruno de Rodenberge, Erneſtus de Emmeren, Iohannes de Rode, Hermannus Bock, famuli, frater Iohannes de Rivo. Datum IV. kal. ſeptembris.*

Poſthæc Otto Rauensbergicus comes cum Frederico decano Bileueldenſi atque aliis proteſtatur, *Bodonem* filium Iohannis nobilis domini de Homborg contuliſſe monaſterio Amelungesbornenſi curiam eandem, dictam *Dickhof*, vna cum molendino per litteras ſequentes, quas e membrana adiungere iuuabit:

Nos *Otto comes de Rauenſberge. frederic⁹ decan⁹* eccl̄ie ſc̄ē marie *bileueldenſis* iudex et conſules opidi dicti *Bileueldenſis.* uniuerſis. ad quos preſens ſcriptum puenerit. notū facim⁹ euidenter in his ſcriptis. proteſtantes. quod *Bodo fili⁹ Johannis nobilis viri de Homborg* inducti⁹ precib⁹ uenerabilis patris ac d̄nī n̄rī *Ottonis Paderburnenſis* ep̄ī ac aliorum ſuorum amicorum curiam quandam dictam *dickhof* una cum quodam ſuo molendino cum proprietate et libertate et omni iure eccl̄ie ſc̄e marie et conuentui in *Amelungeſborne* contulit liberaliter et corā nobis reſignauit pro ſalute *Giſle* b̄te memorie *ſue matris* promittens ſe donationem huiuſmodi ſicuti pater ipſius p̄dict⁹ ipſā fecerat ratā et gratā ppetuo habiturum nihilq;. iuris ſibi in curia ante dēā et omnib⁹ eidem attinentib⁹ penit⁹ reſeruauit. Acta ſunt hec coram iudicio preſentib⁹ d̄no *henrico Top* et *Reinberto de Buſche* militibus. *Bernhardo* et *Euerhardo fratrib⁹ dictis Top. Bernhardo dicto Valcke* famulis. Ecberto dicto Swarte tunc temporis exiſtente iudice in *Bileuelde* atque aliis.

datum anno M. CC. LXXXXVI. feria ſecunda poſt Nicomedis martyris.

(H) *Lyſtungen* villa in noſtro Regiſtro poſita reperitur *in pago Himmerfeldun*, qui olim exſtitit in præfectura Zierenberg in Haſſiæ Landgrauiatu, et contiguus fuit pago Saxonico Heſſi, vti iam ſupra vidimus. Eſt autem villa *Lyſtungen* vicus *Liſtingen* in præfectura Zierenberg, videturque *Bodo*, qui, quidquid in eadem villa habuit, abbatiæ noſtræ tradidit, ad familiam Ecbertinam ſpectaſſe, licet connexionem illius cum eadem gente accurate oſtendere nequeamus. Si enim *Bodo* idem eſt dominus, qui infra §. 242. quatuor manſos donat in villis *Medriki* et *Huxori*, quarum altera in pago Heſſi, altera vero in Auga erat, probabiliſſimum erit, *Bodonem* noſtrum ad ſtemma Brunonianum pertinuiſſe. Cum vero inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi non inueniatur *Bodo* iſte, is Bru- De villa Lyſtungen.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

quid ibi habuit ad reliquiaſ ſc̄orum martyrum ſtephani atque uiti teſteſ hranuuard ſidag dendi tiadmer uuigmer et alii XVII.

§. 187.

Tradidit mereſuit et filia eiuſ ſiburg in *oſdageſhuſen* (I) quidquid habuerunt teſteſ iſger *billing* (K) buni adaldach et alii XV.

§. 188.

Tradidit *fritheric* in *derlingi* (L) in uilla *lauuingi* colonum unum teſteſ had uolcbertuſ abbo odo et alii treſ.

§. 189.

nonis ducis nepos ex fratre fuiſſe videtur. Hæc autem obſeruatio facit ad confirmandam ſententiam noſtram, quam ſupra §. 106. de *Bodikone*, *Saxonum rege*, protulimus. Cum enim *Bodo* et *Bodiko* vnum idemque nomen ſit, quod nemo facile negabit, *Bodiko*, *dux Saxonum*, plane effictus eſſe non videtur. Inter progenitores Brunonis ac Widekindi ducum potius exſtitiſſe eum, veriſimillimum erit, quia olim illuſtribus familiis in maximis erat deliciis, et id curæ erat, vt nomina progenitorum ſuorum omni modo conſeruarent. Obſeruatu dignum præterea eſſe putamus, quod in *Vita Meinwerci* epiſcopi Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. p. 535. ille, qui manſum vnum in *marcha Liſtungun* cum omnibus rebus ad eum attinentibus circa annum 1020 eccleſiæ dedit Paderbornenſi, *Æthelhardus* appellatur. Quemadmodum vero *marcha* illa *Liſtungun* in regione villæ noſtræ *Liſtungen* exſtitiſſe videtur, quippe quæ terminus Angariæ occidentalis in eadem regione eſſe potuit: ita *Æthelhardus* ille videtur fortaſſe noſtri *Bodonis* pronepos eſſe. Id probabiliter facit ad corroborandam noſtram coniecturam. Auguramur enim, fuiſſe inter progenitores Brunonis ducis ducem quendam Saxonum *Ethelhardum*, de quo egimus ſupra §. 161. Quamuis enim facile demus, hoc tantum niti coniectura noſtra, indicandum tamen eſſe illud, arbitrati ſumus, ſperantes, doctis quibuſdam id coniecturæ non ingratum fore, ac tempore futuro documenta quædam in lucem proditura eſſe, quibus hæc ipſa coniectura in maiorem lucem euehatur.

De villa Osdageshuſen.

(I) *Oſdageſhus* villa erat, teſtante noſtro Regiſtro, *in pago Suilbergi*. In membranis aliis ſcribitur eadem modo *Odageſhuſen*, modo *Odeſhus*, modo *Odeſſen*, et tandem *Odaſſen*. Reperitur villa iſthæc hodie in ducatu Grubenhagenſi ſub præfectura Rotenkirchen. Ipſa vero olim erat pars comitatus Daſſelienſis, in quo pagum Suilbergi exſtitiſſe, iam ſupra §. 167. demonſtrauimus. *Mereſuit* igitur eiusque filia *Siburg* Northeimenſibus ſeu Daſſelienſibus comitibus, quorum vna eademque origo fuit, annumerandæ videntur. Fuiſſe autem *Mereſuitam* ſtirpis Brunonianæ, in noſtra *Hiſtoria Corbeienſi* e quadam membrana, quam olim e manibus bibliopegi Pilgers in vrbe Huxaria extorſimus, probabiliſſimum reddemus; e qua apparebit, *Luithardum*, epiſcopum Paderbornenſem tertium, qui Badurado e vita mortalium ſublato anno 860 ſucceſſit, fuiſſe huius *Mereſuit* filium. Hic *Luithardus* cum ſorore ſua *Waldburg* ſplendidum Heriſienſe virginum ſacrarum monaſterium in epiſcopatu Paderbornenſi condidit, atque e bonis paternis dotauit. Vnde colligi poterit, cuiuſnam fuerit familiæ illa Dei ancilla in eodem monaſterio Heriſi conſtituta, quæ epiſcopi *Luithardi neptis* appellatur, et ad quam Rimbertus monachus Corbeienſis et archiepiſcopus Hamburgenſis epiſtolam, bonæ frugis plenam, ſcripſit, quæ exſtat in *Vita Rimberti* p. m. 747 ſeqq.

De Billingo.

(K) *Billing* an filius Bennithi comitis, et nepos Amalungi, ſatoris familiæ ducalis Billinganæ, fuerit, diſquirant alii.

De origine familiarum Sommerſchenburgicæ, Supplinburgicæ, Walbeccenſis atque Anhaltinæ.

(L) *Pagum Derlingi* exſtitiſſe in ducatu Brunſuicenſi, et quidem in præfecturis Campen, Königslutter, Supplinburg, Schöningen, Heſſen et Wolffenbuttel, iam ſupra §. 15. indicauimus. Eadem in regione, et quidem inter Born, Rotenkampe atque Vhri vicos, et oppidum Königslutter, inuenitur vicus *Lauingen*, quem per *Lauuingi* villam deſignari rectiſſime ſtatuitur. Colonus autem, quem tradidit *fritheric* cum aliis bonis Corbeienſibus, in *pago Derlingi* olim conſpicuis, anno 888 Ottoni comiti, patri Heinrici aucupis, aduocato abbatiæ noſtræ, a Bouone abbate traditus eſt, teſtante autographo diplomate ſereniſſimi regis Arnolfi

nolfi ſupra §. 163 producto. Quis vero iſte *Fritheric* fuerit, qui colonum huncdedit, ex nobis quis quærere poſſet. Huic reſpondemus, probabiliſſime illum ad progenitores comitum palatinorum Saxoniæ noſtræ referri. Siue enim bona, quæ tradidit, ſiue nomen eius reſpicimus, vnde non vanum in genealogica medii æui re argumentum deſumitur, indicia inde elucent, ex eo deſcendiſſe Fridericos palatinos, inſerendos domui *Sommerſchenburgicæ*. Atque vt hanc noſtram ſententiam probabilem reddamus, præmittenda ſunt quædam de comitatu *Sommerſchenburgico*, quem ab arce *Sommerſchenburgica*, in ducatu Magdeburgico obuia, nomen accepiſſe, fatentur omnes. Reperitur vero eadem arx in edito colle ad latus nemoris frondoſi atque opaci, vno milliari ſita ab vrbe Helmſtadio inter Marienborn monaſterium, Belſtorf, Weſensleben, Sommersdorf, atque oppidum Schöningen ſitum in ducatu Brunſuicenſi. Amplam poſſediſſe ditionem comites *Sommerſchenburgicos* in Campen, Königslutter et Scheningen, nec non in Weſelingen atque aliis in eadem regione obuiis præfecturis, ex diplomatibus patet. Paulo poſt indicabimus, eoſdem cum comitibus *Walbeccenſibus*, *Schaumburgicis*, *Supplingenburgicis* atque *Anhaltinis* ex vno eodemque germine deſcendiſſe. Sator horum comitum hucusque in obſcuro latuit. Eundem autem ex his traditionibus noſtris eruere poſſumus, conſideraturi ea, quæ referuntur de dominis illis, qui abbatiæ Corbeienſi bona quædam in eadem regione donarunt. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Primus, qui ante annum 826 quædam in pago Derlingi tradidit, eſt *comes Richertus* §. 15. quem ſequitur §. 24. marſcalcus *Tiadde*, quem excipit §. 29. *Odo comes*, cuius loco *Cumbro* in villa Sundſtede in eodem pago Derlingo quædam donauit. Hunc ſequitur §. 57. *Abbic*, quædam tradens. *Tiaddonem* ante annum 834 vitam cum morte commutaſſe, adfirmare haud licet. Quamuis enim ex §. 74 demonſtrandum ſit, eundem *Tiaddonem* in eodem pago Derlingo in villa Lianbeke bona quædam tradenda curaſſe. Hiſce tamen traditis ille ſuperſtes fuiſſe non videtur, quia in noſtris traditionibus nomen eius non amplius inuenitur, neque id inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi §. 104. 111. et 121. apparet, niſi perhibere velis, quod et nobis probabile videtur, eundem latere §. 104. ſub Edone, littera D. et T. vti videtur, vetuſtate detrita. *Tiadonis* enim, nomen idem eſſe ac Tedo, Dedo, Dedico et Dodico, quod contractum eſt ex Theodorico, harum rerum gnari facile nobis dabunt et concedent. Sine filiis eum eſſe mortuum, ex §. 24. patet. Confer diploma regis Arnolfi, ante §. 163. adductum. Cur enim *Tiadde* §. 24. bona ſua ea lege tradiderit, vt tota traditio bonorum in Dallengebudli et Boclo irrita foret, ſi filios habuiſſe, non video rationem. Ex diplomate vero Arnolfi apparet, abbatiam Corbeienſem in villa Dallangibudli anno 888 bona iſta poſſediſſe. Quam ob rationem *Tiaddonem* noſtrum ſine prole deceſſiſſe oportet. *Odonem* vero comitem anno 834 ſuperſtitem fuiſſe, ex hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi apparet, ſiquidem inter coheredes eius idem numeratur. Tamen *Odo comes*, *Tiadde mareſcalcus*, *Abbi*, *Cumbro* et *Richertus comes*, fratres fuiſſe videntur. Id enim concluſimus ex bonis, in vno eodemque tractu ſitis, atque ex hereditate ducis Heſſi, quam hi domini ſimul adiere, vti ex §. 104. apparet.

Omnibus hiſce rite conſideratis, horum patrem fuiſſe ſtatuimus *Albionem*, qui ſe cum Widekindo, Brunone atque Heſſi ducibus, Carolo M. in bello Saxonico fortiter oppoſuit, et, tranſgreſſis Brunone ac Heſſi ad partes Caroli Magni, procul dubio dux Oſtfalorum creatus fuit. Quamuis enim ſciamus, Alb. Krantzium in *Saxonia* lib. II. cap. 23. perhibuiſſe, *Albionem* principem fuiſſe in Nordalbingia ſeu Holſatia, quod etiam P. Lambecio aliisque placuiſſe videtur; ſunt tamen quædam argumenta, quæ nos impediunt, quo minus in eorum ſententiam eamus. Scriptores enim coætanei de iſto principatu *Albionis* in *Nordalbingia* nihil ſciunt. Referunt modo Annales Rerum Francorum p. 153. anno 785. *latitaſſe Widekindum et Albionem in Transalbiana Saxonum regione, cladibus acceptis a Carolo ſuperioribus annis, Carolumque eis primo per Saxones, vt omiſſa perfidia ad ſuam fidem venire non ambigerent, ſuadere coepiſſe; cum vero illi regis ſe fidei permittere dubitaſſent, tandem eos accepta a rege, quam optauiſſent, impunitatis ſponſione, atque impetratis, quos ſibi dari deprecati eſſent, obſidibus, quos eis Amaluinus vnus aulicorum a rege miſſus adduxiſſet, cum eodem ad regis præſentiam in Attiniaco villa veniſſe, atque ibi baptizatos eſſe.* Quibus verbis Eginhardus neque Widekindo neque Albioni principatum in Nordalbingia adſcripſit. Atque, Sator eorum Albio princeps.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et

hanc fuisse Eginhardi sententiam, probamus porro e verbis Poëtæ Saxonis nostri, quæ integra adducere volumus e Tom. I. S.R.B. Leibn. p. 133. seq.

Publicus in Padarbrunnon (anno 785) *conuentus habetur.*
Quo rex insignis solenni more peracto
In pagum quendam, vocitat quem barbara lingua
Bardango, celeri studuit se tramite ferre.
Tunc vbi compererat, Widekindum, iam memoratum,
ABBONEM*que simul*, QUI DE MAIORIBUS EIUS
GENTIS ERANT, *memores scelerum latitare suorum*
Finibus in patriis, quos sepserat ad borealem
Albia lata plagam iuxta confinia terræ
Danorum, mittens propriis de ciuibus ipsis
Legatos, hortatur eos, quo flectere tandem
Colla sibi, fideique suæ se credere vellent,
Commissi veniam, nec non et præmia spondens.

Quibus e verbis elicimus id enunciati, quo persuademur, *Albionis* patriam non fuisse trans, sed cis Albim. Si enim *Albio* in patria sua tunc temporis latitasset, nullo modo sibi persuaderi passus esset, vt Caroli fidei se permitteret. Transalbiani enim Saxones tum temporis credebant, Albim fluuium esse aptum ad arcendum Carolum a patria ipsorum. Probabilissimum ergo est, *Albionem* æque ac Widekindum, pulsos fugatosque a propriis laribus, in Nordalbingia commoratos esse.

Albionis filii

Dignissimum autem notatu esse putamus, Poëtam Saxonem in verbis adductis appellasse *Albionem* utique ABBONEM, quod vel eius genuinum nomen fuit, vel concedendum est, *Abbonis* nomen idem denotare, quod Albio; Albonis nomen vero contractum esse ex *Adelberto* seu Alberto. Iam autem verisimillimum est, *Abbonem* istum uni filiorum suorum nomen suum dedisse. Cum ergo quendam *Abbonem* in pago Derlingo bona quædam possedisse deprehendamus, vti iam supra §. 104. not. (f) demonstrauimus, *Abbonem* istum pro filio *Albionis principis* habere libet. Eruditos nobis calculum suum adiecturos, speramus. Quemadmodum enim ex verbis Annalistæ Saxonis p. 155. apparet, *Albionem* anno 785 in finibus patriæ suæ, quam Albis fluuius diuidebat a Nordalbingia, latitasse: ita *Albionis* patria esse debuit vel in pago Bardengo, vel in pagis Norththuringi, Darlingo, Belkisheim et Sueuon. Pagus autem Bardengo *Albionis* patria esse non potuit, quia iam supra §. 104 demonstrauimus, progenitores familiæ Billinganæ in eum dominatos esse. Reliquum ergo erit, vt statuamus, *Albionem* fuisse principem in pagis Sueuón, Belkisheim et Norththuringi, atque in ea pagi Darlingi parte, quæ veterem Marchiam attingit, in qua silua latissima Dromling conspicitur, quamque terram siluestrem germanice *das Holtz-Land* appellant.

1) Abbo II.

Porro autem in eadem regione non solum *Abbonem*, *Oddonem comitem*, *Cumbronem*, *Richertum comitem*, sed etiam *Tiaddonem* marescalcum deprehendimus, quorum nomina crebro repetita in genealogia comitum de Walbeck, Sommerschenburg, Supplinburg atque Anhalt inuenimus. Quamuis enim quis perhibere posset, hos dominos bona illa ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi accepisse, quia §. 104. *Abbo*, *Oddo*, *Cumbro* et *Richertus* inter coheredes ducis Hessi apparent, cui non contradicimus; nullo tamen modo statui posse censemus, marescalcum *Tiadonem* bona sibi tradita in villis Dallangibudli et Boclo possedisse ex hereditate ista, cum demonstrari nequeat, ducem Adalricum in terminis ducatus Luneburgici ad Aleram fluuium aliquid possedisse iuris, quia iam supra vidimus, eundem ducem bona sua hereditaria tenuisse in pago Derlingi circa Asseburgum et ad Ouacram, atque in pagis contiguis Saltgo, Falhon, Ambergo, Gudingo, et Fleithi, qui pagi magnam ducatus Brunsuicensis atque episcopatus Hildesheimensis partem constituunt.

2) Oddo comes.
3) Cumbro.
4) Richertus.
5) Tiaddo.

Oddonis com. filii

Quinam ex his, quos non sine aliqua probabilitatis specie filios *Albionis* appellamus, familiam propagauerint, in obscuro positum est. Quantum vero e nominum similitudine, atque ex bonis traditis concludimus, *Oddonis comitis* filii fuere *Frithericus*, *Abbo* atque *Oddo*. *Frithericus* est ille, qui in hoc §. nostro 188. in præfectura Königslutter in villa Lauingen quædam donauit, quæ a villa Sun-

1) Frithericus.
2) Abbo III.
3) Odo.

sted

ſted intra eandem præfecturam obuia, in qua *Odo comes*, §. 29. teſtante, quæ- guber-
dam tradiderat, non procul abeſt, cumque *Abbo* atque *Odo* inter teſtes appare- nante
ant, illi *Fritherici* fratres videntur fuiſſe, a patruis probabiliter appellati. Corbe-
iamAdal-
gario.

Abbo, quem tertium appellamus, veriſimillime ille eſt, qui §. 260. quædam tradidit ſita ad villam *Sinieſtorpe* in pago Derlingi, quæ villa Seinſtorpe ſita eſt intra præfecturam Campen, vix vnum milliare diſtans ab oppido Königslutter in Brunſuicenſis ducatus Principatu Wolferbuttelano.

Eius, quem memorauimus, *Fritherici* filios fuiſſe *Dodiconem* ac *Luitharium II*, eſt probabiliſſimum. *Dodico* enim, a propatruo veriſimiliter ita dictus, teſtante §. 396, quædam tradidit, intra pagum Derlingi in villa *Leri* ſita, pro matre ſua *Wendilgarde* ac fratre ſuo *Luithario*. Villa Leri eſt *Lere*, in præfectura Campen ad fluuium poſita, dictum *die Schunter*. Huius *Dodiconis* frater appellatur *Luitharius*. Id patet e *Chronico* noſtro *Corbeienſi MSto* et coætaneo, *Dodiconem* hæc bona tradidiſſe poſt annum 929. Mortem enim illius *Luithardi* Corbeienſes noſtri in Annales quoque ſuos retulerunt hunc in modum: *Anno DCCCCXXVIIII. indict. II. 11. non. ſept. feria VI. pugnam eſſe factam validam iuxta flumen dictum Albia contra Sclauos, atque in ea de paganis CXX. M. de noſtris vero duos duces Luitharios proſtratos, quoſdam vulneratos atque alios proſtratos eſſe.* Huius pugnæ adhæc meminere Widekindus noſter, ac Ditmarus epiſcopus Merſeburgenſis, ille *Annal.* Lib. I. p. 640, hic vero in *Chronico* T. I. Leibn. p. 326, vbi Ditmarus hos *Luitharios* nominat *ſuos abauos, milites optimos et genere clariſſimos, decus et ſolamen patriæ.* E quibus verbis collegimus, alterum *Luitharium* fuiſſe ex progenie comitum de Walbeck, alterum vero ex familia comitum Stadenſium progenitum. Hoc infra clarius elucebit, et eſt omnino bene notandum contra virum quendam doctiſſimum, qui cum Alberto Stadenſi perhibet, Ditmari epiſcopi Merſeburgenſis abauum maternum fuiſſe Henricum. Inprimis autem dignum notatu cenſemus, hos *Luitharios* a Corbeienſibus noſtris appellari *duces*, quod contra illos probe obſeruandum eſt, qui, ante Hermannum Billingum Saxoniam noſtram vllos habuiſſe duces, negant. Fortaſſis alter erat Saxonum orientalium, atque alter Saxonum occidentalium dux, Heinrico aucupe in Romanorum regem electo. Illud autem ex Chronico noſtro laudato fit certiſſimum, optimo iure nominaſſe Ditmarum abauum ſuum *Luitharium genere clariſſimum*. Si enim is erat pronepos *Albionis* principis, vti e ſuperioribus patet, illuſtriſſimum ille ſatorem habuit.

Arbitramur autem, hunc *Luitharium ducem* in ſua gente non fuiſſe primum, qui nomen illud geſſerit, ſed alium quendam ſeniorem huic ſtemmati præterea adſcribendum eſſe, vti patet e Tradit. noſtris §. 231. et 317. Vltimo enim loco idem *Luitharius* pro filio ſuo *Volcmaro*, poſtea abbate Corbeienſi, in villa Redeneſtorpe eaque pagi Hardego donauit vnam familiam cum XXXVI iugeribus. Hæc villa vicus eſt Rodersdorf, haud procul a vico Wegeleben in principatu Halberſtadenſi ſitus, vnum milliare diſtans a monaſterio noſtro Groninga, eadem in regione ſito. Veriſimile autem nobis videtur, hunc *Luitharium* eſſe eundem, qui §. 231 nominatur *Luithard*, atque *propinquus Beuonis eiusque vxoris Folclog* vocatur, quorum ille filius Ecberti ducis, hæc vero neptis Widekindi M. fuit. Vnde concludimus, *Luithardi* vxorem fuiſſe ſtirpis Brunonianæ et filiam Luidolfi ducis, Endam. Probabiliſſime autem eiuſdem *Luithardi* filius fuit ille *Rotgerus*, qui pro patre ſuo Luithario et pro fratre ſuo *Ottone*, a patruo ita dicto, in pago Hardego ad villam *Coxſtidi*, quæ vicus Cochſted eſt iuxta ſaltum Hakel, haud procul ab vrbe Gröningen, quædam Corbeiæ donauit, teſtante §. 358.

Luitharius itaque *ſecundus* nomen accepit a patruo ſuo *Luithario I.* Huius Luitharii
filios fuiſſe *Luitharium III, Athelberonem, Theodoricum* ac *Eſiconem* nemo negare II. liberi
poterit. Horum poſteros iam ordine recenſebimus.

Luitharium III filium fuiſſe *Luithardi II* ac ſatorem comitum Walbeccen- 1) Luitha-
ſium, ex Ditmaro patet. Nominat enim ille p. 386. hunc *Luitharium* auum rius III.
ſuum paternum et monaſterii Wallibizi, (hodie dicti Walbeck) conſtructorem, cuius filii
eiusque vxorem nuncupat *Mechtildem*, quæ filia comitis Brunonis erat. erant.

Habuit autem *Luitharius III* primum filium abbatem Corbeienſem *Tiadmarum*, qui, teſtante Chronico noſtro MSpto, regimen abbatiæ noſtræ anno 983
ſuſce-

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

a) Tiadmarus abb. Corb.

ſuſcepit, atque anno 1001 mortuus eſt. Eius fit mentio in his traditionibus §. 411, quo *Liudharius* pro filio *Tiadmaro* XLIIII iugera donat iuxta villam Rothem ſita in pago Derlingo. Quæ villa eſt vel vicus *Rauthen* haud procul ab vrbe Brunſwiga, qui in litteris feudalibus antiquis et recentioribus ſcribitur *Rothen by Brunſwic*, vel *Rade* in præfectura Kneſebeck, vel *Rethem* in præfectura Gifhorn, vel *Rode* in præfectura Fallersleben. Dediſſe hæc bona *Luidharium*, cum filium ſuum *Tiadmarum* S. Vito patrono Corbeienſium offerret, negari non poteſt. Receptus eſt ille *Tiadmarus*, vti membranæ noſtræ oſtendunt, in monaſterium ſub abbate Corbeienſi Luidolfo, cuius anteceſſor erat Gerbernus, a. 966. Gerberni fit mentio in his traditionibus §. 400. Eo vero iam tempore *Luitharius III* adhuc in viuis erat, quippe qui demum anno 982, non anno 964, vti Dominus ab Eccard in *Hiſtor. Geneal.* p. 275 perhibet, neque anno 986 vti D. Gebhardi in *Marchion. Aquilonal.* p. 20. putauit, vitam cum morte commutauit, quemadmodum ex Ditmaro concluſimus. En argumenta noſtra. Refert enim ille p. 395 ſeq. *animam Ludgerdæ*, quæ *Wirinhario marchioni* erat nupta et conſanguinea Ditmari, vti infra videbimus, *Wolmerſtidi* (hodie Wolmirſted in ducatu Magdeburgico) *id. Nouembris ad ſponſi cœleſtis thalamum tranſiiſſe*, quod, vti ex Ditmaro patet, factum eſſe debuit anno 1008 non anno 1012, vti laudatus Gebhardi l. c. cenſet: Pagina enim 385 Heinricus rex natale domini celebrauit Palithi, proximum natale iterum celebrauit Polithi p. 388, et rurſus p. 390. feſtiua iucunditate celebrauit natale domini Palithi, quibus anni 1006. 1007 et 1008. adſcribendi ſunt, vti ex Annaliſta Saxone, ex *Annal. Hildesh.* p. 722. ac e diplomatibus luculentiſſime patet. Mortua ergo eſt *Ludgerda* anno 1008. *Corpus eius ad Wallibizi deferebatur*, vti Ditmarus l. c. pergit, *et iuxta monaſterium in aquilonari parte, vbi Luitherdus pater XXVI annos requieſcebat, deponebatur, et a viro ſuimet Wirinhario ineffabiliter deflebatur.* Luitherdus iſte, qui iam XXVI annos requieſcebat, ſine vllo dubio eſt *Luitharius III*, fundator monaſterii Walbeccenſis. *Luitharius* enim *IV* is eſſe non potuit, quippe qui Coloniæ fuit ſepultus. *Luitharius* quoque *II* intelligi nequit, quia ille ante fundationem monaſterii Walbeccenſis anno 929 mortuus erat. *Luitharius III.* ergo anno 982 ex hominum vita demigrauit. Lotharius ergo in Necrologio Fuldenſi, ad quod Eccardus l. c. prouocat, alius eſſe debuit. Apparet autem ex dictis primo, *Luitharium III* vixiſſe LIII annos mortuo patre, deinde coniugem eius nouem annos fuiſſe viduam, quam anno 991 migraſſe ad Chriſtum, ex Ditmaro p. 381 colligi poteſt, et denique, *Luitharium III* non proceſſiſſe viuendo vſque ad annum 983, quo filius eius *Tiadmarus* in regimen Corbeienſis eccleſiæ electus fuit, quem ex domo Walbeccenſi fuiſſe ex Chronico noſtro Corbeienſi apparet. Quia enim in eo comites Heinricus et Sigifridus atque Vdo, quorum illi anno 994 capti et hic a piratis trucidatus dicuntur, *abbatis noſtri fratriæ fratres* appellantur, nullum poteſt remanere dubium, quin abbas noſter *Thiadmarus* fuerit germanus SIGEFRIDI comitis de Walbeck, cuius vxor erat *Kunigunda*, e comitibus de Stade oriunda.

b) Luitharius IV.

Secundus filius *Luitharii III* erat *Luitharius IV.* Illum enim patruum ſuum appellat Ditmarus epiſcopus Merſ. p. 351, referens, eundem *Cunigundæ, matri Ditmari, multa intuliſſe damna, et, quamuis hereditas Luitharii III æqualiter cum Ditmari epiſcopi fratribus Luithario IV contigiſſet, omnibus tamen bonis eos priuare contendiſſe.* Inprimis autem Ditmarus p. 365 annotauit, eundem *Luitharium IV cum auunculo ſuo Ricberto* anno 1002. *occulte ad Bauenberg* (Bamberg) *profectum eſſe, ibidemque Heinrico*, duci Bauariæ, *conſilium dediſſe, vt militem quendam ad regni primates, qui tunc in Werlu conuenerant, mitteret*, quod et Heinricus fecit. *Miſſus ergo eius, omnibus in vnum collectis, legationem ſuam aperuit, auxiliantibusque Heinrico domino ſuo ad regnum plurima bona promiſit, cui mox a maxima multitudine vox vna reſpondit: Heinricum Chriſti adiutorio et iure hereditario regnaturum, ſe paratos ad omnia, quæ ſibi vnquam ſcirent eſſe voluntaria, quod etiam dextris manibus eleuatis confirmarunt.* Eodem tempore Ekkihardus marchio (orientalis ſeu Miſnenſis) animabatur ad regnum obtinendum. Noſter vero *Luitharius* ei maxime obſtitit. Huius diſſidii cauſa erat denegata ſponſa, quæ filia erat dicti marchionis Ekkihardi *Luidgerda*, quam *Luitharius comes* filio ſuo *Wirinhario* expetierat, ſed non obtinuerat. Et quamquam *Wirinharius* eandem *Luidgardam* vi rapuerat, reddere tamen eandem paullo poſt debuit, nec prius rediit ea ad *Wirinharium*, quam poſt triſtem occaſum dicti marchio-

Luitharii IV. filius Wirinharius.

chionis Ekkihardi, vti refert Ditmarus p. 356, 358 et p. 396. Fuit autem idem *Luitharius IV* marchio (ſeptentrionalis), vti a Ditmaro p. 356, 358 aliisque locis appellatur. Erat illius marchionatus ſedes in veteri Marchia (Brandenburgica). Et quemadmodum idem marchio, teſte Ditmaro p. 350, ex clara Thuringiæ ſeptentrionalis (Nortthuringiæ pagi) proſapia editus, cum vir factus eſſet, ætatem ſuperare virtutibus nitebatur, ita quoque Ottoni II cæſari perquam carus erat. Huius Ottonis auxilio ipſe *Godilam*, in occidentali regione natam, cum licentia Wirdunenſis præſulis Wigfridi, conſobrini eius, ſibi in coniugem deſponſauit et acquiſiuit. Hæc ei peperit tertio et decimo ætatis ſuæ anno primogenitum patris ſui, nomine inſignitum *Wirinharii*. Ipſe vero *Luitharius marchio*, eodem Ditmaro p. 396 teſte, anno 1002 in occidente infirmitatem nactus, et potione paulina inebriatus, ex improuiſo obiit octauo Kalend. Febr. ſepultus Coloniæ; vidua vero eius *Godila*, filio ſuo *Wirinhario* beneficium patris et marcam, cum ducentorum, precio talentorum, acquiſiuit, permanens vidua IV annos, et tunc conſanguineo ſuimet Herimanno (fortaſſe prædicti marchionis Ekkihardi filio) nupſit, nil curans impoſitam eccleſiaſticam ab Arnulpho præſule cenſuram. Huius *Wirinharii* vxor erat, vti iam ex dictis patet, *Luidgerda*, filia Ekkihardi, quam ipſe anno 1008 amiſit, vti iam ſupra oſtendimus. Atque ideo Annaliſtæ Saxoni non aſſentimur, qui mortem eius in annum 1012. retulit. Hac vero mortua, aliam nomine *Reinhildam* ex Bichlingi (Beichlingen) rapuit. Hanc vero ob rem vitam atque omnia perdidit, vti latius refert Ditmarus epiſcopus p. 401 ſeq.

guberuante Corbeiam Adalgario.

Iam quæritur, annon *Wirinharius* filium vel filios reliquerit? Eruditi quidam id adfirmant. Perhibent enim, eius fuiſſe filios *Adolfum*, ac *Brunonem*, epiſcopum Mindenſem. Quemadmodum vero nos iam ſupra §. 104. Brunonem progenitoribus comitum Northeimenſium ac Daſſelienſium reſtituimus, ita *Adolfus* eius filius, ac ſator *comitum Schaumburgicorum* eſſe potuit, quamquam teſtimonia ſcriptorum coætaneorum deſint, de quo vide infra §. 360.

Hiſce ergo non immorabimur, pergentes potius ad fratrem *Luitharii IV*, *Sigefridum* comitem, patrem Ditmari epiſcopi Merſeburgenſis, quem Ditmarus p. 351 anno 991 Id. Martii debitum perſoluiſſe naturæ, refert. Eodem loco matrem ſuam appellat *Cunegundam*, quam anno circiter 995 tertia id. April. in ciuitate *Germersleua* (quam intra pagum Northuringi poni nouimus in diplomatibus, quæque olim ad patrimonium comitum Sommerſchenburgicorum ſpectauit, et hodie *Germersleben* dicitur) mortuam eſſe, ex Ditmaro p. 356 colligi poteſt. Eandem *Cunegundam* ex progenie comitum Stadenſium genitam fuiſſe, negari nequit. Erat enim neptis Luitharii ducis anno 929. occiſi, filia Heinrici, atque ſoror Heinrici marchionis, Vdonis ac Sigefridi, quos Ditmarus p. 352 ſuos auunculos vocat, atque, eos anno 994 captos, Vdonem vero a piratis decollatum eſſe, refert. Id ipſum *Tiadmarus*, Corbeienſis abbas, de his fratriæ ſuæ fratribus in membranam Chronici noſtri Corbeienſis referri iuſſit. Fuiſſe autem hos fratres, Heinricum, Vdonem ac Sigefridum, e progenitoribus comitum Stadenſium, non ſolum patet e verbis Annaliſtæ Saxonis, ſupra §. 104 adductis, ſed etiam ex Helmoldi *Chronica Slauorum* Tom. II. Leibn. p. 551, qui refert, peruenisſe iſtos piratas *Stadium*, quod fuerit opportuna ſtatio nauium, per Albim deſcendentium. Quo rumore comperto, comites Sigefridum ceterosque nobiles, *ad quos prouinciæ tutela pertinuerit*, veniſſe obuiam barbaris, factaque pugna vehementiſſima, comites ambos ceterosque nobiles vinctos et catenatos ad naues perductos eſſe, Sigefridum comitem vero, auxilio cuiuſdam piſcatoris, noctu profugiſſe et captiuitatem euaſiſſe, idem memoriæ prodidit.

c) Sigefridus comes filius Luitharii III.

Hiſce autem omiſſis *Tiadmarum* abbatem Corbeienſem habuiſſe oportuit ſororem quandam nomine *Eilam*, vxorem Bertholdi marchionis Franconiæ aduerſus Bohemos, matremque Heinrici marchionis atque auiam Ottonis marchionis et ducis Sueuiæ. Quibus vero recenſendis iam non immoramur, cum iam eos illuſtris Dominus de Eccard e chartis et ſcriptoribus coætaneis in lucem produxerit in *præfatione ad Hiſtor. Geneal.* p. 15. ſeqq.

Progredimur ergo ad liberos *Sigefridi comitis filii Luitharii III*, qui ſunt *Ditmarus epiſcopus Merſeburgenſis*, antea præpoſitus Walbeccenſis, vti ipſe atteſtatur in Chronico p. 387, vbi quoque retulit, ſe fratrem ſuum *Williſum* eccleſiæ Walbeccenſi, quam ipſe hactenus rexerit, præpoſuiſſe. Tertius *Sigefridi* filius erat *Bruno*, a *Thiadmaro* abbate patruo ſuo in monaſterium Corbeienſe receptus.

Sigefridi liberi
a) Ditmarus epiſc. Merſeb.
b) Williſus.
c) Bruno.

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

ceptus. Ideo prædicat eum Ditmarus episcopus fratrem suum p. 362 et *seruum altaris nouæ Corbeiæ*. Creatum eundem esse episcopum Verdensem, Corbeienses nostri annotarunt. Quartus comitis *Sigefridi* filius erat *Sigefridus*, tempore *Tiadmari* abbatis Corbeiensis omnino scholaris Corbeiensis, testantibus Annal. MSptis in archiuo Corbeiensi obuiis, et postea monachus atque Abbas monasterii S. Iohannis iuxta Magdeburgum, cui Ditmarus episcopus Chronicon suum dedicauit, quemque fratrem suum appellat p. 323, 352, 390, 392, 409. Hic anno 1020 erat episcopus Monasterienſis, testibus Annalibus excitatis.

d) Sigefridus episc. Monaster.

e) Fridericus.
f) Heinricus.

Quintus *Sigefridi* comitis filius erat *Fridericus*, quem fratrem habuisse *Heinricum*, ex Ditmaro intelligitur. *Heinricum* enim appellat Ditmarus p. 327, 388 et 402. fratrem suum et comitem. De nullo alio *Heinrico* sermonem esse p. 429, nisi de nostro, adparet ex villa *Tundersleue*, in qua suum prædium comes *Heinricus*, prosperæ mercedis æternæ causa, ex consensu fratris sui *Friderici* dicauit S. Laurentio (Schöningæ) cui monasterio præerat *Brigida*, Ditmari episcopi neptis, id testantis p. 326. Hanc eapropter *Heinrici* comitis filiam appellare libet. Tundersleue autem indubie est Tundersleben in ducatu Magdeburgico intra præfecturam Aluensleben. Vnde non sine veritatis specie colligimus, eundem *Heinricum* progenitorem fuisse *comitum ac dominorum, dictorum de Aluensleben*, quorum in genealogicis nomina, Heinrici et Friderici, sæpius alternant, quod longe probabilius erit, quam si cum recentioribus Historicis perhibemus, Bussonem quendam natione Frisium condidisse castrum Aluensleben, ac ab Aluone patre suo id *Aluensleben* appellasse. Quod in nugis recensendum esse, ex momentis supra deductis, patet. *Heinricum* vero patris sui Sigefridi comitatum de Waldbike obtinuisse, et *Fridericum* præfecturam Magdeburgi administrasse, retulit Annalista Saxo p. 367.

Sed iam tandem aliquando reuertendum est ad reliquam *Luitharii II et ducis* posteritatem, ad quam referendos esse censemus *Athelberonem comitem palatinum Saxoniæ*, *Theodoricum* atque *Esiconem comites*, satores comitum *Sommerschenburgicorum*, et *Supplinburgicorum*, nec non *principum Anhaltinorum, marchionum Brandenburgicorum atque ducum Saxonicorum*, quorum vera origo hactenus latuit in occulto et abstruso.

a) Athelbero com. Palat. Lotharii II filius.

Athelbero fuit auus maternus *S. Bernwardi* episcopi Hildesheimensis et comes palatinus Saxoniæ, vti iam supra §. 104 not. (W) e *Vita S. Bernwardi* T. I. S. R. B. *Leibnit.* p. 441. demonstrauimus, dictitantes, errare illos, qui *S. Bernwardum* comitem Sommerschenburgicum fuisse putarunt, l. c. affirmantes, *S. Bernwardum* potius ad familiam Olesburgicam, e stirpe Billingana oriundam, esse referendum. Spectasse autem hunc *Athelberonem* ad familiam Sommerschenburgicam et nomen et bona possessa egregie confirmant. Nomen enim *Athelberonis* idem esse ac Alberti seu Adelberti, nemo negare poterit. Cum vero diminutiuum nomen Adelberti sit Albio seu Abbo; nostro comiti palatino a propatruo suo id nomen *Athelberonis* inditum esse videtur. Adscripsimus ergo eum merito familiæ illustrissimæ *Albionis*, inprimis cum e vita S. Bernwardi p. 442. pateat, *Athelberonem* nostrum filium habuisse *Folcmarum*, appellatum episcopum Traiectensem. Fuit eius nominis filius *Luitharii primo*, iam supra vidimus. Ex bonis *Athelberonis* præterea patet, nulli alii familiæ adscribendum esse illum, nisi stirpi, a nobis hucusque descriptæ. Bona enim, quæ *S. Bernwardus* anno 1022 monasterio S. Michaelis in Hildesheim tribuit in pagis Derlingo, Belshem et Nortthuringon sita, sine vllo dubio ex hereditate matris suæ nactus fuit, indicant, auum eius maternum spectasse ad gentem Sommerschenburgicam. Iisdem enim in regionibus domini, a nobis hactenus recensiti, bona sua possedere. Vitam cum morte commutasse *Athelberonem* nostrum anno 977, concluſimus e *Vita S. Bernwardi* p. 443 seq. vbi refertur, *Athelberone* mortuo *S. Bernwardum* se contulisse ad palatium, in ministerium videlicet Ottonis III imperatoris, qui eo tempore adhuc erat septennis puer. Cum itaque iam supra §. 104. indicauerimus, Ottonem III natum esse anno 970, comes palatinus *Athelbero* anno 977 citra controuersiam mortuus fuit. Berno ergo comes, testante Necrologio Fuldensi, anno 982 e vita discessit. Hic ille comes palatinus Saxoniæ Berno, qui anno 973 floruit, esse non potuit; nisi statuendum est, vno tempore duos fuisse palatinos comites in nostra Saxonia, quod aliis perscrutandum relinquimus. *Athelberonem* vero vtriusque sexus prole felicissime abundasse,

Athelberonis C.P. liberi.

Tangma-

Tangmarus in *Vita S. Bernwardi* p. 442. memoriæ prodidit. Palatinatum autem eius accepiſſe Theodoricum patrem epiſcopi Bernwardi, iam ſupra §. 104. not. (w) oſtendimus. Theodoricus ergo iſte noſtri *Athelberonis*, aui materni Bernwardi, filius eſſe non potuit. Cum vero ille iam anno 995 deceſſerit, vti ſupra §. 104. not. (w) ex Annaliſta Saxone ſignificauimus, apud Ditmarum autem p. 352. rurſus quidam *Fridericus comes palatinus* occurrat et appelletur, *Fridericum* iſtum pro filio *Athelberonis* habere volumus, quo defuncto palatinatus ad familiam Olesburgicam peruenit, vti iam ſupra l. c. didicimus. gubernante Corbeiam Adalgario. a) Fridericus comes palar.

Adiungimus autem *Folcmaro epiſcopo* ac *Friderico palatino Reginholdum* atque *Adelberin*, eosque filios *Athelberonis* palatini fuiſſe, credimus. Tradiderunt enim hi ambo fratres, teſtante §. 470, bona quædam, ſita in pago Derlingi in villa deſolata Sipeſtorpe, olim haud procul ab vrbe Helmſtadio obuia, et vix vnum milliare diſtante a caſtro Sommerſchenburgico, a quo palatini comites Saxoniæ e domo Sommerſchenburgica nomen accepere. Quam ob cauſam, hunc *Adelberinum* ſeu Adelbertum filium *Athelberonis* palatini, ac patrem *Friderici comitis palatini Saxoniæ* fuiſſe, ſtatuimus. Floruiſſe hunc *Adelbertum* circa annum 1030, ex traditionibus noſtris patet. Et cum ab omnibus *Adelbertus* quidam pater *Friderici comitis palatini de Sommerſchenburg* ſtatuatur, eundem noſtrum *Adelberinum* fuiſſe, probabiliſſimum erit. Nomen enim illi a patre fuiſſe inditum videtur. Bona eius haud procul a caſtro Sommerſchenburg fuerunt ſita. Vnde huic opinioni accedit momentum. Paulus Langius in *Chronico Citicenſi* T. I. S. R. Germ. Piſtorii nominat illum *Adelbertum* cognomine Seveke ſeu *cribrum paruum*, quod nomen eum accepiſſe perhibent a caſtro Sevekenborg, quod ipſe conſtruxerit in montibus Harzicis. Refert idem, eius fuiſſe coniugem *Udam* ſeu *Odam*, comitis Friderici e domo Gozecenſi filiam. Hoc ipſum approbatur ex Appendice Chronici Montis ſereni, vbi p. 202. ſeq. legitur: *Genuit* (Dedo) *ex ea* (Oda) *Dedonem iuniorem, qui in pueritia per poſteriora confoſſus interiit, et duas filias, quarum vna Adelheidis nupſit Erneſto marchioni de Bauaria, genuitque ei Luppoldum marchionem; altera Agnes nupſit Friderico comiti, peperitque ei tres filios, Adelbertum archiepiſcopum* (Hamburgenſem) *Dedonem et Fridericum palatinos comites et filiam* ODAM, *quam* ADELBERTVS *quidam* NOBILIS, COGNOMINATVS SEVEKE DE SVMMERSCHEBVRG, *accepit vxorem, et genuit ex ea* FRIDERICVM *comitem palatinum ſeniorem.* Friderico iſti palatino, Dedonis atque Adelberti fratri, fuit filius Fridericus, cui nomen fuit Comitis palatini de Putelendorf. Hic eſt occiſus anno 1085. Ante hunc ergo annum *Fridericus de Sumerenſcheburg* palatinatum Saxoniæ obtinere non potuit. Paulus Langius ergo in Chronico laudato confudit Fridericum, e domo Gozecenſi natum, cum Friderico, e domo Sommerſchenburgica exorto, quam primum ita ſcripſit: *interea* (anno 1078) *dux Otto et Fridericus palatinus de Sumerſeburg diuerſis in partibus acriter pugnantes, non antea ceſſauerunt, quam Henricum cum omnibus ſuis ad fugam coegerunt.* Ne ergo confuſio oriatur inter palatinos comites, Fridericos appellatos e domo Gozecenſi, et inter comites palatinos Fridericos, e ſtirpe Sommerſchenburgica progenitos, tabulam ſequentem adiungemus: b) Folcmarus. c) Reginholdus. d) Adelbero, cuius filius Friderici com. palat. de Sommerſchenburg.

TAB. I.

Dedo comes in Wymar.
vxor eius Oda.

Dedo, in pueritia confoſſus.	Adelheidis, vxor Erneſti marchionis Bauariæ.			Agnes, vxor Friderici comitis e domo Gozecenſi † 1020.	
Luppoldus marchio.	Adelbertus archiep. Hamburgenſis 1045-1072.	Dedo com. Palatin. † 1050.	Fridericus comes palatinus Saxon. † 1088.	Oda vxor Adelberti v. Tab. 2.	

Fridericus comes palatinus cognominatus de Putelendorf. vxor eius Adelheidis, filia marchionis Udonis Stadenſis, quæ, eo anno 1078. occiſo, nupſit Ludouico comiti Thuringiæ, et Friderico peperit Fridericum, Ludouico vero Ludouicum, Heinricum, Hermannum atque alios.

Fridericus poſthumus, educatus a Ludouico de Wipera, capitur 1112. redimitur 1114. iam eſt mortuus an. 1129. vx. eius Agneſa.

Heinricus † iuuenis.	Fridericus canonicus Magdeburgenſis. reſignat; redit ad ſacerdotium, relicta vxore.

TAB. II.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludowico et

TAB. II.

Oda vxor Adelberti e domo Sommerschenburgica.

Fridericus, comes Palatinus Saxoniæ, de Sommerschenburg. senior. † 1120. vxor eius Mechtildis.

Adelheid vxor Gozwini com. de Heinsberg.	Juditha, vxor Ludouici com. de Aldenhusen.	Agnes vxor Conradi marchionis de Brandenb.	Fridericus iunior comes Palat. de Sommerschenburg † 1162. vxor Ludhardis, filia Rudolfi march. Brandenburg. Stadensis.

Philippus archiepiscopus Colonienſis 1175. 1190.	Godefridus comes de Heinsberg.	Adelbertus comes Palatin. 1147. 1164. † 1178. vxor eius Liutgard Hennebergica † 1220.	Adelheid abbatissa Quedlinburgensis, quæ bona Sommerschenburgica, mortuo fratre, vendidit Wichmanno archiepiscopo Magdeburgensi, contradicente Heinrico Leone.

De Friderico IV, e domo Gozecensi nato, loquitur auctor Historiæ de Landgrauiis Thuringiæ in Eccardi *Histor. Geneal.* p. 366, appellans eum fratrem vterinum Hermanni filii Ludouici saltatoris et nepotis Ludouici barbati his verbis: *Anno MCXII. Hermannus Ludowici comitis filius et Fridericus palatinus, frater illius vterinus, in castello Tucher obsidentur, et VIII. idus Junii deditioni se cuidam officiali regis Hogero tradentes, captiui abducti, sub potestate regis in vincula detruduntur. Sed Fridericus post annos duos resoluitur. Hermannus duobus et plus in carcere transactis, in castello Hamerstein in vinculis moritur tertio idus iunii.* Quæ hic auctor refert de redemtione Friderici, anno 1114 facta, ea confirmantur litteris Reinhardi episcopi Halberstadensis in C. Franc. Paulini *Historia virginum collegii Visbeccensis* p. 51. seqq. vbi tamen minus accurate illæ exponuntur de Friderico iuniore, comite palatino Sommerschenburgico, qui quidem in aliis litteris anno 1129 inter testes reperitur; sermo autem est de Friderico posthumo, ad domum Gozecensem referendo in eisdem tabulis, quas huc maioris perspicuitatis gratia e MSto integras transferimus. En illas:

In nomine ſcē et indiuiduę trinitatiſ. Lothariuſ diuina fauente clementia tertiuſ Romanorum rex. notum facimuſ omnibuſ. quod *Fridericuſ palatinuſ comeſ de Saxonia* cum conſenſu *Agnetiſ uxoriſ ſuę* et *Friderici filii ſui* uendidit Geuehardo de lochtene hereditatem ſuam uidelicet totam curtem *abbenrod* dictam. in pago *hartingo* ſitam. in ducatu Heinrici ducis. cum omnibuſ attinentiis agriſ ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumq̃. decurſibuſ uiiſ & inuiiſ exitibuſ & reditibuſ adhuc queſitiſ & futuriſ temporibuſ inquirendiſ cum omni utilitate exinde quouiſ modo percipienda. hac interpoſita ratione. ut predictuſ Geuehardus in poſterum liberam & plenam de boniſ iſtiſ ſtatuendi uendendi commutandi donandi uel ſucceſſoribuſ ſuiſ relinquendi & quidquid ipſiſ placuerit de iiſ faciendi habeant facultatem. poſtquam igitur preterlapſo tempore predictuſ *Fridericuſ palatinuſ* defunctuſ eſt. *Agneſ uxor ſua* & *Fridericuſ filiuſ ſuuſ* in n̄ra preſentia hanc emtionem & conceſſionem predicto Geuehardo recognouerunt & eam cum conſenſu *Hludouici de Wipera.* ſub cuiuſ mundiburdio erant conſtituti. confirmarunt. noſ uero exigente illud iuſtitia n̄rāq̃. beneuolentia propter fidele ſeruitium eiuſ & multorum interceſſionem fidelium n̄rōrum illud auctoritate regia n̄rā ſtabiliuimuſ & confirmauimuſ. Ut igitur nemo inpoſterum & ſempiterniſ temporibuſ factum illud immutare audeat ſiue preſumat conuellere. hanc litteram conſcribi & ſigillo n̄rō confirmari iuſſimuſ. Huiuſ rei teſteſ ſunt archiepī *moguntinuſ Adalbertuſ. Adalbertuſ Bremenſiſ. Norbertuſ magdeburgenſis. Conraduſ Salzeburgenſiſ.* ēpī *Bertolduſ Hildeneſhemenſiſ. Sigewarduſ mindenſiſ. Ecbertuſ monaſterienſiſ. Bernarduſ Patherbrunnenſiſ. Udo citizenſiſ. Meingotuſ merſeburgenſiſ.* de laicis FRIDERICVS PALA-

PALATINVS COMES DE SVMERESCHENBORG. *Hermannuſ landgrauiuſ. Conraduſ marchio. Albertuſ marchio. comiteſ. Sifriduſ de Homborg. Udo. hludouicuſ. Conraduſ de Plotzke. Burcarduſ de luchow. Burcarduſ de werdera. Adelbertuſ de wernigerode. Luidolfuſ de valkenſteine. Heinricuſ de welipa. Widekinduſ de ſualenberg. Burcarduſ de Counradeſberge. Werneruſ de velthem. Marquarduſ de orden. Conraduſ de Ekſtede. Gero de ſtekkelenberge. Ekharduſ de wegeleue. Werneruſ de queenſtede.* Hermannuſ & Otto miloniſ. de miniſterialibuſ & ſeruiſ *Liudolfuſ de dalem.* willeruſ. odalricuſ. luderuſ. volcwarduſ. *Theodorici ambo de dingelſtede. Arnolduſ de anderbike. Thidericuſ de heſſenem.* Gerharduſ & alii plureſ qui hoc audiuerunt & uiderunt. guber-nante Corbeiam Adalgario.

Signum domni Lotharii tertii Romanorum regiſ inuictiſſimi. Dhietmaruſ regiſ notariuſ uice Adelberti archicancellarii recognoui. Data id. iunii anno incarnationiſ dñicę M. C. XXVIIII. indict. VII. anno uero regni Lotharii tertii Romanorum regiſ IIII. actum Goſlarię in dei nomine amen.

Plura de his comitibus palatinis Sommerſchenburgicis addere nolumus, cum illa iam inueniantur in Henr. Meibomii *Chronico Marienthalenſi* Tom. III. S. R. G. f. 247. ſeqq. ex quo ea repetit Frider. Lucæ im *Fürſtenſahl* p. 458. ſeqq. id vnicum tantum adiicientes, Fridericum comitem palatinum fuiſſe anno 1120 aduocatum monaſterii Scheningenſis, teſtantibus litteris epiſcopi Reinhardi, quas exhibuimus infra in *Addendis* num. 8. atque e diplomate archiepiſcopi Magdeburgenſis Wichmanni ad annum 1191, quod Polyc. Leyſerus in *Obſeruatis diplomatico-hiſtoricis de Lanttinc, iure Germanorum* §. 2. produxit, pateſcere, *Adelbertum*, comitem palatinum, fuiſſe filium *Friderici* Palatini, vbi etiam *Friderici* iunioris vxor appellatur *Liuthardis*.

Pergimus ergo ad comitis palatini *Athelberonis* iam ſupra nominatos fratres *Theodoricum* atque *Eſiconem*. *Theodoricus* eſt probabiliſſime is, qui anno 966 in pagis Derlingo et Northuringo bona quædam eccleſiæ Magdeburgenſi donauit, quæque Mamaconi comiti iterum in feudum concedebantur, approbante cæſare Ottone, teſtibus litteris ſequentibus, quas e MSto adiungimus. 3) Theodoricus filius Lotharii II.

℣ In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia imperator auguſtuſ. Nouerit omnium fidelium ñr̃ōrum tam praeſentium quam et futurorum induſtria qualiter noſ ob interuentum dilectae coniugiſ ñr̃ãe adelheidiſ filiiq;. ñr̃ī romanorum regiſ ſcilicet ottoniſ nec non *theodorici comitiſ* ñr̃ī fideliſ cuidam ñr̃ō fideli mamaconi tradidimuſ quidquid predii uel hereditatiſ monaſterio fratribuſq;. in magdeburg deo ſc̃ōq;. mauritio die noctuq;. famulantibuſ pertinere uidebatur. praedicto mamaconi donauimuſ in pagiſ *derlingen* et *northuringen* in comitatu ipſiuſ mamaconiſ quem ipſi in beneficium conceſſimuſ in lociſ ſubſcriptiſ uidelicet in *uelthem* in *heſſenheim* in *arnoldeſheim* in *bernherdeſtorpe* in *cugelinge* in *echeim* in *ſehuſen* in *drogenleue* in *bahaldeſleue* in *ualdorp* quod *theodoricuſ comeſ* pro remedio animae ſuae monaſterio praedicto tradere uidebatur. excepto ſemiſſe. cum omnibuſ appendiciiſ et utilitatibuſ tam in mancipiiſ quam in aedificiiſ curtilibuſ terriſ cultiſ et incultiſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ pratiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumue decurſibuſ molendiniſ piſcationibuſ mobilibuſ et immobilibuſ queſitiſ et inquirendiſ et cum omni integritate ſeu quidquid cuiuſcunq;. utilitatiſ inueniri poſſit praedicto ñr̃ō fideli mamaconi tradidimuſ donauimuſ et confirmauimuſ ut liberam habeat poteſtatem tenendi donandi uendendi commutandi uel quidquid ſibi libuerit exinde faciendi. Et ut praeſenſ hoc praeceptum ñr̃īſ temporibuſ firmiuſ habeatur futuriſq;. ueriuſ credatur et inconuulſum permaneat cartam hane conſcribi et anuli ñr̃ī impreſſione ſignari iuſſimuſ quam et manu propria firmauimuſ.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Signum domni ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti.

Liudulfus cancellarius ad uicem uuilhelmi archicancellarii recognoui et ſſſ.

data VIIII. kl. maii anno dominicae incarnat. DCCCC. LXVI. indict. VIIII. anno regni domni ottonis XXXI. imperii autem V. actum quidelingeburg in dō feliciter amen.

Villæ, quas tenuit *Theodoricus* comes, in hoc diplomate erunt 1) *Veltheim*, Veltheim *vor dem Valſtein* ſub præfectura Horenburg in principatu Halberſtadenſi, 2) *Heſſenheim*, Heſſen ſub præfectura Heſſen in ducatu Brunſuicenſi, 3) *Arnaldesheim* Arlesheim villa deſolata, olim apud Heſnem ſeu Heſſen obuia, vti liber feudalis MSctus Alberti epiſcopi Halberſtadenſis ad annum 1311 teſtatur, 4) *Bernherdeſtorpe*, Bernſtorf iter dimidiæ horæ a palatio regio Werla in eiuſdem ducatus præfectura Ierxheimenſi, 5) *Cugelinge*, Kubbelingen, diſtans vix mille paſſuum ab oppido Scheppenſted, 6) *Echeim*, forte Hachen, vicus vnum milliare ab vrbe Wolffenbuttel, atque vnum milliare ab oppido prædicto, 7) *Sehuſen*, ſi ad pagum Northuringen referenda, eſt Sehuſen in ducatu Magdeburgico, 8) *Drogenleue*, ſi ad pagum Northuringen ſpectauit, eſt Dreyleben in Magdeburgico ducatu. Quia autem in libro feudali Alberti, iam ſupra laudato, reperiuntur maior et minor villa Drenleue, atque haud procul ab oppido Oſterwick et Deersheim in epiſcopatu Halberſtadenſi inuenitur *der Drouenthorn*, coniectura auguramur, olim in eadem regione villas Drenleue exſtitiſſe Ita vero *Drogenleue* villa ad pagum Derlingi eſſet referenda. Eodem referuntur. 9) *Habaldesleue*, Hallensleuen in ducatu Magdeburgico ad fluuium Ohram, et 10) *Valdorp*, villa deſolata, ad idem flumen olim conſpicua.

Hunc ſitum locorum ſi nobis ante oculos ponimus, neminem poſſe negare cenſemus, *Theodoricum*, qui in eiſdem locis bona tradidit, ad familiam hactenus deſcriptam eſſe referendum, eundemque fuiſſe, quem in traditionibus noſtris deprehendimus. Ex his enim patet, *Thiadricum* fuiſſe fratrem *Athelheronis*, *Eſici* et *Luitharii*. *Thiadricus* enim in eis frater appellatur *Athelheronis*, *Athelhero* frater *Aſici* atque *Aſic* frater *Luitharii*. Primo enim donant *Thiadricus* atque *Ailbernus* fratres in villa Nianthorpe intra pagum Hardego manſum unum, XXIV iugera, et duos iurnales, teſtante §. 385. Tradunt deinde §. 396 *Aſic* atque *Ailbern* fratres in villa Aſtieieshus in pago Norththuringen bona quædam monaſterio noſtro, et denique tradit comes *Aſic* pro anima fratris ſui *Luitharii* unum manſum et II familias in villa Eccanhus in pago Derlingo; *Thiadricus* vero comes largitus eſt bona quædam, in eodem pago Derlingo ſita in villa Lauingi, teſtante §. 425. Ex his diſcimus, Ailbernum ſeu Adelbertum, *Thiadricum*, *Luitharium*, atque *Aſiconem* fratres, poſſediſſe bona in pagis Hardgo, Norththuringi ac Derlingo. Nemini autem dubium id afferat, quod *Ailbernus*, quem pro comite palatino Athelberone habemus, in traditionibus noſtris non appelletur palatinus comes. Eodem enim tempore, quo bona ſua tradidit, comes palatinus nondum eſſe potuit, ſed Berno ſeu Sifridus palatinatui præerat. Cum autem *Thiadricus* comes in eadem villa, in qua olim *Frithericus* quædam tradiderat, bona largitus ſit, euidentiſſimum fieri cenſemus, *Thiadricum* fuiſſe nepotem *Fritherici*, ac pronepotem comitis *Oddonis*. Filii enim et nepotes ſunt ex more heredes paternorum atque auitorum bonorum.

Putamus autem, *Aſiconem* ac *Thiadricum* comites eodem tempore bona ſua tradidiſſe, quo ſe in monaſterio Corbeienſi duci Heinrico, qui regnum ſibi ſub ſpecie tutelæ Ottonis III anno 984 vindicare et arripere volebat, conciliare tentabant, de qua ſubiectione iam ſupra §. 104. e chronico noſtro MSpto egimus, quam etiam Ditmarus p. 347 ſeq. his recenſet verbis: *Præfatus dux* (Bauariorum Heinricus) *cum Poppone venerabili epiſcopo — et cum Ekberto comite vnioculo Agrippinam veniens, regem patronus legalis de Warino, vt prædixi archipræſule* (Colonienſi) *ſuſcepit, eiuſdemque auxilium cum omnibus, quos ad ſui gratiam conuertere poterat, firmiter eſt adeptus. Diſpoſitis autem, vt ſibi placuit, cunctis, dux ad* CORBEIAM *cum eis venit, ibique* THIEDRICVM *et* ESICONEM COMI-

COMITES *ac* CONFRATRES *nudis pedibus veniam poſtulantes dedignatur ſuſcipere. Quod hi ægre ferentes abierunt, cognatos ſuimet amicos a ducis miniſterio toto mentis niſu amouere ſtudentes.* Refert poſt hæc Ditmarus, Heinricum ducem Magdeburgi palmarum feſtum, ac Quidilingiburgi proximum paſcha feſtiuis gaudiis peregiſſe, atque ibidem illum a ſuis *regem* appellatum eſſe; illos autem, qui iam palam contra ducem conſpirabant, atque ad ciuitatem Heſſeburg ſeu Aſſeburg conueniebant, his verbis recenſet: *Ex oriente hi comites cum Bernhardo duce et Thiedrico marchione, Ekkihard, Bio, Eſico, Bernwardus comes et clericus, Sifrith eiusque filius Fridericus et Ciazo confratres: comprouincialium Thiedricus et Sibert confratres, Hoico, Ekkihard et Bezico germani, Brunig et ſui, militesque S. Martini iuſſu archipræſulis Willigiſi, quibus adhærebat occidentalium maxima multitudo.* Quinam ex his illi cognati fuerint, quos *Thiedricus* a ducis Heinrici miniſterio alienauit, diuinatu facile erit. *Bernhardus* ſcilicet *dux* eſt filius Hermanni Billingi, *Thiedricus marchio* eſt Theodoricus marchio ſeptentrionalis, *Ekkihardus* marchio eſt filius Guntheri marchionis orientalis, qui Suanehildim ſororem ducis Bernhardi in matrimonio habuit, *Bio* eſt comes Merſeburgenſis, cuius comitatus, teſte auctore Appendicis ad Chronicon Montis Sereni p. 201 inter Wiperam et Salam et Saltam et Willebeke fluuios erat ſitus, *Bernwardus* eſt comes et clericus S. Bernwardus poſtea epiſcopus Hildesheimenſis, *Sifrith* erit vel ipſius Dithmari pater, vel frater *Brunonis* comitis Arneburgenſis. Si credatur deſignari pater Dithmari epiſcopi, *Fridericus* et *Ciazo* fuerunt fratres eiuſdem. *Thiedricus* videtur pater S. Bernwardi fuiſſe et palatinus comes, cui Sibert frater fuit, de quibus ſupra egimus §. 104. not. (w). *Bezico* probabiliter eſt *Bozo*, vel eius cognominis filius, qui in traditionibus noſtris §. 396 *Athelberonis* comitis palatini proximus nominatur. gubernante Corbeiam Adalgario.

Nulli autem id dubitationem afferat, quod Ditmarus in verbis allatis *Thiedricum* atque *Eſiconem* tantum nominat *confratres*, non germanos. In noſtro enim Chronico MSpto appellantur illi fratres, ipſeque Ditmarus p. 336 eandem vocem vſurpans *Ottonem* imperatorem et *Brunonem* archiepiſcopum Colonienſem *confratres* appellat, qui tamen germani erant. Ex quo momento non inepte colligas, hoc loco Ditmarum per *confratres* intellexiſſe germanos fratres.

An *Thiadricus* comes, frater *Eſiconis*, *Luitharii* atque *Athelberonis*, filios procreauerit, nemo quidem veterum litteris prodidit, probabiliſſime autem ille Thidericus proauus fuit *Lotharii* imperatoris, cuius pater *Saxo* et *comes de Supelingeborch* appellatur. Quamuis enim ſciamus, recentiores hiſtoricos aſſeruiſſe, *Lotharium* cæſarem e domo Querfurtenſi originem traxiſſe, cogitauimus tamen, hanc eorum ſententiam, vtpote nullo teſtimonio coætanei ſcriptoris adprobatam, in dubium vocandam eſſe. Non enim vidimus, quomodo comites Querfurtenſes ad poſſeſſionem bonorum, circa caſtrum Supplenburg et oppidum Königslutter ſitorum, peruenerint, cum hactenus demonſtrauerimus, alios dominos eadem in regione bona ſua hereditaria poſſediſſe. Patrem *Lotharii* cæſaris *Gheuehardum* appellatum eſſe *comitem de Supelingeborch*, diſcimus e Chronico vet. ducum Brunſuicenſium et Luneburg. Tom. II. Leibn. p. 16. Nonne ex ea denominatione colligendum eſt, caſtrum Supelingeborch ad bona auita iſtius *Geuehardi* referendum eſſe? Ille *Geuehardus* comes a Brunone in *Hiſtoria belli Saxonici* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 191 *vnus ex ſummis principibus Saxonum* nuncupatur, qui anno 1075 id. iunii in prælio circa Nechilſtedi cecidit. Appellandusne fuiſſet dominus Querfurtenſis vnus e principibus ſummis?

Sed quis pater erit comitis *Geuehardi*, quæris, quem diximus patrem cæſaris *Lotharii?* Reſpondemus, matrem *Geuehardi* indicatam eſſe per Chronographum Saxonem, qui ad an. 1009. p. 221. ſcripſit: *Ida genuit Geuehardum comitem patrem Lotharii imperatoris.* Quis vero pater *Geuehardi* fuerit, in diſceptationem venire ſolet. Dominum illum fuiſſe eum, qui in tractu arcis Supplinburgicæ bona hereditaria poſſedit, quilibet facillime perſpicere poterit. Cum autem *Ida* fuerit filia *Geuehardi*, nati e domo Querfurtenſi, *Ida* comitatum Supplinburgicum marito ſuo dotis loco afferre non potuit: patrem enim *Idæ Geuehardum* poſſediſſe comitatum Supplinburgicum, demonſtrare nemo audebit. Neque cæſar Theodorici filius Luidgerus comes auus cæſaris Lotharii Saxonis.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludowuico et

cæsar *Lotharius* eundem comitatum per *Rikenzam* obtinere potuit. Quamuis enim *Rikenza* heres fuerit Brunonianæ domus, nullo tamen modo comprobabis, domum Brunonianam tenuisse Supplinburgicum comitatum. Confidimus etiam, demonstrari non posse, Ottonem Sueuiæ ducem comitatum Supplinburgicum habuisse. Quamuis itaque Albericus in Chronico P. II. p. 68. scripserit: *Lotharium ducem Saxoniæ et imperatorem descendisse de linea Ottonis Sueuiæ ducis filii Mathildis sororis cæsaris Ottonis III*, falso tamen hæc dixisse Albericus videtur. Patet enim e supra deductis argumentis, neque Mathildis maritum, comitem palatinum Ehrenfridum, neque ipsam Mathildem comitatum possedisse Supplinburgicum. Scriptor præterea coætaneus Albericus non est, nec omni exceptione maior. In multis errasse eum, facile concedent dabuntque eruditi. In ipso Alberici testimonio, ad quod prouocant docti, duos errores non leues deprehendimus. Falsum enim est, Herimannum anno 1037. Coloniæ esse ordinatum episcopum, atque octodecim ibi annos sedisse. Genuinis diplomatis testibus, iam ille erat anno 1036 archiepiscopus. Mortuum esse eum anno 1056, docetur Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 322. Comes *Thiadricus* bona hereditaria anno 984 tenuit in villa Lauingi, atque post a. 1012 *Luidgerus* comes hereditaria bona possedit in villa Siculithi. Ad *Ehrenfridum* ergo ac *Mathildem* eodem tempore Supplinburgica bona spectare non potuerunt. Cum ergo Albericus non perhibeat, *Ottonem* Sueuiæ ducem fuisse patrem *Geuehardi*, in dubium quoque vocandum est, *Geuehardum* fuisse filium *Ottonis*.

Sit itaque pater *Geuehardi*, atque *Idæ* maritus, comes *Luidgerus*. Quamquam enim ille nuspiam appelletur auus cæsaris *Lotharii*, procul dubio tamen ille cæsar fuit nepos comitis *Luidgeri*. Primum enim nomen *Luidgeri* id nobis persuadet. Pater *Thiadrici* comitis dux *Luitharius* erat, vti supra demonstrauimus. Nonne ergo, comiti *Luidgero* nomen inditum esse, credemus, ab auo suo petitum? Accedit deinde, *Luidgerum* bona hereditaria possedisse in comitatu Supplinburgico. Tradit enim ille circa a. 1012. §. 441. Tr. Corb. pro filio suo *Egiloldo*, cum illum ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti offerret, homines quosdam proprios in villa Siculithi intra pagum Derlingo. Eadem villa olim exstitit in loco, qui adhuc nominatur *der Schikkelsche Hof*, qui vix duo millia passuum a castro Supplinburg iacet. Quis negare poterit, eandem villam ad comitatum Supplinburgicum spectasse, atque alium dominum, quam Supplinburgicum comitem, in eadem villa homines proprios possidere non potuisse? Porro *Luidgerus* erat anno 1022 comes in pago Derlingo, atque ad eius comitatum spectarunt, teste diplomate S. Bernwardi, 1) *Sceningen*, Schöningen oppidum in ducatu Brunsuicensi, vnum milliare situm a castro Supplinburgico, 2) *Kissunleue*, Kisleben, villa desolata haud procul ab oppido Schöningen et vico Warberg, vbi adhuc in saltu Elmo supereſt *das Kisleverholtz*, 3) *Sezingeroth*, 4) *Wurungen*, Uhri in præfectura Fallersleben 5) silua *Alaburi*, id est, *das Alperholtz* in eadem regione, 6) *Selzstide*, Slifted vix vnum milliare a castro Supplinburg. Tum eodem tempore comitatus iam incipiebant acquirere formam hereditariam. Multis comitibus a cæsare comitatus dabantur in eodem pago, in quo illi sua tenebant bona hereditaria. Ita v. g. comitatus suos habebant a. 1031. Chuonradus in pago Auga, Widekindus in pago Huuetigo, Herimannus in pago Logne. In illis pagis eos bona sua hereditaria possedisse, vidimus supra. Præterea e *Chronico Vet. Duc. Br. et Lun.* Tom. II. Leibn. p. 16. et *Chronico Rhyth.* T. III. p. 39 seq. patet, ad cæsarem *Lotharium* iure hereditario deuoluta esse bona comitum de Haldesleue, *mortuis Bernhardo* eiusque filio. Haldesleue spectauit ad comitem *Thiadricum*, teste diplomate Ottonis supra adducto. Si statuimus, vti id probabile esse videtur, *Bernhardum* fuisse filium *Thiadrici*, ac fratrem *Luidgeri*, *Lotharius* cæsar pronepos *Thiadrici* esse debuit, quia hereditatem adiit bonorum, ad *Thiadricum* olim spectantium. Denique addimus, *Heinricum Leonem* contradixisse traditioni comitatus Sommerschenburgici, ab Adelheide abbatissa Quedlinburgensi Wichmanno archiepiscopo Magdeburgensi factæ. Iure sanguinis ad hoc commouebatur Leo. Si enim *Luidgerus* filius *Thiadrici*, *Thiadricus* vero frater Com. Pal. *Athelberonis*, satoris comitum Sommerschenburgicorum, fuit, *Luidgerus* autem pater *Geuehardi* atque auus cæsaris *Lotharii*, *Heinricus Leo*, qui cæsaris *Lotharii* heres erat, optimo iure se facto abbatissæ Adelheidis opponebat. Si itaque comes qui-

quidam *Geuehardus* circa medium ſeculi XI pro ſalute patris ſui *Luitharii* quondam comitis in pago Derlingon quædam tradidit, teſtante diplomate cæſaris Heinrici, in *Hiſtoria Corb.* producendo, credamus, illum fuiſſe patrem *Lotharii* cæſaris, de quo infra pluribus exponere oportet. Plura de cæſare *Lothario* non addimus. Mortuo cæſare Heinrico, illum electum eſſe in regem Romanorum, atque obiiſſe a. 1137. 3. non. Decemb. poſtquam regnauerat annos XII menſes III et dies XII; ſepultumque in oppido Lutter, ab vno Luithariorum noſtrorum ita dicto, iam pridem dixere alii. Confer interim infra §. 441.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Progredimur itaque ad *Eſiconem* comitem fratrem *Thiadrici* ſatoris Supplinburgicæ ſtirpis, et conditorem ſereniſſimæ familiæ Anhaltinæ, quæ adhuc hodie floret. Huius vxor erat, Annaliſta Saxone teſte, filia Hodonis marchionis orientalis eiusque filius erat *Eſico II*, qui ab eodem Annaliſta ad a. 1026 et 1130. vocatur *comes Eſicus de Ballenſtide, qui habuit vxorem Machtildem de Werla, ex qua genuit Adelbertum ſeniorem patrem comitis Ottonis atque Adelheidem. Eſicus II* fundator exſtitit monaſterii in Ballenſtide; quod ante annum 1053 fundatum eſſe, apparet ex diplomate regis Heinrici III. Id exhibet Beemannus in *Hiſtoria Anhaltina* Tom. III. p. 152. In eo refertur, dedicationem eiuſdem monaſterii peractam eſſe ſolemniter anno 1053 indict. VII, 4. id. Iunii. Conſentiunt cum eo Annales noſtri Corbeienſes MSpti, affirmantes, *Luidolfum, Aſconis fratrem* et monachum Corbeienſem, ſuaſorem exſtitiſſe monaſterii in Ballenſtide inſtituendi tempore Abbatis Corbeienſis Truthmari, qui abbatiæ præfuit ab anno 1016 vſque 1046. Hoppenrodius in *Annalibus Gerenrodenſium* Tom. II. Meibomii p. 428. nominat hunc *Eſiconem* comitem Aſcaniæ, et conditorem arcis in Berneburg et Anhalt, quod factum fuiſſe mutata arce Ballenſtedenſi in ædem Domini, probabile eſt.

4) Eſic fil. Luitharii II. ſator familiæ Anhalt.
Eſiconis filii
1) Eſico II.
2) Luidolfus.

Adelbertus habuit, Annaliſta Saxone teſte ad a. 1062, vxorem *Adelheidem*, filiam Ottonis de Orlamunda, Miſnenſis marchionis, ex Adela de Brabantia ~~natam~~ ex caſtello, quod Louene dicitur, ~~procreatum~~. Ex hac *Adelbertus* genuit *Ottonem* comitem et *Sigefridum* palatinum comitem. *Otto comes* in matrimonio habuit *Eilicam*, eodem Annaliſta ad an. 1106 teſte, filiam Magni ducis Saxoniæ, ex qua genuit *Adelbertum* marchionem et filiam *Adelheidem*, nuptam Heinrico marchioni de Stathen. *Ottonem* mortuum eſſe anno 1123, Annaliſta Saxo retulit. Eius vxorem appellatam eſſe *marchioniſſam*, ex diplomatibus noſtris patet. Digna ſunt diplomata illa, quæ ex originum litteris edantur, quia non ſolum demonſtrant, *Albertum* urſum filium fuiſſe *Eilicæ*, ſed etiam *Albertum* vrſum patrem fuiſſe *Ottonis*. Prius diploma datum eſt anno 1133, et ſic ſe habet:

Eſiconis II. filius Adelbertus, cuius filii
1) Otto c. de Ballenſtede.
2) Sigefridus Com. Pal. Ottonis filius
Albertus vrſus.

℣ In nomine d̄n̄ī dei n̄r̄ī ac ſaluatoriſ Ih̄ū Xpi. Lothariuſ ordinante diuina clementia romanorum imperator auguſtuſ conſideranteſ regaliſ eſſe munificentię & nobiſ ſalutare dum tempuſ habemuſ bonum operari in omnibuſ maxime autem in ec̄cliiſ dei. ideo ſtatuenteſ decernimuſ. loca deo oblata & dicata ſublimare. poſſeſſionibuſ ampliare. collata defenſare & in ſuo ſtatu conſeruare. ſi aliqua etiam temere fuerint alienata uel iniuſte auulſa ad antiquam dignitatem & priſtinam traditionem ſuffragante diuina clementia reuocare. hiſq̄. beneficiiſ propoſuimuſ inſudare. ut ipſe qui noſ in terriſ gloria & honore coronauit. in celiſ indulgeat coronam uitę. quam repromiſit diligentibuſ ſe. cum noſ eduxerit de laborioſo huiuſ ſeculi certamine. nouerit itaq̄. tam p̄ſentium quam futurorum prouida diſcretio. quod noſ reſpectu diuini timoriſ & amoriſ monaſterio quod appellatur noua Corbeya. quod ſitum eſt ſuper fluuium wiſera rogāte ipſiuſ loci uenerabili abbate Volcmaro n̄ōīē piſcationem. quę uocatur Hocwar. quam totam Hlotowich imp̄ēr. eidem monaſterio contulerat. hanc poſtmodū dux Heinricuſ Bawarię. cum quadam *comitiſſa Elica* & *filio ſuo adalberto* iniuſte ſe poſſediſſe recognoſcenteſ. cum digna penitentia diuinitus inſpirata ſc̄ō Vito. cum ōī utilitate remiſerunt. & noſ regali auctoritate ipſā remiſſionem confirmauimuſ. ſtatuenteſ hoc. ut qui hanc n̄r̄ę auctoritatiſ conceſſionem infringere

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludō-uuico et

p̄ſumpſerit fiſco ñr̄ō C. auri talenta p̄ſoluere debeat. regali etiam auctoritate confirmamuſ uillaſ. cum hominibuſ ad eandē piſcationem ptinenteſ. cum ceteriſ appendiciiſ pratiſ uidelicet. areiſ. paſcuiſ. cultiſ ſiue incultiſ. mobilibuſ & immobilibuſ. ut in ōibuſ hiſ nulluſ fratreſ in ſupra dicto monaſterio canonice degenteſ inquietare. uexare. uel moleſtare p̄ſumat. nec aduocatum in eadē piſcatione habeant niſi quem abbaſ d̄nuſ loci conſilio fratrum ſtatuerit. Et ut hęc ōīā rata et inconuulſa omnino permaneant impreſſione ſigilli ñr̄ī ſignari p̄cepimuſ.

Signum domni lotharii



tertii Romanorum imperatoriſ inuictiſſimi.

Ekkeharduſ p̄p̄tſ uice adelberti archicancellarii recognoui. anno incarnat. d̄nī M. C. trigeſimo tertio indict. XI. actum Bardewich in dei ñōīē feliciter amen.

In hoc diplomate quidem *Eilica* tantum appellatur comitiſſa; in altero vero eadem domina marchioniſſa vocatur. Accipe ergo eaſdem tabulas, accurate deſcriptas:

C In nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ. Cunraduſ diuina fauente clementia romanorum rex ſc̄dſ.·. equitaſ iuſticię et regni auctoritaſ noſ admonet ec̄clarum paci clementer prouidere. eapropter omnib⁹ Xp̄ī ñr̄īſq;. fidelib⁹ tā futuriſ quā p̄ſentib⁹ notum eſſe uolum⁹ qualiter *Eylicha marchioniſſa* piſcacionem quandam apud Hoqvar ab anteceſſore ñr̄ō imperatore Ludovvico cenobio corbeienſi collatam ſed per inſolenciam temporiſ ab eadem ec̄clia alienatā aſſenſu filii ſui *Adelberti marchioniſ* uiuente p̄deceſſore ñr̄ō imperatore Lothario p̄dict̨ę Corbeienſi ec̄cl̨e remiſit et reſignauit. Quam remiſſionē ſiue reſignacionem nobiſ apud Corbeiam ſolempnem curiam celebrantib⁹ p̄ſat⁹ *Adelbert⁹ marchio* interuentu et petitione Heinrici uenerabiliſ Corbeienſiſ abbatiſ nec non Heinrici p̄poſiti Corbeienſiſ ec̄cl̨e confirmauit et eandem piſcacionem aſſentiente *filio ſuo ottone* marchio coram nobiſ omnino exfeſtucauit. Noſ itaq;. ob regni ñr̄ī firmā ſtabilitatē et animę ñr̄ę noſtrorumq;. parentum perpetuā ſalutem p̄fatam piſcacionem et omneſ poſſeſſioneſ corbeienſi ec̄cl̨e pertinenteſ ſub ñr̄ā regali defenſione ſuſcipimuſ auctoritate regia p̄cipienteſ ne aliquiſ archiepiſcopuſ ēpuſ dux marchio comeſ uel uice comeſ aut alia quęlibet perſona magna ſiue parua p̄dictam Corbeienſem ec̄clam uel reſ ad ipſam pertinenteſ aliquo modo infeſtare p̄ſumat ſed ea quę ſui iuriſ ſunt tam in familia quam in poſſeſſionib⁹ omni deincepſ tempore libere et pacifice poſſideat. Si quis autem quod abſit huiuſ p̄cepti ñr̄ī ſtatutum infringere tentauerit centum libraſ auri componat quarum partem dimidiam camerę ñr̄ę reliquam uero p̄dict̨ę ec̄cl̨e perſoluat. Et ut hęc ab omnib⁹ credantur et inuiolata conſeruentur hanc inde cartam ſcribi et ſigilli

ſigilli ñrī impreſſione inſigniri iuſſimuſ manuq. propria roborante. Qui pſenteſ aderant teſteſ ſubter notari fecimuſ quorum nomina hęc ſunt ∴ *Theodevvinuſ* ſcę Ruffinę ēpuſ apoſtol. ſediſ legat⁹. *Thomaſ* ſcē Romane ecclę cardinaliſ. *Bernarduſ Pathelb.* ēpuſ. *Rodulphuſ Halberſtadenſiſ. Bernharduſ Hildeneſh. Philippuſ Oſenb. Heinricuſ Mindenſiſ* et pcipue *Frithericuſ Magedebſiſ. Thietmaruſ ferdenſiſ. anſelmuſ Hauelb. Heinricuſ olomucenſiſ. Wibalduſ abbaſ. Heinricuſ dux ſaxonię.* ADELBERTVS MARCHIO ET FILIVS EIVS OTTO. *Fridericuſ comeſ Palatinuſ comeſ. Hermannuſ comeſ de Winzenburg* et *frater eiuſ Heinricuſ.* guberante Corbeiam Adalgario.

Signum domni Cunradi Romanorum regiſ ſedi inuictiſſimi;



Ego arnolduſ cancellariuſ uice heinrici moguntini archicancellarii recognoui.

anno dñīcę incarnationiſ M.C.XLV. indictione VIII. regnante Cunrado Romanorum rege ſcēdo anno uero regni eiuſ VIII. data apud Corbeiam feliciter amen.

Qui in hoc diplomate appellatur filius *Eylicæ* marchioniſſæ et *pater Ottonis*, is ſine dubio vllo *Albertus* cognomento *vrſus* fuit, qui in diplomatibus noſtris ad annum 1115 et 1121 adpellatur *comes de Ballenſtide*, 1147 *comes de Aſchersleue*, 1133, 1145, 1147, et 1152 *marchio*, 1144, 1149, 1152, 1157, 1162, 1163, ac 1169 *marchio Saxoniæ.*

Alberto vrſo fuiſſe ſex filios, ex diplomatibus conſtat. Eorum natu maximus erat *Otto*, cuius diploma ad annum 1145 mentionem facit. Ipſe iam anno 1147, 1152, 1167, et 1170 nominatur *marchio*, anno 1176, et 1180 vero *marchio Brandenburgenſis.* Huius *Ottonis* filii fuere ſecundum diplomata *Otto* 1176, *Heinricus* 1176, atque *Albertus* 1215 marchio Brandenburgenſis. Huic *Alberto* liberi fuerunt *Iohannes*, *Otto* et *Mechtildis.* *Ottonis* poſteri anno 1312 exaruerunt; *Iohannis* vero anno 1323. *Mechtildis* autem nupſit Ottoni puero, duci Brunſuicenſi et Luneburgenſi, cuius poſteri adhuc florent exoptatiſſima felicitate.

Alter *Alberti vrſi* filius erat *Albertus* comes 1147, 1167; tertius *Hermannus* 1147, 1147, 1167; quartus *Theodoricus* 1147, 1152, 1167, 1176, qui anno 1170 appellatur *comes de Werbene;* quintus erat *Sigefridus*, archiepiſcopus Bremenſis anno 1170; ſextus vero fuit *Bernhardus*, qui in diplomate ad annum 1170 nominatur *comes de Aſchersleue* et frater *Ottonis* marchionis Brandenburgi ac Theodorici comitis de Werbene; in aliis autem chartis ad annum 1176 et 1177 dicitur *comes in Aſchersleue*, 1180 *dux Weſtfaliæ et Angariæ*, 1188, 1189, 1192, 1200. *dux Saxoniæ*, 1194 *dux Saxoniæ et comes de Aſchersleue*, et 1185 *dux Saxoniæ, Angariæ, Weſtfaliæ et comes de Aſchersleue.*

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Bernhardi ducis liberi fuere *Henricus*, *Albertus* et *Sophia*. Sophia erat 1223 abbatissa Gerenrodensis; *Albertus*, Henrici iunior frater, vocatur 1215, 1228, 1235, et 1260 *dux Saxoniæ*, 1239, 1256, et 1260 *dux Saxoniæ, Angariæ et Westfaliæ*. Huius *Alberti* posteri erant duces Saxoniæ Lauenburgici, qui anno 1689 intercepti morte, et, stirpe intercidente, defierunt; *Henrici* vero posteri sunt sereniſſimi Principes Anhaltini, qui adhuc florent. Imponitur autem huic *Henrico* anno 1223 nomen *comitis Ascariæ*, 1245 *illustris principis et comitis Aschariæ*, 1244 *comitis Aschariæ*, et 1215 *comitis de Anhalt*. Vxor eius fuit *Irmengardis*, Henrici Rasponis regis Romanorum soror; filium vero *Henricum* fuisse ducis Bernhardi, apparet ex diplomate Henrici, ex Henrico hoc nati, ad annum 1260, cuius verba huc faciunt:

> Nos *Henricus* dei gratia comes Aschariæ et princeps de Anhalt — protestamur nos subditis nostris in Ascharia — ius et gratiam, quam sibi ab *auo* nostro felicis memoriæ *duce Bernhardo* et *patre nostro comite Henrico* indultam tenebant et concessam, indulgemus inuiolabiliter obseruandam.

Plura, vtpote iam satis nota, addere nolumus. Integrum stemma Anhaltinum videatur in Beemanni *Historia Anhaltina*. Quæ vero nos de originibus sereniſſimorum principum Anhaltinorum, quæ ille non habet, hactenus deteximus, lectoribus nostris beneuolis exhibemus tabulis eis, quas in præsens examini lectorum subiicimus.

TAB. I.

Albio seu Abbo, princeps Saxonum, pacem fecit cum Carolo M. a. 785. vx. eius N. filia ducis Ostfalorum Hessi seu Asig.

Richbert comes §. 15, 104. fortasis sator comitum de Arneburghi quinque | Odo com. §. 29. | Tiada marscalcus §. 24. 74. nepotes nominantur | Cumbro §. 29. 104. ducis Ostfal. | Abbo II. §. 57. 104. Hessi.

Fritheric §. 188. vx. eius Wendilgard. | Abbo III. §. 188. 260. | Oddo II. | Luitharius I. propinquus Beuonis, filii Ecberti ducis Saxoniæ, et Folclogæ, neptis Widekindi M. (§. 231 et 317.) vxor eius Enda, filia ducis Luidolfi.

Dodica §. 396. | Nothradus, filius Fritherici §. 369. | Luitharius II dux † 929. §. 316, 346, 396. vxor eius Demoda. | Volcmarus §. 317. abbas Corbeiensis † a. 942. | Rotgerus §. 358. | Otto III. §. 358, sator comitum de Conradesburch.

Luitharius III comes † 982. fundator monasterii Walbeccensis. vxor eius Mechtild, filia Brunonis, §. 411. | Hirisuit §. 316. | Athelbero, comes palatinus Saxoniæ † 977 (§. 365, 396) sator C. P. S. de Sommerschenburg. vid. Tab. 3. | Theodoricus comes 956, 966, 984, §. 385. vxor eius Symod. sator comitum de Supplinburg. vid. Tab. 4. | Asic seu Esico comes 984. vx. eius N. filia et heres Hodonis marchionis orientalis (§. 396). Ipse videtur esse sator principum, de Anhalt dictorum. v. Tab. 5.

Luitharius IV, marchio septentrionalis. Vxor eius Godila, quæ mortuo eo anno 1003 nupsit Herimanno marchioni. | Thiatmarus, abbas Corbeiensis 983 † 1001. §. 411. | Sigefridus c. vx. eius Cunigunda (de Stade.) | Eila † 1015. vxor Bertholdi marchionis Franconiæ. vid. Tab. 2.

Werinharius marchio septentrionalis, vx. eius 1) Luitgarda, 2) Reinhilda rapta. | Ditmarus, episcopus Merseburgensis n. 976, fit episcopus a. 1006. | Bruno episcopus Verdensis. | Sigefridus episcopus monasterienſis, antea monachus Corbeiensis 1020. 1028. 1040. | Fridericus præfectus Magdeburg. | Heinricus comes. | Willegisus, præpositus Walbeccensis. | Oda, vx. Gozwini de Valkenberg.

Adolfus, sator comitum de Schaumburg, et ducum de Holstein. | Conradus Burggrauius Magdeb. | Brigida abbatissa Scheningensis monasterii. | N. Sator comitum de Aluensleben.

Mathildis.

TAB. II.

TAB. II.

Luitharius III fundator monasterii Walbeccensis † 982.

Eila † 1015. vxor Bertholdi marchionis Franconiæ.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Heinricus, marchio Suinfurti † 1017. vxor Gerberga.

Bucco præfectus Ratisbonensis.

Otto comes.

N. filia. Vxor N. filii Arnoldi comitis Vohburgensis.

Otto marchio Suinfurti et dux Sueuiæ † 1058. vx. 1) Machtildis filia Bolislai ducis Polonorum 2) Irmingardis, ex qua nati.

Iuditha vxor 1) Bratislai ducis Bohemiæ 2) Petri regis Hungariæ.

Eilica abbatissa.

Iuditha vx. 1) Cononis ducis Bauariorum 2) Bodonis.

Berta vxor N. principis Bauariorum.

Beatrix vx. N. marchionis.

Gisla, vx. Wigmanni comitis de Seburg.

Adelheidis vx. Henrici ducis de Lintberg.

N. filia vxor Godefridi de Cappenberg.

Gero comes.

Hathuiga abbatissa Gerenrodensis.

Walrobo dux.

Agnes vx. Friderici Com. Pal. de Putelendorf.

N. filia vxor Friderici comitis de Arensberge.

Gotfrid.

Otto.

Wigmannus archiepiscopus Magdeburgensis † 1193.

TAB. III.

Athelbero comes palatinus Saxoniæ † 977. §. 365. 396.

Volcmarus episcopus Traiectensis † 989.

Fridericus Com. Palatin. 995, 1002.

Reginholdus §. 470.

Albertus (§. 470). vxor Oda e domo Gozezensi.

N. filia vxor Theodorici com. Palatini Saxoniæ.

Fridericus comes palatinus Saxoniæ † 1120. Vxor Mechtild.

S. Bernwardus episcopus Hildesheimensis 1001. 1013. 1022.

Tammo comes 1022.

Fridericus comes Palatin. de Sommerschenborg † 1162. vxor Luchardis filia Rudolfi marchionis Stadens.

Adelheid nupta Gozwino de Heinsberg.

Iuditha vxor Ludouici de Aldenhusen.

Agnes vxor Conradi marchionis Brandenburg.

Adelbertus comes Palatin. de Sommerschenberg 1147. 1164. † 1178. vxor Liuthard † 1220.

Adelheid Quedlinburg abbatissa, vendidit comitatum Sommerschenburgicum Wigmanno archiepiscopo Magdeburg. contradicente Heinrico Leone duce Saxon. et Bauar. 1179. † 1184.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. IV.

Thiadricus comes 966. 984. vx. eius Symod §. 385.

- Oddo clericus filius Symodæ §. 448.
- Liudgerus s. Luitharius V comes in pagis Derlingo et Norththuringi 1022. vxor eius Ida, filia Geuehardi. §. 441.
  - Egiloldus, filius Liudgeri, monachus Corbeiens. §. 441.
  - Roddachus, filius Idæ.
  - Thietmarus, episcopus Halberstadens. patruus imperatoris Lotharii, teste Annalista Saxone p. 588.
  - Geuehardus comes, filius Luitharii, comes in pago Derlingo 1046. † 1075.
    - Luitgerus VI, seu Lotharius comes de Supelingeburch, dux Saxoniæ et imperator † 1137. vxor eius Rikenza filia Heinrici comitis de Northeim.
      - Gertrud vxor Heinrici ducis Saxoniæ et Bauariæ.
        - Heinricus Leo dux Saxoniæ et Bauariæ.
- Thiadricus patruus Geuehardi anno 1046.

TAB. V.

Asic, siue Esico comes filius ducis Luitharii 984. vx. eius N. filia et heres marchionis orientalis Hodonis §. 396.

- Esico comes de Ballenstede. vx. Mechtildis.
  - Adelbertus comes aduocatus Nienburgensis 1064, 1073 † 1076. vxor Adelheidis filia Ottonis marchionis de Orlamunda † 1100.
    - Otto comes de Ballenstede † 1123. Vxor eius Eilica filia Magni ducis Saxoniæ, dicta marchionissa.
      - Albertus vrsus marchio Brandenburg. et comes de Ballenstide et Aschersleue 1118, 1121. 1129, 1133, 1144, 1145, 1147, 1148, 1149, 1152, 1157, 1162, 1163, 1169.
        - Otto marchio Brandenburg. 1145, 1147. 1152, 1167. 1170, 1176, 1179, 1180, 1180. vid. Tab. 6.
      - Adelheidis vx. Heinrici marchionis Stadensis.
        - Adelbertus comes 1147. 1167.
        - Hermannus 1147, 1147. 1167.
          - Sifridus comes de Orlamunde 1150, 1174, 1180, 1181, 1192, 1199.
      - N. filia vxor Ottonis comes Palat. de Reinegk.
        - Theodoricus comes de Werbene 1147, 1152. 1167, 1176, 1179.
      - Wilhelmus comes Palat. Rheni.
        - Bernhardus comes in Aschersleue et dux Saxoniæ 1170, 1176, 1177, 1179, 1180, 1185, 1188, 1189, 1192, 1194, 1200. vid. Tab. 7.
      - Sigefridus † 1124.
        - Sifridus, archiepiscopus Bremensis 1170, 1180, 1184.
    - Sigefridus palatinus † 1123. Vxor eius Gertrud filia Heinrici com. de Northeim.
  - Theodoricus, præpositus Ballensted.
  - Luidolfus, monachus Corbeiensis.
  - Vta, vxor Eccardi marchionis.
  - Halecha, abbatissa Gerenrod. † 1063.
- Adelheidis, vxor Thiemonis domini de Scroppoulo.
  - Esico.
  - Ekkihardus.

TAB. VI.

TAB. VI.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Otto V marchio Brandenburg. 1145, 1147, 1152, 1167, 1170, 1176, 1179, 1180, 1180.

- Otto VI marchio Brandenburg. 1173, 1176, 1196.
- Henricus 1176.
- Albertus marchio Brandenburg. 1196, 1215.

Albertus marchio Brandenburg. 1196, 1215.

- Iohannes I marchio Brandenb. 1235, 1256 † 1266. vx. 1) Sophia Waldemari regis Daniæ filia † 1248, 2) Hedwig filia Barnimi D. Pomeraniæ 1249.
- Mechtild vxor Ottonis pueri Brunſuic. ac Luneb. ducis.
- Otto VII pius vna cum fratre marchio Brandenburg. 1235, 1256, 1259, 1267 † 1267. vx. eius Beatrix Wenceslai Bohemiæ regis filia.

Iohannes I marchio Brandenb. 1235, 1256 † 1266. vx. 1) Sophia Waldemari regis Daniæ filia † 1248, 2) Hedwig filia Barnimi D. Pomeraniæ 1249.

- Iohannes II marchio Brandenb. 1276 † 1282.
- Otto VIII Sagittarius Mar. Brandenburg. 1271, 1276. 1298. † 1308.
- Conradus M. Brandenb. 1276 † 1304. vxor 1) Conſtantia filia Premislai Posnaniæ ducis 2) N.
- Ericus archiepiſc. Magd. 1288. 1289. 1294.
- Helena vxor Theodorici Miſniæ march. 1268.
- Mathild vx. Bogislai Pomeraniæ ducis.
- Henricus marchio Landsbergi et elector † 1315. vxor Agnes fil. Ludouici ducis Bauariæ et C. P. R. iam an. 1328. mortua.
- Agnes vxor 1) Erici Danorum regis 2) Gerhardi Holſat. c. † 1304.

Henricus marchio Landsbergi et elector † 1315. vxor Agnes fil. Ludouici ducis Bauariæ et C. P. R. iam an. 1328. mortua.

- Iohannes IV marchio Brandenb. † improlis 1307. vxor Hedwig filia Henrici Wratislau. ducis.
- Agnes vxor Alberti P. de Anhalt.
- Waldemarus marchio Brandenb. 1318 † improlis 1319. vxor Agnes filia Henrici patrui ſui.
- Henricus marchio et elector ſub matris et Rudolfi Saxonis tutela. 1320. † 1320. vltimus ſuæ ſtirpis.
- Agnes vxor 1) Waldemari march. Brandenb. 2) Ottonis Brunſuic. et Luneb. ducis, cui marchiam veterem attulit † 1334.
- Sophia vxor Magni pii Brunnſuic. ac Luneb. ducis, heres marchionatus Landsbergenſis.

Otto VII pius vna cum fratre marchio Brandenburg. 1235, 1256, 1259, 1267 † 1267. vx. eius Beatrix Wenceslai Bohemiæ regis filia.

- Iohannes III periit 1267. Merſeburgi in haſtiludio.
- Otto IX longus marchio Brandenb. Bohemiæ gubernator † 1298. vx. Iudith filia Hermanni com. de Henneberg.
- Kunigunda vxor Belæ Hungariæ principis.
- Mechtild vxor Barnimi Pomeraniæ ducis.
- Albertus marchio Brandenb. vixit 1276-1300 vxor Mechtild. filia Erici regis Danorum.
- Otto X paruus, marchio 1279 † 1303. vxor Hedwig filia Rudolfi imperatoris.

Otto IX longus marchio Brandenb. Bohemiæ gubernator † 1298. vx. Iudith filia Hermanni com. de Henneberg.

- Hermannus marchio Brandenb. et Luſatiæ, comes de Henneberg † 1308. vxor Anna filia Alberti auſtriaci R. Imperat.
- Mechtild vx. Henrici Vratislauienſis ducis.
- Judith vx. Rudolfi ducis Saxoniæ † 1328.
- Beatrix vx. Bolconis ducis Suidnicenſis.

Albertus marchio Brandenb. vixit 1276-1300 vxor Mechtild. filia Erici regis Danorum.

- Margaretha vxor 1) Przemislai regis Polonorum, 2) ſponſa Nicolai domini de Rotſtocke. 3) vxor Alberti ducis inferioris Saxoniæ.
- Beatrix vxor Henrici Leonis Meclenb. ducis 1292. † 1311.

Hermannus marchio Brandenb. et Luſatiæ, comes de Henneberg † 1308. vxor Anna filia Alberti auſtriaci R. Imperat.

- Johannes V marchio Brandenb. Luſat. et Landsberg. † iuuenis 1317.
- Judith, vxor Henrici comitis de Henneberg.
- Mechtild, vx. Henrici ducis de Sagan.

Beatrix vx. Bolconis ducis Suidnicenſis.

- Beatrix vx. Ludouici ducis Bauariæ et regis Romanorum.

Beatrix vx. Ludouici ducis Bauariæ et regis Romanorum.

- Ludouicus dux Bauariæ, marchio et elector Brandenburg.

TAB. VII.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. VII.

Bernhardus comes in Aschersleue et dux Saxoniæ 1170, 1176, 1177, 1179, 1180, 1185, 1188, 1189. 1192, 1194, 1200.

- Henricus comes Aschariæ et de Anhalt 1215, 1223, 1244, 1245, 1251. vxor Irmengardis soror Henrici Rasponis regis Romanorum.
  - Henricus comes Aschariæ et princeps de Anhalt 1244. 1245, 1251, 1260. vx. Mechtild filia Ottonis pueri Brunsv. ac Luneb. ducis.
    - Otto comes et princeps de Anhalt 1270.
    - Henricus comes et princeps de Anhalt 1270.
  - Bernhardus 1244, 1252.
  - Sifridus 1252.
    - Albertus.
      - Albertus 1333, 1355. 1356. 1357.
        - Johannes 1382, 1385.
          - Sigismundus princeps de Anhalt 1385.
            - Georgius P. de Anhalt 1444.
              - Ernestus P. de Anhalt 1475. 1495.
                - Johannes P. de Anhalt † 1551.
                  - Joachim Ernst P. de Anhalt † 1586.
                    - Johan Georg Princeps de Anhalt Dessau † 1618.
                      - Johan Casimir P. de A. Dessau † 1660.
                        - Johan Georg P. de A. Dessau † 1693.
                          - Leopoldus P. de A. Dessau n. 3 Jul. 1776. † d. 9 Apr. 1747.
                            - Leopold Maximilian n. 25 Sept. 1700.
                              - Leopold Friderich Frantz n. 10 Aug. 1740.
                            - Dieterich n. 2 Aug. 1702.
                          - Carl Friderich P. de A. B. n. 1668.
                            - Victor Friderich n. 20 Sept. 1700.
                              - Friderich Albrecht n. 15 Aug. 1735.
                        - Christian P. de A. Bernburg † 1656.
                          - Victor Amadeus P. de A. Bernb. † 1718.
                            - Victor Amadeus Adolph n. 7 Sept. 1698.
                              - Christian n. 30 Iun. 1720.
                              - Carolus Ludewig n. 16 May 1723.
                            - Friderich Heinrich Eugenius n. 26 Dec. 1705.
                            - Mauritius n. 31 Oct. 712.
                      - Christian princeps de Anhalt Bernburg † 1630.
                    - Augustus princeps de Anhalt Plotzkau † 1653.
                      - Lebrecht P. de A. Cöthen † 1669.
                        - Immanuel Lebrecht P. de Anh. Cöthen † 1704.
                          - August Ludewig P. de A. Cöthen n. 9. Jun. 1697.
                            - Carl Georg Lebrecht n. 15 Aug. 1730.
                            - Friderich Erdman n. 26 Aug. 1731.
                      - Immanuel P. de A. Cöthen † 1670.
                        - Johan Ludewig P. de A. Zerbst n. 12 Jun. 1688. † d. 5 Nov. 1746.
                          - Wilhelm Christian Friderich n. 17 Nov. 1730.
                          - Friderich Ludewig Adolph n. 29 Nov. 1741.
                    - Rudolphus princeps de Anhalt Zerbst † 1622.
                      - Johan P. de Anh. Zerbst † 1667.
                        - Johan Ludewig P. de A. Zerbst † 1704.
                          - Christian August P. de A. Zerbst n. 29 Nov. 1690 † 1747.
                            - Friderich August n. 8 Aug. 1734.
                            - Victor Amadeus n. 21 May 1744.
- Albertus dux Saxoniæ Angariæ et Westfaliæ 1215, 1228, 1235, 1239, 1256, 1260. vxor eius Helena filia Ottonis pueri Brunsuic. ac Luneburg. ducis, quæ † 1270. Sator ducum Saxoniæ stirpis Lauenburgicæ.
- Sophia abbatissa Gerenrodensis 1223.
- Hermannus præpos. Halberstadensis 1252.
- Magnus præpos. Lubecensis 1252.
- Woldemarus 1333.
  - Woldemarus.

§. 189.

Tradidit uuracheri pro remedio animae patriſ ſui in uilla quae dicitur *homa* (M) familiam unam cum terra quam deſeruit et in *liuithi* (N) quidquid ipſe *bernhariuſ* (O) poſſedit de terra cum familia una teſteſ eſo heluco hranning uuido ſini edulſ *homa*. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 190.

Tradidit *uualdgeruſ* (P) pro anima patriſ ſui manſum medium in *aldan-*

(M) Villa *Homa* erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Huuetigo* ſita, qui erat, vti iam ſupra §. 3. not. (e) vidimus, in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano. In eadem regione haud procul a prædio Sandebeck, ad iura dominorum de Schilder pertinente, in epiſcopatu Paderbornenſi exſtitit *Homa* villa. De ea probe notandum eſſe duximus, inter teſtes quendam eodem nomine *Homa* inſignitum reperiri, quod ad confirmandam eorum ſententiam facit, qui affirmant, nomina hominum plerumque villis, quas ipſi incolebant, nomina dediſſe. De villa Homa.

(N) *Liuithi* villa itidem *in* eodem *pago Huuetigo* fuit, vti comprobat idem Regiſtrum noſtrum. Intelligitur autem *Olden-Lüde* ad diſtinctionem oppidi Lüde in epiſcopatu Paderbornenſi poſiti, quod iter dimidiæ horæ ab acidulis Pyrmontanis abeſt. Veterem illam villam *Liuithi* domini de Kannen olim ab eccleſia noſtra Corbeienſi habuere loco feudi. Sic v. g. *Hinrik Kanne van Lüde* anno 1437 in feudum recepit *dat Dorp Olden Lüde* et alia bona, teſtantibus litteris feudalibus ad eundem annum. Dudum vero eadem villa deſolata eſt, quæ natale ſolum fuit antiquiſſimæ familiæ, dictæ de Kannen, quæ poſtea tam in Saxonia ſuperiori, quam in Weſtfalia, alia bona acquiſiuit, vti documentis fide dignis in *Clientela Corbeienſi* demonſtraturi ſumus. Hæc autem procul dubio eadem villa fuit, in qua anno 785 Carolus M. natale domini celebrauit, quæ a Reginone appellatur *Linbidi*, in Annalibus Loiſſelianis *Luiidi*, in Annal. Bertinianis et Metenſibus *Luichidi*, et in Annalibus Caniſii *Lutundi*. Genuinum vero eius nomen fuiſſe *Liuithi* ex noſtris traditionibus apparet. De villa Liuithi.

(O) An hic *Bernharius* pater fuerit *Wracheri*, quærere quis poſſet, et perhibere, eundem *Bernharium* fuiſſe Bernheri, quem ſupra §. 104. not. (n) pro nepote Brunonis Angariorum ducis venditauimus. Quodſi enim hoc ita eſſet, vti id probabile videtur, nouum haberemus argumentum pro confirmanda ſententia noſtra, Brunonem ac Widekindum duces eadem ſtirpe fuiſſe procreatos. Etenim iam ſupra demonſtrauimus, eadem in regione quoque poſteros Widekindi ducis bona quædam poſſediſſe. De Bernhario.

(P) Si ea, quæ Herifordenſes olim de *Waltgero* ſuo fabulati ſunt, quem comitem Herfordenſem atque abbatiæ ſuæ fundatorem dixere, hic repetere vellemus, bonam haberemus occaſionem in medium afferendi multa. Sicco autem iam pede ea transſilimus, alio tempore oſtenſuri, quis verus fundator iſtius collegii illuſtris fuerit. Interim Wigandus quidam, presbyter Bilefeldenſis, ex fabulis mulierum Herfordenſium vitam iſtius *Waltgeri* compoſuit, quam C. F. Paulini *commentario* ſuo *de pagis* p. 281 ſeqq. inſeruit, fabuloſam multisque næuis ſcatentem, quam miror etiamnum hodie Herifordenſibus probari. Patrem *Waltgeri* nominat iſte Wigandus *Deddam* et matrem *Ecwi*, auum vero *Adolphum*, Widekindi Saxonum regis a ſecretis, eosque locum Dorinberg, in comitatu Rauensbergico reperiundum, poſſediſſe; *Waltgerum* vero abbatiam Herfordenſem tempore Ludouici pii inſtituiſſe, eidemque Swalam abbatiſſam præfeciſſe, atque *omne patrimonium ſuum* dediſſe, aſſerit. Quemadmodum vero ex diplomatibus noſtris euidentiſſime apparet, Hludouuicum cæſarem, non *Waltgerum*, fundatorem iſtius monaſterii exſtitiſſe, neque Swalam, ſed Tettam ibidem primam abbatiſſam fuiſſe, de qua egimus ſupra §. 99 not. (I); ita ex hac traditione noſtra tota illa narratiuncula de iſto *Waltgero* transfoditur et corruit. Si enim pater *Waldgeri* vixit vſque ad tempora abbatis Corbeienſis Adalgarii (eo enim gubernante Corbeiam Waldgerus pro requie animæ patris ſui medium manſum donauit), *Waldgerus* tempore Ludouici pii *locum diuinis famulatibus* De Waldgero.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

danthorpe quod est in *thiadmelli* (Q) testef geruuig eyno fini offo et alii quat..or.

§. 191.

Tradidit hildidag et helmhold in *liudbertesheff* (R) pro anima fratrif sui

aptum inſtituere, opus præimaginatum in Olden-Heruorde perficere, eique omnem hereditatem ſuam commodare non potuit, vti Wigandus de *Waltgero* ſuo prædicat. Quis enim ſanæ mentis credere poterit, filium, patre adhuc viuo, habuiſſe copiam omne patrimonium ſuum elargiendi et effundendi? Patre vita decedente id facere potuiſſe *Waldgerum*, dare poſſumus. Neutiquam vero, adhuc eodem vitam degente, id fieri potuit.

De pago Thiadmelli.

(Q) *Thiadmelli pagus* reperitur quoque in *Vita Meinwerci* Tom. I. Leibn. p. 533. num. 41. eique tribuuntur villæ *Brochuſen* et *Smitheſſun*. *Brochuſen* hodie appellatur *Brokhuſen*, et vicus eſt in comitatu Lippiaco inter Harentrup, Vinsbeck atque Oldendonop; *Smitheſſun* vero dicitur *Smediſſen*, inter Dethmoldiam et Horen vrbes eodem in comitatu ſita. Diploma quoddam epiſcopi Patherbrunnenſis Imadi, quod e manibus nobilis domini de Kannen accepimus, quodque integrum e MSpto exhibebimus in Hiſtoria noſtra Corbeienſi, collocat in pago Thiatmelli 1) *ſiluulam Bennenberge*, per quam eruditiſſimus D. Grupe *Orig. Pyrmont.* p. 9. ſeq. intelligit ſiluulam quandam in præfectura Swalenberge inter vicum Brakelſik (non Brakelſul) et arcem Schider. Hæc vero non eſt huius loci, quia ibi pagus Huuetigo erat. Melius ergo eadem ſilua quæritur iuxta villam iam dictam Brokhuſen, vbi reperitur *Bennenholt*, et non procul abeſt *Bennelohe*, quæ ſiluæ melius ad pagum *Thiadmelli* congruunt. 2) *Remikenhuſen*, hodie dictam *Remgeſen*, haud procul a vico Smeſen in comitatu Lippienſi, et 3) *Aldenthorpe*, quæ eadem villa eſt, quæ in hoc noſtro §. inuenitur, et hodie *Oldendorp* nuncupatur, atque in eodem comitatu inter oppidum Horen et arcem Exterenſtein exſtat. Hiſce præmiſſis annotandum eſt, pagum *Thiadmelli* in hiſtoria Romana et Francica eſſe celebratiſſimum. In eo enim *ſaltus Teutoburgienſis*, ad quem, teſte Tacito *Annal.* lib. I, regnante cæſare Auguſto, Quintilius Varus cum exercitu Romano occubuit, cæſus ab Harminio, Cheruſcorum duce. In eodem pago Carolus Magnus, rex Francorum, celebrem egit triumphum. Refert enim Eginhardus in vita eius, Carolum iuxta montem, qui *Osnegge* dicitur, in loco *Thietmelle* nominato cum Saxonibus acie conflixiſſe, in quo, Carolo viriliter pugnante, Saxones cum Widekindo terga verterint, ac Franci victores exſtiterint ita, vt magna ibi multitudo Saxonum ceciderit, et pauci fuga euaſerint. Nomen autem ſuum pagus *Thiadmelli* a vetuſtiſſimis incolis Teutonis accepiſſe ac retinuiſſe videtur. Eiuſdemque pagi *Thiadmelli* reliquias eſſe, vrbem *Detmoldiam*, ſedem dominorum comitum Lippienſium celeberrimam, putamus. *Mallum Teutonorum* videtur nomini ſubeſſe.

De villis Liudbertesbus Haddesbus et Vatu.

(R) Nouum hoc loco deprehendimus argumentum confirmandi ſententiam, cui congruenter arbitramur, *pagum Guddinge* non in principatu Göttingenſi, ſed in ea ditionis Homburgicæ parte, exſtitiſſe, quæ inter caſtrum deſolatum Hoinboken, atque oppidum *Elze* reperitur. Villæ enim *Liudbertesbus*, *Haddesbus* et *Vatu* in Regiſtro noſtro *in pago Guddinge* poſitæ inueniuntur. Quæritur ergo primum, vbinam villa *Liudbertesbus* poſita fuerit? Reſpondemus, illam deprehendi inter Deinſen, Banteln atque Hoyerhuſen, atque hodie appellari *Lübbrechtſen*. Deinde *Haddesbus* non procul abfuit a vico Brunckenſen in ducatu Brunſuicenſi iter dimidii milliaris ab oppido Alfeld, in epiſcopatu Hildeſienſi. Quamuis enim villa *Haddesbus* vicum Hoyerhuſen fuiſſe videri poſſet, *Haddesbus* tamen villa inter deſolatas recenſenda erit. *Hohnſen* dictus fuit locus poſtea, dudum ruinis inuolutus, olim inter Alfeldam et Förſte ſitus. *Vatu* vero villa denique inter *Haddesbus* et Brunckenſen exſtitit, et iam funditus deleta eſt. De hiſce locis in clientela Corbeienſi pluribus agemus. Iam autem quæritur, ad quamnam familiam tres fratres *Hildidag*, *Helmhold* et *Ludbertus* ſint referendi? Reſpondemus, eos probabiliſſime ad progenitores comitum de Altafago ſpectaſſe. Cum enim iam ſupra §. 104 not. (n) Richardum quendam,

ſui ludberti quidquid in illa uilla habuerunt et quod in *haddeſhuſ* et quod in *uatu* habuerunt teſteſ ailbertuſ rechard uuidugo beya et alii VIIII. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 192.

Tradidit ſiuuuif pro remedio animae ſuae in *ammarki* (S) quidquid habuit teſteſ hildiuuarduſ bozo bodi marcbern et alii VI.

§. 193.

Tradidit eilbertuſ pro remedio animae rikerdi medietatem de terra quam ipſe poſſedit in *pago* qui dicitur *fleithi* (T) in uilla quae appel-

dam, qui hoc loco *Rechardus* appellatur et inter teſtes reperitur, inter progenitores dominorum de Hoinboken retulerimus, veriſimiliter hi tres fratres *Richardi* eiuſdem conſanguinei fuere. Ergo non potuerunt non hi tres fratres fuiſſe filii vel *Helmrici* vel *Adelhardi* nepotum Angariorum ducis Brunonis. Videtur *Ludbertus* conditor fuiſſe villae *Liudberteshus*.

(S) *Ammarki* villa erat *in pago Scotelingo*, teſtante noſtro Regiſtro antiquiſſimo bonorum abbatiae Corbeienſis. Cum vero huius pagi mentionem iniiciendi occaſionem nondum habuerimus, munus atque officium erit noſtrum, in ſitum eiuſdem pagi ſtudioſe inquirendi. Arbitramur ergo pagum *Scotelingo* eundem fuiſſe pagum, qui in diplomate S. Bernwardi appellatur *Scotelingen*, cui anno 1022. tribuuntur villae *Himdisdare* et *Hogereſen*, quae probabiliſſime ſunt *Himmelsthür*, haud procul ab vrbe Hildeſia in praefectura Steuerwald, et *Heyerſen* in praefectura Poppenburg intra epiſcopatum Hildeſienſem. In eadem vero regione deprehendimus vicum *Emmerke*, locum praefecturae Steuerwald, quem villam *Ammarki* eſſe ſtatuimus. Cum autem vicus Emmerke non procul abſit a monaſterio Eſcherde, quod olim quidam nobiles domini dicti de Eſcherde, et vaſalli Corbeienſes incoluerunt, fortaſſis *Siuwif* in progenitoribus dominorum de Eſcherde eſt referendus. De pago Scotelingo et villa Ammarki.

(T) Situm *pagi Fleithi* inueſtigaturi, primo debemus illum probe diſcernere a *pago Flotwita*, qui C. F. Paulinio in commentario de pagis ne quidem, quantum ad nomen adtinet, fuit cognitus, atque a doctiſſimo Caſp. Abelio in *Antiq. Saxon.* in terris epiſcopatus Hildeſienſis quadam cum fluctuatione collocatur. Eundem ergo pagum accuratiori conſideratione eſſe dignum, nullus non ſentiet, inprimis cum tabulae publicae Heinrici Saxoniae ducis ac comitis palatini ad Rhenum adhuc anno 1203. eiuſdem pagi, licet is non admodum luculente nominetur, mentionem iniiciant. Ex his elucet, dimidium *Flotwede*, quod fuerat Heinrici Leonis patris eius, parti Ottonis IV Romanorum regis ceſſiſſe. Ita enim verba in eodem diplomate habent: *In alio latere a Brunſwic vſque Flotwede terra ſua eſt, et ipſum Flotwede dimidium a Flotwede vſque Honouir terra ſua eſt.* E quibus verbis colligimus, prouinciam: *Flotwede*, de qua meminit diploma, fuiſſe in ducatu Luneburgico ab vrbe Brunſwiga ſeptentrionem verſus, verſus vrbem Zelle, et procurriſſe occidentem verſus vſque ad fines ducatus Hannouerani. Et vt hoc palam fiat omnibus, ipſas villas, huic pago in antiquis chartis attributas, producere et exhibere libet. Ex his eadem opera conſtabit, pagum *Flotwita* contiguum fuiſſe verſus ſeptentrionem pago *Bardengo*, verſus orientem pago *Derlingo*, et verſus meridiem pago *Falhon*. Hoc autem vt euidentiſſime probemus, praemittemus verba diplomatis fundationis monaſterii Wynhuſani de anno 1233, e quibus apparet, *locum Wynhuſen ſuper Aleram fluuium dictum eſſe antea Huginhuſem, eiuſque proprietatem cum omnibus ſuis pertinentiis tam in temporalibus quam in ſpiritualibus ad ius epiſcopale Hildeſimenſis eccleſiae pleno iure pertinuiſſe, et hanc proprietatem Conradum epiſcopum Hildeſimenſem ad complimentum deſiderii Agnetis Heinrici ducis Saxoniae et comitis palatini Rheni coniugis contuliſſe ancillis Chriſti ibi Deo perpetuo ſeruituris.* Hanc autem terram eccleſia Hildenesheimenſis tempore Acelini epiſcopi anno 1052. iam acquiſiuerat, teſtante diplomate caeſaris Heinrici III, quod e MSpto inſerimus: De pagis Fleithi et Flotwita.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

appellatur *feguſte* hi teſtef huiuſ ſini iſger edulf hrodald et alii treſ.

§. 194.

℄ In nomine ſc̄ǣ et indiuiduae trinitatiſ: Heinricuſ diuina fauente clementia romanorum imp̄ēr: auguſtuſ. Nouerint omneſ Xp̄ī noſtriq; fideleſ tam futuri quam p̄ſenteſ quod noſ ob remedium animę noſtrę noſtriq;. thori ac regni conſortiſ ſcilicet Agnetiſ imperatriciſ auguſtę ſimulq;. parentum ñr̄ōrum Hildeneſheimenſi eccleſię memoreſ ſeruitii ueñēr̄.. Acelini eiuſdem eccleſię ēp̄ī quoddam ñr̄ę̄. poteſtatiſ p̄dium *huginhuſen* dictum quod in ñr̄ām proprietatem per manum Theodorici comitiſ a Vultenſi eccleſia recto & laudato concambio cum duobuſ ſcilicet lociſ *rondincheim* & *ſalſaha* dictiſ facto ceſſit *in comitatu* uidelicet *Brunoniſ comitiſ* & *in pago flotwvita* ſitum cum omnibuſ pertinentiiſ ſuiſ in proprium tradidimuſ areiſ ędificiiſ agriſ pratiſ campiſ paſcuiſ terriſ cultiſ & incultiſ ſiluiſ uenationibuſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ molendiniſ moliſ piſcationibuſ exitibuſ & reditibuſ uiiſ & inuiiſ quęſitiſ & inquirendiſ & cum omni iure & utilitate quę ullo modo poterit inde prouenire. ea uidelicet ratione. ut p̄dictuſ ēp̄ūſ eiuſq;. ſucceſſoreſ de eodem p̄dio a modo liberam habeant poteſtatem poſſidendi commutandi prę̄cariandi uel quidquid ei placuerit ad utilitatem predictę ēc̄ēlię inde faciendi. Et ut hęc ñr̄ę̄ auctoritatiſ traditio ſtabiliſ & inconuulſa omni ęuo permaneat hoc praeceptum inde conſcriptum manu propria corroborante ſigilli ñr̄ī impreſſione iuſſimuſ inſigniri.

Signum domni Heinrici tertii regiſ



ſc̄dī Romanorum imperatoriſ inuictiſſimi.

Wintheriuſ cancellariuſ uice luitboldi archi cancellarii recognoui Data VI non. martii anno dn̄īc̄ę incarnationiſ MLII. indict. V. anno autem domni Heinrici tertio regis imperatoris autem ſc̄dī ordinationiſ eiuſ XXIIII. regni quidem XIII. imperii VI. actum Trutmannię in nomine d̄ī feliciter amen.

Sigillum vide in Tab. IV, n. 1.

Quodſi igitur prædium *Huginhuſen in pago Flotwita* mutato nomine poſtea *Wynhuſen* appellatum eſt, ſequitur, inde pagum *Flotwita* in eadem regione, in qua monaſterium *Wynhuſen* reperitur, exſtitiſſe. Iam autem coenobium *Wienhuſen* inuenitur in Principatu Luneburgico ad Aleram fluuium, vnumque milliare circiter diſtat ab oppido Zelle. *Pagus Flotwita* ergo circa Wienhuſen atque vrbem Zelle olim exſtitit. Vt vero longitudinem et latitudinem eiuſdem pagi ante oculos nobis quoque ponere poſſimus, villas, in eodem pago olim obuias, exhibere debemus. Hæ ſunt ex fide diplomatum quorundam: 1) *Alenhuſen* 1022. *Ahlſe* in præfectura Burgtorf. 2) *Eddinkhuſen* 1022. *Eddeſſen* in præfectura

§. 194.

Tradidit reinheri quidquid in *cogharden* (U) habuit pro patre suo et matre et cunctis quibus huiusmodi debitor uoti fuit testes hemmo maynhard. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 195.

ctura Meinersen, vel Edemissen in præfectura Nienburg. 3) *Scelhusen.* An indicatur *Schewen* haud procul ab vrbe Zelle? 4) *Wendelingeroth.* An *Widenrode* in præfectura Wienhusen, vel Wienrode in præfectura Meinersen designatur? 5) *Hardeshem, Hardese* in præfectura Meinersen. 6) *Siradeshen*, Sehershusen in præfectura Meinersen. 7) *Sceptice* (forte legendum Sceplice) Scheppelse. 8) *Watillogon*, Watlingen in der Amtsvogtey Eicklingen. 9) *Utison, Uitze* in præfectura Meinersen, vbi est prædium dominorum, a Lüneburg cognominatorum. 10) *Rainaldinghusen* infra §. 298. et 11) *Hrodwardeshus* §. 445. Roddensen in præfectura Nienburg designatur. Cum vero omnes hæ villæ in terris Principatus Luneburgici reperiantur, *pagum Flotwita* ibidem fuisse, recte statuitur. Ad quod accedit, eandem regionem vsque in hodiernum diem nomen suum antiquum retinuisse, et in maius et minus *Flotwedel* diuidi, ita, vt ad minus *Flotwedel* Bockelse, Fletmer, Hanbostel, Schelleshauekost et Wienrode, ad maius Flotwedel vero maior et minor vicus Eicklingen, Polmanneshauekost, Sandlingen et Scheppelse referantur. *Pagus* ergo *Fleithi*, seu vt in recentioribus chartis quoque appellatur, *Flenide* et *Flenche*, in alia regione quærendus est, et quidem partim in terris Principatus Wolferbuttelani, partim in episcopatu Hildesheimensi, præcipue intra præfecturam Winzenburgicam. Hoc enim indicat presbyter Tangmarus, si in Vita S. Bernwardi Tom. I. Leibn. p. 446. *Territorium* GANDENESHEMENSE, inquit, *situm* IN PAGO FLENCCHI *cum adiacentibus villis ad prouisionem Hildensemensium episcoporum, ex quo primum episcopia per Saxoniam sunt disterminata, certum est pertinere.* Cum igitur Tangmarus sine vllo dubio denotauerit regionem, in qua illustrissima abbatia Gandersheimensis inuenitur, nullum supererit dubium, quin *pagus Fleithi* a pago *Flothwitha* fuerit distinctus, atque ille in regione circa oppidum Gandersheim fuerit conspicuus. Ab oppido Gandersheim autem idem *Fleithi pagus* percurrit præfecturam Wintzenburgicam in terris episcopatus Hildesiensis. In hac deprehendimus villam *Aesibiki* seu *Esbike*, per quam designari credimus *Esbeck*, prædium Schottelianorum heredum, olim vero sedem quorundam dominorum de Esbike. Locus intra præfecturam Wincenburgi situs est, de cetero feudum Ducum Brunsuicensium. Si quis vero villam hanc Esbeke referre maluerit ad pagum Aleringe, eum haud oppugnabimus. Exstat enim prope Gandershemium versus Leinam villa Hekenbeke, olim Hattichesbeke et Esbeke adpellata. Ex ipsa vero præfectura Wintzenburgica ad hunc pagum referuntur, 1) *Tzelensted, Sellensted* quondam sedes dominorum de Ruschenplaten, iam ad iura Baronum de Wrisberg et Göritz spectans, 2) *Holthusen*, quæ est vel *Langen-Holtzen*, iter vnius horæ a vico Sellensted distans, vel *Wrisberg-Holtzen* vicus, sedes dictorum dominorum de Wrisberg et Göritz, iter dimidiæ horæ a vico Sellensted distans, et adhuc anno 1291 in bulla quadam PP. Nicolai IV. nominatus *Holthusen Hildesemensis diecesis*, 3) *Grafta*, Grafel vicus, qui propior est villæ Sellensted, quam vicus Wrisbergholtzen, 4) *Pezum*, Petze a Wrisbergholtzen vix iter vnius horæ distans septentrionem versus, Baronibus de Wrisberg obnoxius: 5) *Westfelde* (supra §. 107. *Westfelde*,) cuius ecclesia est filia ecclesiæ in Wrisbergholtzen, licet sacellum quoddam ibi instituerint ante aliquot annos Benedictini. 6) *Segusle*, Segeste, cuius ecclesia itidem filia est ecclesiæ in Wrisbergholtzen, a quo vico ne quidem iter dimidiæ horæ hic vicus abest. Hæc singula ex propria inspectione referimus. Iam supra §. 177. diximus, *marcam Flethunum* et in illa villam Billurbeke, id est, Bilderbeck, locum præfecturæ Gandersheim ad Leinam, probabilissime terminum indicauisse pagorum *Fleithi*, *Rittiga* et propemodum *Hlirgo*.

(U) *Cogharden* erat *in pago Wikanauelde*, et hodie dicitur *Kayer*, locus præfecturæ Grene in dynastia Homburgica. De villa Coghardeu.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 195.

Tradidit uuygsuit et merio pro anima fratris sui uualdonis iurnales XXX. in *thuresloun* (W) testes cutuman thiadbold hem et alii VI.

§. 196.

Tradidit . . . . . pro patre suo madaluuini et fratre suo reduuard mansos tres in *scaftun* (X) testes folcmer heriman.

§. 197.

Tradidit adalbodo quidquid in *uffenhus* (Y) habuit testes eysulf adaluuard marcuuard et alii VIII.

§. 198.

Tradidit hogerus pro omnibus quibus debitor erat mansos duos cum familia una testes gebuini presbyter hrodgerus bardilo adaluuardus et alii XVI.

§. 199.

Commemoratio traditionis quam tradidit *meresuit* et filia eius *Siburg* id est quidquid habuerunt in *osdagheshus* (Z) quam traditionem post mortem matris suae ipsa siburg renouauit coram reliquiis scōrum martyrum stephani atque uiti martyrum testes ysgerus eylbertus uueringerus hroddag hildiuuin et alii XV.

§. 200.

Tradidit *reddag* quando filium suum obtulit ad reliquias scōrum martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in *aruuitti* (a) testes

De villa Thuresloun.

(W) De villa *Thurisloun* in pago Hessi Franconico vide supra §. 60. not. (y).

De villa Scaftun.

(X) *Scaftun* villa in nostro Registro cum additamento pagi non reperitur. Nescimus ergo, quinam vicus intelligi debeat. Interim sunt quædam villæ, quæ aliquam similitudinem cum nostra habent, nempe Schotten in Darmstadiensi, Schachten in Cassellensi, et Scoyde in Schaumburgico tractu. Sed nihil, vti decet, definimus in re tam obscura.

De villa Uffenhus.

(Y) *Uffenhus* villa erat *in pago Logne*, teste nostro Registro antiquissimo bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeiensis. Intelligimus ergo vicum *Offensen* in præfectura Usler, situm intra principatum Göttingensem, in quo, vti supra §. 33. not. (u) demonstrauimus, pagus *Logne* reperiebatur. De *Adalbodone* atque *Adalwardo*, ad stemma Brunonianum referendis, iam egimus supra §. 104. not. (n) perhibentes, eos fuisse fratres, et simul nepotes potentissimi Brunonis, Angariorum ducis, cuius castrum erat, vt videtur, Brunonisburgum cum territorio adiacenti. Ab hoc castro villa *Uffenhus* circiter duo milliaria abest.

De villa Osdagheshus.

(Z) Vinculum intercedere huic §. cum §. 187, res ipsa loquitur: quidquid enim loco laudato mater tradidit, filia eius hic confirmat. Nomen autem hæc villa *Osdagheshus in pago Suilbergi* a quodam Osdago, qui eam incoluit, videtur nacta. An idem sit is, qui supra §. 104. not. (k) inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi refertur, dicere non habeo. Nec affirmo, eundem Osdagum huius Meresuit fuisse coniugem. Illud interim patet ex §. 203, Osdagum quendam inter testes fuisse præsto, cum in Dassila villa eiusdem pagi Suilbergi monasterio nostro quædam traderentur.

De villa Arwitti.

(a) Villa *Arwitti* sita erat *in marca Sturmethi*, teste nostro *Registro*. De marca Sturmethi in ducatu Westfaliæ dixi supra §. 176. not. (r) et §. 178. not (w). Videtur noster Reddag idem fuisse, qui §. 176. in eadem marca quædam donauit.

ſteſ *herimannuſ* (b) *lutheri* (c) *bardo* (d) *haolduſ* (e) et alii IIII. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 201.

Tradiderunt *thiadricuſ* et *ſibodo* et *gamer* fratreſ (f) quidquid habuerunt in uilla *upmaim* (g) pro remedio animae matriſ

uit. Hunc ſupra §. 104 not. (†††) pro nepote Widekindi M. venditauimus.

(b) An hic fuit *Herimannus* idem, quem ſupra §. 169. inter teſtes deprehendimus et not. (v) ad familiam Widekindeam retulimus? De Herimanno.

(c) *Lutheri* an fuerit quidam e familia Lothariorum, de quo egimus §. 188, incertum. Fortaſſis Lutharius I, propinquus Folclog neptis Widekindi Magni deſignatur. De Lutheri.

(d) *Bardo* videtur fuiſſe, immo ſator principum Waldeccenſium, vicinus et conſanguineus. De Bardone.

(e) De *Haoldo*, inter progenitores comitum Lippienſium referendo, vide ſupra §. 104. not. (n). De Haoldo.

(f) De his tribus fratribus, ad ſtemma Billinganum referendis, vide ſupra §. 104. not. (w) vbi etiam maxima cum veritatis ſpecie aſſerui, matrem eorum fuiſſe filiam ducis Oſtfalorum Heſſi. De Thiadrico, Sibodone et Gamero.

(g) *Upmaim* villa erat *in pago Saltgo*, teſte noſtro Regiſtro ſæpiſſime excitato. Occaſio ergo nobis datur in ſitum eius pagi inquirendi. Vt autem hoc ipſum breui expediamus, nonnihil ex diplomatibus arceſſamus neceſſum eſt. Ex diplomatibus Heinrici III ad annum 1051, et Heinrici IV ad annum 1057 apparet, eundem pagum ſitum fuiſſe in eadem regione, in qua pagi Nortduringen, Darlingen et Valen exſtitere. Hi omnes in Oſtfalia conſpicui fuerunt, vti iam ſupra demonſtrauimus. Pagus ergo *Saltgo* in Oſtfalia exſtitit. Conterminum fuiſſe eundem pagum pagis Derlingen et Valen, ex eodem diplomate Heinrici III licet intelligere. Bruno enim comes eiusque filius Luitolffus, eiusque filius Ecbrecht, in ante dictis quatuor pagis comitatum ſuum habuerunt. Inter hos Luidolfus iam anno 1038 mortuus erat, vti iam ſupra §. 104. not. (n) demonſtrauimus. Pagus ergo Saltgo anno 1051 non amplius erat in comitatu Brunonis, licet Ill. Chr. Vlricus Grupenius in *Diſcept. Forenſ.* p. 550. ita ſenſerit, niſi deſignarit Brunonem, fratrem marchionis Ecberti, aduocatum Corbeienſem. Quodſi igitur in epiſcopatu Hildeſienſi intra præfecturam Liebenburg inuenimus vicum *Uppen*, inter Lutteram iuxta Bauenberge, Walmoden ſeu Nien-Walme, Liebenburg et Hari; nemo nos erroris arguere poterit, ſi per villam *Upmaim* vicum *Uppen* intelligamus. Eundem pagum *Saltgo* contiguum fuiſſe pago Falhon ſeptentrionem verſus ex villa *Gutſtete* apparet, quippe quæ ad pagum Salzgewe refertur in *Tradit. Fuld.* p. 301. num. 20. his verbis: *Ego Hawart de Saxonia trado S. Bonifatio bona mea in Salzgewe Lerun et Gutſtete et in Hetilendorf et in Geizheres cum mancipiis et prole eorum numero LXXX.* Gutſtede enim erat Guſted ſub inſpectione Barum. *Geizheres*, *Gitter*, non procul ab oppido Salzliebenhalle, *Lerun* eſt villa deſolata olim non procul a vico Manerten ſita; Hetilendorf autem eſſe poſſet Hallendorf, quæ in membranis antiquis *Hedelendorp*, et adhuc anno 1347 *Hedelendorpe* apellatur, quæque iacet in ducatu Brunſuicenſi in inſpectione Barum. Eccleſia eius eſt filia eccleſiæ in Engelnſted. Quodſi vero mauis intelligere vicum Handorf in præfectura Liebenburg, per me licet, præeunte iam B. I. Lauenſteinio. Verſus orientem confinis erat *Saltgo* pagus pago Derlingi. Id enim comprobamus ex §. 298, vbi in noſtris Traditionibus villa *Gellithi* eidem pago *Saltgo* tribuitur, quæ ſine dubio vllo eſt *Gielde* in Sladem præfectura epiſcopatus Hildesheimenſis trans fluuium Ouacram; cis flumen Ouacram autem villa Achem in pago Derlingi erat, quæ procul dubio eſt Achem, haud procul ab oppido Horenburg ſita, ad ditionem Baronum de Steinberg ſpectans, in ducatu Brunſuicenſi poſita ſub inſpectione Kiſſen- De pago Saltgo et villa Upmaim.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

trif eorum teſtef uuulfrid *odo* item *odo*. (h) hranning bilif folcmaruf et alii duo.

§. 202.

Tradidit eiſe quidquid habuit in *bortrun* (i) pro anima ioco-

Kiſſenbrück. Sed vndenam bona in villis *Upmaim* et *Gellithi* in manus dominorum, ex familia Billingana procreatorum, peruenerint, curioſe videris ex nobis quærere. Reſpondemus pauca pro inſtituto. Id quodammodo, quod ſcire laboras, intelligitur ex §. 104, vnde conſtat, *Thiadricum*, *Sibodonem* et *Gamerum* fratres, coheredes fuiſſe Adalrici ſeu ducis Oſtfalorum Heſſi, quem bona ampliſſima in pagis Norththuringi et Derlingi, ac domicilium ſuum habuiſſe in caſtro Aſſeburgo haud procul vicis Chirſenbrucge et Nienthorpe. Probabiliſſime coniectare licet, ex hereditate eiuſdem ducis fuiſſe bona, quæ in pago *Saltgo* iſti fratres monaſterio noſtro tradidere; hosque veriſimillime exſtitiſſe ſatores comitum de Sladem dictorum, qui eadem in regione comitatum ſuum habuerunt.

De Ottone et Ottone.

(h) Num ex his duobus *Ottonibus* vnus eſt is, quem ſupra §. 188. fratrem Fritherici ſatoris comitum Walbeccenſium atque Anhaltinorum appellauimus? Nihil definio.

De pago Agrotingun et villa Bortrun.

(i) Præſtantiſſimum hic habemus paragraphum, ſi cum noſtro Regiſtro MSpto, in quo villa *Bortrun* ponitur *in pago Agrotingon*, conferre eum fueris dignatus. Vt autem eundem locum accurate extricemus, præmonendum eſt, vocabulum *Ioconis*, pro cuius anima hic quædam traduntur, in membrana codicis noſtri ob vetuſtatem diſtincte legi non potuiſſe. Videtur ei ſubſtituendam eſſe vocem *Cobonis*. Super litteram c lineola erecta adeſt, et cum ſuper litteram i numquam eo æuo exſtet punctum, veriſimillime genuina lectio erit *Cobonis*. Hoc monito præmiſſo, putamus, ſermonem hic eſſe de *Cobbone*, fratre *Luidolfi* ducis, filio *Ecberti* ducis, quem ſupra §. 104. not. (n) credidimus fuiſſe ſatorem comitum Tecklenburgicorum. Atque hoc ipſum comprobant bona, quæ *Eiſe*, forte *Cobbonis* vxor, pro eius ac *Thiadulfi* anima tradidit. Veriſimillimum ergo eſt, quod l. c. ex Erdmanno relatum legimus, *Cobbonem* noſtrum anno 873 mortuum eſſe. Id enim cum his traditionibus congruere videtur. Cum enim infra §. 208, 210, et 224 mortuo *Cobbone* noſtro eius frater Luidolfus, quem anno 875 vitam cum morte commutaſſe perhibent, adhuc inter viuos numeretur, *Cobbonem* ante annum 875 e vita exceſſiſſe oportuit. *Thiadulfus* autem videtur filius *Cobbonis* fuiſſe, cum inter *Cobbonis* poſteros alium Theodulfum deprehendamus. Plures præterea Theodulfi in eius familia eſſe potuerunt, quorum nomina in annalibus non adſeruata. Hiſce præmiſſis, *pagum Agrotingon* inueſtigare libet. Huius autem verum ſitum indicant diplomata ſequentia, quæ ex originum litteris accurate exhibemus. En vnum.

℣ In nomine dñī dei et ſaluatoriſ ñrī Ihu Xpī Hludouuicuſ diuina repropitiante clementia imperator auguſtuſ. Si liberalitatiſ nrae munere de beneficiiſ a deo nobiſ conlatiſ lociſ deo dicatiſ aliquid conferimuſ id nobiſ et ad mortalem uitam feliciter tranſigendam et ad aeternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimuſ. idcirco notum fieri uolumuſ ōīūm fidelium noſtrorum tam praeſentium quam et futurorum ſagacitati quia petente uuarino uenerabili abbate qui monaſterium quod noua corbeia dicitur noſtra conceſſione in regimine habere dinoſcitur complacuit celſitudine ñrae quandam cellam iuriſ ñrī uocatam *meppiam* quae eſt conſtructa *in pago agrotingon* memorato monaſterio per hanc noſtram auctoritatem tradere ut perpetuo ſub eiuſ ditione cum omnibuſ ad ſe pertinentibuſ conſiſtat. Hanc ut diximuſ cellulam ſub integritate cum omnibuſ rebuſ ac ſe pertinentibuſ et adſpicientibuſ id eſt baſiliciſ domibuſ ceteriſque aedificiiſ terriſ pratiſ ſiluiſ cultiſ lociſ et incultiſ mobilibuſ rebuſ et immobilibuſ mancipiiſ diuerſi

uersi sexus et aetatis memorato monasterio subditam esse facimus atque per hanc nostram auctoritatem ita condonamus et tradimus ut in iure eiusdem ac monachorum ibidem per tempora dō seruientium in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensius exequendum absque cuiuslib& diminutione et retractatione permaneat et nullus fidelium nostrorum ab eorum dominatione et potestate eam quoquo modo auferre aut in aliam quamlib& partem quacunque occasione transferre praesumat sed liceat memorato abbati eiusque successoribus ac monachis in memorato monasterio per tempora degentibus iam dicta cella cum omnibus ad eam pertinentibus ad dī et domni ñrī Ihu Xpī famulatum diligentius peragendum uti absq; cuiusquam contrarietate et quaecunque ad suos in domni ñrī ihū Xpī militia usus et necessitates pertinent adornare disponere iusteque efficere quatinus pro nobis coniuge proleque ñrā et pace ac stabilitate totius imperii a dō nobis commissi alacrius eos indesinenter domni misericordiam exorare delect&. Et ut haec ñrā auctoritas inuiolabilem et inconuulsam obtineat firmitatem manu propria adscripsimus et anuli ñrī impressione adsignari iussimus. guber-nante Corbeiam Adalgario.

Signum  Hludouuici sereniſſimi imperatoris

Hirminmarus notarius ad uicem Hugonis recognoui et ſſſ

data VII id. decemb. anno Xpo propitio XXI imperii domni Hludouuici piissimi augusti indictione XIII. actum blanciaco in nomine dī feliciter amen.

Sigillum est æquale illi, quod exhibuimus Tab. II, n. 6.

Hugo, ad cuius vicem Hirminmarus notarius hanc chartam subnotauit, in diplomate quodam eiusdem cæsaris Hludouuici ad annum 839 in Eccardi *Hist. Geneal.* f. 256 seq. Huggi & abbas Fuldensis et sacri palatii notariorum summus et frater Hludouuici imperatoris appellatur. Vnde discimus, quis ille Hugo fuerit, quantum eius nomen. Alterum diploma, quod adducere volumus, est Ottonis M. et tenoris sequentis:

℄ In nomine ſcāē et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria qualiter nos per interuentum dilecti fratris nostri Heinrici et uenerabilis abbatis bouonis ad monasterium ſcōrum martyrum stephani atque uiti monetam atque thelonium in loco *meppia* nominato. sito inter aquas *emisa* et *hasa* dictas. *in pago agrotingun* in comitatu *duringi comitis.* iure perenni in proprium donauimus. iussimus quoque inde hoc preceptum conscribi manu ñrā subtus signato et anuli ñrī impressione roborato.

Signum  domni ottonis sereniſſimi regis

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et ſſſ

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

data III kl. ianuarii anno incarnationis dñi DCCCCXLV. indict. secunda. anno autem domni ottonis piissimi regis decimo. actum *dalahem* in dī nomine feliciter amen.

Sigillum est idem, quod exhibuimus Tab. I, n. 5.

His litteris adiungimus præterea sequentes:

℣ In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina auxiliante clementia rex. nouerit ōiūm fidelium nostrorum sagacitas tam praesentium quam etiam futurorum qualiter nos per interuentum dilecti germani nostri brunonis et uenerabilis abbatis bouonis ad monasterium sc̄r martyrum stephani atq;. uiti quod corbeia nominatur bannum supra *duas uillas meppiun* nominatas. sitas iuxta fluuium *emisa* et *hase in pago agrotingon in comitatu thuringi comitis*. cum moneta et thelonio iure perenni in proprium concessimus. Iussimus quoque inde hoc presens prescriptum conscribi per quod uolumus firmiterq;. iubemus ut nullus iudex publicus in locis ante dictis ullam insuper exerceat potestatem iudiciariam nisi prefati legitimus aduocat⁹ abbatis. mercatum uero constituant publicum in illis ubicunq;. abbati placuerit locis pacemq;. firmissimam teneant aggredientes et regredientes et ibi manentes eodem modo sicuti ab antecessoribus nostris regibus iam pridem aliis publicis mercatorum locis concessum erat. et ut hec auctoritas nostra firma et stabilis permaneat manu nostra firmauimus et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum  domni ottonis inuictissimi regis

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et *fff.*

data III kl. iunii anno dominice incarnationis DCCCCXLVI. indict. III. regnante pio rege Ottone anno X. actum frosa in dñō feliciter amen.

Sigillum non est amplius integrum, sed fractum.

In his diplomatibus procul dubio est cella Meppia monasterium Meppen. *Duæ* vero *villæ*, *Meppiun* nominatæ sunt loca duo, nominatim vicus *Olden-Meppen*, et *oppidum Meppen*, in episcopatu quidem Monasterienſi, ad iura autem abbatiæ Corbeiensis vsque in hodiernum diem spectans, et Corbeiæ adhuc subditum. Florentius, 38 Episcopus Monasterienſis Seculo XIV medio fere Meppiam conuertit in vrbem. Otto IV, Comes Hoianus, Episcopus 41, castellum ei imposuit, defunctus a. 1424, 3. Oct. Ludouicus Pius locum donasse Corbeiensi Abbatiæ, refert Ditmarus p. 403. 418 Tom. I. Leibn. Corbeienses donationem hanc ad annum 834 figunt. Præpositura Meppensis in manibus est Corbeiensium æque ac magistratus infeudatio. Circa oppidum *Meppen* ergo *pagus Agrotingun* quondam exstitit. Ibi reperiuntur & confluunt fluuii *Emisa*, *die Ems*,

ioconiſ et thiadulfi teſteſ berthricuſ *uuigbertuſ* (k) adalgot eylharduſ et alii XV. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 203.

Tradidit *uuicharduſ* (l) pro remedio animae ſuae quidquid habuit in pago *ſuilberi* (m) in uilla, quae dicitur *daſſila* (n) teſteſ eyſulf rainharduſ *oſdag* (o) uuikger ſidag et alii X.

§. 204.

Tradidit adalharduſ quando filium ſuum obtulit ad reliquiaſ ſc̄ōrum martyrum ſtephani atque uiti manſum unum cum familia in loco qui dicitur *uuyrun* (p) teſteſ uuratheri luduuard ſneuuard erymbert.

§. 205.

Tradidit *gamer* (q) pro ſorore ſua helmburg quidquid habuit in *ſirikeſhuſ* teſteſ uuerinbert *thiadricuſ* ſibodo uolcmer biliſ erp et alii ſex.

§. 206.

Emſ, et *Haſa*, *die Haſe*. Eadem confirmantur e noſtro Regiſtro Bonorum Abbatiæ Corbeienſis, in quo huic pago *Agrotingon* tribuuntur 1) *Bortrun*, Borſen in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, 2) *Linduri*, Linderen in Emslandia, 3) *Ladorp*, Laſtorp, 4) *Lyongo*, Löningen, 5) *Lodon*, Laten, 6) *Sugila*, Sogel, 7) *Werelidde*, Werelte, 8) *Holtus*, Holthuſen in comitatu Lingenſi, et 9) *Burgiun*, Borg in epiſcopatu Monaſterienſi. Pagus *Agrotingon* ergo verſus ſeptentrionem contiguus fuit *Laingo* pago Friſiæ orientalis. De hoc ſupra egimus §. 8. not. (q). Adtigit verſus orientem pagum Leri ſeu Leriga in comitatu Diepholtano, de quo vide annotationes noſtras §. 35. not. (D). Verſus meridiem autem pago Hrecwiti in epiſcopatu Oſnabrugenſi, de quo vide §. 108. not. (s), pagus Agrotingun fuit confinis.

(k) *Wigbertus* an ad ſtemma Widekindeum referendus eſt? an filius Theodorici vel Hrothardi vel Heionis vel Thancmari fuit? De Wigberto.

(l) de *Wychardo*, ad progenitores comitum Daſſelienſium referendo, iam ſupra egimus §. 104. not. (b) et (l). De Wichardo.

(m) De *pago Suilberi*, intra comitatum Daſſelienſem olim obuio, vide ſupra §. 167. not. (Q). De pago Suilbergi.

(n) *Daſſila* villa nunc appellatur *Daſſel*, vrbs quondam primaria comitatus Daſſelienſis, pars Hildeſienſis epiſcopatus ſub præfectura Hundesrück. Conf. de hac villa diplomata, in *Addendis* prolata num 395. et 398. De villa Daſſila.

(o) De *Oſdago* vid. §. 199.

(p) *Wyrun* villa erat *in marca Sturmethi*, de qua vide §. 176. not. (r). Nunc appellatur *Verne*, locus ducatus Weſtfaliæ, vbi hominem proprium cum manſo poſſidet abbatia Corbeienſis, qui ad officium in Mönninghuſen, vulgo *das Vits Amt* dictum, refertur. De villa Wyrun.

(q) *Gamer* nominabatur ſupra §. 201. *frater Thiadrici* et *Sibodonis*, qui hic inter teſtes apparent. Inde concluſimus, hic deſignari eundem *Gamerum*, familiæ Bilinganæ inſerendum. Erat autem villa *Sirikeshus in pago Falhen*, Regiſtro noſtro teſte. Deſignatur per eam vicus *Sierſe*, intra præfecturam Wolffenbuttel ſitus, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam Bethmar ſub inſpectione Bahrum. Eam ob cauſam putauimus ſupra §. 104. not. (w) vnum ex his fratribus fuiſſe ſatorem comitum de Olsburg, inter Saxoniæ noſtræ comites quondam celeberrimorum, quorum caſtrum Olesburch olim in vico Olsburg ad Fuſam fluuium in ducatu Brunſuicenſi ſub præfectura Lichtenberg exſtitit. Collegium canonicorum De Gamero et villa Sirikeshus.

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

§. 206.

Tradidit offuuarduf X. iurnalef in *blekifi* fiue in *anadapun* (r) teftef amalung dudo unroc ragenheri uuerinheri.

§. 207.

Tradidit gerho pro anima patrif fui landfrid quidquid habuit in *affneti* (s) teftef *ecbert* huuelp frithuger uuido et alii XII.

§. 208.

Tradidit bunico in *ungretun* (t) quidquid ibi habuit hac difpofitione ut

rum defiit fub Iulio duce et in præpofituram conuerfum, quæ iam datur beneficio dominis de Hohenrod ex Veltheim an der Ohe, vti ex membranis generofi domini *Anthonii Wilhelmi de Hohenrod*, liberaliffime nobifcum communicatis, didicimus. Plura dederunt Gen. de Goebel et Noltenius.

De villis Blekifi et Anadapun.

(r) De villis *Blekifi* et *Anadapun* in diœceft Paderbornenfi egimus in *Clientela Corbeienfi.*

De villa Affneti.

(s) *Affneti* villa in Regiftro noftro non reperitur. Nefcimus ergo, quis vicus intelligi debeat. Probabiliter autem denotari credimus vicum Oeffte, ditionis dominorum de Eller, vel Affen, ad Lippiam haud procul Herfelt vico commorantium.

De villa Ungretun et pago Auga feu Ahugo.

(t) Villa *Ungretun* in nulla alia prouincia, nifi in Saxonia noftra quærenda eft. Probabile videtur, eandem villam intelligi, quæ in Traditionibus Fuldenfibus *Ungerodet* appellatur, et ad Wiferam in pago *Ahagewe* collocatur, quem pagum hæ traditiones fupra §. 45. pagum *Ahugo* nominant, et in eo villam *Odnotheshus* collocant. Cum noftrum Regiftrum, villam *Ungretun in pago Auga* fuiffe, atteftetur, arbitramur, pagum *Ahugo* atque *Ahagewe* cum pago Auga vnum eundemque fuiffe. Quemadmodum enim ad hanc vfque ætatem a nullo demonftrari eruditorum potuit, vbinam pagus *Ahagewe* atque *Ahugo* olim exftiterit, ita nullus fitum villæ *Ungerodet* demonftrare potuit. Nec nos fitum villarum *Odnotheshus* atque *Ungerodet* in diœceft Corbeienfi inuenire potuimus. Inde olim nos putaffe fatemur, *Ahugo* atque *Ahagewe* feparatos pagos ab *Auga* pago fuiffe. At vero per litteras edocti fumus, veftigia fupereffe in principatu Corbeienfi tam villæ *Odnotheshus*, quam villæ *Ungretun*. Loca ipfa fuperfunt circa vicum Brenckhufen, atque appellantur *Ottensgrund*, atque iugera Ungerenfia vulgariter *das Ungerifche Land* quæ reperiuntur in campo dicto *das Klaus Feld* ad viam, quæ ducit ad filuam dictam *der Sträljebufch*. Maxima igitur veritatis fpecie adfulgente, ftatui poffe videtur, villas *Odnotheshus* atque *Ungretun* iifdem in locis olim exftitiffe. Ante quatuor autem et quod excurrit fecula hæ villæ iam funditus euerfæ fuerunt, quia in recentioribus Regiftris bonorum Corbeienfium e feculo XIII et fequentibus illarum villarum mentio iniicitur nulla. Quodfi vero coniecturis aliquid dandum erit, cenfemus, exciſionem illarum feculo XII. accidiffe in bello Saxonico, contra Henricum Leonem geſto. Maxima enim difpendia et damna fuftinuiffe eo tempore territorium Corbeienfe et in primis ab archiepifcopo Colonienfi, documenta noftra authentica teftantur. Hifce præmiffis non alienum videtur docere, quomodo in ea regione domino cuidam, e gente Widekindea orto, hæc bona in manus peruenire potuerint. *Bunico* enim, qui hæc tradidit, iam fupra §. 104. ad ftemma Widekindeum a nobis relatus eft. Cum enim hic inter teftes reperiatur *Ricdag*, quem l. c. pro eius conſanguineo venditauimus, neque Buniconis, neque Ricdagi nomina in genealogia Brunoniana inueniantur, noſter Bunico ad ſtirpem Widekindeam quoque videtur ſpectaſſe. Sed reſponſio erit facilis, ſi ſtatuatur, Widekindum M. fratrem fuiſſe Brunonis ducis. Cum enim hi ex vno ſanguine procreati fuiſſent, eorum poſteri non poſſidere bona in vna regione non potuerunt.

ut si quid postea acquirere posset simul in hac traditione esset testes *luidolfus comes* (u) *adalgerus* (v) *ricdag* osdag uuicger et alii quatuor. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 209.

Tradidit yuo pro filio suo mansum unum cum familia testes hoghold deddi haold alduuard et alii duo.

§. 210.

Tradidit *luidolfus comes* (x) pro filio suo *tancmaro* (y) mansum unum

(u) *Luidolfus comes* sine dubio est *Luidolfus dux* Saxoniæ, aduocatus Corbeiensis, et frater abbatis Warini, nec non sator multorum celebratissimorum ducum atque imperatorum. Cum vero idem demum anno 875 vitam cum morte commutauerit, sequitur, traditiones, quas hactenus exposuimus, ante annum 875 esse promulgatas. De comite Luidolfo.

(v) *Adalgerus* an frater abbatis Corbeiensis exstitit, Adalgarii postea archiepiscopus Bremensis? De Adalgero.

(x) Si ex testibus colligere libet tempus, quo hæc traditio peracta, *Luidolfus* comes eodem tempore et die, quo Bunico in Ungretun §. 208. sua tradiderat, tres mansos videtur donasse. Iidem enim testes hic sunt, qui §. 208. inueniebantur.

(y) Locum hic habemus insignem de filio *Luidolfi* ducis, *Tancmaro*, alias non cognito. Poterit autem primum ex hoc loco explicari locus notatu dignus in Actis Idæ duciſſæ, qui Tom. I. Script. Rer. Brunsuic. Leibn. p. 174, ita se habens: *Post hæc autem cum ipse locus* (Hirutfeld, qui erat in pago Dreni in Lupiæ fluminis ripa) *ab aliis hereditaria successione possideretur, et, ob præsidentium incuriam, vilitatibus obsolescere cœpisset, continuo benignus dominus sanctæ famulæ suæ merita* IDAE, *ad castigationem improborum, terribili patefecit euentu. Nam præclari* COMITIS LVDOLPHI *amabilis soboles, dum adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur. Et quia sanctæ Dei opinio necdum in aperto emicuit, penes eam pustionem sepelierunt, qui die sequente de tumulo extractus, ante ianuam vestibuli inuenitur, in quo erat inclusus. Stupefacti, quibus res erat commissa, corpusculum denuo pristino loco addiderunt.* Hic *Luidolfi* filius, cuius nomen ab Uffingo non exprimitur, probabilissime noster *Tancmarus* fuit. Et quia e verbis excitatis colligitur, locum Hirutfeld hereditaria successione a *Luidolfo* esse possessum, inde quoque concludimus, *Luidolfum* voluisse, vt filius suus penes auiam suam *Idam* Ducis vxorem sepeliretur. Quæ explicatio planissima est, et cum his traditionibus, omni exceptione maioribus, aptissime cohæret. Nihil ergo attendendæ sunt *Berensii* atque C. *Abelii* exceptiones, cum nostra sententia testimonio scripti coætanei accuratissime sit superstructa. Supra enim iam demonstrauimus, *Luidolfum* fuisse filium *Eberti* ducis atque *Idæ* duciſſæ. Deinde possumus verbis huius traditionis explodere fabulas recentiorum quorundam, qui *Luidolfo* duci filium quendam Tanquardum attribuerunt, perhibentes, eum arcem Brunsuici Tanquarderode fundasse, quæ postea ab eius fratre Brunone duce dicta fuerit Brunswik. In sententia hac versatur Auctor Anonymus Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 261, qui refert, *Ludolphum genuisse Ottonem, Brunonem et Tanqwardum, Brunonem vero ducem* ANNO 890 *vrbem Brunswik fundasse, quæ ante Tanqwarderode vocata sit.* Quemadmodum vero Bruno post mortem suam, quæ ei *anno* 880 accidit, vti supra §. 104 demonstrauimus, nihil fundare potuit; ita eandem tamen opinionem recoxerunt Auctor *Chronici Veteris Ducum Brunsuicensium* Tom. II. Leibn. p. 14. *Io. Stadtwegius in Chronico* Tom. III. Leibn. p. 265. *Botho in Chronico picturato* l. c. p. 300. atque alii recentiores, quos honoris causa non nominamus. Tanquardus iste, quem filium *Luidolfi ducis* et conditorem arcis *Tancqwarderode* fuisse asserunt, nunquam in rerum natura fuit. Ex nostro enim *Tancmaro*, adhuc in albis ab hac luce rapto, quendam *Tanqwardum* fabricarunt, et quia, eum in De comitis Luidolfi filio Tancmaro.

Ab anno 84 4 vsque 877 regnante Hludouuico et

unum cum familia in *daelhem* (z). et in *adonhuſ* manſoſ duoſ cum familiiſ teſteſ adalgeruſ bunico oſdag riedag et alii V.

§. 211.

mundo nihil egiſſe, glorioſum non erat, hinc ei fundationem arcis *Tanqwarderode* adſcripſerunt. Quodſi vero ex hoc loco planum eſt, *Tancmarum*, patre *Luidolfo* adhuc ſuperſtite, atque ita ante annum 875. deceſſiſſe, fundator ille arcis prædictæ eſſe non potuit. Probabiliora habet Chronicon Gandersheimenſe MSptum, in quo legi retulit vir optimus nobisque cariſſimus Harenbergius, *Brunonem* ducem quidem Brunſuicum villam fundaſſe, ſed nomen indidiſſe a *Tancmaro* ſocero ſuo petitum arci Tancwarderodæ. Deſinant ergo docti cum Bunlingio eiusque continuatoribus fabulari atque ineptire.

De villa Daelhem.

(z) Per villam hanc *Daelhem* intelligit Dominus *Grupenius* in *Origin. Pyrmont.* p. 159. et 162. vicum *Saltzthal* in ducatu Brunſuicenſi, olim in pago Derlingo. Vt vero oſtendamus, hanc eius ſententiam minus eſſe ſolidam, primo adducere volumus villas, quibus Saxones noſtri olim nomen Dalem impoſuerunt. Prima eſt *Dale* in principatu Waldeccenſi in præfectura Lichtenfels, vbi nobiles domini de *Dalwigk* quondam iudicium Weſtfalicum exercuerunt, id eſt, *enen fryen Stohl*, vti documenta noſtra loquuntur. 2) eſt Dalem in epiſcopatu Paderbornenſi in dynaſtia Wevelsburg inter Lichtenau et montem-martis in campo Sintfeldico, vbi olim *monaſterium* virginum ordinis S. Auguſtini erat, quod, cum per bella ſpoliis exhauſtum atque exuſtum eſſet ita, vt virgines ad vicina ordinis cœnobia diſcedere neceſſum haberent, anno 1429 per cœnobitas *Bodecenſes* adiuuantibus nobilibus Padbergenſibus, Brabekianis, Horhuſanis, atque *Ottone comite de Waldeck* (qui quæ ibidem habebat ab abbate, Corbeienſi in feuda, monaſterio Dalhemenſi, rata ea habente dicto abbate, liberali donatione transcripſit) reſtauratum pro canonicis regularibus ordinis S. Auguſtini; quod ergo monaſterium bene diſcernas velim a *Dahlheim*, cœnobio virginum ordinis Ciſterc. in diœceſi atque vrbe Moguntina. 3) eſt *Dale* vicus in epiſcopatu Paderbornenſi inter Nienherſe, Herbram atque Paderbornam vrbem, olim *Vorewercum* ad curtem Enenhus relatum. 4) *Dalhuſen* vicus eodem in epiſcopatu inter Beuerungen ac Borchholte oppida viſitur, in quo Otto epiſcopus Paderbornenſis parochiam ad præpoſitum *Gerdenſis virginum monaſterii* anno 1305 transtulit, et in quo abbatia noſtra Corbeienſis et nobiles de Spiegel bona ſua habent. 5) *Dalem* vicus ad fluuium Dimolam (non Dennel, vti *Orig. Pyrmont.* p. 2. volunt) inter Wepplithi et Deſenberg caſtra, ac monaſterium Wormel, in quo nobiles domini de Spiegel bona atque alia iura poſſident. 6) *Dalen* vicus in comitatu Pyrmontano. 7) *Dalheim* vicus in principatu Göttingenſi in præfectura ſuperiori Münden, 8) *Dahlum* villa in epiſcopatu Hildeſienſi in præfectura Bilderlah, ſubinde dicta *Konigsdahlen*, quia tempore cæſarum Saxonicorum ibi caſtellum regium erat, quod diplomata cæſarea in pago Ambergo collocant, de quo pago vid. ſupra §. 137. 9) *Dale* ad fluuium Lippiam haud procul a monaſterio Cappenberg in epiſcopatu Monaſterienſi. 10) *Dalem* ſeu Thal in comitatu Blanckenburgico ad villam deſolatam *Berneſtorpe* in montibus Harzicis ad Bodam fluuium haud procul a Blanckenburgo oppido. 11) reperitur in Vita epiſcopi Meinwerci Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 519. Burwardium *Daleheim in pago Wentsgoi* et in comitatu Herieldi, in quo et in villa *Lutterun* in eodem pago reperiunda Otto III. Meinwerco donauit duos manſos regales. Sed in *Daleheim* deprauatio verbi eſſe videtur, et procul dubio legendum erit *Dalcheim*, vti ex ipſo diplomate Ottonis apparet, quemadmodum etiam cenſemus, pagum *Wentſgoi* nullum eſſe alium niſi pagum *Weſſiga* in comitatu Rauensbergico in Weſtfalia, in quo vicus *Lutter* reperitur; *Dalcheim* vero eſſe putamus *Dalcke* in terminis comitatuum Lippienſis et Rauensbergici. 12) *Dalheim* in Thuringia in der güldenen Aue non procul ab vrbe imperiali ac libera Northauſen. 13) *Groſſen-Dahlen*, vbi hodie præfectura in ducatu Brunſuicenſi, iter vnius horæ diſtans ab oppido Scheppenſted, plerumque dictum *Vogtsdahlen*, vt eo melius diſcerni queat 14) a vico dicto *Kleinen-Dahlen*, qui non procul abeſt, atque 15) a iam ſupra dicta villa *Dalen*, hodie *Saltzthal* dicta, duobus milliaribus diſtante a vico Vogtsdahlen, ab vrbe Guelpherbytana vero vix iter dimi-

§. 211.

guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Tradidit helmdag pro fratre ſuo buniko quidquid ipſi poſſiderunt *in pago* qui dicitur *moſuuidi* (A) et in *ſturmun* (B) familiaſ duaſ cum manſiſ et in *luthardeſhuſ* (C) familiam unam cum manſo teſteſ uuiric ailbert thiadric marchard luthuuard alfric et alii XVIII.

§. 212.

dimidiæ horæ. Salzdalem illuſtre eſt ſalinis, ephoria eccleſiaſtica ad tempus, monaſterio, et, quod maximum, arce Ducum ſplendidiſſima et celebratiſſima. Hiſce præmiſſis, oſtendendum eſt porro, per *Daelhem* villam, in qua dux *Luidolfus* manſum vnum abbatiæ noſtræ donauit, nequaquam vicum *Saltzthal* deſignari. Hoc patet ex diplomate regis Arnolfi, ad annum 888 dato, quod ſupra §. 163 ex originum litteris exhibuimus. Inde didicimus, bona Corbeienſia in villa *Dalhem* fuiſſe litos XIIII colonum I et ſextam partem ſalinarum, quæ bona *Bouo* abbas Corbeienſis, ipſius *Luidolfi* ducis filio *Ottoni* conceſſit, acceptis ab eo aliis bonis in pago Nitherſi. De XIV. litis autem, vno colono, et ſexta parte ſalinarum non loquitur noſter locus. Et ſane alienum foret ſtatuere, filium propter commoditatem loci rurſus accepiſſe eadem bona, quæ pater iam obtinuerat. Nonne enim ita filius acta patris ſui damnaſſet? Nullus ſanæ mentis illud perhibere poterit, qui conſiderabit, filium æque ac patrem credidiſſe, ſummæ opus virtutis eſſe, eccleſiis earumque ſanctis aliquid largiri. Villam autem, in qua *Luidolfus* dux bona ſua donauit, minime eſſe vicum Saltzthal, euidentiſſime patet ex Regiſtro noſtro, in quo hæc exſtant verba: *in pago Heſſi continentur in Dalhem manſus vnus cum familia et in pago Nithega in Adonhus manſi duo cum II. familiis.* E quibus verbis diſcimus, per *Dalhem* intelligi *Dalem* vicum, in epiſcopatu Paderbornenſi ante num 5. indicatum; per *Adonhus* vero *Adeſen*, vicum in eadem diœceſi, hodie vero deſolatum, olim autem obuium haud procul ab Erbſen et Gerden. Meminere eius villæ litteræ feudales, in Clientela Corbeienſi exhibendæ. Hæc vero bona *Luidolfo* duci procul dubio ex hereditate patris ſui *Echerti* ducis obtigerunt. Cum enim ex his traditionibus palam fiat, *Echerti* atque *Idæ* filiam *Hadwi* eadem in regione alia præterea bona poſſediſſe, non ſine veritate aſſeritur, bona *Luidolfi* ducis ex eadem etiam hereditate *Echerti* fuiſſe.

(A) De pago *Moſwidi* ſeu *Moſweddi* iam ſupra §. 125. not. (l) egimus, vbi eum cum Friderico Zollmanno viro clariſſimo collocauimus in fluuii Albis ripa. Quodſi autem *Helmdag* et *Buniko* fratres ad familiam Widekindeam ſpectarunt, vti nobis probabile videtur eſſe, tunc quæritur, quomodo illi bona ad Albiæ fluminis ripam in veteri Marchia acquiſiuerint? Nemo enim adhuc aliquid de bonis Widekindeis in eadem regione compertum habuit. Sed reſpondimus iam ſupra §. 104. not. (†††) vbi, *Bunikonem* inter coheredes fuiſſe ducis Oſtfalorum Heſſi, ad quem eadem bona in pago *Moſwidi* procul dubio quondam ſpectarant, oſtendimus. De pago Moſwidi.

(B) *Sturmun* hic non poni pro pago Sturmedi in epiſcopatu Verdenſi, de quo iam ſupra §. 166. not. (n) egimus, ſed pro *marca Sturmethi* in ducatu Weſtfaliæ, patet e noſtro Regiſtro. In eo enim Saracho abbas ita: *In marca Sturmethi in villa Thedenichuſon continentur manſi II. cum familiis II.* E quibus verbis apparet, villam fuiſſe *Thedenichuſon*, in qua *Helmdagus* ac *Buniko* ea bona tradidere. Cum itaque familia Widekindea in eadem regione alia bona hereditaria poſſederit, vti iam ſupra vidimus, ex eo, hos fratres ad eandem ſtirpem Widekindeam ſpectaſſe, collegimus. Eſt autem villa *Thedenichuſon*, nunc *Dedinghuſen*, ad officium in Monninghuſen referri ſolita. De eo vide ſupra §. 176. not. (r). De marca Sturmethi et villa Thedenichuſen.

(C) *Luthardeshus* villa erat, teſte Regiſtro noſtro, *in pago Suilbergi*. Denotatur *Luthardeſſen* vicus in dynaſtia Homburgica, olim coniunctus cum dominio Hoinboken. In antiquis membranis appellatur officium *Luthardeſſen*. Habebant partem illius officii in feudo ab Corbeienſi eccleſia domini quidam, dicti de Luthardeſſen, et poſtea quidam dicti de Eluede. Nominatur in litteris noſtris *Luthar-* De villa Luthardeshus.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 212.

Tradidit frekin et heriman in *hadunueni* (D) quidquid ibi habuerunt teſteſ gerfried gheruuard brun hrodald et alii IIII.

Wala Clericy §. 213.

Tradidit uualadericuſ in loco qui dicitur *bodriki* (E) quidquid habuit nec non in aliiſ lociſ ut inter omnia ſint familiae XII cum *territoriiſ adiacentibuſ* teſteſ *raymmannuſ comeſ* rainfrid garuuuard aldbert et alii quinque.

§. 214.

Tradidit helmric pro ſe et fratribuſ ſuiſ brunheri et athelheri quidquid habuerunt in *rotho* quod uocatur *gherdeghesſhuſi* quod eſt in *aringho marcun* (F) teſteſ eylbertuſ meinuuere hrodger uuulfharduſ et alii ſex.

§. 215.

Luthardeſſen ene Herſcap ſeu dynaſtia, quam olim in feudo tenuere nobiles domini de Homborch. Tandem vero, ſcilicet anno 1409, dedit princeps Corbeienſis Theodoricus conſentiente capitulo Corbeienſi eandem dynaſtiam in feudum ſereniſſimis Brunſuicenſium ac Luneburgenſium ducibus Bernhardo eiusque filio Ottoni. Sed vndenam, quæris, bona in villa *Luthardeshus* ſita, in manus peruenere dominorum e ſtirpe Widekindea? Reſpondemus, apparere illud ex eis, quæ ante diximus. Vidimus enim iam ſupra, Widekindum Magnum poſſediſſe bona quædam in regione oppidi Bodenfelde ad Wiſeram atque vrbis Einbeck. Probabiliſſimum ergo eſt, ad hæc Widekindea bona quoque ſpectaſſe villam *Luthardeshus*. Conf. infra §. 361. not. (e).

De villa Hadunueni.

(D) Sequitur villam Luthardeshus in Regiſtro noſtro villa *Haddunueni in pago Heſſi*. Hæc *Huddingen* eſſe videtur intra præfecturam Wildungen poſita in principatu Waldeccenſi. Intelligitur autem, ſine dubio vllo ſubeſſe *pagum Heſſi Francorum*, cuius ſitum ad fluuium Adranam, hodie dictum die Eder, iam ſupra §. 33. not. (v) indicauimus. An *Frekin* et *Heriman* ad familiam Widekindeam ſpectarint, id quidem in medio relinquimus. Siquis nepotes Widekindi M. et filii Herimanni eos fuiſſe, ſenſerit, nos non habebit repugnantes.

De villa Bodriki.

(E) *Bodriki* villa erat, Regiſtro noſtro teſte, *in pago Weſtfalon*, de quo iam ſupra egimus §. 178. Indicatur vicus *Büderich* in archiepiſcopatus Colonienſis ducatu Weſtfaliæ ſitus intra præfecturam Werl. Sæpiſſime mentionem faciunt noſtra diplomata eiuſdem villæ. Nominantur bona Corbeienſia, ad villam Bodriki & intra eam ſita, *der Mönnichof*, olim a præfectis adminiſtrata, hinc etiam dicta officium, *ein Ambecht*, quod anno 1313. tempore Engelberti comitis de Marka ad ditionem comitatus Markani videtur relatum, poſtea vero in feudum datum ab eccleſia Corbeienſi modo dominis de Boderke, modo dominis de Houele, modo dominis de Schelen, modo dominis de Schaphuſen, et modo dominis de Widenbrueke. An *Reynmannus comes*, qui inter teſtes apparet, ſeculo IX comitatum ſuum habuerit in pago Weſtfalon, et an *Waladericus* inter progenitores comitum Marcanorum referendus ſit, id in medio quidem relinquimus; intermittere autem non poſſumus, quin dicamus, fabuloſa eſſe, quæ hiſtorici de origine comitum Marcanorum circumferunt, adfirmantes, eos ex Italia ab Vrſinis profluxiſſe, quaſi nobilitati Germanicæ dedecori eſſet origo Teutonica, cum tamen teſte Antonio Campano, Italo, *nulla ſit familia in Galliis, ne regia quidem excepta, nulla in Hiſpania aut in Italia paulo illuſtrior, quæ ſi antiquitatem repetat, ſuam non ſtatim e Germania eſſe prædicet, et veluti e ſeminario quodam veræ nobilitatis veniſſe glorietur.* Sic nobilitatem quærimus, quam habemus, et quam habemus, poſſidere nolumus: ſed ita quærimus, vt eam aſſecuti, ex nobiliſſimis videamur ignobiliſſimi, ſinceram Germaniæ originem prætereuntes.

De marcu et pago Aringho.

(F) Cardo rei hic vertitur in *Aringho marcu*. Abeſſe ergo parum poteſt, quin oſtendamus, quænam in regione marcus ille obuius fuerit. Marcum ſignificare terminum,

minum, limitem, seu regionem finitimam alicuius prouinciæ maioris, iam supra §. 118. not. (X) indicauimus, addidimusque, marcum hoc loco idem denotare, ac pagum. Inuento ergo pago *Aringho*, inuentus quoque erit *Aringhomarcus*. In qua autem regione *Arngho* pagus exstiterit, didicimus ex abbatis Sarachonis Registro, in quo inuenimus 1) villam *Duthungun*, quam supra §. 128. interpretati sumus per Dudingen, Dujen, vicum vix iter vnius horæ distantem a castro Hoinboken. 2) *Redun*, quæ esse Reden videtur intra præfecturam Gronau in episcopatu Hildesiensi inter Alfeld et Gronau oppida. 3) *Roggelinghusun*, quæ sine vllo dubio erit Röllinghusen ad Leinam haud procul ab vrbe Alefeld in episcopatu eodem, Wrisbergiis subiecta. Vnde intelligitur, pagum *Aringho* collocandum esse circa vrbem Alfeldiam, cum quo situs *Rothun* locus, itemque *Gherdegeshusi*, postea dictum *Gherdessen*, accuratissime concordat. *Gherdegeshusi* enim olim subfuit castro Hoinboken, vti nostra diplomata testantur. Habuere illud in feudo dynastæ Hombokenses ab abbatia Corbeiensi. Extinctis dynastis, de Hoinboken dictis, nobiles domini de Homborg successere, quos, consentiente ecclesia Corbeiensi, in eodem feudo exceperunt sereniſſimi duces Brunsuicenses et Luneburgenses. Non restat ergo momentum, quo commoueamur ad amplexandam illorum sententiam, qui statuerunt, *pagum Aringho* semper dictum fuisse Alaringen, eundemque ad Haleram fluuium in ducatu Hannouerano collocandum esse. Id certe cum traditionibus nostris pugnat. Semper in hisce legimus, non Alaringen, sed *Aringho*. Situs ergo pagi nostri nos quoque commouit, vt statuerimus, dominos, qui eodem in pago sua bona habuerunt, ad progenitores comitum de Hoinboken, non ad Hallermundanos, esse referendos. Horum dynastarum, de Hoinboken cognominatorum, primaria sedes fuit castrum *Hoinboken*, quod a villa Brunckensen, ad iura D. Baronum de Wrisberg et Göritz referenda, haud procul abfuit. Christ. Ludou. Kotzebue in *Chronico cœnobii Montis Francorum Goslariæ* p. 60 refert, vel potius ex fabulosi Letzneri Chronico Dasselensi repetit, Henricum episcopum Hildesiensem (qui anno 1318 diem supremum obierit) ope dynastæ Homburgii arcem Hoimboccensem, quod damna a præsidiariis istius arcis illata ægre tulisset, expugnasse, occupasse, diripuisse, et solo æquasse. Sed bella et rapinas finxisse tam Letznerum, quam Chronicon Hildeshemense Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 758. ex sequentibus patet litteris hactenus ineditis, e quibus atque ex aliis, quas habemus, chartis dilucet, castrum *Hoinboken* adhuc anno 1355 et 1409 stetisse. En litteras vnas et alteras. gubernante Corbeiam Adalgario.

Deme erbaren Vorsten uñ mineme leuen Heren *Abbede Dyderike to Corbeye* enbede ek *Iohan Rottinghe* myne willighen denste to allen tiden berede minen deyl de *Grauescbap to der hoinboken* alse ek den gehat hebbe myt hern *Beseken myneme brodere* uñ myt mynen veddderen went an dusse tyd myt kercklenen uñ myt allem rechte sende ek iuk up in dusseme breue by tween iuwen mannen also recht is uñ bidde iuk dat ghi der mede belenen den edeln man iunchern *Siuerde heren to Homborch* uñ sine eruē. wanne ghi dat ghedan hebbet, so do ek uñ myne rechte eruen des ene rechte vorticht. to betuginghe hebbe ek dussen bref besegelt myt myneme ingesegele uñ ek *diderik Zake* uñ *Lippolt vàn dem werder* bekennet uñ betuget in dusseme suluen breue de besegelt is myt usen ingesegeln, dat wy dor bede willen *Janes van Rottinge* des boden sint un bringhet iuk dat up van siner uñ siner rechten eruen weghen. Dit is ghescben na Godes bort uses heren dritteyn hundert iar in deme vif unde vistigesten iare des neysten sondaghes na sinte gallen dage.

Deme erbarn Vorsten unde useme leuen Zeren *abbet diderike to Corbeye* en bede wy Zer *Albrecht* riddere uñ *Beseke* knape *brodere* geheten *van Rottingen* usen willigen denst to allen tyden berede de gantzen *Grauescap to dem hoymboken* ane *Janes* deyl *van Rottinghen* uses veddern mit aller slachte nut mit allem rechte uñ myt alle deme dat dar to hoyret myt den kerklenen uñ alle dat gut, dat wy van iuk hebbet,

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouico et

§. 215.

Tradidit brunuuarduſ pro filio ſuo manſum unum cum familia in *deſburg* (G) teſteſ balding haolduſ.

§. 216.

Tradidit uuigſuit in *hummi* (H) et in *cahriki* (I) quidquid ibi habuit teſteſ bardo (K) dudo baddo gharuuarduſ hauuarduſ.

§. 217.

bet, af duſſe Syd der *leynen*, wor dat gud gelegen is, twiſſchen *lewenſteyne* uñ *Grene* uñ *Zomborch* uñ *Aluelde* uñ *Gronowe*, Sende wy iuk up in duſſeme breue by twen iuwen mannen, allſe recht is, uñ biddet iuk, dat gy darmede belenen den eddelman Jūkhn *Syuerde herren to Zomborch* uñ ſine rechtē eruen, wanne ghi dat ghedan hebbet, So do wy uñ uſe rechtē eruen alle duſſes vorſcreuē gudes ene rechte vorticht. To betuginge alle duſſes vorſcreuen dinghes hebbe wy duſſen breff beſegelt myt uſem ingeſegele. uñ ek *diderik Zake* uñ *Lippolt van dem werdere* knapen bekennet uñ betuget in duſſeme ſuluē breue, de beſegelt is myt uſem ingeſegeln, dat wy dor bede willn Zern *Albrechtes* uñ *Beſeken* geheten *van Rottingen* vorbenomet duſſes bōden ſint uñ bringhet iuk alle dat vorbenomede gud up van orer uñ orer rechten eruen weghen. uñ is geſchen na godes Bord uſes heren duſent iar drehundert iar in deme vif uñ feftigeſten Jare in der hillighen Apoſtole Daghe Symonis et Jude.

Plura deſiderantem ablegamus ad clientelam noſtram Corbeienſem. Sed cuius limes fuit, tandem quæris, *marcus Aringho?* Reſpondemus: Angariæ. Sed cuius? Reſpondemus: orientalis.

De villa Desburg.

(G) *Desburg* villa erat *in pago Heſſi Saxonico*, teſte Regiſtro noſtro, probe autem diſtinguenda a caſtro Deſenberg. Tam villa quam caſtrum reperiuntur in epiſcopatu Paderbornenſi, atque illa hodie appellatur *Dasborg*. Viſenda eſt haud procul ab oppido Borgentricke tam maior quam minor *Dasborga*. In vtroque vico ſunt abbatiæ noſtræ bona ſua. Incertum ergo erit, locus vter intelligatur. Iacet autem vicus *Dasborg*, quaſi ad radices altiſſimi montis, in quo caſtrum *Deſenberg* conſpicitur, quod olim ad iura Heinrici Leonis Saxoniæ et Bauariæ ducis, et ad Paderbornenſem ac Corbeienſem eccleſias ſpectauit, hodie vero eſt dominorum *de Spiegel*, qui ſe in quatuor diuidunt ramos, nempe in dominos de Spiegel ex *Deſenberg*, ex *Rotenburg*, ex *Klingenberg* atque ex *Oebelgunne*. Horum ſingulæ progenies rurſus ſuas norunt familias. *Brunwardum* qui in villa *Desburg* quædam tradidit, atque *Haoldum*, qui inter teſtes apparet, ad ſtirpem Brunonianam ſupra §. 104 retulimus, neque in eo erraſſe nos arbitramur, ſiquidem, exſtincta *Haoldi* et *Brunwardi* progenie, bona in eadem regione in manus peruenere Leonis, qui ex eadem ſtirpe per feminas deſcendebat, vti l. c. oſtendimus.

De villa Hummi.

(H) *Hummi* villa erat *in* eodem *pago Heſſi Saxonico*, vti apparet ex antiquiſſimo Regiſtro bonorum abbatiæ Corbeienſis. Intelligitur ergo procul dubio villa *Humme* in præfectura Drengelborg, ſubiecta iuriſdictioni ſereniſſimorum dominorum Landgrauiorum Haſſo-Caſſelanorum. Cuiuſnam vero ſtirpis fuerit *Wigſuit*, quæ in villa *Hummi* bona ſua donauit, res altioris eſt indaginis. Iam ſupra §. 171 deprehendimus eandem *Wigſuit*, dantem aliquid in villa Bardonhus obuium, intra pagum Suilbergi. Ex quo momento colligi poterit, eandem fuiſſe coniugem cuiuſdam domini, e progenitoribus comitum Northeimenſium et Daſſelienſium procreati. Eandem opinionem confirmat villa *Hummi* in pago Heſſi Saxonico. Vidimus enim iam ſupra §. 33. not. (v) et §. 104 not. (l) dominum quendam

quendam Folcboldum, e gente Northeimensi natum, bona quædam eundem intra pagum in villa Ambrichi, haud procul a villa *Hummi* sita, possedisse. Hinc colligere licet, nostram *Wigsuit* ad eandem gentem spectasse. Cum vero eadem *Wigsuit* bona quædam, *intra pagum Hessi Franconicum* ad villam *Calriki* posita, tradiderit, asserere eapropter non audemus, progenitores comitum Northeimensium in pago Hessi Franconico bona habuisse. Sed arbitramur, eandem *Wigsuit* filiam fuisse cuiusdam domini intra pagum Hessi Franconicum morantis; quam sententiam porro confirmamus e verbis §. 195, in quo *Wygsuit* et *Merio* pro anima fratris sui *Waldonis* donant 30 iurnales in villa Thurisloun in pago Hessi Franconico. Eiusdem villæ bona *Wulfhardus* quidam et *Odoy* mansum tradiderant, testante §. 60. Hic *Wulfhardus* quædam donauit ad villam Marcberteshus intra pagum Suilbergi sita §. 75. Vnde colligere licet, nostram *Wigsuit* huius *Wulfhardi* vxorem fuisse. Quis vero eiusdem *Wigsuit* pater fuerit, e traditionibus nostris non ita demonstrari posse fatemur, vt de eo lis restet nulla. Cum autem *Berndag* quidam §. 57 dictæ villæ Thurisloun duos iurnales largitus sit, verisimiliter iste *Berndag* nostræ *Wigsuit* auus fuit, cuius Berndagi nepos videtur *Erdag*, cuius meminere traditiones §. 253 et 279. Putamus vero eapropter, istum *Erdagum*, cuius vxor l. c. appellatur *Gherburgh*, fratrem fuisse nostræ *Wigsuit*, quia Erdag in eadem villa Calerike, in qua *Wigsuit* quædam largita erat, bona quædam donauit. Nec negari posse censemus, eundem *Erdagum* per pagum Hessi Franconicum dominum fuisse. Nam ipse in villis Dueren (Duren) et Balemeri quædam tradidit. Hæc vltima est Balern vicus in Landgrauiatu Hassiæ ad limites comitatus Waldeccensis. Hisce præmissis, vt altius de eis cogites, addenda sunt quædam de villa *Hummi*, quam eandem fuisse putamus, quæ in litteris subiectis nunquam antea editis, appellatur vicus *Humme*, in quo abbas Corbeiensis Mauricius, comes de Spiegelberg, quædam in feudum confert Reynharto de Talwich et Frederico de Hertingeshusen. En litteras.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Von Gods gnaden wy *mauricius* abbdt des frigen stiftes to Corueye bekennen openbar vor uns unse nakomen vor allen luden in dussem breue dat wy han belent uñ belenen mit kraft dusses breffs als recht uñ wontlich ys lehen to donde myd willen uñ fulborde unses capitels to Corueye mit dren houen Lande gelegen toe *Humme* uñ toe *Haldungen* in uñ en buten den dorpe mit al eren rechte tobehoringen als de gelegen an ackere án wesen watere uñ an weyden woe de egentliken namen eigen nichts dar van utz toe scheidende de uns uñ unsen stifte syn vorlediget von den von Haldessen uñ von den von Stammen: uñ ok myd eneme halven tzenden tzu *Herberen vor der Numborch* der ok von uns to leyne rored *Reynhart von Talwich Reynhardes sone* uñ *frederiche von Hertingesḥusen* to eynē steden rechten man lene erffliken tzo habinde uñ ere rechtē liues man eruen uñ se schulden unse unser nakomen uñ stifte vorges. truwe uñ hulde man dar van sin uñ de gude to uns vordenen uñ vormañen uñ vorstan als truwen bederuē mañe to rechte bord uñ ok de uñ ere eruen vorges. to allen thyden entphan von eynē abte to Corueye wan uñ wo vaken sich daz vaded uñ tho rechte bord ok so don wy uñ geuen vorges. abt von Corueye der ges. gude uñ tzenden frowen *netzen Reynhardes* vorges. ehlichen husfrouwen dar anne eyne fullen komen rechte liftucht uñ wy beliftuchtiget de ergñt. vrowen *netzen* dar mede in kraft dusses breffs als recht uñ wontlich ys uñ ere dar anne dar bekennen unse geweren als uns dat dorch recht gebort. ok soe wil wy vorges. abbd uñ sollen dussen ergenant. guden uñ tzenden *Reynharde* uñ *frederiche* vorges. ere eruen vorg. beleñ uñ geweren tzu allen tzyden als sich gebort tho rechte deme heren sinen mannen tzo donde. were ok dat dusse vorges. *Reynhart* uñ *frederich* afgingen ane rechte liues man eruen dar god vor sy so weren dusse vorgñt. houe gude ūñ tzenden unsem stifte und abdige ledich uñ los geworden na frowen *netzen* vorges. leue. al dusser vorges. Dingh uñ rede tzo sicherher warheyt uñ tzo guden steden tuge so han wy vorges. abbt vor uns und unse Nakomen uns. ingesegel don hangen an dussen breff uñ wy wedekint prior dide-

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

rich proueſt uñ dat gemeyne capitel to Corueye bekennen vor uns vor unſe nakomen dat duſſe vorgeſ.' ding alſo ſin geſchen mid unſen wetten willen und fulborde und haben des tzo guder kuntſchap uñ tzo tuge unſes capitels ingeſegel na unſes gnedigen heren ingeſegel heten hengen ok an duſſen bref. Dat. anno dñi M. CCCC XXXII. ipō die bti īōhīs evang^{o}— quo ad portam latinā.^{te}

Sigillum abbatis Corb. Mauritii vide in Tab. IV, num. 2.

Sigillum capituli Corbeienſis vide in Tab. IV, n. 3.

Non vna, ſed plures nos cauſæ mouerunt, vt has addiderimus tabulas. Primo enim ex illis genealogia dominorum de Dalwigk ex Schaumburg et Lichtenfels emendari poterit, quæ *Reinhardi* patrem conſtituit Elgarum. Patrem vero illum hæ litteræ appellant *Reynhartum*, qui aliis in noſtris documentis nominatur eques, fratremque habuit *Theodoricum* abbatem Corbeienſem, de quorum progenitoribus e litteris nondum editis egimus pluribus in clientela Corbeienſi. Porro *Fredericus de Hertingeshuſen* eſt filius Frederici de Hertingeshuſen, qui anno 1400 pridie pentecoſtes die Bonifacii occidit *Fridericum ducem de Braunſchweig* et *Luneburg* cæſarem deſignatum et Francofurto domum reducem, non longe ab oppido Frizlaria Moguntinæ diœceſis ad vicum dictum paruum Englis, quique poſtea interceptas pœnas perſoluit Henrico Brunſuicenſi duci diſſectione corporis in quatuor partes, quæ totidem impoſitæ ſunt rotis, vti latius referunt Cyr. Spangenberg in der Mansfeldiſchen Chronica cap. 303. p. 351 ſeqq. Nic. Schatenius in Annal. Paderb. Tom. II. p. 467 ſeqq. Meibomius in Chronico Riddagshuſenſi T. III. S. R. G. p. 373 ſeqq. Imman. Weberus in Specimine Parœmiarum Hiſtoricarum p. 7 ſeqq. Kuchenbecker in Anal. Haſſiac. coll. VI. p. 320 ſeq. auctoresque ab his citati.

De origine Conradi I regis Germaniæ.

(I) Cum villa *Calriki* fuerit *in pago Heſſi Franconico*, nullus alius vicus deſignatur, niſi vicus *Keller* in inferiori Haſſia. Quia vero pagus *Heſſi Franconicus* contiguus fuit pago *Loginaegowe* ſito ad fluuium dictum *die Lahne*, non dubito, fore pleroſque, qui *Berndagum*, de quo egimus in nota præcedenti, ad progenitores regis Germaniæ *Conradi I* referent, cum relatum legent, eiuſdem regis patrem *Conradum comitem* bona ſua hereditaria in eadem regione poſſediſſe. Ex Reginone enim ad annum 892 conſtat: hunc *Conradum in Haſſia in loco, qui dicitur Frideslar* (Fritzlar) *reſediſſe*. Patrem ergo *Conradi* conſtituimus *Vaiarinum*, quem infra deprehendimus aliquid tradentem in villa Rarbeke in pago Heſſi, quæ probabiliſſime eſt Rorbeck in principatu Hirſchfeldenſi intra Haſſiam, atque eapropter etiam hunc *Vaiarinum* auum *Conradi regis* diximus, quia ex Eccardo iuniore de Caſ. Monaſt. S. Galli cap. 1. patet, *Conradum regem omni anno cenſum capitis ſui in cera ad ſepulcrum S. Othmari, vti* FILIVS *carnificum illorum, qui S. Othmarum diu vexauerant, pro reatu in eum quaſi proprio miſiſſe, Othmarum autem vexaſſe* WERINHERE *et Ruathardum, qui Alemanniam ab imperatore miſſi adminiſtrabant*. Sit ergo auus *Conradi* regis *Vaiarinus* ſeu Werinharius ſeu Warinus. *Vdo* comes itaque eius auus eſſe non poteſt, vti Io. Hubnerus cum Tolnero praeeunte putauit: neque *Ethico*, filius Welfonis, quod Bucelinus affirmat, neque *Conradus* comes Pariſienſis, quæ opinio N. Hier. Gundlingio adriſit. Quamuis enim *Vaiarinus* noſter miſſum regium egerit in Alemannia, habuit tamen ipſe bona ſua priua ſeu allodialia in Haſſia æque ac *Berndag*, cuius probabiliſſime pronepos fuit. Id poſtea diſceptabimus, exquiſituri progenitores *regis Conradi*. Hos inter numerari debent *Vaiarinus* et *Berndag*, quia hiſtoricorum nemo amplius negat, *Conradi regis* patrem cognominem in

in pago Heſſi Franconico, eique contiguo Loginacgowe, bona ſua hereditaria habuiſſe. *Vaiarini* pater et mater qui fuerint, id nemo hactenus oſtendit. Veriſimillime autem ei fuere *Erdag* et *Gherburgh*, quorum meminere traditiones noſtræ §. 279. Hæc omnino ex ſanguine potentiſſimorum regum Francorum oriunda fuerit oportet. Hludowicus enim, Infans et Rex Germaniæ, *Conradum* ducem et poſtea regem nominauit *nepotem ſuum* anno 910 in litteris, quæ reperiuntur Tom. I. Theſauri Anecdotorum nouiſſimi Martene et Durandi p. 264, his verbis conceptæ: *rogatu atque conſultu fidelium ſuorum Hatonis venerabilis patris ſui nec non Chuanrathi egregii ducis et fidelis nepotis ſui, cuidam Chuanratho dilecto comiti ſuo filio Eberhardi in pago Loganaha in eius comitatu curtem dominicalem Brechene nomine . . . .* donauit. In hoc diplomate ſine dubio vllo eſt *Chuanrathus dux* is, qui poſtea ſalutatus fuit Conradus I, rex Germaniæ. Hic ergo conſanguineus Hludowici Infantis fuiſſe neceſſum eſt. Eadem autem conſanguinitas regis *Conradi* cum ſtirpe regum Francorum orta fuerit oportet ex matrimonio *Erdagi* contracto cum *Gherburgha*, quæ appellatur *filia regis Hludouuici* in Chronico noſtro MSpto. Cuiuſnam vero Hludouuici filia fuerit ipſa, non additur. *Hludouuici I* et *II.* cæſarum filia eſſe non potuit, ſiquidem alias appellaretur filia imperatoris. Nota ergo fuit vel ex *Hludouuico I.* Franciæ orientalis rege, vel ex *ſecundo*. Huius vero, ſcilicet *Hludouuici II.* filiæ fuiſſe non potuit. Cum enim illi anno 869 in Saxonia *Luithgarda* ducis Luidolfi filia deſponſata fuerit, cum qua paulo poſt nuptias celebrauit Aſchaffenburgi, Gobelino teſte *Ætate* VI. c. 42. Tom. I. Meibom p. 243, qui hoc ex antiquioribus haurire potuit; *Gherburgha* ante annum 870 naſci non potuiſſet. Iam autem ponamus, eandem *Gherburgham* anno ætatis XIV viro nupſiſſe *Erdago*. Hoc pacto *Vaiarinus* demum anno 886 lucem adſpicere potuiſſet vitalem. Quodſi autem ponamus, *Vaiarinum* anno ætatis XVI conſortem thalami ſibi adſciuiſſe, *Conradus comes* ante annum 902 in vitam et lucem ſuſcipi non potuit. Ita *Conradus comes* pater *Conradi regis* eſſe non potuiſſet. Si enim *Conradus comes* anno ætatis ſuæ XVI *Glirmuodam* in fœdus thori adlegiſſet, *Conrado regi* demum anno 918 in luminis auras prodeundi fuiſſet facultas. At hoc tempore *Conradus rex* iam Germaniam gubernauerat per quinque annos. *Gherburgha* ergo ſine vllo dubio fuit *ſoror regis Hludouuici ſecundi*. Ex quo momento ſequitur, eandem quoque fuiſſe regis *Hludouuici I.* filiam et glorem *Luithgardæ*. Hinc porro argumentamur, 1) *Erdagum*, maritum *Gherburghæ*, prætentem dominum et poſſeſſorem magnarum diuitiarum in Haſſia fuiſſe, vt filiam regis Germaniæ in matrimonium ducere auderet, 2) rectiſſime Erdagum dici filium *Eſiconis comitis*, ac pronepotem *Gerhaonis ducis*, atque auum *Conradi comitis*, et 3) *Conradum I*, regem Germaniæ, originem traxiſſe e ſtirpe regum potentum, qui moderati ſunt res Francorum, editum e nobiliſſimorum ducum Saxonicorum progenie. Videre id ipſum poteris e tabulis genealogicis modo ſubiectis, quarum prima regis Conradi cum ſtirpe Carolingica et Brunoniana adfinitates et cognationis copulam variam, viuis quaſi coloribus delineatam, ſpectatorum lectorumque obtutui exhibet et repræſentat. En tabulas ipſas.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. I.



TAB. II.

TAB. II.

Otto filius Conradi et Luitgardæ terræ Haſſiacæ et Wormatienſis dominus, dux Carinthiæ et comes Veronæ §. 417.

Heinricus ſeu Hezil dux Franconiæ,

Bertholdus comes Franconiæ et Haſſiæ 1003.

Conradus V (II) imperator † 1039. vxor eius Gisla.

Hugo comes † 1030.

Ludouicus I barbatus comes et Conradi II. cæſaris conſanguineus 1039, 1044.

Bertoldus comes 1043, 1046, 1048, 1064.

Heinricus III imperator † 1053. vxores 1) Cunehildis † 1038. 2) Agnes.

Wigmannus † 1030.

Ludouicus II ſaltator comes Thuringiæ et dominus Haſſiæ 1110 † 1123. vxor Adilheida.

Beringerus vx. Bertruda.

Hildegard.

Vta vxor N. comitis de Linderbeke.

Adalheid.

Conradus VI 1110.

Cunigunda.

Berengerus ſator comitum Honſteinenſium.

Heinricus IV imperator † 1006.

Ludouicus III Landgrauius Thuringiæ 1110. 1130 † 1140.

Heinricus Raſpo I. 1110 † 1130.

Hermannus 1110. 1129.

Conradus VI 1110.

Vdo I. epiſc. Numburg. 1129, 1130. 1140 † 1148.

Cunigunda vxor Wigmanni.

Adelheid.

Vdo II epiſc. Numburgenſis 1180, 1190.

Heinricus V imperator † 1125.

Agnes vx. Friderici ex Hohenſtaufen ducis Sueuiæ.

Ludouicus IV ferreus Landgrauius Thuringiæ 1142, 1147, 1147. 1148. vx. Juditha, ſoror Friderici I cæſaris 1191. ille † 1172.

Heinricus Raſpo II 1143, 1153.

Ludouicus V 1168.

Juditha ſeu Cecilia vxor Wladislai Bohemiæ regis.

Adelheid abbatiſſa.

Fridericus cocles dux Sueuiæ.

Conradus III imperator † 1152.

Ludouicus VI pius Landgrauius Thuringiæ et comes palatin. Saxoniæ 1180 † 1190

Heinricus Raſpo III † 1184.

Hermannus I Landgrauius Thuringiæ et comes palat. Saxoniæ a. 1191, 1196, 1199, 1200, 1213, 1213 † 1215. vx. 1) Sophia filia N. palatini comitis 2) Sophia filia Ottonis ducis Bauariæ, quæ † 1238.

Jutta vxor Hermanni comitis de Rauensberg.

Friderici I cæſar † 1190.

Juditha ſeu Clementia vx. Ludouici Land. Thuring.

Hedwigis.

Jutta vx. Theodorici marchionis Miſnenſis. vid. Tab. 3.

Ludouicus VII ſanctus Landgrau. Thuringiæ et C. P. Saxoniæ 1218 1222, 1225, 1227, † 1227. vxor eius S. Eliſabeth filia Andreæ RegisHungar. † 1231. canonizata 1235.

Hermannus II † 1216.

Henricus Raſpo IV. 1218, 1222, 1225, 1231, Landgrau. Thuring. et C. P. Saxon. 1228, 1235. S. Imp. per Germaniam Procurator 1242. eligitur d. 22 Martii 1246 in regem Germaniæ, 1246 † 1247 vx. 1) Eliſabeth 2) Gertrud 3) Beatrix.

Conradus 1218, 1222 1225, 1225 1225, 1228 1231, ordinis Teutonici Magiſter iam † 1247.

Irmengard vxor Henrici com. de Anhalt.

Agnes vxor Henrici ducis Auſtriæ.

Hermannus III iunior Landgrau. Thuringiæ 1239 † 1239. vxor eius Helena filia Ottonis pueri Brunſu. et Luneb. Ducis † 1270.

Sophia n. 1224 Landgrauia Thuringiæ 1248 vx. Henrici ducis Brabantiæ. vid. Tab. 6.

Sophia nata 1225 ſanctimonialis Kitzingæ.

TAB. III.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. III.

Jutta filia Hermanni I Landgrauii Thuringiæ et comitis palatini Saxoniæ nupta 1) Theodorico Misnensi et Orientis Marchioni, qui vixit 1192, 1199, 1215 et † 1220. 2) Popponi comiti de Henneberg.

Henricus illustris n. 1218. Misnensis et Orientis marchio 1231, 1235. 1241, 1242, Landgrauius Thuringiæ, et comes palat. Saxoniæ 1253 † 1288 vx. eius 1) Constantia † 1243, 2) Agnes † 1268 3) Elisabeth.

Albertus degener n. 1240. Landgr. Thuring. et Com. Palat. Saxoniæ 1272, 1280, 1282, 1283, 1286, 1290, 1291, 1294, 1295, 1298, 1300, 1306 † 1315. vxor 1) Margaretha filia Friderici II imp. † 1270. 2) Kunne de Isenbergk. 3) Alheid relicta comitis de Arnshau.

Theodoricus n. 1242. marchio de Landesberg 1263 † 1283.

Fridericus n. 1269 † 1291.

Fridericus marchio de Dresden n. 1271 † 1316.

Henricus n. 1256 filius Alberti 1272 Misnens. et orient. marchio 1284.

Fridericus admorsus n. 1257, 1272. marchio Misnens. 1281, 1295, 1308, 1323, 1325, 1326. vxor eius 1) Agnes 2) Elisabeth.

Theodoricus n. 1260 1272. marchio 1291 1295 † 1307.

Fridericus 1276 † ante a. 1307.

Ludouicus Apetz seu Apollonius † 1299.

Agnes 1272. vx. Henrici Brunsu. et Luneburg. ducis.

Fridericus claudus n. 1319, 1331.

Fridericus seuerus seu macer marchio Misniæ et Landgrauius Thuringiæ et dominus terræ Plisnensis 1338 † 1349. vel seq. vxor eius Mechtild filia cæsaris Ludouici † 1346.

Elisabeth 1359. vxor Henrici Landgrauii Hassiæ † 1368.

Fridericus n. 1332 † iuuenis.

Fridericus strenuus 1350 1360, 1380 † 1381 anno ætatis 51. vxor Catharina filia Henrici comitis de Henneberg. 1386.

Sigismundus n. 1330 episcop. Merseb.

Balthasar n. 1336 Landgr. Thuring. et M. Misniæ 1360, 1366, 1372, 1378 1380, 1383. 1399 † 1406. vx. Margar. B. de Nurnberg.

Fridericus pacificus marchio 1398 1406, 1413 † 1440.

Ludouicus n. 1340. episc. Halberstadens. 1363, 1366 episc. Bamberg. 1366 electus Mogunt. † 1380.

Wilhelmus monoculus M. Misn. n. 1343. 1350, 1358 1366, 1386 1396, 1398 † 1407.

Fridericus bellicosus n. 1369 marchio Misniæ 1388, 1391 1412, 1413, 1414. dux Saxoniæ et elector 1423 † 1428. vx. eius Catharina filia Henrici Brunsuic. ac Luneburg. ducis † 1442.

Wilhelmus diues n. 1370, Landgr. Thuring. et marchio Misniæ 1413. 1414 † 1425.

Georgius 1398. † 1402.

Fridericus placidus 1414. D. Saxon. et elector 1433, 1439, 1441, 1444, 1448, 1451, 1458 † 1463. vx. Margaretha fil. Ernesti D. de Austria.

Sigismundus n. 1416. episcop. Wurtzburg. 1440, 1441, 1442.

Wilhelmus dux Sax. 1439, 1441, 1448, 1451, 1452, 1460 † 1482.

Henricus n. 1422.

Anna vx. N. Landgrauii Hassiæ.

Catharina n. 1420. vxor Friderici elect. Brandenburg.

Ernestus n. 24 Martii 1441. dux Saxon. et elector 1473, 1479, 1483, 1485, 1486 † 1486. vx. Elisabetha Duc. Bauariæ. Sator lineæ Ernestinæ, vid. Tab. 4.

Anna vxor Alberti march. Brandenb.

Amalia vx. Ludouici Bauar.

Albertus dux Saxoniæ et marchio Misnensis 1483. Sator lineæ Albertinæ, vid. Tab. 5.

TAB. IV.

TAB. IV.

gubernante Corbeiam Adalgario.



Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. V.



TAB. VI.

TAB. VI.

guber-nant Corbe-iam Adal-gario.

Sophia, filia Ludouici VII et Elisabethæ, nata 1224, Landgraphia Thuringiæ 1248. vxor Heinrici ducis Brabantiæ.

Henricus infans dux {Lotharingiæ et Brabantiæ, Landgrauius Hassiæ 1247, 1265, 1279, 1280, 1291, 1297, 1300, 1301, 1303, 1305. vxores eius
1) Adelheid, filia Ottonis pueri Brunsu. ac Luneburg. ducis 1258 1272, mortua ante an. 1279. e primo toro.
2) Mechtild filia Theodorici com. de Cleue 1279, 1294, 1296. vidua 1309. e secundo toro.

Sophia vx. Ottonis com. de Waldeck vidua 1306.

Adelheid vxor Bertholdi com. de Henneberg 1283 1284 1299 1308

Henricus comes de Waldeck 1306. vxor eius Adelheit comitissa de Cleue.

Mechtild vx. Godefridi com. de Hennebergk 1287 1302

Heibeke 1304. sanctimonialis in monasterio Aldenburg prope Wetzflariam

Elisabeth vxor Iohannis comitis Seinensis 1289.

Heinricus 1296. vx. Agnes fil. Ludouici C. P. R. et D. Bauariæ, et Mechtildis filiæ cæsaris Rudolfi I. mortuo, vx. Heinrici marchionis Brandenburg. E primo toro nata.

Agnes vxor Gerlaci comitis Nassouici 1309.

Otto Landgrau. terræ Hassiæ dominus 1296 1302, 1303 1308, 1309 1314, 1315 1316, 1320 1323, † 23 Ianuar. 1328. vxor eius Adelheid 1304. (comitissa de Rauensberg.)

Elisabeth vx. 1) Wilhelmi Br. ac Lun. ducis fratris Alberti 2) Gerhardi domini de Eppenstein 1294.

Agnes vx. Iohannis Burgrauii Norimbergensis.

Catharina vx. Ottonis com. de Orlamunde 1308.

Margaretha vx. domini de Görtz 1308.

Iohannes 1300, 1303 1305, 1308 1309, 1311 † 1311 vx. eius Adelheid 1309. (filia Henrici Brunsu. ac Luneb. ducis.)

Ludouicus 1308 episc. monasterien sis 1334.

Henricus Ferreus, primogenitus Ottonis Landgrau. Hassiæ 1320, 1328, 1330, 1334, 1336, 1337, 1339, 1339, 1341, 1345, 1346, 1346, 1358, 1364, 1367, 1369. vx. eius Elisabeth filia Friderici admorsi marchionis Misniæ.

Ludouicus Landgrauius 1364 1367, 1369.

Hermannus 1334, 1346 1375.

Adelheid Regina Poloniæ 1340.

Otto sagittarius, filius Henrici primogenitus 1341. Landgr. Hassiæ, 1352, 1354, 1358, 1364 † 1369. vxor eius Elisabetha de Cleue.

Henricus 1370, 1375.

N. filia vxor Ottonis Br. ac Luneburg. ducis.

Hermannus Landgrauius, terræ Hassiæ dominus 1367, 1369, 1370, 1376, 1381, 1385, 1389, 1391, 1395, 1397, 1398, 1400. vid. Tab. 7.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. VII.

Hermannus Landgrau. Hassiæ 1367, 1369, 1370 1376, 1381, 1385, 1389, 1391, 1395, 1397, 1398, 1400.

Ludouicus Landgrauius Hassiæ 1404, 1413, 1413, 1419, 1420, 1421, 1426, 1429 1431, 1440, 1440, 1441, 1443, 1445, 1448, 1450, 1454, 1458, 1459.

Ludouicus Landgrau. Hassiæ 1462, 1465 1466, 1468, 1469, 1470 †1471. vx. Mechtild.

Hermannus archiepisc. Colon. 1473, 1474 1482, 1488, 1495 1502, 1506 †1508.

Hermannus Canon. Colon. 1469, 1479 1500.

Henricus 1452, 1462 1471, 1474, 1479 vx. Anna comitis de Catzenellenbogen.

Agnes vxor Ottonis Br. ac Luneb. ducis †147[illegible].

Wilhelmus senior n. 1469, 1479, 1485 1489, 1490, 1491 † 1515.

Wilhelmus medius 1479, 1502, 1503 1504, 1506 †1509. vx. 1) Jolanda ducissa de Lotharingia 1497. 2) Anna ducissa de Mecklenburg. 1515.

Wilhelm iunior 1489, 1499 † 12 Febr. 1500. vx. Mechtild ducissa de Julich.

Elisabeth 1479.

Mechtild.

Hermannus 1500.

Magdalena.

Philippus magnanimus n. 13 Nouemb. 1504. Landgrau. Hassiæ 1514, 1518, 1519, 1524, 1530, 1533, 1535, 1536, 1555, 1557 †1567. vx. Christina filia Georgii ducis Saxoniæ.

Wilhelmus 1552, 1555, 1562 1567, 1577, 1585, 1587, 1589 †1592. vxor Sabina duc. de Wurtenberg.

Ludouicus 1555, 1577 1579, 1582 1585, 1589.

Philippus 1555.

Agnes vxor Mauritii Duc. Saxon. et Elector. 1540.

Georgius † 1596. Sator lineæ Darmstadensis. vid. Tab. 8.

Mauritius Landgrauius Hassо Casselanus 1603, 1608, 1614 †1632. vx. 1) Agnes filia Io. Georgii comitis de Solms 2) Iuliana filia Iohannis com. de Nassau Dillenburg.

Wilhelm 1632, 1634, 1635 1635 †1637. vxor Amalia Elisabetha comit. de Hanau 1647.

Fridericus † 1655. vxor Eleonora Catharina, soror Caroli Gustaui regis Sueciæ.

Ernestus, Landgrau. Hassо-Reinfel. †1693.

Wilhelm Landgr. Hassо-Cassel. 1654 †1663. vxor Hedewig Sophia fil. Georg. Wilhelmi elect. Brandenburg.

Christina n. 30 Oct. 1648 † 8 Mart. 1702. vxor Ferdinandi Alberti Brunsu. ac Luneburg. ducis †23 April 1687.

Wilhelmus n. 1648 † 1688.

Carolus n. 3 Aug. 1649.

Charlotta Amalia regina Daniæ.

Carolus Landgr. H. Cassel. n. 3 Aug. 1654 vxor Maria Amalia, filia Iacobi D. de Curland.

Philippus Landgr. Hass. Philipsthal n. 1655.

Ferdinandus Albertus Brunsu. ac Lun. dux †3 Sept. 1735.

Ernestus Leopoldus n. 25 Iun. 1684.

Christianus n. 11 Iul. 1689.

Fridericus Rex Sueciæ n. 28 April. 1676.

Wilhelmus n. 10 Mart. 1682 vx. Dorothea Wilhelmina D. Saxon.

Maximilianus n. 28 Maii 1689.

Georgius n. 8. Jan. 1691.

Carolus n. 23 Sept. 1682. vx. Carolina Christina D. Saxon.

Wilhelmus n. 2 Apr. 1692. vx. Wilhelmina Charlotta P. de A. Bernburg.

Carolus Dux Brunsu. ac Luneb. n. 1 Aug. 1713.

Iosephus nat. 22 Sept. 1705.

Fridericus n. 14. Aug. 1720. vx. Maria fil. Georgii II. Regis Magnæ Britanniæ.

Wilhelmus n. 29 Aug. 1726.

Wilhelmus n. 18 Mart. 1726.

Georg Wilhelm n. 3 Iun. 1743.

TAB. VIII.

TAB. VIII.



Mirabere, lector, quod hoc genealogicum schema multa habet noua. Quamobrem ea iam rationibus stabiliemus ac confirmabimus non contemnendis. *Gerhaum ducem* statuimus progenitorem omnium comitum Hassiæ, atque hoc eam ob causam, quod ex genuino Caroli Magni diplomate patet, eundem *Gerhaum* bona sua hereditaria tenuisse ad siluam Bocchoniam, et circa locum Hauucabrunni. Vnde animaduertere licet eundem *Gerhaum* bona sua priua in Hassia habuisse. atque vt eo melius de hoc momento iudicare possis, præstantissimum diploma, ad quod iam supra sæpissime prouocauimus, tandem aliquando addimus. En illud.

℄ In nomine patris et filii et ſpī ſtī Karolus ſereniſſimus aūg a dō coronatus magnus pacificus impr romanum gubernans imperium qui et p miſericordiam dī rex francorum et langobardorum. Omnibus fidelibus noſtris praeſentibus et futuris notum ſit quia *aſig* qui et *adalricus* fidelis noſter innotuit ſerenitati ñrāe eo quod pater illius *hiddi* dum ceteri ſaxones contra nos infideliter egiſſent praefatus *hiddi* mallens fidem ſuam ſeruare quam cum ceteris infidelibus perſeuerare relinquens patriam natiuitatis ſuae uenienſ ad nos & dum in noſtro eſſet obſequio uenit ad uillam cuius eſt uocabulum *uuluiſangar* quam tunc temporis *franci* & *ſaxones* pariter inhabitare uidebantur cupiens ibi manere ſed minime potuit tunc pergens ad locum qui dicitur *hauucabrunno* inter *uuiſeraa* & *fuldaa* occupauit ſibi partem quandam de ſilua quae uocatur *bocchonia* quam morienſ dereliquit filio ſuo *aſig* qui et *adalricus* uocatur ſed poſtea uenientes miſſi noſtri ad eadem loca praedictam ſiluam ad opus noſtrum

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

noſtrum conquiſierunt ad *hereditatem* ſcilicet *gerhao quondam ducif* noſ tamen propter fidele ſeruitium praedicti fideliſ noſtri *aſig* ſiue patriſ petitionem eiuſ ad effectum perducere uolenteſ in eadem ſilua in loco memorato ubi pater eiuſ *hiddi* illud propriſum quod in eorum lingua biuanc uocatur feciſſe cognoſcitur duaſ leugaſ in longum et duaſ in latum et ſex in circuitu illi et heredibuſ eiuſ conceſſimuſ ad habendum ſed pro integra firmitate ad noſtram accedenſ clementiam poſtulauit celſitudini noſtrae ut noſtrae auctoritatiſ praeceptum ei confirmare deberemuſ quatenuſ ipſe et heredeſ illiuſ perenniſ temporibuſ abſque alicuiuſ praeiudicio tenere et poſſidere quieto ordine deberent cuiuſ petitionem non abnuenteſ ſicut unicuique fidelium noſtrorum iuſte & rationabiliter petentium ita conceſſiſſe atque in omnibuſ confirmaſſe cognoſcite. Praecipienteſ ergo iubemuſ ut nulluſ fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum praefatum *aſig* qui & *adalricuſ* uel heredeſ illiuſ de hoc propriſo ſeperiuſ memorato quod in lingua eorum biuanc dicitur expoliare aut inquietare ullo quoque tempore praeſumat ſed liceat ei ſicut diximuſ p hoc ñrm̃ praeceptum ipſã terrã quantũcumq; pater eiuſ occupauit & ei in hereditatem dimiſit omni tempore tenere atque poſſedere. Et ut haec auctoritaſ firmior habeatur et p futura tempora meliuſ conſeruetur de anulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimuſ.

Cuuitherus diaconus ad uicem hieremiae recognoui et ſſſſ

data. VII id̃ mai anno Xp̃o propitio imperii noſtri XIII regni uero in francia XLV atque in italia XXXVIIII indictione VI actum aquiſgrani palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Huius diplomatis interuentu donauit Carolus Magnus locum Hauucabrunno, inter Wiſeram et Fuldam fluuios, fideli ſuo adſectatori *Aſig*, qui, vti iam ante demonſtrauimus, erat dux Oſtfalorum *Heſſi*. Hic in monaſterio Fuldenſi animam creatori reddidit, et, nulla maſcula prole relicta, hereditatem diſtribuit filiabus. Per feminas ergo locum Hauucabrunno in manum *comitis Eſic*, qui eundem locum, teſte §. 110, monaſterio Corbeienſi tradidit, peruenerit oportet. *Comes* itaque *Eſic* vel gener, vel nepos ducis Oſtfalorum *Heſſi* ſeu *Aſig* fuit. Ipſum vero nomen *Eſic* ſatis dilucide commonſtrare videtur, *Eſiconem comitem* neutiquam fuiſſe generum *ducis Aſig*. Nomen enim ei inditum videtur ab auo materno. Propterea maluimus eum habere pro nepote, quam pro genero, ducis *Heſſi*. Fore, vt calculum ſuum nobis addant eruditi, ſperamus. Quis ergo pater fuit, quæris, *Eſiconis comitis?* Reſpondemus, *Berndag* fuit eius pater, quem auum conſtituimus *Wigſuitæ*. Quamuis enim *Berndagus* in noſtris traditionibus nunquam appelletur filius ducis *Gerhai*, bona tamen, quæ poſſedit, luculentiſſime id ſignificant, quia illa fuerunt ea ſita intra regionem, in qua dux *Gerhao* bona ſua tenuiſſe dicitur. Iam autem nullo modo probabile videtur, alium dominum in villa Thurisloun bona poſſediſſe, niſi filium ſeu nepotem eiuſdem *ducis Gerhao*. Sit ergo *Berndag* filius *Gerhao ducis* et pater *Eſiconis comitis*. Vxor itaque eius neceſſario fuit filia ducis Oſtfalorum *Heſſi*. Hinc facile id cauſſæ complecti poteris animo, cur *Berndag* puellam ducis *Heſſi* duxerit. Duxit eam eo fine, vt acquireret bona, ſuis contigua eidemque duci a Carolo Magno conceſſa. Cum vero *Berndagi* neptis fuerit *Wigſuita*, probabiliter id nominis nacta ex auia ſua, hæc ipſa ducis Oſtfalorum *Heſſi* filia nomen habuit *Wigſuit* ſibi inditum. Facile, inquis, hoc tibi damus, dummodo comprobare poſſis, *Eſiconem* comitem fuiſſe dominum Haſſiæ, atque in ea bona hereditaria poſſediſſe. Sed cur argumentum deſideras, amice, quod tibi modo dedimus? Noli enim putare, *Eſiconem comitem* cum villa Hauucabrunno omnia ſua Corbeienſibus tradidiſſe, quæ Carolus Magnus auo eius materno indulſerat. Omnem enim prouinciam, duas leucas (milliaria Gallica) longam, et duas latam et ſex circuitu complexam, ab abbatia noſtra Corbeienſi in Buchonia poſſeſſam eſſe nemo contendet. Maximam ergo partem illius regionis, quam Carolus Magnus

duci





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ducí Oſtfalorum *Heſſi* impertiuit, nepos eius *comes Eſic* ſibi reſeruauit. Si id dubitas, adprobant nihilo ſecius tabulæ ſequentes ex clariſſ. I. F. Schannati Traditionibus Fuldenſibus p. 172. ſeq. depromtæ, *Eſiconem* noſtrum comitatum ſuum habuiſſe in confiniis Haſſiæ intra pagum Salagewe. Pagum enim Salagewe olim exſtitiſſe ad fluuium Salam, flumen Franconicum, ambigi non poterit. En vero tabulas ipſas. gubernante Corbeiam Adalgario.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXXXVIII. indictione prima menſe iunio XVIII. kalend. iulii, facta eſt contentio Gozberti et *Hrabani abbatis* coram imperatore *Ludouico* et *filiis eius Ludouico* et *Carolo*, nec non et principibus eius in palatio apud *Niomagum* oppidum conſtituto, de captura, quam Folcholt et fratres eius Burgeo et Hraho tradiderunt ad S. Bonifacium, ubi et Gozbertus, conuictus carta traditionis et teſtibus idoneis hoc eſt Eggiharto, Burgone, Engilhardo, Mechone, Liutgario, Hilinfrido, Ruadhoo, Meginolto, Ercanfrido, Hartrato, reddidit iuſſu imperatoris coactus quod iniuſte per fraudem de eadem traditione abſtulit coram his teſtibus, *Trugone archiepiſcopo*, *Otgario archiepiſcopo*, *Radolto epiſcopo*, *Helmgaudo epiſcopo*, *Gerfredo epiſcopo*, *Theodgrimo epiſcopo* et *Baturato epiſcopo*, *Adalberto comite*, *Helphrico comite*, *Albrico* comite, item alio *Albrico comite*, *Popone comite*, *Gebawino comite palatii*, *Ruodharto* ſimiliter *comite palatii*, *Hattone comite*, *Madalgero comite*, *Gebaharto comite*, *Adalgario comite* et innumerabilibus vaſallis dominicis. Item eodem anno menſe iulio ſexto idus eiuſdem menſis coram *Heſſe comite* in conuentu publico *in pago Salagewe* in villa quæ vocatur karagolteſbach, Freibraht vocatus Gozwaldi cum vadio reſtituit Leidrato aduocato domini Rabani, præcipiente comite et ſcabinis iudicantibus, hoc ita iuſtum fieri, et huius cauſæ otocar fideiuſſor exſtitit, totum et integrum, quidquid præfatus Gozbaldus et fratres eius de poteſtate ſancti Bonifacii iniuſte abſtulerunt in *Kinzzinchero marcu* de captura, quam Folcholt et fratres eius Burgeo et Hraho tradiderunt ad S. Bonifacium præſentibus his teſtibus. *Heſſe comite*, Ercanbraht, Friduuin, *Althuring*, Nandheri, Ratboto, Samuel, Sinlicho, Marcolt, Samanolt, Otacar, Hruodbraht, Engilbraht, Othelm, Adalwig, *Folcheri*, Thiotrih, Nandhad, Sigibraht, Eggiolt, Stinding, Adalmann, Thinbraht, Otbraht, *Buobo*, Eggihart, Hruodbraht, Folcolt, Arindeo, *Folcmar*, Wenito, Batarih, *Adalger*, item teſtes veſtitionis † ſignum Freibrahti et Otacari, qui hanc veſtitionem fecerunt, Friduuin, Althuring, Folc heri, Adalman, Leidrat, Hruodhelm, Sigimunt, Hanno, Remming, Reginfrid, Hruodhoh, Burgeo, Werinhart, Irminbraht, Hruodhart, Gerhart, Hatto, Gerleuuin, Arnhelm, Suuabraht, Hartuuin, Anſhelm, Starcfrid, Hruodbero, Elting, Sibicho, Engilhart, Altraht, Ercanfrid, Folcrat.

Plura de *Eſicone comite* iam ſupra diximus et infra dicemus, ſperantes, ſatisfactura eſſe ea, quæ ſunt allata, ſolidæ veritatis cultoribus. Id unicum modo adiicimus, paragraphum 219 nobis anſam præbuiſſe, hanc commentationem in veritatis lucem proferendi. Cum enim in eo deprehenderemus, quendam *Gerhonem* in villa Sandhurſt in pago Heſſi Franconico manſum medium Corbeienſibus tradidiſſe, ſtatim in mentem veniebat *Gerhao dux* ex diplomate Carolino, et cogitabamus, eundem *Gerhonem* inter poſteros *ducis Gerhao* referendum eſſe. Quamuis enim nobis ſitus villæ Sandhurſt nondum cognitus ſit, quem eruditi domini Haſſi ſcrutabuntur; nomen tamen et bona illius *Gerhonis* nobis perſuadent eruditis non fore ingratum, ſtatuiſſe nos, *Gerhonem* iſtum *Eſiconis* comitis filium fuiſſe. Si villa *Affneti*, quæ §. 207 exſtat, in noſtro Regiſtro reperiretur, contendere eſſet nobis integrum, *Gerhonem*, qui in eadem villa pro patre ſuo *Landfrido*, quidquid habuit, donauit, nepotem fuiſſe eiuſdem ducis *Gerhaonis*. Landfridus enim ille *Berndagi* frater eſſe, et *Gerho* nomen ſuum ab auo accipere, potuiſſet. Sed quia ſitus villæ Affneti adhuc eſt dubius, aliquid certi definire nequimus. Interim tamen voluimus *Landfridum* et *Gerhonem* noſtro genealogico ſchemati inſerere, quo aliis occaſionem præberemus rei curatius contemplandæ. Veriſimiliter a noſtris Gerhonibus nomen accepit terra Geroa ſiue Gerauia, *das Gerauer-Land*, intra Haſſiam ſita. Vtcunque vero res ſe habeat, ſiue

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

siue spectarint *Landfrid* et *Gerho* ad hanc familiam Hassiacam, siue eo non sint referendi, negari tamen non poterit, *Alfdagum* et *Warinum* eidem genti esse inserendos. Probabilissime enim *Alfdagus* frater fuit *Esiconis comitis*, quia, testante §. 276, *Warinus* pro patre suo *Alfdago* in villis Hildimereshus et Rikinem duas familias tradidit, quæ villæ in nostro Registro ponuntur intra pagum Hessi, inter quas Hildimereshus villa est vel Heimershausen vel Elmershausen, in inferiori Hassia vix duo milliaria distantes a villa Balemeri, in qua *Erdag*, *Esiconis* filius et regis *Hludouuici* sororius quædam tradiderat, vti iam supra ex §. 253. didicimus. Quia vero *Alfdagus*, si *Berndagi* filius fuerit, inter nepotes seu heredes ducis Ostfalorum *Hessi*, qui in his traditionibus §. 104, 111, et 121. recensentur, non reperitur, statuendum est, *Berndagum* duas habuisse coniuges, alteram ducis Ostfalorum Hessi filiam, ex qua *Este comes*, qui §. 121 inter coheredes illius ducis exstat, et alteram, ex qua *Alfdagus* procreati, cuius vero vltimæ coniugis genus paternum nescitur. Fortassis autem Alfdagus ille sator fuit *Verthumundi*, qui consensu filii sui *Alfdeches* circa annum 1016. in marca Calriki ecclesiæ Paderbornensi tradidit XXIII agros et I aream, testante *vita Meinwerci* T. I. Leibnitii p. 535. n. 54.

De posteris horum dominorum plura addi, necessum non videtur. Intermittere tamen non possumus, quin quædam maioris illustrationis ergo adiiciamus. Ac primo quidem falsum est, *Conradum I. Vaiarini* seu *Werinharii* filium anno 905 esse mortuum, quod omnes recentiores historici perhibent. Chronicon enim nostrum MSptum et coætaneum et fide dignum illum nominat *ducem*, eumque anno 906 occisum esse refert, id quod etiam attestatur Necrolog. Fuldense Tom. III. S. R. Brunsv. Leibnitii p. 763, quod, eum fuisse *comitem*, asserit; Widekindus vero noster *Annal.* Lib. I. p. 635. hunc *Conradum I.* nominat patrem *Conradi regis*, et regis *Conradi* fratrem p. 636 appellat *Euerhardum*, additque, regem *Conradum* sepultum esse in ciuitate sua Wilinaburg, per quam eruditi iam dudum intellexere oppidum Weilburg in Wetterauia ad fluuium dictum Lonam, *die Lahn*, nullo autem alio in loco corpus regis Conradi humatum esse, nisi in monasterio Fuldensi, prolixius probatum dedit I. F. Schannat in Historia Fuldensi. *Euerhardum I*, fratrem *Conradi I* comitis, filium habuisse *Conradum III*, demonstrauimus documento ex Thesauro A. N. Martene et Durandi, eadem vero probanda quoque sunt ex Widekindo nostro, appellante hunc *Conradum* Lib. III. Annal. f. 653. *Euerhardi* filium atque amicum *Conradi IV.* ducis scilicet Lotharingiæ, qui *Euerhardus I* anno 902 in prælio, *Conradus* vero Tertius periit in prælio ad annum 953, Annalista Saxone teste, p. 286, et dux Conradus huius nominis IV. anno 955 occisus est, testante Chronico nostro MSpto. *Conrado I.* atque *Euerhardo I.* tribuunt fratrem *Gebehardum*, qui filios habuerit *Herimannum* atque *Vtonem* seu Ottonem, verisimiliter ita appellatos in memoriam *Herimanni* atque *Vdonis*, conditorum ecclesiæ Wetzlarienſis, quo cum Chronologia bene concordat. Cum enim curam dedicandæ illius basilicæ anno 897 in se suscepterit *Rudolfus* episcopus Wirceburgensis, frater *Gebehardi comitis*, annotante Eccardo in *commentariis de rebus Franciæ Orientalis* Lib. XXII. §. 52. p. 714; *Herimannus* atque *Vdo* coætanei fuerunt *Vaiarini* nostri, vti ex traditionibus nostris apparet. Wetzlaria sita est in Wetterauia ad fluuium Lonam, *die Lahn*, inter Weilburg et Giessen oppida. Eapropter omnino hi domini inter progenitores comitum Hassiacorum referendi videntur. *Euerhardus II*, seu, vti in ipso codice scribitur, *Euurhardus* dux (Lotharingiæ) cum Isliberhto (attende ad vocis scriptionem, recentiores eum nominant Giselbertum) duce occisus est anno 939, vti Chronicon nostrum MSptum attestatur; *Conradi* autem *regis* frater erat *Otto*, *comes* pagi Loganaegowe, teste diplomate in clarissimi Schannati *Buchonia Veteri* p. 384 allegatum, et in *Corp. Trad. Fuld.* f. 227. allatum, vbi etiam horum fratrum genitrix appellatur *Glismuoda*. Huius *Ottonis* filius *Conradus IV*, cui Otto I. imperator filiam suam vnicam (laicam), quam Ditmarus Tom. I. Leibn. p. 370. appellat *Luitgardam*, desponsauit, et ducatum regionis Lothariorum concessit, Widekindo nostro teste p. 649, in prælio occubuit vngarico, vti rursum Widekindus prodidit p. 657, quod anno 955. IV id. Augusti factum est, vti Chronicon nostrum MSptum addit: Cuonrat comes ergo, qui, teste *Necrologio Fuld.* l. c. p. 763, obiit a. 948. II Kal. Iul. alius esse debet, fortassis ille fuit Gerolti VI, et Gerhardi III frater, de quibus in seqq. plura. Conradi ducis mortem etiam retulit ad annum 955 Fuldense Necrologium

gium p. 764, atque in eo quam accuratiſſime concordat cum Chronico noſtro MSpto. Huius *Conradi IV*, et *Luitgardæ* (natæ Ottonis I. cæſaris) filium appellat Ditmarus in *Chronico* p. 370 *Ottonem* et ducem Carrentorum nec non Veronenſium comitem. De huius autem *Ottonis* poſteris plura, vtpote iam notiſſima, inſerere hiſce commentariis nolumus, cum nemo de iis amplius dubitet. guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Nolim autem putes, Beneuole Lector, nos iam omnia dixiſſe, quæ de originibus antiquorum Haſſiæ comitum in medium poterunt proferri. Plura enim adhuc addenda reſtant, quibus dicta noſtra egregie confirmari queunt. Euoluamus enim, quæſo clariſ. *Io. Frid. Schannati Traditiones Fuldenſes*, eiuſdemque *Buchoniam Veterem*, *Clientelam* et *Hiſtoriam Fuldenſem*, vbi deprehendemus plurima, quibus commoti nouas ad oppiniones ſtabiliendas, ea, quæ ſupra tantum per coniecturas expoſuimus, acquirere magnæ veriſimilitudinis pondus, intelligemus. Enunciatis autem noſtris præmittenda eſſent geographica, niſi nobis iam palmam in iis præripuiſſet *D. Schannatus* in *Buchonia Veteri*, in qua de ſitu antiquorum pagorum Haſſiæ et Buchoniæ, ſcilicet pagorum Loginaegowe, Grapfeld, Tullifeld, Salagewe, Aſcfeld, Folcfeld, Wormazinſe, aliorum pagorum, circa diœceſin Fuldenſem ſitorum, ita egregie egit, vt hoc labore omnino ſuperſedere queamus. Cuicumque ergo dicta noſtra obſcura videbuntur, is euoluat eiuſdem Schannati *Buchoniam*, in eademque Tabulam Geographicam *Buchoniæ Veteris*. Eo ipſo erunt illi omnia plana et perſpicua. In *Traditionibus Fuldenſibus* multos deprehendimus dominos, qui in ſupra dictis pagis quondam bona poſſederunt parua, quorum poſſeſſorum quoſdam iam ſupra ad Saxones noſtros retulimus, plures autem nequaquam cum Saxonicis dominis inſeri poſſe, ſed inter progenitores *ducis Gerhaonis* recenſendos eſſe, arbitramur. Ne autem andabatarum more pugnemus, heic quoque præmonere debemus, illos, quos iam ante §. 104 adtigimus, ſcilicet filios et nepotes eſſe plerumque heredes bonorum priuorum, quæ ad ipſos deuoluta fuerunt ex poſſeſſionibus patrum atque auorum ſuorum: patresque olim filiis ſuis nomina indidiſſe a patribus, auis, proauis, patruis et propatruis ſuis petita. Itaque genealogicum ſchema progenitorum *Gerhaonis ducis* producimus, ad ſententiam hanc tantisper adſumtam curate elaboratum.



Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Omnes hos dominos in pagis ante dictis bona tenuisse hereditaria, e rationibus sequentibus patebit. Praeter *Luitfridum* praefectum, cuius Schannatus in *Buchonia Vet.* p. 336 ad annum 747 mentionem iniecit, vetustiorem dominum non inuenimus, nisi *Adalbertum* primum, qui vxorem duxit *Ermensidam*, atque anno 750 infra muros Moguntiae ciuitatis S. Bonifacio bona tradidit, teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 1. Probabilissime hic idem *Adalbertus* is est, qui l. c. p. 4. ad annum 757 bona quaedam largitus est, in pago Wormacinse sita. Eadem in vrbe Moguntia, eodemque in pago Wormacinse posita bona tradidit *comes Leidratus* anno 755, 756 et 765. l. c. p. 2, 4 et 12. Quantum igitur e situ locorum traditorum collegimus, arbitrandum credimus, *Adalbertum* et *Leidratum* fuisse fratres. Et cum p. 12 *Leidrati soror* appellatur *Irminswinda*, inde sequitur, eandem quoque exstitisse germanam *Adalberti*.

Chronologia et situs locorum permittit, vt statuamus, *Althuringum* et *Mantonem* ante dictorum dominorum fuisse fratres. Cum enim l. c. p. 48 seq. ad a. 791 asseratur, *Althuringum*, patrem *Altfridi*, cuius vxor erat *Folrata*, vsum fuisse patre *Althuringo*, inde subnascitur ansa coniectandi, hunc *Althuringum* fuisse fratrem *Adalberti*. Bona enim, quae tradidit, visebantur in pago Grapfeld, qui pago Wormacinsi contiguus erat. Habuit autem *Althuringus II* praeter *Altfridum* adhaec filium, nomine *Cunibrahten*, quippe qui in eisdem *Tradit. Fuld.* p. 50 ad annum 792 appellatur presbyter ac filius *Althuringi*, et frater *Altfridi*. Probabilissime is tempore eodem ad monasterium Fuldense se adgregauit. Eapropter fuisse is videtur *Cuniberterchus comes*, qui teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 31 ad annum 779 in pago Wormazfelde bona quaedam tradidit ecclesiae Fuldensi. Huius *Cunibrahtes* frater fuit *Friesо*, quippe qui a. 824 l. c. p. 151 pro fratre suo *Cunibrahto* bona quaedam S. Bonifacio largitus est, in Friesenhus villa pagi Grapfeld sita. *Althuringum* adhuc anno 819 et 821 vixisse, ex iisdem *Tradit.* p. 129 et 132 didicimus. Eodem enim tempore Fuldensi ecclesiae tradidit bona quaedam, in pago Grapfeld conspicua. Eadem dicanda sunt de *Mantone comite*, qui anno 788 cum fratre suo *Magingozo* et sorore *Iuliana* bona tradidit Fuldensi ecclesiae in pagis Asfelt, Salagewe, Grapfeld et Weringewe, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 41 seq. Cum autem eorum fratrum pater appelletur *Manto*; idem omnino frater *Althuringi*, *Adalberti*, *Irminswindae*, *Leidrati* et *Luitfridi* non fuisse existimandus est.

Adalbertum I gauisum esse vxore, iam ante monuimus. Eius ergo filii videntur fuisse *Odacrus*, *Nordperdus*, *Voto comes*, *Warinus comes*, et *Hrodoltus*. *Odacrum* possedisse bona in pago Wormacinse, docent nos eaedem *Traditiones* p. 3, 19, 22, et 26. Pagina 3 ad annum 756 eius frater appellatur *Nordperdus*: p. 19 ad a. 772 dicitur eius vxor *Hruodswinda* et filia *Lantswinda*, et p. 22 asseritur, eidem *Odacro* fuisse filios. At eorum nomina non exprimuntur. *Nordpraht* tradidit an. 757 sita in eodem pago Wormacinse bona quaedam p. 5. Et cum idem *Nordprahtus* posita in eodem pago bona quaedam ecclesiae praedictae traderet, eiusdem filiae ad a. 800 nominabantur *Helmschwind* et *Crapucha*.

Voto comes a. 757 p. 6 inter testes apparet, et l. c. p. 28 dicuntur tradidisse ad a. 777. *Vto comes* eiusque vxor *Geilswinda* bona quaedam, sita in pago Wormacinse. Patruus ille videtur fuisse *Vtonis*, qui anno 813 l. c. p. 110 in eodem pago ecclesiae Fuldensi quaedam largitus est. Et cum pro *Voten* bona quaedam Fuldensibus tradita sint ad annum 815, a quodam *Walahfrido* profecta, sita in pago Salagewe, teste p. 119, eodem anno *Vto*, vitam cum morte commutasse censendus est. *Walahfridus* ille *Vtonis* filius videtur fuisse. Hoc fit ex eo probabile, quod p. 91 ad a. 803 *Waldfridus* quidam vocatur cognatus *Leobswindae*, quam habemus pro supra dicta *Lantswinda*, filia *Odacri*, quem fuisse eundem *Walahfridum* putamus, cuius vxor ad annum 800 p. 72 nominatur *Williquema*. Eiusdem *Walahfridi* frater fuisse videtur *Leidrat*, a propatruo ita dictus, cuius ad annum 811 p. 104 eaedem traditiones meminere.

Warinum comitem porro inter progenitores *Gerhaonis ducis* retulimus, quia inter posteros eiusdem ducis nomina Warinorum crebro repetuntur. Habuit *Warinus* vxorem, nomine *Friderunam*. Ipse anno 780 tradidit bona quaedam Ful-

Fuldenſi eccleſiæ, in pago Moyngowe ſita, atque hæc in pago Gotzfelt poſita, teſte *Corpore Trad. Fuld.* p. 33 ſeq. et p. 298. Cum autem p. 33 aſſeritur, eadem, quæ *Frideruna* tradidit, fuiſſe partem dotis ſuæ, *frideruna*, filia cuiuſdam domini e proceribus Saxonum, qui quondam bona habuerunt quam plurima, per Buchoniam ſita, vti ante vidimus, non eſſe non potuit. gubernante Corbeiam Adalgario.

Hrodoltum inter progenitores *Gerhaonis ducis* referendum eſſe cenſemus, eo quod non ſolum eius nomen, quod a nomine Rudolfi diuerſum non eſſe videtur, crebro inter eius poſteros repetitur; ſed etiam quia idem *Hrodoltus* a. 772 bona tradidit eccleſiæ Fuldenſi, in pago Wormacinſe viſenda. l. c. p. 18. Videtur ille fuiſſe pater *Hruodolfi*, cuius ad annum 807 l. c. p. 96 mentio iniicitur. Huius fortaſſis filius fuit *Hruodolfus comes palatii*, cuius ad a. 857 et 872 meminiſſe deprehendimus *Annales Franc. Fuldenſ.* T. I. S. R. G. Freheri p. 31 et 43. Si liceret noſſe, quo tempore *Frigarta* bona ſua tradiderit, ſita in Citingemoueldo, de quibus Traditiones Fuldenſes p. 312 num. 4 confer, perhibere liberet, eandem fuiſſe vxorem *Hrodolti* Quia enim illa habuit filium *Rudolfum* et filias *Friduwicam* et *Friburcam*, adfirmatu foret procliue, eundem fuiſſe *Rudolfum* et ante dictum *Hruodolfum* exſtitiſſe filium *Hrodolti*.

Odacro fuiſſe filios, et filiam nomine *Lantſwindam*, iam ante e Traditionibus Fuldenſibus demonſtrare libuit. Hæc eadem *Lantſwint* fuiſſe ea ipſa videtur, quæ bona ſua Fuldenſibus tradidit, ſita in Herſte, et tradidit in aliis villis intra Haſſorum regionem, quidquid *proprietatis* habuit, teſte *Corpore Trad Fuld* p. 306 num. 22. In pago Wormacinſe eandem *Landſwindam* anno 779 bona tenuiſſe hereditaria, diſcimus ex eiſdem *Tradit. Fuld* p. 31. Et cum Liutſwinda quædam et *Adalpraht* anno 802 ſita in pago Wormacinſe bona ſua Fuldenſibus tradiderint l. c. p. 77; *Adalpraht*, cui nomen inditum eſſe videtur, ab auo ſuo *Adalberto* petitum, eiuſdem *Lantſwindæ* frater videtur fuiſſe. Tradidere autem *Luitſwinda* atque *Adalpraht* eadem bona pro anima *Berenharti*. Hunc eapropter pro eorum fratre et conſanguineo habemus. Apparet vero ex eiſdem Traditionibus Fuldenſibus, hunc *Berenhartum* nullum fuiſſe alium, niſi eundem, qui l. c. p. 13 et 17 ad annum 765 et 785 eccleſiæ Fuldenſi bona dedit, in eodem pago Wormacinſe ſita, qui gauiſus eſt vxore *Walthaide*, ſorore *Hildilaue* et filio *Walthero*, quique in eiſdem *Trad.* p. 302 num. 54 ſeq. *comes* et *frater Adalharti* nominatur, atque, amiſſa priori vxore, duxit vxorem *Chriſtinam*. An *Waltheres*, filius *Berenharti*, ſit *Walto*, qui in eiſdem Traditionibus ad annum 785 p. 36 appellatur *vir nobiliſſimus in pago Thuringiæ*, id quidem adfirmare non audemus ita, vt nihil de ea re dubitationis reſtet. Videtur autem id ſic fuiſſe, quia p. 37 ad annum 785 *Walther* filius dicitur fuiſſe *Bernheri*, cum bona traderet Fuldenſibus, ſita in pago Wormacinſe. Præterea ſatis notum eſt, poſteros *Gerhaonis* ducis bona hereditaria tenuiſſe tam per Haſſiam, quam per Thuringiam. Probabiliſſimum itaque eſſe cenſemus, eorum bona Thuringica fuiſſe auita, et longo tempore a progenitoribus antiquorum Landgrauiorum Thuringiæ poſſeſſa. *Waltherum* illum ſeu *Waltonem* habemus pro eo, qui in eiſdem *Tradit. Fuld.* ad annum 800 p. 67, atque ad annum 823 p. 142 nuncupatur *Vuldarch*. Huic erant neptes *Vuldarniu* et *Ratſwinda*. Tradidit autem ipſe bona, in pago Salagewe ſita. *Vuldarniu* videtur eadem femina fuiſſe, quæ l. c. ad a. 837 p. 167 appellata eſt *Valdarniu*, cum traderet bona quædam in pago Grapfeld; *Ratſwindæ* autem nomen inditum eſſet petitum ab abauia ſua vxore *Odacri*.

Hæc *Odacri* vxor videtur fuiſſe eadem femina, quæ in eiſdem *Traditionibus* p. 56, 61 et 90, cum anno 796 bona quædam Fuldenſibus traderet, in pago Wormacinſe ſita, nominatur *Reginſwinda* et mater *Hiltwaræ*, Deo ſacratæ, et *Gawimanni*. *Hiltwara* probabiliſſime eadem eſt, quam ante vidimus fuiſſe ſororem *Bernharii*, *Landſwindæ* atque *Adalprahti*. *Gawimannus* autem, filius *Reginſwindæ* et frater *Hiltwaræ*, tradidit l. c. ad annum 804 p. 90 bona, in pago Wormacinſi ſita, eccleſiæ Fuldenſi. Eiuſdem *Gawimanni* filiæ vocantur *Engilrada* et *Irminrada*; nepos vero dicitur *Gunharius*. *Irminrada*, fuiſſe videtur *Irmina* Eius filius appellabatur *Theotfridus*, cum l. c. p. 160 ad annum 828 prædictæ eccleſiæ bona quædam traderet, ad Moguntiam ſita. *Guntharius* autem fortaſſis fuit *Gundram*, qui anno 804 l. c. p. 87 bona tenuit in pago Wormacinſe,

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

macinſe, et ille comes *Gunthramnus*, qui teſte *Corpore Tradit. Fuld.* p. 163 et p. 165 anno 834 et 836 eccleſiæ ſæpius dictæ bona tradidit, in Houa villa pagi Rinenſes ſiue Hrinagawe poſita.

Quum autem, vt ante diximus, *Theotfridus* fuerit nepos *Gawimanni*, in cenſum præterea venire videtur *Theotfrides* eiusque frater *Lantfridus*, qui in eodem Wormacienſi pago anno 793 teſte Corpore *Trad. Fuld.* p. 51 bona tradiderunt Fuldenſibus. Neque vix dubium eſſe poterit, *Lantfridum* eundem fuiſſe *Landfridum*, qui anno 791 ſita in eodem pago Wormacinſe bona dederat eiſdem l. c. p. 48. Huius *Landfridi* filius fuiſſe videtur *Geroltes*, probabiliſſime ita appellatus a patruo ſuo, duce *Gerhao*. *Geroldi* enim nomen ſæpius contrahitur in *Gero* ſeu *Gerhao*, quemadmodum pro Reinoldo dixerunt *Reino* maiores noſtri.

Gerhao dux, teſte diplomate Carolino, iam anno 810 mortuus erat, idemque videtur fuiſſe *Geroldus*, qui in *Tradit. Fuld.* p. 73 et 86 inter teſtes apparet. Ille ergo dux non eſſe poterit *Geroltus*, qui p. 119 anno 815 inter teſtes præſto erat, et qui p. 126 anno 818 bona tradiderat Fuldenſibus ſita in pago Rinahgewe, nec non anno 822, 823, 824, 825 et 826 l. c. inter teſtes reperitur p. 134, 143, 152, 153 et 155, atque qui anno 817 pater appellatur *Adalperathi*, cum l. c. p. 125. *Adalperathus* pro patre ſuo *Gerolto* mancipia quædam traderet eccleſiæ Fuldenſi. Filio huic ſuo *Geroltus* probabiliſſime nomen indidit, a patruo et proauo ſuo petitum. Quadam ergo cum probabilitatis ſpecie eundem *Geroltum* ſtirpi noſtræ adſcripſimus. Tradidit eius filius *Adalperath* Fuldenſibus ad annum 837 l. c. p. 166 bona quædam, poſita in pago Salagewe. Vltimo, quem laudauimus loco eiuſdem *Adalperathi* ſeu *Albrati* vxor nominatur *Werinhilta*.

Poſtea ſignificabimus, poſteros *Gerhaonis* ducis tenuiſſe aduocatiam abbatiæ Fuldenſis, eandemque fuiſſe hereditariam. Cum igitur in *Tradit. Fuldenſ.* p. 57 et 58 affirmetur, Baugolfi Fuldenſis abbatis anno 796 fuiſſe aduocatum *Theotleichum*; ille *Theotleichus* probabiliter filius *Odacri* fuit. Huic præterea filium tribuere licet nomine *Richartum*, cuius eædem Traditiones mentionem iniiciunt p. 150. Adaliam enim familiam *Richartus* ille referri vix poterit. Tradiderunt Fuldenſibus ſcilicet l. c. anno 824 *Werinhart* eiusque patruelis *Ribhuart* decem iugera, ſita in villa Karagoltesbah intra pagum Aſcfeldon. Ex eadem traditione apparet, *Werinharto* fuiſſe fratrem. Huius nomen non ſignificatur. Werinharto pater fuit, nomine *Richartes*. Hunc Richartem, patrem *Werinharti*, eodem tempore floruiſſe oportet, quo ipſe *Gerhao* dux illique domini, quos pro eius fratribus habemus, floruerunt. *Richartes* igitur videtur fuiſſe frater *Gerhaonis ducis*, *Adalprahti*, *Bernharii*, *Lantfridi* et *Theotfridi*. Ea, quæ memorati domini poſſederunt, bona noſtræ ſententiæ non leue pondus addunt. *Ribhart* anno 806 bona quædam Fuldenſibus tradidit p. 95, et probabiliſſime exiſtimandus is ipſe eſt, qui ad Meginboldeshuſen ſita bona quædam eiſdem tradidit pag. 302. *Ribhart*, patruelis *Werinharti*, veriſimillime idem eſt, cuius vxor appellatur *Vendilmuot*, et qui l. c. p. 139 ad annum 819 bona quædam tradidit eiſdem ad villam Waltgereshus in pago Tullifeld ſita. Hic idem ipſe videtur fuiſſe, qui anno 823 l. c. p. 140, nominatur frater *Wigbotonis*, cum quædam traderentur bona, in pago Salagewe poſita. *Werinharti* autem frater nullus alius fuiſſe videtur, niſi *Ribhart*, cuius vxor adpellatur *Altburga*. Idem anno 837 l. c. p. 159 largitus eſt Fuldenſibus bona in pago Tullifeld ſita, atque anno 852 l. c. p. 192 donauit in Luchoſuno et Kazahanomarcu ſita. Probabile nobis videtur *Ribhartum*, patruelem *Werinharti*, eundem fuiſſe dominum, qui in eiſdem *Tradit. Fuld.* p. 194 et 209 nominatur *Recho* et *Receo*. Priori loco *Recho* eiusque mater *Baba* tradiderunt anno 857 Fuldenſibus bona quædam, intra prouinciam Salagewenſium in Vrtorp ſita. Poſtericri loco nuncupatur *Recco Werinfridi* germanus, *Haholti* et *Huomonis*, qui anno 876 bona tradiderunt ſita intra pagum Grapfeld in villa Waldbaringi bona. Quæ cum ita ſint, *Haholtus* ille idem dominus fuit, qui l. c. p. c. eodem anno bona ſua tradidit eccleſiæ ſæpius dictæ, in villa Hoſtheim intra pagum Grapfelde et in comitatu Kriſtani comitis ſita, quamuis negare non audeamus, hunc *Rechonem Werinharti* filium eſſe potuiſſe.

Hiſce

Hiſce in ordinem redactis, *ducis Gerhaonis poſteros* ex iiſdem Traditionibus Fuldenſibus illuſtrare libet. Id ipſum nemo eruditorum adhuc præſtitit. Eam ergo ob cauſam promittimus nobis in his indulgentiam virorum doctorum, ſi qua ipſi in re hallucinationes deprehenderint, in quibus tamen euitandis omne noſtrum ſtudium collocauimus. Nihil aliud oſtendere tentamus, niſi vt intelligatur, quomodo domini, quondam in Haſſia et Thuringia florentes, et bona poſſidentes hereditaria, a *Gerhaone* Duce deduci queant. Noſtra ex ſententia fieri id poterit ſequentem in modum: guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

TAB. I.



Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. II.



TAB. III.

TAB. III.

Gozmarus IV, filius Gozmari 1114, iunior 1116, Aduocatus Fuldensis 1126, 1128, 1138 † 1140, vxor Clementia. — gubernante Corbeiam Adalgario.

- N. filia 1140.
- Godefridus Aduocatus Fuldensis 1145, 1156, 1158.
  - Gozmarus V, comes de Ziegenhain 1170.
    - Godefridus II comes de Ziegenhain 1197.
      - Godefridus III comes de Ziegenhagen 1234, 1233, 1240, 1243, 1233, 1244. vxor eius Lu.. iam mortuus 1255.
        - Ludouicus II comes de Zigenhan, possessor comitatus Niddani, 1255, 1258, 1266, 1271, 1275, 1278. vxor eius Sophia.
        - Johannes comes de Zigenhan 1300, 1309, 1312. Aduocatus Fuldensis 1329 † 1358. vxor Lucardis.
          - Godefridus VI comes de Ziegenhain 1361, 1364, senior 1373. vxor eius Agnes, soror Ottonis Brunsc. ac Luneburg. ducis 1371.
            - Johannes comes de Ziegenhain et Nidda 1414, 1424, 1437 † 1450, vltimus stirpis suæ.
            - Godefridus VII iunior 1373. comes de Ziegenhain et Nidda 1404, 1414 † 1423.
      - Ludouicus I comes de Ziegenhain 1197, 1215.
      - Gozmarus VI comes de Ziegenhagen 1215, 1234, 1233.
        - Rudolfus VII, 1223, 1233, 1234.
    - Rudolfus VI, comes de Ziegenhain 1170.
  - Bertholdus comes de Ziegenhagen 1234, 1233, 1240, 1242, 1233, 1246, 1248, 1250, 1254. Aduocatus Fuldensis 1240 † 1255. vx. eius E. de Tekeneberg.
    - Godefridus V comes de Cygenhan Aduocatus Fuldensis. vxor eius Methildis, filia Henrici infantis Landgrau. Hassiæ 1255, 1258, 1265, 1266, 1275, 1277, 1291, 1292, 1295, 1297, 1300, 1302, 1304.
      - Heilike 1304. sanctimonialis in Aldinburg.
  - Burchardus clericus 1234, 1246. præpositus Frideslarien sis.
- Bobbo XI frater Godefridi 1145. comes in Richenbach 1144. vx. eius Bertha.
  - Henricus 1144.
    - Henricus comes de Ziegenhagen, Popponis de Richenbach et Berthæ nepos 1215 vxor eius Bertha 1214, 1235, tandem monachus in Aulesburg 1244.
      - Wickerus 1214, 1215 1215.
      - Henricus 1214, 1215 1215.
      - Godefridus IV 1214, 1215, 1215. comes in Reichenbach 1233, 1236, 1242, 1250. vxor eius Methildis comitissa de Abenberg.
      - Boppo XII. 1214, 1215 1215.
      - Jutta 1214, 1215, 1215.
      - Demud 1214, 1215 1215.
  - Lutgardis vx Volcwini de Swalewenberg 1144.
- N. filia 1265.

TAB. IV.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

TAB. IV.

Voto III comes 821, 824, vxor eius Waltrat.

- Albraht V 857.
- Cunihilt 867.
- Berengarius comes 861, 866 † 868.
- Waldo I abbas 861.
- Vto IV comes 861, 866.

Albraht V:
- Bobbo III, seu Poppo dux marchio Sorabici limitis 887, 889, 880, 883, deponitur 892, comes 906.
  - Adalbertus VI comes 907, 914.
  - Bobbo IV comes 922, 923, 929, 944, † 945.
    - Wilhelmus comes in Thuringia 953 † 963. vid. Tab. 5.

Heinricus I dux 883, occisus 886.
- Adalbertus VII comes 889, 897 902, 903, 905. decollatus 906.
- Adalhardus I comes 884, 897 decollatus 902.
- Heinricus II com. 887, 897, vx. eius Baba filia Ottonis illustris Aduocati Corbeiensis, occisus 902. vid. Tab. 6.

TAB. V.

Wilhelmus, comes Thuringiæ 953 † 963.

- Wilhelm comes Wimariensis 966. Tradit. Fuldens. p. 239 † 1003.
- Poppo VI capellanus Ottonis II imperat.

Wilhelm comes Wimariensis 966. Tradit. Fuldens. p. 239 † 1003.
- Wilhelmus comes, frater Bopponis 1015. Tradit. Fuldens. p. 245. marchio Missniæ † 1062. Sponsa Sophia, filia Belæ R. Hungariæ.
  - Oda vxor Ekberti marchionis.
  - Cunigunda vxor 1) Regis Russorum 2) Curionis Beichlingici. 3) Wicberti senioris.
  - Adelheidis vxor 1) Adelberti Ballensted. 2) Heinrici Palatini Rheni † 1100. ex Adelberto nati.
    - Otto comes de Ballenstede.
    - Sigefridus comes palatinus.
- Otto, orlamundanus, marchio Missniæ † 1067 vx. Adela, filia Lamberti comitis Louanienſis.
- Poppo VII comes Wimariensis.
  - Vdalricus Wimariensis, marchio Carentanorum † 1070. Vxor Sophia, filia Belæ R. Hungariæ post cuius obitum nupta Magno duci.
    - Vdalricus iunior † 1112. vx. Adelheidis filia Ludouici comitis in Thuringia.
      - N. vxor Bertholdi comitis de Bogen.
      - Berta vxor Friderici senioris Aduocati Ratisbonensis etiam ex familia Bogensi.
        - Fridericus Aduocatus Ratisbonensis † ἄπαις 1149.
    - Poppo IX marchio Carentanus.
- Kribo diaconus.

TAB. VI.

TAB. VI.



gubernante Corbeiam Adalgario.

Sint itaque præter *Berndagum* et *Landſridum*, de quibus iam ante egimus, *Agilbertus*, *Werinus*, *Hruodolfus* atque *Vto* filii *Gerhaonis ducis*. *Agilbertus* ſcilicet diuerſus dominus fuerit oportet ab *Adalperatho*, cuius pater *Geroltes* erat, atque ab *Adalprahto*, cuius ſoror appellatur *Landſwinda*, filia *Odacri*. Ille enim, quem in Tabula *Adalprahtum* ſecundum nominauimus, ab anno 772 vſque ad annum 831 vitam haud egit in publicis rebus. *Adalperathi III* vxor dicitur *Werinhilta*, quæ æque ac ipſe adhuc anno 837 vixit. Iam porro anno 831 *Agilbertus* vitam cum morte commutauerat, vti e *Tradit. Fuld.* p. 162 patet. Refertur enim l. c. *Lantſwindam* matronam, viduam *Agilberti* comitis, in pago Haſſorum in villa Alahſtat bona tradidiſſe eccleſiæ Fuldenſi. Quodſi perhibere malis, *Landſwindam*, filiam *Odacri*, quam pro ſorore *Adalprathi II* venditaui, non fuiſſe eius ſororem, ſed ipſam *Agilberti* comitis viduam, *Agilbertum* ergo *Odacri* filium, atque *Gerhaonis* ducis fratrem eſſe non potuiſſe, tunc reſpondemus, *Landſwindam* per continuos ſexaginta annos in publico verſari non potuiſſe. *Landſwinda* ergo filia *Odacri*, quæ anno 772 et 779 bona in pago Wormacinſe tradidit, non eſſe potuit *Lantſwinda*, vidua *Agilberti*, quæ anno 831 eccleſiæ Fuldenſi bona dedit. Cum autem hæc *Agilberti* comitis vidua l. c. inſigni elogio *Matronæ* ornetur, atque in Haſſorum pagi villa Alahſtat, quæ anno 1267 Aldenſtat, hodie Aldeſteten appellatur, non procul ab vrbe Wetzlaria ſita, bona tradiderit S. Bonifacio, quis alius eſſe poterit comes *Agilbertus* ſeu Adalbertus, niſi filius *Gerhaonis* ducis? Teſte enim diplomate Caroli Magni eadem in regione heredibus *Gerhaonis* ducis erat poſita, cuius partem *Agilberti* nepos ex fratre *Eſic* tradidit, vti ante vidimus, eccleſiæ Corbeienſi. *Agilbertus* autem ſine liberis videtur obiiſſe.

Werinus III in Corpore Tradit. Fuld. p. 94 ad annum 806 vocatur præfectus. Fortaſſis is filius natu maior *Gerhaonis* ducis, atque eapropter aduocatus Fuldenſis, fuit. Habemus eundem pro *Weringero*, qui, teſte l. c. p. 108, anno 812 Fuldenſibus ſita in pago Salagewe bona tradidit, ſcilicet tertiam partem capturæ ſeu piſcationis in Litolfesbach. Idem anno 813, teſte l. c. p. 110 ſeq. tradidit in eleemoſinam *Huochinæ* et *Blithrudæ*, quidquid hæ habuerant partis mancipiorum, quæ *Hadeburga* S. Bonifacio tradiderat. *Hadeburga* illa l. c. p. 32 ad annum 779 nominatur *ſoror Huocæ* et *Blithrudæ*: et p. 100 eadem *Hadapur-*

Ab anno 814 vsque 877 regnante Hludouuico et

ga ad a. 811 adpellatur ancilla Dei, cum bona quædam traderet ecclesiæ Fuldensi, in pago Salagewe sita. Hæ tres sorores videntur fuisse consanguineæ *Werini*. Quo autem ipsæ patre, e stirpe nostra arcessendo, gauisæ sint, nescimus. Fortasse eæ erant filiæ comitis *Warini* I.

Si *Warinus III* aduocatus fuit, vti id fieri verisimile videtur, Fuldensis, probabilissime ei fuerunt filii, quibus nomen *Leidratus*, *Fricco* et *Gundalaha*, siquidem dignitas aduocatiæ Fuldensis æque ac Corbeiensis hereditaria erat. *Leidratus* in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 191 ad annum 848 appellatur aduocatus *noster*, *Fricco* dicitur a. 850 p. 193 Hattonis abbatis Fuldensis aduocatus, et *Gundalaha* deinceps a. 856 p. 193 nominatur aduocatus Fuldensis. Sine filiis in flore ætatis hi domini videntur obiisse. Postea enim intelligemus, iam anno 889 dignitatem aduocatiæ tenuisse Fuldensis *Conradum I*, patrem regis Germaniæ Conradi, quem inter Reges vocare *primum* Conradum consueuimus.

Tandem eiusdem *Gerhaonis* ducis filii fuisse videntur *Hruodolfus* atque *Vto comes Vto* seu *Voto comes* impertiit consensum suum, cum anno 821 bona quædam Fuldensibus traderentur, sita in pagis Wormacinse et Lognahi, teste Corpore *Trad. Fuld.* p. 134. Ipse *Voto* cum *Waltrata*, fortasse eius vxore, a. 824 bona quædam eisdem donauit sitæ in pago Wormacinse et Loganahi inferiori l. c. p. 145. *Hruodolfus* autem cum *Albracho* anno 837 bona quædam eisdem dedit, sita in pago Grapfeld l. c. p. 169. Videtur comes *Ratolfus* fuisse idem, qui l. c. p. 172 anno 838 cum filio suo *Hrabano* inter testes laudatur.

Inter ducis *Gerhaonis* nepotes retulimus *comitem Esiconem* seu *Hessi*. Ab Ostfalorum duce *Hessi*, qui et *Asig*, *Asic*, *Esic* atque *Adalricus* vocabatur, eundem nomen suum accepisse eiusdemque fuisse nepotem, diximus iam supra. De hoc *Ostfalorum duce* probabilissima indicant Traditiones Fuldenses p. 170 ad annum 837, sequentem in modum: *Quidquid Asis*, (hoc nomine denotari idem, quod Asic, apparet ex Necrologio Fuldensi T. III. S. R. B. Leibnitii p. 764 ad an. 965) *quondam comes tradiderat Sigibaldo in villis Germundes, Zezalacha, Vanderangew, Walaburi, Helidberga, Wancheim, Lancheim, Helidunga, Arisesbusen, Herigoltesbus, et Ganzenhusen, Sigibald tradit S. Bonifacio, ea tamen ratione, vt mater eius Theotrat ad vitam suam illa vsu fructuario possideat.* Item ad annum 838 l. c. p. 175 *pro Asises tradunt Theotrat, Ewih et Witerpf* (an hæ Asici filiæ?) *quidquid ille habuit in pago Grapfelde et Gozfelde.* Villæ, quæ quondam spectarunt ad comitem Asic, reperiuntur eadem in regione, vbi ille quondam habebat suam piscationem. *Hauuecabrunno*, cuius diploma Caroli meminit, est locus *Hachborn* in superiori Hassia, æquo fere spatio inter oppida Marburg et Giessen situs. *Lancheim* ergo erit locus *Langin* non procul a Gruningen, et vnum circiter milliare ab oppido Giessen situs. *Germundes* villa videtur esse *Germes*, ab eadem vrbe vno milliari versus meridiem conspicua, vel *Gemunda*, inter vrbem Marburgi et oppidum Alsfelt obuia. *Wancheim* esse videtur *Walchern: Walaburi* congruit villæ *Veltzborg*, non procul a villa Germes sitæ: *Helidberga* videtur esse *Aldeberg: Zezelacha porro Imlach: Arisesbusen*, videtur esse *Alersbausen*, *Herigoltesbus* porro *Golsbusen:* Et *Gunzenbusen* quadrat ad Gunderskirchen. Quæ villæ omnes in superiori Hassia sitæ sunt, atque ad biuancum seu tractum ducis Ostfalorum Hessi videntur spectasse. An de eodem duce Traditiones Fuldenses p. 283, 306 et 308 meminerint, nondum affirmare licet, quia annum, quo data sunt bona, non addidit Eberhardus Fuldensis. Ipsa autem p. 283 num. 56 verba sic habent: *Adalrih comes bona tradit in Rosbah, Curbechi, Elisungi et Hatteshusen.* In eisdem sita locis pag. cit. num. 58 bona tradidit *Esic comes.* Leguntur hæc pag. 306 num. 27. *Esico comes tradit S. Bonifacio in prouincia Hassiæ tria prædia in Embriches, Emmines, Durwin et Howide.* Et p. 308 num. 57 eædem Traditiones ita loquuntur: *Adalrih comes tradidit S. Bonifacio proprietatem suam in prouincia Hessorum, quidquid inter Wiseram et Vultaham habuit in Rosbah, Churbecke, Elsungen, Hittehusen et in Hawide V mansos cum mancipiis et prole.* Post verbum *habuit* videtur particula *et* omissa esse. Villæ enim *Rosbeck*, *Corbeke* et *Hawede* non iacent inter fluuios Wiseram et Fuldam, sed in episcopatu Paderbornensi. At *Elsingen* reperitur in Landgrauiatu Hassiæ sub præfectura Zierenberg. Id si ita est, putamus, sermonem in his Traditionibus

nibus non esse de duce Ostfalorum Hessi, licet cum Eccardo sic arbitratus fuerit clar. D. *Kuchenbecker in Analectis Hassiacis Coll. II præfat.* p. 9. Comes *Adalricus* seu *Esico* fuit dominus, e domo Brunoniana natus. Si hæc sententia tibi minus placet, eruditos rogamus Hassos, vt quibus in regionibus Fuldam inter et Wiseram hæ villæ exstiterint, ipsi nobis velint indicatum. gubernante Corbeiam Adalgario.

Esic comes, nepos e filia ducis Ostfalorum Hessi, videtur idem fuisse dominus, cuius passim *Traditiones Fuldenses* mentionem iniecerunt. Probabiliter ille est idem, qui ad annum 813 *Asis* appellatur, et p. 112 inter testes apparet. Videtur ipse fuisse *Assen*, qui ad annos 824, 825 et 826 p. 152 seqq. testem egit. Teste Schannato in *Buchonia Veteri* p. 330 anno 834 erant *Lutolfus, Cristanus et Hessi, comites prouinciales per Buchoniam constituti. Lutolfus* designari videtur dux Saxoniæ, Luidolfus, eodem tempore comes in pago Hessi Saxonico. *Cristanus* comes fuisse videtur Cristan, qui teste Necrologio Fuldensi XII Kal. Martii anno 871 inter viuos esse desiit, *Hessi* autem fuit ille Hessi Comes, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 170 anno 837 inter testes reperitur. Anno 838 eius comitatus erat in pago Salagewe, vti iam supra vidimus: atque ad annum 846 *Hessi comes, vir illustr, accepit ab Hattone abbate Fuldensi bona in villis Bleichveld et Gruonhah, et dedit abbati totidem bona in Quirnaha et Espinaveld, quæ tenebat in beneficio a rege*, teste diplomate regis Ludouici, in *Tradit. Fuldens.* obuio p. 189. Vixit ipse adhuc anno 857. Eodem enim anno l. c. p. 197 inter testes apparet; anno autem 866 iam mortuus erat, teste Corpore Trad. Fuld. p. 201. Eo enim anno *Nortman tradidit ecclesiæ Fuldensis abbati Tiotoni, quidquid quondam dominus suus Hessi comes manu potestatiua fidei suæ tradendo commendauerat in prouincia Grapfeldon in villa Itheresbusen, Herolfesleti et Adalolfesleiba.* De hisce villis confer Schannatum in *Buchonia Veteri.*

Inter *Esiconis comitis* fratres porro retulimus *Geroltum presbyterum, Gozmarum* et *Gerhardum* comitem. Presbyter *Geroltus* in eisdem *Tradit.* p. 190 ad a. 846 inter testes apparet, et diuersus fuisse videtur ab *Gerhone* seu *Cerolto*, qui l. c. p. 196, 198 et 200 ad an. 857, 860 et 864 inter testes præsto erat. Ambobus videtur nomen inditum esse ab eorum auo, *Gerhaone duce. Gerho* seu *Geroltus* is probabilissime fuit *Gerho*, qui in *Tradit. Corb.* §. 207 appellatur filius *Landsridi. Landsridus* ille, a patruo ita dictus, opinor, verisimillime est *Landsrid*, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 179 ad annum 840 Fuldensibus quædam mancipia tradidit, in pago Salagewe obuia. An autem eius filius *Gerho* liberos procreauerit, id omnino est obscurum. *Gozmarum* eapropter ad hanc gentem referendum esse putamus, quia non solum eius nomen inter posteros *Esici comitis* reperitur, sed quia etiam ille anno 850, teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 191 tradidit ecclesiæ Fuldensi *quidquid proprietatis habuit in prouincia, quam Hessi inhabitant in locis Affaltra, Gilihha, Buochela, Fiermenni, Scrouffi et Mehilina. Facta est traditio in Affaltra. Affaltra* est villa Affoldern, ad fluuium Adrinam sita intra præfecturam Waldeck: *Mehilina* est Mehlen ad eundem fluuium posita et sub eadem præfectura: *Gilihha* videtur esse Giflitz intra præfecturam Wildungen: *Buochela* est Buhlen intra præfecturam Waldeck, vel Beleichen intra præfecturam Goedesberg in inferiori Hassia: Fiermenni villa non discrepat a Viermunt ad flumen Adrinam duobus circiter milliaribus ab oppido Franckenberg sita: *Scruuffi* est Schröfe vel Schreiffe, ad fluuium Oelse sita eadem in regione, non procul a vico Viermunt disiuncta. Fortassis ab hoc *Gozmaro* locus Geismar, non procul ab oppido Fritzlaria reperiendus, nomen traxit.

Gerhardum comitem eam quoque ob causam ad hanc gentem retulimus, quod inter *Esiconis* posteros eius nomen crebro recurrit, et quia is in eisdem *Tradit. Fuldens.* ad a. 856 p. 193 inter testes refertur. Fortassis hic huius nominis primus non erat eo quod l. c. p. 88 quidam *Gerhart* cum fratre *Ippin* Fuldensibus bona tradidit, in pago Grapfeld sita, anno 804; cuius autem domini hi filii fuerint, an *Waltheri* vel *Landsriti I*, vel *Gawimanni*, non constat.

Progredimur ad *Vaiarini* siue *Werini V* filios, quos fuisse *Conradum I*, Euerhardum I, Gebehardum III et Rudolfum IV iam ante diximus. *Conradus* siue *Chonrat comes* ad annum 889 est obuius in *Tradit. Fuldens.* p. 214. Ipse videtur

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

tur fuisse *Churadus comes*, qui anno 897 in pago Eichesfelden et in pago Ottonis comitis infra terminum villarum Ambraha et Kermara, et in locis Lengenfelt, Eimlinhusen, Ditdorf et Dachrede beneficium seu feudum tenebat ab imperatore Arnolfo, teste diplomate cæsareo in *Tradit. Fuldenſ.* p. 219. Eundem *Conradum* ad a. 904 et 905 in *Tradit. Fuldenſ.* p. 221 seq. inter testes deprehendimus. Et Chronicon nostrum Corbeiense MSptum eundem appellat ducem, eum anno 906 in prælio mortuum esse, referens. Vxorem eius fuisse *Glismuodam*, didicimus iam supra e litteris nati ex eo filii, *Chuonradi regis*. Ipsam fuisse mortuam VI Kal. Maii anno 924, attestatur Necrologium Fuld. T. III. S. R. B. Leibn. p. 763.

Frater Conradi, *Euerhardus*, anno 889 in *Corpore Tradit. Fuldenſ.* p. 214 inter testes conspicuus est. Mortuum esse eum anno 902, iam supra e Chronico nostro Corb. MSpto demonstrauimus.

Fratrem eius *Gebehardum comitem*, huius nominis tertium, habere quis possit pro *Gebehardo*, qui anno 889 traditionem Meginfridi in pago Grapfeld suscepit, vt firmior esset. *Trad. Fuld.* p. 214. Aduocatorum quondam partes erant, alienata tradere monasteriis, donata recipere, et, ea vt sarta tecta essent, priuilegia ab imperatoribus seu regibus impetrare. Exempla videre est in *Tradit. Fuld.* num. 471, 472, 476 et 548, atque in *Dioeceſi Fuldenſi* num. 8. *Gebehardum* ergo comitem anno 889 aduocatum fuisse Fuldensem, omnino putamus. Probabilissime autem hic *Gebehardus* est diuersus a comite *Gebehardo*, qui anno 910 cum comite *Cunrado* traditionem quandam, Fuldensi ecclesiæ factam, suscepit. Cum enim anno 907 *Wolfmunt* quidam in *Corpore Tradit. Fuldenſ.* p. 224 appelletur Aduocatus Fuldensis, *Gebehardus* ille, qui anno 889 traditionem Meginfridi suscepit, verisimillime censendus est filius vel *Leidrati II*, vel *Fricconis* vel *Gundalahæ*, aduocatorum Fuldensium. *Wolfmunt* autem prædicti *Gebehardi*, anno 889 Fuld. aduocati, filius fuisse videtur. Si quid inest veri huic coniecturæ nostræ, ad gentem nostram quoque spectasse videtur *Wolfmunt*, qui anno 821, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 133 bona quædam tradidit pro Ruadrata, in pago Grapfeld posita. Esic quoque *Wolmuntum* in censum venire putamus, qui in eiusdem pagi villa Wolmunteshusun anno circiter 952 p. 236 bona largitus est ecclesiæ Fuldensi. Ille enim filius fuisse videtur *Gerhaonis* ducis, atque hic videtur exstitisse frater *Gerolti VI* et *Gerhardi IV*. *Gebehardi III* meminere Traditiones Fuldenses ad a. 904, 905 et 907 p. 221, 222 et 223. Anno autem 910 ille munus aduocatiæ Fuldensis videtur tenuisse. Cum enim eodem anno Hatto, archiepiscopus Moguntinus, Fuldensi ecclesiæ bona quædam traderet, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 225, inter alia loco laudato hæc leguntur verba: *Signum Gebehardi et Chunradi comitum, qui eandem traditionem rerum fideli manu fuscepernnt, et hoc coram rege iurauerunt, vt eas S. Bonifacio Martyri fideliter delegarent et præcepto regio confirmarent*. Chunradus is comes fuisse alius non videtur, nisi Chuonradus, postea rex Germaniæ huius nominis primus, cuius patruus erat comes *Gebehardus*, qui eam ob causam quoque *Chunrodo* anteponitur.

Chuonradi regis Traditiones Fuldenses passim mentionem iniecere. Ita v. g. p. 225 *Chuonradus rex* anno primo regni sui, id est, 912 ecclesiæ Fuldensi tres hubas tradidit, in pago Grapfeld ad Helmericheshusam sita, quo loco Schannatus huius regis sigillum exhibuit, ab eiusdem regis sigillo, quod ex archiuo Corbeiensi postea producemus plane diuersum. Eodem anno *Chuonradus rex* tradidit res paternæ hereditatis quasdam, in pago Husitin sitas, id est, curtem Dribura in comitatu Badonis, et in pago Loganaegowe intra comitatum *Ottonis fratris regis* loca Mittiu, Altinchiricha, Mestineshusa, Liuna et Niuunchiriha l. c. p. 227, quo in diplomate eiusdem regis genitrix appellatur *Glismuoda*, cuius præterea nomen in alio documento, sed citra anni notam, l. c. p. 229 seq. reperiendo, occurrit, indicante, eundem regem pro sua matrisque suæ *Glismudæ* anima S. Bonifacio tradidisse prædia, a parentibus suis hereditario iure collata, posita ad villas Hager et Sumerde.

Erat imperatoribus solemne, vt regno admoti agnatis et propinquis suis aduocatias, quas antea ipsi tenuerant, concederent, quod vel sola Brunoniana domus satis

satis docere nos potest. Heinricus enim auceps, in regem Germaniæ electus, aduocatiam Corbeiensem in suos agnatos transtulit. Hoc itidem a rege *Chuonrado* factum fuisse, censemus. *Herimannum II* atque *Vdonem VI* filios exstitisse *Gebehardi III*, nemo negat. *Herimannum* nominat *Chuonradus* rex anno 913 venerabilem comitem suum in diplomate, reperiundo apud Nic. Schatenium in *Annal. Paderborn.* Tom. I. p. 244. *Vto comes*, teste Necrolog. Fuld. T. III. S. R. B. Leibn. p. 763 anno 949 vitam cum morte commutauit. *Herimannus* autem iam antea obiisse videtur. Deprehendimus enim in *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 235 *Geroltum* quendam, quem huius nominis sextum appellauimus, anno 940 aduocatum Fuldensem. Atque eapropter eundem *Geroltum* habemus pro *Geuehardi III*, aduocati Fuldensis, nepote, et pro filio Herimanni secundi. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Gerolti frater fuisse videtur comes *Gerhardus*, qui in Tradit. Fuld. p. 235 inter testes reperitur, atque anno 944 bona quædam, in pago Grapfeld sita, largitus est ecclesiæ Fuldensi, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 235, vbi eius vxor appellatur *Suelburg*. Ipse obiit anno 982. *Geroltus* autem siue Gero decessit anno 965, teste Necrologio Fuldensi p. 764 et p. 765. An *comes Asic*, qui, eodem Necrologio teste p. 764, animam suam anno 965 creatori reddidit, ad hanc familiam referendus sit nec ne, id in medio relinquimus. Item an *comes Vto*, qui l. c. p. 765 anno 992 vitale lumen amisit, illius Asici filius fuerit, nec ne, mihi non constat.

Gerolti VI filius probabilissime erat *comes Adelbertus*, qui anno 973 aduocatus Fuldensis appellatur in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 241. Vitalem auram eundem amisisse anno 983. XVIII Kal. Octobris, testatur Necrologium Fuldense p. 765. Eius fratres fuisse videntur *Eburhart comes*, anno 966 mortuus l. c. p. 764, et *Werinherius comes*, anno 982 defunctus l. c. p. 765. Werinheri comitis filii fuisse videntur *Ruodolt comes*, atque *Adelbertus comes*, quorum ille anno 1010 et hic anno 1024 vita excessit, eodem Necrologio teste p. 766 et 767.

Adalberti VII, aduocati Fuldensis, filii fuisse videntur 1) *Lando comes*, anno 1011 ecclesiæ Fuldensis aduocatus, teste Schannato in *Buchonia Veteri* p. 327, 2) *Bernhardus*, anno 1015 ecclesiæ eiusdem aduocatus, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 246, et 3) *Gebehardus*, cuius comitatus anno circiter 1020 erat obuius in pago Grapfeld l. c. p. 247. Probabile nobis videtur, hunc *Gebehardum* esse comitem Girrardum, quem anno 1042 vitam finiuisse, refert Necrologium Fuldense p. 768. Eiusdem *Gebehardi* filium fuisse comitem *Gerhartum*, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 253 ad a. 1048 et 1049 inter testes apparet, atque ab aduocato Fuldensi *Gerharto* distinguitur, coniecturam ducimus. Videtur ille fratrem habuisse *Werinherum* comitem, anno 1040 occisum, teste *Necrologio Fuldensi* p. 768.

Bernhardi aduocati Fuldensis filii fuisse videntur 1) *Gerhartus*, anno 1048 aduocatus Fuldensis, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 253, 2) *Gozwin comes*, teste Necrologio Fuld. p. 768 anno 1051 mortuus, et 3) *Reginhartus comes*, anno 1040 XI Kal. Sept. occisus l. c. p. c.

Post *Gerhartum*, aduocatum Fuldensem, anno 1058 aduocatus Fuldensis erat *Reginhardus*, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 255 et *Dioeceſi Fuldensi* p. 249, mortuus anno 1062, teste Necrol. Fuld. p. 769. Filium itaque eundem fuisse *Gerharti*, aduocati Fuldensis, censemus. *Reginhardo* mortuo ad annum 1076, rursum aduocatus Fuldensis erat *Gerhartus*, teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 258. Atque hic probabilissime frater dicti *Reginhardi* fuit, cuius porro frater fuisse videtur *Gozmarus comes*, qui l. c. p. 257 ad annum 1079 inter testes apparet. Cum autem rursus anno 1079 l. c. p. 255 et p. 258. *Vto* appellatur Fuldensis aduocatus, verisimillime a propatruo ita dictus; *Vto* aduocatus Fuldensis *Gerharti VIII*, aduocati Fuldensis filius esse potuit, cuius scilicet *Vtonis IX* probabilissime filius fuit *Gozmarus*, qui, eodem *Corpore Trad. Fuld.* teste, anno 1111 et 1114 aduocatus Fuldensis erat, a quo procul dubio *comites de Zegenhagen*, aduocati Fuldenses hereditarii, descendunt, vti videre est e Tabula III ante allata.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Prius vero quam eam illustramus, quædam addere libet de aduocato Fuldensi *Sigifrido*, cuius I. F. Schannatus in *Buchonia Veteri* pag. 326 quidem meminit, quo autem is anno vixerit, non refert. Poterit is fuisse comes *Sigifridus*, cuius mortem Necrologium Fuld. p. 766 ad annum 1003 retulit, vel comes *Sigefridus*, qui, teste eodem Necrologio p. 767 anno 1025 vitam cum morte commutauit. Ille fuisse videtur filius *Adelberti VII*, hic autem filius Berhardi, aduocatorum Fuldensium, et *Gerharti VII* frater. Quemadmodum itaque aduocatus *Sigefridus* facili negotio et verisimilitudine ad gentem nostram referri poterit, ita quoque vir nobilis *Erenfridus* eiusque vxor *Rucela* probabilissime ad hanc gentem spectarunt, quippe qui, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 256, anno 1061 tradiderunt ecclesiæ Fuldensi prædium, in prouincia Hassiæ intra comitatum *Werinheri* situm. In eodum Corpore Trad. Fuld. p. 293 *Erenfridus* quidam frater *Sigifridi* appellatur, qui probabilissime est *Erenfridus* ante dictus, et, hoc ipso concesso, comites, *Ermsriti* dicti, ad gentem nostram referri possunt, quorum alter anno 945, atque alter anno 982 mortuus est, teste Necrologio Fuldens. p. 763 et p. 765.

Iam Tabulam III ante allatam, quæ comites Ziegenhainenses in Hassia olim florentes exhibet, explicare et illustrare libet. Scilicet monuimus iam ante, *Gozmarum III* ad annum 1111 et 1114 appellari aduocatum Fuldensem. Idem in eodem *Corpore Trad. Fuld.* p. 260 ad a. 1116 dicitur *senior*, respectu scilicet eius filii cognominis. Vixit ipse adhuc anno 1117, 1118, et 1120, teste p. 261 loci laudati.

Huius *Gozmari III* filii erant *Gozmarus* et *Bobbo*, teste diplomate cæsaris Heinrici V, quod legitur in Kuchenbeckeri *Analectis Hassiacis Collect.* XII pag. 321. Datum est hoc diploma III Kal. Sept. indict. VII anno 1114, et actum fuit de ea re Fuldæ. Nemo ergo negare sustineat, intelligi alium *Gozmarum*, atque *Gozmarum*, aduocatum Fuldensem. Cæsar eodem diplomate impertiit Adilmanno, Herisfeldensis ecclesiæ abbati, annuum forum in Bretingen, villa Herisfeldensi ecclesiæ subdita, et iuxta flumen Wirraha in comitatu *Gozwini comitis* sita. An hic comes *Gozwinus* fuerit frater *Gozmari III*, aduocati Fuldensis, id in medio relinquimus. Villa autem Bretingen procul dubio vna est ex illis, quarum primam appellant Alten-Breitungen, secundam Königs- vel Frauen-Breitungen, et tertiam Burg-Breitungen siue Herren-Breitungen. Regis-Breitunga villa sita est trans Wirraham, et vetus Breitunga ac Herrenbreitungen cis fluuium Wirraham. Omnes hæ villæ quondam spectarunt ad comitatum Hennebergicum. Probabilissime idcirco *comes Gozwinus* inter progenitores comitum Hennebergicorum referendus est. Si sumamus, *Gozwinum* fuisse fratrem *Gozmari III; Bobbo*, filius *Gozmari III*, conditor comitum Hennebergicorum fuit. In eisdem enim Traditionibus Fuldensibus p. 259 seq. is ad annum 1116 *Bobbo comes de Heinenbere* adpellatur, eiusque frater *Godebertus comes de Heinenbere* dicitur. Qui posterior verisimillime idem est, qui l. c. p. 263 in alio documento ad annum 1128 nominatur *Godeboldus comes de Hennebere*, atque ad a. 1137 *Goteboldus comes de Henneberg* in *Anal. Hassiacis Collect.* XII p. 311. Confer I. F. Schannati *Buchoniam Veterem* p. 394, vbi commemorantur *Bobbo* comes de Heinnenbere eiusque Germanus, *Godebertus* comes, ad a. 1116, *Rapato* comes filius *Berchtolfi* comitis de Heinenbere ad a. 1150, *Gebehardus*, episcopus Herbipolensis, frater *Bopponis* comitis de Heinenbere, circa annum 1150 et *Boppo* comes de Heinenbere ad a. 1228. Recensentur autem tam *Gebehardus* ad annum 1122, quam *Gebehardus* ad annos 1151, 1152, 1154, 1158 et 1160, episcopi Herbipolenses, inter comites Hennebergicos a Bucelino in *Germania Sacra*, atque ab aliis. Illud certissimum est, *Gebehardum*, Wirziburgensem episcopum, in *Corpore Trad. Fuld.* p. 271 ad annum 1151 germanum dici *Popponis* comitis atque *Bertoldi*, quorum nomina tam in gente Hennebergica, quam Ziegenhainensi, pæne vicibus alternis repetuntur.

Gozmarus IV anno 1126 appellatur *principalis aduocatus de domo* Fuldensis ecclesiæ, in Schannati *Buchonia Vet.* p. 338, et in eiusdem *Tradit. Fuldens.* ad a. 1128 p. 262, item a. 1138 p. 265 *aduocatus Fuldensis*. Mortuum eum esse circa annum 1140, discimus e quodam documento, quod protractum est *Trad. Fuld.*

p. 266

p. 266 in lucem. In eo ipſe adpellatur *Gozmarus aduocatus, vir chriſtianiſſimus.* Eius vxor *Clementia*, quæ donauit bona eccleſiæ Fuldenſi in villa Serekesbach, ibidem memoratur. Ex eodem documento patet, eidem *Gozmaro* fuiſſe filiam. Cuius tamen nomen memoriæ proditum non eſt. gubernante Corbeiam Adalgario.

Godefridum, aduocatum maioris domus, cuius ad annum 1156 quoddam documentum meminit in *Buchonia Veteri* p. 331, ad annum 1158 in *Schannati Dioeceſi Fuld.* p. 264, fuiſſe filium *Gozmari IV*, non quidem inuenimus, dignitas autem aduocatiæ Fuldenſis id aliter poſtulare non videtur. Inter teſtes *comes Godefridus* deprehenditur cum fratre *Poppone* comite ad a. 1145 in Schannati Corpore Tradit. Fuld. p. 265, eiusque probabiliſſime filii fuere *Gozmarus V* eiusque frater *Rudolfus VI*, qui in eiſdem Traditionibus Fuldenſ. p. 272 ad annum 1170 nuncupantur *comites de Ziegenhain.*

Horum procul dubio filii fuerunt Godefridus II, *Ludouicus I*, et *Gozmarus VI. Godefridus* et *Ludouicus* comites reperiuntur in Schannati *Dioeceſi Fuld.* p. 269 ad annum 1197. Teſte diplomate Sifridi ſanctæ Moguntinæ ſedis archiepiſcopi et apoſtolicæ ſedis legati, *Ludouicus* et *Gozmarus* comites in Ziegenhagen erant germani fratres. Diploma id habetur in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ. Collect.* XI. p. 130. *Cozmarus* ſiue Gozmarus appellatur anno 1234 patruus *Godefridi* et *Bertholdi* comitum de Zigenhagen, nec non *Burchardi* clerici, horumque patruelis *Rudolfus*, teſte diplomate in eiuſdem Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Collect. XI p. 133. *Rudolfus* hic fuiſſe idem videtur, qui in eiſdem *Anal. Haſſ.* Collect. IX p. 159 ad annum 1223 adpellatur comes de Zeygenhainn, dicitúrque cum *Godefrido*, *Bertoldo* et *Gozmaro*, comitibus de Cigenhagen, decimam ad Aldendorf obuiam, in Bergizzen anno 1233 reſignauit Sifrido ſanctæ Maguntiæ archiepiſcopo, vt eandem conferret eccleſiæ Aulisburgi, teſte eiuſdem archiepiſcopi diplomate in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Collect. XI p. 131. *Godefridus* et *Bertoldus*, fratres, comites Zigenhagenſes, anno 1240 abbati et fratribus in Hegene pratum intra communia paſcua Lazhuſen conferunt, iidemque tradunt anno 1243 eccleſiæ, in Aulesberg ſitæ, villam Himelesberg, teſtantibus eorum litteris in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Collect. XI. p. 135 et p. 137. *Bertholdus*, comes de Ziegenhain et Nidda, anno 1242 libera pronunciauit bona, in Ringeshauſen ſita, et ſpectantia ad fratres Domus S. Anthonii in Grunberg, teſte C. F. Ayrmanno in *Anal. Haſſ.* Coll. IV p. 400. Anno 1233 pactionem inierunt *Godefridus* et *Bertholdus*, comites de Ziegenhain, cum Conrado, Thuringiæ Landgrauio. Hic illis confirmauit prædiorum poſſeſſiones, quas Fridericus, comes Wildungenſis, poſſederat, ſita intra foſſam Ziegenheinæ, atque promiſit eis, ſe nullum caſtrum intra terras ipſorum moliturum atque Stauffenberg caſtrum et Treyſam eis relicturum; comites autem prædicti renunciarunt bonis illis, quæ in Reichenbach et Keſebergk ſita poſſederant, teſte Kuchenbeckero in *Anal. Haſſ.* Collect. II. p. 343 ſeq. *Bertholdus* comes de Ziegenhain vixit adhuc anno 1248, teſtibus litteris in Schannati *Dioeceſi Fuld.* p. 120. Anno 1250 comes Godefridus de Reichenbach profitetur, ſe cuncta feuda, quæ a dominis atque amicis ſuis hactenus quiete poſſederit, heredibus comitis *Bertoldi* de Cygenhan libere conceſſiſſe, teſte diplomate in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XI p. 137 ſeq. Idem *Bertoldus*, comes Cygenhagenſis, declarauit, ſe bona in Lutcela, curiam Haënloch iuxta Erbenhuſen, quartam partem villæ Scemmelhagen et curiam in Kirdorph a Gerhardo de Duuendal, miniſteriali ſuo, eiusque vxore Methilde, monaſterio in Hegene ſito collata confirmaſſe. Actum eſt de ea re in eccleſia *Hauekeburne* anno domini 1254. VII idus Maii. Litteræ hæ exhibentur in *Anal. Haſſ.* eiuſdem Kuchenbeckeri Collect. XI p. 159 ſeq. Aduocatum eundem fuiſſe Bertoldum eccleſiæ Fuldenſis, patet e litteris MSptis, quibus ille ad annum 1249 cum Henrico, abbate Fuldenſi, fœdus iniit, vbi memoratur aduocatia Fuldenſis cum pagis circumuicinis, in quibus ius illud aduocatiæ id viguerit, ab ipſo poſſeſſum, *die Vogtey zu Fulda und die liegende Dörffer, darinnen er das Vogtrecht herbracht.* Circa annum 1254 comes *Bertholdus* Cygenhanenſis videtur obiiſſe. Offert enim ſe in eiſdem Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XI p. 141 documentum, circiter a. 1255 exaratum, quo E. (fortaſſis Eilica) ſe ipſa appellat *relictam comitis Bertoldi de Cygenhan* ſuumque filium G. vocat. Eadem l. c. p. 148. a. 1261 nuncupatur E. comitiſſa de Tekeneberg, eique

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

que filius additur comes *Godefridus de Cygenhan*, quem in Tabula noſtra nominauimus huius nominis quintum.

Sed reuertendum eſt ad *Godefridum IV*, fratrem *Bertoldi* et *Burchardi*. Huius *Godefridi* fratres anno 1234 fuiſſe *Bertoldum* et *Burchardum*, eiusque patruum *Gozmarum* et patruelem *Rudolfum*, demonſtrauimus iam ante perhibentes, eundem *Godefridum* anno 1233 pactum iniiſſe cum Conrado Landgrauio Thuringiæ, eodemque anno vna cum *Bertoldo*, *Gozmaro* et *Rudolfo*, comitibus de Cigenhagen, decimam ad Aldendorf in Bergizzen prouenientem dediſſe monaſterio Ciſtercienſis ordinis, in Aulisburg conſpicuo. Vna cum fratre *Bertoldo*, comite de Zigenhagen, *Godefridus comes* anno 1240 bona quædam tradidit abbati et fratribus, commorari ſolitis in Hegene, teſte diplomate in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XI p. 135, et anno 1243 cum fratre *Bertoldo* comite de Cigenhagen pro remedio animarum patris et matris dedit villam, quæ vocatur Himelesberg, cum eccleſia et aliis, eiuſdem villæ propriis, hominibus eorum duntaxat exceptis, eccleſiæ Aulesbergicæ Ciſtercienſis ordinis, teſte documento l. c. p. 137. Vixit ipſe adhuc anno 1244. Circa annum autem 1255 memoratur quædam *Lu . .* relicta comitis. *Godefridi* de Cygenhan eiusque filius L . . in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XI. p. 141.

Nomen filii, ex Godefrido nati fuiſſe *Ludouici*, ex alio documento, quod allegatur in eiſdem *Anal. Haſſ.* Coll. II p. 344, quo ad annum 1258 *Ludouicus comes*, *Godefridi filius*, et *Godefridus*, *Bertholdi filius*, ſe prodit, et memoratur, *Ludouicum* Niddanum et *Godefridum* Zigenhainenſem comitatum, atque illum tunc temporis iure hypothecario poſſediſſe aduocatiam Fuldenſem, pretio CLXXV marcarum redimendam. Vnde porro colligimus, *Godefridum*, *Bertoldi filium*, eandem aduocatiam iure hereditario tenuiſſe a patre acceptam, eandemque fuiſſe hereditariam. Clariſſimus adhæc Schannatus in Buchonia Veteri p. 384, *in parte ſuperiori*, inquit, *pagi Loganagewe comites de Zegenhagen ſedem ſuam quondam obtinebant, qui cum eccleſiæ Fuldenſis aduocati munere, quo ab antiquo fungebantur, ſæpius poſtmodum abuterentur, illud tandem, ex illorum manibus graui ære redemptum, penitus aboleuit abbas Henricus de Hochberg anno* 1344, *vt litteræ deſuper confectæ plenius teſtantur.* Ludouicus, comes de Cygenhagen, anno 1266 conſenſit, cum Bruno de Hembach quartam decimæ partem in Grintzenbach, quam tenuerat iure feudali ex manu eius, daret eccleſiæ in Hegene ſpectabili, teſte diplomate in *Analectis Haſſ.* Collect. XI p. 157. Idem *Ludewicus*, comes in Cigenhan, eiusque legitima vxor *Sophia* anno 1271 conſenſerunt in id, vt bona, in Lazhuſen ſita, conferret N. de Linſingen eccleſiæ Hegenenſi, l. c. p. 162. Idem *Ludowicus*, comes de Cigenhan, litteris ſuis ad annum 1275 cum *Godefrido* comite de Cigenhan publice ſignificauit, ſe in compenſationem decimæ Salmanshuſenſis, quam Huldericus et Henricus, ex Rumerode dicti, ab illis dimidiam tenuerant titulo feudali, et eccleſiæ Hegenenſi vendiderant, recepiſſe ſibi bona ipſorum propria iuxta Goringen ſita, e quibus quotannis tria talenta redibant, quæ ipſis tamen contulit vterque feudali titulo poſſidenda. l. c. p. 165. Tandem eiuſdem *Ludowici* nomen repetitur ad annum 1278, in Ioannis *Spicilegio* p. 470. Ipſe ſine liberis mortuus eſſe videtur Ludeuicus.

Eius patruelem *Godefridum* anno 1256 dici filium *Bertholdi* et anno 1261 filium E. comitiſſæ de Tekeneborg, eundemque anno 1275 cum *Ludowico* de Cigenhan conſenſiſſe de traditione decimæ in Salmanshuſen, demonſtrauimus iam ſupra. Gerhardus, archiepiſcopus Maguntinus, eundem Godefridum anno 1291 nominauit *virum nobilem et comitem de Cygenhain* nec non *ſuum conſanguineum*, eumque adſciuit oppidi ſui Ameneburg caſtrenſem militem, eique promiſit in præſidii præmia centum et nonaginta marcas denariorum Aquenſium, teſtantibus eiuſdem archiepiſcopi litteris in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. II p. 233 ſeq. Anno 1295 idem *Goddefridus*, *comes de Zygenhain*, litteras Henrici, comitis Waldeckenſis, rogatus ſigillo ſuo communiuit. Adpellatur *venerabilis dominus Alheydis*, *relictæ Denhardi de Heymbach*, eiusque filiorum Ludewici et Conradi, in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XI. p. 171. Ille eiusque vxor *Methildis* vendiderunt a. 1300 Cigenhainii abbati et conuentui monaſterii Hegenenſis bona ſua, ſita intra terminos camporum villæ Wampbach. l. c.

p. 172

p. 172 ſeqq. Anno 1304 idem *Gotfridus*, *comes* in Cygenhain, ratum eſſe iuſſit et ſigilli ſui fide confirmauit emtionem ſiue contractum, inter abbatem monaſterii in Haniche et inter Ludewicum et Conradum fratres dictos Heimbach de iudicio ſiue aduocatia villæ Reyleshuſen initum l. c. p. 174. *Gotfryt*, *comes de Czeginheyn*, eiusque vxor, *Mechtildis*, anno 1302 pactum inierunt cum *Ottone*, *Landgrauio Haſſiæ*, *dictæ Mechtildis fratre*, polliciti, ſe adiuturos *Ottonem*, recuperandæ paternæ hereditati intentum, contra eius nouercam eiusque filium, Iohannem Landgrauium. l. c. *Collect.* XII p. 398 ſeq. *Mechtildem*, filiam Heinrici Landgrauii Haſſiæ, iam anno 1283 vxorem fuiſſe Godefridi comitis de Ziegenhain, patet e litteris, quas allegat Kuchenbeckerus in *Anal. Haſſ.* Coll. VIII p. 386. *Godefridus* anno 1265 cum Heinrico, Landgrauio Haſſiæ, pactionem iniit ea lege, vt, ſi ſoror comitis ante matrem eius ſine liberis decederet, Landgrauius ex aſſe fieret heres. Anno 1309 conuentionem inierunt Otto, Haſſiæ princeps, eiusque vxor Alheit, ac eiuſdem ſoror *Mechtildis*, comes Ziegenhainenſis, huiusque filius *Iohannes*, per quam accepit *Mechtildis* ab Ottone, fratre ſuo, hereditariæ portionis loco 1500 marcas denariorum Colonienſium, duobus denariis Wetterauicis in vnum Colonienſem computatis, ex oppido Franckenbergk, Grunberg et Alsfeld intra decennium pendendis, teſte Io. Georgio Eſtor in *Anal. Haſſ.* Coll. II p. 345. Tandem *Godefridus*, *comes de Ziegenhain*, ad annum 1297 apud Schannatum in *Diœceſi Fuldenſi* p. 122 memoratur. guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Godefrido V, Comiti de Ziegenhain, fuiſſe filiam, nomine *Heileke*, docent nos litteræ Ottonis, Haſſorum Landgrauii, ad a. 1304. Recuſarunt vero illis conſentire Iutta et totius conuentus ſacræ virgines Aldinburgi, prope Wetzflariam ſiti et Treuerenſis diœceſios, ad preces matronæ nobilis dominæ *Mechtildis*, comitiſſæ de Ceginhein, ſuæ ſororis, cuius filia *Heilike* ibidem commorabatur, *vt presbyterum eligerent*, *quemcunque voluiſſent*, *quem ille ad regimen eccleſiæ parochialis in Huchelnheym*, *cum vacarit*, *ipſius loci archidiacono præſentaret*, *hoc autem tamdiu faceret*, *quamdiu prænominata filia ſororis ſuæ ſuperuixiſſet*, ſocia virginum ſacrarum cœnobii ante ſignificati, teſte diplomate in Kuchenbeckeri *Anal. Haſſ.* Coll. XII p. 392 ſeq.

Iohannem anno 1309 fuiſſe eiuſdem *Mechtildis*, vxoris *Godefridi* comitis de Ziegenhain, filium, diximus iam ante. Ab eodem Iohanne, Ziegenhainenſi comite, ſuſcepit anno 1310 Mechtildis, vxor Philippi de Muntzenberg, partem dimidiam caſtri et oppidi Rauſchenberg, 100 marcas denariorum Colonienſium, 6 libras Marburgenſes in Erechirsdorf, tres libras in Hazbach, et XXX modios granorum in Wohra, teſtantibus *Anal. Haſſ. Coll.* II p. 345. Fuiſſe *Iohanni*, Comiti Ziegenhainenſi, vxorem, nomine Lucardim, patet e litteris Petri, archiepiſcopi Moguntini, ad quas prouocat Ioannis in *Rer. Mogunt.* Tom. I. p. 630. Petrus enim archiepiſcopus anno 1312 comitem *Iohannem*, perſolutis ei CCC marcis denariorum Colonienſium, in caſtrenſem defenſorem hereditarium caſtri Ameneburgenſis adlegit et recepit. *Iohannes* vero viciſſim ex coniugis ſuæ *Lucardis* conſenſu villam Franckenſtein ei et eccleſiæ Moguntinæ obtulit, ac eam a Petro in feudum caſtrenſe rurſus accepit: alter adhæc alteri opem aduerſus quemuis, mutuam, imperio tantum et Landgrauio Haſſiæ exceptis, promiſit. Eundem *Ioannem* fuiſſe aduocatum Fuldenſem, teſtatur Io. Fr. Schannatus in *Buchonia Veteri* p. 361. Idem refert, Henricum abbatem Fuldenſem anno 1339 contra aduocatum eccleſiæ ſuæ, *Iohannem* Ziegenheimenſium comitem, locum Haſen muniendum ſuſcepiſſe. Eundem *Iohannem* anno 1358 eſſe mortuum et in monaſterio Heinenſi ſepultum, memoriæ prodidit *Iohannes Letznerus* in *der kurtzen Beſchreibung des Kloſters Heina in Heſſen* p. 319 penes Kuchenbeckerum *Anal. Haſſ. Coll.* IV. Videtur autem et in eo hallucinatus eſſe Lerznerus. Obuiæ enim ſunt ad annum 1358 in Schannati *Buchonia Veteri* p. 384, ſeq. litteræ *Gotfriti comitis in Czigenhain*, e quibus patet, eundem comitem Gotfridum, qui Iohannis filius erat, villam Herchinhayn (Hergenhain) cum abbate Fuldenſi, Henrico de Kraluc, ſumtibus communibus in oppidum, caſtro munitum, conuertiſſe, a Carolo IV imperatore ad annum 1359 confirmatum priuilegiisque præmunitum. l. c. p. 385 ſeq.

Heinricum, Haſſiæ Landgrauium, et *Godefridum*, *comitem de Ziegenhain*, anno 1361 fœdus pepigiſſe, teſtantur *Anal. Haſſ.* Coll. II. p. 345. *Otto de Cyginhain*

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

hain et Gotfrid, *Grefe zu Cziegenhain*, ad a. 1364 memorantur in *Sylloge diplomatum* Gudeni prima, p. 643, in qua collectione præterea reperiuntur ad annum 1373 p. 650 *Gotfridus senior* et *Gotfridus iunior de Cziegenhain*, pater scilicet et filius.

Iuniori anno 1371 desponsata est *soror Ottonis*, Brunsuicensis et Luneburrgici ducis, promissa dote 1000 marcarum argenti, testibus *Anal. Hassiacis* Coll. II p. 345 seq. Significatur *Otto* cognomento malus, filius Ernesti. Nomen sorori, quæ Ottoni tribuitur, fuit Agnesæ. Illud hoc loco adiungere libet, cum Winckelmanno *Eccardum* in *Histor. Geneal. Principum Super. Saxon.* p. 333 in genealogia comitum Ziegenhainensium tradita miscuisse rotundis quadrata, atque ipsos illum *Godefridum seniorem* penitus omisisse. Prouti enim Eccardus genealogiam horum comitum composuit, *Godefridus* esset dicendus maritus Agnesæ Brunsuicensis, isque senior, et *Godefridus*, iunior Iohannis frater. Cum autem, quod postea dilucebit, *Gottfridus*, *Iohannis frater*, nondum anno 1414 vxorem duxerit; procul dubio inter *Iohannem* anno 1358 mortuum et inter *Godefridum* maritum *Agnesæ* Brunsuicensis, *senior* ille *Godefridus*, *comes de Ziegenhain*, erit inserendus et interiiciendus.

Duxisse *Godefridum* anno 1371 *Agnesam* Brunsuicensem, traditur in Excerptis Chronici Riedeseliani Hassiaci, insertis Kuchenbeckeri Analectis Hassiacis Coll. III p. 24, quibus itidem docemur, anno 1372 obiisse *Gothefredum*, comitem de Ziegenheyn, centurionem fœderis stelligerantium, eiusdemque filium æque dictum Godefridum id bellum continuasse. Quod quomodo copulari queat cum ante adductis momentis historicis et chronologicis, fidei diplomatum superstructis, prorsus non intelligo.

Gottfridum, *comitem de Ziegenhain*, mortuum esse anno 1423 eadem Excerpta Riedeseliana l. c. p. 45 referunt, quæ porro p. 46 ad annum 1431 *Iohannis comitis de Ziegenhain* mentionem iniecerant. Eadem p. 46 indicant, eundem *Iohannem*, vltimum stirpis suæ et comitem Ziegenhainensem et Niddanum, anno 1450 decessisse et in monasterio Heina sepultum esse, eo euentu, vt Comitatus hi in manus Landgrauiorum Hassiæ peruenerit. Quod vltimum itidem asseritur in *Congerie etlicher Geschichte, so sich in Hessen vom Iahr 1247 bis 1566 zugetragen* l. c. Collect. I. p. 17. Quibus addimus, 1) Iohannem, comitem de Cziegenhain et Nidde, anno 1424 in feudum contulisse Henrico de Eringeshusen ecclesiam parochialem, obuiam in superiori Breydenbach, non procul a Rumerode sita: et ecclesiam parochialem in Eringeshussen, teste documento in *Anal. Hass.* Coll. VI. p. 425 suppeditato: 2) *Godefridum*, *C. de Ziegenhain et Nidda*, se anno 1404 consociasse cum Hermanno: et 3) *Iohannem*, comitem de Ziegenhain, anno 1437 comitatum Ziegenhainensem Ludowico Landgranio Hassiæ in feudum obtulisse, testibus *Anal. Hassiacis* Collect. II p. 346, et denique 4) *Iohannem*, *comitem de Zigenhein et Nydde*, fratrem natu maiorem *Gotfridi comitis de Zigenhein et Nydde*, eosdemque anno 1414 inter se pactum iniisse ea lege, quodsi alteri vxorem ducere libuisset id fieri deberet cum alterius consensu ac prolixa voluntate, teste documento in *Analectis Hass.* Coll. XII p. 414 seqq.

Recensitis vltimis comitibus, de Zigenhain dictis, reuertendum est nobis ad *Popponem* comitem, quem supra ad annum 1145 deprehendimus fuisse fratrem Godefridi I. aduocati Fuldensis. Procul dubio hic *Poppo* fuit *Poppo comes in Richenbach*, a patruo suo *Bobbone X* ita dictus. Ab hoc eius patruo deduximus supra comites de Henneberg, inter quos multi Poppones deprehenduntur. Scimus quidem alios eruditos alia esse in sententia. Quemadmodum autem vnicuique suo sensu abundare facile permittimus, ita ea in sententia persistimus in eruendo Comitum Hennebergicorum genere neminem, fidei diplomatum innisum, ascendere potuisse adhuc vsque ad *Bobbonem* istum, fratrem *Gozmari IV.* Maiores comitum Hennebergicorum bona hereditaria possiderint oportet iisdem in regionibus, quæ comitatum postea dictum Hennebergicum constituerunt. Iam vero dominos, ante a nobis recensitos, iisdem in regionibus bona tenuisse hereditaria, nemo inficiabitur. In progenitoribus ergo comitum Hennebergicorum exponendis eosdem dynastas comitesque recensendos esse, facile dabunt vniuersi.

Bobbo-

Bobbonem XI, fratrem Godefridi I aduocati Fuldenſis, fuiſſe eundem ac *Popponem comitem in Richenbach*, nemo inficias ire audebit. Caſtrum Richenbach, quod Reichenbachenſibus comitibus nomen dedit, quondam in meditullio Landgrauiatus Haſſiæ et comitatus Ziegenhainenſis viſebatur. Primum huius nominis comitem *Popponem* deſcendiſſe ex Friderico, filio Ludouici ferrei Landgrauii Thuringiæ et Haſſiæ, aſſerunt plerumque hiſtorici. Sed dubitamus, an iſte Fridericus vnquam in rerum natura fuerit. Fide vetuſtarum chartarum fulti ſtatuimus, *Popponem* fuiſſe *Godefridi fratrem*, auctorem monaſterii in Aulesburch, quippe qui in charta Henrici archiepiſcopi Moguntini ad annum 1144 nominatur *Poſſo et comes in Richenbach*, apud Kuchenbeckerum in *Anal. Haſſ. Coll.* IV p. 141, vbi item videre eſt, ei vxorem fuiſſe *Bertham*, et filium *Henricum* et filiam *Lutgardim*, cuius maritus *Volcwinus de Swalewenberg* appellatur. Eiuſdem *Bopponis* et Berthæ nepos nominatur *Henricus comes de Ziegenhagen* in litteris Sifridi archiepiſcopi Moguntini ad a. 1214 et 1215, quas exhibet Kuchenbecker in *Anal. Haſſ.* Coll. XI p. 346. E quibus ſimul momentis patet, *Henricum comitem de Zigenhagen* habuiſſe tori ſociam *Bertham* et liberos *Wickerum*, *Henricum*, *Godefridum*, *Bopponem*, *Iuttam* et *Demudam*. Ipſe *comes Henricus de Zigenhain* profitetur ad annum 1214 in litteris reperiundis l. c. *Collect.* XI p. 122 ſeqq. ſe tot et hosce liberos habuiſſe. *Godefridus IV*, *filius Henrici*, ſe ipſe appellat *comitem de Reichenbach*, et confirmat omnia bona eccleſiæ in Aulesberg, quæ illa obtinuerat, parta a ſuis maioribus amicis, parentibus et cognatis, l. c. p. 131 ſeq. Idem *Godefridus*, *comes de Reichenbach*, eiusque vxor *Mechtildis comitiſſa de Abenberg*, vniuerſam poſſeſſionem priuam ipſorum cum toto iuris integri complexu ad annum 1236 contulit eccleſiæ, in Aulesberg exſtructæ, Ciſtercienſi ordini dicatæ, in memoriam ſui et ſuorum *parentum*, *qui eiuſdem monaſterii fundatores extiterant deuoti*, l. c. p. 234. Et tandem idem *Godefridus*, *comes de Reygenbach*, ad a. 1250 profitetur, ſe cuncta feuda, quæ a dominis ac ab amicis ſuis eousque poſſederit quiete, quæque viri ſui de manu ſua hucusque tenuiſſe cognoſcantur, heredibus *comitis Bertoldi de Cygenhan* libere conceſſiſſe. Teſtes ſunt Adolphus comes de Waldeg, Sifridus comes de Widechenſtein, Widekindus comes de Battenberg, atque alii l. c. p. 137 ſeq. E quibus non inepte colligere datur, eundem *Godefridum* ſine liberis mortuum eſſe, et comitatum Reichenbachenſem ad comites de Cygenhan, eo mortuo, tranſiiſſe.

guber-
nante
Corbe-
iam Adal-
gario.

Vt autem quædam addamus, ad confirmandam ſententiam noſtram facientia, qua aſſeruimus, ante dictos Poppones, ſatores comitum de Henneberg et Reichenbach, e ſtirpe antiquorum Haſſiæ dominorum originem traxiſſe, monere libet, in *Tradit. Fuld.* p. 130, 131 et 139 ad a. 819 et 823 *Popponem* quendam comitem inter teſtes. Hunc eam ob cauſam ad gentem noſtram ſpectaſſe credimus, quia is l. c. p. 155 ad annum 826 Fuldenſi eccleſiæ piſcationis partem tradidit, in pago ſitam et obuiam Grapfeld. Idem anno 839 beneficium tenuit, a cæſare intra Bokoniam, atque ea propter Cæſaris vaſallus appellatur l. c. p. 177. Videtur hic *Poppo* filius fuiſſe Gerhaonis ducis.

Porro heic in cenſum venire credimus *Bobbonem*, *dominum presbyteri Martini* qui anno 889 ex conſenſu illius tradidit Fuldenſibus bona quædam, in eodem pago Graphelde intra Nordheimeromarcam et in comitatu Adalberti ſita. Teſtes huius traditionis inter alios erant *Bobbo comes eiusque filii Adalbraht et Bobbo*, l. c. p. 213. *Bobbo*, *dominus presbyteri Martini*, eſſe videtur filius comitis Gerhardi I. Si enim is ſupra dictus *Poppo* fuerit, filius Gerhaonis ducis, huic *Bobboni* nomen inditum fuit, a patruo ſuo petitum. *Bobbo* autem *comes*, pater *Adalbrahti* et *Bobbonis*, veriſimillime fuit nepos *Vtonis III.* *Vto* ille anno 821 conſenſit in traditionem bonorum quorundam, in pagis Wormacinſe et Lognahi ſitorum, teſte *Corpore Trad. Fuld.* p. 134. Anno 824 *Vto* et *Waltrat* bona tradiderunt, in pago Wormacinſe et in inferiori Loganahi poſita, l. c. p. 145. Hæc *Waltrat* eadem videtur fuiſſe femina *Waltrat*, quæ anno 821. l. c. p. 134 *relicta Adriani* appellatur, bonis traditis in pago Wormacinſe et Lognahi ſitis, inclita nupta poſt hæc *Votoni* comiti. Eadem *Waltrat* anno 822 ſoror *Ermprahtæ* appellatur, cum l. c. p. 135 bona tradidiſſe memoratur, in pago Grapfeld ſita. Pone ergo, *Waltratam* nupſiſſe circa annum 824 *Vtoni comiti*. Eo facto, eiuſdem *Vtonis* filius erit *Albrahtus*. Anno enim 857 *Albrahtus*, filius *Waltdrudæ*, bona

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

dedit Fuldenſibus, in pago Grapfeld conſpicua, l. c. p. 195 ſeq. Eiuſdem *Waltratæ* filia erat *Cunihilt*, quippe quæ ad annum 867 ſita in eodem pago Grapfeld bona tradidit eccleſiæ Fuldenſi, l. c. p. 204.

Videntur autem eiuſdem *Votonis* filii fuiſſe *Berengarius* atque *Vto comes* nec non *Waldo abbas*. Fratres illi nominantur in *Anal. Franc. Fuldenſ.* Tom. I. S. R. G. Freheri ad a. 861 et 866 p. 34 et 39. Priori loco refertur, Hludouuicum regem eos quaſi ſocios infidelitatis Ernuſti, ſummatis inter omnes proceres ſuos, exauctoraſſe, regis autem filium Hludouuicum e illis priſtinam dignitatem redditurum, promiſiſſe, hunc autem eos reſtituere in integrum non potuiſſe. *Berengarius* comes anno 868 vitam cum morte commutauit, teſte *Necrologio Fuldenſi* p. 762. *Vto* ſine liberis videtur obiiſſe. Solus itaque *Adalbraht*, cui a patruo ac progenitoribus ſuis nomen erat inditum, familiam videtur ſuam propagaſſe.

Nihil autem veritati conuenientius ſtatui poſſe, cenſemus, quam vt, hunc *Adalbrahtum* ſeu Adalbertum patrem fuiſſe *Bobbonis* atque *Heinrici* comitum ſeu ducum, nobis perſuadeamus. Indicant id filiorum, qui ipſis fuerunt, nomina: Comprobant id bona, ab illis poſſeſſa: Nec chronologia repugnat. Cum enim tam *Bobbo* quam *Heinricus*, filium habuerit, nomine Adalbrahti inſignitum, ambobus nomen inditum fuiſſe apparet, ab auo petitum. Habemus autem *Bobbonem* fratrem *Heinrici* pro eodem comite *Bobbone*, cuius *Traditiones Fuldenſes* p. 213 ad annum 887 mentionem iniecere, qui ad annum 889 l. c. p. 215 *Pobbo*, atque vnus procerum regis Arnolfi, appellatur. Id ſi dederis, *Bobbo comes* nullus fuiſſe videtur alius, niſi *Poppo*, Sorabici limitis cuſtos, cuius Chronicon noſtrum Corbeienſe MSptum ad annum 880, atque Annales Franc. Fuldenſes Tom. I. S. R. G. Treheri p. 52 his meminere verbis: *Slaui, qui vocantur Dalmatii, et Bohemi atque Sorabi, ceterique circum circa vicini, audientes ſtragem Saxonum a Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos inuadere nituntur, et in Sclauis circa Salam fluuium Thuringis fidelibus prædas et incendia exercent. Quibus Poppo comes et dux Sorabici limitis occurrit, et diuino auxilio fretus, eos proſtrauit, vt nullus de tanta multitudine remaneret.* De eodem loquuntur Annales Franc. Fuld. l. c. p. 55 ad a. 883 ſequentem in modum: *Boppo et Egino comites et duces Thuringorum, inter ſe confligentes, non paucas hominum ſtrages dabant, in quo conflictu Boppo ſuperatus vix cum paucis viris effugit, ceteris omnibus occiſis.* Et rurſus p. 56: *Iterum inter Popponem et Eginonem diſcordia cum crudeli bello concrepat: quorum Poppo, prout antea ſolebat inferior extitit.* HEINRICVS FRATER POPPONIS, *ſcilicet quum Nordmannorum manum validam Prumiam venire cognoſcit, vſque eos, vt dicunt, nullo euadente cum ſuis ad internecionem deleuit, et ille vero vulneratus euaſit.* Magnæ *Popponem* auctoritatis fuiſſe apud cæſarem Arnolfum, ex Annaliſta Saxone, qui ſua heic ex Reginone hauſit, patet. Ita enim Annaliſta T. I. Eccardi p. 225 ad annum 889: *Arnulfus defuncto Liutberto Moguntino archiepiſcopo, annuente Poppone, Thuringorum duce, Sunzonem Fuldenſem monachum ſubſtituit. Arn* (diploma quoddam autographum Corbeienſe appellat eum Arnoldum) *Wirceburgenſis venerabilis epiſcopus, hortatu Popponis ducis, pugnans contra Slauos occiditur, ſociis omnibus per martyrium præmiſſis; Rodolfus nobilis, ſed ſtultus frater Gebehardi et Conradi comitum, ſucceſſit.* Idem porro Annaliſta Saxo ex eodem Reginone ad a. 892 p. 230 refert: *Popponem ducem Thuringiæ dignitatibus exſpoliatum eſſe.* Id quod ad eundem an. 892 Annales Franc Fuld. habent, quibus Annaliſta Saxo hoc addit, ducatum *Popponis* commendatum eſſe Conrado, qui eundem paulo poſt ſponte ſua reddiderit. Quo anno hic *Poppo* e vita exierit, non patet.

Popponi fuiſſe fratrem *Heinricum*, iam vidimus. In expeditione Pariſina eundem *Heinricum* anno 886 a Nordmannis occiſum eſſe, Annales Francorum Fuldenſes p. 60 referunt ita: *Menſe Iulio imperator cum ſuis colloquium habuit in vrbe Metenſi, et inde contra Nordmannos profectus eſt. Vbi dum aliquanto tempore moraretur, Heinrich comes a ſuis deſertus et ab hoſtibus circumdatus occiditur.* V Kal. Septemb. eiuſdem anni id eſſe factum, Necrologium Fuldenſe pag. 763 docet.

Huius

Huius *Heinrici* filios fuisse *Adalbertum*, *Adalhardum* atque *Heinricum*, patet ex Annalista Saxone, paucis mutatis cum Reginone ad an. 897 p. 232 seq. scribente: *Inter Rodolfum Wirceburgensem episcopum, fratrem comitis Conradi et Gebehardi, et filios Heinrici ducis, Adelhardum, Adelbertum et Heinricum, implacabile odium ex minimis rebus oritur, et velut ex scintilla incendium succrescens dietim dilatatur, cum de nobilitate carnis, de parentum multitudine, de magnitudine potestatis vltra, quam decet, se extollunt, in cædes plurimas ruunt, truncationes manuum ac pedum fiunt, regiones his subiectæ rapinis et incendiis vastantur.* Causam huius discordiæ ex his verbis aliquatenus discere possumus, fastum scilicet lernam horum malorum fuisse. Accedebat autem et studium priuati commodi, vti in Chronico nostro Corbeiensi MSpto ad a. 897 annotatur. Saxones enim nostri tempore belli huius penitus otiosi spectatores non erant, sed *Otto, aduocatus Corbeiensis, generi suo opem tulit, vt eum in recuperandis bonis auitis adiuuaret*, vti Corbeienses nostri prodiderunt. Ottonem hunc esse Ottonem illustrem et ducem Saxoniæ, nemo cum ratione infitiari poterit. Vidimus enim iam ante, eundem tempore cæsaris Arnolfi fuisse aduocatum Corbeiensem. Vnus ergo dominorum inter se digladiantium gener Saxoniæ ducis Ottonis esse debuit. Consentiunt omnes, illum generum fuisse *Heinricum*, sed non *Heinricum* ducem, fratrem ducis *Popponis*, sed *Heinricum*, ducis *Heinrici* filium. guberante Corbeiam Adalgario.

Widekindus noster *Annal.* Lib. I aliquid humani passus est, dum, vti in nostro MSpto verba leguntur, *cum bellum esset*, perhibet, *Chuonrado regis Chuonradi patri cum Adalberto, Heinrici* (ducis postea regis) *ex sorore nepote, primum interfectus est, frater Adalberti postea in vltionem fratris Chuonradus quoque occisus est ab Adalberto, nec vllus regum tam ingens bellum inter eminentes viros sedare potuit.* E quibus verbis patet, Widekindum duos Heinricos patrem scilicet et filium confudisse, atque Heinricum anno 886 occisum reputasse pro Heinrico, Henrici filio ad annum 902 interfecto. Eadem chorda quoque oberrauit Annalista Saxo ad a. 892 p. 235, ita scribens: *His temporibus Adalbertus magnus heros, cuius pater Heinricus dux, mater Baba, dicebatur, idemque filius, sorores Heinrici, postea regis, nepos vero Ottonis Saxonum ducis, cum fratribus suis contra Conradum, patrem Conradi postea regis, totum Ludouici regnum inimicitiis turbabat, nec ante illum vllus regum quieuerat tam ingens bellum inter eminentes viros ortum sedare. Adalbertus Adalardus fratres, et Heinricus, ex castro Babenberch aduersus Conradum et Gebehardum ad pugnam processerunt. Illi viriliter, impetu excepto, ferro aciem irrumpunt, obuios prosternunt, tandem ad fugam agmen compellunt. Heinricus interfectus est, Adalardus captus, et post modicum iussu Gebehardi interfectus. Eberhardus, confossus vulneribus cecidit, inter cadauera occisorum inuentus domum reportatur et in breui moritur.*

Baba, vti Widekindus atque Annalista putant, non esse potuit mater *Adalberti*, sed fratris vxor. Discimus autem ex his, Babenbercham, hodie dictam Bamberg, ad *Adalbertum* eiusque fratres *Adalardum* atque *Heinricum* spectasse, et præcipuam huius belli causam fuisse, dissensionem inter illos propter bona auita ortam, in qua Conradigenæ fautores habebant Carolingidas, vtpote ipsorum consanguineos; Bambergenses autem Ludolfinos suos cognatos adsciuerunt adiutores. Ex quo porro non inepte quis posset colligere, tam Conradigenas quam Bambergenses ex vno sanguine esse ortos. Quæ rationes probabilissime quoque fomes erant perpetui illius dissensus inter regem *Conradum* atque *Heinricum* aucupem, inprimis cum *Adalbertum* quoque, fratrem Heinrici sororii Heinrici aucupis, postea dolo circumuenirent et trucidarent. Quamuis enim *Adalbertus*, teste Reginone ad a. 903, *Rodolphum episcopum de Wirzeburgensi ecclesia fugasset, resque et possessiones ecclesiæ præfatæ depopulatus esset, et Euerhardi filios, sicut et patrem, hereditatibus et regiis honoribus expulsos, vltra Spetitheshart* (Speshart) *secedere coëgisset:* quamuis et idem *Adalbertus victor anno* 906 *innumeram fugientium multitudinem cum ipso Conrado comite, patre Conradi postea regis, gladio prostrauisset, regionemque eius toto triduo perlustrans cædibus et rapinis demolitus, atque oneratis ingenti præda sociis Babenberh reuersus esset*, annotante Annalista Saxone p. 237; tandem tamen rex Ludouicus infans Adalbertum in castro Tarasso obsedit. Egeno vero, Adalberti indiuiduus comes, a societate deficiens, cum omnibus suis ad regis castra se contulit: Atque Adalbertus, dolo archiepiscopi Moguntini Hattonis captus, regi oblatus et habito iudicio V

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico

idus Septembris capite truncatus est, possessionibus eius in fiscum redactis et ex dono regis in nobiliores collatis.

Iam facile diiudicatu esse poterit, de quonam *Adalberto* exponant Traditiones Fuldenses, quibus refertur, Adalbertum quendam bona tradidisse ecclesiæ Fuldensi. *Adalbertum*, filium *Popponis* ducis, bona dedisse ecclesiis, patre adhuc viuente, probabile non est. *Adalbertum* ergo comitem, cuius comitatus erat anno 889 in pago Grapfeld obuius, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 213 et p. 214, qui l. c. p. 222 ad annum 905 inter testes apparet, habemus pro comite *Adalberto*, filio *Heinrici* ducis. Cum autem hic comes *Adalbertus* vltra annum 906 vitam non prorogauerit, ille non fuisse videtur *Adalbertus*, qui in eisdem *Trad. Fuld.* p. 224 ad a. 907 *comes strenuissimus* appellatur, et villam Ruotswindeshusen et Fricconem clientem habuit, qui in eius villa Stocheim exactor erat. In pago Tullifelde eundem anno 914 fuisse comitem, discimus ex eisdem Tradit. p. 228. Referuntur enim l. c. ad comitatum *Adalbrahti* in pago Tullifelde et in Westhemonomarcu villæ Weitaha et Fiscbah. *Weitaha* hodie dicitur Veith, et Fiscbah adpellatur Fischbach, satrapia ad abbatem Fuldensem spectans. Stocheim autem erit vel Stocheim villa, olim in pago Grapfeld sita, vel vicus Stocheim, in episcopatu Wurtzburgensi sub satrapia Mellerstad positus. Hunc comitem *Adalbertum* fuisse filium *Popponis* ducis, nemo ausit negare.

Heinricus comes, ad cuius comitatum in pago Grapfeld anno 887 refertur villa Munriceſtat l. c. p. 213, esse non videtur *Heinricus dux:* hunc enim iam anno 886 esse mortuum, ante euicimus; sed eius fuit filius, *Heinricus*, anno demum 902 occisus. *Adalhardus*, frater *Heinrici*, fuisse videtur ille Adalhardus comes, in cuius comitatu anno 884 erat villa Rosbah, locus in Wetereiba situs. l. c. p. 211. Cum autem et hic *Adalhardus* anno 902 interfectus est, diuersus is fuerit oportet primum a comite *Adalhardo*, ad cuius comitatum anno 880 spectauit villa Berge in pago Muselahgewe l. c. p. 210, et deinde a nobilissimo comite *Adalhardo*, qui anno 905 abbati Fuldensi, Huggi, dedit loca Steinah, Horebah, Larbah, Sehem et Wolebah, in pago Salagewe sita, eademque ab abbate ante dicto rursum recepit l. c. p. 222. Probabiliter igitur iste *Adalhardus* ante dicti comitis *Heinrici* filius fuisse dicitur. Videtur nomen ei esse inditum, a patruo suo petitum.

Comitem *Euerhardum*, fratrem *Conradi* anno 906 occisi, nec non *Gebehardi* comitis ac *Rudolfi* episcopi Herbipolensis, habuisse filios, iam ante indicauimus. Nam relatum legimus, comitem *Adalbertum*, filium Heinrici, eundem *Euerhardum* eiusque filios hereditate expulsos vltra Spetteshart secedere coëgisse. Prædicto *Euerhardo* vnum fuisse filium *Conradum* comitem, demonstrauimus iam ante. Probabiliter quoque alter eiusdem *Euerhardi* filius fuisse existimatur *comes Hessi*, a proauo ita dictus, qui in *Corpore Tradit. Fuldens.* ad a. 905 et 914 p. 222 et 228 inter testes apparet, et qui anno 915 bona quædam, in comitatu suo et in pago Salagewe ad villam Zunzilesbah sita, tradidit Fuldensi ecclesiæ, quæ illi quondam, (fortassis anno 906 cum bona *Adalberti* comitis in fiscum redigerentur) dederat Ludouicus rex in proprietatem l. c. p. 229, quique anno 923 cum filio suo *Ruodolfo* bona quædam, ad Otkeresdorp villam (fortasse ab Odacro patris eius tritauo ita appellatam), et in pago Salagewe in comitatu ipsius et in Kinzzicheromarcu sita, tradidit ecclesiæ Fuldensi l. c. p. 232. Probabile enim videtur esse, filium eius *Ruodolfum* nomen accepisse a patruo eius, *Rudolfo*, episcopo Herbipolensi. Teste Necrolog. Fuld. p. 763 eodem anno 923 *Hessi comes* rebus humanis excessit. *Conradum* et *Rudolfum* comites sine liberis mortuos esse, probabile nobis videtur, eo quod nec vola nec vestigium eorum adparet.

Reuertimur ergo ad *ducis Popponis* filios. Hi adpellantur *Adalbraht* et *Bobbo*. Horum pater, *Poppo dux*, probabilissime est *Poppo* ille, qui ad annum 906 comes in pago Folcfelda, teste Corpore Trad. Fuld. p. 222, vocatus fuit. *Popponem* custodiam Sorabici limitis non tenuisse vsque ad finem vitæ suæ, iam ante demonstrauimus. Omnino ergo is anno 906 comes videtur fuisse in pago Folcfelda. Ad eius comitatum referuntur l. c. Folchaa superior et inferior, Fugalespure, Aachiueld, Liliueld, Ostheim, Ronepahc, Egininhusa, et Kerolteshoua.

In

In pago Folcfelda olim principem locum fuiſſe Bambergam, eundemque pagum gubernomen ſuum accepiſſe a riuo Folkaha, hodie Volkah, qui paulo ſupra Swartzach Mœnum influit, docuit nos I. F. Schannat in *Buchonia Veteri* p. 404. Magnam itaque partem Bambergenſis ac Wurtzburgenſis epiſcopatuum comprehendiſſe pagum Folcfelda, ſatis ſuperque planum eſſe intelligitur. gubernante Corbeiam Adalgario.

Non eſt autem, quod nobis obiicias, *Popponem ducem* vſque ad annum 906 viuere non potuiſſe. Si enim ſumimus, *Vionem* comitem anno 824 matrimonium contraxiſſe cum *Waltrata*, eo ipſo *Albraht* eius filius naſci potuit anno 825, *Berengarius* anno 826, *Vto* a. 827 et *Cunihilt* a. 828. Si *Albraht* coniugii vinculis ſeſe obſtrinxit anno ætatis XVII, thalamique ſociam duxit anno 842, tunc omnino *Poppo dux* in lucem edi potuit anno 843, atque *Heinricus* anno 844. Quodſi *Heinricus* conſortem thalami adſciuit anno XVI ætatis ſuæ, vitæ lumen excipere potuerunt *Adalbertus* anno 861, *Adalhardus* anno 862, atque *Heinricus* anno 863. Si rurſus *Heinricus* anno ætatis ſuæ XVII. nuptias celebrauit cum *Baba*, *Adalhardus* in luminis vitalis auras prodire potuit anno 881. Anno ergo Chriſti 905 *Adalhardus*, ſi rem ita inſtruxeris, annum ætatis egiſſet XXIV, quo ille iam comes in pago Salagewe non eſſe potuit. Si *Poppo dux* natus eſt anno 843, atque anno ætatis XVIII ſe vxori ſociauit, naſci potuerunt *Adalbracht* anno 862, et *Bobbo* anno 863. Cum itaque *Bobbo* anno 945 animam creatori reddidit, ea ipſe tempeſtate annos habuiſſet vitæ ſuæ LXXXIII, eius autem pater *Poppo* Sorabici limitis cuſtos, anno 843 natus, anno 906, quo fuit comes in pago Folcfelda, egiſſet annum ætatis LXIII.

Huius *Popponis ducis* filius *Bobbo* videtur fuiſſe *Bobbo*, in cuius comitatu intra pagum Grapfeld fuerunt anno 922 Soresdorf, anno 923 Thieboldeshuſon, et anno 944 Schilturoda, Belliriod, atque Ingeresfeld, teſte *Corpore Trad. Fuld.* p. 231, 232 et 235. Inter teſtes apparet ille ad a. 929 l. c. p. 233. Mortuum autem eundem eſſe anno 945, Necrologium Fuldenſe p. 763 refert. An filios procreauerit hic *Bobbo*, certo dicere non licet. Interim magna cum veriſimilitudinis ſpecie ab eo deduxit illuſtris Eccardus in *Hiſtor. Geneal.* p. 239 ſeqq. comites Wimarienſes, dum ei tribuit filium comitem Wilhelmum, cuius poſteros nos merito antea tabulis noſtris inſeruimus, lectorem beneuolum, qui probationes deſiderat, ablegantes ad Eccardum. Eaſdem enim hic repetere ſuperuacaneum duximus, ne acta egiſſe videamini.

De *Heinrici* autem, qui erat filius *Heinrici ducis*, filiis quædam addendi occaſio nobis commodior hoc loco ſuppeditatur. Tribuimus *Heinrico* iam ſupra filium *Adalhardum*, anno 905 comitem in pago Salagewe. Huius *Adalhardi* frater fuiſſe videtur comes *Heinricus*, ab auo ita dictus, cuius comitatus anno 918 erat in pago Logenaha, teſte *Corpore Tradit. Fuldenſ.* p. 229. Hi duo, *Adalhardus* et *Heinricus*, probabiliter videntur fuiſſe progenitores quorundam comitum Wetterauienſium. Io. Georg. Eccardus in Præfatione ad Hiſt. Geneal. Super. Saxon. p. 23 aſſerit, *Heinrico*, filio *ducis Heinrici*, fuiſſe filios *Bertholdum* atque *Ottonem*. *Otto* illi videtur fuiſſe conditor comitum Hennebergicorum, et pater *Popponis* Wurtzburgenſis epiſcopi, atque *Heinrici* archiepiſcopi Treuirenſis; *Bertholdus* autem pater *Adalberti* comitis de Amardela, anno 994 mortui, procreatoris marchionum et veterum Auſtriæ ducum, quibus non immoramur. Qui volet, euoluat Eccardum l. c. ibique p. 13 ſeqq. argumenta inueniat. Nos coronidis loco huic commentationi adiungimus diploma regis Heinrici Raſponis, hactenus ineditum, ex quo apparet, eundem Heinricum die XXII Maii anni MCCXLVI electum eſſe in regem Romanorum. Id enim ante adfirmauimus, nunc plenius comprobandum. En diploma.

Heinricus dei gratia roman. rex et ſemper auguſtus. Uniuerſis infeudatis miniſterialib⁹ oppidanis totiq⁹. familie Corbeienſ. eccl̄ie gratiam ſuam et omne bonum. uniuerſitati ūr̄e duxim⁹ ſignificandum. quod uenerabili *Herimanno Corbeienſi abbati* per eos. qui ante tempus promotionis ūr̄e imperium gubernabant. ſit adiudicatum. quod uniuerſa officia eccl̄ie ſue pertinentia cum uacent. ad nutum ſuum ſint inſtituenda. exceptis quatuor officiis principalib⁹. quorum bona nulli⁹ iuſticie uel aſtutie

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

§. 217.

Tradidit ſuuitgeruſ manſum cum familia in *bardengao* (1) pro filio ſuo teſteſ . . . . . .

§. 218.

aſtutie interuentu ab ipſis officiis poterunt alienari. *officiatorum* quoq;. *filii ſeniores et legitimi patrum ſuccedunt officiis pleno iure.* uerum etiam quod in ciuitatib⁹. oppidis. et uillis campſiones denariorum non fiant. niſi de conſenſu et uoluntate abbatis. et moneta nullatenus ſit cudenda. nec non quicunq;. miniſterialis uel officiat⁹ perſonam dn̄ī ſui nequiter inſequendo uel captiuando uel perfide ſpoliando offenderit iure ſuo atq;. officio priuari debeat. nec de beneuolentia principis relaxetur. quicunq;. etiam abbas dotem ecc̄lie. niſi de conſenſu et communi deliberatione capituli ſui. obligauerit. creditor abbatem ſucceſſorem ſuum arc̄tare non poſſit rigore iuris. cuiuſquam obligationis et debiti occaſione. demum etiam quod donationes manſorum. conceſſiones feudorum. obligationes pignorum. ante receptionem regalium fac̄te in irritum ſint reuocande. Cum igitur uniuerſa p̄dic̄ta dic̄tante principum atq;. aliorum magnatum et fidelium imperii ſententia ſint confirmata nos. qui omnium ecc̄liarum iura infra regnum n̄r̄ūm firmiter ſtabilire. et anteceſſorum n̄r̄ōrum conceſſiones ſingulis ecclīis confirmare debem⁹ atq;. intendim⁹. fidelitati ūr̄ē mandam⁹ ſub pena gratie n̄r̄ē firmiter p̄cipientes. quatenus ea. ſicut fidem ūr̄ām et honeſtatem condecet. abbati p̄nominato tamquam dn̄ō ūr̄ō illeſa atq;. integra conſeruetis. quod qui non fecerit. indignationem omnipotentis dei n̄r̄ēq;. maieſtatis grauem offenſam ſe nouerit incurſurum. Et ut hec ipſi abbati ſuiſq;. ſucceſſorib⁹ conſeruentur illeſa. atq;. hec confirmationis auc̄toritas perpetuum firmitatis obtineat robur p̄ſentem paginam ſuper eo conſcriptam typano maieſtatis n̄r̄ē inſigniri iuſſim⁹. teſtibus annotatis qui huic fac̄to interfuerunt. ſunt autem hi. *Sifridus moguntin⁹. Theodoric⁹ Treuerenſis. Conrad⁹ Colonienſis. Gerhardus Bremenſis* archiēp̄ī. *Herimann⁹ Herbipolenſis. Theodoric⁹ Numburgenſis. Sifrid⁹ Ratiſbonenſis. Heinric⁹ Argentinenſis* ēp̄ī. *Heinric⁹ Spirenſis* electus. *Heinricus dux Brabantie. Albertus dux Saxonie. Heinric⁹* et *Gumtherus frēs de Swarzinberg. Conrad⁹* et *Euerhard⁹ frēs de Euerſtein. Erneſtus de Glichin. Adolfus de Waldeke. Conrad⁹ de Nurinberg. Widekind⁹ de Swalenberg. Emicho de Liningen. Heinric⁹* et *Herimann⁹ frēs de Henneberg. Godeſcalc⁹ de Perremont. Heinric⁹ de Nieſſen. Berthold⁹ de Zigenhagen. Wulfram⁹ de Veringen. Conrad⁹ de Redberg. Heinric⁹* et *Herimann⁹ frēs de Woldenberg. Heinric⁹ de Sladem. Bernhard⁹ de Spegelberg. Ludolfus de Daſſila.* comites. *Bernhard⁹ nobilis de Lippia. Burcard⁹ mareſcalc⁹ de Querenfort. Conrad⁹ de Sconenberg. Herimann⁹ de Lobedemborg. Godefridus de Eppenſtein. Herimann⁹ de Brakel. Albert⁹ de Scardenberg. Raueno de Papenhem. Conrad⁹ de Winterſteten. Conrad⁹ de Amelungeſēn* aliiq;. quam plures.

Acta ſunt hec in caſtris apud hocheim anno dn̄ī M. CC. XLVI. indic̄t. IIII. VIII. kal. iunii. IIII. die electionis n̄r̄ē. dat. per manum Burcardi de Zigenhagen p̄poſ. Frideſlar. uice dn̄ī Sifridi moguntin. archiēp̄i et archicancellarii.

De Bardone.

(K) *Bardo* hic videtur nullus alius fuiſſe, niſi Bardo comes, Waldeccenſium comitum progenitor et communis parens.

De pago Bardanga.

(1) Mentionem hic fieri de *pago Bardanga* intra Principatum Luneburgicum ſito, de quo egimus ſupra §. 126, patet ex noſtro Regiſtro, in quo ſequitur in *pago Bardanga* eiusque villa *Stochem*, ad quam manſum vnum poſitum eſſe, aſſeritur. Quemadmodum autem de eadem villa pluribus agendi nobis occaſio dabitur in Hiſtoria noſtra Corbeienſi, ita hic ventilanda eſt quæſtio, ad quam nam familiam *Suitgerus* referendus ſit, qui eundem manſum in villa *Stochem* donauit. Videtur

§. 218.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Tradidit baldric in *tyndeldi* (m) quidquid ibi habuit in *adane* manſum unum cum familia in *keinſetha* ſimiliter in *uuulfgangri* ſimiliter item in *ſcie-*

tur ille ad familiam Billinganam referendus. Iam enim ante §. 104. demonſtrauimus, eandem familiam in pago *Bardanga* bona ſua hereditaria tenuiſſe. Vnde veriſimile nobis non videtur, alium dominum, niſi ex eadem gente ortum, bona habuiſſe in pago *Bardanga*. Atque eapropter coniecturam ducimus, *Suitgerum* fuiſſe fratrem Amalungi tertii.

De villa Tyndeldi et campo Sintfeldico, ad pago Soratfelt.

(m) *Tyndeldi* villa erat *intra pagum Almunga* ſita, non minus quam *Adane*, *Keinſetha*, *Wulfgangri* et *Scieferan*. Ille pagus ſine dubio vllo olim exſtitit in epiſcopatu Paderbornenſi ad flumen, dictum *die Alme*. *Tyndeldi* enim eſt *Tyndelo* ſeu *Tyndelen*, et *Adane* eſt *Adene* ſeu *Aden* in dynaſtia Wevelsburgica. *Keinſetha* et *Scieferan* villæ ſunt deſolatæ. *Wulfgangri* vero eſt vel *Wulffte*, haud procul a Brilon, vel Wulffershuſen ſeu Wulferdeſſen in eodem dominio ſita, quod a caſtro Wevelsburg prope Bodecam monaſterium S. Meinulfi, de quo egimus ſupra §. 48. ita dictum eſt, vel *Wulfeſen*, villa deſolata in campo *Sintfeldico*. Campus hic hodie longe lateque patet, in quo læta boum paſſim ſpiſſis armenta cateruis lanigerique greges errant, quibus vbera largo lacte fluunt. Olim vero illic fertiliores ſegetes prouenisſe, colligere ex eo licet, quod diligentius cultus eſt ager ab habitatoribus villarum, quarum multæ ibi conſpiciebantur, et quæ propemodum omnes vna cum oppido *Blanckenrodo*, cuius documenta noſtra meminere, belli Suſatenſis fluctibus, a Theodorico archiepiſcopo Colonienſi ac Paderbornenſi adminiſtratore ſeculo XV. excitatis, ſunt vaſtatæ. Celebris autem hic campus eſt ob Caroli M. regis Francorum tropæa. Cum enim ille, referentibus Annalibus Rerum Francorum, bipartito exercitu anno 794 Saxoniam petere ſtatuiſſet, eo videlicet modo, vt ipſe cum dimidia parte copiarum ab auſtrali parte intraret, eius vero filius cognominis cum exercitus parte altera Rhenum iuxta Coloniam traiiceret, atque in eandem regionem ab occidente veniret; Saxones, coitione facta, comparauerunt ſeſe ad bellum in campo *Sintfelt* gerendum. Cum vero ipſi audiſſent, ſe gemino exercitu circumueniri, neque viam fugæ patere, amiſſa victoriæ ſpe ad deditionem omnes conuerſi, ſine prælio victi ſunt, et, datis obſidibus, ſe iurisiurandi fidem ſeruaturos, Carolo Magno promiſerunt. Hic vero tertium quemcunque, e Saxonum numero delectum, exilii pœna mulctauit, et per regni ſui prouincias procul a laribus ſuis eos diſtribuit. Ceteri armis exuti aut in villas domosque ſuas remiſſi aut militiæ Caroli ſunt permixti. Saxonum ſanguini tamen parcitum a Carolo Magno fuit, qui probe norat, vtilem eſſe clementiæ famam ſibi, nouum imperium capeſſituro, eamque demum præclaram victoriam appellari poſſe, in qua plus clementiæ eſt, quam crudelitatis. Poſtrema autem hæc fuit victoria Caroli Magni aduerſus Weſtfalos noſtros, qui, ſe amplexuros religionem chriſtianam, ſpoponderunt, nec vnquam deinceps arma reſumere ſunt auſi. Eo euentu Deus voluit in campo *Sintfeldico* illuſtre bellum finiri & tumulari. Idem campus ex mente reuerendiſſimi auctoris Monumentorum Paderborn. p. 186. condecoratur nomine *pagi Soretfelt*, quem pagum litteræ cæſaris Ottonis III ad annum 1001, atque Heinrici II ad annum 1003 diœceſi Paderbornenſi tribuunt. Hasce litteras exhibent Nic. Schatenius *Annal. Paderb.* T. I f. 355. et f. 367. et *Monumenta Paderborn.* p. 211 ſeqq. *Bulihem* villa huic pago adſcribitur. Potuit nulla regio in campo *Sintfeldico* nomine *Soretfelt*, niſi hæc, inſigniri, in qua quippe villa *Bulihem* quondam exſtitit. Id ex tabulario Paderbornenſi comprobari poſſe, ſperamus. Per *Bulihem* enim villam neque deſignatur *Bühlen* in præfectura Waldeck ad fluuium dictum die Nerze (non Vntze, vti habent *Origin. Pyrmont.* p. 165.) neque *Bühl* in præfectura Landau, ſita ad riuum dictum die Erpe, vti *Orig. Pyrmont.* l. c. volunt. Perſuaſiſſimi ſumus, procul dubio ibi pagum Itergo exſtitiſſe, vti iam ſupra demonſtrauimus. Quis ergo tandem, quæris, *Baldericus* fuit is, qui ſitos in villis *Tyndeldi*, *Adane*, aliisque locis quoſdam fundos abbatiæ Corbeienſi donauit? Probabiliter, reſpondemus, *Walderici*, qui ſupra §. 213. tradiderat, quidquid tenuerat in Bodriki villa pagi Weſt-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

ſcieferan quidquid habuit teſtef *aſig* (n) raynuuerc houlf huelp et alii VII.

§. 219.

Tradidit *gerho* manſum medium in *ſandhurſt* (o) teſtef gheruuig hugo ecbertuſ houlfuſ et alii ſex.

§. 220.

Tradidit *halecghard* in *mulinhuſen* et in *beranthorpe* (p) quidquid habuit

falon, conſanguineus. Hic *Waldericus* ad progenitores comitum Arensbergenſium referendus videtur. In hac coniectura confirmamur, recordati, dynaſtiam *Wewelsburgum* olim fuiſſe Comitum Arensbergicorum, a quibus ipſa in poteſtatem comitum Waldeccenſium venit. Ab his in Paderbornenſis eccleſiæ tranſiit ditionem, dimidia eius parte *Bertholdo* dicto *nobili de Buren* beneficii loco conceſſa. Id ipſum annotauit eruditiſſimus epiſcopus Paderbornenſis Ferdinandus *Monum. Paderb.* p. 205. Si igitur improbabile non eſt, principes Waldeccenſes ex Widekindo Magno propullulaſſe, fere deferimur ducimurque eo, ut coniiciamus, Arensbergicos Comites ex eadem ſtirpe fuiſſe procreatos. Communis certe ſic fert fama. Fortaſſis *Baldericus* noſter Walberti et Bardonis I frater fuit. Eam ob cauſam dominium *Wevelsburgicum* in manus Waldeccenſium comitum poſt *Arensbergenſium* comitum exceſſum peruenisſe videtur. Ab his porro nobiles domini de *Buren* videntur deſcendiſſe. Copioſius hæc infra §. 398. diſpiciemus. Quomodocunque autem res ſeſe habuerit, patet tamen ratio ex dictis, cur abbatiæ Corbeienſi enata fuerint iura in oppidum *Blanckenrode*, in campo Sintfeldico poſitum, quæ domini Paderbornenſes vt clementiæ ſui epiſcopi adſcribant neceſſe non habent.

De Aſigone.

(n) *Aſig* an filius Luidolfi ducis? An natus fuit Eſiconis comitis, et frater Wigſuitæ, de quibus egimus §. 216? An Bardonis I, Waldeccenſium comitum ſatoris frater, ab auo materno ita appellatus? An itaque ille Aſico, qui §. 220. inter teſtes apparet?

De villa Sandhurſt.

(o) *Sandhurſt* villa erat, teſtante Regiſtro noſtro, *in pago Heſſi* ſita, de qua et de *Gerhone* egimus ſupra §. 216.

De villis Mulinhuſen et Beranthorpe.

(p) *Mulinhuſen* et *Beranthorpe*, villæ, in Regiſtro noſtro poſitæ, inueniuntur *in pago Itergowe*. Intelligimus ergo ſubeſſe *Mullhauſen* et *Berndorf* vicos, in comitatu Waldeccenſi ſitos, quorum hic in præfectura Eiſenberg, ille vero intra præfecturam Aroldſen viſitur. Cum autem in eadem regione genus Widekindeum bona ſua hereditaria poſſederit, vti iam ſupra §. 104 et paſſim ad nauſeam vſque demonſtrauimus, *Halecgharda*, quæ hæc bona, ad *Mulinhuſen* et *Beranthorpe* poſita, donauit, probabiliſſime ad eandem gentem ſpectauit. Fortaſſis ipſa ipſius Bardonis I, ſatoris Waldeccenſium principum, ſoror fuit. *Halecghardam* fuiſſe feminam, negari non poteſt. Apparet enim illud ex terminatione Ghard, quæ mulieribus tribuitur, vti patet ex nominibus Hildegard, Wendilgard, Irmegard, Luitgard. Quamuis autem facile demus, eam non valere argumentandi rationem: *Halecghard* fuit femina, ergo etiam ſoror fuit Bardonis I; bona tamen, quæ poſſedit, indicio eſſe videntur, eandem ad progenitores Waldeccenſium comitum referendam. Hiſce præmiſſis, quædam de villa *Mulinhuſen* addenda ſunt, et quidem primo eſt ſignificandum, eandem villam a comite Heinrico eiusque filio Widekindo, largiente eccleſia Corbeienſi, poſt hæc in feudum indultam eſſe. Id enim hæc nos docet ſchedula.

℣ In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatiſ ego *Erkenbertuſ* corbeienſiſ abbaſ hanc cartam iuſſi conſcribi & conſeruari ut ſciant tam p̄ñteſ quam futuri qualiter *Heinricuſ comeſ* eiuſq̄. filiuſ *Widekinduſ* remiſerunt beneficium quod habuerunt ab ec̄clia n̄rā uillicationem ſcilicet in *Urthorp* &

& manſum & decimaſ ſub & decimaſ ſuper *Eilenhuſon* duaſ areaſ in *Horohuſen* & officium in *Hatopo*. hoc uero beneficium p̄ſtiti illiſ uillam in *Wigartinchuſen* duoſ manſoſ in *Oſinctorp* duoſ manſoſ in *Swicpechtinchuſen* molendinum in *Horohuſen* decimam in *Reinecke* quę ſoluit talentum unum decimam in *Elfringhuſen* decimam in *Flaſſegere* & duoſ manſoſ in *Mulehuſen*. Ne ergo ſuper hoc negotio aliquam inactitudinem quiſ faciat ecc̄lię ñr̄ę p̄ñtem paginam ſigillo patroni ñr̄ī iuſſimuſ inſigniri. Acta autem ſunt hęc Corbeię ſub *aduocato comite Sigefrido* coram omni congregatione aliiſq̄. teſtibuſ Heinrico ſcilicet p̄poſito. Euerhardo. Hereboldo. Godefrido. Herimanno. Heridago. Liudolfo. Conrado. Heinrico. Thiadrico. Adalberto. Hugone ac Helmwardo monachiſ. *Conrado. Friderico & Friderico comitibuſ. Bernhardo & Herimanno fratribuſ. Gumberto. Reinbaldo. Conrado. Thietmaro. Ottone* ac *Adalberto nobilibuſ. Walderico pincerna. Godeſcalco dapifero. Walderico Kamerario.* Godefrido. Euerhardo. Walberto. atq̄. aliiſ multiſ. guber-nante Corbeiam Adalgario.

Dat. XV. kal. iulii indict. V. anno dn̄īcę incarnationiſ M. C. XIII. regnante Heinrico V. Romanorum imperatore auguſto. anno autem ordinat. uenēr. Erkenberti abbatiſ VIII.

Signum ſci  uiti mtriſ

Sigillum vide Tab. I. num. 8.

In hac charta memoratur villa *Urthorp*. Hæc eſt Udorf in dynaſtia Canſtein. *Eilenhuſon* eſt Eilhauſen vicus, quem poſtea acquiſiuere, et vſque in hodiernum diem principes de Waldeck in feudo tenent ab eccleſia Corbeienſi. *Horohuſen* eſt Horhuſen, ſita ad Dimolam prope Stadberge in epiſcopatu Paderbornenſi. *Hatopo* eſt Hattope in dynaſtia Wevelsburg eodem in epiſcopatu. *Wigartinchuſen* eſt Wygerdinghuſen ad Dimolam fluuium haud procul ab vrbe Stadberga. *Oſinctorp* eſt Oſſendorp ad Dimolam non procul ab oppido Warborg. *Swicpechtinchuſen*, eſt Sweckhuſen haud procul ab oppido Peckelsheim ſeu Peckelſen in epiſcopatu Paderbornenſi. *Reinecke* eſt Renegge in præfectura Eiſenberg intra principatum Waldeccenſem. *Elfringhuſen* eſt Elleringhuſen in præfectura Landau eodem in principatu. *Mulehuſen* eſt Mulhauſen in præfectura Aroldſen in eodem principatu. *Flaſſegere* vero, vti augurari libet, villa deſolata eſt eodem in principatu. Hæc ipſa villa videtur fuiſſe ea, quæ aliis in membranis noſtris ſcribitur *Vluingeri*. Habuit autem abbatia Corbeienſis præter hæc bona omnino plura alia bona eodem in comitatu Waldeck ſita, per villas ſcilicet *Nagun*, *Watdenhuſon*, *Butdenhuſon*, *Huſſtin*, *Eccardincdorphe*, *Withuſon*, *Itgenhuſon*, *Berchuſon*, *Etnun*, *Metdisdorphe*, *Weriſun*, *Capelun* (Cappel in præfectura Aroldſen) *Suſdorphe*, *Aldendorphe*, *Wiſendorphe*, *Hur*, *Grobberhuſen*, *Oſterep* (Oſtrup), *Henningheim*, *Veynun*, *Rolodun*, *Harim*, *Becheim*, *Liuſchi*, *Garna*, *Marſchendorphe* (Marderſdorf non procul ab oppido Franckenberg) *Elmela*, *Becheim*, *Huſtedi* (Huſen non procul ab Helmeren vico in dynaſtia Wevelsburg) *Runni*, *Almela*, (Almeren prope Volckmiſſen) *Walſel*, (Wellen in præfectura Wildungen) *Gerwerdinchuſon*, (Gershauſen in præfectura Wildungen) *Driburi*, (Drebber, vel Traddel in præfectura Waldeck) *Biela*, (Beleke prope Drebber) *Abthalda* (Attelen in dynaſtia Wevelsburg) *Wetderun*, (Wetter) *Hemmesle*, *Beruere*, *Rehtderun* (Raderen in præfectura Lichtenfels) *Eilunſtedi*, (Altenſted) *Aladorphe*, (Allendorf) *Berneſtorpe*, *Teram*, *Eynun*, *Banrehdirun*, *Visbechi*, (Visbeck ad riuum dictum die Erpe) *Dulini*, *Odi*, *Reſſine*, *Lere*, *Weſſilun*, *Dreht*, *Redun*, *Digla*, *Deuſt*, *Satla*, atque in aliis locis, quorum iam magnam partem adtulimus. Has vero e noſtris membranis eam ob cauſam hoc loco indicauimus,

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et

vt vnicuique constet, quantis olim affecerint ornamentis abbatiam nostram progenitores comitum Waldeccensium. Hisce autem pro tantis beneficiis æternitatem atque immortalitatem donasse vel adprecatam esse abbatiam nostram, iam ante §. 104. diximus. Liceat arbitrari, *Heinricum* comitem eiusque filium *Widekindum*, in charta Erkenberti memoratum, fuisse Swalenbergensis seu Waldeccensis familiæ. Intermittere autem inter hæc non possumus, quin porro quædam de villa *Mulinhusen* commentemur, haud ignorantes, quoddam diploma Widekindi nostri abbatis exstare in *Collect.* Ampl. *Martene* et *Durandi* Tom. I. p. 1051, quod mancum est et corruptum, vti cetera Corbeiensia, quæ in Collectione ea exstant & laudatissimi eruditissimique viri festinantissimo, quod dolemus, calamo descripsere. Inde enim tota rerum series subinde variat. In medium ergo producere placet eiusdem Widekindi diploma ex ipso autographo, minus truncatum. En illud.

In nomine ſcē et indiuidue trinitatiſ *Widekinduſ* dei gr̄ā Corbeienſiſ abbaſ. Quanto ſollicitudiniſ ſtudio et quam ſincere ñr̄ē deuocioniſ affectum circa honorem commodū et omnem profectum ñr̄ē ecclie pro poſſe ñr̄ō ſemper fuerim⁹ intenti. et propter ipſam uariiſ expoſiti tribulacionib⁹ et anguſtiiis nouerit ille quem nihil latet deus. nouerunt et preſenteſ ſicut credim⁹ iuxta paruitatem ñr̄ām per operiſ probationem aliquando. licet non quotienſ deſiderauim⁹ ñr̄ē intentioniſ affectum oſtendiſſe noſ doleam⁹. Inde eſt quod circa ſarcofagi beati Viti et ipſi⁹ monaſterii reparationem firmiſſimum diu propoſitum habuim⁹. illo tamen ne maiorem haberet proceſſum per uariaſ multorum iniuriaſ et ſimilia hiſ impedimenta prorogato. nunc igitur eidem propoſito ñr̄ō in aliqua parte et in pluribuſ adhuc vita comite per diuinam miſerationem ſatiſfacere cupienteſ et ad reparationem ſarcofagi beati Viti ſpecialiter et ipſi⁹ monaſterii et ad cenſualia de nouo reparanda conferim⁹ que a nobiſ propriiſ laborib⁹ et expenſiſ ſunt acquiſita. hec ſcilicet cenſum nouum in *Corbeia*. omneſ denarioſ qui dantur tranſ aquam de noualib⁹ circa *Tezechhuſen*. aduocatiaſ inſuper bonorum quorundam ecclie ñr̄ē. quaſ a dño *Godeſcalco de perremont* pro ducentiſ et ſexaginta marciſ tenem⁹ inpignorataſ. ſcilicet aduocatiam in *Volcmeſſen*. aduocatiam in *Luitterſen*. aduocatiam in *Mulenhuſen*. aduocatiam in *daſberg*. aduocatiam in *papenheim*. aduocatiam in *Budeleſtorp*. aduocatiam in *Heſten*. aduocatiam in *Ziateſſen*. Hec autem ecclie ñr̄ē cuſtodi ad eorum tantum inpenſaſ que ſupradicta ſunt et non ad aliqua ex hiſ que cuſtudie uel alteriuſ officii ratione ſunt comparanda. decreuim⁹ exhiberi et iuxta capituli conſilium in uſuſ monaſterii erogari. Vt autem donatio ſtabiliſ et firma et in perpetuum ualitura conſiſtat. preſentem paginam ſigilli ñr̄ī munimine fecim⁹ inſigniri. ſucceſſoreſ ñr̄oſ per tremendum dei iudicium roganteſ et conteſtanteſ ne quiſ temere infringere preſumat. quod noſ pia deuotione in uſuſ monaſterii conſtat rite obtuliſſe. Teſteſ huiuſ ſunt Albert⁹ prior. Iohanneſ p̄poſ. et totuſ conuent⁹ Corbeiēn. et canonici noue ecclie. laici *frithericuſ de perremont*. *Conrad⁹ de Diſſelteſſen*. *Luidolfuſ dapifer* iunior. *Thideric⁹ pincerna*. *Wafmodo marſcalcuſ*. *Conraduſ de Amelungeſſen*. et fili⁹ eiuſ *Herbold⁹*. *Arnolduſ de porta*. *Heinric⁹ de ſcerue*. *Conrad⁹ de Boſſeſſen*. *Conrad⁹ de Luithardeſſen*. *Heinricuſ* & *Widilo filiuſ eiuſ de Boteruelt*. *bertramuſ de ſtamme* et alii quam plureſ.

Acta ſunt hec anno dominice incarnationiſ M. CC. III. indict. VI. anno prelationiſ ñr̄ē XIIII.

Sigillum vide in Tabula III. num. 2.

In

buit teſteſ *aſico* (q) folcbertuſ *ſyric* (r) rainheri (ſ) et alii quatuor. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 221.

Tradidit *ſehard* in *mergildehuſen* (t) quidquid habuit pro anima eylhardi teſteſ *ſihard* aldetbert alfger *hluiduuig* (u).

§. 222.

Tradidit abbi in *hellonhuſ* (v) pro patre et matre et cunctiſ quibuſ huiuſ-

In hoc diplomate *Tezechhuſen* villa, quæ memoratur, deſolata eſt, olim vero exſtitit inter Furſtenberg et Meinbrexen in ducatu Brunſuicenſi atque inter Beuerungen et Blanckenau ad Wiſeram in principatu Corbeienſi. *Volcmeſſen* eſt oppidum Volckmiſſen ad fluuium dictum die Aar in terminis comitatus Waldeccenſis; *Luitterſen*, Lutmerſen in principatu Corbeienſi duo milliaria et dimidium ab acidulis Pyrmontanis; *Mulenhuſen* eſt Mulhauſen villa, iam ante nominata; *Dasberg* eſt Dasburg vicus maior vel minor in epiſcopatu Paderbornenſi haud procul a caſtro Deſenberg; *Papenheim* villa eſt deſolata in regione circa oppidum Borgentrick in epiſcopatu Paderbornenſi, quanquam adhuc etiam ſuperſit Papenhöven haud procul a caſtro Sualenberg. *Budelestorp* villa deſolata haud procul a Sandebeck et Himmighauſen in epiſcopatu Paderbornenſi exſtitit. *Heſten* eſt Heſte in eodem epiſcopatu inter Alhuſen, Erbſen, Iſtrup et Schmechte; et *Ziateſſen* eſt Siddeſen haud procul a vico Rehr in eodem epiſcopatu, iter unius horæ ab oppido Brakel diſtans.

(q) De *Aſicone* vide ſupra §. 218. not. (n).

(r) *Syric* nomen proprium in Saxonia noſtra olim fuit vſitatum. Supra §. 205. habuimus villam, nomine Sirikeshus, quæ indubie a Sirico quodam nomen accepit. De Syrico.

(ſ) De *Reynherio* poſtea fuſius exponemus.

(t) *Mergildehuſen* villa erat, teſte noſtro Regiſtro, *in pago Aringo*, quem exſtitiſſe in regione circa vrbem Alfeldiam, iam ſupra §. 214. demonſtrauimus. Intelligimus ergo, deſignari per villam *Mergildehuſen* vicum *Marckeldiſen*, in ſaltu Hils inter ~~Delieſen et~~ Capellenhagen ſitum in Principatu Wolfferbuttelano eiusque præfectura Grene. Eam ob cauſam putamus, *Sehardum* noſtrum, qui in eadem villa, quidquid habuit, donauit, ad progenitores comitum Northeimenſium, Daſſelienſium et Homburgicorum ſpectaſſe, atque eum probabiliſſime eundem fuiſſe, qui infra §. 235. appellatur *Suithard*, niſi hic ſit *Sihard*, qui in hoc §. inter teſtes apparet, de quibus iam ſupra §. 104. not. (l) egimus. An vnus ex his ſit *Sigihardus comes*, quem Hludouuicus rex quaſi adſectatorem infidelitatis Ernuſti ſummatis inter omnes optimates ſuos anno 861. exauctorauit, & qui, Vtone, Berengario et Waldone in Gallias ad Carolum regem ſecedentibus, intra patriam domi remanſerit, teſtantibus Annal. Francorum Fuldenſibus Tom. I. S. R. G. Freheri p. 34, altioris res quidem eſt indaginis; potuit tamen res ita ſe habere, nam chronologia non repugnat. Infra enim §. 224. Luidolfum ducem, qui demum anno 875 mortuus eſt, adhuc viuentem deprehendimus. De villa Mergildeshuſen.

(u) Notetur, quomodo hoc tempore vocabulum *Hludouuicus* in ſermone quotidiano fuerit tritum atque ſcriptum.

(v) *Hellonhus* erat villa *in pago Almunga* ſita, teſte Regiſto noſtro. Villa fuerit deſolata oportet, quia neque in campo Sintfeldico, neque in regione fluminis Alme intra Paderbornenſis epiſcopatus terras vicus eius nominis ætate noſtra reperitur. Quamuis enim in campo Sintfeldico ſit Helmeren vicus, atque, Ellinckhuſen vicum dominatui Wevelsburgi ſubfuiſſe, conſtet, et vicum vltimum quispiam pro *Hellonhus* reputare poſſit, abiecta aſpiratione H, quæ hoc tempore valde in vſu erat, vti ex vocibus Hludouuicus, Hlotharius aliiſque conſtat; nihil certi tamen defini- De villa Hellonhus.

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

huiusmodi debitor fuit quidquid pater suus illi reliquerit testes harid *bruni* arnulf et alii quinque.

§. 223.

Tradidit edic dimidiam partem de omnibus quae possedit in loco qui dicitur *hrodgheldessang* (w) testes teti tingrid aldger eylhard helmdac luthard filef brunuuard albmer odger ailred.

§. 224.

Tradidit *luidolfus comes* in *bennenhusen* (x) mansum unum testes ricdac herred buni aluuini osdac et alii XII.

§. 225.

definiri potest. Fortassis coloni villæ *Hellonhus* cum aliis in oppidum Blanckenrode, de quo egimus supra §. 218, confluxerunt. Videtur *Hellonhus* eadem fuisse villa quæ, in *Vita Meinwerci*, episcopi Paderbornensis, Tom. I. Script. Rerum Brunsuic. Leibnitii p. 541. num. 38. appellatur *Helessem*. Id si ita esset, villam Hellonhus ad aquam quandam olim exstitisse oporteret, quia l. c. refertur, quendam hominem aquam molendini in Helessen ecclesiæ Paderbornensi donauisse.

De villa Hrodgheldesfang.

(w) *Hrodgheldesfang* in Registro nostro plane omittitur. Nescimus ergo, vbinam locus ille quærendus sit. Interim patet e traditionibus nostris §. 121, nomen Hrodgeldi esse nomen viri. Arbitramur ergo, *Hrodgheldesfang* idem esse ac biuangum cuiusdam Hrodgeldi. Biuangus quid sit, iam ante vidimus. In Brabantia adhuc parochiae ambitum adpellant incolæ *biuanc*, quasi *comprehensum*, befangen.

De villa Bennenhusen.

(x) *Bennenhusen* erat villa *in pago Nithega*, testante Registro Bonorum Abbatiæ Corbeiensis a Sarachone abbate confecto. Quanam autem in regione *pagus Nithega* fuerit, id ampliori expositione non eget, cum iam supra §. 163. et passim alibi demonstrauerimus, eundem pagum extitisse in diœcesibus Paderbornensi et Corbeiensi ad flumen dictum *die Neite*, a quo fluuio vicus Erclen in episcopatu Paderbornensi non procul abest, in cuius tractu villa *Bennenhusen* quoque est quærenda. Id litteræ abbatis Corb. Henrici de Homborg testantur, quas hic primum ex autographo in lucem emittimus. En illas.

gratia præsens

Henricus dei grā Corbeiēñ. ecclie abbas omnibus p̄ñs scriptum uisuris salutem. Notum esse cupim⁹ p̄sentib⁹ et futuris quod cum dilect⁹ ñr̄ Hinric⁹ sacerdos pleban⁹ in *Erclen* domū unā siue curiam sitam in *Bennessen* et unum mansū cum suis propriis denariis de Hermanno dcō apud molendinum et suis heredibus emptionis titulo ⁹parasset nos domū et curiam eandem libertauim⁹ hoc modo uidelicet quod p̄fat⁹ Henric⁹ pleban⁹ de *Erclen* ad tempus uite sue his omnib⁹ libere pfruatur ipso autem sublato de medio mansus solus cum suis reditib⁹ ꝓ remedio āīē ipsius Henr. ad ñr̄m̄ conuentū libere conuertetur. Porro domū p̄dcām̄ siue curiā in ipsa uilla *Bennessen* quicunq;. pleban⁹ fuerit in *Erclen* libere possidebit ut p̄pter hoc soluendā singulis annis de p̄dcō manso annonā ñr̄ō conuentui eo diligentius et fidelius expetat et requirat. Nam si ex negligentia ipsius plebani staret quo min⁹ p̄dcā annona de manso eodem ñr̄ō conuentui solueretur ex tunc carebit et priuari debet eadem curia et domo que sicut ipse mansus uacabunt ñr̄ē ecclie libere et solute. In cui⁹ testimonium p̄sentem lr̄ām ñr̄īs sigillis dedim⁹ roboratam. Datum anno dñī M°. CC°. XC°. sexto feria tertia post festum b̄tī Iōh̄īs baptiste.

Sigillum est eidem simillimum, quod adfixum membranæ abbatis nostri Corbeiensis Henrici, æri incisum exhibuimus.

Sigillum vide in Tab. IV num. 3.

Quodsi

§. 225.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Tradiderunt albmer pumi magenhard et ſororeſ adallog faſtred atque hildiburg manſum unum in *alberteſhuſen* (y) cum familia uuerinred et alterum manſum in *boſſeſhuſ* (z) cum familia hun pro anima hranuuardi teſteſ giki *aſic* uuulfrid *adaluuard* pumi et alii decem et unuſ.

§. 226.

Tradidit redmer quidquid habuit in *hemmentorpe* et *ſuitbodeſhuſen* (A) teſteſ albmer maynhard *adaluuard*.

§. 227.

Quodſi vero iam ante e documentis fide digniſſimis demonſtrauimus, ducem Saxoniæ, *Ottonem*, patrem *Heinrici* aucupis, in eadem regione bona hereditaria poſſediſſe, neminem fore, ſperamus, qui dubitet, traditionem illius manſi in *Bennenhuſen* fuiſſe auum *Heinrici* Regis, *Luidolfum ducem Saxoniæ* et filium *Ecberti* ducis, de quorum proſapia iam ſupra §. 104. ex inſtituto pluribus egimus. Nullum alium virum, nomine *Luidolfum* et comitis dignitate fulgentem, in noſtra Saxonia præter dictum *Luidolfum* hiſce temporibus vixiſſe, omnes vno ore hactenus ſunt profeſſi. Sententiam huic contrariam doceri poſſe documentis coætaneis et fide dignis, liceat inficiari. Fuiſſe autem adhuc *Luidolfum* in viuis hoc tempore, patet ex eo, quod conſtat, illum demum anno 875 extremum vitæ ſuæ ſpiritum edidiſſe. Vltimis autem annis ſeu potius menſibus vitæ ſuæ tradidiſſe hæc bona *Luidolfum*, facile crediderimus, cum in traditionibus noſtris nulla eius mentio porro iniiciatur. Voluimus ergo eam ob cauſam conſignationem annorum ad marginem adpoſitam in ſequentibus mutare. Dignum autem memoratu cenſemus, dominum e gente Brunoniana poſſediſſe villam *Bennenhuſen*, a quodam *Bennone* probabiliſſime appellatam. Huius nominis dominos bene multos in familia Widekindea deprehendimus. Vnde denuo coniecturamus, gentem Brunonianam et Widekindeam vnius eiuſdemque fuiſſe originis.

De villa Alberteshuſen.

(y) De *Alberteshuſen* villa *in pago Auga*, quæ hodie dicitur Albaxen, vide ſupra §. 52.

De villa Boſſes-hus.

(z) *Boſſeshus* villa itidem erat *in pago Auga*, vti iam ſupra §. 124. vidimus. Ea appellatur hodie *Boſſzen*, ad Wiſeram vicus, qui vix iter dimidiæ horæ a celebratiſſimo caſtro Brunonisburgo abeſt. Quodſi igitur minus probabile eſt, alium dominum potuiſſe in villa *Boſſeshus* bona hereditaria poſſidere, quam potentiſſimum poſſeſſorem caſtri Brunonisburgi, eapropter *Albmarum*, *Pumi* et *Magenhard*, inter poſteros Brunonis ducis §. 104. not. (n) retulimus. Ipſi ſedecim teſtibus ſunt vſi. Inter hos *Aſic* probabiliſſime ducis Luidolfi filius fuit. *Adalwardus* §. 108. inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi refertur. Vnde ſuſpicari licet, *Albmarum*, *Pumi*, et *Magenhardum*, ſurculos nobiliſſimæ arboris fuiſſe.

De villis Hem-mentor-pe et Suitbo-deshuſen.

(A) Situm villarum *Hemmentorpe* et *Suithodeshuſen* didicimus e Sarachonis noſtri Regiſtro Bonorum et Proventuum Abbatiæ Corbeienſis. In eo enim refert diligentiſſimus abbas, has villas exſtitiſſe *in pago Guddingo*. Vnde colligere licet, villam *Hemmentorpe* eandem fuiſſe villam, quam traditiones noſtræ ſupra §. 181. appellabant *Hemmonthorpe*, quippe quæ ab eodem Sarachone l. c. tribuitur æque pago *Guddingo*. Intelligi vicum ſeu oppidum *Hemmendorf* in præfectura Lauenſtein ad fluuium Sale, in regione oppidi Eltze Leinæ influentem, conſtat inter omnes. De pagi Guddingo locis optime diſſeruit Vir Cl. Daniel Eberhardus Baringius in libro, *Beſchreibung der Saala im Amt Lauenſtein*, Lemgouiæ edito 1744. 4. In eadem enim regione olim exſtitiſſe pagum *Guddingo*, iam vidimus ſupra §. 7. Probe autem oppidum *Hemmendorf* diſcernendum eſt ab oppido ſeu vico hodie dicto *Saltz Hemmendorf*, itidem ſito ad flumen Salam intra præfecturam Lauenſtein principatus Calenbergici. Oppidum *Saltzhemmendorf* anno 860 nondum exſtitiſſe videtur. Hactenus enim nullum prodiit in lucem documentum, quo illud potuit demonſtrari. Veriſimilius erit potius, domibus, quæ pede-

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

pedetentim salis fontibus, non procul a villa desolata *Sualenhusen* scaturientibus, sunt adiunctæ, a villa nostra *Hemmentorpe* nomen *Saltzhemmendorf* esse inditum. Situm villæ *Suitbodeshusen* nondum ostendere possumus. Aliis ergo hanc tradimus lampada. Fortasse nomen huius villæ latet in vico *Snathusen*, vel in vico *Steinhusen*, quorum meminere litteræ Sophiæ Gandersheimensis abbatissæ, ad annum 1411 datæ, exhibitæ in *celeb. D. I. C. Harenbergii Historia ecclesiæ Gandersheim. diplomatica* p. 432. At nec cognitus est situs locorum Snathusen & Steinhusen, teste Baringio p. 66. Illud hoc loco obseruasse nos non pœnitebit, locum *Hemmentorpe* olim spectasse ad dynastiam Homburgicam. Id diplomata adprobant. Vnde probabile fieri arbitramur, *Meinhardum*, qui, teste §. 181, mansum tradidit, in *Hemmonthorpe* obuium, atque in §. nostro inter testes appareret, cum *Redmero* inter progenitores nobilium dominorum de *Homburg* videri referendum, de quibus egimus supra §. 104. not. (l) atque infra §. 338. Fortasse *Redmerus* frater *Meinhardi* erat, atque ambo fuere fatores Dominorum de *Wallensen*, quos nomen accepisse prædicant a vico seu oppido *Wallensen*, ad præfecturam Lauensteinensem spectante, itidemque sito ad Salam, flumen ante dictum. Villam *Walehusen* iam anno 1068, et probabiliter ante hunc annum, exstitisse, satis constat. In eadem villa olim fuisse castrum, sedem quorundam comitum dictorum de *Wallensen*, incolæ eiusdem oppidi perhibent. Ostenderunt illi mihi quondam locum dictum *den Burghof*, referentes, se ex traditione patrum atque auorum suorum accepisse, quondam ibi fuisse sedem comitum quorundam. Nihil habemus, quo illud refutare licet. *Meinhardus* et *Redmerus* nostri fortassis fuerunt fatores istorum nobilium dominorum, quibus exstinctis, bona eorum peruenisse videntur ad illorum agnatos, nobiles dominos de Homburg. Fortassis ad eosdem nobiles referendus est *Erkanbertus episcopus*, qui teste *I. F. Schannati Corpore Tradit. Fuldens.* p. 300. num. 8. *prædia sua S. Bonifatio tradidit in Mazheimere marca et in pagis Zigilde et Marstein et in pago Zigilde prædium in Maienhusen et quatuor villas Haselbechi, Hiltwarteshusen, Gemundi et Weisefelt.* Ad aliam familiam eundem episcopum *Erkanbertum* referre vix poteris, quam ad gentem Homburgicam, cuius progenitores cum comitibus de Northeim et Dassel supra §. 104 not. (l) ex vna stirpe deduximus. An *Mazheimere marca* olim non procul a monasterio Loccumensi exstiterit, vbi adhuc reperiuntur *Mesencampe* et *Meringen*, id in medio relinquere cogimur. Si autem ipsa ibi exstitisset, eadem marca terminum inter pagos Bukki, Asterburgi, Marstem et Guddingo, seu inter Angariam in orientali regione et inter Saxoniam orientalem constituisset. Et fortassis villæ *Mesveld*, *Mesmerode* et *Meinsen*, in comitatu Schaumburgico sitæ, ab hac marca nomina retinuerunt. Quodsi vero hæc regio tibi minus placet, eandem marcam existitisse circa vicum *Meinesholtzen* in Principatus Wolfenbuttelensis præfectura Wickensen non procul a vico Vorwolde, per me tibi persuadere potes. Id si est verum, hæc marca terminus inter Suilbergi et Wikanavelde pagos fuisset. *Maienhusen* porro in pago Zigildi seu Tilgethi, vti in Traditionibus nostris is pagus appellatur, videtur fuisse vicus Meinsen in præfectura Lauenau. *Hasselbechi* est vel Hasselbechi, de qua Traditiones nostræ loquuntur §. 31, vel *Hiltwarteshusen* seu Hilwartshusen intra præfecturam Erichsburg, vel *Hiltwartshusen* olim monasterium, hodie præfectura principatus Gottingensis. *Gemundi* est Munden ad Wiseram, vbi hic fluuium Fuldam recipit, probe discernenda a villa Gemunden in principatus Waldeccensis præfectura Lichtenfels, in qua domini de Enze feuda tenuere ab ecclesia nostra Corbeiensi. *Weisefelt* videtur esse *Wesevelde* villa, quam anno 1170 tradidit Burchardus Fuldensis abbas consensu capituli sui præposito de Hildewardeshusen eiusque ecclesiæ, teste diplomate adlato in *Polyc. Leyseri Historia comitum Eberstein.* p. 24. Ea an fuerit villa *Wetfelde*, quæ in Traditionibus nostris tribuitur pago Fleithi, aliis diiudicandum relinquimus. Qui vero norunt, Wetfelde esse Westfelde villam præfecturæ Winceburgensis eiusque episcopalis Hildeshemensis, illi vix a sese impetrabunt, vt Weisefeldam eo traducant. Ipsum nomen *Erkanberti episcopi* mouet nos præterea, vt credamus, eundem ex progenitoribus comitum de Northeim, Dassel et Homburg procreuisse. Sunt nobis ad manus rationes non contemnendæ, quibus euinci poterit, *Erkenbertum*, illustrem Corbeiensem abbatem, eidem, quam dixi, genti adnumerandum esse. Electus est ille non anno 1107, vti *Annalista Saxo Tom. I. Corp. Hist. Medii Æui Eccardi* p. 619. perhibet, sed anno 1106. Hoc ipsius Erkenberti abbatis diplomata testantur,

§. 227.

Tradidit *uuicbert* in *loffurdi* (B) pro anima gheruuard manſum unum teſteſ *rainold* marcbodu huniuuard hroding. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 228.

tur, de quibus latius in Hiſtoria egimus Corbeienſi. Patet autem nobis id inter hæc, *Erkenberti* nomen in familia Homburgica non fuiſſe inuſitatum. Cum ergo bona tradita indicent, *Erkenbertum* epiſcopum ad hanc ſpectaſſe familiam, ad eandem omnino quoque gentem Homburgicam referendus eſt Abbas, quamuis vinculum vtriusque genealogicum oſtendere non liceat. Si ſciremus, quonam ille tempore vixerit, et cui ſedi præfuerit, iudicatu foret facile, cuius is probabiliſſime filius fuerit. Inter Mindenſes eccleſiæ epiſcopos a *Lerbeccio in Chronico epiſcoporum Mindenſ. T. II. S. R. B. Leibn.* p. 158. quidam nominatur *Hercumbertus*, et ab Anonymo *Tom. I. S. R. G. Meibomii* p. 551. Hercumbertus, atque a *Buſſenio Watenſtedio in C. F. Paulini Syntag.* p. 6. Erembertus, Herimbertus, Hercumbertus et *Erkanbertus*. Dicitur hic *nobilis Saxo*, qui ante Carolum M. in vigilia S. Medardi ſit mortuus. Ab auctore *Chronici Saxonici, a Dñō Caſp. Abelio* editi p. 237. appellatur Arcumbertus ad annum 810 mortuus. Hos auctores ſequitur M. *Iulius Schmidt in Breui Catalogo Mindenſium epiſcoporum, Rintelii a.* 1650 *edito* p. 24. Si hic Mindenſis epiſcopus fuiſſet ille, qui bona ante memorata tradidiſſet eccleſiæ Fuldenſi, ille eſſe videretur frater *Swarti*, quem ſupra ſtatuimus ſatorem nobilium dominorum de Homburg. Cum autem hæc tantum in coniecturis noſtris ſint ſita, nil certi definire licet, inprimis cum ſecundum computationem *Bucelini in Germania ſacra* quidam epiſcopus *Erkanbertus* ab anno 836 vſque ad annum 854 eccleſiæ præſederit Friſingenſi, quem ipſe nominat nepotem ex fratre Hittonis, anteceſſoris ſui. *Erkanbaldus* archiepiſcopus Moguntinus, teſte *Necrologio Fuldenſi* anno 1021. mortuus, in cenſum venire heic non videtur, neque *Erenbertus*, Wormatienſis epiſcopus, qui teſte *Bucelino* l. c. floruit anno 798, neque *Erkanbaldus* epiſcopus, qui eodem *Necrologio* teſte ad annum 991. 6. id. Octobris vitam cum morte commutauit. Si Moguntinus archiepiſcopus deſignaretur, facile intelligi poſſet, quomodo ei bona, eccleſiæ Fuldenſi tradita, in manus venire potuiſſent. Ipſe enim appellatur *Tom. I. Leibnitii* p. 460. propinquus conſanguinitate Bernwardo Hildesheimenſi epiſcopo, qui e familia Billingana ortus erat, vti ante §. 104. vidimus. Nam eodem modo, quo Hildesheimenſis Bernwardus, bona in pagis Tilithi, Merſtem, Fleithi et Logne acquiſiuit, ea quoque acquirere valuiſſet Erkanbaldus archiepiſcopus Moguntinus. Sed hæc tantum ſunt coniecturæ noſtræ, fortaſſis tibi anſam præbituræ, in veritatem accuratius inquirendi et penetrandi. Confer de villa *Hemmentorpe* poſtea §. 404. Succurrit locus Sibbeſſe, villa præfecturæ Wincenburgenſis & quidem in ſuperiori huius tractu conſpicua ſiluam inter Hildeshemenſem ac ſeptem montes, ad vrbem Gronau fere procurrentes. Villa hæc in veruſtioribus rerum Hildeshemenſium membranis adpellari ſolet *Suithaldigeshuſen*. Conſonat fere voci huic nomen *Suitbodeshuſen*. Nomina enim olim pro varietate pronuntiationis admodum varie a librariis ac ſcribis fuerunt efformata. Id vero videtur huic coniecturæ eſſe impedimento, quod Weſtfelde, quadrantem horæ a villa Sibbeſſe diſtans, pago Fleithi ſeu Flenithi adtribuatur, nec in hunc vſque tractum pagus Goddingo produci poſſit ex diplomatum auctoritate. Pago enim Valun fuit terminus verſus villas Sibbeſſe et Weſtvelde. In pago Valun ſitæ fuerunt Lütkenholteshuſen, Memerholteshuſen, Hozingiſſen nunc Hoënze, aliaque loca, a terminis Flenithi haud multum remota. De hac villa Hozingiſſen Ioannem Chriſtophorum Harenbergium feciſſe mentionem in Nouis Eruditorum Actis 1741 p. 170, res ipſa eiusque tractatio ſatis indicat. Dum igitur Cl. Baringius in *Deſcriptione Salæ Calenbergici* p. 231. ſibi perſuaſit, illum a ianua aberraſſe ac villam Heinſen, pagi Goddingen, minus recte conſtituiſſe, Baringius aliquid humani paſſus eſt, eius ampliſſimis meritis iure condonandum. *Namque opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.*

(B) Villa *Loffurdi* erat, abbate noſtro Sarachone teſte, ſita *in pago Tilithi*. Intelligimus De villa Loffurdi.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

mus ergo, designari vicum *Lattferde* ad Wiseram in ducatu Calenbergico Grondam inter et vrbem Hameloam, vbi nobiles domini de Haken, qui sedem suam fixerunt in vico Ohren, bona quædam possident. Sequentes id approbant literæ, quas cum multis aliis iisque præstantissimis documentis, in clientela nostra Corbeiensi edendis, e manibus dictorum dominorum de Haken, quibus hic merito publiceque memori deuotaque mente persoluimus gratiam, accepimus. En litteras vnas.

Van Godes gnaden wy *Hinrik Hertogh* tho Brunswig und Luneborch Zaligen Hertoghen *Otten Sone* bekennen openbar in und myt dussen unsern breue vor uns unse Eruen nakomen und vor alle weme. dat wy *Herman* und *Erneste* vedderen *de Haken* belehnt hebben und belehnen iegenwerdigen in und mit krafft dusses unses breues tho eynen rechten eruen zampt man lehne mit dussen nabeschreuenen gudern de van uns und unser herschop tho lehne gan by nhamen mit einen haluen thegeden tho *Bauenhusen* by *Byschopperode* und then houen landes tho *Holtzmynne* und olden *Holtzmynne* und etliken wortinsen darsulueft einer houe landes tho *Latferde* den haluen tegeden tho *Holtzmynne* den de van der Oldenborg tho lehne gedragen hebben twen houe landes tho *Warlssen* twen houe landes tho *Selkessen* achte houen eyner haluen houe landes tho *Rederen* sees houe landes tho *Vorste* twen houe landes tho de *Oldendorpe* dren houe landes tho dem *Zulbeke* den thegeden tho *Vardexen* und vif houen tho *Emmeren*, vertheyn houe landes to *Oder* eynen hof und dren houe landes einen schapwerke tho *Vroleuesen* eyner dorpstede geheten dat *Douikenpoel* mit der *Albeke* und orer gerechticheyt eyner houe landes und twen kothsteden tho *Perdesstorp* und mit vertich morgen landes vor *Hoxer* an den stadt grauen in den peters velde und mit dren vrihen husen in der stadt darsulueft und vorth mit alle dusser guder gerechticheiden und thobehoringen in holte velde water wyschen acker fischerey weyden besoet und unbesoeht woe me de benomen mach nichts darvon uthbescheyden one alle behelp und geuerde und wy obgnd. furst schullen und willen den guten Haken unsen mannen des gudes bekennige heren und wahrende wesen und entheuen van allen deren anspraken geistlikes und weltlikes gerichtes wanner und wu vaken on des noth und behoef sinde und uns angesunnen werde doch hie inne beholden und uthbescheyden uns und gen yderman unschedelick an synen gerechticheyden. darentiegen heben uns de gntn Haken lofte und eyde gedan uns truw und holt to zinde, und sick thegen uns tho holdende alze eynem manne thegen synen heren na lehnrechts rechte will geboren. des in Orkunde der warheit und eynen openbaren schyne hebben wy obgnte furste unse ingesegel mit witschop an dussen breiff lathen hangen na Cristi unses heren geborth vertheynhundert im veyer und negentigesten Jare am dage sancte Iohannes baptiste decollat.

Siquis e nobis quærat, cuiusnam stirpis fuerit *Wicbertus*, qui in hac villa *Loffurdi* cœlitibus pro anima Gherwardi mansum vnum tradiderit, ei respondemus, *Wicbertum* videri consanguineum fuisse *Gherwardi*, qui iam supra §. 19. in eadem villa donauerat, quidquid habuerat, Corbeiensibus. Ipsi *Gherwardo* filium hunc transcriberemus fortasse *Wicbertum*, nisi obstaret grauis ratio. *Gherwardus* enim omnia sua bona, in villa *Loffurdi* sita, tradidisse fertur. Bona ergo, quæ *Wicbertus* largitus est, paterna dicere non licet, neque libet perhibere, eadem ex hereditate patris *Gherwardi* in manus venisse *Wicberti*. *Gherwardus* itaque pater *Wicberti* esse nequit. Potuit tamen *Wicbertus* nepos *Gherwardi* fuisse ex fratre, cuius ex probabili coniectura nomen fuit *Walbertus*. Hic fuit nepos *Widekindi* Magni, vti iam ante §. 104. docuimus. Filium sane habuit iste *Walbertus*, nomine *Wicbertum*, qui hoc ipso tempore in viuis fuit. Familiam vero Widekindeam in pago Tilithi bona possedisse hereditaria, iam supra §. 104. demonstrauimus. Quocirca hic idem valetur *Wicbertus* fuisse, qui §. 111. inter cohe-

§. 228.

Tradidit *gerulfuf* (C) partem poſſeſſioniſ quam habuit in *ſtehla* teſteſ ailbert beuo ſyni fridubold aldger daguuelp uuoldman. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 229.

Tradidit *ragenberi* (D) in *apuldrun* latoſ III cum familiiſ et terriſ in *foan-*

coheredes numeratur ducis Oſtfalorum Heſſi. Nomen itaque ſuum accepiſſe *Wichertum* ab auo paterno, eiusque fratrem fuiſſe *Ragenberum*, de cuius poſteris dicturi ſumus §. 229, non prorſus pronuntiatu eſt inſulſum.

(C) De *Gerulfo* ſeu *Geroldo* iam ſupra egimus §. 163. not. (D) eumque filium appellauimus *Alsburgæ*, *Walberti* coniugis, quæ nata fuiſſe ex ſtirpe Brunoniana videtur. Dona id adprobant, quæ filius eius tradidit eccleſiæ Corbeienſi. *Stehla* enim villa erat *in pago Auga*, noſtro Regiſtro teſte. Hæc nunc nuncupatur *Stable*, vix iter vnius et dimidiæ horæ diſiunĉta a caſtro Brunonisburgo, olim ad familiam Brunonianam relato, vti iam ante ſignificauimus. *Gerulfus* itaque fuit priuignus *Walberti*, fraterque vterinus *Wicberti* ac *Ragenberi*, quorum hæ traditiones meminerunt §. 227 et §. 229. Hi vero tres fratres vna cum ſuis conſanguineis vno tempore acceſſiſſe videntur Corbeiam, idque probabiliter eo tempore, quo *Gerulfus* monaſterium Corbeienſe intrauit, receptus inter laicos fratres. Ex teſtibus ſane coniecimus, magnum ea tempeſtate fuiſſe publice confectum negotium in noſtra Corbeia, ad quod tantus numerus nobiliſſimorum dominorum confluxerit, qui ſuam operam impertierint dominis, quibus eo die de noſtra Corbeia bene merendi erat voluntas prolxia. Sunt enim inter teſtes §. 227. 228. et 229. conſpicui 1) *Rainoldus*, frater Wichardi, ſatoris comitum Northeimenſium: 2) *Marchodu*, comes Marchodo, de quo diximus ante §. 106: 3) *Adalbert*, Adalbertus, filius Cobbonis, ſator comitum Tecklenburgicorum: 4) *Beuo* niſi ipſe Beuo comes frater Luidolfi ducis, certe eius eodem nomine filius: 5) *Syni*, filius Theodgeri comitis e domo Brunoniana: 6) *Aldger*, forte Adalgarius, frater abbatis Corbeienſis Adalgarii, 7) *Raynheri* filius, Ragenberi puta, aui reginæ Mathildis: 8) *Radman*, fortaſſe Raymannus comes, de quo diximus §. 213. 9) *Erdac*, Erdag proauus regis Conradi I: 10) *Aldricus*, filius Deddi. De vtroque egimus §. 112. 11) *Sutthardus*, Sehard §. 221. 12) *Immo*, filius Immedi, nepos Widekindi M. 13) *Hoaldus* pronepos S. Meinulfi et abnepos ducis Angariorum Brunonis: 14) *Dendi* filius Folchardi, ſatoris comitum de Luttersberg, de quo egimus §. 112: 15) *Gerbo*, frater Erdagi proaui regis Conradi I: 16) *Haſſa*, vel ducis Luidolfi filius, vel frater Gerhonis et filius comitis Eſic: 17) *Hemmic*, ſtirpis Widekindeæ vir, de quo egimus §. 111: 18) *Alfdac*, frater Eſiconis comitis, de quo dictum fuit §. 216. 19) *Hildibaldus*, frater Suithardi, inter progenitores comitum Northeimenſium referendi: et 20) *Benno* IV, homo ſtirpis Widekindeæ. Quodſi autem *Geroldus* VII annos in noſtra Corbeia vixerit et anno 876 obierit, quemadmodum Annales Corbeienſes MSCti referunt, exinde ſequitur, hæc ipſa peracta eſſe, atque hoſce dominos in abbatia noſtra præſto fuiſſe anno circiter 870. Hoc tempore *Wicbertus*, quem Geroldi fratrem appellauimus, nondum erat epiſcopus Verdenſis, quippe qui demum anno 872 clericæ vitæ officio dominoque Deo conſecratus fuit, prouocatus ad id genus vitæ deligendum, ni fallor, exemplo fratris ſui Geroldi. De Gerulfo et villa Stehla.

(D) Quidquid ſupra §. 98. de *pago Bukki*, intra comitatum Schaumburgicum obuio diſſeruimus, egregie confirmatur verbis huius loci, collatis cum Regiſtro bonorum abbatiæ Corbeienſis, per abbatem Sarachonem confecto. In eo enim adſignantur *pago Bukki* villæ *Apuldrun*, *Alblokeſtorpe* et *Padlo*, quas inuenimus in comitatu Schaumburgico. Quamuis enim villa quædam nomine Appelern inueniatur æque in epiſcopatu Paderbornenſi inter Emiſam et Lippiam fluuios, atque ita videri poſſet indicatus vicus Boke ad Lippiam flumen ibique pagi Bukkenſis ſitus; tamen ob loca adiuncta pateſcit ſatis, per villam *Apuldrun* intelligi vicum *Apelern*, locum Comitatus Schaumburgici, quippe qui adhuc anno 1374 De pago Bukki.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

foanrederi latum unum cum familia et terrif in *alblokeſtorpe* latum unum cum familia et terrif in *padlo* latum unum cum familia et terrif teſteſ *raynheri* radman erdac aldric ſuuitharduſ ymmo hoalduſ dendi gerho haſſa hemmic alſdac uuulfing hildibalduſ uuulfdag alfuuini fader algerbenno alger uuenda uualh.

§. 230.

De Origine ducum Brabantiæ, et Landgrauiorum Haſſiæ.

et 1486 in diplomatibus appellatur Apeldoren. In hoc loco nobiles domini de Munchhauſen aream ſplendidiorem tenent, ac bona adiecta poſſident ex feudo, a comitibus de Schaumburg profecto. Deinde *Alblokestorpe* videtur eſſe *Algesdorf*, locus ſitus eadem in regione haud procul a Lauenau in Principatu Calenbergico. Denique villa *Padlo* haud procul ab Apelern et Lauenau eodem in tractu extitit, quippe in quo inuenitur adhuc das *Poler* ſeu *Polderholz*, das *Polder Waſſer* et der *Polder Knick*. *Faenrederi* villa fuit poſita in pago Merſthem intra Calenbergicum Principatum. Deca differemus poſt hæc §. 231. Suſpicio itaque ſubnaſcitur nobis, *Ragenberium*, qui bona in his villis tradidit, fuiſſe fratrem *Gerulfi* et *Wicberti*, atque auum reginæ *Mahtildis*, ac proauum cæſaris *Ottonis* M. Confer ſupra §. 104. Vt nunc, data occaſione, teſtimoniis ſcriptorum coætaneorum confirmemus, quod in progenici Ottonum tabulis repræſentatum fuit, neceſſarium videtur.

Sator eorum Raginberi, Widekindi M. pronepos.

Stirpem Widekindeam in pago Merſthem ampliſſima prædia poſſediſſe, iam ante contendimus, documentis fide dignis adducti. eam ob cauſam cenſemus, *Ragenberium* noſtrum ad eandem gentem ſpectaſſe, eumque eſſe illum, de quo Widekindus Corbeienſis in Annal. Lib. I. hæc prodidit memoriæ, quæ in MSCto noſtro, ſæpius ab editis plane diuerſo, ac propterea digno, quod edatur, ita exhibentur: *Erat namque ipſa domna regina* (Mahtilda regis Heinrici vxor) *filia Thiadrici, cuius fratres erant Widukind Immed et Rainbern ex Raginbern. Rainbern autem ipſe erat, qui pugnauit contra Danos, multo tempore Saxoniam uaſtantes: uicitque eos, liberans patriam ab illorum incurſionibus uſque in hodiernum diem. Et hi erant ſtirpis magni ducis Widukindi, qui bellum potens geſſit contra magnum Karolum per triginta ferme annos.* Ex his verbis id eſt ſane certiſſimum, reginam *Mathildam*, Heinrici aucupis coniugem, fuiſſe ſtirpis Widikindeæ, patremque eius *Thiadricum* ex ſtirpe M. Widekindi prodiiſſe. Deinde patet ex eiſdem, fratres *Thiadrici* fuiſſe *Widukindum*, *Immed* et *Rainbern*. Quamuis enim vocula *cuius* de *Mathilda* regina exponi, et dici, poſſit, *Widukindum*, *Immedum* et *Rainbern* fratres fuiſſe *Mahtildæ;* arbitramur tamen, ſtatuendum eſſe, dictos tres dominos *Thiadrici* fuiſſe fratres, quia vocula *cuius* citra alterius verbi interuentum ſequitur vocabulum *Thiadrici*. Cenſemus itaque, monachum Hamerslebienſem T. I. S. R. B. Leibn. p. 707. melius explicaſſe Widikindum noſtrum, quam Sigibertum, auctorem Vitæ Theodorici Metenſis Epiſcopi l. c. p. 295, qui illos fratres appellat coniugis Heinrici regis. Cum vero Widekindus Corbeienſis prodiderit, *Widukindum*, *Immedum* et *Rainbernum* procreatos eſſe ex *Raginbern*, *Raginbernus* ille fuerit auus reginæ *Mahtildæ* oportet, eiusque vxor *Mathild* auia, quippe quæ *mater* appellatur *Thiadrici* comitis, atque mortuo ſuo coniuge Heriſordenſi Parthenoni præfedit. Id ipſum apparet ex *auctore Vitæ Reginæ Mathildis*, qui T. I. Leibn. p. 194. ita tradidit: *A poſteris ergo eiusdem Witikini egregii* (in occidentali regione) *ducis proceſſit ſtirps beatiſſimæ Mathildis* (reginæ) *cuius pater nomine Thietricus in occidentali regione comes fuerat glorioſus, et venerabilem Reinhildam, Danorum Freſonumque germine procreatam, moribus probabilem ſibimet adiunxerat coniugem, quæ meruit dono Dei gignere infantem hominibus amabilem. O felix partus huius infantis, cui gratia Chriſti poſtmodum contigit dignitas regalis! Nam exſtitit gloria parentum, lætitia propinquorum, ſpes hereditatis, et decus totius futuræ ſobolis: amabilis, dum naſcitur, et amabilior, dum nutritur. Quid plura? Tunc temporis raro videbatur infans talis. Cum ergo illuſtris paruula eſſet ablactata, deſiderauit abbatiſſa Mathild, mater Thietrici comitis, quæ in Heriuordienſis ſede præſedit abbatiæ, præfatam puellam nutriendam ſuſcipere. Parentes autem illius conſentientes petitioni abbatiſſæ, ſibimet ad procurandum commendabant, vt illum doceret ſacras lectiones et manuum operationes.* Narrat deinde auctor

l. c.

l. c. nupſiſſe eandem *Mahtildam*, ex conſenſu parentum, *Heinrico*, filio *Ottonis* ducis. *Confer* ſupra §. 104. not. (u)

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Quodſi igitur ſcire peruelimus, quo potiſſimum tempore *Raginberius* noſter, reginæ *Mahtildæ* auus, floruerit, meminiſſe oportet, Heinricum aucupem contraxiſſe cum *Mahtilda* matrimonium anno 908. Eo igitur tempore, 1) *Mathildis*, auia reginæ, adhuc abbatiſſa fuit Herifordenſis, et 2) *Thiadricus* eiusque vxor *Reinhilda*, reginæ *Mahtildæ* parentes, in viuis fuerunt. Iam porro ponamus, reginam *Mahtildam* anno ætatis XVI nupſiſſe Heinrico aucupi, et *Thiadricum Reinhildam* in tori fœdus ſuſcepiſſe anno ætatis XXII. Id ſi finxeris, *Thiadricus* viuere cœpit anno 867, et *Reinhildam* connubio ſibi iunxit anno 889. Anno ergo 908, quo *Mahtilda* nupſit Heinrico, *Thiadricus* habuit ex fictione noſtra annos XLI. At *Raginberius*, pater *Thiadrici*, quatuor gauiſus fuit filiis. Ponamus ergo, eos natos eſſe intra annos quinque. Celebrauit igitur hac ratione nuptias *Raginberius* cum *Mathilde* anno 852. Id quoniam anno ætatis eius XXIV. euenisſet, *Raginberium* naſci oportuiſſet anno 828. Anno ergo 870, quo abbatiam noſtram donis ſuis ornauit *Raginberius*, annos habebat XLII. Conſequuntur hæc ex opinione ſumta & vna & altera, ſatis probabili.

Si porro exquirendis ætatibus progenitorum *Raginberii* intenti eſſe volumus, ſiquidem nemo veterum de illis aliquid, ad temporum rationes relatum, litteris prodiderit, *Raginberii* pater exſtitit *Walbertus* et mater *Alsburg*. *Alsburg* antea thalami ſocia erat *Geroldi*, de quo diſſeruimus ſupra §. 163. not. (D) Geroldus anno 826 e vita videtur emigraſſe. *Alsburga* itaque denuo nupſiſſe videtur *Walberto* anno circiter 827, et quidem anno ætatis *Walberti* XXIV. *Walbertus* igitur natus eſt fere anno 803. Habuit ergo annos LXIX anno incarnationis domini 872, quo illum ſupra in diplomate, §. 104. not. (u) producto, deprehendimus. *Wichertus*, pater *Walberti*, procreauit liberos octo, qui intra annos XII naſci potuerunt. Si itaque ipſe duxit vxorem anno ætatis XXIV, conſortem thalami adſciuit anno 791, primumque vitale lumen hauſit circiter anno 767. *Widekindus Magnus*, pater *Wicherti*, *Alfrici*, *Obtriti* atque *Herimanni* intra ſex annos hos filios ex coniuge ſuſcipere potuit. Si thalami ſociam ſibi delegit duxitque anno 761, tunc eo ipſo natus videtur fuiſſe anno 737. Ad annum ergo Chriſti 772, quo bellum mouit contra Carolum Magnum, annos habuit huic calculo congruenter XXXV, et anno 807, quo animam creatori reddidiſſe creditur, LXX. *Theodoricus*, pater *Widekindi*, generauit duos filios, *Widekindum* ſcilicet et *Brunonem* duces. Intra tres annos hi naſci potuere. Thalami ergo ſociam ducere potuit ipſe anno 734, et natus eſſe anno 710. Cum ergo anno 744 ſe dedere debuit Carolomanno et Pipino, regibus Francorum, Annalibus Rerum Francorum Eginhardi p. 144, teſtibus, annum ætatis tunc egit XXXIV. *Ethelhardus* ſeu *Adelhardus*, quem patrem *Theodorici* fuiſſe coniicimus, habuit duos filios, qui intra tres annos naſci potuerunt. Ipſe ergo ſe ſociare cum vxore recenti potuit anno 704. ſi ita ipſi contigit vxor anno ætatis eius XXIV, editus in lucem fuerit ipſe oportet anno 683. Cum vero ille anno 734 dux Saxonum occidentalium fuerit, quemadmodum ante vidimus §. 161, habuerit ea tempeſtate idem annos LI ætatis ſuæ, neceſſum eſt.

Hanc nouam computationem licet nequeamus dicere certiſſimam, nihil tamen repugnans vel abſurdi opinionibus adſumtis contineri, putamus; multum potius veriſimilitudinis in eis ineſſe, auguramur. Primum enim ex ea annus natalis illuſtriſſimæ reginæ *Mahtildæ*, qui adhuc latuit, accuratiſſime erui poteſt. Si enim pater *Mahtildæ Thiadricus* natus eſt anno 867, atque anno ætatis XXII *Reinhildam* in fœdus thori ſuſcepit ſociam, *Thiadrico* nupſit ipſa anno 889. In vitam ergo ex *Reinhilda* prodiit *Rupertus* anno 890, *Aniſridus* circiter anno 891, et *Mahtilda* anno 892, qui annus cum anno 908, quo *Mahtilda* nupſit Heinrico, accuratiſſime congruit. Ex hoc autem momento deinde patet, quem annum ætatis regina *Mahtilda* adtigerit, cum moreretur anno 967, teſtante Chronico noſtro coætaneo, annum ſcilicet ætatis LXXV. Et vt denique adhuc vnicam obſeruationem adiungamus (complures enim alias perſpicaci lectori relinquimus) e dictis id quoque eluceſcit, *Thiadrico* per ætatem licuiſſe, filiam ſuam *Mahtildam* in ſolio regali aſpicere. Anno enim 919, quo ſceptris donatus eſt Heinri-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

eus, vti eius originalia diplomata in archiuo Corbeiensi atteſtantur, *Thiadricus* demum egiſſet annum ætatis LVI.

Hiſce præmiſſis, de ſingulis his dominis ac dominabus eorumque poſteris quædam in medium proferre animum induximus noſtrum. Vt autem rebus noſtris lucem adferamus, non obſcuritatem, præmittenda ſunt geographica, quibus omiſſis, tota fluctuaretur oratio noſtra. In Freſia, et Belgio Fœderato, nec non in Ducatu Brabantiæ dominos illos ampliſſima poſſediſſe prædia, poſt hæc docebimus. Intermittere ergo non poſſumus, quin Tabulam noſtram Geographicam, qua Belgium Fœderatum cum quibuſdam adiacentibus prouinciis delineatum ſiſtimus, explicemus ex æuo medio planiſſime, vt pateſcat cunctis, niti eam diplomatum veterumque chartarum fide, et teſtimoniis ſcriptorum coætaneorum fuiſſe ſuperſtructam.

De pago Hameland in Belgio Foederato.

Agedum initium faciamus a pago notiſſimo *Hameland*, cuius in ſequenti tractatione primam iniiciemus mentionem, adfirmantes, Athelam, filiam Immadi comitis et matrem epiſcopi Paderbornenſis Meinwerci Widikindei, in hoc pago tenuiſſe bona quam plurima. Pagum eundem *Hameland* fuiſſe pagum Saxonicum, patet e *Sigeberti Vita Theodorici Metenſis epiſcopi*, qui *Tom. I. S. R. B. Leibnitii* p. 294, *Deodoricum ex pago Saxoniæ Hamalant comite Euerhardo patre et Amalrada matre progenitum* eſſe, refert. Iuxta Rhenum fluuium olim exſtitiſſe pagum *Hameland*, comprobant diplomata, et inprimis chartæ Heinrici IV, imperatoris auguſti, in quibus ille anno 1085, V. kal. Ianuarii indict. VIII anno regni XXVIII et imperii II Wormatiæ profitetur, ſe *Romæ ante biennium, capta vrbe Leonina, Liemaro Hammaburgenſis eccleſiæ archiepiſcopo contuliſſe abbatiam Eltene dictam* in *pago Hameland, iuxta Renum ſub honore ſancti Viti ſitam.* Quonam autem in Rheni tractu, an ſuperiori an inferiori idem exſtiterit pagus *Hameland*, dignoſcendum et colligendum eſſe arbitramur e villis, quæ in veterum Chartis eidem pago tribuuntur. Hæ autem ſunt eæ, quas ſubiiciemus.

1) *Abbatia Eltene in honore S. Viti martyris conſtructa iuxta Renum fluuium in pago Hameland et in Gerardi comitatu ſita, quam rex Heinricus Heinrici filius imperatoris ſecundi anno* 1083 *indict. VI. X Kal. Iulii anno ordinationis ſuæ XXIX. et regni XXVII Romæ poſt vrbem captam, Liemaro Hammaburgenſis eccleſiæ archiepiſcopo perpetuo iure poſſidendam tradidit*, teſtibus eiuſdem imperatoris litteris. Cum igitur hæc abbatia ſit abbatia *Elten*, hodie dicta *Hochelten*, ſita ad Rhenum in comitatu Zutphaniæ, ſine vllo dubio pagus *Hameland* in eodem comitatu Zutphaniæ quondam conſpicuus fuit.

Longitudinem autem et latitudinem huius pagi diiudicare poteris e ceteris villis, quæ ſecundum ſeriem Traditionum Laurisheimenſium ſunt

2) *Leſna*, quæ videtur eſſe locus *Lovet*, non procul a munimento Schenckenſchanz ſitus.

3) *Dorenburc* et

4) *Angrina* ſunt *Dorenburg* et *Angeren*, trans Rhenum in tractu, qui *Betaw* dicitur, ſitæ,

5) *Pheleppe* eſt recentiori nomine *Velp*, cis Islam flumen vnum circiter milliare ab vrbe Arnheim ſita.

6) *Wagenloſe* probabiliſſime eſt locus *Wengel*, inter vrbes Deventer et Zwol in Tranſiſalania obuius.

In Sarachonis Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis eidem pago *Hameland* tribuuntur

7) *Lathem*

8) *Duisburch*

9) *Sutfeno* et

10) *Upplun*. *Lathem* eſt *Letem* locus, ad Islam fluuium obuius. *Duisburch* et *Sutfeno* ſunt procul dubio vrbes *Doesburg* et *Zutphen*, ad eundem fluuium

uium Islam sitæ, quarum posterior postea toti comitatui et comitibus de Zutphen, vasallis seu clientibus fiduciariis quondam ecclesiæ Corbeiensis, nomen dedit; *Upplun* autem locus desolatus est, quondam haud procul ab Elrene abbatia obuius. Teste diplomate Ottoniano ad annum 954 erat is in pago *Hamalant* et in comitatu *Wigmanni*. guber-nante Corbeiam Adalgario.

11) Locus *Davindre*, qui nunc adpellatur vrbs *Deventer*, sita ad Islam flumen in Transisalania inter Zutphen et Zwol vrbes. Quibus omnibus addimus loca quædam, quæ anno 1046 rex Heinricus *Bernoldo* Traiectensis ecclesiæ episcopo tradidit, *talem* scilicet *proprietatem, qualem ille tenebat in loco Daventre cum comitatu in Amelande, nempe de Rathnon ad Hunne, de Hunne ad Weggestapelen, et inde ad Westerste, de Westerste ad Agastaldaburg, de Agastaldaburg ad Stevere per siluam, et in alia parte Islæ ad Louenen vsque ad Erbeke, de Erbeke ad Suichempe, et item ex alia parte Islæ ad Ascete.* Daventre est procul dubio iam supra dictus locus Davindre. Sunt autem

12) *Rathnon* locus, Rande, non procul a Deventer vrbe situs:

13) *Hunne, Hunnep* ad fluuium Schipbeck,

14) *Weggestapelen*, ni fallor, *Wechel* eadem in regione obuius locus,

15) *Westerste, Westervlier* ad idem flumen Schipbeck reperiendus, haud procul a loco Diepenhem.

16) *Agastaldeburg* esse poterit Slangenburg, vel Swanenburg, vel Hardenburg, vel Brantsenburg, vel Wildenburg, vel Woldenburg. Loca sunt in comitatu Zutphaniæ sita.

17) *Stevere* erit Steender in eodem comitatu.

18) *Isla* flumen est fluuius *Yssel*.

19) *Lovenen, Loenen,* in tractu Velouiensi eminet.

20) *Erbeke, Eerdbeek* villa eadem in regione visitur.

21) *Suychempe*, videtur esse Eempt, et

22) *Ascete Eschede*, locus inter Deventer et Zutphen vrbes, in comitatu Zutphaniæ obuius.

Huic pago Hameland conterminus erat *pagus Felve*, etiam *Felva*, *Folum* et *Velve* dictus. Eundem fuisse in tractu Velouiensi, id omni caret dubio. Indicio certe sunt villæ, ad eundem pagum relatæ, nominatim De pago Felve in Belgio Fœderato.

1) *Duiclingen*

2) *Lona*

3) *Sulmonda* seu *Sulmunda*

4) *Wageninga* et

5) *Werdupa*, in quibus, teste Wilh. Heda in *Historia Episcoporum Vltraiectens.* p. 51, anno 838 *Rotgarius* comes proprietatem suam donauit ecclesiæ Traiectensi. Inter has erit *Duiclingen* vel *Dudenschantz* ad Rhenum inter Arnhem et Wageningen, vel *Touchin*, locus intra terram Traiectensis episcopatus situs, vnum circiter milliare ab oppido Wick, olim Duyrstede dicto, septentrionem versus distans. *Lona* erit vel locus *Loo*, vnum milliare et quod excurrit positus ab vrbe Deventer versus occidentem, vel *Lone*, villa vix iter duarum horarum conspicua inde ab vrbe Zutphen, itidem occidentem versus. *Sulmonda* est probabilissime *Silwolde*, non procul a villa Lone obuia. *Wageninga* est oppidum *Wageningen*, Rheno adiacens. *Werdupa* esse videtur *Weesp* in Velouiensi tractu, uno circiter milliari ab vrbe Hattem posita versus orientem. Teste Chartulario Werthinensi Tom. I. S. R. Br. Leibnitii p. 104 in pago *Folum* erant anno 801

6) villa *Englandi*, et

7) silua *Braclog*, quas tradidit Hrodulfus, filius quondam Wibaldi, abbati Liudgero. *Englandi* est vicus *Engelant*, in Velauia situs. *Braclog* probabiliter est silua, *de Brokberger Bos* dicta, non procul ab *Engelant* vico. Porro eidem pago tribuuntur

8) *Ap-*

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

8) *Appoldro* villa, quam fuisse locum *Appoldorn*, omnino putamus, situm in tractu Velauiensi non procul ab arce Loo,

9) *Halpa*, probabilissime censendus est esse locus *Eep* in eodem tractu,

10) *Utterlech*, *Uddel*, in tractu eodem non procul a mari dicto dat Uddeler Meer, conspicitur.

11) *Zagolt*, *Salck* locus, situs est ad fluuium Islam haud procul ab vrbe Campen, et

12) *Selebach* villa, quæ videtur esse locus *Schanderbeeck*, vnum circiter milliare distans ab oppido Harderwyck, sito ad mare dictum *de Zuyder-Zee*. Teste diplomate regis Heinrici IV, dato anno 1077 indict. XV. V kalendas junias et anno ordinationis domni Heinrici quarti regis XXIII, regni vero XXI *in pago Velve et in comitatu Diederici* erat situm

13) *prædium Bruoche*, quod nobis locus *Ryt-broeck* non procul a villa Appeldoorn situs, fuisse videtur. In Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis pagus noster ab abbate Sarachone appellatur *Felve*, eidemque tribuuntur

14) *Afzi villa*, quam habemus pro vico *Essen* in tractu Velouiensi sito, et

15) *Wisside*, quæ villa *Wissen* erit in Velow obuia non procul a loco Loo. His villis denique addimus

16) locum *Agilmari*, quam venerabilis regina *Mahtilda*, *mater Ottonis regis*, anno 950 tradidit monasterio, quod ipsa in honorem sanctissimæ Dei genetricis Mariæ sanctique Dyonisii martyris in loco, *Angari* nuncupato, construxit, teste inedito diplomate regis Ottonis, quod Bruno Cancellarius ad vicem Wicfridi archicappellani recognouit, quodque datum XVII Kal. Maii anno dominicæ incarnationis DCCCCL indict. VII anno vero domni Ottonis XIIII, et actum Quitilingaborchi. Hæc villa probabilissime nulla est alia, nisi locus *Emelaar*, obuius in tractu Velouiensi, et situs duo circiter milliaria ab oppido Amersfoort orientem versus.

De pago Flehite in Belgio fœderato.

Ad fluuium Hemum, hodie dictum de Eem, exonerantem se in mare, appellatum de Zuyder-Zee, quondam eminebat *pagus* minor, *Flehite*, qui versus orientem Felve pago erat contiguus. Exstat in *Wilhelmi Hedæ Historia Episcoporum Vltraiectens.* pag. 41 seq. diploma Karoli Magni, in quo ille anno nono regni sui VII idus Iunii *donat ad Basilicam S. Martini, quæ erat constructa in Traiecto veteri subtus Doreslado, vbi venerabilis vir Albricus presbyter et rector præesse videbatur, villam suam Lisiduna in pago, qui vocatur Flehite, super alueum Hemi, cum omni integritate vel adiacentiis seu appendiciis suis, et quantumcunque Wiggerus comes ibidem per Karoli beneficium tenuit, etiam et foreslas illas, quarum vocabula sunt Hengesischote, Fornhese, Mokeroth et Widock, quæ sunt de ambabus partibus Hemi.* Cum fluuius *Hemus* nullus alius esse poterit, nisi flumen *Eem*, et villa *Lisiduna* sit Leusden prope Amersfoort, hæc traditio procul dubio continet omnem tractum circa flumen *Hemum*, et siluas seu foreslas, quæ prope *Veenhusen*, et in altera fluuii *Hemi* ripa olim conspiciebantur.

Probabilissime hic pagus *Flehite* idem est, qui in diplomate quodam Folckerii, quod ex antiquo *Chartulario Censuum monasterii Werdinensis* exhibet Miræus in *Opp. Dipl.* Tom. III. p. 561, circa annum 855 nominatur *Flethetti*. Cum enim idem Folckerius abbatiam Werdinensem, in Westfalia conspicuam, amplissimis per Frisiæ prouinciam possessionibus augeret, donationem firmauit *in pago Flethetti in villa Hlara* XVII *idus nouembris indict.* III *regnante Hludouico imp. iuniore augusto* XV. *Hlara* villa procul dubio est locus *Laren*, vno circiter milliari a flumine Hemo disiunctus versus oppidum Narden, in terminis Goylandiæ situs. Caue autem, ne confundas hunc pagum *Flehite* cum pago *Fleithi* seu *Flenithi*, intra Principatum Wolferbuttelensem circa oppidum Gandersheim et per adiacentem præfecturam Winceburg Hildeshemensem sito.

De pago Northuunti in Belg. Foed.

Pagum Northuuanti connexuimus cum pago Flehite. In Goylandia, in qua iuxta mare, dictum *de Zuyder-Zee*, oppidum Naarden exstat, exstitisse hunc pagum arbitramur. Teste chartulario Werthinensi Tom. I. S. R. B. Leibnitii

p. 102

p. 102. et p. 116. in eodem pago erant villæ *Manheri*, *Hasungun*, *Huleri*, et *Hrenheri*, in quibus Oodhelmus quidam, maritus Theodlindæ et filius quondam Oodwerci, tempore Karoli Magni houas quasdam tradidit Liudgero presbytero. Esse autem videtur villa *Manheri* locus Marsen, vel *Maren*, situs in terra Traiectensis episcopatus. *Hasungun* est *Huysen* locus, situs non procul ab oppido Naarden. *Huleri* est villa Haar, haud procul a Beersteyn intra Traiectensis episcopatus terras posita. *Hrenheri* esse videtur Hert villa, dicta *t' Huis t' Hert*, intra eandem regionem obuia. gubernante Corbeiam Adalgario.

In eadem terra Traiectensis episcopatus, hodie dicta *t' Land van Utrecht*, procul dubio præterea olim exstitit *pagus Insterlacus*. Comprobant id villæ, quæ huic pago tribuuntur. In harum censum referunt chartæ veteres De pago Insterlaco in Belgio fœderato.

1) villam *Fethna*, quam *vir illuster, Carolus maior domus, filius Pipini, ipso die Kalend. Ianuarii anno secundo, regnante glorioso domino Theodorico rege, donauit monasterio, quod est intra muros in Traiecto castro situm et constructum vbi et apostolicus vir D. et in Christo pater Willebrordus archiepiscopus sub sanctæ conuersationis cœnobitalis ordine custos præesse videtur. Actum Herestallio villa publica.* Diploma ipsum habetur in Wilh. Hedæ *Historia Episc. Ultraiectens.* p. 28 seq. *Fethna* hodie dicitur *Fechten*, iacetque ad Rhenum, vno circiter milliari distans ab ipsa vrbe Traiecto.

In eodem *Insterlake* pago et intra comitatum Ruotbodonis deprehendimus

2) villam, *Amudam* vocatam, et telonium, quale prius walger in eodem comes exigebat loco. Eam *in proprium* donauit Otto II imperator Augustus Traiectensi ecclesiæ, teste diplomate l. c. p. 87 seq. adlato, quod datum est VIII idus Iunii anno dom. incarnat. 975, indict. III, anno regni Ottonis XV, imperii VII, et actum *Erpesfurt*. Hanc villam *Amudam* esse oppidum *Muyden* situm inter Naarden atque Amstelodamum vrbes, neminem negaturum speramus.

Errore librarii in ea charta, quam I. G. Eccardus in *Histor. Genealog. Principum Saxoniæ Superioris* p. 19. in lucem produxit, pagus noster nominatur *Iuscarlake*. Tradiderunt autem per Chartam eandem, in *Chartulario Traiect.* exstantem, *Ouo, Addo, Rothard, Thitbald et Beren ad ecclesiam S. Martini, quæ constructa est in castello Traiecto in pago Instarlake pro remedio Wibrachti, sicut illis ipse ac filius eius Walbertus ad perficiendum legitime tradiderunt, quicquid in Oesterbac et in Prast isdem Wibrach videbatur possidere. Acta est hæc traditio publice in villa Hosterbac VIII Kal. Iunii anno* 834 *indict. XII, regni imperatoris Lothowici anno XXI.* Fortassis *Osterbac* et *Hosterbac* vna eademque est villa. Locus quidem *Osterbeeck* est ad Rhenum obuius et non procul ab oppido Arnhemio intra tractum Velouiensem situs. Villa autem *Erast* est tractus oppidi Arnheimensis, antiquum adhuc retinens nomen. In eadem regione familia Widikindea plura possedit prædia, vt posthæc videbimus. Hinc nullus dubito, *Wibrachtum*, qui in Traditionibus nostris appellatur *Wibertus*, atque *Walbertum*, filium ac nepotem fuisse *Widekindi M.* Illud in expedito est, vrbem *Traiectum* exstitisse quondam in pago *Insterlaco*.

Porro annotauit illustris auctor Chronici Gottwicensis p. 644 villas sequentes, ad pagum nostrum relatas, nempe

1) *Cothen*, quæ erit *Cooten* ad Rhenum inter Wyck-Duurstede et Traiectum sita,

2) *Durostadum*, quod est vrbs dicta Wyck-Duurstede, ad Rhenum posita:

3) *Gana*, probabilissime *Goy* inter Cooten et Houten, vel *Ganschof*, itidem ad Rhenum inter Nyenrode et Beersteyn sitam:

4) *Grunwerth*, quæ verisimillime est *Groenvecht* inter Voortwyck et Gunterstein ad fluuium Vechtam visenda:

5) *Haetnam*, iam ante dictam *Houten*, vel *Hoet*, non procul ab vrbe Traiecto obuiam villam:

Ab anno 834 vsque 877 regnante Hludouuico et

6) *Judefax*, id est, *Judfaes* inter Frooneſteyn, Pletſenborg et Rynhuyſen ſitam:

7) *Luriche* ſeu *Leerixe* iuxta Houten verſus Odyk poſitam:

8) *Oſterhem*, fortaſſis nunc *Outdaen* ad Vechtam flumen, vel *Oſterwaert* ad eundem fluuium, vel *Ooſtbroeck* in eadem Traiectenſis epiſcopatus terra vnum circiter milliare ſitam ab vrbe Traiecto verſus orientem:

9) *Werconden*, nunc *Werkhoven*, non procul a Rheno et Beerwaart verſus Odyk conſpicuam:

10) *Weſterhem*, per quam deſignatur vel Voſſeſtein non procul a Doren, vel *Wyneſtein*, non procul a villa Heemſtede ſeiuncta:

11) *Wiltaburgum*, nunc *Wiltenburg*, ſitum inter Ameliſweer, Rhynouven, Wyneſtein et Plotſenborg:

12) *Abekewalde*, quam villam habemus pro *Abcoude* loco, vnum milliare et dimidium ſecreto a celebratiſſima vrbe Amſtelodamo verſus Traiectum:

13) *Fumerchara*, quae videtur eſſe locus *Haar*, non procul a vico Maarſen disiunctus:

14) *Hera*, quæ eſſe videtur *Hermelen* villa, ſita haud procul ab eodem loco Maarſen:

15) *Lona*, ſeu villam *Loenen*, ad fluuium Vechtam poſitam:

16) *Lonacalaca*, quæ hodie dicitur *d' Huis te Loenerſloot*. Et denique

17) *Marſna*, quæ videtur eſſe *Maarſen*, locus ad flumen ante dictum ſitus.

De pago Muntuurfintigis in Belgio fœderato.

Teſte quodam diplomate Ottoniano ad annum 985, pagus quidam, nominatim haud deſignatus, erat inter *Lieram* et *Hislam*, cui tribuuntur villæ *Bleeſwyk*, *Bokelsdyk*, *Bucscoop*, *Crulingen*, *Flardinga* ſeu *Phladirtinga*, *Golda*, *Lede*, *Leyra*, *Maerdrecht*, *Pinaker*, *Roderiſen*, *Rotterdamme*, *Sciedamme*, *Scieplada*, *Swanesdrecht*, et *Zevenhuſen*. Pagos anonymos præterea in Saxonia noſtra nondum inuenimus. Putamus vero, pagum iſtum vel fuiſſe *pagum Muntuurfintigis*, vel pagum maiorem *Teſterbantiam*. De vtroque ergo pago quædam dicenda eſſe omnino, arbitramur. Ad Freſiam loca memorata ſpectaſſe, negare non licet. Villa *Rotterdamme*, et flumina *Liera* et *Hisla* id ſatis probant. Intra Hollandiam præterea, et quidem in tractibus, hodie dictis Selmonde, Schieland, Delfland et Rhynland, omnes hæ villæ reperiuntur. Eſt enim

1) *Bleeſwyk*, Bleyſwyck in Schielandia,

2) *Bokelſdyk*, Poeldyk in Delflandia,

3) *Bueſcoop*, Boskoop in Rhynlandia,

4) *Cralingen*, Cralinge in Schielandia,

5) *Phladirtinga*, Vlaerdinge in Delflandia ad flumen dictum de Merwe,

6) *Golda*, vrbs *Gouda* ad fluuium dictum die Yſſel, qui ante dicta Hisla eſt, per Schielandiam fluens,

7) *Lede*, Lynde, haud procul ab vrbe Dordraco, ob ſynodum Dordracenam celebratiſſima,

8) *Leyra*, Lier in Delflandia,

9) *Maerdrecht*, Moordrecht ad fluuium Hislam, non procul ab vrbe Gouda,

10) *Pinaker*, Pynaker in Delflandia,

11) *Roderiſen*, Roderys in eodem tractu ſita,

12) *Rotterdamme*, Rotterdam vrbs celebratiſſima, intra Schielandiam obuia,

13) *Sciedamme*, Schiedam, vrbs inter Vlaerdingam et Delfshaven oppida,

14) *Scieplada*, Schipluy, locus intra Delflandiæ tractum ſitus,

15) *Swa-*

15) *Swanesdrecht*, Swyndrecht locus, non procul ab vrbe Dordraco disiunctus, et

16) *Zevenhuſen*, Sevenhuſen locus intra Schielandiam, ab oppido Gouda vix vnum milliare diſtans.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Iam pagum *Muntuurſintigis* ad Freſiam referunt Traditiones Fuldenſes I. F. Schannati p. 316. Hæ, in eodem quondam exſtitiſſe villas *Reisheim* et *Baltratinge*, num. 73 tradunt. Non videmus, qua in alia regione pagus *Muntuurſintigis* collocari queat, niſi in ea ipſa, in qua ante memoratas villas deprehendimus. Vrbi, olim caſtro, *Montfoort*, ſito non procul ab oppido Oudewater in Hollandia, probabiliter a pago noſtro nomen inditum eſt. Quamuis enim illud caſtrum demum circa annum 1170 a Godefrido, Traiectenſi epiſcopo, ad Hollandorum inſultus compeſcendos conſtructum fuiſſe referatur in W. Hedæ *Hiſtoria Epiſcoporum Vltrajectenſ.* p. 174; non tamen additur, illud tum prima vice exſtructum fuiſſe. Probabilius vero nobis videtur, illud iam antea exſtitiſſe, quemadmodum *Hoborſtum*, *Woerden* et *Vollenho* caſtella, quæ eodem tempore contra Gelros, Traiectenſes et Friſios ædificaſſe epiſcopum illum, l. c. perhibetur. Fit ergo veritati conſentaneum, caſtrum *Montfoort* nomen accepiſſe a veteri pago *Muntuurſintigis*; villæ autem *Reisheim* et *Baltratinge* videntur eſſe *Rynegem*, non procul ab vrbe Lugduno Batauorum, et *Paleſtein*, locus inter Gouda, Delphi ac Lugdunum vrbes obuius. Vt doctiores Batani, et inprimis Lugdunenſes, ſitum harum villarum accuratius inueſtigent, eos publico nomine admodum volumus rogatos.

Adſcripſimus autem, inducti teſtimonio veterum chartarum apud Wilh. Hedam l. c. ad annum 1063 reperiendarum, Tabulæ noſtræ Geographicæ, et quidem ante dictis regionibus præterea alias villas, inter quas recenſendæ ſunt 1) *Flardinge*, Vlaerdinge, Phladirtinga: 2) *Kirchwerve*, Werve, 3) *Hatago*, Haga comitum in Delflandia: 4) *Schie*, Sion: 5) *Rinesburg*, Rynenburg: 6) *Agathenkyreca*, Koudekerk: 7) *Aſclekerwald*, Alkemade: 8) *Rinſaterwald*, Rinſaterwoude: 9) *Liethemuthen*, Leymuyde, 10) *Warmunde*, Warmont, 11) *Velſereburgh*, Veenenburg ſeu Velſerslot locus in Kenemaria ſitus, 12) *Hamezenkireca*, Hemenſtede, et 13) *Spermerewald*, Spaarwou, cunctæ in Rhynlandia ſitæ villæ, quas omnes coniectura noſtra ad pagum *Muntuurſintigis* ſpectaſſe iudicamus.

In Kenemaria et Weſtfriſia, vulgo et vernacule dicta Noord-Holland, *pagum* exſtitiſſe *Kilingo*, veriſimillimum nobis videtur. Ad Freſiam hic pagus refertur in Traditionibus Fuldenſibus I. F. Schannati, in quibus p. 314 num. 41 inuenimus, in eodem pago *Kilingo*, et quidem in villis *Huntagi* et *Merheim*, traditiſſe eccleſiæ Fuldenſi bona quædam Marcwartum et Vpponem. *Huntagi* nobis videtur fuiſſe vna ex illis villis, quæ dicuntur *Ooſter* et *Weſter-hout*. *Merheim* autem habemus pro *Mereſteyn*. Omnes hæ ſunt in Kenemaria ſitæ. His et adnumerandæ ſunt aliæ villæ, quæ ex diplomate, apud W. Hedam in Hiſt. Epiſc. Vltraj. ad a. 1063 reperiundo, adducendæ quondam in his regionibus deprehendebantur. Illæ ſunt 1) *Aſcumannedilf*, quæ procul dubio eſt Aſſendelfft, 2) *Egmunde*, Egmont, quæ etiam iam exſtitit anno 913 teſte diplomate in Mir. Opp. Dipl. Tom. I. p. 35, et in qua comes Theodoricus anno 1083 abbatiam fundauit, teſte diplomate l. c. Tom. III p. 18, 3) *Alcmere*, vrbs Alkmaer, 4) *Heilegolo*, Heyloo, 5) *Pethem*, Pettenheim, alias Petten, ſita ad mare dictum de Noordzee, 6) *Alfenthorp*, Avendorp, 7) *Woggenum*, Wognum ſita in dem Wognummer Ban, 8) *Vronlo*, fortaſſis Vrſum in dem Vrſumer Ban, 9) *Schirmere*, Schermer in Nortſchermer Ban, et 10) *Sloten*, Sloet etiam in Kennemaria ſita. Confer Hedam in Hiſt. Ep. Vltraj. qua in p. 132 ſeq. illud documentum deprehendes, e quo videbis, omnes has villas, et ſupra ſcriptas, iam anno 1063 exſtitiſſe.

De pago Kilingo in Belgio fœderato.

Hiſce miſſis, recenſendæ quoque ſunt villæ, olim ad celebratiſſimum pagum *Teſterbant* relatæ. Ad Inferiorem Terram ſpectaſſe pagum *Teſterbant*, aliosque pagos ſub ſe comprehendiſſe, concluſimus e verbis auctoris Vitæ Meinwerci, quæ Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 544 ſic habent: *Facta in diebus eius* (ſcilicet Mein-

De pago Teſterbant in Belgio fœderato.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Meinwerci episcopi Paderbornensis) *fame valida, missis nuntiis frumentum comparari fecit in Colonia, et duas naues onustas ad Inferiorem Terram deferri, et dispensatione villicorum super Velve in Testerbant taliter mandauit erogari, vt vna pars propriis, alia familiæ indigentiis, secundum numerum domesticorum distribueretur: tertia ad prouentum seminis, quarta mendicis erogaretur. Quod episcopi mandatum villicus super Velve deuote peragere studuit. Ille vero in Testerbant partem pauperibus ordinatam fraudari pernicioſe non timuit.* Hæc verba ponderantes, quærimus, vtrum *Velve* vsurpetur pro pago, an pro villa? Et respondemus: pro pago. Quamuis enim locus quidam nomine *Wel* ad Mosam in tractu, dicto Bomelewert reperiatur, qui heic in censum venire posset; maluimus tamen hanc villam interpretari per villam *Welle*, quam Saracho abbas in Registro Bonorum et Prou. Abbatiæ Corb. tribuit pago *Testerbant*. Quodsi ergo *Wel* quondam est dicta *Welle*, vocabulum *Velve* in verbis adductis locus *Wel* esse non poterit. Præterea inquirendum foret: an in vna villa tantum fuerit vnus vel plures villici? Villici quondam non erant liti seu mancipia, sed ministeriales abbatis, abbatissæ vel episcopi, vti patet e litteris *Irmegardis de Widigenstein*, abbatissæ Heruordensis ad annum 1290, datis. In diplomatibus aliquando priorem locum tenent villici inter ecclesiæ ministeriales. Possemus villicos dicere administratores, teutonice Verwalters, quin imo etiam Amtleute. Interdum vnus tantum erat villicus in curte dominicali, alias curtes minores sub se comprehendente, vti latius deduximus in Clientela Corbeiensi. Cum igitur villicus Meinwerci episcopi super *Velve* distinguatur a villico eius in *Testerbant*, arbitramur *Velve* non fuisse villam, sed pagum. Quia autem *Velve* fuit in *Testerbant*, sequitur *Testerbantiam* fuisse pagum maiorem seu generalem, alios pagos minores sub se comprehendentem. Accedit, Meinwercum episcopum multa possedisse prædia in Inferiori Terra, vti infra demonstraturi sumus. Euidentissimum ergo erit, auctorem Vitæ Meinwerci dicere voluisse, Meinwercum episcopum studuisse hominibus suis propriis tam in pago *Velve*, quam in pago *Testerbant* degentibus, atque annona carentibus, subuenire. Sit itaque pagus *Testerbant* pagus maior.

Illud quoque fiet palam ex villis, olim ad pagum *Testerbant* relatis, quas accurate considerandas in animo habemus. Illæ sunt

1) Hero

2) Ukele, et

3) Trile, quippe quæ teste diplomate in Wilh. Hedæ Hist. Episc. Vltraj. p. 94 anno 997 erant infra comitatum *Teisterbantiæ*. *Hero* videtur fuisse *Hernen* in tractu Nouiomagensi, *Ukele*, *Uchelen* in tractu Velouiensi, et *Trile*, *Driel*, non procul ab vrbe Heusden in tractu Betuwensi, vel Driel in tractu, Bommelewert dicto. Illa, non hæc, placet.

Porro Otto III imperator augustus anno 998 III idus Aprilis indict. XII anno regni XVI et imperii III Anfrido Traiectensi episcopo largitus est omnem districtum super villam *Bomele in comitatu Vnrochi comitis in pago Testerbantia* dicto situm, et quidquid Poppo, filius Walgeri, habuit in ministerium in eodem comitatu et in villa *Arclo*, vti patet e diplomate apud Hedam l. c. p. 95. reperiundo, quam traditionem eisdem fere verbis confirmat Heinricus II anno regni sui primo, id est, III nonas septembris anno domin. incarnationis MIII indictione I, teste diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 100. seq. *Bomele* procul dubio est oppidum *Bommel* ad Vahalim fluuium situm in tractu Bomelerwaart dicto, probe discernendum a vico Bommel seu Bemmel, in tractu Betouiensis terræ non procul ab oppido Heusden conspicuo. Villa autem *Arclo* erit locus *Arckel*, vnum circiter milliare situs ab oppido Gorcum in tractu, dicto t' Land van Gorcum.

Anno 1006 Anfridus Traiectensis episcopus fundauit abbatiam Ordinis S. Benedicti in loco Hohorst, teste diplomate, quod ex copia licitum erit inserere, quia illud facem accendit illis, quæ infra de illo Anfrido, seu Ansfrido ex gente Widekindea orto, dicturi sumus. Est autem ipsum diploma sequentis tenoris:

In

In nomine ſanctæ et indiuiduæ trinitatis. Notum ſit omnibus ſub Chriſtianæ relligionis norma degentibus qualiter ego *Anfridus* licet indignus Traiectenſis epūs in loco qui uocatur *Hohorſta* aedificari præcepi cellulam inprimis in honorem dnī nrī ihū Xpī conſtructam nec non glorioſiſſimae genetricis eius mariæ ſed et btorum āplorum petri et pauli meiq;. patroni ſpecialis ſcī martini, ea ratione, ut inibi fratribus monachis ſub ſcī benedicti regula feliciter uiuere cupientibus dies ducere liceat huic uitæ conceſſos. Vt autem locus prædictus in dei ſeruitio firmius poſſit eſſe ſtabilitus, iam dictis fratribus tradidi, quidquid uiſus fui habere in uilla *Thrile in pago Teſterbantenſi* cum omni familia cunctoq;. ſeruitio et diſtrictione, ita ut omni tempore tenui ac poſſedi abſque ullius contradictione, regali ſcil. manu traditione ac ſtipulatione nobis conceſſum et in *Tuuente* dimidium cenſus teloniarii et monetæ et foreſte in *Rumelo* et quartam partem ſiluæ in *Fugenhoute*. præter hæc tradidi inter uillas *Heſe* et *Sous* XIIII manſos cum prædio *Hohorſt* prædicto cum mancipiis et omnibus appendiciis id eſt ſiluis pratis paſcuis molendinis aquis aquarumq;. decurſibus acquiſitis et acquirendis quod dedit quidam garuuardus miles ſcō martino. et nouale quoddam de monte *Hohorſt* uſque in *Bacheuorth*. addidi et has eccleſias *Ermelo maſumunſter Liuemunſter Leyre Suindrecht Hamerthe Loyſden*. Actum eſt hoc publice coram idoneis teſtibus in baſilica ſcæ Mariæ ſcīq;. Martini in *Hohorſt* ipſo die dedicationis eius id eſt XIIII kal. decembris anno ab incarnatione dnī MVI indict. IIII regnante Heinrico II imperii ſui anno V.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

His litteris adductis diſpiciendum erit, vbi locus *Hohorſta* exſtiterit. Reperitur primo in Velouienſi tractu non procul ab oppido Haderwik villa *Horſt*, et deinde in terra Traiectenſis epiſcopatus villa *Horſt* haud procul ab vrbe Rhenen ad fluuium Rhenum ſita. Sed vterque locus non placet. Eandem enim abbatiam exſtitiſſe primo lapide ab Amersfortio, et anno 1050 in vrbem Traiectum translatam D. Pauli nomine innotuiſſe, *Arnoldus Bachelius*, Batauus, in notis ad Chronica Iohannis de Beka p. 37. annotauit. Non procul ab oppido prædicto reperitur locus *Hooſt* et Mons Sanctus, ſuper quo abbatiam *Hohorſtam* exſtitiſſe putamus. Cumque haud procul ab eodem loco *Hooſt* inueniatur vicus *Bavoort*, eundem fuiſſe locum *Bacheuorth*, cuius Ansfridus in diplomate adducto meminit, cenſemus.

Eccleſiæ, quas laudatiſſimus præſul addidit, ſunt probabiliſſime in locis ſequentibus repertæ.

1) *Ermelo* eſſe poterit vicus *Ermel* in Velovienſi tractu ſitus.

2) *Maſemunſter*, ſi non ſubeſt vicus *Mooſt* non procul a loco Hooſt reperiundus, erit *Monſter* in Delflandia.

3) *Liuemunſter* locus nobis non eſt cognitus.

4) *Leyre* eſſe poterit *Lielaar* non procul ab vrbe Amersfortio, vel *Lier* in Delflandia, olim dicta, vti ſupra vidimus, *Leyra*.

5) *Suindrecht*, Swyndrecht haud procul ab vrbe Dordraco, quondam, vti ſupra vidimus, etiam appellata Swanesdrecht.

6) *Hamerthe* eſſe poterit *Hoemen* in Velovienſi tractu, vel *Harten* in tractu eodem non procul ab vrbe Arnhem, vel *Harwert* in Betouienſi tractu ad Rhenum, vel, vti nobis videtur, *Hemert* ad fluuium Moſam haud procul ab vrbe Heuſden.

7) *Loyſden* autem poterit eſſe vel *Leyſden* non procul Amersfortio, vel *Loinen* ad flumen Vahalim haud procul ab vrbe Nouiomago, vel *Looſduyne* in Delflandia vnum circiter milliare ab Haga comitum reperiundus locus. Villam *Thrile*, quam in pago Teſterbantenſi exſtitiſſe Ansfridus aſſerit, habemus pro Driel, cuius iam ſupra mentionem iniecimus.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

His villis addimus loca *Radincheim*, *Putten*, *Vorthuſun*, *Tuilon*, *Haſti*, *Gamberen*, *Helue* et *Niuuela*, vna cum villis *Appele* et *Wehsle*. Tuilon erat mater eccleſia, ad quam anno 1031 ſpectarunt capellæ *Hafti*, *Gumberen*, *Helue* et *Niuuela*. *Tuilon* eſt locus Thuyl, ad Vahalim ſitus in Tielerwaart non procul ab oppido Bommel. *Helue* itaque erit *Helwy* in eodem tractu ad Vahalim ſita, *Haſti* Haften non procul ab Helwy, *Niwela* Nywalde, et *Gamberen* Gameren, quæ vltimæ villæ reperiuntur in tractu Bommelerwart haud procul ab oppido Bommele. *Radincheim* ad Rhenum erat ſita, et procul dubio intelligitur vrbs Rhenen in terra Traiectenſis epiſcopatus. *Putten* vſque in hodiernum diem appellatur Putten, et ſita eſt in Velouienſi tractu non procul a locis Ermel et Schonderbeek. *Vorthuſen* erit Verhuſen, in tractu Betouienſi non procul ab oppido Rhenen ſita. *Appele* hodie nominatur Appel, et *Wehsle* Weſſel, quæ villæ reperiuntur in Geldriæ ducatu et ſpectant ad tractum Velouienſem. In omnibus his villis bona quondam poſſedit monaſterium SS. Petri et Pauli O. S. Bened. in ſuburbio Paderbornenſi ſitum, vulgo dictum Abdinghov. Et largitus eſt illi bona eadem Paderbornenſis epiſcopus Meinwercus, eiuſdem fundator, vti diplomata in Nicol. Schatenii Annal. Paderborn. Tom. I. p. 483. et p. 765. teſtantur.

Hiſce dictis ſuppleri atque emendari poſſunt ea, quæ reuerendiſſimus atque eruditiſſimus D. auctor Chronici Gottwicenſis de pago noſtro Teſterbant in medium protulit. In illo relatum legimus, ad eundem pagum quoque ſpectaſſe villas *Bracola*, *Malſem*, *Thielle*, *Buria*, *Empele*, et *Buria*, quæ probabiliſſime ſunt *Brakel* ad Vahalim ſub tractu Bommelerwaart dicto, *Molenſte* in terra Traiectenſis epiſcopatus, non procul a vico Walenborg, vel *Maren* ad Moſam fluuium, vel *Malden* in tractu Nouiomagenſi; *Tiel* in tractu Tielerwaart ad Vahalim, vrbs *Buren* in comitatu Buren, a qua non procul abſunt Buurmalſen et Geldermalſen, quarum vna eſſe poſſit villa *Malſem*. *Empele* eſt Empel ad Moſam ſita, et *Buria* denique in *Bierrip*, non procul ab vrbe Heuſden in tractu dicto t'Land van Altena ſita, latere videtur.

Omnes has villas, ad pagum relatas *Teſterbant*, vt ab aliis villis, ad alios ſcilicet ſpeciales pagos ſpectantibus, accurate diſtingueremus, in tabula noſtra Geographica lineola ſubduximus. Patet autem ex eiſdem, pagum *Teſterbant* ſub ſe comprehendiſſe pagos *Muntuurſinisgis*, *Flehite*, *Felve*, *Huitingoe* et *Bathua* dictos, de quibus poſterioribus nunc quædam in medium proferre volupe erit.

De pago Huitingoe in Belgio foederato.

Pagi Huitingoe primam mentionem iniecit Wilh. Heda in Hiſt. Epiſc. Vltraj. p. 51. his verbis: *Sub iſto Alphrico* (Traiectenſi epiſcopo) *Rotgarius comes donauit eccleſiæ Traiectenſi plurima bona ſua, quæ habuit in proprietatem, et in pago Leomerike in villa Thuinæ, Alatinge, Weſtreheſi in pago iſto, in villa Duiclingen, in pago Felua in villa Lona, Sulmonda, Wageninga, Werdupa, in pago Huitingoe in villa Houdna, in villa Bracola, Thule, cui Alphricus viciſſim contulit in beneficium ac præſtariam, vt aiunt, ſeu vſum ad vitam, quæ eccleſia in villa Gruoſna et Furnerchara et Hera, itemque in Seyſt, Liſidunon, Heſi, Thorene habuit anno regni Ludouici XXV ſalutis ſcilicet DCCCXXXVIII, quo anno paſſus eſt S. Fredericus.* Ad quæ verba Buchelius l. c. p. 52. not. (d) hæc annotauit: *Gerbrandus hanc donationem integram ponit, et eſt in meis MSS. in qua nominantur pagi Leomerike, vel Lomerike forte de Limerſche, Velua, huiten-goye: villæ vero Twine, Weſterheſe, Duitingen, Lona, Sulmunda, Wageninga, Houdna, Brakela, Thule, Zeyſt, Liſidunon, Heſe, Thoerne. Loca fere ſunt nota.* Villa *Houdna*, quæ in his verbis tribuitur pago *Huitingoe* eſſe poterit *Heesbeen*, non procul ab vrbe Heusden ſita, vel ipſa vrbs *Heusden* haud procul a fluuio Moſa obuia, vel *Hintum* primo lapide ab vrbe ſilua ducis, vulgo Hertogenboſch dicta, reperiunda, vel *Houtmeer* in tractu Nouiomagenſi. *Bracola* ſeu *Brakela* eſt Brakel in tractu Bommelerwaart, et *Thule* Tiel vel Thuyl ad Vahalim in tractu Tielerwaart dicto, ſita.

De pago Bathua in Belgio foederato.

Pagus Bathua, quem etiam ad pagum maiorem *Teſterbant* ſpectaſſe putamus, procul dubio ſitus erat eo in tractu, qui hodie appellatur de Betuwe. Partem hunc eſſe pagum prouinciæ veterum Batauorum, inſulam inter Rhenum, Leckan, et Vahalim incolentium, quæ partem Gelriæ, partem Traiectenſis prouinciæ, et partem Hollandiæ occupabat, omnino arbitramur. Eiuſdem pagi *Bathua* primo men-

mentionem iniecit circa annum 727 *Karolus maior domus filius Pipini*, qui teſte diplomate, apud Wilh. Hedam l. c. p. 50. ſeq. reperiundo, *tradit Willebrordo epiſcopo in pago Bathua villam iuris ſui nuncupatam Eiſte in ipſo loco Marithaime quantumcunque ibi habuit vel poſſedit Euerhardus, dum ipſe infidelis regi apparuit, et in regis Francorum infidelitate foris patria ad infideles ſe ſociauit, et propter hoc omnes res ſuæ in fiſco regali fuerunt redactæ, quas glorioſus rex Hildebertus genitori eius Pipino de ſuo fiſco conceſſit, Karoloque genitor eius Pipinus iure hereditatis in proprietatem conceſſit, hæc omnia, et quidquid Euerhardus habuit in Bathua vel poſſedit, tradit ad baſilicam ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti et B. Mariæ genetricis Dei et B. apoſtolorum Petri et Pauli omniumque apoſtolorum, ſanctique Johannis baptiſtæ et ceterorum ſanctorum. Actum Tulpiaco caſtro publico menſe Iulio anno ſexto regnante glorioſo rege Francorum Theodorico. Teſtes erant Saleco comes, Folcarius comes, Bergereſienſis comes, Maginharius comes, Luidolphus, Odo, Agilo, Herigerus comes, Erkenfridus comes, qui aduocatus fuit epiſcopi, et hanc traditionem manu ſua cum domino ſuo ſuſcepit.* guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

In autographo quædam aliter eſſe lecta, prout l. c. ea exhibuit Heda, non eſt dubitandum. Interim neminem inficiari poſſe cenſemus, *Euerhardum* iſtum ex proceribus Freſonum ſeu Saxonum fuiſſe. *Bathua* pagum olim ad Saxones ſpectaſſe, nullus negare poterit. Familiam etiam Widekindeam et Brunonianam, vno ramo progerminantem, in eadem prouincia ampliſſima poſſediſſe prædia, omni caret dubio. Cum igitur nomen *Euerhardi* in eadem gente crebro ſit repetitum, vti ſupra vidimus, coniectura auguramur, iſtum *Euerhardum* fuiſſe patrem vel fratrem *Adelhardi*, auum *Theodorici*, et proauum *Widekindi M.* et *Brunonis*, ducum Weſtfalorum atque Angariorum, de quibus poſterioribus Annales rerum Francorum indubitata nobis momenta prodiderunt. *Euerhardum* illum tempore regis Hildeberti, id eſt, Childeberti III vixiſſe oportet, quem anno 711 mortuum eſſe referunt. Cumque Theodoricum ad regnum Francorum euectum anno 721 perhibeant, ſequitur, diploma allegatum circa annum 727 eſſe datum, atque *Euerhardum* ab Hildiberto ſeu Childeberto III, ſeu potius a Pipino maiore domus, ante annum 711 eſſe victum, cum quo Annales veterum conueniunt, qui tempore Pipini Freſones et Saxones eſſe victos tradunt. Chronologia ergo non pugnat, ſi perhibemus, *Euerhardum* illum eſſe potuiſſe proauum Widekindi M. ac Brunonis ducis.

Quidquid autem ſit, ſiue *Euerhardus* ille ſit referendus inter progenitores Widekindi M. ſiue minus, nullus tamen inficias ire poterit, *pagum Bathua* quondam in Betuwe exſtitiſſe. Probat id 1) villa *Eliſte*, alias *Marithaime* dicta, quæ procul dubio eſt locus Elſt ad Lingam flumen in tractu Betuwe ſitus, 2) *Cannita* villa et 3) *Falburc marca*, quarum altera eſt *Gent*, ad Vahalim vnum milliare et quod excurrit ab vrbe Nouiomago reperiunda, vti iam obſeruauit auctor illuſtris Chronici Gottwicenſis; altera autem probabiliſſime in regione loci *Falborg*, inter Nouiomagum et Wageningen vrbes reperiundi, exſtitit. Veriſimillime hæc marca tempore Carolingicorum limes fuit veteris Saxoniæ et Franciæ. Addimus his villis 4) *Huſſtin* villam, quam diligens noſter abbas Saracho in Regiſtro B. et P. Abb. Corb. ad pagum *Bathua* retulit, quamque *Hoeſden* locum, in tractu Betuwenſi æquali fere itinere ab oppidis Rhenen et Wageningen verſus meridiem ſitum fuiſſe, putamus.

Probabiliſſime quoque noſter ille eſt pagus, qui in Traditionibus Fuldenſ. I. F. Schannati p. 304. num. 95. appellatur *Bata*. Refertur enim l. c. quendam ſeu quandam (an enim femina vel vir fuerit, ignoramus,) Wolewich tradidiſſe *in plaga Saxoniæ* bona quædam in pago *Fladate in Elbisga*, *Holzhuſen* et *Rimbrahtes*, et *in pago Bata* in *Huſuduna*, *Caſtre*, *Warade*, *Wotun*, *Hebun*, *Wide* et *Homeru*. *Pagus Fladate* nobis eſſe videtur *pagus Flehite*, etiam, vti ſupra vidimus, Flethette dictus. *Elbisgo* eſſe poterit Echel in terminis Goylandiæ ſitus, *Holzhuſen* Huyſen ad mare dictum de Zuyderzee reperiundus, et *Rimbrahtes* Rinswou ad flumen Hemum villa exiſtens, vel Ruyterbrock ad eundem fluuium reperiunda. Pagus autem Bata probabiliſſime eſt pagus Bathua. Si enim

5) *Huſuduna* villa non eſt noſtra e Sarachonis Regiſtro producta villa *Huſſtin*, id eſt, Hosden, erit illa oppidum Heusden ad Rhenum ſitum.

6) *Caſtre*

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

6) *Caſtre* villam habemus pro vico *Keſteren*, ad flumen Lingam inter Hoesden et Ochten obuio.

7) *Warade* eſſe poterit *Varick*, in Tielerwaart ſita inter Hemert et Heesſelt, vel *Wurt* non procul ab vrbe Nouiomago reperiunda.

8) *Wotun* exiſtimamus probabiliter eſſe *Wychen*, inter Vahalim et Moſam fluuios in tractu Nouiomagenſi conſpicua.

9) *Houn* erit Huen villa ad Moſam ſita.

10) *Wide* videtur eſſe Wamel in eodem tractu ad Vahalim non procul a Tiel, vel *Wees* ad flumen Lingam inter Heins et Hoeſden obuia, et denique

11) *Homeru* villam haberi poſſe arbitramur pro *Homen*, ne vno quidem lapide diſſita a vico Huen, ad Moſam poſito.

De pago Scaldis in Inferiori Terra.

Hactenus locuti ſumus de pagis, ad pagum maiorem Teſterbant ſpectantibus. Volupe tamen iam erit, quædam adiicere de pagis eidem contiguis. Illi ſunt primum *pagus Scaldis* a fluuio Scaldis, hodie dicto die Schelde, procul dubio nomen ſortitus. Villæ eidem pago in Chartis veterum tribuuntur ſequentes:

1) *Bergas*, eſt vrbs *Bergen op Zoom* ſatis nota.

2) *Crebca* eſſe poterit *Kraſtel* locus, ſitus inter Kruisland, Blauwesluys, Berlekeſtove, Oudenboſch atque Kalfdonk, ac duo milliaria, et quod excurrit, ab vrbe Bergen op zoom ſeptentrionem verſus diſtans.

3) *Guſaba* erit vicus *Gulſe*, duo milliaria ab vrbe Breda verſus orientem ſitus inter Reien, Hulten, Riel, Alphen, Chaem et molendinum Moleſcheet.

4) *Maudaco* eſt vel locus *Meerdyck*, vnum milliare cum dimidio conſpicuus ab oppido Gertrudenberg inter Gravenmeer, Ruyth, Kapelle, Suydewy, Sprang, Kaashenvel, et Donſen, vel villa *Meeuwen*, æquali fere itinere reperiunda inter Gertrudenberg et Heuſden.

5) *Pepinglandia* eſſe poterit *Poppel*, quatuor milliaria locus ſitus ab vrbe Breda verſus orientem, vel *Bavel* iter vnius horæ ab vrbe iam dicta, vel *Papemuts* vnum milliare ab vrbe Tolen diſtans.

6) *Sprange* eſt procul dubio iam ſupra dictus locus *Sprang*, tria milliaria verſus occidentem diſſitus ab vrbe Silua ducis, teutonice appellata Hertogenboſch.

7) *Steninge* hodie appellatur *Seſtingen*, vicus ſitus ad fluuium Scaldim, vnum milliare cum dimidio ab oppido Santvliet verſus occidentem.

8) *Sunnenmere* et *Sunnonmeri* ſunt probabiliſſime vici dicti *maior* et *minor Sundert*, diſſiti ab vrbe Bergen ob Zoom quatuor milliaria verſus orientem. Denique

9) *Waterange* erit vel *Teteringen* vel *Warnde*, duo loca non procul ab vrbe Breda ſita.

De pago Bragbanto in Terra Inferiori.

Pago Scaldis contiguus erat *pagus maior Bragbanto*. Paucula quoque de eo in medium proferre, poſtulant Traditiones noſtræ Corbeienſes. Vidimus enim ſupra §. 184, Euricum quendam in pago *Bragbanto* in villa *Blowanſcote* eccleſiæ Corbeienſi tradidiſſe bona ſua. Quatuor comitatus ſeu pagos minores pagum *Bragbanto* ſub ſe comprehendiſſe, patet e diuiſione regni Hlotharii, a Hludouico et Karolo regibus anno 860 facta, quæ Capitulis Karoli calui regis atque Annalibus Bertinianis inſerta legitur.

De pago Taxandria Bragbantenſi.

Vnus erat *pagus Taxandria*, a *Taxandris* populis ita dictus, quos *Phil. Cluuerius in Geographia Antiqua* inter Moſam et Flandriam ad oceanum collocat, et perhibet, Taxandrorum tractum nunc eſſe *Zelandiam* et Brabantiæ inferioris partem. Sed Cluuerium non recte poſuiſſe limites veterum Taxandrorum, quos veterum *Cattorum* progeniem fuiſſe Men. Altingius in German. Infer. p. 79. arbitratur, patet e duobus fluminibus ad pagum *Taxandriam* relatis, quæ ſunt *Duthmola* et *Digena*. *Duthmola* fluuius hodie dicitur *Dommel*, qui fluit per oppida Peer et Eyndhoven, atque vrbem Siluam ducis, tandemque exoneratur in fluuium Moſam. Circa hoc flumen

Dommel

Dommel olim exſtitiſſe pagum *Taxandriam*, omnino arbitramur. Tribuuntur huic pago in Teſtamento S. Willebrordi Tribuuntur gubernante Corbeiam Adalgario.

1) villa *Wadradoch ſuper flumine Duthmola*, quam fuiſſe locum *Waalderen*, ad fluuium Dommel vno lapide ab oppido Eyndhoven disiunctum, nemo negare poterit. Hæc villa in *W. Hedæ Hiſt. Epiſc. Vltrai.* p. 28. nominatur Waderloe, et fluuius Dumella, quem in Tabula noſtra Geographica ſecuti ſumus.

2) *Busloth* eſſe videtur vel *Boxtel*, vel *Boekoop* ad fluuium Dommel inter Eyndhoven et Siluam ducis ſita.

3) *Bocanſchot* fuerit oportet *Baerſchot* duo circiter milliaria verſus meridiem ab vrbe Silua ducis reperiundus vicus.

4) *Hinesloten* habemus pro vico *Hoogloen*, duo milliaria circiter ſito ab oppido Eyndhoven verſus occidentem.

5) *Alpheim* eſt *Alphen* locus tria circiter milliaria remotus ab vrbe Breda orientem verſus.

6) *Diorna ſuper fluuium Digena*, eſt *Dieſſen*, iter dimidiæ horæ ſeiunctus ab oppidulo Hilvarenbeek. Denique eis

7) villam *Budilio* addimus e diplomate Karoli M. per quam vicum *Buel*, ſitum inter Hamont et Weert oppida, deſignari intelligimus, inde ab vrbe Rœrmonde tria milliaria, et quod excurrit, reperiundum.

Alter pagus, ad pagum maiorem *Bragbanto* relatus, eſt *pagus Rienſis*. Ad pagum Bragbanto eundem ſpectaſſe pagum, patet partim ex *Antwerpe caſtello*, quod tam pago *Bragbanto*, quam pago *Rienſi*, tribuitur, partim e villa *Blowanſcote*, quam *in Bragbanto in pago Rienſi* exſtitiſſe, Saracho noſter in ſuo Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis nos docuit. Sunt autem villæ, ad pagum *Rienſem* relatæ, ſequentes præterea: De pago Rienſi ad pagum Bragbanto ſpectante.

1) *Blowanſcote* eſt *Blommeſchot* duo circiter milliaria ab vrbe Antwerpa verſus orientem locus, inter Wechelerzande, Lille, Viſpelin, Crabbels, Pulderboſch et Soerſel ſitus.

2) *Boucholt* ad annum 974 eſt villa *Bouhaut*, duo milliaria ab vrbe Antwerpia, et vnum milliare ab oppido Lier reperiunda.

3) Flumen *Nutta* eſt fluuius *Nothe*, qui intra oppidum Lier recipit riuum Nethe, et ſe in Dile et tandem in Scaldim fluuios exonerat.

4) *Caſtellum Antwerpo* eſt Antwerpia ad Scaldim ſita vrbs celebratiſſima, quæ procul dubio etiam *marcæ Antuerpa* nomen dedit, cuius meminit Annaliſta Saxo Tom. I. Eccardi p. 525, referens ad annum 1076, *cæſarem Heinricum ducatum Lotharingiæ filio ſuo Conrado, marcam vero, quæ Antverpa dicitur, Godefrido conſobrino Gocelonis ſeu Godefridi ducis, impigro ad rem militarem adoleſcenti, tradidiſſe, qui etiam poſtea Lotharingiæ ducatum obtinuerit.*

5) Erat in eodem pago *Rienſi* fluuius *Scalde*, id eſt, flumen Schelde, cuius etiam pars quædam ad pagum noſtrum ſpectauit.

6) *Baewalde*, quæ probabiliſſime erit locus *Bauwel*, duo milliaria ab oppido Lier ſitus orientem verſus.

7) *Winnelincheime* erit vel Wommelgem, vel Wynegem villæ, vnum milliare et quod excurrit ab vrbe Antwerpa exiſtentes verſus orientem.

8) *Furgulare* habemus pro *Vogelenſank* non procul ab vrbe prædicta reperiundo vico verſus meridiem. Infra eundem comitatum ſiue pagum *Rienſem* Anfridus Traiectenſis epiſcopus, e ſtirpe Widikindea oriundus, quandam ſui iuris hereditatem in villis *Weſterlo*, *Oldlobolo*, *Mierbeke*, *Hoybeck* (*Honbecke*) et *Borchte* anno 994 ſeu 997 tradidit eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſanctique Martini in Traiecto, teſte diplomate, in *W. Hedæ Hiſtor. Epiſcop. Vltrai.* p. 93, et in *Miræi Opp. Diplom.* Tom. I. p. 52. reperiundo. Ex his eſt

9) villa *Weſterlo* vicus *Weſterloo* ad fluuium Nethe, duo milliaria cum dimidio diſtans ab oppido Lier.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

10) *Oldlobolo* verisimillime erit Oosterloo ad eundem fluuium reperiundus locus.

11) *Mierbeke* seu *Mirenbecke*, vti Heda legit, est vicus *Meerbeck*, ad idem fluuium obuius.

12) *Hoybeck*, seu, vt Heda habet, *Honbecke* erit vel *Heulken* in altera fluuii Nethe ripa non procul a Meerbeck existens, vel *Hoboken* haud procul a supra dicta villa Vogelensank reperiunda. Hæc, non illa, placet. Denique autem erit

13) *Borchte*, *Borcht* ad fluuium Scaldim non procul ab Hoboken villa, iter vnius horæ ab vrbe Antwerpa obuia.

Villæ ad pagum Bragbanto spectantes.

Ad ipsum *pagum Bragbanto* referuntur

1) villa *Dorp*, quam Falquinus quidam anno 950 tradidit monasterio Gamblacensi, hodie dicto Gemblours, olim Leodiensis, hodie Namurcensis, dioeceseos in Brabantia. *Dorp* erit vicus *Dvorpe*, duo milliaria et quod excurrit situs ab vrbe Bruxellis.

2) *Filfurdo* erat teste diplomate Caroli M. regnantis anno quinto in pago Bragbando. Vide sis diploma in Lunigs Reichs Archiv Spic. Eccles. Cont. I. p. 1141 seq. Hæc villa procul dubio est oppidum *Vilvorden* inter Bruxellas et Mechlinium vrbes obuium.

3) *Alostum* erit *Aelst* seu Alost oppidum situm ad fluuium Dendre, qui se Teneramundæ exonerat in Scaldim.

4) *Brucsella* est vrbs *Brussel*, totius Brabantiæ metropolis.

5) *Ganda* absque dubio erit *Gent* vrbs notissima, hodie spectans ad Flandriam Austriacam.

6) *castrum Louanicum* esse vrbem *Louanium*, gallice *Louvain*, et teutonice dictam *Loewen*, nemo negare poterit.

7) *Malisne* absque controuersia erit vrbs *Mechlinium*, gallice *Malines*, et teutonice *Mecheln* dicta, sita ad fluuium Dile in Brabantia.

8) *Condatum* erit vrbs Condet, gallice dicta Conde, sita ad Scaldim in Hannonia gallica.

9) *Niviola* hodie dicitur *Nivelle*, quatuor circiter milliaria sita ab vrbe Brussel versus meridiem. Plures villas addere, in præsentiarum superuacaneum esse videtur. Longitudo et latitudo pagi nostri *Bragbanto* e dictis satis superque elucescit.

De pago Masao in Inferiori Terra.

Progredimur ad pagum *Masao*, qui in veterum documentis nuncupatur modo pagus *Masagowi*, modo *Masagove*, modo *Masanorum*, modo *Masagobbi*, modo *Mose*, modo *Maso*, modo *Maselant*, modo *Masagao*, modo *Mosgaua*, modo *Mosau*, et modo *Mosanus*. Saracho noster in suo Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis eundem pagum appellauit *Masao*, quod nomen in Tabula nostra Geographica retinuimus. A fluuio *Mosa*, hodie dicto die *Maes*, eundem pagum nomen accepisse, constat inter omnes, qui eundem probe dignoscere sciunt a *pago Mosalgowe*, cui nomen inditum a fluuio *Mosella*, teutonice dicto die Mosel. *Pagum Masao* in superiorem atque inferiorem pagum esse diuisum, patet e diuisione regni Lotharii facta anno 870, quam vide apud Baluzium Capit. Regum Francorum Tom. II. p. 221, Miræum Opp. Diplom. Tom. I. p. 28. atque alios. Ad pagum *Masao* siue Maso refertur anno 855

1) *Monasterium Berg super fluuium Rura.* Fluuius *Rura* est flumen *Roer*, quod ad vrbem Roermunde influit Mosam, et monasterium *Berg* erit celebris abbatia, quæ hodie appellatur S. *Odilienberg*. In Traditionibus Fuldensibus I. F. Schannati p. 312. num. 14. *in pago Masao iuxta fluuen More* (lege Mose) positas inuenimus villas *Blaricge*, *Walare* et *Ostan bretana*.

2) *Bla-*

2) *Blaricge* eſt procul dubio *Blerik* vicus, ad Moſam haud procul ab oppido Venlo ſitus inter Baerle, Brey, et caſtellum S. Michael. gubernante Corbeiam Adalgario.

3) *Walare*, eſſe poterit *Viller* villa obuia haud procul ab oppido Gennep, ſeu *Weel* ad Moſam reperiunda inter Blitterswyk, Wanſen, Geeſtern, Aeyn, Helſum, Hekeren, Wees, Wiſſen, Kevelaer, Tuiſten et Vorſt.

4) *Oſtanbretana* autem villa videtur eſſe *Oſſenbroek* vicus, ſitus non procul ab oppido Cleef inter Freudenberg, Bebber, Opthau, oppidum Cleef, Kellen, Wardt, et Haſſert in ducatu Clivenſi. Eginhardus tribuit pago *Maſano*.

5) *locum Gangluden*, qui nobis videtur fuiſſe *Gangel*, ſitus inter oppida Venlo et Roermonde, ſiue potius inter vicos Baerle, Holthuſen, Keſſel, Neer, Keyſersboſch, Myl, et Helden. Teſte Sarachonis Regiſtro B. et P. Abb. Corb.

6) *Lunni* villa erat *in pago Maſao*, quam fuiſſe putamus vicum *Leunen*, ſitum duo milliaria ab oppido Venlo verſus ſeptentrionem inter Oerle, Tinray, Caſtenrey, Horſt, Severum, Lieſſel, Vlierden, Durne, Grotenberg, Marſel et Venroy. Denique

7) *Traiecta* anno 896 *in pago Maſeland* nulla videtur alia fuiſſe villa, quam vrbs Traiectum ad Moſam, hodie dicta Maſtric. Plura de hoc pago addere a ſcopo noſtro alienum eſt.

Pago *Maſagowi* conterminus erat *pagus maior Riboarienſis*. Maiorem eundem fuiſſe pagum, alios pagos ſub ſe comprehendentem, patet ex eo, quod *pagum Bunnenſem* et *pagum Ruricgowe* in pago exſtitiſſe Riboarienſi, diplomata docent. Teſte diplomate authentico cæſaris Hlotharii, quod ſupra exhibuimus, villa *Caſtenicha erat in pago Riboarienſi* et *in comitatu* ſeu pago *Bunnenſi*, de qua villa et pago etiam ſupra egimus. Quidquid enim hic C. F. Paulini aliique de pago Rittbarienſi blaterant, nugæ ſunt, quippe quæ cum litteris authenticis parum conueniunt. Abbatia *Werthina* erat *in pago Ripuariorum*, Chartulario Werthinenſi teſte Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 102, vbi etiam p. 108 *Werithina* et *Lopanheldi*, p. 110 *Heslingi ſuper fluuio Rura*, p. 110 *Hernatſcet ſuper ripam fluminis Rura*, item *Heſtrateſcethe*, p. 111 villa *Menithinin* ſuper ripam Ruræ, p. 112 *Witi* et p. 115 locus *Tottenthorra* et *villa Fislaca* eidem pago *Riporum* tribuuntur, quibus villis addendæ ſunt e Vita Ludouici pii *Flameresheim*, *Aquisgranum*, et *Duria*, quibus, ſi placet, adnectenda eſt curtis *Will*, quæ anno 1138 erat *in pago Ribarienſi* in comitatu Adelberti comitis, teſte diplomate, quod exhibuit J. C. Lunig im Reichs-Archiv Spic. Eccleſ. P. II im Anhang p. 304. De pago Riboariensi.

In pago Ruricho in loco, qui dicitur *Werthina*, ſuper fluuium *Rura* in ſilua *Weſtwald* eccleſiam et monaſterium ædificandi Luidgero Mimigerneſordenſi epiſcopo ius concedit Carolus imperator auguſtus, et ad perficiendum in eodem loco monaſterium res ſuas proprias, id eſt, fiſcum ſuum, qui vocatur Lothuſa, in pago Brabant cum omni integritate in proprietatem donat circa annum 802, teſte diplomate in Lunigs Reichs-Archiv Spic. Eccleſ. P. III p. 691. In eodem pago *Ruricgao* in villa *Fiſclaco* particulam hereditatis ſuæ Sigihard tradit ad eccleſiam in loco, qui dicitur *Werthina in pago Ruricgao in ducatu Ripiariorum*, vbi Hildegrinus et Gerfridus epiſcopi rectores præeſſe videntur, ad annum 819 teſte diplomate in Lunigs Reichs-Archiv l. c. p. 692. Anno 1065 in pago *Rurigaue* et in comitatu *Herimanni* comitis palatini erat curtis regia *Tusburch*, teſte diplomate, quod allegat Dominus Georgiſch in Regeſtis Chronologico-diplomaticis p. 404. In eodem pago *Ruricgoa* erant, teſte Chartulario Werthinenſi Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 109 *Burgbeki* riuulus, p. 112 *Witi* villa, p. 114 *Podrebeci* et Farnthrapa flumina, p. 120 *Menithinna* villa, p. 101 ſeq. locus *Diapenbeci* in ripa Rura, p. 103 ſilua *Hoiſſi* in aquilonali ripa fluminis Ruræ, p. 106 villa *Firlacu* iuxta ripam fluuii Ruræ, et p. 107 *Weldi*. De ſitu harum villarum quædam adiungere volupe erit. De pago Ruricgowe.

1) *Werthina* eſt celeberrima abbatia Werden, ad Ruram ſita in comitatu Marcano, et diœceſeos Colonienſes, cuius abbas inter immediatos S. R. imperii proceres refertur. Villæ in pago Riboarienſi.

2) *Lopanheldi* erit probabiliſſime *Lipperheyd*, locus vnum circiter milliare ſitus ab abbatia Eſſen in eodem comitatu Marcano.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

3) *Herlingi* est vicus *Herling*, iter vnius horæ ab abbatia Werden reperiundus versus septentrionem.

4) *Hernatscet* villam fuisse *Hetterscheid* itidem iter vnius horæ ab abbatia Werden sitam versus meridiem, putamus.

5) *Hestratescethe* erit verisimillime *Egerscheid*, iter vnius horæ villa obuia ab Hetterscheid occidentem versus.

6) *Menithinin* erit vel *Mintert*, vnum milliare sita ab oppido Werden ad Ruram, vel *Menden* ad eundem fluuium reperiunda in ducatu Westfaliæ. Illa, non hæc, placet.

7) *Witi* est locus *Witen* in comitatu Marcano, tria milliaria et quod excurrit dissitus ab abbatia Werden orientem versus.

8) *Tottenthorra* fortassis est locus, qui hodie dicitur *in den Dornen*, situs ad fluuium Wupper in ducatu Montensi. Videant et iudicent de ea docti Werthinenses.

9) *Fislaca*, est probabilissime locus *Vischel* in archiepiscopatu Colonienſi tria circiter milliaria reperiundus ab vrbe Dusseldorp occidentem versus.

10) *Flamersheim* habemus pro loco *Flamersheim* in ducatu Iuliaco, vnum milliare sito ab oppido Munster-eiffel versus septentrionem, et tria circiter milliaria ab vrbe Dueren versus meridiem.

11) *Aquisgranum* absque dubio est vrbs celebratissima *Aken* inter vrbes S. R. Imperii liberas primaria.

12) *Duria* est oppidum *Dueren* in ducatu Iuliaco, situm ad flumen dictum die Roer, quod ad vrbem Roermundam ebibitur a fluuio Mosa, vti iam supra diximus. Tandem

13) villa *Will* esse poterit *Weel* ad flumen Mosa in ducatu Geldriæ sita, vel *Wiler* in archiepiscopatu Colonienſi sita ab vrbe metropoli Colonia duo circiter milliaria septentrionem versus, vel *Wehlen* in comitatu Recklinghusen ad fluuium Imser conspicua. E dictis patet, pagum *Riboarienſem* seu *Ripuariorum* fuisse ampliſſimum pagum inter flumina Mosam, Rhenum et Lippiam, disterminatum, aliosque pagos minores sub se comprehendisse.

Villæ in pago Ruricgowe.

Ad specialem pagum *Ruricgowe* spectarunt cum abbatia *Werthina* prædicta

1) *silua Weneswald*, quæ est procul dubio saltus iuxta fluuium Rura, quem S. Ludgerus, *data alia terra possessori*, comparauit, arborum opacitate et siluarum densitate vndique concluſum, in quo arboribus dirutis idem vir sanctus monasterium fieri curauit, teste Altfrido monasterienſi episcopo in Vita S. Ludgeri Tom. I. Script. Rerum Brunsuic. Leibnitii p. 98. seq.

2) *Fiſclaco* est locus *Vischel*, de quo iam supra num. 9. egimus. Patet ex hac villa, pagum *Ruricgowe* se etiam vsque in terram archiepiscopatus Colonienſis extendisse.

3) *Tusburch* est procul dubio vrbs *Duysburg*, ad fluuium Ruram sita, ob academiam ibi florentem celebratissima.

4) *Burgbeki* riuulus est riuus haud procul ab abbatia Werthinenſi influens Ruram.

5) *Witi* villa erit *Witen* iam supra num. 7 memorata.

6) et 7) *Podrebeci* et *Farntrapa* flumina sunt riui in saltu Weneswald non procul ab abbatia Werthina se miscentes cum fluuio Rura.

8) *Menithinna* villa erit eadem, cuius iam supra inter villas Riboarienſes num. 6 mentionem iniecimus.

9) *Diapenbeci*, riuus in ripam Ruræ euadens, est riuus haud procul a vico Schelenberg cum flumine se miscens prædicto.

10) *Hoissi* silua in aquilonali parte fluminis Ruræ.

11) *Fir-*

11) *Fislacu* villa iuxta ripam fluminis Ruræ, et

12) *Weldi* locus adhuc latent in obſcuro. Rogamus doctos Werthinenſes, vt ſtudioſius in ſitum iſtarum villarum inquirant. *Weldi* eſſe poterit Wald in ducatu Montenſi locus, ſitus inter Medman et Solingen.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Progredimur ad *pagum Wironi*, qui orientem verſus conterminus erat pago *Hameland*. Ad Freſiam hic pagus Wirenſis refertur in Tradition. Fuldenſ. I. F. Schannati p. 312. num. 2, vbi aſſeritur, quendam Gebi in eodem pago bona quædam tradidiſſe eccleſiæ Fuldenſi. Et eadem pagina num. 8 quædam largiti ſunt eidem eccleſiæ Iſanbald eiusque vxor Sigibirn *in pago Wirah* in villa *Broncelar*, atque pag. cit. num. 5. in pago *Wironi* erat villa *Witulfintfurt*, pagina autem 316 num. 60 nominatur hic pagus Wirenſis, in quo Gebo quidam bona quædam tradidit, villa autem, in qua eadem bona fuerunt, omittitur. Fortaſſis huic pago nomen inditum erat a loco *Wird*, cuius eædem Traditiones p. 312 num. 6 aliaque documenta mentionem iniiciunt, qui nobis videtur eſſe oppidum Werd, in Monaſterienſi epiſcopatu ſitum ad vetus flumen Yſſel haud procul ab vrbe Aenholt, ſede quorundam quondam comitum de Anholt vaſallorum Corbeienſium in comitatu Zutphanienſi. *Witulfintfurt* autem erit *Wilvoort*, in eodem comitatu locus, vix iter vnius horæ ab oppido Brevoort verſus orientem reperiundus. Villa vero *Broncelar* probabiliſſime eſt *Boetzlar* locus, in ducatu Cleve trans Rhenum inter Weſaliam atque Emmerich oppida obuius.

De pago Wironi in Belg. Fœderato.

Hiſce poſitis, pago *Wironi* ſeptentrionem verſus contiguus fuit *pagus Tochingen*. Ad Freſiam quoque hunc pagum ſpectaſſe, e Traditionibus Fuldenſibus Schannati patet, in quibus pag. 313 num. 12 refertur, quendam Wolfraban bona quædam tradidiſſe *in pago Tochingen in villa Waltheim*, et pag. 314 num. 41 tradunt Marcwart et Vppo in *Orlinguerba in pago Tokingen* bona quædam, atque eadem pag. 314 num. 44 tradidit Wolfhelm bona quædam *in pago Tokingen* in *Tippincheim* et *Tunenwert*, quæ villa Tippincheim l. c. p. 315 num. 53 appellatur *Dipbingheim*, et tandem l. c. p. 316 num. 71 quidam Nohtleib pro vxore ſua Lutgarda quædam tradidit *in pago Tockingen* in villa *Waltheim*.

De pago Tochingen in Belgio Fœderato.

Villa *Waltheim* nulla videtur alia fuiſſe quam vicus *Weldam*, in Tranſiſalania ſitus haud procul ab oppido Goor inter Peckedam, Struivelaer, Goor, Olidam, Weckdam et Nienhus. *Orlingwerba* eſſe videtur *Olidam* villa iam dicta. Multis enim villis in Belgio veteri ſyllaba Dam recentioribus temporibus addita eſt a crebris aggeribus, adverſus aquæ impetum atque inundationes circa eas conſtructis. *Tippencheim* ſeu *Dipbingheim* (vna enim eademque villa videtur) eſt procul dubio locus *Diepenhem* in Tranſiſalania ſitus vnum milliare ab oppido Borckeloo in comitatu Zutphaniæ verſus Aquilonem. *Tunenwert* autem villa ſi non eſt locus *Tuvelaar* ſeu *Stuvelaar* non procul ab oppido Goor reperiundus, deſolatus erit, cuius ſitum nondum explorare potuimus.

Relicto pago *Tochingen*, pedem proferimus in *pagum* contiguum *Twente*. In eodem Belgii Fœderati tractu, qui vſque in hodiernum diem appellatur die *Twente*, exſtitiſſe hunc pagum, id omni caret dubio, et probant id villæ, ad hunc pagum relatæ. Illæ ſunt

De pago Twente in Belg. Fœderato.

1) villa *Aldeſale*, in qua S. Lebuinus anno 766 mortuus eſt, vti ſupra §. 3. not. (d) vidimus. Ea eſt abſque controuerſia locus *Oldenſael*, in Twentia ſitus.

2) Erat in eodem pago Twente anno 1006 villa *Rumelo*, et

3) ſilua *Fugenboute*, teſte diplomate Ansfridi Traiectenſis epiſcopi ſupra inſerto. Eſt autem *Rumelo* locus *Roomolo*, ab oppido Oldenſael tria circiter milliaria ſitus verſus meridiem, qua in regione eſt etiam ſilua, quam pro ſaltu *Fugenhoute* habemus.

4) Spectabat ad eundem pagum *Thuente* locus *Gore* infra comitatum Godeſcalci comitis, quem circa annum 1046 clericus quidam Adolphus militis officio functus tradidit eccleſiæ Traiectenſi cum conuenientia heredis ſuæ *Wiburgis abbatiſſæ de Frikenhurſt*, per manum aduocati ſui Walonis, teſtante diplomate in Wilh. Hedæ Hiſtoria Epiſcoporum Vltraiect. p. 127 ſeq. Hic locus *Gore* nullus

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

nullus esse alius poterit, quam oppidum *Goor* in Transisalania tria circiter milliaria situm ab oppido Oldensael versus occidentem.

De pago Thrente in Belgio Fœderato.

Huic pago *Twente* contiguus erat *pagus Thrente.* Multæ villæ huius pagi in diplomatibus et chartis veterum, plurimæ autem in Sarachonis Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis reperiuntur, quas heic prima vice in lucem emittere volumus, e quibus patebit, eundem *pagum Thrente* quondam in ea Belgii Fœderati parte, quæ nuncupatur die *Drente*, exstitisse. S. Ansgarius noster hunc pagum appellat *Thrianta*, quando in Vita S. Willehadi a pag. 656 vsque 659 refert, *Willehadum ex Anglia venisse in Fresiam ad locum Docyncyrca vocatum in pago Hostracha, vbi iam olim martyrio coronatus D. Bonifacius episcopus, inde vero procedentem transiisse fluuium Louecke, et venisse ad locum Humarcha, ibique secundum morem gentilium sortem super eo esse missum, viuere an mori deberet, quia dixisset, insanum et vanum esse, a lapidibus auxilium petere, et a simulacris mutis et surdis subsidii sperare solatium, denique vero inde transientem Willehadum venisse Thrianta, qua in regione eundem verbum domini prædicasse, barbaros autem eum interimere, atque euaginato gladio illi caput abscindere tentasse, eorque corrigiam quidem capsæ cum sanctis reliquiis in collo suspensæ præcidisse, collum vero S. Willehadi non vulnerasse.* In Chartulario Werthinensi Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 119 hic pagus appellatur *Threant*, et eidem tribuitur villa *Arlo*, quæ probabilissime est vicus *Annen* in Drentia tria circiter milliaria situs ab vrbe Groninga versus meridiem. *Heinricus* rex interdicit anno 1006, vt nullus comitum aliorumue quorumcunque hominum in *pago Thrente* nuncupato et *in comitatu Baldrici*, ceruos, vrsos et apros insuper et bestias, quæ teutonice Elo et Scelo appellantur, absque *Anfridi Traiectensis* ecclesiæ antistitis permissu venari præsumat, teste diplomate in Wilh. Hedæ Histor. Episc. Vltrai. p. 101. Idem imperator Heinricus anno 1024 interuentu coniugis suæ *Cunigundæ*, et *Adelboldi Traiectensis* ecclesiæ episcopi, ac *Haymonis* Verdunensis episcopi, et fidelis *comitis* sui *Bertolphi* dedit ac concessit ecclesiæ Traiectensi comitatum de *Thrente*, vti videre est e diplomate l. c. reperiundo p. 112 seq. Rex *Heinricus III* anno 1046 interuentu coniugis suæ *Agnetis* reginæ *Bernoldo* Traiectensis ecclesiæ præsuli comitatum, qui post obitum *Goselini ducis* suæ ditioni in *Trente* visus est subiacere, perpetualiter habendum tradidit, vti patet e diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 124 seq. Idem *Heinricus* rex iam anno 1040 pro patris sui *Conradi* imperatoris anima *Bernoldo* Traiectensis ecclesiæ episcopo donauerat prædia in *Uphelte*, *Witthelte* et *Pitheloi*, quæ Ulfo et frater eius *in comitatu Trente* tenuerant, itemque prædia *Lintherunge* et *Euen*, quæ Ulfo et frater eius *in comitatu Radolphi* possederant, et quicquid de eorum prædio erat inter *Emese* et *Laueke*, testantibus diplomatibus apud Hedam l. c. p. 120 seq. Tandem eodem anno *Heinricus* ecclesiæ Traiectensi pro remedio animæ patris sui *Conradi* imperatoris, cuius ventris interiora in eadem sepeliuerat ecclesia, tale prædium, quale visus fuit tenere in villa *Groninga* nuncupata *in comitatu Thrente* situm, libera manu donando concessit, teste diplomate l. c. p. 121 seq. Inter has villas

1) *Uphelte* est Uffelte in Drentia, quatuor circiter milliaria ab vrbe Coevorden versus orientem sita.

2) *Witthelte* erit Witholte iter duarum horarum obuia a loco Uffelte versus aquilonem.

3) *Pitheloi* habemus pro *Pitteloo*, itidem in Drentia reperiunda duo milliaria et quod excurrit ab vrbe Groninga versus meridiem.

4) *Lintherunge* erit probabilissime *Lieveren* locus situs duo milliaria a Pitteloo versus septentrionem.

5) *Euen* videtur fuisse locus *Amen* non procul existens a villa Assen, de qua infra dicemus plura.

6) *Groninga* absque dubio erit vrbs celebratissima *Groningen*, quæ quidem hodie ad Drentiam non spectat, olim autem, vti e diplomate supra citato patet, ad pagum Thrente relata fuit. Hisce villis ex Abbatis nostri Sarachonis Registro Bonorum et prouentuum abbatiæ Corbeiensis addimus sequentes, et quidem

7) *Me-*

7) *Mepbin* villam, quam probe diſcernas velim ab abbatia *Meppia*, quæ olim ſita erat in pago Agrotingun ad Emiſam flumen, hodie in epiſcopatu Monaſterienſi. *Mepbin in pago Threnie* erit oppidum *Meppel* in Drentia quinque milliaria ab vrbe Cœvorden verſus occidentem ſitum. guber-nante Corbeiam Adalgario.

8) *Harun* eſt *Haren* locus reperiundus non procul ab vrbe Groninga.

9) *Vollun* videtur fuiſſe locus *Valter* in Drentia haud procul a fortalitio dicto Valterſchans disiunctus.

10) *Roccun* villam habemus pro loco *Roon* ſito vnum milliare ab vrbe Groninga in Drentia.

11) *Burtnun* eſſe poterit *Bunne* locus duo circiter milliaria reperiundus ab eadem vrbe Groninga verſus meridiem.

12) *Deringon* nobis videtur fuiſſe locus *Dieveren* ſitus non procul a Witholte, cuius iam ſupra mentionem iniecimus.

13) *Huleſdon* eſſe videtur *Hauelte* locus obuius ab oppido Meppel vnum milliare verſus aquilonem.

14) *Birſun* fortaſſis eſt *Buyne*, itidem in Drentia exiſtens quatuor milliaria ab vrbe Coevorden verſus ſeptentrionem.

15) *Hwinni* poterit eſſe, abiecta littera H, *Weende* in Weſterwaldia ſitus locus, vel *Witten* in Drentia reperiundus non procul ab Aſſen vico.

16) *Aſtnun* habemus pro *Aſſen* exiſtente in Drentia tria milliaria ab vrbe Groninga verſus meridiem.

17) *Hallithe* nobis videtur fuiſſe locus *Halen*, verſus meridiem ſitus vnum milliare ab Aſſen vico.

18) *Wachendorpe*, ſi non eſt locus Wenneperveen æquali fere itinere inter Vollenhove ad mare dictum de Zuyderzee, et Meppel ſitus, nobis eſt incognita.

19) *Werderewalde* eſt procul dubio locus *Weſteruelde* in Drentia, ad tria milliaria reperiundus ab vrbe Groninga.

20) *Lodon* erit Loo non procul ab Aſſen vico.

21) *Burgiri* hodie appellatur *Borger*, vnum circiter milliare conſpicua a fortalitio Valterſchans.

22) *Anlidun* eſt villa *Anlo* tria milliaria obuia ab vrbe Groninga verſus meridiem.

23) *Gallinchuſen* villa adhuc latet in obſcuro. Licet enim in Drentia reperiantur loca Goeſinge, Gyſſelte, Kochingen, Gees, Grollo, Gaſſelte, Gieten, Gaſteren et Glimme, vti didicimus e litteris docti amici ex hibernis Drentianis annis ſuperioribus ad nos datis, nihil tamen definimus. Doctos dominos Groningenſes, vt nos certiora doceant, heic publice rogamus, qui etiam

24) et 25) ſitum villarum *Finnun* et *Burgun* inueſtigare poterunt, ſi antiquæ Geographiæ patriæ ſuæ ſunt ſtudioſi atque amantes.

26) *Ferſne* probabiliſſime eſt *Vries* locus, reperiundus duo milliaria Groninga verſus meridiem.

27) *Dalamun* erit vicus *Dalen* non procul ab vrbe Coevorden exiſtens.

28) *Mundeſwide*. Hæc villa nobis quoque incognita eſt. Mundendam locus ſitus inter Groningam et Winſchooten ad pagum Threnie ſpectaſſe non videtur.

29) *Aſderingen* habemus pro *Aldringa* ad vnum milliare ſita ab oppido Wendiſchoten verſus meridiem.

30) *Embini* erit *Emmen*, vnum milliare et quod excurrit ſita ab vrbe Coevorden verſus Aquilonem.

31) *Helderi* habemus pro *Helpen* ne vno quidem lapide disiuncta ab vrbe Groninga verſus meridiem.

32) *Derſ-*

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

32) *Derſmun* villæ ſitus nobis non eſt cognitus.

33) *Bruſſina* villa in eodem pago *Threntе* nobis eſſe videtur locus *Peyſe*, ad vnum milliare ſitus ab vrbe ſæpe dicta Groninga.

34) *Redun* eſt *Ree* illis obuia, qui Groninga proficiſcuntur Aſſam. Sita eſt hæc villa inter loca Vries et Pitteloo.

35) *Dorbun* habemus pro villa *Drouwen*, inter Gaſſelte, Buyne, Borger et Bonne conſpicua.

36) *Alodun* eſſe poterit *Eelde*, vnum milliare et quod excurrit reperiunda ab vrbe Groninga verſus meridiem.

37) *Dude* fuiſſe videtur *Donderen* duo circiter milliaria diſtans verſus meridiem ab vrbe Groninga.

38) *Widropla* eſſe poterit *Weſtrup* ab vrbe Coevorden ſita tria circiter milliaria verſus Aquilonem.

39) *Roggun* fortaſſis eſt *Rohaen* vnum milliare diſtans Groninga.

40) *Dynnun* nobis videtur eſſe *Dunninge*, ad vnum milliare reperiunda ab oppido Meppel verſus orientem.

41) *Walinoon* habemus pro *Pater-Wolde* vnum milliare ſita ab vrbe Groninga verſus meridiem.

42) *Gezzi*, eſt *Gees*, locus vnum milliare exiſtens ab vrbe Coevorden verſus occidentem, et

43) *Anrepe* erit Anrepe villa, non procul reperiunda a loco Aſſen. In omnibus his villis quondam poſſedit abbatia noſtra Corbeienſis multos homines proprios, de quorum fatis plura dicturi ſumus in Clientela Corbeienſi.

De pago Isloi in Belgio fœderato.

Hactenus locuti ſumus de villis, ad pagos *Twente* et *Threntе* ſpectantibus. Reuertimur ad *pagum Isloi*, dictis pagis conterminum. Pleraque autem de hoc pago dicenda iam prælibauit illuſtris Chronici Gottwicenſis auctor, qui eundem pagum *Isloi* in *ſuperiorem* atque *inferiorem* diuiſit, atque aſſeruit, illum ad dextram Iſalæ ſeu Fleui ripam vſque ad eius diuortium in locum Zuyder-Zee, qui etiam hodie *Sallandia* dicitur, hunc autem inter dextrum Iſalæ litus et fluuium Fleuum, a mari auſtrali ſiue Zuyder-Zee, vſque ad vtriuſque fluuii oſtium, ac inter Stauriam et Enchuſam, ſiue inter pagos *Texla* et *Weſtracha* fuiſſe ſitos. Ad *ſuperiorem* pagi *Isloi* tractum retulit auctor citatus villas *Withmundi*, *Renheri* et *Okinni*.

1) *Withmundi* eſt viro illuſtri Witmund prope Zutphen. Quia autem ibi erat pagus Hameland, vti ſupra demonſtrauimus, malumus intelligere locum *Wytman* ne vno quidem milliari ſitum ab vrbe Zwol verſus orientem.

2) *Renheri* nobis fuiſſe videtur *Raen* locus in Sallandia ſitus.

3) *Okinni*, reperiunda Tom. I. Script. R. Brunſuic. Leibnitii p. 102, etiam l. c. p. 116. appellata *Ocanni*, eſt reuerendiſſimo domino auctori citato *Ockenbroeck* inter Ryſſen et Daventriam, quem locum in Tabula noſtra Geographica retinuimus. Fortaſſis autem in cenſum venit *Auckum* villa in Sallandia, ſita vnum milliare et dimidium ab vrbe Zwol verſus orientem. Addimus hiſce e Sarachonis noſtri Regiſtro Bon. et Prouent. Abbatiæ Corbeienſis villas

4) *Aſchendorphe* et

5) *Weſderewalde*, ad pagum *Isloi* relatus. *Weſderewalde* villa probe diſcernenda eſt a *Werderewalde* ad pagum *Threntе* ſpectante. *Werderewalde* in pago *Isloi* eſt locus *Weſteruelt* non procul ab vrbe Zwol reperiundus, in quo homines quidam proprii olim ſpectarunt ad eccleſiam Corbeienſem. *Aſchendorphe* eſt *Aſſendorp* locus haud procul ab eadem vrbe Zwol exiſtens. Eandem autem villam probe diſcernas velim ab *Aſchendorphe* ſiue ab *Aſikinthorpe* villa, quam in his Traditionibus infra §. 474 ad pagum Generalem *Emiſgo*, et ad pagum ſpecialem *Laingo* ſpectaſſe, deprehendimus. Hæc procul dubio eſt locus *Aſchendorp* in Emslandia ad fluuium Emiſam in Monaſterienſi epiſcopatu ſitus. De *Aſchendorpio* in Emslandia ſito eruditiſſime egit ſumme reuerendus ac doctiſſimus dominus *Iodocus Hermannus Nunning* in Monumentorum Monaſterienſium Decuria

ria Prima pag. 94. seqq. cuius egregii libri continuationem summopere exoptamus. Pace autem praestantissimi viri quærimus, an non probabilius nomen villæ *Asikinthorpe* deriuandum sit a quodam Asikone seu Asich, quam ab Aesga siue Aegse nomine, quod lingua Frisonum veteri iudicem seu iudicium denotat. Quærimus praeterea, annon oppidum *Meppia*, quod, teste Altfrido, ad parochiam S. Ludgeri non spectabat, sit oppidum *Mepbin*, supra a nobis ad pagum Thrente relatum? Hoc a villa nostra *Aschendorphe*, ad pagum *Isloi* spectante, sex fere milliaria distat discreta. guber-nante Corbeiam Adalgario.

De locis *pagi Isloi inferioris*, siue comitatu de *Stavero*, seculo XIII ab vndis maris absorpti, e mente Ven. domini auctoris, qui scripsit Chronicon Gottwicense, nullus alius locus memoratur praeter *Stauriam* siue *Stauero*, in littore maris sitam, Westergoviæ prouinciæ adscriptam. Addimus autem ex abbatis nostri Sarachonis Registro B. et P. A. C. villam *Spana*, quæ est vicus *Spangen*, in termino Transisalaniæ quatuor circiter milliaria ab oppido *Staveren* versus orientem disiunctus. Atque ex eo patet, olim totum littus maris Zuyderzee, ab oppido *Staveren* vsque ad vicum *Spangen* decurrens, partem fuisse pagi *Isloi*. Comitatus *Stavero* anno 1077 fuit *Egberti marchionis*, teste diplomate regis Heinrici IV in Wilh. Hedæ *Hist. Ep. Vltrai.* p. 139, cuius interuentu cæsar eundem comitatum, *Egberto* ablatum, tradidit *Conrado*, *Traiectensis* ecclesiæ episcopo. Idem cæsar eidem *Egberto* Frisiæ comitatum, nomine *Oostrogouwe* et *Westrogauwe* inditum, anno 1086 abstulit, et Traiectensi ecclesiæ velut proprium tradidit, teste diplomate eiusdem apud Hedam l. c. p. 140. Heda ibi memorauit, exstare duo alia Heinrici IV de eadem donationis materie diplomata, quorum altero imperator comitatum prædictum, *Egberto* ablatum et Traiectensi ecclesiæ datum, eidem marchioni supplici, veniamque petenti, inuito episcopo *Traiectensi Conrado*, iterum restituerit, et postea huic, ad priorem mentem relapso, denuo ademerit, et eum ecclesiæ prædictæ reddiderit ad annum 1089; altero autem significetur, comitatu *Islegouwe*, quem tenere consueuerat *Egbertus marchio*, hunc per antea dictum imperatorem fuisse priuatum, ipsumque Comitatum denuo Traiectensi episcopo cæsare fuisse donatum anno 1086. Posterius diploma exhibuit Io. Ge. *Eccardus in Historia Geneal. principum Saxoniæ superioris* p. 307, qui etiam recte monuit, eundem *Egbertum* fuisse *Ecbertum*, Brunsuicensem dynastam, Comitem per varios tractus, et Misniæ ac Thuringiæ Marchionem.

Pago inferiori Isloi conterminus erat *pagus Waldahi*. Huius pagi *Waldahi* bona quædam ecclesiæ Fuldensi tradidit quædam Geltswint, ad villam *Wictulfingefurt* sita, testibus *Tradit. Fuldens.* I. F. Schannati p. 316. num. 63. An hic pagus *Waldahi* sit idem, qui anno 943 ab Ottone I in diplomate apud Hedam in *Hist. Episc. Vltrai.* p. 83. seq. adpellatur *pagus Foreslensis*, et in quo erat silua *Fulnaho*, vbi cæsar Baldrico Traiectensi episcopo ceruos, vrsos, capreas, apros, bestias insuper, quæ teutonica lingua *elo* et *schelo* appellantur, venari permisit, id in medio relinquimus. Idem pagus erat conspicuus in comitatu *Euerhardi*. In huius *Euerhardi* comitatu situs erat eodem anno 943 praeterea pagus *Trente*. Putat eam ob rem Heda loco laudato, pagum *Foreslensem* eundem fuisse, qui nominatur *Trente*, quippe in quo, vti supra vidimus, cæsar Heinricus II anno 1006 idem venandi ius concessit ecclesiæ Traiectensi. Quemadmodum vero id veritati non repugnat, vnum comitem habuisse comitatum suum in pagis diuersis, eisque contiguis; ita putamus, *pagum Waldahi* in ea Frisiæ regione quondam exstitisse, quæ hodie *Seven-Wolden* nominatur. Si *pagus Foreslensis* fuit pagus plane diuersus a pagis *Thrente* et *Waldahi*, minutissimum sane eundem fuisse pagum necesse est, fortassis in eo regionis Seven-Wolden tractu reperiundum, cui nomen *Stellingwerf* posteri indiderunt. Sed villa *Fenkiga* huic sententiæ non fauet, quippe quæ haud secus ac villa *Hessiga* in Sarachonis nostri Registro B. et P. A. C. ad *pagum Walderen* refertur. Hunc pagum eundem fuisse arbitramur, qui in *Traditionibus Fuldensibus* nominatur *Waldahi*. Villa *Fenkiga* sine vllo dubio est locus *Finckega*, non procul a fluuio Linde in Seven-Woldia obuius, et ter duo milliaria ab vrbe Staveren versus orientem disiunctus. *Hessiga* videtur esse *Hassche*, locus itidem in Seven-Woldia situs duoque milliaria ab oppido Sloten distans. De pago Waldahi in Belgio fœderato. De pago Foreslensi. De pago Walderen in Belgio fœderato.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Wictulſingefurt autem in loco *Tiallebert*, intra eamdem Seven-Woldiam viſendo, videtur latere.

De pago Weſtracha in Belgio fœderato.

Miſſis autem hiſce, progredimur ad *pagos Weſtrache* et *Oſtrache*, qui pagis Walderen et Thrente fuere contigui. *Pagum Weſtracha partem Freſiæ ducatus* fuiſſe, atque in eo villas *Camminge* et *Hunderi* exſtitiſſe, didicimus ex autographo diplomate cæſaris Hludouuici ad annum 840, ſupra inſerto. Villa *Camminge* eſt locus *Kingma* in tractu, Weſtergoe dicto, diſtans dimidio milliari ab vrbe Franeker verſus orientem. *Hunderi* eſſe videtur *Hiddem* locus, ad mare poſitus, duoque milliaria circiter ab vrbe Franeker verſus meridiem diſcretus.

In *Traditionibus Fuldenſibus* hic pagus pag. 314 num. 35 adpellatur *Weſteriche*. In eo erat villa *Haſalon*. Intra hanc ſita *comes gerhart* bona quædam tradidit eccleſiæ Fuldenſi. Eadem villa l. c. num. 37 appellatur *Haſalun* et ibidem memoratur pagus *Weſterache*, quippe in quibus et in *Huron* bona quædam donarunt eccleſiæ prædictæ Vulpolt, Alptag, et Folcwart pro fratre Otgero. Iiſdem Traditionibus teſtibus p. 315 num. 57, Reginbertus comes hereditatem ſuam largitus eſt eccleſiæ Fuldenſi, ſitam in *Allen*, item in *Huchingen* et *Hetorheim*. Tandem Egilmarus quidam eiusque vxor Goltgart ſita in eiuſdem pagi *Weſtrahe* villa *Hintinloſe* bona quædam tradiderunt eidem eccleſiæ. Hæc vltima villa probabiliſſime eadem eſt, quæ l. c. pag. 313 num. 25 nominatur *Hindohlop ad flumen Mardanga*. Huius nonnihil tradidit quidam Albrih. Nomen hoc contractum fuiſſe videtur ex Alberico. Villa *Haſalon* ſeu *Haſalun* videtur eſſe vicus *Hieſſ lum*, ſitus in tractu Weſtergoë inter oppida Worckum et Bolſwerdt. Villam *Huron* fuiſſe partem pagi Weſtrache, traditiones Fuldenſes non aſſerunt. Quodſi autem id ita eſſet, vellemus deſignare locum *Arum*, vno circiter milliari ſitum et diſtantem ab vrbe Franeker. *Huchingen* eſſe videtur *Hottinga*, æquali fere itinere ſita inter oppida Franeker et Bolſwerdt, et *Heterheim*. *Hettinga* vno milliari cum dimidio reperiunda eſt ab vrbe Franeker progrediendo verſus orientem. *Hintinloſe* videtur eſſe *Hindelopen* oppidum ſitum ad mare. Addère autem his villis omnino debemus locum *Fronekeram*, cuius iam ad annum 1085 meminit diploma Conradi, Traiectenſis epiſcopi, apud Hedam in *Hiſt. Epiſc. Vltraiectenſ.* p. 140. Quamuis enim in hoc diplomate non ſignificetur, eundem locum ad pagum ſpectaſſe *Weſtracha*; nullus tamen dubito, locum *Fronekeram*, omni ex parte villis, ad pagum eundem relatis, cinctum, pagi *Weſtracha* omnino fuiſſe partem.

De pago Oſtrache in Belgio fœderato.

Pagus Oſtrache verſus orientem contiguus erat pago *Weſtrache*. Poſtulat ergo ſeries regionum, vt de villis, ad pagum *Oſtrache* relatis, agamus. In *Actis S. Ludgeri* Tom. I. S. R. Brunſu. Leibnitii p. 86 pagus noſter appellatur *Aſtrache*. In eo et quidem eius loco *Doccinga* S. Bonifacius, martyrio coronatus, ſpiritum reddidit. Deſignari autem pagum *Oſtrache*, patet e verbis l. c. p. 89. Hæc docent, *S. Lutgerum doctorem eccleſiæ eſſe conſtitutum in pago, cui nomen Oſtrache, in loco, vbi S. Bonifacius martyrio eſt coronatus*. S. Anſgarius, noſter Monachus et Hamburgenſis archiepiſcopus, in *Vita et Geſtis S. Willehadi* cap. 3 p. 656 pagum noſtrum ad Freſiam refert, eumque appellat *Hoſtracha*. Locum, vbi D. Bonifacius epiſcopus martyrio fuit coronatus, nominat *Docyncirca*. Addit p. 656 idem, *S. Willehadum, relicto pago Hoſtracha, tranſtiſſe fluuium Louecke, et veniſſe ad locum, dictum Humarcha*. Villa *Doccinga* ſeu *Docyncirca* eſt ſine dubio vllo vrbs *Doccum*, ſita in eo Friſiæ tractu, quem hodie nominant *Ooſtergoë*. In eadem regione pagum noſtrum Oſtrache exſtitiſſe, nemo facile dubitat. Eandem regionem diſterminat a tractu, dicto Groninga, fluuius Lauwers, quem *Loveke* flumen fuiſſe, eſt in aprico poſitum.

Hiſce præmiſſis addendæ ſunt villæ, quæ in veterum chartis ac documentis pago noſtro tribuuntur. In *Traditionibus Fuldenſ.* I. F. Schannati p. 313 num. 19 pagus noſter vocatur *Oſtre*. In hoc ſitam fuiſſe villam *Baltremodorf*, ibi indicatur. Volbraht et filius Iſpram donarunt eius villæ bona quædam eccleſiæ Fuldenſi. Eadem pagina num. 26 pagus noſter appellatur *Oſterriche*. Tradidit enim quidam Reginhart (cuius nomen in familia Widikindea eſt vſitatiſſimum)

mum) eidem eccleſiæ bona quædam, poſita in pagi *Oſterriche* villis *Colleheim*, *Tununfurt*, *Wacheringe*, *Fetervorde*, *Amblum*, item in pago *Oſterriche* in *Metwid*, *Ringesheim* et *Echmari*. Teſtibus eisdem p. 314 num. 40 bona quædam tradiderunt pagi *Oſtrahe*, ſita ad villam *Mereheim*, eidem eccleſiæ Engelramus, Rabenic et Diotwar. Porro p. 315 num. 45 dedit eidem eccleſiæ Rudolfus quidam bona quædam, ſita ad *Walheim* villam *pagi Oſtrache*, quibus bonis l. c. num. 50 Bubo quidam ſitam in pago *Oſtrahe in marcha Runwerde* addidit quinque boum terram, quam illi tradiderat Helmſwint in hereditatem. Non minus pag. eadem num. 55 Sigerep eccleſiæ Fuldenſi bona quædam largitus eſt, ſita in pago *Oſtrache in Werba*. Tandem tradidit teſte p. 316. num. 68 Reginmunt bona quædam eidem eccleſiæ, ſita in pago *Oſtrahe* eiusque locis *Sibinwerde*, *Bintheim*, *Fratruwerde*, in *inſula Ambla*, et *Tunawerde* et peræque in *Longon-mor*. Extricabimus obſcuritatem, quæ his locis ineſt, paullo curatius. guberante Corbeiam Adalgario.

1) *Baltremodorf* eſt *Bieremerterp*, locus, qui vix iter vnius horæ ab oppido Doccum abeſt.

2) *Colleheim* dudum nuncupatur *Collum*. Locus hic itinere duarum horarum verſus orientem ab oppido iam indicato diſtat.

3) *Tununfurt* videtur eſſe vna eademque villa atque *Tunawerde*. Hæc eſt *Tonnawert*, vno circiter milliari ab vrbe Doccum verſus aquilonem remota.

4) *Wacheringe* eſſe videtur *Warregæ*, locus, qui viſitur ad lacum dictum *dat Hempenſer meer*, ab vrbe Leeuwerden vix iter vnius horæ verſus meridiem disiunctus,

5) *Fetervorde* et *Fatruwerde* vna videtur eſſe villa. Habemus eam pro vico *Ferwert*, non procul a mari ſito, verſus occidentem et oppidum Doccum ſpectans.

6) *Amblum* et *Ambla* eſt inſula, *Ameland* vulgo dicta.

7) *Medwid* videtur eſſe *Medum*, villa iter vnius horæ diſtans ab vrbe Leuwardio verſus ſeptentrionem, vel *Marwerd*, locus ab eadem vrbe vno milliari verſus meridiem recedens, vel *Metzela*, haud procul a Bieremerterp obuia.

8) *Ringesheim*, nobis videtur fuiſſe *Rienkama*, locus non procul a villa Tonnawert conſpicuus.

9) *Echmari* haberi poſſit pro loco *Æckmarip*, ſito quidem intra tractum, *Seven-wolden* dictum, vix autem tria milliaria diſtat ab vrbe Leeuwardio verſus meridiem; quanquam et cum eo in arenam prodire nolumus, qui perhibebit, deſignari locum *Ægum*, vno milliari ab vrbe modo dicta meridiem verſus remotum.

10) *Mereheim* eſt *Merrum*, vix iter vnius horæ a loco Ferwert, iam ſupra dicto, meridiem verſus diſtans.

11) *Waltheim* latet in *Olt-wolde*, loco, qui, non procul a vico Collum ſitus, nomen Old-wolde nactus fuit, vt ipſe diſtingueretur ab aliis, in ea regione obuiis, locis, ſcilicet ab Ackerwolde, Murmerwolde, Wolterswolde, Dantumawolde, Veenwolde, et aliis locis.

12) *Marca Runwerde* procul dubio exſtitit in eo Ooſtergoæ tractu, qui vſque in hodiernum diem a loco Rauwert dicitur *Rauwerderhem*, et terminus pagorum *Weſtrache* atque *Oſtrache* videtur fuiſſe.

13) *Werba* erit vel *Wiarda* vel *Wirdum*, duo loca, non procul ab vrbe Leeuwerden verſus meridiem disiuncta.

14) *Sibinwerde* villa eſt. Habemus eam pro loco *Sioerda*, inter Doccum et Leeuwerden vrbes obuio.

15) *Longonmor* Longemeer locus, ſitus eſt inter duo maria, quorum alterum dicitur *Iempenſermeer*, alterum *Bergumermeer*. His villis addendæ ſunt ex abbatis noſtri Sarachonis Regiſtro Bon. et Prov. abbatiæ Corbeienſis aliæ nonnullæ. En eas:

16) *Pharanrodun*,

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

17) *Stadun*,

18) *Burcundun*, et

19) *Hany* in pago Oſtrache.

Hany nobis videtur fuiſſe *Hania*, vnum milliare diſtans ab oppido Doccum verſus occidentem. *Burcundun* eſt *Burum*, locus non procul a flumine Lovecke ſiue Lauwers reperiundus. *Stadun* eſt vel *Stania*, iter vnius horæ diſtans ab Harica villa verſus meridiem, vel *Stania*, obuia non procul a villa Siverda, iam ſupra dicta, verſus Aquilonem. Denique locum *Pharanrodun* habemus pro *Paſſenrhoda*, non procul ab vrbe Leeuwerden verſus ſeptentrionem recedente.

De pago Fedirga in Belgio fœderato.

Hiſce omiſſis, progredimur ad pagos cis fluuium Lauwers ſitos, qui ex noſtra ſententia fuerunt pagi *Fedirga*, *Hugmerchi*, *Hunuga*, *Fivilga*, *Leomerike* et *Tyelle*. Ad Freſiam hos pagos fuiſſe relatos, e veterum documentis eſt perſpicuum. De pago Tyelle teſtantur id Traditiones Fuldenſes. De quatuor prioribus lectorem docuit id ipſum Altfridus monaſterienſis epiſcopus, qui in *Actis S. Ludgeri* T. I. S. R. B. Leibn. p. 90 ita tradidit: *conſtituit glorioſus princeps Karolus Ludgerum doctorem in gente Freſonum ab orientali parte fluminis Labeki ſuper pagos quinque, quorum hæc ſunt vocabula, Hugmerchi, Hunuga, Fuulga Emisga, Fedirga et vnam inſulam, quæ dicitur Bant.* Ad ea verba Leibnitius in not. (S) annotauit, hos pagos in Antwerpienſium eorumque Benedictinorum editione Vitæ S. Ludgeri vocari *Hugmerthi*, *Hunulga*, *Fivilga*, *Emilga*, et *Fedirilga*. De hac locorum differentia tute iudicabis e pronuntiatis ſequentibus. Id iam ſignificamus, in verbis adductis fluuium *Labeki* ſine vllo dubio eundem eſſe, quem S. Anſgarius noſter in verbis ſupra productis appellauerat *Loveke*, hodie dictum *Lauwers*. Inde porro concluſimus, Anſgarium per *Humarcham* indicaſſe pagum *Hugmerchi*. Nemo itaque dubitabit, eoſdem quatuor pagos, qui in orientali parte fluminis *Loveke* ſiti erant, exſtitiſſe cis fluuium Lauwers, et quidem in eo Friſiæ tractu, quem hodie Groningæ et Omlandiæ dynaſtiam appellant.

Pagum autem *Fedirga* in ea illius dynaſtiæ parte fuiſſe putamus, quam hodie dicunt *das Weſter-Quartir*. Id enim comprobant villæ, quas enumerabimus.

1) *Dorpun* in Sarachonis Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis tribuitur pago *Fedirgo*. Hæc procul dubio eſt locus *Dorp*, in orientali parte fluminis Lauwers ſitus. In *Traditionibus Fuldenſibus* I. F. Schannati p. 312 num. 3 traditur Goto quidam eccleſiæ Fuldenſi bona quædam in pago *Fetergowi in marca Nordwalde* in villa *Ceinlete* tradidiſſe. Ibidem num. 14 dedit quædam Alberici frater Rudine, cuius dominus et domina erant Helgricus et Agnes in pago *Federetgewe* in villis *Friſgana* et *Donohuſen*. Secundum eaſdem Traditiones tradidit p. 315 num. 56 Wipuld ſitam in pago *Federgewe* ad villam *Awinge* hereditatem ſuam. Porro p. 316 num. 63 largitus eſſe dicitur Igolt bona quædam, in pago *Federgowe intra marcham Nortwaldo* ad villam *Gelete* ſita. Ad hæc, eadem pagina teſte, tradidit eccleſiæ ſupra dictæ bona ſua Wilo, intra pagum *Federatgewe* in villis *Friſgana* et *Duonhuſen* poſita.

2) *Marca Nordwalde* idem retinet adhuc nomen.

3) villa *Geinlete* alibi vocatur Gelete. Nordwalda marca veriſimillime exſtitit ea in regione, vbi *Noordwolde* locus reperitur, vix iter vnius horæ diſtans ab vrbe Groninga verſus aquilonem. Eadem regio videtur fuiſſe marca ſeu terminus pagorum *Fedirga* et *Thrente*. Vidimus enim ſupra, ipſam vrbem Groningam ad pagum *Thrente* eſſe relatam. *Gelete* eſt fortaſſe locus *Clant*, vnum circiter milliare Groninga verſus occidentem remotus.

4) *Friſganam* villam habemus pro loco *Franſum*, qui non procul a vico *Clant* ſeu *Glant* abeſt.

5) *Donehuſen* ſeu *Duonhuſen* latere videtur in loco *Oude-Alingehuſen* ſeu *Adingehuſen*, vnum milliare et dimidium ab vrbe Groninga verſus ſeptentrionem disiuncto.

6) *Awinge* videtur eſſe *Auma* locus, duo milliaria recedens ab vrbe modo dicta verſus occidentem. His villis adnumerandæ videntur villæ *Helewirt*, *Werthen*

then et *Wiſcuuirt*, quarum mentionem iniecit Altfridus, monaſterienſis epiſcopus, in Actis S. Ludgeri p. 91. In Freſia eas exſtitiſſe, idem Altfridus refert. Videntur illæ pars fuiſſe illorum *quinque pagellorum in Freſia, quos*, eadem pagina teſte, *Ludgerus ad agnitionem veræ et individuæ Trinitatis de gentilitate perduxit*. *Wiſcuuirt* eſſe videtur locus *Visvliet*, ad fluuium Lauwers reperiundus. *Werthen* villa eſt vna ex illis, quæ non procul abſunt a vico Visvliet, et nominantur *Weſter-waert*, *Middel-waert* et *Ooſterwaert*. *Helewirt* latere videtur vel in *Ferwert* vel in *Berwert* vel in *Oxwert*, vel in *Selwert*, vel in *Kenwert*. Hæ omnes villæ in tractu, *Weſter-quartir* dicto, reperiuntur noſtra adhuc ætate. gubernante Corbeiam Adalgario.

Pago Fedirga contiguus erat *pagus Hunusga*. Probabiliſſime hic idem putandus eſt pagus, qui in *Tradit. Fuldenſ.* ad Freſiam refertur, et pag. 315 num. 46 *Hunergewe* appellatur, quippe in quo et quidem in villis *Mitiliſtenheim* et *Huſtinga* ſita quidam Ditmarus bona quædam tradidit eccleſiæ Fuldenſi. *Mitiliſtenheim* eſt *Middelſtum*, locus ab vrbe Groninga duo circiter milliaria diſtans verſus aquilonem. *Huſtinga* eſt *Huiſinghe* locus, ne vno quidem lapide diſtans a loco *Middelſtum* verſus orientem. De pago Hunusga in Belgio fœder.

Regio, vbi quondam *pagus Fivilga* erat, vſque in hodiernum diem nomen antiquum retinet. Nominatur enim *Fivelingoo*. In Abbatis Sarachonis *Regiſtro* B. *et* P. *Abbatiæ Corbeienſis* ad *pagum Fivilga* hæ villæ referuntur, quas adiicio. De pago Fivilga in Belgio fœderato.

1) *Oſtwerdi*
2) *Baccamun*,
3) *Lasdorpe* et
4) *Wahtnun*.

Oſtwerdi eſt *Ooſterwierum* locus, non procul a ſinu Dollert ſitus. *Baccamun* habemus pro vico *Bauckens*, haud procul ab loco Ooſterwierum poſito. *Laſdorpe* videtur eſſe Loſdorp villa vno circiter milliari remota ab oppido Delfzyl verſus occidentem. *Wahtnun* eſt villa *Watum*, ne iter vnius horæ quidem a vico Loſdorp diſtans. Teſte diplomate Heinrici IV ad annum 1057, quod I. C. Lunig exhibet im *Reichs-Archiv Spicil. Eccleſ.* P. I. *im Anhang* p. 83 ſeq. acquiſiuit Adelbertus, archiepiſcopus Bremenſis, *comitiam in Fivelgoë*, et dedit ei licentiam rex conſtituendi duos mercatus, alterum in *Winzehum*, et alterum in *Gerleviſwert*. Hæc villa procul dubio eſt *Garrelsweer*; illa autem videtur eſſe vel *Wirdum* vel *Worcken*. Vterque locus non procul a vico *Garrelsweer* conſpicuus eſt.

Pagus ergo *Hugmerchi* in alio dynaſtiæ Groningenſis atque Omlandienſis tractu non fuit, niſi in eo, qui *Hunſingoo* dicitur. In hoc minor eſt tractus quidam, qui appellatur *de Marren*, qui a pago *Hugmerchi* nomen videtur retinuiſſe. Nullum quidem alium locum, pago *Hugmerchi* inſerendum, hactenus in diplomatibus inuenimus, præter villam *Raginni*. Hanc Saracho in ſuo *Regiſtro* B. *et* P. *Abbatiæ Corbeienſis* eidem pago tribuit. Ea nobis fuiſſe videtur locus *Ranum*, in tractu Hunſingoo obuius. Eapropter credimus, fore, vt nemo reiiciat ſententiam noſtram. Si enim quis nobis obiicere vellet, pagum *Hugmerchi* ponendum eſſe circa ſinum Dollartium, tunc reſpondemus, pagos *Tyelle* ac *Leomerike* eo in tractu fuiſſe. Et de hiſce pagis adhuc quædam reſtant dicenda. De pago Hugmerchi in Belgio fœderato.

Ad *pagum Leomerike* ſpectarunt anno 838 villæ *Thuinæ*, *Alatinge* et *Weſtreheſi*, teſte Wilhelmo Heda in *Hiſtor. Epiſc. Vltraj.* p. 51. *Thuinæ*, ſiue *Twine*, vti in MSto legitur, teſte Bachelio l. c. p. 52, veriſimillime eſt locus *Dune*, hodie dictus *Dune-Brouck*, ſitus ab oppido Winſchoten iter duarum horarum verſus orientem. *Alatinge* dicitur nunc *Addinga*, vnum milliare diſtans ab oppido prædicto verſus meridiem. *Weſtreheſi* nobis videtur eſſe *Weſterlee*, ne vno quidem lapide diſtans ab oppido Winſchoten verſus occidentem. De pago Leomerike in Belgio fœderato.

Denique nobis eſſe probabiliſſimum videtur, Freſiæ *pagum Tyelle* fuiſſe eundem, quem *Traditiones Fuldenſes* I.F. Schannati p. 315 appellant pagum *Tyesle*. Ad pagum *Tyesle* referuntur l. c. num. 51 villæ *Langenmoſe*, *Witmuntheim*, *Kinloren*, *Bretenheim*, *Tyeslemore* et *Lantohi*. Pago *Tyelle* l. c. num. 53 tribuuntur villæ *Lanthoy*, *Lan-* De pago Tyelle in Belgio fœderato.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

genmore, siue Oſtmore, Bretenmor, Witamuntheim, Tyeslemore, Kintloſon et *Gankchala*. Hunc pagum exſtitiſſe quondam circa ſinum Dollartium, probabiliſſimum eſt pronuntiatu. Hic ſinus *Dollart* olim terra erat, multis villis culta, quam anno 1277 funeſtiſſima diluuies in ſinus illius voraginem commutauit. Hodie ſinus Dollart dirimit dynaſtiam Groningæ et Friſiam orientalem. A pago noſtro *Tyelle* probabiliſſime nomina accepere vicus *Dyle* et propugnaculum *Dylerſchantz*. Ab his locis non procul abeſt locus *Stapelmoer*, qui nobis villa *Tyeslemore* videtur fuiſſe. *Bretenmoer* hodie appellatur *Breinermoer*, villa, quam a propugnaculo Dylerſchantz iter vnius horæ et quadrantis horæ abeſſe, referunt. *Langenmore ſiue Oſtmore* videtur eſſe *Uttemoer*, locus in Friſia orientali ſitus intra præfecturam Leere. *Bretenheim* videtur eſſe *Beerte* vel *Beerter Hamrick*. Hæ villæ, ſitæ non procul a propugnaculo Winſchoten intra dynaſtiam Groningæ atque eius magnam veterem præfecturam, dictam *het groote olde Ampt*. *Kintloſen* videtur eſſe *Kleihuſen*, locus reperiundus ad Emiſam fluuium. Villa *Kinloren* videtur fuiſſe ſita non procul a mari, dicto *Suit laerder meer*, qua in regione etiam adhuc reperiuntur villæ Nordlaren, Midlaren et Suidlaren. Villa *Gankchala* videtur eſſe *Gockinga*, locus conſpicuus in Groeningenſi dynaſtia intra magnam veterem præfecturam, iam ſupra dictam. Cum præterea quondam in ea regione, in qua hodie ſinus Dollartius conſpicitur, exſtiterint villæ *Leide*, *Willgum*, *Wynemeer*, et *Wincham*, probabiliſſimum nobis videtur, villam Leide olim appellatam eſſe *Lanthoy*, atque vnam e poſterioribus, *Witmuntheim*, niſi perhibere velis, villam *Witmuntheim* eſſe propugnaculum *Winſchoten*, cuius iam ſupra mentionem iniecimus.

Villæ ad Freſiam olim relatæ.

Hactenus diximus de villis, quæ ad Freſiæ pagos perſpicuis verbis relatæ ſunt. Addendæ porro ſunt eæ villæ, quas quidem Freſiæ partem fuiſſe dicunt. At eidem, quonam in pago eædem ſitæ fuerint, non referunt. Plane de his villis tacere nos potuiſſe, fatemur. Ne autem quid omiſiſſe videamur, nonnihil ex illis maluimus decerpere, quam tacere prorſus. Ea autem tantum modo adferre poſſumus, quæ maximam partem nituntur coniecturis vtcunque probabilibus. Ea igitur, qua gaudeo libertate, alii quoque velim gaudeant, qui aliter de hiſce ſentiunt.

In *Traditionibus Fuldenſibus* I. F. Schannati p. 312 ſeqq. ad Freſiam referuntur villæ ſequentes. En illas:

Adingamora.

1) *Adingamora* eſſe videtur campus circa locum *Addingen* in Grœningæ dynaſtia ſitus. Traditoris nomen erat *Gerbrant*.

Antlida.

2) *Antlida* probabiliter eſt *Andiel* in eadem dynaſtia. Traditor erat *Deodredus comes*.

Auſtmora.

3) *Auſtmora* videtur eſſe *Oſtmore*, ſupra relata ad pagum Tyelle. Traditor eſt idem, qui bona eccleſiæ Fuldenſi dedit in Adingamora.

Bogeheim.

4) *Bogeheim* eſſe videtur *Bockum* in Geldria. Tradidit ſita ad hanc villam bona Burgolf eiusque pater Antulf.

Buntheim.

5) In *Buntheim* obuia tradidit quædam Sigitac. Hæc villa videtur eſſe vel Bente, vel Bunne in Drentia ſita, vel Bentheim locus, a quo comites de Bentheim nomen accepere.

Catwurt.

6) In *Catuuurt* tradidit bona Altfrit pro patre ſuo Ratgerio. *Catwurt* videtur eſſe vel Cotnwert in Weſtfriſia, vel Kenwert in dynaſtia Grœningæ, vel Kotwuurt in Kenemaria.

Citingemoveldo.

7) *Citingemoveldo* fortaſſis eſt locus Kinhell, obuius in Drentia. Traditores erant Frigart eiusque filiæ Friduwic et Friburc eiusque filius *Rudolf*.

Colleheim.

8) *Colleheim*. Eiuſdem nominis villa erat in pago Oſtrache. In hac tradebat bona ſua Reginhart, ac Wolfgartis, fortaſſis Reginharti filia. Niſi hæc placent, villa *Colleheim* quærenda eſt vel in Colham intra Weſtfriſiam, vel in Col-

Coldam, vel in Coldinga intra Friſiam Orientalem, vel in Coldeveen intra Drentiam. gubernante Corbeiam Adalgario.

9) In *Creslinge* ſita tradidit bona idem *Deodredus comes*, qui bona tradiderat, intra Antlidam ſita. Creslinge.

10) *Eintides* eſſe poſſit Enzedel, vel Eſens in Friſia Orientali ſitæ, vel Eſſen, vel Eede in Geldria. Traditor erat eadem Wolfgartis, quæ bona dedit in Colleheim. Eintides.

11) *Fardincheim* fortaſſe eſt Feringa in Græningæ dynaſtia. Traditores erant Eſacha, filia Aronis, et Hera, filia Habonis. Fardincheim.

12) *Finfluze* poterit eſſe Flunix in Friſia Orientali. Traditoris nomen erat Folcrih. Finfluze.

13) *Federfort* eſt fortaſſe villa Fetervorde, quam ſupra deprehendimus in pago Oſtrache obuiam. Deſignari intelligimus locum Ferwert. Traditor erat Ebberih. Federfort.

14) In *Gaddingenheim* bona dedit Liutbrant, et in Gaddingenheim.

15) *Gandingen* Erlof, eiusque coniux Vdalwich. Fortaſſis vna villa eſt Genderingen in comitatu Zutphaniæ, atque altera Genderingen ad flumen Moſam, vel Geſtingen itidem ſita ad fluuium eundem. Gandingen.

16) In *inſula Ganc* tradiderunt eccleſiæ Fuldenſi bona quædam Hera, filia Habonis, Burgolf eiusque pater Antulf, atque Eſacha, filia Aronis. An intelligitur inſula Grind, inter inſulas Flielandt, et Schellinch, et Weſtergoe ſita? Ganc inſula.

17) Dedit eidem eccleſiæ bona Tetta quædam in *Getolfeim*. Gerolfeim.

18) *Gruoſa* eſſe poterit Groeſtra in Weſtfriſia, vel Groyſen, ad Rhenum ſita non procul ab oppido Heuſden. Gruoſa.

19) *Hera* fortaſſis eſt Heres intra Græningæ dynaſtiam. Hera.

20) *Heimes* eſſe poterit Hinnema in Weſtfriſia, vel Heinsbrock in Kennemaria, vel Hemen in Geldria. Traditor eſt eadem Wolfgartis, quæ bona tradidit, ad Colleheim ſita, et Eintides. Heimes.

21) *Heſi* fortaſſis eſt Heſens in Weſtfriſia, vel Hees in Geldria, vel Hees non procul diſtans ab vrbe Noviomago, vel Heſel in Friſia orientali. Elige, cui dicas, tu mihi ſola places. Heſi.

22) *Horgana* videtur eſſe Hoorn haud procul ab Addinga villa, vel Hoorn non procul ab vrbe Groninga, vel Harinma intra Weſtfriſiam, vel Heringa intra Twentiam. Traditor eſt Burgolf filius Antulfi, iam ſupra nominatus. Horgana.

23) *Hura* eſſe videtur Horn, vel Horn in Friſia orientali. Hura erat poſita olim in comitatu Wiccingi, et traditoris nomen Folcrihi, iam ſupra dicti. Hura.

24) *Kinheim* villam habere quis poſſet pro loco Kins in Kennemaria, vel pro Keen in Geldria. Traditor dicitur Folcrih. Kinheim.

25) *Leimſpihlege* eſſe videtur Lemſeele in Zutphania. Traditoris nomen eſt Hangil. Leimſpihlege.

26) In *Leonesbah* tradidit bona Folclint. In *Lionespach* et *Leonespah* tradiderunt bona Burgolf eiusque pater Antulf, item in *Leonipich* tradidit bona Folclint. Fortaſſis tantum ſubſunt duæ villæ, quarum altera eſt Lovenich in Geldria, atque altera Loopich, non procul ab vrbe Montfort poſita. Leoneſbah.

27) *Lintawrde* fuiſſe videtur vel Lichtaerd vel Langwert in Weſtfriſia, vel Lintfort aut Linderte in Geldria. Lintawrde.

28) *Mardanga* fluuius, non procul ab Hindalop hodie dicitur Morra. Traditor erat Albrih. Mardanga fl.

29) Tradidit iuxta *Marescleop* flumen terram eccleſiæ Fuldenſi Gerwic· Locus Marescleop fl.

Ab anno 814 vſque 877 regnante Hludouuico et Mereheim.

Locus Marſchlacht ſitus eſt in Groningæ dynaſtia. Fortaſſis in eadem reperietur fluuius Mareſcleop.

30) In *Mereheim* tradidit bona nonnulla Hiltrih. In pago Oſtrache fuiſſe villam Mereheim, iam ſupra vidimus. An ſit vna eademque, vel an hæc ſit Meer, aut Maren ad Moſam, aut Mormer aut Meeren ad Rhenum, aut Merumer in Groningenſi dynaſtia, aut Merum in Weſtfriſia, id omne in medio relinquimus.

Mermendorf.

31) In *Mermendorf* bona quædam tradidit Adalger. Hæc fortaſſis eſt villa Merenburg, ſita ad mare dictum *dat Leydſche Meer*.

Rochingere marca.

32) In *Rochingere marca* tradidit bona Fridurih. Eadem marca videtur fuiſſe non procul ab vrbe Harlem in ea regione, vbi reperitur Rockerſduen, ſita.

Sasheim.

33) Tradiderunt Altfrit in *Sasheim* l. c. p. 316 num. 6, Bruning in *Sahſingenheim* p. 315 num. 47, et Altfrit pro patre Ratgerio in *Sahſenheim* p. 316 num. 64. An ſemper vna eademque deſignetur villa, non certo ſcimus. Id ſi ita eſſet, intelligere liberet locum Saſſenhem, in Rhynlandia ſitum, vnum milliare Lugduno Batavorum diſtantem.

Scutnfort

34) *Scutnfort* probabiliſſime eſt Schilpfuert in Kenemaria. Traditor erat modo dictus Altfrit, filius Ratgerii.

Seyſt.

35) *Seyſt* eſſe videtur Zeyſt locus, vno milliari, et quod excurrit, ab vrbe Traiecto ad Rhenum verſus orientem discretus.

Sibufurte

36) In *Sibufurte* bona quædam tradidit eccleſiæ Fuldenſi, teſtibus *Tradit. Fuld.* p. 314 num. 31, Folcrip. Hic locus latere videtur in Zybe-Carſpel in Kenemaria.

Texalmore.

37) *Texalmore* ſpectauit ad Tettam. Fortaſſis hic locus ſpectauit ad pagum Texla, per quem intelligimus inſulam Texlam ſignificari.

Thorene.

38) *Thorene* eſſe poſſit Dorn in Geldria, vel Doorn in terra Traiectenſis epiſcopatus, vel Toren non procul ab vrbe Lugduno Batavorum, vel Dornum in Friſia Orientali.

Trilant.

39) In *Trilant* bona tradidit Folcrih. Hæc villa videtur eſſe Dril in tractu, *Tielerwart* dicto, vel Driel ad Moſam, vel Drumel in tractu *Bommelcourt*.

Tumfurte.

40) *Tumfurte* videtur fuiſſe Tonnawert in Weſtfriſia. Traditor eſt modo dictus Folcrih.

Tundwerde.

41) *Tundwerde* videtur eſſe Tierwert in Weſtfriſia. Traditoris nomen eſt Folcrip.

Waleheim.

42) In *Waleheim* tradidit bona quædam Udalwich. Eſſe hæc villa videtur Walsheim, ad Rhenum ſita non procul a Dinxlaken, vel Weel Walle in Friſia orientali.

Weſterkinloſen.

43) *Weſterkinloſen* villa fortaſſis ſpectauit ad pagum Tyelle, in quo obuia erat villa Kinloſen, de qua egimus ſupra.

Wiron.

44) In *Wiron* et *Wireon* tradidit bona ſua Folclint. Fortaſſe eſt vna eademque villa, et denotatur vel Witte Wierum vel Oſter-Wierum in Dynaſtia Græningæ et Omlandiæ. Tandem

Witmunthen.

45) *Withmunthen*, in qua Burgolf filius Antulfi quædam l. c. tradidit eccleſiæ Fuldenſi, eſſe poſſit Witamuntheim in pago Tyelle, vel Withmund in Orientali Friſia, vel Withmund non procul ab vrbe Deventer, vel Wytman in Sallandia.

Weſtanko.

Porro retulit S. Anſgarius noſter in *Vita S. Willehadi* p. 686 ad Freſiam præterea villam *Weſtanko*. Ad hæc erat intra eandem Friſiam villa *Motheim*, teſte quodam inedito diplomate. *Weſtanko* eſſe videtur Weſtergeeſt non procul ab vrbe Doccum, vel Werzinga vno milliari ſita ab vrbe Groninga verſus Aquilonem.

Motheim

Motheim videtur eſſe Medum in tractu, Oſtergoe dicto, non procul ab vrbe Leewardii ſitum.

Carolus

Carolus rex Francorum, Pludellæ reſidens, anno 863 tradidit ad preces comitis Haganonis viro nobili Theodorico, fratri Walgeri principis, eccleſiam *Egmendenſem* et *Kinhem* a *Suuthardeshaga* vſque *Fortrapa*, teſte Iohanne de Beka in *Chronico* p. 28. De fratre Walgeri, Theodorico, Wilhelmus Heda l. c. p. 30 hoc exhibuit ſchema genealogicum: guber-nante Corbe-iamAdal-gario.



Origines comitum Hollandiæ.

Vt ipſe de hoc ſchemate genealogico iudicare queas, annotabimus ſequentia. Teſte diplomate regis Conradi I, *Waltgerus comes* erat anno 914. Confer Hedam in H. E. *Vltraj.* p. 73. Teſte diplomate quodam Ottonis I, l. c. p. 83. anno 944 habuit *Walgerus*, et poſtea *eius filius Radbodus* bona quædam lege beneficii intra pagum Lake et Isla. Teſte diplomate Ottoniano l. c. p. 86 *Waldgerus* eiusque *filius Radbodo*, nec non *Hatto* et illorum anteceſſores ad monaſterium Tiela bona quædam conceſſerant, qui etiam cæſar ad an. 953 profitetur l. c. p. 86 ſeq. ſe iam olim cuidam *Walgero* bona quædam in Amuda in beneficium conceſſiſſe, atque *Hattoni* terram in *Eki* pro ſui ipſius commiſſo abſtuliſſe. Anno 975 erat *Ruatbodo comes in pago Inſterlake*, teſte diplomate Ottoniano apud eundem Hedam l. c. p. 87 ſeq. Anno 997 inter teſtes erat quidam *Erolf*, teſte diplomate l. c. p. 94. Anno 998 habebat *Poppo filius Walgeri* villam Arclo, ſitam in pago Teſterbantia, pro miniſterio, teſte diplomate Ottoniano l. c. p. 95, quod ipſum aſſeritur in diplomate Heinrici II ad annum 1003 l. c. p. 100. Ad annum 1063 refert Wilhelmus, Traiectenſis epiſcopus, *Theodoricum comitem eiusque filios, Theodoricum et Florentium*, in poteſtatem ſuam redegiſſe eccleſias Flardinge, Kirchwerve, Velſereburgh, Heilegelo et Pethem, quas in Hollandia Boreali exſtitiſſe, ſupra diximus, l. c. p. 132 ſeq. Idem aſſeritur in litteris Heinrici regis ad annum 1064 l. c. p. 109 ſeq. Ad annum 1077 *Diedericus* erat *comes in pago Velve*, teſte diplomate Heinrici IV apud eundem Hedam l. c. p. 137 ſeq. Iam nullo modo probabile eſſe putamus, *Walgerum principem*, qui anno 863 erat frater *Theodorici*, atque adhuc anno 914 vixit, et anno 944 et 953 pater appellatur *Radbodi*, fuiſſe filium *Gerhulfi*, anno 885 viuentis. Fortaſſis propius attingimus ſcopum, ſi ſtatuimus, *Walgerum principem* fuiſſe *Waltgerum*, nepotem Widekindi, ſiue ipſum *Walbertum*, itidem nepotem Widekindi Magni, cuius præterea frater erat *Thiadricus*, vti ſupra vidimus §. 104. *Walbertum* adhuc anno 863 vixiſſe, et bona hereditaria in pago poſſediſſe Teſterbant, iam ſupra demonſtrauimus. Siue igitur ſtatuas, *Walgerum principem* fuiſſe *Waltgerum*, quem plerique pro fundatore abbatiæ Heriſordenſis venditant, ſiue credas, fuiſſe *Walbertum fratrem Thiadrici*, quod nobis probabiliſſimum videtur,

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

vtroque tamen modo *comites Hollandiæ* deſcenderunt a *Widekindo Magno*, quod etiam ex quodam diplomate Ottoniano apud Miræum Opp. Diplom. T. I. p. 52 comprobari poterit, quo cæſar Otto Theodoricum, (Hollandiæ) comitem auunculum ſuum a. 985 nominat, ſumta hac voce in ſenſu generaliori. *Erbulfus comes* videtur *Erlolfus* fuiſſe, qui Fuldenſi eccleſiæ bona quædam tradidit ad villam Gandingen ſita. De hoc ſupra diximus. Quod ad loca, quæ Carolus rex Francorum *Theodórico*, *fratri Walgeri*, tradidit, attinet, ſita illa ſunt in Kenemaria ſiue in Hollandia Boreali. *Egmontenſis* enim *eccleſia* procul dubio exſtitit in loco Egmont. *Suithardeshaga* videtur eſſe *Suitſcherwou*, et *Kinhem* locus Kins. *Fortrapa* autem erit *Vertrop*, quæ ſita eſt in inſula Wieringen. Magnum itaque terrarum tractum Carolus rex Francorum conceſſit *Theodorico*, fratri principis *Walgeri*.

Egmontenſis eccleſia Suithardeshaga. Kinhem. Fortrapa.

Rimſueſtra flumen in pago Moſariorum.

Anno quarto regis Dagoberti contulit Pipinus Traiectenſi eccleſiæ villam, *in pago Moſariorum* ſitam, et a præterfluente *Rimſueſtra* nomen ſortitam, in qua S. Willebrordus inſtituit vitam cœnobiticam, teſte Heda in *Hiſt. Epiſc. Vltraj.* p. 27. Hanc villam ſupra omiſimus. Hæc villa probabiliter eſt oppidum Suſteren, non procul a fluuio Moſa ſitum et duo circiter milliaria ab vrbe Roermonde diſtans.

Embrici.

Villam *Embrici*, hodie dictam *Emmerich*, ſitam ad Rhenum, inſerendam eſſe tabulæ noſtræ geographicæ, patet e traditione *Gerowaldi filii Landwardi*, quam recenſet W. Heda l. c. p. 50. Cum ille Gerowaldus anno 833 VII id. Februarii eccleſiæ Traiectenſi donaret, quidquid hereditatis ſibi acceſſerat in *Langhare*, *Hellewigh*, *Aladna*, *Weſefelde*, (ſeu Weſterfelde) *Humelle*, *Theoden*, *Heſin* et *Aſuin*, actum eſt de ea re publice in villa *Embrici*. Bona illa poſtea poſſederunt iure emphyteutico comites Montani, vulgo *S. Herenberg* dicti. Probabiliter ergo hæ villæ in eorum comitatu vel circa eum fuerunt ſitæ. Hoc tantisper poſito, villa *Langhare* erit locus Langel, *Hellewigh* Heelweg, *Aladna* Aelten, *Weſefelde* Verſevelt, *Humelle* Hummel, *Theoden* Dydam, *Heſin* Hees, et *Aſuin* Aſewin. Hæc loca cuncta in comitatu Zutphaniæ reperiuntur. Non videmus, quid huic ſententiæ noſtræ obiici queat.

Langhare Hellewigh Aladna Weſefelde Humelle Theoden Heſin Aſuin.

Porro in cenſum heic quoque videntur venire villæ, quarum mentionem iniecit Wilhelmus Heda l. c. p. 78 ſeq. his verbis: *Baldricus* (Traject epiſcopus) conceſſit in precariam uſufructuarium N. et N. et poſt diſceſſum eorum ex hac luce *Baldrico* eorum *filio*, et poſt eum *Rudolpho*, *fratri ſuo*, certas res ſancti Martini epiſcopatus ſui, de abbatia vocabulo *Hereberc*, uno cum monaſterio in honore B. Petri dedicato, manſos ſeruitiales num. LXV, in fundis coniacentes ita nuncupatis *Rura*, *Liethorp*, *Linne*, *Suletheim*, *Flothorp*, *Aſcolon*, *Malicalcol*, *Culvelo*, ſimul cum mancipiis CCCLXXXIII, deinde ipſi N. et N. tradiderunt ad præfatam abbatiam de *Alode* iuris ſui curtem unam in villa vocabulo *Willere* ſitam, ad quam reſpicit eccleſia una cum dote, quæ poſita eſt in fundo nomine *Brochem*, et alia medietas alterius eccleſiæ ſitæ in villa nuncupata *Fiſchelo*, manſique ſeruitiales numero XLV, una cum mancipiis CXC, et ut rebus S. Martini liberius perfrui poſſent, et pro ablutione peccaminum *genitoris ſui Raineri comitis*, et inſuper *Nevelungi* ſenioris ſui XXXIII manſis legaliter in redhibitione uſufructuarii S. Martino traditis, XII manſos, qui ſuperſunt, diuino inſtinctu commoti ſponte tradiderunt. Actum *Traiecti* VIII kal. Iulii anno VIII regni Ottonis glorioſiſſimi regis ab incarnatione autem domini DCCCCXLIII. cum ſigno *Baldrici* glorioſiſſimi præſulis, *Reginbaldi* præpoſiti, et *Sigboldi* decani in præſentia teſtium.

Origines comitum Clivenſium.

Dolemus, Wilhelmum Hedam nomina traditorum ibi non addidiſſe, vel addere non potuiſſe. Fieret enim ex iis palam, ſi ea noſſemus, quis fuerit pater *Baldrici* ac *Rudolphi*. Auus eorum videtur *Rainerus* ſiue Reginbertus fuiſſe, qui an fuerit *Reginbern*, qui Danos ſuperauit, vel eius pater *Reginbern*, coniux *Mahtildis* abbatiſſæ, in medio iam relinquimus. Quodſi autem illud perhibere placeret, non ſine aliqua probabili coniectura aſſerere id poſſemus. Infra enim videbimus, *Reginberni* IIdi fratrem fuiſſe comitem *Immadum*, auum *Meinwerci* epi-

episcopi Paderbornensis, qui, vti iam supra significauimus, in Inferiori Terra multa prædia possedit. Videntur ergo hi domini ex stirpe *Widekindi M.* fuisse orti, cuius filius *Wibertus*, ac nepos *Walbertus* in Testerbantia prædia nonnulla habuerunt, vti iam supra demonstrauimus. Hac sententia stante, *Baldricus* eiusque frater *Rudolphus* consanguinei fuisse videntur *Baldrici*, episcopi Traiectensis. Atque huius episcopi pater appellatur *Rixfridus comes*, ex nobili sanguine *comitum Cliuensium* oriundus, teste tabula apud Hedam l. c. p. 75. Hæc si vera essent, vti videntur fuisse vero consentanea, comites Cliuenses a *Widekindo M.* hoc modo traxissent originem. gubernante Corbeiam Adalgario.



Probabiliter fuit pater *Baldrici* ac *Rudolphi* comes *Everhardus*, qui anno 943 et 944 comes erat in pagis Forestensi et Thrente. Hoc comprobant duo diplomata, obuia apud Hedam l. c. p. 83 seq. *Rudolfus* videtur fuisse ille *Rudolf*, qui intra pagum Ostrache in villa Waltheim ecclesiæ Fuldensi bona quædam tradidit secundum I. F. Schannati *Traditiones Fuldenses* p. 315 num. 45. Si enim eius auus et proauus fuerunt *Reginberni*, discimus ex iisdem Traditionibus p. 313 num. 26, p. 314 num. 32 et p. 315 num. 57 bona eosdem possediisse hereditaria tam in pago Westracha et Ostrache, quam in pago Emisgowe, quo in vltimo pago bona tradidit *Reginhart* sita ad villam *Langenhoub*. Hæc vltima nobis fuisse videtur vicus Langholt in Frisia Orientali sita intra præfecturam Stickhusen. Iure ergo hereditario bona possedit *Rudolf*, quæ tradidit, sita in pago Ostrache, ecclesiæ Fuldensi. *Rudolfi* filius fuisse videtur *Baldericus*, a patruo ita dictus, qui, teste diplomate Heinrici II apud Hedam p. 101, erat anno 1016 comes in pago Thrente. Huius filius esse potuisset *Bertolphus*, qui anno 1024 comes fuit in eodem pago Thrente, teste diplomate cæsaris Heinrici secundi apud Hedam l. c. p. 113. *Bertolphi* filius vel frater fuisse videtur *Temmo*, qui anno 1025 comitatum suum habebat in pago Thrente, teste diplomate regis Conradi II. l. c. p. 113 seq. Huius *Temmonis* frater, vel filius, esse possit *Rudolphus*, cui nomen inditum fuisse videtur ab auo vel proauo. Ipse anno 1040 comes erat in pago Trente, teste diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 120 seq. Plura de his dicturi sumus in *Clientela Corbeiensi*. Facem dictis accendent *Traditiones Werthinenses*, quas propediem exspectamus.

Hisce præmissis, dicendum quoque est aliquid de villis, quas pater *Baldrici* atque *Rudolphi* anno 943 tradidit abbatiæ, in *Hereberc* olim exstructæ. Hæc abbatia esse non videtur monasterium Ordinis S. Benedicti, in loco Hohorst supra montem sanctum non procul ab vrbe Amersfortio constructum. Vidimus enim

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludo-

supra, illud demum anno 1006 fundatum fuisse ab Ansfrido, Traiectensi episcopo. In loco *S. Heerenberg*, intra comitatum Zutphaniæ sito, illam S. Petri abbatiam exstitisse, neminem negaturum esse censemus. Videtur *Baldricus*, Traiectensis episcopus, patrem et patruum *Baldrici* atque *Rudolphi* in eadem abbatia aduocatos constituisse.

Willere.

Villa *Willere*, quæ erat ex allodio patris *Baldrici* et *Rudolphi*, est vel *Wylre*, non procul ab oppido Cranenburg in ducatu Cliuiæ obuia, vel *Willer* villa, haud procul ab vrbe Gennep in eodem ducatu sita. Si intelligitur hæc villa, tunc villa *Brochem* esse videtur locus Beeck. Sin vero villam *Willere* habes pro loco *Willer*, quod et nos admittimus, locus *Brochem* est *Bockum* vicus, non procul ab eo situs.

Brochem

Fischelo.

Villa *Fischelo*, quæ eodem iure spectabat ad patrem *Baldrici* ac *Rudolphi*, procul dubio est vicus *Wissel*, in Cliuiæ ducatu inter oppida Cleef et Calcar situs.

Rura.

Ea autem loca, quæ episcopus Baldricus tradidit patri *Baldrici* et *Rudolphi*, hæc esse videntur. *Rura* est Roor, vnum milliare ab vrbe Traiecto ad Mosam distans.

Liethorp. Linne.

Liethorp est Lathorp in Sallandia, duobus circiter milliaribus disterminata ab oppido Oldensael. *Linne* est Linde in comitatu Zutphaniæ locus, duo milliaria distans ab oppido Borekeloo versus occidentem.

Sulethem Flothorp. Ascolon. Malicalcol.

Suletheim est *Suythem*, locus in Transisalania, disiunctus vno circiter milliari ab vrbe Zwol versus meridiem. *Flothorp* est Vlodorp ad fluuium Rura, vnum milliare, et quod excurrit, distans ab vrbe Roermonde. *Ascolon* est Aselo in Salandia inter oppidum Delden et Almelo sita. *Malicalcol* est Meulekaten in tractu Velouiensi, dimidium milliare ab oppido Zwol versus occidentem recedens.

Culvelo.

Culvelo autem esse videtur vel *Kulidum* villa, ab oppido Borekeloo vix iter vnius horæ sita, vel *Kervel*, ab vrbe Zutphen vnum milliare distans. Ambæ in comitatu Zutphaniæ visuntur.

Tandem exhibuit Wilhelmus Heda in *Histor. Episcop. Vltraiectensium* p. 64 seqq. et p. 109 seq. duo monumenta, in quibus præterea multæ, ad Traiectensem ecclesiam spectantes, villæ reperiuntur, quæ ad Belgium vetus, hactenus a nobis descriptum, referendæ sunt. Iis autem nunc non immorabimur. Docti Bataui ipsi de eisdem videant. Nobis iam proposuimus, de filiis *Raginberi* nostri, qui hoc in §. 229 bona tradidit ecclesiæ Corbeiensi, copiosius dicere, vt tandem regiam in viam, ex qua paullulum hactenus deflexímus, redeamus et e diverticulo ad propiora cursum reflectamus.

Raginberi liberi 1) Immed cuius liberi putantur

Vt vero ordine retrogrado procedamus, deprehendimus primo *Immedum*, quem in tabula genealogica §. 104 vltimo loco posuimus, non quod illum ætate inferiorem *Rainberno* fuisse credamus. Secuti enim Widekindum Corbeiensem credimus, eum fuisse filium *Ragenberi*, ordine tertium; sed eo quod ipse creditur fuisse pater multorum posterorum, de eis dicere constituimus, antequam de filiis *Rainberni*, *Widukindi* ac *Thiadrici* dicere ingredimur. Quod ergo ad *Immedum*, filium *Ragenberi*, attinet, produxit illustris *Eccardus* in *Historia Genealogica* P. S. S. *Præfat.* p. 6. diploma quoddam Ottonianum, quod singulari beneuolentiæ M. R. P. Bernwardi Ringelhemensis abbatis debuit. Hoc datum est *XVI. Kal. febru. anno incarnat. dom.* 940, *indict. XIII, et anno regni Ottonis V.* In hoc diplomate perhibetur: *Comes Immat construxisse monasterium in loco, Ringelem nuncupato, et præfecta eidem loco Eineholt abbatissa, eiusdem comitis filia, eidem monasterio in pagis adiacentibus, scilicet Wendhausen et Odtfredessen, Gerstete, Walmoda, Næwen, Solida, Gustete, Haverlahe et Uepstete omnem hereditatem suam tradidisse consensu filiorum suorum Volewart, Immat et Sibeth eandemque traditionem auctoritate sua confirmasse episcopos Wilhelmum Moguntinensem, Burchardum Treuirensem, Annonem Wormacensem, Altfridum Hildesheimensem et Bernardum Haluerstadensem.* Quæ omnia si sese bene haberent, tunc extra omnem dubitationem positum esset, *Immedum* nostrum fuisse patrem *Volcwardi*, *Immati*, *Sibethi*, atque *Eineholdæ*. Sed multa eaque grauia errata huic diplomati insunt, quæ vel ei falsitatis notam inurunt, vel crassam descriptoris produnt ignorantiam. Primum enim in eo ponitur vocabulum *pagus* pro villa. Mos hic illi seculo erat inusitatus. Deinde Fridericus appellatur archicapellanus et Wilhelmus Moguntinensis sedis episcopus. Qui vero Wilhelmus eo tempore esse poterat archiepiscopus Moguntinus? Archiepiscopus tunc erat Fridericus, qui secundum nostrum Chronicon Corbeiense MSctum et coætaneum anno 937 ordinatus et anno 954 mortuus, atque intra hos annos in genuinis diplomatis sæpissime

a) Volcwart. b) Immed II. c) Sibeth et d) Eineholt.

pissime occurrit. Falsarius nesciuit, Fridericum eo tempore fuisse et archicapellanum et archiepiscopum. Nec porro Burchardus Treuirensis episcopus in aliis documentis, quantum scimus, ea ætate occurrit. Tunc vtique Altfridus, episcopus Hildesheimensis, atque antea monachus Corbeiensis, non amplius erat in viuis, quippe qui anno 874 e vita exierat. Ad annum 940 vel Thiethardus vel Othwinus præfuit Hildesiensi sedi. Ad annum 940 Wangionensis ecclesiæ episcopus non erat S. Anno, sed potius Richowo, qui demum anno 949, testante *Necrologio Fuldensi* satis concessit. Denique anno 940 XVI Kal. Febru. non fluxit indictio XIII, sed fuit potius XII. Fluebat tunc annus regnantis Ottonis I non quintus, sed quartus. Quid ergo censendum est, quæris, de hoc diplomate, et de his Immedi filiis? Respondemus. Si apographum concordat accuratissime cum venditato autographo, diploma est suppositicium, atque ab impostore quodam effictum ad palliandas fabulas, quas nonnulli de *comitibus Rangelheimensibus e familia Widikindea* dederunt et enixi fuerunt heroas, qui nostra sententia nunquam in rerum natura fuere.

uuico et gubernante Corbeiam Adalgario.

Ne tamen nos more Alexandrino egisse, ac sine graui ratione innumerabili ineptorum scriptorum turbæ contradixisse videamur, iam supra §. 104 ostendimus, quinam domini per pagum Saltgo (ad quem omnino probabilissime abbatia Ringelheimensis refertur, quamuis Selida villa, vix iter vnius horæ ab eadem abbatia distans, ad pagum Ambergo referatur) sint dominati, progenitores scilicet Slademensium comitum, e familia Billingana orti. Inter hos quidam *Sibertus* erat, filius Theodorici. Hunc alii filium Theodorici comitis de Ringelheim, alii vero filium comitis Immedi de Ringelheim appellant, vt scilicet fabulam originis Ringelheimensium comitum e domo Widikindea eo purpurisso spectabiliorem reddere possint, cum nouerint, tribum Immedingiorum ad gentem Widikindeam referri. Et hinc crediderint, negari non posse, Sibertum fuisse familiæ Widikindeæ partem, si, eundem fuisse filium Immadi cuiusdam, statuatur. Vt autem porro detegamus fabulæ originem et id, quod ansam illi præbuisse videtur, comitibus Ringelheimensibus in terra episcopatus Hildesheimensis obuiis confingendis aptam, libet opinari, legisse veterum quendam in Chronico vetustiori et forte deperdito. Finge, in eo fuisse lectum, reginam *Mahtildam* fuisse filiam comitis in *Ringelmi* vel *Ringeheim*, quemadmodum illa sic appellatur ab auctore *Chronici Rhythmici Principum Brunsuicensium Tom III S.R. B. Leibn.* p. 18 his verbis: ENE ALDE KRONIKEN *hore we segen dat de Forste* (Koning Henrik) *dogetrich neme to wibe herlich eyne Frowen de heit Mechtild, de was van* RINGEHEIM, *also men wilt, Greven Imathes Suster, de gewan dem Konige vich dre Sone herlich Otto Brun unde Henrich.* Quodsi autem illi nullus alius locus cognitus fuit, quam vicus Ringelheim in episcopatus Hildesheimensis præfectura Liebenburgica, arbitratus est, eundem vicum designari, et hunc comitibus Ringelheimensibus in terra episcopatus Hildesheimensis fuisse subiectum, sibi persuasit. Eum alii more pecudum, quæ sequuntur antecedentium gregem, sunt secuti. Erat vero locus *Ringelmi* in episcopatu Paderbornensi ad fluuium dictum *die Alme*, situs in pago Almunga, quaquauersum villis, ad eundem pagum spectantibus, cincto. Extitisse autem locum *Ringelmi* iam tempore cæsarum Saxonicorum, patescit e *Vita Meinwerci Tom. I. Leibnitii* p. 529, vbi hæc reperiuntur verba: *Ecclesiæ Paderbornensis canonicus nomine Volcmarus cum assensu fratrum duorum Nithingi et Wirinhardi duo prædia Holtheim et Aslan in die S. Lamberti in quodam loco qui dicitur Ringhelmi dedit Patherb. ecclesiæ, Eilberto in præsentia Liudulfi, Erponis, Benne, Ekkikonis, Liudulfi, comitum et aliorum multorum, omni contradictione remota, id accipiente.* Nostra ætate appellatur *Ringhelmi* locus Rigelstein. In loca eiusdem tractus varia familiam Widikindeam olim ditionem exercuisse, iam supra demonstrauimus ita, vt nulla de eo dubitatio superesse queat. Hisce autem positis, locus probabiliter designari potest, ad quem auia reginæ *Mahtildæ*, abbatissa scilicet *Mathildis*, ex cœnobio Herfordiæ legationem destinauerit, ad impetrandam consensionem parentum, aptam desponsandæ *Mahtildæ*. Cum enim statim postera die consenserint huius parentes, vti auctor *Vitæ Mathildis T. I. Leibn.* p. 194 refert, necessum est, habitauerint in vicinia Herifordensis monasterii *Thiadricus* et *Reinhilda*. Ipsi certe intra sex horas iter conficere potuerunt Ringhelmo Herifordiam.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Fuisse itaque *Immadi* liberos *Volcwartum*, *Immatum*, *Sibethum* atque *Eineholt*, id nondum extra dubitationem positum neue demonstratum esse putamus. Quin imo alia etiam ratione comprobari posse censemus, Immadum seniorem anno 940 non amplius fuisse in viuis. Si enim secundum computationem nostram *Raginbern*, pater *Immedi* nostri, anno 852 nuptias celebrauit cum *Mathilda*, *Thiadricus* natus fuerit oportet circiter anno 853, *Widekindus* anno 854, *Immed* anno 855, et *Raiubern* anno 856. *Immed* ergo anno 940 vitam ad LXXXV annum produxerit, necessum est. Quamuis autem pernegare nequeamus, hominem tot superare annos viuendo posse, suspicamur tamen, imbecillitatem ætatis *Immadi* sustinere non potuisse itineris grauitatem, Ringelmo Moguntiam instituti, ibidem cæsarem rogandi gratia, vt fundationem monasterii Ringelheimensis confirmaret, vti ipsum diploma l. c. loquitur. Cum itaque *Immadus* iam anno 940 summa grauis senectute et labante valetudine fuerit oporteat, nequaquam eius meminisse potuit Widekindus noster, *Annal.* Lib. III p. 654 referens, Immedum quendam in obsidione vrbis Moguntiæ anno 953 periisse, his vsus verbis: *A Maguntia recedens rex - demum circa Kal. Ian. infecto negotio, amissis duobus principalibus viris ac potestate claris,* IMMEDE *ac* MEINWERCO, *quorum uterque ictu sagittarum periit, alter Maguntiæ, alter in itinere Baioariam pergentibus, reuertitur in Saxoniam.* Cum *Immed* vir *principalis* et potestate clarus dicitur, colligere ex eo licet, non solum illum fuisse e nobilissima quadam familia Saxoniæ ortum, sed etiam propter ætatem prouectiorem iam dominum, magnæ auctoritatis et prudentiæ plenum, fuisse. Hæc vero momenta filio *Immadi I* bene respondent. Cum igitur plerumque sentiant sibique persuadeant eruditi, omnes Immados ad tribum Immedingiam, quam *Albertus Stadensis in Chronico* ad an. 1104 p. m. 147 *egregiam* atque *inclytæ Ottonum stirpi vicinam* appellat, esse referendos, *Immedum*, qui anno 953 periit, filium fuisse *Immadi I*, statuere libet. Si enim *Immadus I* fuit natus anno 856, atque anno ætatis XXX nuptias celebrauit, tunc *Immadus II* in luminis auras prodire potuit anno 887. Anno igitur a nato Iesu 953 ipse circiter LXVI annos habuerit, necessum est. Aetas autem, qua ipse tum fuit, sustinere adhuc munia bellica valuit. Vt enim non omne vinum, ita nec omnis ætas, acescit. Quare citra dubium muneris sui esse credebat *Immedus* noster, bellum domesticum, cuius fax et tuba ille ipsius Ottonis filius erat, extinguere, et consanguineo cæsari manus suas accommodare.

Immadi II. filius Immadus III. cuius liberi 1) Meinwercus episcopus Paderbornensis.

An *Immedus II* auus fuerit *Meinwerci* episcopi Paderbornensis, pro certo quidem adfirmare non licet. Ad tribum vero Immedingiorum referendus videtur *Meinwercus*, siquidem patri eius nomen fuit *Immedi*. *Poëta* enim *vetus ex Abdinghouiano monasterio* de *Meinwerco* ita canit:

Saxo natus erat, bene velligione cluebat,
vnus primorum consistens nobiliorum,
pollens magnarum dominatu diuitiarum.
Immadusque pater comes eius et Attyla mater.

Suffragatur ei *Necrologium Abdinghouianum*, in quo hæc verba leguntur: *IV Kal. Februarii obiit Immeth comes, pater Meinwerci episcopi*, et *VIII id. Augusti obiit Adala mater Meinwerci episcopi.* Hanc autem sententiam de episcopi *Meinwerci* origine, ad domum Widikindeam referenda, ex ipsis bonis, quæ *Meinwercus* ex hereditate parentum suorum possedit, quæque partim ecclesiæ suæ cathedrali, partim collegio canonicorum Bustorfiano, intra suburbium Paderbornæ sito, et partim monasterio O. S. Benedicti, in ciuitate Paderborna obuio vulgoque Abdinghov dicto, largitus est, colligimus et comprobamus.

Meinwerci mater Athela.

Et vt hoc eo melius ostendere queamus, de matre eius *Athela* quædam debemus præmittere. Fuisse eam comitis *Wichmanni* filiam, adprobamus sequenti diplomate, cuius apographum accepimus e manu amici cuiusdam, quodque eo libentius adiungimus, quia ab exemplo edito in Lunigs *Reichs-Archiv Spic. Eccl.* P. III. p. 358 in plerisque vocibus est diuersum. Spectat id ad iura imperialis semperque liberæ abbatiæ Eltenæ, quæ olim, testantibus quibusdam diplomatis, sita erat in pago Hameland iuxta Rhenum, atque hodie vix iter trium horarum abest ab vrbe *Cleve*, versus orientem vero contermina est comitatui S. Herrenberg,

berg, ac verſus meridiem, occidentem verſus et ſeptentrionem, confinis ducatui Clivenſi. Eſt autem ipſum diploma ad hunc maxime modum inſigne et conformatum. gubernante Corbeiam Adalgario.

℣ In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ. *Otto* diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtuſ. Si loca uel monaſteria a religioſiſ perſoniſ et deo dicatiſ conſtructa ñōrā imperiali auctoritate corroborare conamur hoc procul dubio et ad praeſentiſ ñōrī regni ſtatum et ad eternae beatitudiniſ premium profuturum nobiſ fore credimuſ. quapropter omnibuſ in Xp̄ō fidelibuſ ñōriſ ſcilicet praeſentibuſ et futuriſ notum eſſe uolumuſ. quomodo temporibuſ *aui* ñōrī *domni ottoniſ* iñpriſ auguſti *uuichmannuſ comeſ* pro animae ſuae remedio ſuorumq̄. parentum in quodam loco *eltena* dicto monaſterium et ſc̄ī monialium congregationem in honorem dñī ñōrī īhu Xp̄ī et ſc̄ī uiti martiriſ ampliſſimae benignitatis conamine conſtruxit nec non magnam certae proprietatiſ ſuae partem cuiuſ nomina infra tenentur. ſimul et beneficii quod dilectuſ auuſ nōcr primum ei conceſſit in beneficium. poſtea pro ſeruitute ſedula ſibi donauit in proprium et ad ipſum licenter contradidit monaſterium ſuamq̄. ipſiuſ filiam nomine *lutgardem* ceteriſ monialibuſ praeconſtituit abbatiſſam. ſuccedente uero tempore cum idem *uuichmannuſ comeſ* ſemel ad ueſperam noctiſ inclinaſſet penituſq̄. naturae conceſſiſſet altera ſuae procurationiſ filia nomine *adela* quandam hereditatiſ iam traditae partem expoſcenſ dicenſ quod pater eiuſ *ſecundum ſaxonicam legem* abſq̄. eiuſ conſenſu et licentia nullam potuiſſet facere traditionem totam patriſ ſui donationem produxit in errorem. huiuſ itaq̄. ſeditioniſ perturbatio uſq̄. ad tempora dilecti patriſ nōri perdurabat ipſeq̄. nōcr caritatiuuſ pater eandem contentioniſ cladem extinguere pro uiribuſ inſudabat et hoc quo ad ipſe uitam finiuit minime ad unguem uſq̄. perduxit. exacto autem longo temporiſ interuallo cum eiuſdem monaſterii abbatiſſa praetitulati uiri *uuichmanni* filia uniuerſae carniſ uiam tunc intraret aliaque in ipſiuſ locum imperialiſ nōrae poteſtatiſ iure accederet. in palatio nōrō quod dicitur *nouiomago* nōrum iuſſimuſ fieri colloquium ibiq̄. tandem huiuſmodi ſeditioniſ fecimuſ finem. *baldericuſ* enim praedictae *adelae* *mariruſ* pro nōra uoluntate exhortatione ſimul et petitione id ipſum monaſterium ſua propria ſuaeq̄. coniugiſ manu in nōrum contradidit mundiburdum. et ſicut moſ eſt laicorum cum feſtuca ſemel ab eodem exiuit predio. ea ratione. ut noſ ñōro regali imperio ac deſcriptioniſ praecepto tale libertatiſ arbitrium eidem monaſterio perpetualiter condonaremuſ quale ceteraſ monialium congregationeſ ſcilicet *aſſindiae quidelingeborg* et *gandereſhem* habere cognouimuſ. inſuper *baldericuſ* omnia eiuſdem monaſterii predia quae prior abbatiſſa duntaxat in ſua habuit poteſtate et inueſtitura ad reliquiaſ ſc̄ī uiti in praeſentia nōri ñōrumq̄. plurimorum fidelium conceſſit traditaq̄. contradidit quorum nomina hæc ſunt infra ſcripta. *helton. furnon. uorithuſen* cum omnibuſ utilitatibuſ ad ea loca iuſte et rite pertinentibuſ. *embricae* media parſ aeque diuiſa. in *hamme* media parſ. *arnhem* media parſ. *redingen* media parſ. *aſpel tornika* media parſ. *herueld* dimidia parſ. *liende* dimidia parſ. *thule* dimidia parſ. *malime* dimidia parſ. *brummen* dimidia parſ. *oelberg* media parſ. *rathe* dimidia parſ. *huingen* dimidia parſ. *thelden* dimidia parſ. *triendem* media parſ. *putten* loco conſtructo dimidia parſ. adhaec quatuor foreſta *ſteenuualt. moſſet. uuichmoet.* et *ſubort.* in hiſ quatuor foreſtiſ ceruum uel ceruam uenandi nulluſ habeat licentiam niſi uerbo et conſenſu abbatiſſae et ſi ceruuſ uel cerua effugiat de hiſ foreſtiſ eoſ in aliaſ ſiluaſ ſequi ſit licentia abbatiſſae nunciiſ. in foreſto in quo eſt *eltena* conſtructa ſinguliſ anniſ inter ceruoſ et ceruaſ duodecim ferae tribuantur abbatiſſae. ut autem huiuſ donationiſ ueritaſ firma et inconuulſa permaneat poſterior abbatiſſa nomine *lutgarda* praelibatae *adelae* maritatae quatuor curteſ nomine *rinharn. helikanbeki. luithuſen* et *reelo* cum omnibuſ utenſilibuſ ad ea per-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

pertinentibuſ in proprium tradendo ad ea recompenſauit. quatenuſ poſt haec ſicut praediximuſ paciſ et amicitiae pignuſ eo permaneat tenaciuſ. hanc igitur idem *baldericuſ* traditionem grata et hilari fronte recepit nec non de fidelium nōrum ſcilicet *uuilligiſi* archiēpī *hildibaldi* ēpī et *ecberti marchioniſ* ceterorumq;. multorum fidelium conſilio ſicut idem *baldericuſ* donando poſtulauit eidem monaſterio poteſtatiue conceſſimuſ ut a modo ſicut cetera monaſteria ſupradicta libero perenniter perfruantur arbitrio. praeter haec quidquid predii diuuſ impēr auguſtuſ *uuichmanno* in proprium donauit. praecipue quae dicuntur *nerdinklant. urck. barbnegot. otuuineſ.* predia inſuper in *friſionibuſ* et quidquid abbatiſſa in quatuor comitatibuſ uidelicet *huneſgo. fiuilgo. humerche* et *emiſche* tributi a magnificentia aui nōri recepiſſet noſ noſtrae deſcriptioniſ praecepto ad utilitatem abbatiſſae et ſororum ibidem deo et ſcō uito famulantium largimur et concedimuſ cum omnibuſ utilitatibuſ ſupradictiſ ſicut et in iſta proprietate areiſ edificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ agriſ campiſ paſcuiſ ſiluiſ piſcationibuſ molendiniſ eccleſiiſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ quaeſitiſ et inquirendiſ cunctiſq;. appendiciiſ quae dici poſſunt. nec non fiſcum et telonium de piſcatione *in pago ſalon* et in flumine *iſula* qui uulgari nomine hacdol dicitur. et quod dilectuſ genitor noſter eidem monaſterio conceſſit eodem modo pro aeterna remuneratione noſ contradimuſ et noſ adhuc uolumuſ noſtroq;. imperiali praecepto cunctiſ nōriſ in Xpō fidelibuſ firmiter iubemuſ ut in eodem monaſterio uel lociſ ad id pertinentibuſ nulluſ dux comeſ uel uicecomeſ nulluſ marchio uel quilibet *ſchuldacio* uel alia iudiciaria perſona ullum habeat placitum nec parafredoſ nec parataſ faciendaſ nec aliquod exigatur ſeruile ſeruitium priuſ quam eiuſdem abbatiſſae ſeruuſ in cuiuſcunque comitatu habitet alteriuſ comitiſ non eat ad placitum ſed ad eiuſ ſolummodo quemcunq;. abbatiſſa ſibimet eligere uelit aduocatum. ceterum pro animae nōrae expiaculo etiam largiti ſumuſ monaſterio ut poſt haec perpetualiter cum eiuſdem monaſterii abbatiſſa morbo conſumpta moriatur ſcīmonialeſ inter ſe unam quamcunq;. uelint ſimul cum conſenſu *traiectenſiſ* ēpī in cuiuſ poſitae ſunt dioeceſi abſq; mortalium omnium contradictione licenter eligant. et ut huiuſ monaſterii ſtatuſ ab aduerſariorum omnium incurſu maneat intactuſ ſicut *uuichmannuſ* comeſ inſtituit de eodem monaſterio ad limina ſcī petri principiſ āplorum romani argenti quotanniſ libra deferatur. poſtremo ipſa uenerabiliſ abbatiſſa cum omnibuſ rebuſ ſuiſ nōro ſemper pareat imperio et ſub nōro conſiſtat mundiburdio quatenuſ ipſam ſororeſq;. eiuſ iugiter pro nobiſ exorare delectet. Et ut haec nōrae conceſſioniſ auctoritaſ obtineat firmitatem et a ſcāē dei ecclīae fidelibuſ nōriſq;. meliuſ credatur et diligentiuſ obſeruetur hoc praeſenſ praeceptum inde conſcribi et anuli nōri impreſſione ſigillari iuſſimuſ quod et propria manu ſubtuſ firmauimuſ.

ſignum  domni ottoniſ imperatoriſ auguſti

Hildibalduſ ēpſ et cancellariuſ uice uuilligiſi archiēpī recognoui et *ſſſ.*

Datum XV. kal. iunii anno dominicae incarnat. DCCCCXCVII. indict. X. anno autem tertii ottoniſ regnantiſ XIIII imperii uero I actum in palatio nouiomagi feliciter amen.

Ex

Ex hoc diplomate pellucet error Bucelini, qui in *Germania Sacra* perhibet, abbatiam Eltenenſem demum anno 990 eſſe fundatam. Nam Otto III aſſerit, eam iam tempore aui ſui, qui anno 973 fuit mortuus, extitiſſe. Deinde id eſt memoratu dignum, quod in hoc diplomate *Wichmannus* comes appellatur pater *Lutgardæ* abbatiſſæ Eltenenſis, atque *Adelæ*, cuius maritus iam anno 997 fuit *Baldericus*. *Adelam* non fuiſſe aliam, niſi matrem epiſcopi Paderbornenſis *Meinwerci*, demonſtramus ſequenti diplomate, quod e MSćto, quod in Archiuo Corbeienſi exſtat, huc transferimus et reliquis addimus. En illud. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

℄ In nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ. Heinricuſ dei gr̄ā romanorum imperator auguſtuſ. Si ecc̄liarum d̄i ſublimitatibuſ inſeruimuſ omni ſtudio ęterne retributioniſ premia nobiſ ſperamuſ eſſe affutura. Quapropter omnium fidelium Xp̄i preſentium ſcilicet et futurorum nouerit uniuerſitaſ qualiter *Meinuuercuſ* ſc̄āe patherbrunnenſiſ ecc̄liae uenerabiliſ ep̄uſ omnia predia ſua quę hereditario iure poſſederat matri ſue *adelae* contradidit. dehinc ipſa cum manu *mariti* et aduocati ſui *balderici comitiſ* cum conſenſu etiam heredum eadem predia poteſtatiue nobiſ donauit at noſ perpetuę beatitudiniſ ſpe ac pia prefati ep̄i dilectiq̄. *nepotiſ* n̄r̄i qui ſe ſuaq̄. omnia diuino mancipare gaudet ſeruitio prece et deuotione commoniti predia eadem legitime nobis tradita inter quę principaleſ ſorteſ ſunt iſtę *immedeſhuſon. uualmonthem. hauerlon. hukilhem. mandelbiki. golzbiki. dodonhuſon. hokineſleuo. uuakereſleuo* cum appertinentibuſ uilliſ et mancipiiſ utriuſq̄. ſexuſ ſiluiſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ molendiniſ piſcationibuſ paſcuiſ uenationibuſ queſitiſ et inquirendiſ omnibuſ utenſilibuſ quę quolibet modo dici uel nominari poſſunt ſc̄ę patherbrunnenſi ecc̄lię in honorem ſc̄ę d̄i genitriciſ marię ſc̄iq̄. kiliani martyriſ ac b̄ti liborii confeſſoriſ conſtructę per hanc imperialem paginam largimur omnium hominum contradictione remota. inſuper etiam imperiali auctoritate precipimuſ ut nulla maior minorue perſona aliqua iudiciaria poteſtate in eiſdem prediiſ ſe intromittat niſi aduocatuſ quem eiuſdem ecc̄lię ep̄uſ ſibi eligat. ſi quiſ autem quod abſit hoc n̄r̄ę donationiſ preceptum infringere auſuſ fuerit centum libraſ auri perſoluat L eidem ecc̄lię et L n̄r̄ę camerę. et ut hęc n̄r̄ę largitioniſ auctoritaſ firma et inconuulſa permaneat hoc preceptum inde conſcriptum manu propria corroborante ſigillo n̄r̄ō iuſſimuſ inſigniri.

ſignum domni Heinrici



romanorum inuictiſſimi imperatoriſ auguſti.

Guntheriuſ cancellariuſ uice Erkanbaldi archicapellani recognoui et *ſſ.*

data IIII iduſ ianuarii indict. XIII. anno dom̄ce incarnat. MXVI. anno uero domni Heinrici ſc̄d̄i regnantiſ XIII. imperii autem II. actum drodmannia feliciter amen.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Cum itaque pater *Meinwerci* episcopi fuerit *Immed*, vti iam supra vidimus, inde sequitur, *Baldericum*, qui probabilissime est ille ad annum 1006 Comes per pagum Thrente, cuius iam supra mentionem iniecimus, fuisse vitricum episcopi Paderbornensis Meinwerci.

Athelæ pater Wichmannus.

Iam quæritur porro, cuiusnam fuerit stirpis *Wichmannus* comes, pater *Adelæ*. Inter nobiles Saxones eum relatum fuisse, concludas licet e verbis *Vitæ Meinwerci*, quæ *Tom. I. Leibn.* p. 518 hæc sunt: *Ad inferioris Germaniæ septentrionalem tractum Traiectensis diœcesis est terminus, locus nauium et vectigalium commeatibus quæstuosus; magnorum et nobilium virorum gloria, quam in defensione gentis suæ et patriæ magnanimiter adepti sunt, insignis et famosus. De quorum nobili prosapia ortus est* IMED *in eadem prouincia: qui virtutis et probitatis maiorum suorum factus heres legitimus et strenuus, comitatum suo tempore in eiusdem prouinciæ administrauit partibus. Qui tantæ nobilitatis lineam propagari, nominisque sui memoriam et posteritatis gloriam cupiens nobilitari; cum multiplici diuitiarum apparatu ac possessionum prædiorumque raditu nobilem duxit vxorem* DE TERRA SAXONIÆ ATHELAM *nomine, de qua processu temporis genuit* THIEDERICVM *et* MEINWERCVM, GLISMOD *et* AZELAM. THIEDERICVS *autem paternæ dignitatis et facultatis heres designatus;* MEINWERCVS *in ecclesia beati Stephani protomartyris in ciuitate Haluerstadensi ad clericatus officium a parentibus est oblatus.* AZELA *vero castitatis æmulatione agnum secutura sanctimonialium cœtui in ecclesia pretiosi martyris Viti Eltenæ associatur.* GLISMOD *autem triceſimum fructum pudicitiæ matronalis adeptura, cuiusdam nobilis principis in Baioaria matrimonio copulatur.* Si *Athela*, filia *Wichmanni* atque vxor *Immadi*, ex Saxonia, genus duxit, sequitur inde, ipsum Wichmannum fuisse Saxonem. Bona eum hereditaria possedisse in pago *Hameland*, colligere datur ex diplomate Ottoniano, supra allato. Comitatum habuisse illum in eodem pago Hameland, discere poteris e diplomate Ottonis Magni, quod *Benj. Leuberus in* sua *de Stapula Saxonica disquisitione* num. 1595 publici iuris fecit, in quo ad annum 954 prædium, situm in loco Dauindre, in pago, qui dicitur *Hameland*, et in comitatu *Wigmanni*, traditur monasterio, constructo Magdeburgi. Cum itaque comes *Wichmannus* pater Adelæ vixerit tempore Ottonis I, censemus, *Wichmannum* illum fuisse *Wichmannum II*, filium *Wichmanni I*, cuius erat frater *Hermannus*, filius *Billingi*, dux Saxoniæ celebratissimus. Alius enim Wichmannus, qui tempore Ottonis Magni vixerit, notus non est. Pater eius *Wichmannus I*, cuius progenitores iam supra §. 104 not. (W) adduximus, mortuus fuit anno 944, testante *Necrologio Fuldensi Tom. III Leibn.* p. 763. Hinc eum pro fundatore et conditore monasterii Eltenensis, ac pro patre *Adelæ* habere non libet. Sequeretur enim ex eo, *Adelam*, anno circiter 944 natam, peperisse *Meinwercum* episcopum anno 959. Cum vero ita *Meinwerci* frater natu maximus anno 958 in luminis auras prodierit oporteat, *Adela* ad annum 957 nuptias celebrasse videtur cum comite *Imado*. At eo tempore, si sic ratiocinati fuerimus, *Adela* vix tredecim habuisset annos. Annum vero natalem antiquiorem ei adscribere non possumus, siquidem illa floruerit anno 1024. *Wichmannum* ergo II pro patre *Adelæ* matris episcopi *Meinwerci* reputamus.

Iam porro quæritur, quomodo bona hereditaria, in pago Hameland sita, manui obtigerint Wichmanni II? An Wichmannus II ea primus acquisiuit? An pater eius Wichmannus I ea comparauit? An vero auus eius, comes Billingus? Vt ergo lucem afferamus rebus, non obscuritatem; sequentem tabulam genealogicam præmittamus oportet. En illam.

Billing



gubernante Corbeiam Adalgario.

Quod itaque ad propoſitam quæſtionem attinet, nullum veſtigium deprehendimus ſententiæ, ſi pronuntiare placeat, progenitores *Billingi* aliquid bonorum poſſediſſe in pago Hameland. Zutphanenſes comites, ſeu, vti in membranis noſtris ſcribuntur, *Sutfenenſes* (in quorum comitatu pagus Hameland fuit) eorumque progenitores tenuerunt bona feudalia ab eccleſia noſtra Corbeienſi. Inde opinati ſumus, exſtare in archiuo noſtro ſeu tabulario veſtigia quædam, e quibus colligi poſſit, *Billingi* progenitores ſita in eodem comitatu bona quædam habuiſſe. Sed operam perdidimus, dum iſta bona exquiſiuimus vel exquirendis operam nauauimus. Quamuis enim, comitem quendam *Wichmannum* circa annum 850 in pago Hameland comitatum ſuum habuiſſe, certum ſit, non audemus tamen, iſtum *Wichmannum* inter progenitores *Billingi* referre; rati potius, *Hildiburgam*, *Billingi* vxorem, iſtius *Wichmanni* vel filiam vel neptem exſtitiſſe, atque huius interuentu familiam Billinganam bona quædam in pago Hameland acquiſiuiſſe. *Wichmannum II*, nepotem *Billingi*, comitatum et bona hereditaria, in pago Hameland ſita, habuiſſe, iam ſupra ſignificauimus. Ac ex eo momento concludimus, iam eius patrem, *Wichmannum I*, tenuiſſe in eodem pago tam bona hereditaria, quam comitatum. Illud enim indicare videtur *Widekindus noſter Annal. L. III.* p. 657 referens, *Wichmannum monitum ab imperatore, in Baioariam proficiſci volente, quod deſtitutus a patre et matre loco filii eum aſſumſerit, liberaliterque educauerit et* HONORE PATERNO *promouerit, rogatumque, ne patruo* (ſc. Herimanno duci) *moleſtiam inferret.* Nec alienum a veri ſpecie eſt, *Wichmannum I* bona quædam in Belgio ac Hamelandia acquiſiiſſe per coniugem ſuam. Hæc enim, vti iam ſupra §. 104 not. (n) demonſtrauimus, erat *Frederuna*, reginæ Mahtildæ ſoror. Eapropter autem negandum non eſſe cenſemus, ipſum *Billingum* comitem bona, in pago Hameland ſita, accepiſſe in dotem a patre coniugis ſuæ *Hildiburgis*, cui ſecundum probabiliſſimam coniecturam nomen fuit Wichmanni, et huius in memoriam a Billingo filium ſuum appellatum fuiſſe Wichmannum. Atque ſic nomen Wichmanni in Billinganam familiam videtur fluxiſſe.

Wichmannum II adſciuiſſe ſibi coniugem, didicimus e *Widekindo noſtro Annal. Lib. III* p. 658 ſeq. narrante, *Wichmannum, fuſis fugatisque Slauis, ad Hugonem ducem fuga elapſum eſſe, ſcientem vero* (anno 957), *Saxoniam bellatoribus vacuam, a Gallia profectum Saxoniam occulte intraſſe, domum coniugemque reuiſiſſe et inde ſe iterum alienigenis immerſiſſe, poſt hæc vero obtinuiſſe, vt patria coniugisque patrimonio cum gratia imperiali frueretur.* Cum vero *Wichmannus* filiam habuerit nomine *Luitgardam*, concedere poſſumus, eius coniugem quoque appellatam fuiſſe

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Luitgardam, eandemque fuisse Arnolfi comitis Flandrensis filiam, qua cum multa prædia in inferiori Germania obtinuerit, vti Widekindus noster videtur indicare. Quamobrem illi eruditi non errasse videntur, qui eum inter *comites Hollandiæ* et *Frisiæ* referunt. Ipsum vero *Wichmannum II* tandem anno 966, non anno 964. neque anno 962, vti C. Abelius in *Sächs. Alterth.* p. 434 perhibet, esse mortuum, *Widekindus noster Ann. Lib. III* p. 660 seq. his enarrat verbis, quæ in MSto nostro ita habent: *Audiens autem Wichmannus, vrbem captam, sociosque oppressos, ad orientem reuersus, iterum se paganis immersit, egitque cum Slauis, qui dicuntur uulotuini, quomodo Misacam amicum imperatoris bello lacesserent. Quod eum minime latuit, qui misit ad Bolizlaum regem Boemorum, gener enim ipsius erat, accepitque ab eo equitum duas acies, cumque contra eum Wichmannus duxisset exercitum, pedites primum ei immisit, cumque ex iussu ducis paulatim coram Wichmanno fugerent, a castris longius protrahitur, equitibusque a tergo immissis signo fugientes reuersionem hostium monet. Cum ex aduerso et post tergum premeretur Wichmannus, fugam inire tentauit. A sociis igitur arguitur sceleris, quia ipse ad pugnam eos instigauerit, fidemque equo, cum necesse fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo cessit, pedestris cum sociis certamen iniit, eoque die viriliter pugnans armis defenditur. Ieiunio autem et longiori via, qua per totam noctem armatus incessit, mane cum paucis admodum aream cuiusdam iam fessus intrauit. Optimates autem hostium cum eum reperissent, ex armis agnoscunt, quia vir eminens esset, interrogatusque ab eis, quisnam esset, Wichmannum se esse professus est. At illi arma deponere exhortati sunt, fidem deinde spondent, saluum eum domno suo præsentari hocque apud ipsum obtinere, quatenus incolumem imperatori restituat. Ille licet in vltima necessitate sit constitutus, non immemor pristinæ nobilitatis ac virtutis, dedignatus est talibus manum dare, petit tamen, vt Misacæ de eo annuncient, illi velle arma deponere, illi manum dare. Dum ad Misacam ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat, eumque acriter impugnat. Ipse autem quamuis fessus multis ex eis fusis tandem gladium sumit et potiori hostium cum his verbis tradidit, accipe, inquit, hunc gladium et defer domno tuo, quo pro signo victoriæ illum teneat, imperatorique amico transmittat, quo sciat aut hostem occisum irridere, vel certe propinquum deflere: et his dictis conuersus ad orientem, vt potuit, patria voce domnum exoranit, animamque multis miseriis et incommodis repletam pietati creatoris omnium effudit. Is finis Wichmanno, talisque omnibus fere, qui contra imperatorem arma sumserunt.*

Superstitasse *Wichmanno* filium cognominem, collegimus ex iis momentis, quæ inter comites *Wichmannum III* et *Baldericum*, *Adelæ* coniugem, obuia fuerunt et peracta. Refert enim *Ditmarus Tom. I Leibn.* p. 411 seq. inter *Wichmannum* et *Baldericum*, comites, diuturnam intercessisse contentionem, ortam, opinor, ob bona paterna, quæ tam *Wichmannus*, vtpote *Wichmanni II* filius, quam *Baldericus*, vtpote *Wichmanni III* sororius, sibi vindicabat. Addit Ditmarus, eandem contentionem *Baldericum*, sæpe ob eam in prælio devictum, adeo adflixisse, vt inter ceteros primates fastidio cum magno versatus sit et dedecore. Addit idem, interim *Wichmannum* ad discordiam diu insanientem pacis fœdere sedandam adiecisse animum, et *Baldericum* amicis precibus domum suam vocasse, conuiuioque excepisse ac munere placasse suscepto. Vxor vero Adela *Baldericum* mouit, vt retibus dolosis hic *Wichmannum* occuparet, qui nunquam per vim capi potuisset. *Baldericus* ergo vicissim ad confirmandum captæ familiaritatis vinculum inuitauit *Wichmannum*, eumque optime susceptum, at infecta veneno potione illico turbatum, ac postridie ad suos reuersurum dimisit ornatum muneribus. In itinere autem, militibus Balderici dolose ibidem tardantibus, a quodam seruo insciens et ex improuiso prostratus fuit, præsente *Balderico* et cædem nullatenus vlciscente. Patet e sequentibus Ditmari verbis, hanc fuisse peractam cædem anno 1016. De eadem cæde videtur agi in *Chronico Quedlinburgensi Tom. II S. R. B. Leibn.* p. 291 his verbis: *MXVI Wigman comes occidentalis Saxoniæ, inter se et Baldericum comitem reconciliata pace, persuadente callida perfida et auara coniuge eiusdem, insidiis pessimorum in itinere dolose peremptus occubuit.* Mentio hic fit de *Balderico*, marito *Adilæ*, matris *Meinwerci* episcopi. Cum enim primo corpus *Wichmanni* ad Frecheim ciuitatem delatum, ibidemque ad fratres suos collocatum sit, deinde *Balderici* vrbs Upplun, (quæ iuxta Eltene olim erat sita, in qua et *Thiedericus*, filius *Imadi*, iussu matris Adilæ anno 1015 fuerat occisus, *teste Vita Mein-*

Meinwerci p. 540) propter necem, *Wichmanno* illatam, sit destructa a Thiedrico Monasteriensi episcopo eiusque *comprouincialibus;* denique vero et Bernhardus dux, qui nepos erat ducis Herimanni Billingi, nefandi criminis vltor, et iure (sanguinis) omnino filii *Wichmanni* comitis adhuc paruuli eiusdemque hereditatis totius tutor extiterit, teste *Ditmaro* l. c. p. 412, *Wichmannus* iste fuit filius *Wichmanni II*, et *Baldericus* vitricus episcopi Paderbornensis Meinwerci. Falso itaque perhibetur, Wichmannum, occisum fuisse patrem comitissæ Adelæ, quippe qui iam anno 966 mortuus erat. Ex omnibus autem istis momentis fit palam, *Adilam*, nobilissimo licet sanguine procreatam, sceleratissimam fuisse feminam, auaram, voluptuosam, immo fallacem, astutam et crudelem. Quamuis illa vero malitiosa fuerit mulier, auctor tamen *Vitæ Meinwerci* vera de ea minime retulit, dum p. 540 narrat, *venisse eam ad filium suum episcopum in Patherbrunnon, et oblatis ei bonis, ad temporalis vitæ subsidia sibi delegatis, Nouam domum* (Neuhaus) *cum attinentiis eius, quamdiu viueret, sibi ab eo concedi petiisse, episcopum vero, ne tacta pice ab ea inquinaretur, consortium eius vel commercium omnimodis recusasse, seque bonis eius non indigere protestatum esse, illique mandasse, vt ab omni suo episcopio vel allodio quantocius recederet: qua accepta repulsa cum ignominia, illam maiori aduersus episcopum exarsisse inuidia, atque ad eius contumeliam et maiorem inuidiam Baldericum comitem, licet hominem fortem, diuitem, et potentem, non tamen eius matrimonio congruentem maritum accepisse, eiusque consilio filium proprium Thiedericum comitem, episcopo quasi animam suam dilectum, ab hominibus eius occidi præcepisse.* Sed vera haud esse, quæ primo loco auctor ille memoriæ prodidit, id patet ex eo, quod iam anno 997 *Adila Baldericum* habuerit sibi matrimonio sociatum, Meinwercus vero demum anno 1009 episcopatum Paderbornensis ecclesiæ acceperit, vti ipse auctor l. c. p. 522 retulit. Inter aniles ergo fabulas referenda esse ea, credimus, quæ auctor l. c. p. 542 de morte et sepultura *Adilæ* nostræ narrauit, indicans, *Coloniæ eam esse mortuam et ante ecclesiam B. Petri sepultam, sed tempestate adeo sæuiente, vt totius ciuitatis interitum minitaretur: effossam ergo esse illam atque in Rhenum proiectam, vbi ipse Rhenus sui inundatione et fluctuum collisione pluribus diebus ita efferbuerit, quasi, se maledictam illam non posse ferre, manifeste protestaretur.* Si enim id dogma adsensu dignum esset, quod dictitat, Deum miracula edere, si mala mulier moriatur; tunc vtique horridæ tempestates furerent semper nimbis stridentibus. Id facile concedimus, mortua *Adila Meinwercum* cum sorore sua bona hereditaria, intra inferiorem Germaniam sita, diuisisse: atque hanc, sororem puta, partem suam S. Vito in Eltene contulisse; illum vero suam partem cœnobio, quod ipse in ciuitate Patherbrunnensi inchoauerat, delegasse.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Vt ergo tandem in viam, a qua paululum deflexeramus, redeamus, e bonis episcopi *Meinwerci* comprobare libet, vera esse ea, quæ hactenus de origine istius *Meinwerci* prædicauimus. Amplas et magnas fuisse opes *Meinwerco*, id patet ex eius responso, quod ipse Heinrico II dedit cæsari. Rex enim, denunciato sibi obitu *Rhetarii*, episcopi Paderbornensis, *Meinwercum aduocauit, et consueta beneuolentia ei arridens, sumpta chirotheca, accipe, inquit. Quo, quid esset accepturus, percontante? episcopatum, ait rex, Patherbrunnensis ecclesiæ. Illo autem dicente, quid sibi episcopatus ille deberet, qui de bonis propriis excellentiorem construere valeret? Quia hoc, inquit rex, veraciter considero, ideo te inopiæ illius misericorditer subuenire desidero, vt illius in cœlo coheres fieri merearis, cuius piam matrem in terris heredem tuum feceris. At ille hilariter, ego, inquam, ea spe et conditione episcopatum suscipiam.* Ita relatum legimus in *Vita Meinwerci Tom. I Leibn.* p. 522. Iam autem ex diplomate imperatoris Heinrici iam supra adducto elucescit, *Meinwercum* hereditario iure possedisse prædia *Immedeshuson, Walmonthem, Hauerlon, Hukilhem, Mandelbiki, Golzbiki, Dodonhuson, Hokinesleuo* et *Wakeresleuo.* Inter hæc *Immedeshusen*, olim Comitum sedes, est Imshusen prædium, in principatu Grubenhagico situm. Tenuerunt id Barones de Steinberg in feudo ab ecclesia Paderbornensi. *Walmonthem*, locus est Walmoden, situs in episcopatu Hildesiensi intra præfecturam Woldenberg. *Hauerlon* est *Hauerla* in eodem episcopatu in præfectura Liebenburg; *Hukilhem* erit vel vicus Hocklem in principatu Göttingensi haud procul ab oppido Northeim, vel Hokelen in episcopatu Hildesiensi in præfectura Marienburg. Locus prior venit in censum, siquidem ex heredio suo ibi Meinwercus ac eius successores cœno-

Meinwerci episcopi bona hereditaria.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

bium conſtruxerunt? *Mandelbiki* eſt Mandelbeek, locus principatus Göttingenſis intra præfecturam Brunſtein, olim ad cœnobium Wibrechtshuſanum relatus; *Golzbiki*, villa nec Goldbach ſeu Golmke in ducatu Brunſuicenſi, haud procul a monaſterio Amelunchsborn poſita, nec Goltbach haud procul ab oppido Creutzberg in Haſſia ſita, eſſe videtur. Cum enim eandem villam cum villa *Dotenhuſen* Meinwercus anno 1031 tradiderit monaſterio Abdinghouiano, atque Heinricus cæſar III, eaſdem villas in comitatu Bernhardi ducis anno 1053 ſitas fuiſſe, aſſerat, probabile nobis videtur, eaſdem villas bonis, quæ Wichmannus comes in pago Hameland poſſedit, adnumeratas fuiſſe. *Hokinesleuo* et *Wakeresleuo* prædia nobis cognita non ſunt. Quamuis enim in archiepiſcopatu ſeu potius Ducatu Magdeburgico inueniatur vicus Wackersleuen, atque in ducatu Brunſuicenſi haud procul ab oppido Schöningen olim vicus Wagersleuen exſtiterit, nec non vici, quibus eſt nomen Herckesleuen, Heymersleben, Haſſleuen, Harſſleuen, Hamersleuen, Hötensleven, Haldensleuen, Hadmersleven, Hersleven, Hildesleven, Hillersleven, Honesleue, ac Hohenwarsleben in Saxonia noſtra reperiantur, aliquid certi tamen definire non audemus. Fortaſſis illos acquiſiuit Billingus ea ætate, qua Comes per pagum Neletici fuit. Illud probabiliſſimum eſſe videtur, bona, in principatu Göttingenſi olim ſita, fuiſſe familiæ Billinganæ propria. Cum enim auctor Vitæ Meinwerci loco laudato aſſerat, *Adelam* eadem prædia poſſediſſe hereditario iure; bona ea ſine dubio erant paterna. Iam autem ſupra §. 104 not. (w) docuimus, familiam Billinganam in principatu Göttingenſi bona tenuiſſe. Ibi ſimul indicauimus modum, quo ea in manus Billingorum peruenire potuerint. Ergo erat *Wichmannus* ille omnino pater *Adelæ*, neposque Comitis Billingi. Ex hoc momento colligere licet, caſtrum *Pleſſe*, in eodem principatu Göttingenſi ſitum, quod, teſte *Vita Meinwerci* p. 528, prædium hereditarium erat Meinwerci epiſcopi, ad eadem Billingana bona fuiſſe relatum, et pari ratione in manus eiuſdem epiſcopi peruenisſe. Quibus dictis illud porro libet adiungere lectorique noſtro in memoriam reuocare, familiam Billinganam inter coheredes ducis Oſtfalorum Heſſi nomen profeſſam fuiſſe. Ab hoc Heſſio videntur villas *Walmonthem* et *Hauerlon* Billingani accepiſſe. Nolim tamen de eo Iovem lapidem iurare.

Quemadmodum vero *Wichmannus* comes, auus maternus *Meinwerci*, in pago Hameland bona hereditaria poſſedit, ita ex his bonis *Meinwercus* ad annum 1031 monaſterio Abdinghouiano donauit villas Goltbeke, Dotenhuſen, Waltmanninkhuſon, Merebeke et Rimi, teſtante ſequenti diplomate, quod e MSto adiungimus, lectu omnino dignum. En illud.

℄ In nomine ſce et indiuidue trinitatiſ. Rerum omnium creatorem deum ſummum et immutabile eſſe bonum omnium ꝑſtat rationi fidelium cuiuſ omnipotentiam aliquo indigere ſuperfluum eſt eſtimare uel credere. quomodo uero in libro ſalomoniſ ſcriptum inuenimus. diuitię hominiſ redemptio animę illiuſ. et ab ipſo auctore mundi preceptum legimuſ date eleemoſinam et omnia munda ſunt uobiſ. ita preſtat ut ex beneficiiſ ab eo nobiſ collatiſ ob redemptionem animarum ñr̃ārum qualiacunq;. poſſumuſ in eiuſ ſeruitio expendamuſ pauperibuſq;. eiuſ membriſ ſuccurrendo de mammona iniquitatiſ faciamuſ amicoſ qui noſ recipiant in habitacula eternę beatitudiniſ. Hac igitur ratione ammonituſ ego *Meinuuercuſ* utinam ēpuſ conſilio et auxilio bt̄ę memorię Heinrici imperatoriſ pro remedio animę meę et parentum meorum in ſuburbio epiſcopii mei monaſterium conſtruxi et in honore omnium ſc̄ōr̄um deuotiſſime conſecraui eiuſdemq;. in dotem ec̄clię *ex hereditate parentum meorum* ſiue acquiſitione propria predia ſubtuſ nominata cum oīb̄uſ ſuiſ pertinentiiſ ſolemniter tradidi delegaui et concęſſi *Widun* cum ec̄clia *gellendorp rumbeke merebeke* cum ec̄clia *dotonhuſun waltmanninkhuſon rimi driburi goltbeke hauergo nedere balhornon* cum decima *leſſete* cum decima *wanbeke hoenſile radincheim* cum ec̄clia et decima *putten* cum ec̄clia et decima et ec̄cliam in *uorthuſun teſterband* cum ec̄cliiſ *tulen hafthi gamberen helleuue niuuela* cum decimiſ earum *burgnon* cum decima de epiſcopatu meo item *burgnon*

cum

cum decima *andepo* cum decima bonis meis centies restituta et redemta. hęc igitur omnia pfato monasterio a me collata cum omnibus suis pertinentiis terris uidelicet cultis et incultis mancipiis utriusq;. sexus uillis pascuis pratis siluis uenationibus aquis aquarumq;. decursibus piscationibus molendinis uiis et inuiis exitibus et reditibus quesitis et inquirendis ceteris q;. omnibus quę quomodocunq;. donari possunt utilitatibus in mundiburdium et tuitionem omnipotentis dei sc̄orumq;. omnium committo. ammonens et contestans sub nomine dn̄i n̄ri ihū Xp̄i ut nullus successor meus siue alia persona magna siue parua contra ec̄clias dei seuiens foris et intus eidem monasterio. rebusq;. concessis seu concedendis aliquam uiolentiam seu rapinam ulla temeritate inferre presumat. si quis autem de prefato monasterio aliqua auferre uel minuere de thesauris uel prediis iniuste temptauerit uel monachis ibidem constitutis uim aliquam siue molestiam intulerit omnipotentis dei sc̄orumq;. eius iram atq;. offensam incurrat et in die iudicii si non emendauerit dn̄ico maledicto subiaceat ite maledicti in ignem ęternum qui preparatus est diabolo est angelis eius. constituimus autem et uolumus non census uel debiti sed inuiolabilis causa dilectionis ut abbas prefati monasterii omni anno in dedicatione ec̄clię suę ēpum si presens est canonicos q;. suos ad conuiuium inuitet nihilq;. aliud preter quod karitas dictitauerit aliquando persoluere cogatur. defuncto uero abbate habeant monachi potestatem secundum timorem dei eligendi abbatem nec quisquam eis per uiolentiam aliquam seu per malignum consilium in hac re obsistat. hoc autem uotum meum dn̄e ihū Xp̄e peto ut clementer suscipias tribuasq;. ut quicunque hanc traditionem n̄rām atq;. licentiam liberalem infringere uel permutare quolibet ingenio temptauerit maledictioni et ultioni quam inuasoribus ec̄cliarum tuarum preparasti incurrat. gubernante Corbeiam Adalgario.

Actum in die consecrationis eiusdem monasterii anno ab incarnatione dn̄i MXXXI. indict. XIIII. quarto non. nouembris presentibus et adiuuantibus auctoritate sua ēpis domno *Hunfrido parthenopolitano. Godehardo hildenesemensi. Sigeberto mindensi.* hanc autem traditionem *Amelungus comes* summus maioris ec̄clie aduocatus manu sua suscepit et regię potestatis banno in comitatu suo stabiliuit. super his presentium atq;. futurorum orationem bonis prodesse obsecramus ut ipse mihi in die iudicii mercedem restituat pro cuius amore hęc incepi atq;. perfeci.

Erant autem supradicta prædia anno 1053 sita in comitatu Bernhardi ducis. Radincheim et Testerbant erant tunc conspicua in comitatu comitis Gerhardi. Id ipsum sequentes cæsaris Heinrici III approbant litteræ, quas itidem e MSto addimus. En, lector, eas ipsas.

In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Si res ecclesiasticas diuino cultui condonatas pro amore dei conseruare eas uero quę apud humanas leges aliquorum contradictione infirme uidentur et instabiles n̄rā imperiali auctoritate confirmare et corroborare studuerimus et ad psentis uitę felicitatem et ad ęterne beatitudinis interminabile gaudium nobis profuturum fore non diffidimus. Unde omnium Xp̄i n̄ri q;. fidelium tam futurorum quam psentium sollers industria nouerit qualiter nos ob spem diuine retributionis quędam pdia *Goltbeke Dotenhusun Waltmanninkhuson Merebeke Rimi in comitatu ducis Bernhardi* sita et *Radincheim in Testerbant in comitatu Gerhardi comitis* a Meginuuerco uen̄r. Badrabrunnensis ec̄clię psule ad monasterium tradita quod ipse in honorem b̄ti Petri ap̄lorum principis et omnium sc̄orum deuotissime a fundamento construxit heredibus illius *Luitboldo* et *Adalberto* primum quidem multum contradicentibus et quod eadem bona hereditario ad se iure deuenerint iuxta seculare iudicium affirmare conantibus

ad

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

ad ultimum ob ñr̃ę uoluntatiſ et benigne adhortationiſ excellentiam collaudantibuſ eidem monaſterio et abbati Egilberto ſuiſq;. ſucceſſoribuſ et monachiſ inibi deo famulantibuſ auctorali. ñr̃ā adſtipulatione confirmamuſ et corroboramuſ cum omnibuſ ſuiſ appendiciiſ hoc eſt utriuſq;. ſexuſ mancipiiſ areiſ edificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ pratiſ paſcuiſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ moliſ molendiniſ piſcationibuſ ſiluiſ uenationibuſ exitibuſ et reditibuſ uiiſ et inuiiſ queſitiſ et inquirendiſ cum omni utilitate quę ullo modo poterit inde prouenire. ea uidelicet ratione. ut p̃dictuſ abbaſ ſuiq;. ſucceſſoreſ de p̃fatiſ p̃diiſ liberam dehinc poteſtatem habeant obtinendi commutandi p̃cariandi uel quidquid illiſ ad uſum eiuſdem monaſterii placuerit inde faciendi cum conſenſu ēp̄ī. Inſuper etiam firmum et ſtabile perpetuo iure ſancimuſ ut nulluſ dux aut comeſ aut aliqua perſona parua uel magna p̃fatum abbatem eiuſq;. ſucceſſoreſ ſuper eiuſdem boniſ inquietare moleſtare aut deueſtire p̃ſumat. Et ut hęc ñr̃ę imperialiſ confirmationiſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa per ſuccedentium temporum monumenta permaneat hanc cartam inde conſcriptam manu propria ut infra uidetur corroborante ſigilli ñr̃ī impreſſione iuſſimuſ inſigniri.

Signum domni Heinrici tertii regiſ



ſc̄dī Romanorum imperatoriſ inuictiſſimi.

Wintheriuſ cancellariuſ uice luitbaldi archicancellarii recognoui.

Sigillum obuium eſt in Tab. IV. num. 1.

Acta X kal. apriliſ anno d̃niçę incarnationiſ MLIII indict. VI. anno autem domni Heinrici tertii regiſ imperatoriſ autem ſc̄dī ordinat. eiuſ XXV regni XV imperii VII actum Goſlare in dei nomine feliciter amen.

Dignum memoratu id in hoc diplomate eſſe cenſemus, quod traditioni *Meinwerci* epiſcopi poſt fata eius multum contradixerint *Luitboldus* atque *Adalbertus*, affirmantes, bona, in *Dotonhuſen*, *Waltmannınkhuſen*, *Merebeke*, *Rimi*, *Radincheim* in *Teſterbant* ſita, hereditario iure ad ſe deueniſſe. Ex quo momento colligimus, eoſdem fuiſſe filios *Wichmanni III* et *Balderici*. *Radincheim* certe, ad Rhenum ſitus, locus, fuit domicilium comitis *Balderici*, qui vitricus erat *Meinwerci* epiſcopi, Vita Meinwerci teſte p. 541 ſeq. Ibi refertur, *Meinwercum* in *Radincheim* quoddam *dorſale*, in cubiculo matris ſuæ ſuſpenſum, deiici iuſſiſſe, atque occulte caballo impoſitum ad monaſterium ſuum nouum Paderbornæ viſendum quantocyus deferri imperaſſe, ipſum vero *dorſale* matrem eius ad nominis ſui memoriam, atque in honorem *Balderici* comitis fieri et pingi curaſſe, eo quod draconem in loco quodam interfecerat. Conſanguineos ergo eos fuiſſe oportet Meinwerci epiſcopi. Nihilo ſecius negari non poteſt, *Meinwercum* fuiſſe nepotem *Wichmanni II*, eiusque patrem *Immadum* e ſanguine Widikindeo fuiſſe ortum. Atque vt illud eo clarius eluceſcat, præmittendum eſt diploma fundati collegii canonicorum Buſtorfiani, cuius apographum accepimus e manibus docti cuiuſdam viri Paderbornenſis. Id ſic eſt conformatum.

In

℄In honore ſc̄ae̅ trinitatiſ et indiuiduae unitatiſ. Notum ſit regię poteſtati omniq̄. pontificali dignitati cunctoq̄. eccleſiaſtico ordini uniuerſoq̄. populo Xp̄ianę fidei ſignato quod ego *Meinuuercuſ* peccator anno ab incarnatione d̄n̄ī MXXXVI. licentia ſereniſſimi imperatoriſ *Chuonradi* ac conſenſu moguntini archiep̄i *Bardoniſ* colonienſiſ archiep̄i *Hermanni* wirceburgenſiſ ep̄ī Brunoniſ cepi conſtruere ecc̄liam extra Patherbrunnen ciuitatem in orientali parte poſitam ad ſimilitudinem ſc̄ę ieroſolomitanę ecc̄lię et ob honorem ſc̄ę dei genitriciſ et perpetuę uirginiſ marię et b̄torum ap̄lorum petri et andreę pro illa obtinenda celeſti ieruſalem. in hac autem ecc̄lia canonicoſ deo ſeruientes congregaui quibuſ uictum et ueſtitum de propriiſ boniſ miniſtraui. in die autem ſc̄ificationiſ benedictione peracta ante miſſarum ſolemnia ſermone ad populum finito more aliarum ecc̄liarum deo conſecratarum dotaui eam danſ curtem unam in *Theldun* quam ex hereditate paterna poſſedi. duaſ precarie acquiſitaſ unam in *Wallithi* alteram in *Aſbiki* et unum uoreuuerc in *Aſſiki* unam curtem in *ualle*. quia uero de prediiſ in confinio tantum non habebam ut ſufficere poſſet ad uſuſ ecc̄lię ac deo ſeruientium in ea conſilio fidelium n̄r̄orum accepto decimaſ. ſubterſcriptaſ de dominicalibuſ curtibuſ *ad me pertinentibuſ* eidem ecc̄lię dedi. quarum prima eſt ENENHVS cum XIII uoreuuerc ad eam pertinentibuſ *Stidinen Bennediſla Colſtidi Dedinghuſon Heddinghuſon Dale Hengkilari Hilimari Suaſharon Barghuſon Brochuſon Balhornon Patherbrunnon.* SVTHEM et treſ uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Kircthorp Holthem Siuuardiſſan.* NIGENHVS et quatuor uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Haſa Aſcha Bruch Tuna.* BEKINA et quatuor uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Henghi Elinere Brochuſon Aſlan.* BERGHVSON et quinq̄. uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Uralanchuſon Meginchuſon Burchuſon Hepin Ikamanninctorpe.* BIKESETEN et treſ uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Hiſe Unrecaſſen Ekama.* HELAGANKIRCAN et duo uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Aldenthorpe Bardingthorpe.* LVTHIDE et duo uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Dodenbroke Breca.* HEGINHVSON et quatuor uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Rothbehtiſſon Berga Holteſminne* duo AGINHVSON et ſex uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Sandenebiki Homa Saſtincthorpe Stenhem Hardincthorpe La.* NIHEM et quatuor uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Malrede Leuerincthorpe Pummaſſun Baddenhuſon.* HERISTALLI et quinque uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Wirgiſi Theſli Brecal Hemmadaſſon Boffaſſon.* DASBVRG et duo uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Daſburg Aſtnedere.* WARDBVRG et tria uoreuuerc ad eam pertinenteſ unum in ipſa uilla *VVeſtnedere Aſtdagaſſon.* CVLITE et treſ uoreuuerc ad eam pertinenteſ unum in ipſa uilla *Uorſti Rothun.* HIRISVVITHVSON et treſ uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Aſlan Bilmchuſon Teuinchuſon.* CURBIKE et quatuor uoreuuerc ad eam pertinenteſ *Daluuic Anaſi* item *Anaſi Lengeuelde.* VILISI et unum uoreuuerc ad eam pertinentem *uernethi.* *Aſbiki* quę eſt iuxta *Horſte.* ipſis autem uillicis qui domoſ haſce prędictaſ inhabitant uel hiſ qui poſt eoſ ponendi ſunt nihil omnino permittenteſ niſi quindecim iugera pro ueſtitu alia uero quę laborauerint in agro uel nutrierint in domibuſ tam propria ſua quę habent aut poſtea deo annuente poſſeſſuri ſunt quam ad n̄r̄am poteſtatem pertinenteſ quadrupeda ſiue pennata more ſolito abſq̄. ulla contradictione addecimarent. Ut ergo nulla ex hiſ prętermitterem quę mihi a deo data erant dedi etiam decimam in *Sinithi* ſuper armenta mea et ſuper examina apum fideliter deo et d̄n̄o n̄r̄o ih̄u Xp̄o ſc̄oq̄. ſpiritui offerenſ uota mea. Si quiſ autem eorum qui uidentur hiſ omnibuſ prędeſſe prędumtuoſe hanc meam traditionem per malam uoluntatem aut propter nequitiam cordiſ ſui irritauerit et ſecundum meam diſpoſitionem decimam non dederit dicenſ ſe non iuſte daturum et hoc a procuratore fratrum uel ab ipſo p̄poſito loci uel quod maiuſ eſt a communi fratrum querimonia proclamatum fuerit. ſi miniſterialiſ huiuſ rei rector eſt iuramento ſe in reliquiiſ n̄r̄iſ purgabit. ſi lito iudicio ferri igniti ſynodali ſententia ſe liberabit.

guber-
nante
Corbe-
iam Adal-
gario.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

ne autem alicui successorum meorum non bonę uoluntatis uiro neq;. amorem dei in corde suo retinenti mensę suę stipendia diminuisse uidear sciat has decimas me et de hereditariis et de acquisitis centies restituisse. Ponebam etiam terminum ut unaquęq;. solet habere ecclia audiente clero cunctoq;. populo congregato nullo contradicente sed magis uoluntati meę in omnibus consentiente confitente uniuerso clero hęc omnia sine ulla contradictione posse fieri inprimis uillam hanc quę dicitur *Aspithara* aliam quę uocatur *Hildelinchuson* tertiam quę uocatur *Hassuitehuson* quartam *Hohensili* quę uulgari uerbo dicitur quadin quintam *Asbetinchusun*. Super hęc omnia cum non possent habere ullam utilitatem syluarum potestate episcopali dedi eis in *Benuidisla* et in marchiis *Thurnithorum Renghithinchusorum* Hildelinchusorum Aspetharorum in unaquaq;. ebdomada pondera sex plaustrorum. dedi etiam ad honorem et utilitatem ecclię partem *Sundere* meę in orientali plaga uię que uadit ab urbe ista usq;. in *Asbetinghusun*. Sciat namq;. fidelis in dn̄o frater mei ordinis locum meum possessurus omnisq;. ecclia catholica his litteris A et C T C a me priuilegium hoc signatum propriis manibus meis sigillatum peractaq;. benedictione sepulcri et altaris antepositi VIII. kal. iunii missa celebrata filiis ecclię traditum. ea uidelicet ratione. ut si quando tribulationem seu contradictionem harum rerum prenominatarum ab aliquo patiantur scripturarum testimonio ueritas approbetur. Traditionem autem hanc si quis successorum meorum aut *consanguineorum* seu posterorum eorum *a quibus precario partem quandam acquisieram* infringere uoluerit b̄torum ap̄lorum petri et andreę et ep̄orum *Bardonis Hermanni* et *Brunonis* quorum testimonium priori introduxi loco meoq;. banno et omnium animarum deo consecratarum in secundo cum uenerit dn̄us unicuiq;. operum suorum premia reddituru cum iuda traditore anathemate feriatur perpetuo. qui autem post instinctum dei patris omnipotentis ex meis interfuere quorum consilio auxilioq;. hęc omnia perfecerim paucis notabo nominibus. *Sigehardus* abbas Patherbrun. wino abbas Helmuuardishusen. qui mensuras ecclię et sepulcri de ierusalem apportauit. Hosadus prepositus matris ecclię et frater eius uffo. dodico decanus. Bouo prepositus loci istius. Betelinus camerarius. Eppo dapifer. Cizo Geilo fratres et pincernę. Eue et filii eius. Landico et Eue. Dudo. Titman de Enenhus. Aldericus de Nienhus.

Si hæc bona, quæ *Meinwercus* tam monasterio Abdinghoviano quam collegio Bustorfiano tradidit, penitissime considerare libet, bona illa, ad villas *Theldun*, *Putten* et *Vorthusen* sita, sine vllo dubio ipse acceperat ex hereditate patris sui *Immadi*, cui illa tradita fuisse credimus ex nuptiis, cum *Adela* contractis. Patet enim e diplomate Ottoniano supra adducto, has villas fuisse inter hereditaria bona comitis *Wichmanni* patris *Adelæ* recensitas, et intelligitur designari per *Theldun* oppidum Delden, in prouincia Transisalana in Belgio Fœderato situm. E quibus momentis præterea diiudicari poterit, quonam iure *Immadus*, pater *Meinwerci*, a recentioribus *comes* appelletur *in Testerbant*, scilicet eo iure, quo ipse fuit possessor bonorum quorundam in pago Hameland, id est, in comitatibus Zutphen et Ober-Yssel. Fuisse autem *Immadum* comitem origine Widikindeum, id patet e bonis, quæ *Meinwercus* episcopus itidem ex hereditate parentum tenuit, quæque sunt 1) *Tuilon* cum quatuor ei adnexis ædiculis seu capellis *Hasthi*, *Gamberen*, *Hellewe* et *Niwela*, de quibus locis iam supra, vbi de pago Testerbant egimus, diximus. Quodsi igitur iam supra demonstrauimus, familiam Widikindeam in eundem tractum dominatam esse, eapropter pater *Meinwerci* ad eandem quoque familiam referendus fuerit. Id ipsum indicat 2) curtis maior *Enenhus*, intra quam bona, ad *Meinwercum* episcopum spectantia, idem Meinwercus anno 1036 collegio Bustorfiano cum aliis bonis in XIII Vorewere, eodem referendis, scilicet *Stidinen*, *Bennidisla*, *Colstidi*, *Dedinghusun*, *Heddinghusun*, *Dale*, *Hengkilari*, *Hilimari*, *Suasharon*, *Barghusun*, *Brochusun*, *Balhornon* et *Patherbrunnon* donauit. Inter villas hasce *Stidinen* memoratur, quæ est Stiden in episcopatu Paderbornensi, *Bennidisla* Bensen, *Colstidi* Colsted, *Dedinghusun* Dedinckhusen, *Heddinghusun* Heddinghusen, *Dale* Dalen, *Hengkilari* Hen-

Hengelern in dynastia Wevelsburg, *Hilimari* Helmeren in eadem dynastia, *Suasharon* Schwafferen in eodem dominio, *Barghuson* Barchusen in dynastia Burana, *Brochuson* Brockhusen, et *Balhornon* Balhorn. Huc quoque referimus 3) *Helagankircan* cum *Aldenthorpe* et *Bardingthorpe* intra dynastiam Buranam sitam, inter quas *Bardingthorpe* sine dubio a quodam Bardone, cuius nominis aliquot dominos in familia Widikindea deprehendimus, nomen accepit. Libet 4) villam *Luthithe* cum duobus prædiolis seu vorewerc, ad eam pertinentibus, *Dodenbroke* et *Breca*, quæ testibus membranis nostris in pago erant Huuetigo, in quem familia Widikindea passim dominata est, ad eadem bona referre. Eodem referimus villam *Aginhuson* cum sex vorewerc, ad eam spectantibus, *Sandenebiki*, *Homa*, *Saftinethorpe*, *Stenhem*, *Hardinethorpe* et *La*, de quibus iam supra egimus. Eisdem annumerare placet 5) *Culite* curtem cum duobus vorewerc *Vorsti* et *Rothun*; *Hiriswithuson* cum tribus vorewerc, *Arlan*, *Bilinchuson* et *Tevinchuson*, itemque curtem *Curbike* cum quatuor vorewerc *Dalwic*, *Anasi*, item *Anasi* et *Lengevelde*. *Culite* enim est Cülte, locus in principatu Waldeccensi intra præfecturam Wetterburg situs; *Vorsti* est Verste in dynastia Wevelburg, *Rothun* est Roden in præfectura Roden intra Waldeccensem principatum; *Heriswithuson* est Hardehusen in terris episcopatus Paderbornensis. *Arlan* est Asselen haud procul a Lichtenau. Bona enim ad villam Aslan sita in loco Ringhelmi, quippe quæ alia villa est, Volcmarus Meinwerco donauit, vti iam supra vidimus. *Bilinchuson* est Billinghusen intra præfecturam Landau in principatu Waldeccensi. *Tevinchuson* est Deringhusen in eadem præfectura; *Curbike* est Corbach; *Dalwic* est Dalwig; *Anasi* et *Anasi* est Ober- et Nieder-Ense, ac *Lengevelde* est Lengefeld. Omnes hæ villæ in præfectura Eisenberg sitæ sunt intra principatus Waldeccensis tractum. Iam vero supra demonstrauimus, dominos, ad familiam Widikindeam spectantes, in his villis, vel in aliis locis, quæ his villis fuerunt contermina, possessiones et bona habuisse. Patrem ergo *Meinwerci*, *Immadum*, qui trinepos erat Widekindi Magni, ad eandem familiam referimus, rati, ecclesiam Paderbornensem *Meinwerco* acquisitionem et accessiones illorum bonorum aliorumque Widikindeorum prædiorum debere.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

De fratre episcopi *Meinwerci*, *Theodorico*, eiusque sororibus, *Glismoda* atque *Azela*, non opus est multa dicere, cum e testimonio Vitæ Meinwerci, iam supra adducto, pateſcat, eosdem fuisse liberos comitis *Immadi*. *Theodoricus* mortuus est, testante Necrologio Abdinghoviano, VII idus Aprilis. *Glismod* vero habetur a Gelenio, qui eam Giselam vocat in *Auctario ad Vitam S. Engelberti*, pro matre imperatoris *Heinrici II*, cui videtur assentire Nic. Schatenius in *Annal. Paderb.* T. I. p. 388. Sed cum *Heinrici II* cæsaris pater fuerit Heinricus dux Bauariæ, omnino ex verbis abbatis Ursbergensis, quorum tantum partem adduxit Schatenius l. c. vel ex Alberto Stadensi ad a. 1104 p. m. 147 discere potuisset Schatenius, *Glismodam* fuisse vxorem *Retingi*, filii Botonis II, nepotis Retingi I, et pronepotis Botonis I, cui Retingo Glismoda peperit *Friderunam*, vxorem Hartwigi comitis palatini, qui fuit germanus illius Sigehardi, qui Sigihardum genuerat Ratisponæ peremtum. *Frideruna* vero mater fuit *Erbonis* et *Botonis*, *quem sicuti corpore proceriorem et elegantiorem, ita rebus bellicis præstantiorem atque famosiorem, totius pene Germaniæ atque Italiæ testabatur populus*; *Pannonia vero talem illum ac tantum se fatebatur aliquando sensisse, vt is verè de gigantibus antiquis vnus apud illos crederetur fuisse.* Ipsius Ursbergensis verbis vtimur. Mortua autem est *Glismoda* ad nonas Februarii, teste Necrologio Abdinghoviano.

2) Theodoricus filius Immad. III. 3) Glismoda. 4) Azela.

Cum vero et *Emmam* appellauerimus sororem *Meinwerci* atque vxorem *Luitderi*, comitis, qui erat frater Bernhardi ducis atque filius Hermanni Billingi, operæ pretium fuerit monuisse, illam vocatam esse sororem *Meinwerci* atque vxorem Liudgeri ab Adamo Bremensi Lib. II. cap. 60. Adstipulatur eidem auctor Vitæ Meinwerci p. 524, hæc prodens: *Frater quoque præfati ducis Bernhardi* (filii ducis Hermanni) *comes Liutderus IV Kal. April.* (1011) *obiit, qui cum vxore sua Emma senatrice christianissima multa bona ecclesiæ Bremensi contulit.* Quodsi igitur *Immadus*, episcopus Paderbornensis, nominatur ab eodem auctore p. 546 fororius *Meinwerci* episcopi, ipseque *Immadus* episcopus in diplomatibus ad annum

5) Emma.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

num 1052 et 1054 quæ exhibet Nic. Schatenius in *Annal. Pad.* T. I. p. 540 seq. et p. 543 seq. *Meinwercum* vocat auunculum suum, non immerito statuitur, *Immadum* episcopum fuisse filium *Emmæ* ac *Liutderi* comitis. Non ergo arbitramur, *Emmam* effoetam et sterilem fuisse.

Unwanus archiepiscopus Bremensis, nepos Immadi III.

Debemus porro *Unwanum* archiepiscopum Bremensem huic stirpi annumerare. Ad clarissimum genus Immedingorum enim ille refertur ab Adamo Bremensi Lib. II cap. XXXIII, asserente, sedisse eum annis XVI, serulam susceptisse ab Heinrico imperatore ac pallium obtinuisse a Papa Benedicto, assumtum e Choro Paderbornensi. Consanguineum fuisse eum *Meinwerci* episcopi, concludas etiam ex eo, quod, fauente *Meinwerco* episcopo, *Unwanus*, Patherbrunnensis ecclesiæ canonicus, Lubentio archiepiscopo Bremensi anno 1013 prid. non. Ianuarii mortuo successerit, *Vita Meinwerci* teste p. 524. Quantum vero coniectura auguramur, putamus, natum fuisse *Unwanum* ex matre, quæ soror fuerit *Immadi*, quo patre vsus est *Meinwercus* episcopus. Quomodo *Unwani* mater ac pater fuerint appellati, cuiusque stirpis pater eius fuerit, iam quidem ignoramus. Si autem bona ipsa consideramus, quæ hereditario iure ad Unwanum archiepiscopum spectarunt, pater eius vtique ad progenitores comitum de Lutterberg referendus videtur. Pater ille fortassis fuit *Folchardus III*, cui vxor erat *Suaneberg*. De hisce egimus supra §. 112 not. (o). Primum enim nouimus, *Unwanum* archiepiscopum possedisse curtem *Hoënstide in pago Rittiga* in comitatu Bernhardi comitis sitam, quam *Unwanus* Heinrico II cæsari *legaliter* tradiderat, qui eam anno 1013 donauit ecclesiæ Paderbornensi, testante diplomate eiusdem cæsaris in Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 402. Cum hoc consentit *Vita Meinwerci* Tom. I. Leibn. p. 524. Deinde *Unwanus* Bremensis archiepiscopus erat possessor curtis *Morunga in pago Morungano* in comitatu eiusdem comitis Bernhardi seu Bennonis, quam idem *Unwanus* per manum aduocati sui Udonis eidem regi Heinrico, contradictione omnium hominum remota, tradiderat. Hic eandem porro largitus est Meinwerco ad annum 1016. 4 idus Ianuarii, testante diplomate eiusdem cæsaris in Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 417 seq. atque auctore *Vitæ Meinwerci* T. I. Leibn. p. 525. Denique *Unwanus* habuit curtem *Berneshusen*, *in pago Lisga in comitatu Udonis* sitam, quam itidem accepit ab eo Heinricus cæsar, qui eandem porro donauit Meinwerco eiusque ecclesiæ anno 1016, testante diplomate in *Annal.* Schatenii l. c. p. 418, seq. Quodsi autem villa *Hoënstide* est Hohnsted in præfectura Brunstein intra principatum Göttingensem: *Morunga* porro est Moringen oppidum in eodem principatu, et *Berneshusen* est Bahnhausen in præfectura Wolferbuttelani Principatus Stauffenburg; in eodem vero tractu domini, quos supra §. 112. ad progenitores comitum de Lutterberg retulimus, bona sua hereditaria possederunt, vti loco laudato vidimus, probabiliter quoque *Unwanus* ad eandem gentem spectauit. Nemo intercedat, monens, id cum chronologia pugnare, quod matrem *Unwani* appellauerimus *Immadi* sororem, quippe quæ ante annum 953 sic nata esse debuisset, quo pater eius *Immed* vitam cum morte commutauit. Si enim *Unwanus* archiepiscopatui Bremensi præfuit annis XVI, ipse creatus archiepiscopus fuerit oportet anno 1013 et mortuus 1029. Cum vero ante annum ætatis XXV pallium a papa non potuerit accipere, necesse est, *Unwanus* anno 988 fuerit natus. Si ergo mater eius matrimonium contraxit cum patre Unwani anno 987, eiusque pater anno 953 mortuus est, ipsa annum ætatis XXXV circiter egerit oporter, cum anno 988 peperisset *Unwanum*. Vtique ergo *Unwanus* esse potuit filius sororis *Immadi*, patris *Meinwerci* episcopi. Et hactenus de posteritate *Immadi*.

2) Rainbern filius Raginberi.

Reuertamur ergo ad *Rainbernum*, fratrem *Thiadrici*, *Widekindi* atque *Immedi*, filiorum *Raginberi*. An *Rainbern* idem sit, qui in hoc §. 229 inter testes apparet, pro certo quidem dicere non possumus. In viuis tamen ipse iam eo tempore fuerit necessum est, quo pater eius hæc bona monasterio nostro tradidit. Si enim secundum computationem nostram *Rainbern* anno 856 fuit natus, ipse anno 870, quo *Raginbern* abbatiam nostram muneribus suis ornauit, circiter habuit annos ætatis XV. Vtcunque sese hæc habeant, hoc certum est, *Rainbernum* nostrum de Germania nostra optime fuisse meritum. Referente enim Widekindo nostro, *pugnauit contra Danos, multo tempore Saxoniam vastantes, vi-*

vicit Danos anno 915.

citque

citque eos, liberans patriam ab illorum excurſionibus vſque in hodiernum diem. Quo tempore hæc reportata victoria a Danis fuerit, nemo veterum ſcriptorum, in lucem editorum, quantum ſcimus, litteris prodidit. Botho quidem, *Chronici Picturati* auctor T. III. Leibn. p. 303 hoc contigiſſe anno 918, perhibet. Chronicon Saxonicum ab Abelio editum p. 80. habet annum 917. Sed cum, irruptionem Danorum in Saxoniam accidiſſe, referat Helmoldus Tom. II. Leibn. p. 544; eo tempore, quo Ungarii, regnante Conrado I, non ſolum Saxoniam, ſed etiam prouincias eis et trans Rhenum demoliti ſunt, cum quo conſentit A. Crantzius in *Saxonia* Lib. III. cap. 3; patet e Chronico noſtro MSto et coætaneo, hæc euenisſe anno 915. Turbulentiſſimus autem eo anno Germaniæ noſtræ ſtatus erat. Ipſe enim Conradus rex, quia arma pro ſalute communi capere debebat, bellis implicatus fuit ciuilibus, et contra ducem, poſtea regem Heinricum, bellum geſſit, arbitratus, vi aggrediendum eſſe illum, quem dolo capere non potuerat. Quemadmodum vero Heinricus copias Conradi regis ad noſtrum Eresburgum, quod oppidum Stadberge eſt in Paderbornenſi epiſcopatu, tanta ſtrage cæcidit, ut poſtea dictum ſit: *tantus vbi infernus, qui cæſos deuoret omnes*, teſte Chronico noſtro MSto; ita eodem anno 915 *Rainbern* Danis ſe fortiter oppoſuit, eoſdemque ingenti clade proſtrauit. Eo maior ergo *Rainberno* noſtro laus eſt tribuenda, quo fortius eo tempore ferum atque immanem hoſtem fudit ac rem illis in partibus reſtituit. Ne mireris autem, nos, hæc alio tempore accidiſſe, perhibere, quam communiter creditur. Putamus enim, recentiores hic miſcere rotundis quadrata. Innixi enim Chronico noſtro coætaneo, arbitramur, Corbeienſibus noſtris maiorem fidem adhibendam eſſe, quam omnibus ſcriptis recentioribus. Illi enim ſine dubio optime norant, quanta mala, bello inteſtino atque Ungariis Germaniæ illata, eo tempore ipſi ſuſtinuerint. Quam ob rem fide eſſe digna non reor, quæ auctor Chronici Saxonici, ab Abelio editus, perhibet, dictitans, fudiſſe ſcilicet Heinricum aucupem vna cum comite *Rainberno* Danos. Confudiſſe enim is videtur aliam pugnam, cum Danis alio tempore ſcilicet anno 934 commiſſam, cum noſtra. Et quamuis ſciamus, recentiores plerosque credere, bellum iſtud cum Danis ab Heinrico aucupe fuiſſe anno 932 ſuſceptum; Corbeienſes tamen noſtri denuo in Chronico noſtro, ſæpiſſime excitato, prodiderunt, Ungariorum exercitum anno 932 NB. *in pago Belxa* eſſe deletum, atque iterum anno 933 exercitum Ungariorum ab Heinrico rege confectum eſſe. Ita ex hoc momento, contentiones recentiorum omnium, de loco iſtius pugnæ definiendo agitatæ, vno ictu corruunt. Locum *Riade*, iuxta quem Heinricus cum Ungariis pugnaturus caſtra metatus eſt, teſtante Widekindo noſtro *Annal.* Lib. I. p. 641, habemus pro Rade vico Principatus Luneburgici, intra præfecturam Kneſebeck, ſito, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in Ohrdorf. Victis autem fugatisque Ungariis, demum anno 934 Heinricus Danos ſuperauit, teſtante eodem Chronico MSto. Ipſi Dani latrocinio nauali in Friſios incurſabant, vti Widekindus refert l. c. p. 641. qui addit, Heinricum Danos reddidiſſe tributarios, regemque eorum *Chnutam*, vti in MSto noſtro nominatur, ad baptiſmum ſuſcipiendum adduxiſſe.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Nonne autem fructum, quem per victoriam ſuam ipſe meruerat *Rainbern*, Germania noſtra ei tribuit? Reſpondemus, vtique illud videri veriſimillimum. Quemadmodum enim Germania noſtra ingrati animi crimen ſemper exhorruit, ita pro tantis in rempublicam meritis *Rainberno*, Raginero, ſeu Rainherio (vnum enim idemque nomen eſt) potiſſimum in Freſia honores habiti gratiæque relatæ videntur fuiſſe. Extra omnem dubitationis aleam hoc poſitum eſſet, ſi veterum nonnemo litteris prodidiſſet, quanam in regione *Rainberi* noſter Danos fuderit. Widekindus l. c. refert tantum, Danos Saxoniam vaſtaſſe. Helmoldus vero l. c. addit, Danos, auxilio vſos Slauorum, primo Nordalbingos, deinde Ciſalbinos Saxones inuaſiſſe, Saxoniamque magno quaſſauiſſe terrore. Pernegare nolumus, Danos Nordalbingiam, id eſt, Holſatiam, Stormariam et Ditmarſiam, ac Tranſalbianam, id eſt, Mecklenburgicam, et fortaſſis etiam Brandenburgicam, regionem vaſtaſſe, quanquam de vltimo momento paullulum dubitamus. Id potius nobis videtur probabile, Danos idem Conradi I tempore iter ingreſſos eſſe, quo in Saxoniam fecerant impreſſionem, tempore Heinrici aucupis. Hæc enim vetus conſuetudo et priſtinus Danorum mos erat, vti Widekindus l. c. atque *Annales Rerum Francorum* teſtantur, per idem iter in Saxoniam recur-

Rainbern acquirit fructum victoriæ in Freſia.

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

recurſare. Si igitur Dani latrocinio nauali Freſones infeſtarunt anno 934, credimus præterea, eos eodem modo Saxoniam noſtram et Freſiam anno 915 inuaſiſſe. Piraticam enim feciſſe Danos æque ac olim Saxones noſtros, in confeſſo eſt apud vniuerſos.

Noli autem mirari, ſi perhibeamus, Widekindum noſtrum *Saxoniæ* mentione *ipſam Freſiam* comprehendiſſe. Teſtem enim eius rei habemus grauiſſimum. Is eſt Altfridus, epiſcopus olim Monaſterienſis, memorans, Freſiam ſeu Friſiam tempore Carolingicorum Regum Saxoniæ fuiſſe adnumeratam. Cum enim ille in *Actis S. Ludgeri* Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 89. ſeq. retuliſſet, *Lutgerum in gente Freſonum optatum euangelizandi exercuiſſe officium*, *Witukintum* vero *ducem Saxonum euertiſſe Friſones a via Dei*, *eccleſias combuſſiſſe et expuliſſe Dei famulos et vsque ad Fleo fluuium feciſſe Freſones Chriſti fidem relinquere et immolare idolis iuxta morem erroris priſtini*, idem addidit p. 90 ſeq, *tunc Lutgerum, neceſſitate compulſum, deſeruiſſe partes illas —— poſt duos igitur annos et menſes ſex reuertiſſe ad patriam ſuam, et perueniſſe eius famam ad annos glorioſi principis Karoli, qui conſtituerit eum doctorem in gente Freſonum ab orientali parte fluminis Labeki ſuper pagos quinque, quorum hæc ſunt vocabula: Hugmerchi, Hunusga, Fuulga, Emisga, Fedirga, et vnam inſulam, quæ dicitur Bant. Ipſe vero*, ſic pergit idem Autor, *cura ſolerti, doctrinæ domini gregi ſibi tradito ſiuenta miniſtrare ſtuduit, fana deſtruere, et omnes erroris priſtini abluere ſordes. Curauit quoque vlterius doctrinæ deriuare flumina, et conſilio ab imperatore accepto transfretauit in confinio Freſonum atque Danorum ad quandam inſulam, quæ a nomine Dei ſui falſi Foſete, Foſeteslant eſt appellata. —— Peruenientes autem ad eandem inſulam, deſtruxerunt omnia eiuſdem Foſetis fana, quæ illic fuere conſtructa, et pro eis Chriſti fabricauerunt eccleſias. Cumque habitatores terræ illius fide Chriſti imbueret, baptizauit eos cum inuocatione ſanctæ trinitatis in fonte, qui ibi ebulliebat, in quo S. Willebrordus prius homines baptizauerat, a quo etiam fonte nemo prius hauire aquam niſi tacens præſumebat. Cuiuſdam etiam eorum principis filium Landricum nomine accepit a fonte, quem ſacris litteris imbutum ordinauit presbyterum, qui multis annis genti Freſonum in doctrinæ præfuit ſtudio. Tunc iterum operante maligno ab* ORIENTALIBVS FRESONIBVS *nox infidelitatis magnæ fuerat exorta, cuius Maluinno* (fortaſſe legendum eſt, mali Unno) *et Eilrat fuere principes, et combuſtæ ſunt eccleſiæ, ſeruique dei repulſi.* E quibus verbis primum patet, *Widekindum M.* etiam Freſonibus dominatum eſſe, deinde Freſiam ad Saxoniam ſpectauiſſe, et denique Freſiam in orientalem, et ideo præterea in occidentalem fuiſſe, diuiſam. Quemadmodum enim *pagus Emisga*, ad fluuium Emeſam in Weſtfalia ſitus, ſine dubio ad Saxoniam noſtram pertinuit, vti iam ſupra demonſtrauimus: ita olim Friſii magnam tenuere prouinciam ita, vt ex teſtimonio veterum Freſia non ſolum Friſiam orientalem, hodie ita dictam, ſed etiam prouincias Gröningiam, Tranſiſalanam, Friſiam occidentalem, Ultraiectinam, et Geldriæ partem, ac propterea maximam partem Belgii fœderati, complexa fuerit.

Rainberni liberi 1) Isliberhtus dux Lotharingiæ.

Omnibus itaque rite conſideratis, neminem fore ambigimus, qui dubitet, *Rainherium* noſtrum fuiſſe illum, qui appellatur *Raginheri* et pater *Giſelberti ducis Lotharingiæ*. Quemadmodum enim rex Francorum Carolus, cognomento ſimplex, in diplomate quodam, ad VIII. Kal. Septemb. anno 915 dato, quod Aubertus Miræus in operibus diplomaticis et hiſtoricis Tom. I. p. 254. ſeq. exhibet, *Raginerum* appellat *marchionem* ſtrenuum, probabiliſſime ita dictum, eo quod eodem anno, et ideo ante diem XXV menſis Auguſti, aciem Danorum fortiter profligauerat: ita Wippo, in *Vita Conradi*, ducem *Giſelbertum* filium fuiſſe *Raginerii*, prædicat. Poſterius egregie confirmant litteræ *Gerbergæ*, coniugis Giſelberti, quas reperimus in Auberti Miræi *donationibus Belgicis* Lib. I. cap. XIX. p. 376. edit. prioris, quibus S. Remigio ſuum allodium Gerberga tradit *pro ſalute tam ſua, quam remedio ſenioris ſui piæ memoriæ Giſelberti ſuique parentum, patris ſcilicet et matris Rageneri et Albradæ* anno DCCCCLXVIII. 4 id. Februar. in villa, quæ dicitur Hacta. Sic Carolus ſimplex chartam ſuam voluit eſſe celeberrimæ illius pugnæ æternum monumentum. In Fragmento ex Chronico Conradi Urſpergenſis, quod Petrus Pithoeus vulgauit, nominatur *Raginerus* noſter merito partium Caroli fidiſſimus tutor. En verba: *Hac tempeſtate* (ſci-

(ſcilicet anno 916) *Regenerius, vir nobilis, partium Caroli fidiſſimus tutor, finem vitæ accepit, cuius exequiis Carolus interfuit. Hisque peractis Giſiberto, filio eius iam adulto, paternum honorem coram principibus, qui confluxerant, liberaliſſime contulit.* E quibus atque aliis argumentis patet, *Rainbernum* noſtrum anno 916 fuiſſe mortuum. Id ſecundum computationem noſtram accidit anno ætatis eius LX. Ponamus enim, *Rainbernum* noſtrum matrimonium contraxiſſe anno ætatis ſuæ XXX, tunc natus eſſe potuit *Giſelbertus* anno 887. Eo igitur anno, ſcilicet 916, quo *Giſelbertus* ſeu *Isliberhtus*, vti a Corbeienſibus noſtris appellatur, ducis auctoritate fulſit, annum ætatis agebat XXIX. Cumque idem anno 939. inter homines agere deſierit, ætatem ſuam tunc produxiſſe cenſendus eſt *Giſelbertus* ad LII annum. Nonnulli ſentiunt, *Giſelbertum* ſtatim circa primordia regni Conradini ſe cum ceteris regi Conrado oppoſuiſſe. Ipſi vero citra controverſiam toto errant cœlo. Ante annum 916 enim Giſelbertum illud nefas concipere non potuiſſe, patet ex eis, quæ veterum fide expoſuimus. guber-nante Corbeiam Adalgario.

De fatis *Giſelberti*, ducis Lotharingiæ, pluribus agere, ſuperuacaneum eſſe duximus. E Widekindo enim noſtro conſtat p. 637, ſeq. *Isliberhtum illum, cui principatus regionis paterna ſucceſſione ceſſerat, a kriſtano quodam arte eſſe captum, et ſub cuſtodia regi Heinrico transmiſſum. Qui vero videns,* ISLIBERHTVM *valde induſtrium, genere ac poteſtate diuitiis quoque clarum, liberaliter eum cœpit habere, ac poſtremo deſponſata ei filia nomine* GERBVRG, *affinitate pariter cum amicitia iunxit eum ſibi, legato omni ei Hlotharii regno.* Tempore, quo coronatus fuit Otto Magnus, *Isliberhtus*, dux Hlothariorum, ad cuius poteſtatem Aquisgranum quoque referebatur, omnia procurabat l. c. p. 643. Tum vero partibus Heinrici ducis, qui frater Ottonis Magni erat, adhæſit, teſtante eodem Widekindo p. 646 ſeq. Cumque denique cum Euerhardo contra Ottonem iterum conſpiraſſet, anno 939 Rheno ad Andernacum ſubmerſus interiit, Widekindo teſte p. 648 et Chronico noſtro ſuffragante. Confer Ditmarum *Annal.* L. II, p. 338. Frodoardum ad a. 939, p. 148, aliosque. Ipſe, vnico filio *Heinrico* relicto et in infantia mortuo, cuius mater *Gerburg* poſtea copulata fuit marito nouo regi *Hludouuico*, cui tres filios genuit *Karolum*, *Hlotharium* et *Karolomannum*, referente Widekindo l. c. p. 650, genus ſuum clauſit. Isliberhti vxor Gerburg filia Heinrici aucupis.

Fratres habuiſſe *Giſelbertum* ducem Lotharingiæ, collegimus e verbis Widekindi Corbeienſis *Ann.* Lib. II. p. 648, qui ibi refert, *nepotes Isliberhti ſeruituti regiæ ſe ſubiecisſe, vrbibus, quas tenuerant, nihilominus retentis.* Nomina fratrum *Isliberhti* non ſunt exhibita per Widekindum noſtrum. Id valde dolemus. Quantum autem e bonis ac nominibus æſtimare licet, fratres *Isliberhti* putamus fuiſſe *Wibertum* ac *Lambertum*. In *Codice Donationum* Auberti Miræi, iam ſupra laudato, exſtat cap. 32 diploma Ottonianum, datum anno 949. Indict. XII, anno autem imperii XII, menſe iunio, in quo refertur, virum nobilem, nomine *Wibertum*, in pago Darmienſi in proprietate hereditatis ſuæ conſtruxiſſe monaſterium in honorem ſanctorum Petri apoſtoli et Exuperii, *Gembloues* nuncupatum, cuius aduocatiam dederit inter ipſius *Wiberti* electionem cæſar *Lamberto*, comiti Louanienſi, viro forti et bellicoſo, vt vice cæſaris contra omnium inquietationem eiuſdem monaſterii eſſet adiutor ac defenſor. *Wibertus* ille, depoſito militiæ ſecularis balteo, obtulit caſtrum ſuum Gemblacum S. Petro et deceſſit in Gorzia, Lotharingiæ cœnobio diœceſios Metenſis ad X. Kal. Iunii ipſo anno 962, indeque Gemblacum translatus, et anno MCX. e tumba adleuatus eſt, procurante Sigeberto Gemblacenſi, qui vitam eius ſcripſit, a Surio editam. Cum itaque *Gembloues* ſit Gemblours, Gemblacum, intra Brabantiam in terminis comitatus Namurcenſis ſitum; pagum Darmienſem eundem fuiſſe putamus, qui infra appellatur *Darnau*. Quodſi autem *Wiberto* nomen fuit inditum a patruo ſuo *Wiberto* epiſcopo Verdenſi, qui eodem anno, quo noſter *Wibertus* natus fuerit, floruit adhuc, *Rainherii* filium fuiſſe *Wibertum* noſtrum, veriſimillimum nobis videtur. *Lambertum* autem fratrem fuiſſe *Giſelberti* ducis, omnes fere ſtatuunt. Et cui melius aduocatiæ Gemblacenſis dignitatem committere potuit *Wibertus*, quam germano ſuo fratri? Optima enim de eo ſperare poterat. Et quamuis eius poſteri degenerare a maiorum virtute potuiſſent, in ipſo tamen diplomate Ottoniano ſancitum erat, tunc eos, quidquid beneficii pro ipſa aduocatia tenebant e manu regis, amiſſuros eſſe. Nemo autem nobis obiiciat, quæſo, in ipſo diplo- 2) Wibertus. 3) Lambertus.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

diplomate, ad quod prouocauimus, quædam ineſſe, quæ falſitatis notam ei inurere videntur. Nominat enim ſe Otto regem Lotharienſem et Francigenûm. Subſcriptio archicancellarii diplomati deeſt. Anni regnantis Ottonis appellantur anni imperii, non regni. Neque anno 948 eiusque menſi Iunio eſt æqualis indictio XII, ſed quinta. Fatemur quidem, ea momenta fuiſſe in cauſſa, cur de veritate iſtius diplomatis diu dubitauerimus. Cum vero e *Vita Wiberti* ac Sigeberto viderimus, ipſum *Wibertum* eodem tempore vixiſſe, iam non multum hæſitantes reſpondemus, amanuenſium et librariorum imperitia ac typographorum errore factum eſſe, vt illi nævi in diploma iſtud fluxerint, quod fatum multis aliis diplomatibus cum illo eſt commune.

4) Raginerus Hannoniæ comes.

Porro nobis probabile videtur, fuiſſe *Giſelberto* fratrem *Raginerum*, a patre et auo eiuſdem nominis ita appellatum. Habemus ergo illum *Raginerum* pro filio *Rainberni*, qui in *Teſtimonio* de Brunone Colonienſi archiepiſcopo, Ottonis M. fratre, quod ſumtum eſt ex Vita Gerhardi, abbatis Bronienſis eccleſiæ, et reperitur Tom. I. Leibn. p. 290 ſeq. adpellatur *comes Hainoënſium, cognomento Longicollus, qui, quia tyrannice ſuis importunabatur prouincialibus, nec vellet reſipiſcere, ſemel et ſedulo commonitus, tempore Brunonis archiepiſcopi exulabat in ignotis regionibus.* Quamobrem de eodem adhæc ſermonem eſſe, credimus, in Chronico Ditmari, epiſcopi Merſeburgenſis, Tom. I. Leibn. p. 411, cuius verba recitamus ita conformata: *In occidente* LAMBERTVS, REINHERII FILIVS, *cum ſuis victus ab hoſte Godeffrido, multorum inimicus occubuit. Non fuit enim in hac terra deterior illo, qui multos in eccleſiis cum fune campanarum ſtrangulauit. Quot homines hic exheredaret, vel occideret, nullus explicare valet: nunquam is de perpetrato facinore pœnitentiam ſuſcipere curauit. Ille cum fratre ſuimet,* REINGERIO, *Werinharium, et eius germanum Reinzonem, pariter occidit.* HVIVS PATER *ad Bohemiam ab Ottone in exilium miſſus, ibidem moritur. Ipſa eorundem patria viuentes doluit, amiſſos gaudet. Hoc duntaxat conqueri debemus, quod eo die propter nocentem ex vtraque parte congredientium tot inculpabiles ceciderunt.* Ex his teſtimoniis patet, 1) *Raginerum* ſeu *Reinherium*, comitem Hainoenſium, tempore archiepiſcopi Brunonis, id eſt, intra annos 952 vſque ad 965 in exilium fuiſſe pulſum, 2) *Reinherii* filios vero poſtea fuiſſe reſtitutos, 3) *Reinherti* filios bona ſua hereditaria habuiſſe verſus occidentem, et 4) *Reinherii* filios fuiſſe *Lambertum* et *Reingerium*. Hæc vero omnia fratri ac nepotibus *Giſelberti* ducis optime reſpondent. Hainoenſes enim ſine dubio ſunt incolæ pagi Hainoënſis, quem in comitatu Hannonia, germanice *Hennegau*, olim extitiſſe, diplomata adprobant. Hic autem comitatus ſitus eſt in occidentali Germaniæ parte. Unus ergo eſt idemque *Raginerus*, de quo Gerhardus abbas et Ditmarus epiſcopus memoriæ nonnihil prodiderunt.

Hunc autem *Raginerum* fuiſſe fratrem *Giſelberti* ducis, ex omnibus porro circumſtantibus momentis patet. Mortuo *Giſelberto*, Otto cæſar ducatum Lotharіorum conferebat Ottoni, Ricuuinis filio, &, hoc defuncto, eidem ducatui præfecit Conradum (Salicum), cui filiam ſuam rex deſponſabat, Widekindo teſte *Annal.* lib. II. p. 648 ſeq. Poſt hæc cum ſimultates, quæ inter Heinricum et Luidolfum nec non dictum Conradum, fratrem, filium, ac generum Ottonis Magni, interceſſerant, in apertum erumperent bellum, *Raginerus*, Hannoniæ comes, ratus Lotharingiæ ducatum potius eſſe ſuum, capropter ipſe, præclaram infeſtandi Conradi atque occupandæ, vt ſperabat, Lotharingiæ cauſam nactus, quandam Conradi arcem obſedit. Conradus autem, indignum ſeſe ratus ab hoc hoſte vexari, ſigna ſignis contraria ſuſtulit, et abiecta omni mora in eum exercitum mouit. Magnis ergo vtrimque odiis paribusque animis concurritur. *Raginero* cum ſuis popularibus, et Conrado cum Francis fortiſſime dimicantibus, tanta fuit pertinacia pugnatum, vt, fluctuante victoria et Marte ancipiti, nox prælium dirimeret, vti Widekindus *Annal.* L. III. pag. 633 refert. Frodoardus tamen aliique referunt, Conradum a Lothariis, qui iam olim ei infeſti erant, fuiſſe victum. Docent Sigebertus et Anſelmus, prælium commiſſum fuiſſe ad Moſam. Hic nominat *Reginerium* Hainonenſium comitem. Poſt hæc cum Otto cæſar, abrogata Conrado poteſtate, fratrem ſuum Brunonem, quondam litterarum ſtudioſum inter Corbeienſes, archiepiſcopum deinceps Colonienſem crearet, et appellaret totius Lotharingiæ principem; *Raginerus* ob ſan-

guinis

guinis iura nisi vniuersam Lotharingiam, ad minimum tamen *Gerbergæ* reginæ prædia, perperam mutata in dotalia, sua esse, contendebat. Bruno autem negabat, quidquam iuris in Lotharingiam tribui posse *Raginero: Giselbertum* quidem præfectum Lotharingiæ constitutum esse, eo vero eiusque filio *Heinrico* per mortem e medio sublatis, arbitrium prouinciæ ad Ottonem cæsarem rediisse, eandemque rationem esse prædiorum *Gerbergæ* dotalium. Diu super hæc disceptatum, donec ad arma est ventum. Fuit verbis et leuibus pugnis certatum, ac magis consiliis, quam vi, bellum est gestum. Quia vero causa hæc ad Lotharium regem Francorum eiusque matrem *Gerbergam* quoque videbatur pertinere, Bruno cum illis colloquebatur. Colloquio *Raginerus* interfuit. *Raginerus* fidem et pacem obsidibus non sanxit, res eo tempore potuissent confectæ videri, si ipse obsides dedisset. Cum vero *Raginerus* obsides dare nollet, Bruno eum, custodibus appositis, in potestatem redegit, et ad postremum pertinaciæ insistentem anno 957 in exilium misit. Filii autem eius, *Raginerus* et *Lambertus*, ad regem Lotharium profugerunt, et, quem fortunæ suæ aduersarium habuerant, in miseria amicum sunt experti. Viuo Ottone Magno, *Raginerus* et *Lambertus*, reditum in patriam desperantes, quieuerunt. Confer b. Frid. Sim. Hahni *vollständige Einleitung zu der deutschen Staats-Reichs- und Käiser-Hiſtorie* P. II c. 4. §. 2. p. 106, sq. Nunciato autem cæsaris obitu, coactis amicis ac paratis aliquibus copiis, in Belgium impetum fecerunt. At cæsos fuisse ipsos prælio commisso, autor est Sigebertus Gemblacensis anno 973.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Ragineri filii

1) Raginerus.

2) Lambertus.

Cum autem dicti fratres suspicionem fecissent verendi, ne regis Francorum Lotharii ope subleuarentur, Otto II. anno 974. in Belgium, collecto raptim exercitu, descendit, atque arcem Bossutum, a *Raginero* et *Lamberto* anno 973 occupatam, circumsedit. Ipsi, capta per vim arce, in potestatem Ottonis veniebant. Ipsis, arce diruta, fratribus gratia vitæ facta. At eidem simul in exilium redire iussi sunt. Posthæc ipsi de concitandis in cæsarem maioribus odiis cogitarunt. Regem enim Francorum implorabant, vt hic ipsis nonnihil auxilii atque opis impertiri vellet: Dum vero spem Lotharius, Francorum Rex, recuperandæ Lotharingiæ post mortem Ottonis Magni concepisset, magnæ in Galliis copiæ paratæ sunt, quibus Carolus, frater regis, præerat. Ipsæ obuios habuerunt Germanos, quibus cum acerrimum prælium confertum, vtrisque cedere solo indignum sese iudicantibus. Tandem Franci magis pulsi, quam victi, pedem retulerunt, nullo victoriæ indicio, nisi loci pugnæ mutati, relicto. Hunc sibi vindicarunt Germani. Cum vero Otto cæsar animaduertisset, pacem in Belgio, non nisi restitutis *Raginero* et *Lamberto*, restitui non posse, hereditatem paternam eis restituit anno 977. Vt vero Francorum vires diuelleret, Carolo, Lotharii fratri, principatum Lotharingiæ obtulit, ea conditione, vt imperii Germanici ciuis et cæsaris beneficiarius esset, operamque Germaniæ contra quemcunque, ne fratre quidem excepto, cum fide nauaret. Accepit conditionem, Carolus a patre olim præteritus, nec a fratre vllo principatu pro dignitate sua adhuc donatus. Collata ergo fuit ei Lotharingia, Sigeberto Gemblac. aliisque testibus.

Hæc vero omnia Lotharius rex molestissimo animo ferebat, dissimulabat autem, quid animo agitaret. Contractis ergo summa celeritate copiis, anno 978 magnis itineribus Aquisgranum contendit, vbi Otto cæsar summo in otio morabatur, et fortassis cum coniuge accumbebat mensæ, cum, regem ante portam adesse, subito nunciaretur. Relictis ergo epulis cæsar extemplo vrbe excessit, Coloniamque profugit. De hisce fatis exactis omnibus vide Sigebertum, Aimonium, Ditmarum, aliosque. A Raginerio et Lamberto progeniti fuerunt Comites Montium et Lovanii. Fidem oculatam nobis fecit Ioannes Mabillonius Tom. III *Annal. Benedictin.* L. XLVIII, n. 45. p. 640.

Hisce omnibus rite ponderatis, neminem fore speramus, qui pernegabit, *Raginerum* fuisse fratrem *Isleberhti* ducis, huiusque nepotes ex fratre fuisse *Raginerum* ac *Lambertum* comites. *Lamberto* probabilissime nomen fuit inditum a patruo, de quo supra egimus. Si ergo *Isleberhtus*, *Rainheri II* filius, isque natu maximus, anno 939. tantum habuit LII annos, *Rainherus III*, si finxeris, eum esse natum anno 891, anno 956, quo in exilium pulsus, annum ætatis egit LXV. Cum autem ex his singulis sequatur rationibus, *Raingerium* ac *Lambertum* ante annum 956. fuisse natos, *Lambertus*, qui, teste Ditmaro l. c. anno 1016. occubuit, circiter habuit eo tempore LXX annos. Non ergo possumus assentiri recentioribus et inprimis Friderico Lucæ, qui in *des heiligen Röm. Reichs uhralten*

Ab anno 834 vsque 877 regnante Hludouuico et

Fürſten-Saal p. 1020 ſeqq. aſſeruit, *Reinherium* ac *Lambertum* fuiſſe *Isleberhti* ducis nepotes ex fratre, vti patet e ſequente genealogico ſchemate, quod ex eo cum annotationibus noſtris huc transferre libet.

Giſelbertus, præfectus Aquitaniæ. vxor eius Ermengardis Lotharii imperatoris filia rapta.

Ricuinus comes Arduennæ.

Raginerus dux Moſelanus † Verodum 917. vxor Albrada.

Otto electus dux Lotharingiæ † 944.

Ricuinus comes Arduennæ et Verodunenſis.

Ab his e mente Lucæ domini in ſuperiori Lotharingia, itemque Limburgenſes et Luxenburgenſes deſcendunt.

Giſelbertus electus dux Lotharingiæ et archicamerarius imperii, vxor Gerberga filia Heinrici aucupis.

Heinricus.

Lambertus.

Ansfridus epiſcopus Traiectenſis 994 † 1008.

Baldericus epiſc. Leodienſis 972 † 1007.

Raginerus vxor Adela filia Richardi ducis Burgundiæ.

Raginerius longicollus in exilium pulſus a Brunone II. archiepiſcopo Colonienſi Lotharingia electus, vxor Adela comitiſſa de Dachsburg.

Raginerius IV. acquirit denuo comitatum Hannonienſem.

Lambertus barbatus comes Louanienſis occiſus 1015. vxor Gerberga filia Caroli ducis Lotharingiæ.

Raginerus V. comes Hannoniæ.

Mathildis vxor Euſtachii comitis Bononiæ.

Henricus comes de Löwen fundator abbatiæ Affleghem vx. Mathildis filia Hermanni comes de Einheim † 1038.

Otto † iuuenis.

Lambertus comes de Löwen occiſus in prælio 1054. vx. Oda filia Gozelonis ducis Lotharingiæ.

Conradus comes de Löwen ab Heinrico IV. creatus dux Carinthiæ.

Rainerus VI.

Ida vx. Balduini I. com. Hannoniæ.

Henricus II. comes de Löwen occiſus 1083. vxor Adela filia Ottonis marchionis de Orlamunda.

Henricus comes Louanienſis et Brabantiæ † 1095. vx. Gertrudis filia Roberti comitis Friſiæ.

Raginerus VII monachus Affleghem.

Godofredus barbatus dux inferioris Lotharingiæ 1106. et marchio Antwerpienſis 1137 † 1140. vxor 1) Mechtild filia regis Angliæ 2) Clementia fil. Wilhelmi c. Burgundiæ, vidua Roberti c. de Flandern.

Ida vx. Alberti III. com. de Namur.

Adela vxor Henrici R. Angliæ 1121.

Johanna vx. Theodorici c. de Cleve.

Clara ſanctimonialis.

Godefredus dux Brabantiæ † 1143. vxor Luitgardis comitiſſa de Sultzbach.

Godofredus III. † 1183. vx. 1) Margaretha filia Heinrici ducis de Limburg 2) Imagina filia Ludouici com. de Loſſen.

Albertus epiſcopus Leodienſis occiſus 1128.

Henricus dux Brabantiæ it. in Palæſtinam 1197. rediit 1199. adhæret Ottoni IV. † 1235. vx. 1) Mathildis filia Mathæi com. Bononiæ † 1212. 2) Franciſca Maria filia Philippi II. R. Galliæ † 1238.

Wilhelm de Perweis.

Godfried de Perweis.

Maria vx. imp. Ottonis IV.

Adelheid vx. 1) Ludouici c. de Loſſen † 1218. 2) Wilhelmi c. de Auvergne 3) Arnoldi de Wetzemael.

Mathildis vxor Florentii c. Hollandiæ † 1267.

Sophia vx. Gerhardi vel Ottonis c. de Geldern † 1231.

Godofredus dominus in Hereſtal et Gaesbek.

Henricus dux Brabantiæ 1235 † 1247. vx. 1) Maria filia Philippi cæſaris 2) Sophia, filia Ludouici Landgrauii Thuringiæ et S. Eliſabethæ.

Iſabella vx. Theodorici c. de Cleve.

Henricus dux Brabantiæ † 1260. vx. Adelheid filia Hugonis ducis Burgundiæ † 1273. fator reliquorum ducum Brabantiæ vſque ad Johannem vltimum qui † 1427.

Henricus infans n. 1245. dux Brabantiæ et Landgrauius Haſſiæ, cuius poſteros vide ſupra §. 216.

Multa

Multa in hac genealogia inſunt, quæ per animaduerſionem haud ſuperuacuam expungemus, vtpote iam ſatis manifeſte erronea. Illud tantum nobis, eam perpendentibus, in mentem venit, præcepto antiquo cautum eſſe, ne præter neceſſitatem res multiplicemus. *Giſelbertum*, præfectum Aquitaniæ, patrem fuiſſe Ricuini ac *Ragineri*, fictio recentiorum eſt. Quamuis enim anno 862 quidam *Giſelbertus* fuerit comes in pago Darnau ad fluuios Gelduin (*die Schelde*) et Sambra (*die Sambre* in comitatu Hannoniæ), vti teſtatur charta *Ansfridi comitis palatii* in Tom. I. Marq. Freheri Scr. R. Germ. p. 110; nemo tamen ſcriptorum rei ætate æqualium tradidit, eundem fuiſſe auum *Giſelberti*, ducis Lotharingiæ. Nomina omnino eorum multum differunt. Comitis illius in pago Darnau nomen fuiſſe *Giſelberti*, non negamus. Duci autem Lotharingiæ genuinum et verum fuiſſe nomen *Giſelberti*, pernegamus. Etſi enim in editione Widekindi Corbeienſis, quam Meibomius aliique publici iuris fecerunt, ille appellatur *Giſelbertus*; codices tamen veteres cum editis minime concordant. Dreſdenſis enim codex nominat illum *Iſelbertum*, et Caſſinenſis *Isberhtum*, noſter autem *Isliberhtum*, quo cum chronicon noſtrum MSctum et coætaneum accuratiſſime conſonat. Genuinum ergo eius nomen fuiſſe *Isliberhtum*, omnino credimus. Cum itaque nomen nomini non reſpondeat, male fundamentum ſententiæ ſuæ poſuiſſe recentiores in eius conuenientia, putamus, ſiquidem ipſi nondum euicerunt, *Giſelbertum* in pago Darnau bona hereditaria poſſediſſe. Si hoc poſſet rationibus idoneis doceri, id, opinor, aliquod, non omne, afferret ſententiæ recentiorum pondus. Comitatus enim eo tempore dependebant a liberrimo arbitrio cæſaris. Quam ob cauſam *Giſelbertum* comitem in pago Darnau eodem iure habemus pro patre Sigiwini, cuius meminere *Acta S. Ludgeri* T. I. Leibn. p. 118, quo ipſe habetur pro patre *Ragineri*.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Falſa origo Isliberhti Lotharingiæ ducis.

Præterea videtur *Giſelbertus*, comes in pago Darnau, plane diuerſus fuiſſe a *Giſalberto*, præfecto Aquitaniæ. Hic enim, vti infra videbimus, appellatur *Vaſallus Caroli calui*, qui erat filius Hludouuici pii. Ad Carolum eæ regiones, in quibus noſtri *Ragnerii* bona ſua hereditaria poſſederunt, non ſpectarunt. Etenim ſupra §. 133. not. (E) vidimus, Hlothario cæſari, monarchia Francorum quadri partito diuiſa, attributam fuiſſe, præter Italiam, Burgundiam et Galliam Belgicam, eas ſcilicet prouincias, quæ inter Moſam et Rhenum, ac inter Rhenum et Scaldim interiacent: accepiſſe ergo Hlotarium in ditionem ſuam Alſatiam, Lotharingiam, Ducatum Bipontinum, Epiſcopatuum Spirenſis, Wormatienſis, atque Archiepiſcopatuum Moguntinenſis, Treuirenſis, ac Colonienſis, nec non Electoratus Palatini partem, porro ducatus, Luxenburgicum, Limburgicum, Iuliacenſem et Brabantinum, Epiſcopatus Leodienſis terras, ac denique comitatus, Namurcenſem, Hannonienſem, eosque, qui hos interiacent, vti *Annales* R. F. *Fuldenſes* T. I. Freheri p. 25 ſeq. aliique teſtantur. Addunt Fuldenſes, Carolum, Aquitaniæ veluti ſuæ imminentem, nepoti ſuo Pipino moleſtum fuiſſe, neque prius quieuiſſe, donec Pipinus rex, Aquitaniæ comprehenſus a ſuis, Carolo cum regno traditus eſſet effectusque clericus, Sueſſione in monaſterium S. Medardi detruſus: eiusque frater, Carolus iunior, illo iubente tonſus, in monaſterium Corbeienſe miſſus eſſet, ibi intra cuſtodiam detinendus l. c. p. 29. Eo ergo tempore fieri potuit, vt *Giſelbertus* Aquitaniæ præficeretur, qui, cum præfectus Aquitaniæ fuerit, comes per pagum Darnau eſſe non potuit. Aquitania enim erat illa prouincia in Gallia, quæ inter montes Pyreneos, oceanum Aquitanicum et Garumnam fluuium interiacet.

Tribuitur porro *Giſalberto*, Aquitaniæ præfecto, coniux, filia imperatoris Hlotarii, quam rapuiſſe *Giſalbertum* anno 846, Annales Francici Fuldenſesque l. c. p. 26. his referunt verbis: *Giſalbertus, vaſallus Carli, filiam Hlutarii imperatoris rapuit, et, in Aquitaniam profectus, in coniugem accepit. Hludouuicus occidentem profectus menſe Martio cum Carlo placitum habuit, in quo vterque eorum publice conteſtatus eſt, ſuæ non fuiſſe voluntatis, quo Giſalbertus filiæ Hlutharii iungeretur, vt his auditis Hlutharius placari facilius potuiſſet. Inde reuerſus iuxta lacum Brigantinum II. non. April. paſcha celebrauit, poſtea cum Hlutario locutus, volens cum Carlo pacificare, cum res non haberet effectum, circa medium menſem auguſti cum exercitu ad Sclauos Margenſes defectionem molientes profectus eſt.* Porro de hac re iidem Annales l. c. ad an. 847. ita exponunt: *Hic annus a bellis*

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

quieuit, quem Hlutharius et Hludouuicus mutua familiaritate transegerunt. Nam vterque eorum, ad domum alterius inuitatus, conuiuiis et muneribus regiis honoratus est. Hludouuicus tamen Hlutharium et Carlum, ita vt voluit pacificare, non potuit, renuente Hluthario propter iniuriam sibi a Gisalberto vasallo Carli in raptu filiæ suæ factam. Denique Annales laudati anno 848. p. 27 hæc habent verba: *Hludouuicus legatos suos ad fratrem suum Hlutharium, in Theotonis villa placitum habentem pro Gisalberhto, qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit.*

Quo nomine fuerit insignita illa *Hlotharii* cæsaris ad annum 846. rapta filia, non addunt Annales. Facile vero damus, eam appellatam fuisse *Ermingardam*, non ab auia, Hludouuici pii coniuge Irmingarde, quippe quæ iam anno 818. V non. Octob. decesserat, Eginhardo teste in *Annal. Rer. Franc.* p. 168; sed ita vocatam fuisse a matre Irmingarde, Hugonis comitis filia, quam *Hlotharius*, natu maximus imperatoris *Hludouuici* filius, solenni more duxerat vxorem anno 821, eodem Eginhardo teste l. c. p. 170. Hinc citra dubium sequitur, illam *Hlotharii* filiam ante annum 822 in lucem prodire non potuisse. Ipsam posthæc, propioribus nos annis esse natam, collegimus ex eo, quod iam, antequam *Irmingard* rapta, scilicet anno 841, filiam quandam suam, cuius vero nomen ibi non exhibetur, elocauerat *Hlotharius* cæsar, *Annalibus* R. F. Fuldens. testibus p. 25. Elocauerat eam Comiti Berengario. Hadrianus Papa eam vocauit Hilletrudem, ep. ad Karolum Regem apud Du Chesne Tom. III. p. 853. Cum enim probabile sit, filiam cæsaris natu maiorem nupsisse prius viro, quam natu minorem, *Ermingarda* inferior ætate videtur fuisse. Pone igitur, *Ermingardem* natam fuisse anno 824. Habuit ipsa sic annum XXII, cum se rapi a Gisalberto passa est anno 846. Si itaque *Ermingardis* filia Hlotharii cæsaris mater fuisset *Ricuini* atque *Raginerii*, *Ricuinus* natus esse potuisset non ante anno 847, et *Raginerus* anno demum 848. Si vero *Ricuinus* vxorem duxisset anno ætatis XXIV, tunc *Otto* in lucem edi aut prodire potuisset anno 871, et *Ricuinus* circiter annum 872. Quodsi rursum *Raginerus*, dux Mosellanus appellatus a Friderico Lucæ, anno ætatis XXIV thalami sociam accepisset; tunc ipsi potuissent nasci, et quidem dux Lotharingiæ *Giselbertus* anno 873, *Lambertus* autem anno 874, et *Baldericus* anno 875, *Raginerus* tandem anno 876. Ex hoc vno alteroque momento, verisimiliter sumto, euidentissime sequitur, *Giselbertum*, Lotharingiæ Ducem, esse non potuisse nepotem Gisalberti, præfecti Aquitaniæ. Widekindus enim noster Annal. Lib. I. p. 638 circa annum 922 *Ciselbertum* appellat *adolescentem*. *Giselbertus* enim anno 922 iam annum ætatis habuisset XLIX admodum, si positionum seu sumtionum nostrarum ratio habetur.

Capere nequimus rationem, qua *Baldericus*, *episcopus Leodiensis*, nepos Gisalberti præfecti Aquitaniæ dici possit. Etenim ponemus, non concedemus, *Baldericum* non ad annum 875, sed ad annum 895 vitam fuisse ingressum. Ponendum eo ipso est, Baldericum anno 1007, quo e mente Friderici Lucæ aliorumque animam exhalauit, annum ætatis centesimum secundum circiter egisse. Si perhibes, negari non posse, Fridericum Lucæ erasse in hoc momento, intelligendum autem esse non Baldericum secundum, sed primum huius nominis, itidem episcopum Leodiensem, tunc et eo ipso longe de via decedes. Bucelinus in *Germania Sacra*, ductus relatione Anselmi, inscripta *de episcopis Leodiensibus*, episcopos Leodienses circa hæc tempora ita ordinat: *Hugo* † 947. *Farobertus* † 953. *S. Ratherius* pulsus a. 954. *Baldricus* filius comitis Montensis † 959. *Heraclius* seu *Everardus*. *Notkerus* † 1007. *Baldericus II.* Ludouici Losensis comitis filius † 1017. Sed ex diplomatibus genuinis cognouimus, sedisse in cathedra Leodiensi *Farabertum* anno 944, *Euerhardum* (claro Saxonum genere oriundum et cæsaris consanguineum, probabiliter ergo ad familiam Euersteinensem referendum) anno 967, *Notkerum* 972, 980, 981, 985, 1006, 1007. et *Baldericum* anno 1008 seqq. Pone ergo, inter *Farabertum* atque *Euerhardum* præfuisse Leodiensi episcopatui *S. Ratherium* ac *Baldericum I.* Eo ipso existimandus est *Baldericus* in solio positus esse anno 955. Eo autem iam tempore *Baldericus* egisset oportet annum ætatis LXXX. Probabile ergo non esse censemus, *Baldericum*, cui corpus iam annis marcebat, apud cæsarem Ottonem inter aulicos *capellanos* egisse, vti tunc mos erat primariæ nobilitatis iuuenum, cum adhuc impe-

imperatoribus collatio ecclesiasticorum munerum præcipuorum esset reseruata. gubernante Corbeiam Adalgario.

Si porro *Raginerus*, frater *Giselberti* ducis, natus esset anno 876, atque ipse anno ætatis XXIV vxorem duxisset, *Raginerius Longicollus* lumen vitale primum haurire potuisset anno 901. Quomodo vero ita a Brunone II, archiepiscopo Colonienſi, Lotharingia eiectus, et in exilium pulsus dici potuit? Prouocat quidem Lucæ p. 1024. ad *Levoldi a Northof catalogum episcoporum Colonienſium* Tom. II. Script. Rer. Germ. Meibomii p. 7. Sed l. c. de illo Brunone archiepiscopo nihil aliud refertur, nisi eum fauore Lotharii regis *inthronisatum*, atque in expeditione Italica Lotharii regis comitem fuisse ac ad Barum, ciuitatem Apuliæ, præsente imperatore obiisse diem supremum. Leuoldus indicauit cæsarem Lotharium Saxonem. Vnde sequitur, Brunonem II, archiepiscopum Colonienſem, tempore Lotharii Saxonis vixisse, atque ante annum 1137 mortuum esse. Si ergo hic Bruno II *Raginerum Longicollum* Lotharingia expulit, rursus sequitur, Longicollum vltra ducentos annos vitam produxisse. Brunonem autem secundum post annum 1128 archidiœcesi Colonienſi præfuisse, e diplomatibus atque Annalibus nostris MSctis patet. Omnino igitur credimus, expungendum esse præterea *Raginerum*, patrem *Ragineri Longicolli*, nec non statuendum esse, Longicollum a Brunone I, fratre Ottonis Magni, in exilium fuisse pulsum, vti supra demonstrauimus.

De *Ansfrido*, episcopo Leodienſi, idem statuimus, rati, eum expungendum esse e tabula illa genealogica. Infra enim, fuisse quidem eum Widikindeum, sed filium Theodorici, docebimus.

Ragineri Longicolli fuisse filios *Raginerum* ac *Lambertum*, e Ditmaro episcopo Merseburgensi scriptore grauissimo iam supra didicimus. Idem retulit, *Lambertum* anno 1016 occubuisse. Raginerum anno 1018 comitem fuisse, ex Miræi *Opp Dipl.* T. I. p. 508. patet. *Raginerii Longicolli* vxorem appellatam fuisse *Adelam*, concedere possumus. Cum enim dictus *Lambertus* filiam habuerit nomine *Adelam*, quam, Annalista Saxone teste, duxit Otto Orlamundanus marchio Misniæ, qui anno 1067 est mortuus, probabiliter *Adelæ*, Lamberti filiæ, nomen inditum est ab auia. Fuisse autem eam comitissam de Dachsburg, dare ei non possumus, quia eo tempore comites de burgis seu castellis suis nondum appellabantur. Nec credimus, *Heinrici II*, comitis Louanienſis, vxorem fuisse filiam Ottonis, Marchionis de Orlamunda. Annalista enim Saxo ad an. 1062: *Habuit autem* (Otto marchio) inquit, *vxorem nomine Adelam de Brabantia ex castello, quod Louene dicitur, quæ peperit ei tres filias, Odam, Cunigundam, Adelheidem. Odam accepit Ecbertus marchio iunior de Bruneswic et hæc sine liberis obiit. Cunigunda nupsit regi Truzorum* (Ruzorum) *genuitque filiam, quam nobilis quidam de Thuringia Gumherus nomine accepit, genuitque ex illa Sizonem comitem, post cuius mortem reuersa in patriam, coniunctaque est Cononi comiti de Bichlingen, filio ducis Ottonis de Northeim, genuitque illi quatuor filias; quo item defuncto, Wipertus senior tertius eam desponsauit; Adelheidis vero coniuncta fuit Adhelberto comiti de Ballenstide, quem Egeno iunior de Conradesburch, filius Burchardi, nepos Egonis senioris, campanæ sono proditum, superueniens interfecit. Qui Adalbertus genuit ex ea Ottonem comitem et Sigefridum palatinum comitem.*

Lambertum Henrici fratrem, et *Lamberti* barbati filium expungendum esse non minus ex hac genealogia, probabile nobis videtur. Cum enim ille bellum gesserit cum Balderico II episcopo, qui ab anno 1008 vsque 1017 diœceſi præfuit Leodienſi, indicatur nonnisi ipse *Lambertus* barbatus. Sigebertus Gemblacensis occasum eius refert ad annum 1013. Quamuis enim Sigebertus in anno emortuali errauerit, quia, teste Ditmaro coœtaneo, anno 1016 occubuit, haurire tamen potuit ipsam rem ex antiquioribus scriptis deperditis, e quibus relatum legerit, *Lambertum* bellum gessisse cum Balderico, episcopo Leodienſi. *Henricus* ergo potius videtur pater *Henrici II*, cuius filius *Henricus III* anno 1086 extitit fundator monasterii Afflighemii, distantis sex milliaribus ab vrbe Bruxella. Hic *Heinricus*, Sigeberto teste, anno 1095 peremtus interiit, cui frater *Godofridus* successit. Huic fortuna ita fauit, vt, Ottone Frisingensi Lib. VII. cap. 17. et Sig. Louanienſis, Lamberti filius Henricus. Henrici I filius Henric. II cuius fil. Henr. III. 2) Godofridus D. Louanienſis,

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludo-

cuius fil. Godefridus dux Brabant. Godefridus filius Godefridi.

Sig. Gemblacenſi teſtibus, ducatum acquiſiuerit anno 1106, quamuis diplomata adſint, in quibus iam anno 1093 et 1092 dux appellatur, quemadmodum ille in diplomatibus a. 1107, 1110, 1123, 1124, 1125, 1129, 1131, 1133, 1134, 1138, 1140. Lotharingiæ inferioris et Brabantiæ dux nominatur. Eo adhuc ſuperſtite a. 1140, filius eius *Godefridus*, dux appellatur Brabantiæ, cuius ad a. 1143, 1147, 1150, 1151, 1158, 1160, 1173, 1174, 1175, 1179, 1181 mentio iniicitur. Bellum is geſſit cum Heinrico, comite de Lo, propter iurisdictionem oppidi S. Trudonis, teſtibus *Annalibus Godefridi monachi* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 351, ducatumque accepit. Cum ipſe anno 1190 ſatis conceſſiſſet, l. c. p. 354, eius filius *Godefridus* dux Brabantiæ fuit, qui anno 1197 mare tranſiit, aggreſſurus pugnam contra inimicos Dei. Tom. I. Freheri p. 516. Anno autem 1198, Hieroſolymis reverſus, re male geſta contra Saracenos l. c. p. 365. Quamuis non negemus, in quodam diplomate ad a. 1179 Godefridi Brabantiæ ducis filium appellari Heinricum, qui in dipl. ad a. 1184, 1190, 1191, 1196, 1197, 1199, 1200, 1201, 1202, 1203, 1204, 1205, 1206, 1207, 1209, 1210, 1211 vsque 1214 nuncupatur *Lotharingiæ inferioris et Brabantiæ dux*. Eiuſdem vxor mathilda; filius eius primogenitus nominatur 1230, et 1231 Henricus. Quæ adduximus, vt conſtet, quousque calculus Friderici Lucæ aberret a tramite, qui etiam errauit in eo, dum pronunciauit, *Albertum*, epiſcopum Leodienſem, anno 1128 fuiſſe occiſum. E Godefridi enim monachi *Annalibus* l. c. p. 357 patet, *S. Albertum*, fratrem ducis Brabantiæ, in epiſcopum Leodienſem anno 1191 fuiſſe electum, et ſuffragio cognatorum contra morem eccleſiaſticum armata manu ſedi intruſum, anno autem 1192 ex ſententia epiſcoporum quorundam amotum, eo quod non canonice intraſſet, mandante vero Papa a Remenſi archiepiſcopo fuiſſe conſecratum l. c. p. 358, Remis autem obtruncatum, et hanc cædem ex voluntate imperatoris eſſe peractam, ſic ferente communi fama l. c. p. 359. *Henricus* appellatur in diplomatibus ad annum 1198 et 1214 *dux Lotharingiæ et Brabantiæ, et marchio Romani imperii*, et anno 1235 *dux Brabantiæ*; eius vero filius *Henricus* ſe appellauit an. 1243 et 1247 *ducem Lotharingiæ et Brabantiæ*, et filium ſuum primum *Henricum*. *Henricum* autem infantem, eumque primum *Landgrauium Haſſiæ*, eius quoque fuiſſe filium iam ſupra (§. 216) ſignificauimus, quo lectorem beneuolum ablegamus, illud vnicum modo addentes, nos ita *originem Sereniſſimorum Landgrauiorum Haſſiæ a Widekindo M.* quæ adhuc latuit in obſcuro, primos demonſtraſſe, et plura allaturos in *Clientela* noſtra *Corbeienſi*.

Henricus Landgrauius Haſſiæ.

3) Widekindus filius Raginberi.

Reuertimur itaque ad *Widekindum*, fratrem *Thiadrici*, *Reginberni*, atque *Immedi*, et filium *Raginberi I*, quem Io. Mich. Heineccius in *Antiquit. Goslar.* p. 17. ex Io. Leznero nominat *Burggrauium Zorbeccenſem et Wettinenſem*, eique tribuit coniugem *Iuttam, comitiſſam de Gleichen*, ex qua genuerit Alemarum et Dietricum, inter quos Alemarus princeps Taurinenſis et Marchio Montisferrati appelletur. Sed cum hæc ſine vllo teſtimonio coætaneorum ſcriptorum prædicentur, omnia iſthæc omnino in dubium vocanda ſunt, quemadmodum etiam ea hic publice reuocamus, quæ in *Sciagraphia Hiſtoriæ Corbeienſis* p. 66 diximus, perhibentes, eundem *Widekindum* ſatorem fuiſſe comitum Sualenbergenſium, eo tempore ſecuti auctoritatem illuſtriſſimi domini Eccardi, cuius ex ore et ſcriptis quondam pependeramus, dum adfirmabamus, comites Sualenbergenſes ab eo deſcendiſſe. Omni vero præiudicio auctoritatis tantiſper depoſito, ſupra (§. 104) demonſtrauimus, ſatorem Sualenbergenſium et Waldeccenſium comitum fuiſſe *Bardonem* comitem, nepotem Widekindi M. *Widekindus*, de quo loquimur, videtur fuiſſe *Widekindus*, qui in his traditionibus (§. 344) nominatur pater *Reynwerti*, qui in villa *Buriun in pago Almunga* vnam familiam cum XL iugeribus abbatiæ noſtræ donauit. Quanquam fatemur, hoc tantum verſari intra coniecturam. Potuit enim etiam *Widekindus* ille eſſe filius *Bardonis* I, cuius poſteri eadem in regione bona ſua hereditaria habuerunt. Et forſan ille *Widekindus* fuit ſator nobilium dominorum de Buren. De his agemus in *Clientela Corbeienſi*, et infra §. 389.

4) Thiadricus cuius lib. 1) Rupertus archiepiſcop.

Progredimur ergo tandem ad *Thiadricum*, patrem reginæ Mathildis, cuius liberi fuerunt *Rupertus*, *Anſridus*, *Mahtild* regina, *Amalrada*, *Bia*, *Theodoricus* et *Iretheruna*. *Rupertus*, ſeu, vti anno 945 et 953 in diplomatibus nominatur,

Ruod-

Ruodbertus, erat archiepiſcopus Treuirenſis. Illum, e ducibus Saxoniæ ortum, annis XXII ſuis præſediſſe atque anno 956 mortuum eſſe, perhibet Bucelinus in *Germania Sacra*. Fuiſſe autem eum fratrem reginæ Mahtildæ, Albericus Trium fontium monachus in *Chronico* in Leibnitii *Acceſſionibus Hiſtoricis* ad an. 921 et Chronicon Magnum Belgicum referunt, qui quamuis non ſint coætanei ſcriptores, diſſentiendi tamen rationes non habemus, ſperantes, eos ex antiquioribus ſcriptis perditis ſua hauſiſſe, inprimis quia huic ſententiæ cetera bene reſpondent. Nomen autem inditum videtur *Ruodberto* archiepiſcopo ab auo eius materno. Cum enim *Reinhilda*, vxor *Thiadrici*, *Danorum Freſonumque germine procreata* ſit, fortaſſis *Reinhildæ* pater conſtituendus eſt *Ruodbertus*, de quo *Annales* R. F. *Fuldenſes* T. I. Freheri p. 40 hæc habent verba: *Ruodbertus, Caroli regis comes, ad Ligerim fluuium contra Nordmannos* (anno 867) *fortiter dimicans occiditur, alter quodammodo noſtris temporibus Machabæus: cuius prælia, quæ cum Brittonibus et Nordmannis geſſit, ſi per omnia ſcripta fuiſſent, Machabæi geſtis æquiparari potuiſſent.* Si ſtatuitur, *Reinhildam* illius *Ruodberti* filiam fuiſſe, tunc patet ex his verbis, *Thiadricum* et *Reinhildam* coætaneos fuiſſe. Ipſa vero *Reinhilda*, mater reginæ *Mahtildis* ac *Ruodberti* archiepiſcopi, mortua eſt V. id. Maii, teſte Necrologio, in Broweri *Annal. Treuirenſibus* obuio. uuico et guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

Quodſi autem *Ruodbertus* archiepiſcopus frater fuit Reginæ *Mahtildæ*, *Anſfridus* comes quoque appellandus eſt filius *Thiadrici* ac *Reinhildæ*. Epiſcopus enim Ditmarus T. I. Leibn. p. 354 acturus de comite *Anſfrido* ſcribit: *vir felicis memoriæ comes profecto Anſfridus, vir omni, inquam, bonitate conſpicuus, dum adhuc eſſet alto progenitorum germine puerulus, cum omni lege mundana a* PATRVO RVPERTO *Treuericæ ciuitatis epiſcopo tum diuina adprime eſt inſtitutus. Inde a* PATRVO SVO, *ſcilicet* ÆQVIVOCO, *XV comitatuum comite ſtrenuo, domino Brunoni archiepiſcopo Agrippinenſi traditur ad res militares. Sic bonæ indolis adoleſcens penes ipſum quotidie proficiebat, donec primi Ottonis magni imperatoris Romam cum exercitu iam acquiſituri mancipatus eſt ſeruitio.* In quibus verbis deprehendimus duos patruos *Anſfridi* comitis, ſcilicet *Anſfridum* comitem ac *Rupertum* archiepiſcopum Treuirenſem. Si ergo *Ruodbertus* ſeu Rupertus fuit frater reginæ *Mahtildæ*, ſequitur quoque *Anſfridum* fuiſſe germanum fratrem eiuſdem reginæ. Et hanc confirmant ſententiam ea, quæ de eorum nepote ex fratre narrat Ditmarus. Nam niſi fuiſſet *Anſfridus* iunior conſanguineus Ottonis Magni ac Brunonis, utpote e Mahtilda, Ruodberti ſorore, genitorum, de ſtudio Brunonis atque Ottonum erga ſalutem et incolumitatem *Anſfridi*, nos nihil lecturos eſſe in veterum monumentis, facile credimus. Refert autem Ditmarus l. c. *Ottonem M.* ANSFRIDO *in initio militiæ eius iniunxiſſe, vt tentorium ſuum, quod pulchrum videbatur, quotidie poneret e regione contra imperiale, cumque ille poſt diſceſſum coniugis ſuæ* HERESVINT *monaſterialem vitam ſubierit, eundem ab Ottone III e monaſterio extractum atque ad epiſcopatum Traiectenſem vocatum eſſe.* Idem *Anſfridus* iunior fundauit illuſtriſſimam abbatiam Tornenſem, in qua ſuam filiam abbatiſſam ſacrarum virginum matrem conſtituit, quæ, teſte Ægidio Aureæ Vallis (Or-val ordin. Ciſterc. in diœceſi Treuirenſi) monacho, appellata *Benedicta*. Cum eo conſentiunt documenta litteraria, quæ reperiuntur in I. C. Lunichii *Reichs Archiv Spic. Eccleſ.* P. III. *von Abtiſſinnen* p. 353 ſeqq. Probabiliſſime autem *Anſfrido* iuniori nomen inditum fuiſſe videtur a patruo ſuo *Anſfrido*. Hæc appellatio anſam præbet commonſtrandi, qua ratione nomen *Anſfridi* in familiam Widikindeam fluere potuit, ſimulac indicauimus modum, quo nomen Ruodberti in eandem gentem videtur irrepſiſſe. Cum enim *Reinhilda*, *Thiadrici* vxor, Danorum Freſonumque e ſanguine procreata fuerit, Widekindo Corbeienſi teſte, in mentem venit *Anſfridus*, *comes palatinus*, qui circa annum 862 floruit. Hunc ſupra adduximus quadam ex charta. Ipſe apud Freherum atque in aliis diplomatibus ad a. 866 et 871 comes palatinus adpellatur. Qui idem videtur fuiſſe, qui anno 855 *comes* appellatur *in Batuue*, *Marteniana Collectionis Tom. I.* p. 140. Si ergo *Ruodbertus*, pater *Reinhildæ*, Danus fuiſſet, *Anſfridus* non eſſe non potuit Friſo, cuius ſoror, ſiue Bia ſiue Amalrada appellata, nupſiſſe *Ruodberto* comiti videtur. Hunc enim *Anſfridum* fuiſſe Friſonem, e charta Marteniana dilucet ac ſatis apparet, quia res in ea reperiundæ ſecundum *Euva* (legem) Friſonum traditæ fuerunt. *Anſfridus* ergo ſenior, XV comitatuum comes, ab auunculo nomen videtur accepiſſe, cuius nepos e fratre, 2) Ansfridus.

Ans-

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et

§. 230.

Tradidit abbo quidquid habuit in *hrodberteſhuſen* (E) teſteſ eiſulf adaluuard hunuuarduſ ecbert adalhard berndac redmer ado harid.

§. 231.

Anſfridus ſcilicet Traiectenſis epiſcopus, ad cœleſtem vitam euectus fuit anno 1010, Indict. VIII, *Vita Meinwerci* teſte, p. 524. Confer ea, quæ ſupra de hoc Traiectenſi epiſcopo ex Hedæ *Hiſt. epiſc. Vltrai.* adduximus.

3) Thiadricus.

Nomen patris *Anſfridi* iunioris, a coætaneo hiſtorico relatum, nondum deprehendimus. Probabiliſſime autem videtur pater *Anſfridi* epiſcopi fuiſſe *Thiadricus*, cuius meminit Widekindus noſter *Annal.* L. III. p. 654 qui cum Wichmanno iuniore, eius *comprouinciali*, nouum exercitum ad ſupplementum veteris anno 952 e Saxonia ad Ottonem Magnum duxit, atque a Luidolfo, Ottonis filio, ac Duce Conrado, in terminis Francorum retrocedere coactus, in Saxoniam reuertit, magnis promiſſionibus a Luidolfo ad defectionem ab Ottone cæſare moliendam tentatus. Veriſimiliter autem huius *Theodorici* filius, ideoque *Anſfridi* epiſcopi frater, videtur fuiſſe *Thiedericus*, cuius fit mentio in *Vita Meinwerci* p. 557. et 559, et qui ad annos 1024, et 1030 dictus fuit *comes Freſoniæ*. De his eorumque poſteris agendum mihi eſt in *Clientela Corbeienſi* copioſius.

4) Mahtilda regina. 5) Frederuna. 6) Bia. 7) Amalrada.

Nihil ergo reſtat, niſi vt pauca addamus de ſororibus reginæ *Mahtildæ*. De ſorore eius *Frederuna* eiusque filiabus iam ſupra §. 104 diſſeruimus, in ſtemma Brunonianum ſupra commentati. *Amalradam* vero Sigefridus, in *Vita Theodorici epiſcopi Metenſis*, Tom. I Leibn. p. 294 ſeq. appellat *ſororem reginæ Mahtildis*, atque *vxorem Euerardi comitis in pago Saxoniæ Hamalant*, nec non *matrem Theodorici Metenſis epiſcopi*. Metenſis epiſcopus habuerit oportet fratrem, cuius autem nomen non exprimitur neque eſſe poteſt, vti doctiſſimus quidam vir cenſet, Henricus dux. Quamuis enim Ditmarus p. 388, *Henricum* appellet *ducem fratrem Thiedrici ep. metenſis*, noſter tamen Theodoricus intelligi nequit, ſed deſignatur Theodoricus II, ſiquidem Thiedericus et Henricus dux regi Heinrico II moleſtiam intulerunt anno 1007, quo anno epiſcopus noſter iam dudum vitam cum morte commutauerat. *Theodoricus* autem Widikindeus T. I. Leibnitii p. 309 ſeq. nominatur patruus pueri *Euerardi*, qui mortuus eſt anno 978. Huius pueri *Euerardi* patrem fuiſſe *Meinwercum* comitem, qui, teſte Widekindo noſtro, *Annal.* Lib. III p. 654 ictu ſagittæ periit anno 953, in itinere comitans Ottonem Magnum, putat I. G. ab Eccard in *Hiſtor. Geneal.* p. 31. ſeq. Sed cum in Vita *Theodorici* epiſcopi l. c. aſſeratur, hunc *Euerardum*, fratruelem epiſcopi Metenſis, immatura falce mortis *vix dum decennem* abſciſſum, *Meinwercus* ille, qui obiit anno 953, pater *Euerardi*, qui natus fuerit neceſſe eſt anno 968, eſſe non potuit. Quantum vero coniectura auguramur, *Meinwercus* fuit frater *Theodorici* Metenſis epiſcopi, de cuius filia *Imma* iam egimus ſupra §. 104. *Bia* tandem nuncupatur ſoror reginæ *Mahtildis*. Eam mortuam eſſe VIII. Kal. Iunii, refertur in Annal. Treuirenſibus. Fuiſſe eandem Frederunam quoque vxorem comitis Wichmanni, e Ditmaro oſtendimus iam ſupra §. 104.

De villa Hrodberteshuſen.

(E) Villa *Hrodberteshuſen* ſita erat *in pago Nithega*, teſtante noſtro Regiſtro Bonorum Abbatiæ Corbeienſis. Significatur villa deſolata, quia in toto illo tractu, qui olim pagus *Nithega* appellabatur, eiuſdem nominis villa hodie non reperitur. Putamus autem, eandem villam quondam exſtitiſſe inter Steinberg et Driborg, vetuſtum caſtrum in epiſcopatu Paderbornenſi, in loco, vbi adhuc inuenitur der *Ruthe-* ſeu *Rotehuſer-born*. In eadem regione familiæ, Widikindea et Brunoniana, bona ſua hereditaria habuerunt. Ideo videtur *Abbo*, qui bona ſua in *Hrodberteshuſen* largitus eſt, vel ad familiam Widikindeam, vti ſupra fecimus §. 104. not. (f) vel ad Brunonianam videtur referendus. Si poſterius placet, non plane diſſentimus, quia Heinricus Leo, qui heres Brunonianæ ſtirpis fuit, in eadem villa poſſedit bona quædam. Quæſtio inde oritur anceps, an *Abbo*, cuius nomen contractum eſt ex *Adalberto*, frater fuerit Luidolfi ducis Saxoniæ, a quo Cobbo comes filium quendam ſuum *Abbonem* ſeu Adalbertum appellauerit, vti

§. 104.

§. 231.

Folclog fidelis foemina uolens confirmare (F) inuiolabiliter traditionem hereditatis (G) suae quae est in uilla nuncupante *foanreder* alia quippe uice eam tradidit atque manus uestituram de ea fecit *bardoni* comiti aduocato nostro (H) qui iterum eandem hereditatem ipsi uxori et uiro

gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 104. vidimus. Tradidisse autem videtur *Abbo* bona sua eodem die, quo Wicbertus, Gerulfus, et Raginberius sua dederunt, vti ad §. 227. 228 et 229. obseruauimus, scilicet eo die, quo Geroldus inter fratres Corbeienses fuit receptus, cui solemnitati etiam *Abbo*, vt consanguineus Geroldi, interesse voluerit. Hinc testes, quos *Abbo* adhibuit, videntur quoque eius consanguinei fuisse. *Eisulfus* enim videtur fuisse frater Wichardi, conditoris comitum Northeimensium. De hoc disseruimus supra §. 104. not. (*). Item *Adalwardus* videtur fuisse filius Thiodgeri comitis, fratris Ecberti ducis, de quo egimus §. 104. not. (n) *Hunwardus* videtur fuisse ille Hunwardus, qui §. 106. 107 et 146. reperitur; *Ecbertus* fuit frater ducis Luidolfi. *Adalhardus* videtur esse filius Brunonis II, et nepos Brunonis Angariorum ducis. *Berndac* videtur fuisse Berndag, filius Haddonis, et nepos eiusdem Brunonis ducis. *Redmer* iam supra inuenitur §. 226; *Ado* fuit Ade, qui, testante §. 145, in pago Nithega aliquid donauit. *Harid* vero appellatur (§. 250) frater ipsius *Abbonis*, pro quo in pago Huuetigo quædam, ad villam Wegballithi sita, traduntur.

(F) Adfinitatem intercedere inter hunc locum atque §. 143, res ipsa loquitur. Eadem enim fœmina vnam eandemque traditionem confirmat. E villa, *in pago Merstem* sita, iam l. c. concluſimus, videri pertinuisse hanc fœminam ad stemma Widikindeum. De hoc momento nulla dubitatio subnasci poterit consideraturo, Ragenberum, filium Walberti I, nepotis Widekindi Magni, ac Wicberthum, filium Bardonis I, fratris eiusdem Walberti, dedisse præterea Corbeiensibus bona quædam, ad eandem villam *foanreder* sita, testantibus locis §§. 229 et 337. Hæc autem illustris fœmina *Folclog* cum viro suo *Beuone* accessisse videtur Corbeiam nostram eo tempore, quo eius fratriæ filius Geroldus, domino sub habitu monachico militaturus, cœnobium Corbeiense intrauit. Cui splendidissimo actui *fidelis* nostra *Folclog* cum ceteris consanguineis coniuncte videtur interesse voluisse. Eius virum *Beuonem* fuisse filium *Ecberti* ac fratrem *Luidolfi* ducum, iam supra e Widekindo nostro comprobauimus. Hic ergo id ipsum denuo argumentis non indiget. Inquirere potius debemus in situm villæ *Foanreder*, quam in *pago Merstem* fuisse iam supra (§. 143) didicimus. Norunt eruditi, eum pagum olim extitisse in Principatu et præfectura Calenbergica. Vti vero veteres pagi hodiernis terminis ducatuum, episcopatuum, principatuum, et comitatuum non respondent accurate, ita interdum hic vel ille pagus in diuersis nostri sæculi prouinciis visendus erat. Putamus ergo, villam *Foanreder* seu *Faenrederi* esse vicum *Venreder*, in quo nobiles domini de Munchhausen bona quædam tenent ex feudo a comitibus de Schaumburg. Id comprobatur documento, quod legitur in B. G. S. Treueri *Gründlicher Geschlechts Historie der Herren von Munchhausen* p. 324.

De villa Foanreder in pago Merstem.

(G) Quia *hereditatis* nomine bona Folclogæ hic partim appellantur, eapropter bona hæc probabilissime a patre suo accepit *Folclog*.

(H) *Bardo comes*, qui aduocatus appellatur Corbeiensis, erat nepos Widekindi Magni, vti demonstrauimus §. 104. not. (u). Contendimus ibi probabiliter, *Bardonem* hic eapropter nominari aduocatum, quod bona tradita ipsi confinia et vicina fuerint, atque ipse prædia et comitatum eo tempore in pago Merstem tenuerit. In nostra enim Saxonia ita vsu receptum fuit, vt hi vel illi domini ratione certorum quorundam negotiorum aduocatos constituerentur, manente nihilominus causa præcipua et rei summa penes aduocatum summum. Id enim e diplomatibus nostris patet. Ita v. g. cum anno 1113 quædam bona abbatiæ Corbeiensi traderentur a nobili viro Sigiberto, in Moguntinensi et Patherburnensi

De comite Bardone.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

uiro ſuo nomine *beuo* iure beneficii reſignauit (I) excolendam quamdiu quiſ eorum uixerit hoc quoque totum factum eſt ex conſenſu omnium propinquorum (K) ſuorum et coram hiſ teſtibuſ bardo comeſ landuuard comeſ

nenſi Epiſcopatu ſita, Sigifridus comes, aduocatus Corbeienſis, præſto erat. Attamen Reinholdus comes in loca Corbeienſium ſibi vicina, et Gherhardus comes in alia, quæ ſibi denuo finitima erant, aduocati conſtituebantur, teſtantibus litteris MSctis, in *Hiſtoria Corbeienſi* edendis. Fortaſſis ab hoc *Bardone* ſeu eius filio cognomine caſtrum *Barenburg*, vnum milliare ſitum ab oppido Eldagſen in principatu Calenbergico, quod olim ſpectauit ad comites de Hallermund, nomen accepit.

(I) Attende, beneuole lector, ad inſigne munus aduocatorum tempore cæſarum Carolingicorum. Imperator Fridericus I poſt hæc ſcilicet anno 1188 *importunitatem* dixit, quam in bona eccleſiæ aliquando exercere tentauerint aduocati, vel villicationes eius locando, quod nihil ad eos adtinuerit, vel hereditates litonum eccleſiæ ſibi vſurpando, vel manſos etiam eccleſiæ nouis collocando colonis. Ipſe hæc tamquam nefanda authentico prohibuit edicto, nullam permittens aduocatis porro talia perpetrandi poteſtatem. Cum enim coram eo in palatio Goslariæ de iure aduocatorum quæſtio moueretur, ibi ex communi principum conſilio decretum fuit, et publice ſignificatum, in bona eccleſiarum aduocatis nihil eſſe iuris, niſi tantum triplicem ob cauſam, in furto videlicet, in pugna, et in raptu; omnes vero alias quæſtiones œconomo ſeu villico eccleſiæ eſſe reſeruatas, teſte diplomate, edito in celeb. olim Io. Mich. Heineccii *Antiquit. Goslar.* Lib. II. p. 185 ſeq. Sic tempora mutantur, et nos mutamur in illis. Oeconomi illi villicique ſucceſſu temporis æque dicti fuerunt ſubaduocati et aduocati. Videntur ex ratione vitæ eorumdem orti conductores prædiorum.

De quibuſdam propinquis Beuonis comitis filii Ecberti ducis, eiusque vxoris Folclogæ.

(K) Cum tota hæc traditio ex conſenſu omnium propinquorum fœminæ *Folclog* fuerit peracta, ſequitur exinde, dominos, ad ſtirpem Widikindeam referendos et dudum ſupra nominatos, huic donationi conſenſiſſe. Veriſimile fit proinde, teſtes, loco hoc memoratos, citra controuerſiam fuiſſe propinquos *Folclogæ*. *Bardo* comes itaque Folclogæ videtur propinquus fuiſſe. *Landwardus* ſupra (§. 178.) appellatur *frater* Helmridi atque Alvridi. Ipſe donauit quædam in pago Weſtfalon ſita. Memoratur quidam Landwardus (§. 252) atque alius (§. 414) quidam, dictus pater Gelonis, quem (§. 104 *not.* (*n*) inter poſteros Cobbonis comitis et progenitores comitum Tecklenburgicorum retulimus. Si ergo exiſtimaremus, *Landwardum comitem* fuiſſe ipſius Cobbonis comitis filium, vti nomen et bona videntur comprobare, (Ecbertum enim ducem in eadem regione poſſediſſe bona quædam, iam ſupra indicauimus) *Landwardus comes* omnino hac ratione propinquus fuiſſet *Folclogæ* et *Beuonis*, filii Ecberti ducis. *Bernherium Comitem* ſupra §. 104. *not.* (*n*) ſuſpicati ſumus exſtitiſſe nepotem Brunonis et filium Bernherii. Potuerunt tamen hi, qui videntur fuiſſe duo Bernherii, vnus comes fuiſſe. Coniecturas vero tantum noſtras adtulimus, et rogatum volumus omnes, vt ne aliam in ſententiam eas nolint interpretari. *Immo* ad ſtemma Widikindeum videtur referendus, tanquam filius Immedi, nepos Widekindi M. *Cobbo* probabiliſſime videtur fuiſſe Cobbo II, filius Cobbonis I, atque ita frater Landwardi. *Folchardus* veriſimiliter videtur fuiſſe Folchardus, filius Deddii atque Albæ, ſeu horum nepos Folchardus. Vtriusque ſupra (§. 112) mentionem iniecimus. Quodſi igitur ſumimus, Deddium fuiſſe conſanguineum Adalrici ſeu Heſſi, Oſtfalorum ducis, *Folchardus* vtique propinquus erat *Beuonis* comitis eiusque vxoris *Folclogæ*. Quum vero nomen Folchardi idem ſit, quod Folcberti, poſſet quoque deſignatus intelligi Folcbertus, inter progenitores comitum Euerſteinenſium referendus, de quo egimus §. 104. not. (n) *Ben* probabiliſſime videtur fuiſſe frater Riedagi, e ſtirpe Widikindea orti. Confer §. 104. not. (†††). Omnino itaque videtur fuiſſe propinquus vxoris *Beuonis*. De *Eurico* nihil habemus, quod poſſimus adtingere, excepto quod *Euricus* quidam, teſtante §. 184, ſita in pago Bragbanto quædam tradiderit. Fortaſſis itaque ille fuit frater Ansfridi, comitis Palatini, cuius mentionem iniecimus §. 229. Porro ſtatuitur

comes bernheri comes ymmo cobbo folchard ben euric haddo brun hiddi milo uualh eilhard gherhard liuthard uinnilo bernhard brunhard helmuuard gherber hidda emmo hroduuerc billa adalhard merica baia mayndag. guber-nante Corbe-iamAdal-gario.

§. 232.

Tradidit *asabug* in *ealdeshusen* (L) quidquid ibi habuit pro animabus fra-

tur Ansfridus Palatinus fuisse filius Bernharii, fratris Idæ ducissæ, vti apparet e §. 155. not. (f) *Euric* ita vtique fuisset propinquus Beuonis, comitis filii Idæ atque Ecberti ducis. *Haddo* verisimiliter est Haddo II, filius Haddonis I, fratris Ecberti ducis, de quibus egimus §. 104. not. (c) *Brunonem* reputamus pro nepote Brunonis, Angariorum ducis, atque *Hiddium*, seu Hiddonem, pro filio Luidolfi, ducis Saxoniæ, de quibus egimus §. 104. *not.* (*n*) *Milo* luculentis verbis *proximus* appellatur *Alberti*, filii Cobbonis vel fratris Beuonis comitis §. 294. Quam vero habuerit ipse coniunctionem generis cum familia Widikindea vel Brunoniana, et an ipse Thiadulfi aut Hrothardi, aut Thancmari I filius fuerit, id nondum patet. *Walho* fortassis fuit frater Ansfridi, comitis palatini, a suo patruo Walone comite et postea abbate aureæ Corbeiæ ita nominatus. Confer supra §. 101. *Eilbertus* porro fuit probabili quadam ex coniectura Eilbertus, filius S. Meinulfi, fratris Ecberti ducis. *Gherbardus* fortassis frater fuit Landwardi comitis, et ita sator ducum Iuliacorum, cum anno 1029 quendam Gerhardum comitem in *pago Iulichoi* deprehendamus, nominaque Gerhardorum inter Iuliacenses Comites sæpius repetantur. *Liuthardus* videtur fuisse nepos ille Albionis, satoris marchionum Brandenburgensium et principum Anhaltinorum, de quo egimus supra §. 188. *Vinnilo* quis fuerit, mihi est prorsus incompertum. *Bernhardus* vero appellatur infra §. 249. frater Gelonis. E donis eius iam supra §. 104. *not.* (*n*) conlegimus, illos Cobbonis comitis filios fuisse. *Brunhardus* erat frater Billingi, testante §. 303, cuius auia erat Hadwi, filia Ecberti ducis et soror Beuonis, vti vidimus §. 104. *not.* (*w*). *Helmwart* quis fuerit, non constat. Ad familiam Brunonianam is spectare potuit, quia supra §. 113. quidam Helmwert inter testes reperitur, cum quædam in pago Auga sita traderentur. *Gherber* ad progenitores comitum Euersteinensium videtur referendus. Ipse fortassis fuit frater Folcberti ac Thiadrici, quos supra §. 104. *not.* (*n*) memorauimus, quia eorum patrui, Euerhardi, filius fuit Gherbernus. *Hidda* videtur nepos Haddonis I fratris Ecberti ducis et pater Thiatmari marchionis orientalis fuisse, de quo egimus supra §. 104. *not.* (*e*). *Emmonem* inter propinquos Beuonis relatum esse, patet e §. 78, vbi Emmo quidam, fortassis huius pater, in pago Wikanuelde sita ad villam Cogarden quædam bona donauit, in qua Luidolfus, dux Saxoniæ, aliique eius consanguinei quædam fuerunt largiti. *Hrodwere*, *Billa* et *Mayndag* in obscuro latent. *Adalhardus* vero vel nepos vel pronepos fuerit Brunonis, Angariorum ducis, de quibus egimus §. 104. not. (n) *Merica* videtur Merio fuisse, frater Esiconis comitis in pago Salagewe, de quo conferatur §. 216. *Baia* autem videtur fuisse Beio, qui, testante §. 165, quædam, in pago Aringho sita, donauit. Fortasse Baia fuit frater dicti Adalhardi.

(L) *Asabug* videtur fuisse fœmina, ad stemma Widikindeum pertinens. In eadem enim regione bona quædam tradidit pro anima fratrum suorum, in qua domini quidam, ad eandem stirpem referendi, quædam bona donauere. Fortassis illa fuit soror *Walberti*, *Thiadrici*, *Hrothardi*, *Buniconis*, *Thancmari* ac *Bardonis I.* Numerosam enim prolem cum susceperit *Wicbertus* ex *Odrada*, verisimile non videtur, illam non nisi filios peperisse. Prouocata ergo nostra *Asabug* videtur exemplo sororis suæ *Folelogæ* ad dandum aliquid abbatiæ nostræ Corbeiensi pro anima fratrum suorum *Hrothardi*, *Heionis* et *Thancmari*, qui anno 870, quo etiam hæc sunt donata, iam vitam cum morte videntur commutasse. Erat autem, testante nostro Registro, villa *Ealdeshusen in pago Guddingo*. Videtur significari vicus seu oppidum *Eldasen*, olim ad comitatum Hallermundanum, iam vero ad principatum Calenbergensem solitus numerari. Bona Corbeiensia ibidem olim in feudo tenuere ab ecclesia nostra nobiles de Bock. vocatur ea- De villa Ealdes-husen in pago Guddin-go.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

fratrum suorum unde isti sunt testes buno magenheri brunuuard helmric marcdag helmulf.

§. 233.

Tradidit uuendil quidquid habuit in *fata* (M) in terris et siluis quernis testes uuichman ecbert magenheri folcdag milo uualdric benning uuulfhard liuduuard liudman aldric aldger snelbern.

§. 234.

Tradidit uuido in uice *alfrici* pro anima *abbonis* in *hasburgun* (N) mansum medium testes ecbert bernhard agilmer thiadbern abbo.

§. 235.

dem villa in membranis nostris circa medium seculi XIV *Eyldaghessen*. De Boakiorum progenie in *Clientela Corbeiensi* pluribus exponemus.

De villa Fata.

(M) *Fata* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quinam vicus potissime designatus intelligatur. Interim confer supra §. 191, vbi villa quædam *Vatu* reperitur *in pago Guddinge*. An vna eademque sit villa, atque an *Wendil*, quæ in *fata* aliquid tradidit, soror fuerit Asabugæ et Folclogæ, difficile est definitu.

De villa Hasburgun in pago Nithega.

(N) *Hasburgun* villa erat, testante nostro Registro, sita *in pago Nithega*. Hic olim situs erat ad fluuium dictum *Neite*, qui in principatu Corbeiensi influit Wiseram. In tota autem regione illa nullus hodie vicus reperitur, eodem nomine insignitus. Quonam ergo in loco *Hasburgun* villa olim exstiterit, inquirendum foret. Iam nobis in mentem venit, fraternitatem S. Iacobi anno 1485 institutam esse in *Hadersberg*. Ex quo momento suspicamur, antiquissimum nomen eiusdem montis fuisse *Hasburgun*, atque Hadersberg tempore regum Francorum fuisse dictum *Hasburgun*. Nostra tamen ætate, ac iampridem, nomen *Hadersberg*, æque ac nomen *Hasburgun*, interiit, appellaturque locus a dicta fraternitate *Iacobsberge*, situs in territorio Corbeiensium, magno incolarum et peregre venientium accessu olim frequentatus ob miracula et beneficia cœlestia, quæ excipi posse eo in loco, crediderunt mortales. Cum itaque idem locus haud procul absit ab oppido Beuerungen ad Wiseram, in quo, testante §. 149, Hadwy, Ecberti ducis Saxoniæ filia et ducis Luidolfi soror, quædam donauit, *Alfricus*, qui pro anima *Abbonis* bona in *Hasburgun* tradidit, Luidolfi ducis consanguineus videtur fuisse. Iam nostrum *Alfricum* pro *Alfrico* ipsius *Widekindi Magni* filio venditare liberet, nisi chronologia repugnaret. Si enim secundum computationem nostram *Widekindus Magnus* thalami sociam duxit anno 761, sub cœli auras prodire potuerunt *Wichertus* anno 762, *Alfricus* anno 763, *Ohtrit* anno 764, et *Herimannus* anno 765, *Alfricus* ergo anno 870, quo bona in *Hasburgun* donauit, annos habuisset CXXXIII, quod cum credere non audeamus, nostrum *Alfricum* potius pro filio *Alfrici I*, ac nepote *Widekindi Magni*, reputamus. Quemadmodum hoc et nomen et ratio temporis postulare videntur. Si enim *Alfricus I* anno ætatis XXIV vxorem duxit, anno 787 vxorem duxit, et *Alfricus II* natus esse potuit anno 788. Ita anno 870 annum circiter ætatis egisset LXXXII: Ita *Alfricus II* ex hereditate matris, quam *Eillogam* fuisse statuimus, sine dubio habuisset ea, quæ ad villam *Hasburgun* sita abbatiæ nostræ largitus est. *Alfricus* autem primus in eadem regione plura bona possedit, testibus §. 142. et 146. Ex his enim apparet, eum in villa desolata Valhusen, et vico Otbergen, ad Neitam sito, quædam donasse. Vnde suspicari licet, *Alfricum* eiusdemque fratrem *Ohtrit* alia bona hereditaria in regione eadem habuisse. Cum vero *Ohtrit* in pagi Pathergo villa Harun quoque bona quædam possedit, testante §. 56, atque *Eillog*, testante §. 99, in pago Pathergo in villa Wamuri, et *Tetta* eius filia (§. 172) in Wirieseu ad Wiseram in pago Auga sita tenuit bona, eandem *Tettam* fuisse Alfrici I filiam, videtur verisimile. *Alfricum* autem stemmati Widikindeo inserendum esse, negare non licet, siquidem eius frater in pago Pathergo prædia

quæ-

§. 235.

guber-nante Corbeiam Adalgario.

Tradidit suithard pro anima marcuuardi in *diseldashusen* tertiam partem de his quae ibi possederat et in pago *suilbergi* (O) in uilla nuncupata *rucunhusen* et in *odileueshusen* et in *makkanhusen* et in *thiadberteshusen* dimidiam partem unde isti sunt testes uuulfger ouo aldger luidman et duo alii.

§. 236.

Tradidit otheri mansum unum in *burium* (P) pro anima fratris sui uuulfgeri testes aldrig gerulf amuco ricdag helmuuard theodharduf luiduuarduf aldger.

§. 237.

Tradidit beiur in *mulinhusen* (Q) mansum unum cum familia testes had amelung uuerinhard helmdag godoland.

§. 238.

Tradidit folchard pro anima sua in *hrotberteshus* (R) quidquid ibi possederat testes uuulfhard . . . . .

§. 239.

quædam tenuit, ipse vero in pago Nithega, habuit bona seu fundos. Vnde colligimus, eius vxorem fuisse stirpis Brunonianæ partem. Inter hæc id æque memoratu dignissimum esse censemus, familiam Waldeccensem in eadem regione, in qua *Alfricus* et *Tetta* tradidere bona, bona possedisse et adhuc possidere. Ex quo momento conclusimus, *Alfrici* progeniem non multos per annos viguisse, atque, ea exstincta, eius bona hereditaria ad Sualenbergenses et porro ad Waldeccenses comites fuisse deuoluta. De hisce in nostra *Corbeiensi historia* pluribus disseremus et plura.

(O) De pago *Suilbergi*, intra comitatum Dasselienlem sito, et de villis in eodem pago obuiis, iam supra §. 167. egimus. *Diseldashusen* enim erat *Dassensen* villa, pars præfecturæ Rotenkirchen. *Rucunhusen* est Rengershusen in eadem præfectura. *Odileueshusen* est Oikensen, villa desolata in saltu Sollingano. *Makkanhusen* est Mackensen in præfectura Hundesrück, et *Thiadbertesbusen* est Denckihusen, vel Teckenhusen, villa desolata, olim in saltu Sollingano visenda. Damus tamen lectori optionem, an hanc villam euersam, an Deirsen, locum præfecturæ Wickensen, deligere malit. *Suithardum* itaque ad progenitores comitum, de Northeim et Dassel cognominatorum, retulimus §. 104 *not.* (L). De villa Diseldashusen.

(P) *Burium* villa erat, testante nostro Registro B. et P. A. C. *in pago Hessi* posita. Eadem ergo villa subest, quæ supra §. 103. reperitur. Procul dubio intelligitur designari pagus Hessi Saxonicus, de quo egimus supra §. 33. not. (v) Folcmerius itaque pater fuisse videtur *Otheri* ac *Wulfgeri*. Hi porro progenitores fuisse videntur dynastarum, de *Sichelsten* dictorum; de quibus exponam in *Historia Corbeiensi* copiosius. De villa Burium in pago Hessi.

(Q) *Mulenhusen* villa erat eiusdem *pagi Hessi*, testante nostro Registro. Quinam vero vicus significetur, id in obscuro latet. *Mulhausen*, locus in principatu Waldeccensi intra præfecturam Arolsen obuius, denotatus esse non potest. *Milenhusen* haud procul ab oppido Münden subesse non videtur, neque *Mulenhusen*, locus non procul ab vrbe Cassel conspicuus. Fortassis *Muhlen* in regione oppidi Helmershusen ad Dimolam hic in censum venit. De villa Mulinhusen.

(R) *Hrodbertesbur* ponitur in nostro Registro *in pago Hlisgo*. Quem pagum in præfecturis Westerhof, Stauffenburg et Hertzberg, ac circa vrbem Osterodam situm fuisse, iam supra §. 112. statuimus. Situs ille priscus iam latius comprobandus De villa Hrodbertesbus et pago Hlisgo.

Ab anno 844 vsque 877 regnante Hludouuico et

bandus est. Producimus ergo primum ex archiuo nostro Corbeiensi diploma regis Arnolfi, quod sic habet:

In nomine sc̄ae̅ et indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia rex. notum sit omnibus sc̄ae̅ dei ecclesiae fidelibus n̄r̄isq̄. praesentibus scilicet et futuris qualiter quidam fidelis ac uenerabilis ep̄s nomine *sundrolt* deprecatus est n̄r̄ām clementiam ut cuidam comiti n̄r̄o nomine *adalger* quasdam res proprietatis n̄r̄ae̅ in proprium concederemus nos uero petitionibus eius libenter annuentes decreuimus ita fieri. Dedimus namq̄. illi *in pago hlisgo* in comitatu ipsius in uillis *uuolfenni* ac *halafeld* hobas XXI. ac mansos IIII. cum domibus aliisq̄. aedificiis mancipiis agris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis quaesitis et inquirendis terris cultis et incultis et cum omnibus iuste ac legitime ad easdem hobas pertinentibus. Et iussimus inde hoc n̄r̄ae̅ auctoritatis fieri praeceptum per quod uolumus atq̄. iubemus ut praescriptus adalger de his omnibus quae ei in potestatem et dominationem condonauimus nunc et deinceps omni tempore habeat potestatem habendi donandi uendendi commodandi uel quidquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec auctoritas n̄r̄a firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus n̄r̄is melius credatur ac diligentius obseruetur manu n̄r̄a eam firmauimus anuloq̄. n̄r̄o signari iussimus.

signum domni arnolfi piissimi regis

Aspertus cancellarius ad uicem thiotmari archicappellani recognoui et *ſſſſ.*

Sigillum vide in Tab. IV, n. 4.

data II non. iul. anno incarnationis domni DCCCLXXXVIIII. indict. VI. anno II regni Arnolfi piissimi regis actum franconoford in dei nomine amen.

Sundrolt episcopus, in hoc diplomate memoratus, procul dubio est moguntinensis archiepiscopus, a Lamberto Schafnabrugensi appellatus Sunderholt, atque in aliis diplomatibus nostris Sunderholdus, subrogatus Liutberto archiepiscopo moguntino, qui superiori anno adhuc vixit, vti diplomata nostra adprobant. Maxima imperatoris gratia Sundroltus apud cæsarem polluerit oportet, siquidem statim primo regiminis sui anno Arnolfus illi tribuit insignem titulum *fidelis ac venerabilis episcopi*. Episcopi preces tantam apud cæsarem habuerunt vim, vt *Adalgero* comiti XXI hobas et quatuor mansos in proprium tradiderit, sitos *in pago Hlisgo* in comitatu eius et in villis *Wolfenni* atque *Halafeld*. An ex eo coniectandum sit, *Sunderholdum* fuisse consanguineum *Adalgeri*, viderint alii. Nobis probabile videtur, *Wolfenni* villam esse non aliam, quam vicum *Wulften* seu *Wolfen* haud procul ab Hattorf et Osteroda. *Halafeld* villa est vicus Alsfeld non procul a castro Hertzberg in Principatu Grubenhagico. Sin mauis designatum intelligere locum Ilefeld, per me licet. Locum Halefeld omisit definire ven. Abbas Gothefredus Tom. I *Chronici Gottwicensis* p. 663. ipse villam Berneshusen reperisse se putat in vico Bornemehusa ad amnem Schildau infra oppidum Sesen. At Bornemehusa fuit pars pagi Amberga. Non audemus cum D. Grupenio pronunciare, hanc villam fuisse locum Kalefeld in præfectura Westerhof situm, quia autographum satis distincte habet *Halafeld*. *Hrodbertesbus* porro fuisse videtur

Roders-

§. 239.

Tradidit hildibert pro anima fratriſ ſui teodberti in *gardinun* (S) quidquid ibi habuit teſteſ alfuuini harbert uuoltbert *derling* (T) ſini. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 240.

Rodershuſen inter monaſterium Poelde et Duderſtadium; *Bernhardeshuſen* vero, quæ etiam erat in eodem pago Hliſgo, teſtante §. 130, poſſet eadem villa eſſe, quæ in diplomate quodam Heinrici II, ad annum 1016 dato, appellatur *Berneshuſen in pago Liſga*, quam fuiſſe vicum Bahnhauſen in præfectura Stauffenburg, iam quidem ſupra pronunciauimus. Fortaſſis autem ſubeſt Bernhauſen vicus, qui reperitur in Leuckfeldii *Antiquit. Katlenburg.* p. 58. Hæc autem obſeruatio nobis porro perſuadet, pagum *Hliſgo*, vti in Regiſtro noſtro ſemper ſcribitur, eſſe eundem pagum, qui aliis in diplomatibus appellatur Lisga, Lisca et Lisgowe, cui porro tribuuntur 1) *Reinoluesbuſen* 2) *Borſtide* 3) *Landwerdeshuſen*, forte Langelhauſen haud procul a Waake in terminis Eichsfeldiæ, 4) *Eildageſem*, an Edesheim in præfectura Brunſtein? 5) *Euergotheſſem*, Ebergötzen in præfectura Radolfshauſen 6) *Hermannigeroth* 7) *Wachana*, an Waake? 8) *Hermannesbuſen* an Harjehuſen in præfectura Weſterhof? 9) *Motleuingerod*, villa deſolata haud procul ab vrbe Oſteroda 10) *Foreſazi* ſeu Förſte ad Oſterodam et 11) *Hadiluingerod*. De reliquis villis, in hoc pago ſitis et ex parte olim ad Corbeiam ſpectantibus, egimus ſupra §. 112.

(S) *Gardinun* villa erat, teſtante noſtro Regiſtro, ſita *in pago Nithiga*. Ex quo concluſimus, *Gardinun* eſſe eandem villam, quæ ſupra §. 87 appellatur *Gerdinun*, quæque nunc nominatur *Gerden*, in epiſcopatu Paderbornenſi ſita inter acidulas Schmechtanas, Herſte, Iſtrup, Siddeſen atque Haverhuſen. Hodie in vico *Gerden* grex eſt ancillarum Dei ordinis S. Benedicti, olim congregatus in monte *Iburg* conſenſu Beatricis, Heriſienſis abbatiſſæ, a Bernhardo epiſcopo Paderbornenſi obtento circa annum 1134. Cum vero virgines, in monte Iburg collectæ, in magna rerum inopia traherent vitam, vir quidam *nobilis Heinricus de Gerdenen* ad augendam ſibi ſpem vitæ æternæ chriſtum eiusque genetricem Mariam et B. Petrum omnium bonorum ſuorum heredem delegit, et in fundo domus ſuæ, videlicet *Gerdenen*, cœnobium conſtruxit, in quod epiſcopus, de quo diximus, dei famulas e loco, calamitatis et miſeriæ pleno, tranſduxit, *Megerarde* ſorore illius *Heinrici* et filiis eius, *Wernone*, *Godefrido* et *Baſilio*, id ipſum collaudantibus, teſtante diplomate epiſcopi Paderbornenſis Bernhardi, ad annum 1142 dato. Quum vero iam tempore regum Francorum in eadem regione exſtitit tam *Nortgardinum*, quam *Suitgardinum*, villa, vti apparet e decreto ſynodali Wormatienſi ad annum 868 Tom. I. *Annal. Paderb.* Nic. Schatenii p. 164; *Hildibertus* in *Nortgardinun* villa tradidiſſe videtur bona ſua abbatiæ Corbeienſi. Eum cum fratre ſuo *Teodberto* ad progenitores comitum Euerſteinenſium pertinuiſſe, nobis probabile videtur. Et fortaſſis ſator fuit iſte *Hildebertus* illius *nobilis viri Heinrici de Gerdenen*, qui vixit anno 1142. Comites enim Euerſteinenſes in eadem regione bona quædam poſſediſſe, negari non debet. Probabiliſſime ab eodem *Hildiberto* deſcendunt nobiles *domini de Brakel*, qui conſanguinei fuere comitum de Euerſtein, diplomatis noſtris teſtantibus, in *Hiſtoria* noſtra *Corbeienſi* producendis. Iam ſupra §. 104. not. (n) quendam *Hildibertum* et *Theodbernum* inter progenitores comitum de Euerſtein deprehendimus, vt adeo veriſimile ſit, noſtros *Hildibertum* et *Teodbertum* fuiſſe filios *Eggrici*, nepotis *Brunonis* Angariorum ducis. De villa Gardinun in pago Nithiga.

(T) *Derling* nomen viri eſt in Saxonia noſtra tritum et vſitatum. In eadem Saxonia quendam *Derlingi* pagum deprehendimus, nempe in meditullio Principatus Wolferbuttelani. De pago hoc expoſuimus ſupra §. 15. *not.* (w) atque in his traditionibus paſſim. Nomen hunc pagum accepiſſe a *Derlingis* populis, quos Saxones noſtri in ſuam poteſtatem redegerunt, admodum probabile eſt. Patet e traditionibus noſtris, et inprimis ex §. 24, in eodem pago *Derlingo* exſtitiſſe ſeruos æque ac in aliis pagis Weſtfaliæ atque Angariæ. Concluſimus inde, ſeruos illos eſſe reliquias veterum *Derlingorum*, quorum ſator vel pater fuiſſe videtur De nomine Derling.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 240.

Tradidit eilbert tertiam partem de quodam biuango in suilbergiorum marca (U) testes esic eisulf odulf bernhard odric thiodric helmold bernold ghermer adilmer folcbert gherhard alza occo hrodgher.

§. 241.

Tradiderunt ragenolduf et hunolduf pro anima fratris sui (V) adaldac

detur quidam nomine *Derling*, qui a Teutone, communi patre Germanorum, eiusque filiis originem videtur duxisse.

De Suilbergiorum marca.

(U) *Suilbergiorum marca* sine dubio hic ponitur pro pago *Suilbergi*, intra comitatum Dasselensem ac ad saltum Sollinganum reperiundo, de quo exposuimus supra §. 167. *Marca* probabiliter nominatur hic pagus, quia ibi limes præsto erat *Angariæ orientalis*. An vero comites, qui eidem præfuere marcæ, dicti sint, *Marggrauii* seu comites limitanei, aliis perquirendum relinquimus.

Origines comitum Oldenburgicorum, ducum Holsatiæ et regum Danorum.

(V) Cum *Ragenoldus*, *Hunoldus* atque *Adaldac* fuerint fratres, et in villa *Rotthingun*, quam Registrum Bonorum et Prouentuum A. C. ponit *in pago Leri*, quædam tradiderint, probabilissimum indicatu videtur, eos ad gentem Widikindeam spectasse. In eodem enim *pago Leri* familia Widikindea bonis hereditariis gauisa fuit, vti supra §. 104. demonstrauimus. Inter testes reperitur quidam *Almer*. Quod nomen cum contractum sit ex *Agilmer*, fortasse is idem *Agilmarus* est, qui supra §. 234. inter testes Alfrici Widikindei apparet. Hic probabiliter Alfrici consanguineus fuit, vti reliqui l. c. adhibiti testes. Potuit ergo ille *Agilmarus* esse vel frater, vel consanguineus *Ragenoldi* atque *Hunoldi*. Videtur is Agilmarus fuisse Engilmarus, de quo loquuntur Traditiones Fuldenses p. 313 num. 19, et p. 316 num. 74 his verbis: *Ego Engilmar de Wesleriche trado S. Bonifatio proprietates meas in villa Humkufe XXX boum terram.* Et: *Ego Engelmar et Goltgart vxor mea tradimus ad S. Bonifatium in Fuldensi monasterio in pago Westrahe in villa Hintinlofe XXX boum terram cum XVI mancipiis.* Quemadmodum enim villa Hintinlose est oppidum Hindelopen, situm ad mare dictum de *Zuder Zee*, ita negari non posse censemus, eundem Engilmarum ad gentem Widikindeam spectasse, quippe quæ eadem in regione bona hereditaria possedit haud vna. Quamuis vero *Agilmarus* ille frater *Hunoldi*, siue minus, fuerit, negari tamen non poterit, *Hunoldo* fuisse filium, nomine *Wulfarium*. Infra enim §. 359. reperimus *Wulfarium* quendam, pro anima patris sui *Hunoldi* in pagi Leri villa *Gnidun* bona quædam tradentem, quem *Hunoldum*, vti e situ Gnidun villæ apparet, eundem fuisse putamus, qui, hoc nostro loco teste, frater erat *Ragenoldi* atque *Adaldaci*. Quis vero fator horum dominorum fuerit, id satis in obscuro latet. Quantum e locorum situ et nominum similitudine concluſimus, arbitramur, patrem *Hunoldi*, *Ragenoldi* atque *Adaldaci*, fuisse *Hunoldum*, qui, testante §. 8, circa annum 823 in villa Fuilmi in pago Laingo, qui pago Leri erat contiguus, bona quædam ecclesiæ Corbeiensi tradiderat, quem *Hunoldum* plura bona in eadem regione tenuisse, negare poterit nemo: quia probabile non est, *Hunoldum* eodem tempore omne patrimonium suum largiendo effudisse. In Saxoniæ nostræ Adelingis *Hunoldum* istum, quem primum nominare volumus, referendum esse, nemo facile inficiabitur, quia eo tempore homines fere nulli, nisi Adelingi, bona hereditaria in nostra Saxonia possederunt. Parer ergo *Hunoldi*, quem ante tempora Caroli M. vixisse oportet, opibus ac seruis suis summo cum imperio præfuit. Ante Carolum M. enim Saxonici Adelingi nullum habebant regem vel cæsarem. Fortassis autem *Hunoldus* iste ex eodem sanguine, quo Widekindus M. erat ortus, fuit progenitus, eiusdemque patrui filius fuit, quia in eadem regione, in qua Widekindi posteri sua tenuerunt bona, et ipse sua possedit.

Helmold et *Uffico*, qui in pago Leri, testantibus §§. 27 et 35, bona quædam tradiderunt, *Hunoldi I* fuisse fratres videntur. Cumque *Eilhardus* quidam in eodem pago Leri et in eadem villa Hundloun, in qua *Helmoldus* quædam tradide-

dac manſum unum in rotthingun teſteſ tethard ſini riculf thedric todo dedo *almer* bern thietger adalhard eſic.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 242.

diderat, bona quædam largitus ſit, teſtante §. 123, *Eilhardus* iſte *Helmoldi* filius fuiſſe videtur. Quia autem *Eilhardi* nomen contractum eſt ex Ethelhardo ſeu *Adelhardo*, cuius nominis quendam Saxonum occidentalium ducem fuiſſe ſtatuimus, probabili coniectura auguramur, iſtum *Ethelhardum* ducem inter progenitores dominorum noſtrorum referendum eſſe. Widekindum ſane magnum in Freſonum regione aliquid iuris poſſediſſe, ex *Actis S. Ludgeri* Tom. I. Leibn. p. 90. pateſcit. Probabiliſſimum ergo videtur, dominos noſtros ad Widekindeam ſpectaſſe ſtirpem.

Wulfarii, filii *Hunoldi II*, fratrem fuiſſe *Egilmarum* epiſcopum Osnabrugenſem, qui ab anno 885 vſque ad annum 918 ſedi præfuit, nobis probabile videtur. Si enim primo *Agilmarus* frater fuiſſet *Hunoldi II*, epiſcopo *Egilmaro* nomen fuiſſet inditum, a patruo ſuo petitum. Deinde negari non poteſt, cæſares eo tempore perlibenter deſignaſſe ad epiſcopatus regendos vicinorum dominorum fratres vel filios. Conſanguinei autem *Egilmari* bona ſua hereditaria in vicinia epiſcopatus Osnabrugenſis ita habuiſſent. Denique potuiſſent hac ratione clerici Osnabrugenſes ab *Egilmari* conſanguineis patrocinium ac defenſionem ſperare contra Corbeienſem atque Herfordenſem abbatias, cum quibus eo tempore illi contendebant de decimis ablatis, vti Erdw. Erdmannus in *Chronico Osnabrug.* T. II. S. R. G. Meibom. p. 200 ſeq. retulit. Non ergo fieri non potuit, vt illi *Egilmarum* cæſaris gratiæ quam diligentiſſime commendauerint.

An dictus *Wulfarius*, quem fratrem epiſcopi *Egilmari* diximus, adhuc alium fratrem habuerit, nomine *Reginbertum*, cuius filius *Gerbertus* tempore abbatis Fuldenſis Hadamari, id eſt, anno 950, præfectus fuit tractui in Friſia, vti Traditiones Fuldenſes teſtantur, id omnino in medio relinquimus. Illud certum eſt, in eiſdem Traditionibus Fuld. p. 312 num. 13 *Gerbrahtum* quendam in Freſia in locis Auſtmora et Adingamora proprietates poſſediſſe et tradidiſſe, et in noſtris Tradit. Corbeienſibus, §. 454. quendam reperiri *Gherbertum*, qui filium habuit nomine *Renoldum*, qui in villa *Anhemathium* in Enterigawi pago, qui in comitatu Hoiano reperitur, bona quædam tradidit, quique idem *Renoldus* ſeu *Reginholdus* videtur, qui anno 1037 in Agrotingun pago plurima bona donauit, teſtante §. 484. Si noſter *Gherbertus* idem eſſet, qui, teſtibus Traditionibus Fuldenſibus, in Friſia bona tenuit, tunc ſuſpicari liceret, noſtram familiam ad Widekindeam omnino eſſe referendam. Etenim nomen *Reginbertus* quaſi proprium fuit Widekindeis. Deinde Widekindei in comitatu Hoiano et in Freſia bona hereditaria poſſederunt plurima. Quemadmodum autem de hoc momento cum nemine litigare vel in arenam deſcendere volumus, ita *Gherbertus* noſter, *Renoldi* pater, et filius *Wulfarii*, eſſe poterit ſator nobilium dominorum de Stumpenhuſen, a quibus comites de Hoia deſcendunt.

Renoldus, filius Gherberti, adhuc duos fratres habuiſſe videtur, *Brunonem* ſcilicet et *Bernhardum*. *Bruno* appellatur clericus, et tradidit bona quædam, in pagi Agrotingun villis Huuinni et Linthi ſita, teſtante §. 464, et pro fratre ſuo *Bernhardo Bruno* quædam donauit in pago maiori Emiſgao ſita in villis Werelidde et Sugila, id eſt, in Werlte et Sogel in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, vti docetur §. 473. Putamus autem, *Brunonem* iſtum eapropter ad hanc familiam ſpectaſſe, quia *Reginholdus* in eadem villa *Huuinni*, in qua *Bruno*, quædam largitus eſt.

Wulfarii filius probabiliſſime præterea fuit *Adeldac*, archiepiſcopus Hamburgenſis, qui anno 988 vitam cum morte commutauit. Quemadmodum enim illi a propatruo ſuo *Adaldaco* nomen inditum fuiſſe videtur, ita archiepiſcopus *Adeldac* in Chronico noſtro Corbeienſi *conſanguineus reginæ Mahtildæ* appellatur. Tempore regiminis abbatis Corbeienſis Beuonis II ille in ſchola Corbeienſi litteris operam dedit. poſtea ille fuit capellanus reginæ prædictæ, ac primam miſ-

Ab anno 854 vsque 877. regnante Hludouuico et

sam pro animæ regis *Heinrici*, dicti aucupis, salute cantauit, tantaque in gratia apud reginam *Mahtildam* fuit positus, vt ipsa filium *Ottonem* hortari atque orare non desisteret, donec ille *Adeldaco* nostro honorem archiepiscopalem decerneret, Chronico nostro, atque *auctore Vitæ reginæ Mahtildæ* referente Tom. I. Leibn. p. 196 seq. Vix alia ratione, quam hic factum, ostendi poterit, quomodo archiepiscopus *Adeldacus* fuerit consanguineus reginæ *Mahtildæ*. Non igitur dubito, multos iudicaturos, sententiam nostram de *Hunoldorum* nostrorum origine, e stirpe Widekindea deducendorum, esse verisimillimam, quum illa regina ad eandem quoque gentem spectauerit, vti iam supra demonstrauimus. Appellatur autem porro archiepiscopus *Adeldacus* T. II. Leibnitii p. 214. consanguineus *Adalwardi* episcopi Verdensis, qui l. c. genere illustris atque *Adaldaci* magister nuncupatur. Iste *Adalwardus* fuit nepos *Adalwardi*, ac filius *Richardi*, qui, testante §. 341, pro hoc filio suo *Adalwardo* in pago Nithega in villa Hiristi quædam tradidit, cum eum ad reliquias SS. martyrum Stephani atque Viti offerret. Quemadmodum itaque iam supra §. 104 not. (n) ostendimus, *Adalwardum* istum fuisse abnepotem *Brunonis* Angariorum ducis, ita probabilissimum reddi speramus, Archiepiscopi *Adaldaci* matrem stirpis fuisse Brunonianæ. Rectissime ergo idem *Adaldacus* nominatur Tom. II. S. R. G. Meibomii p. 29. cognatus *Landwardi*, Mindensis episcopi, quippe qui eiusdem *Brunonis* ducis abnepos, et nepos *Cobbonis* comitis fuisse videtur.

Hunoldus III videtur filius fuisse *Wulfarii* prædicti. Donauit enim *Hunoldus* iste pro se, pro patre suo *Wulfario* ac filio suo *Egilmaro*, homines quosdam proprios in villis *Emsteki*, *Hareburgun*, atque *Erelithe* in pago Leri, testante §. 449. Cum enim villa Emsteki sit vicus Emsteck in inferiori episcopatu Monasterienſi, Hareburgun vero Herbergen, ac Erelitte Littel in Oldenburgico comitatu, nemo negabit præfracte, *Wulfarium*, patrem *Hunoldi*, eundem fuisse, qui in eodem pago in villa Gnidun bona quædam tradiderat. Atque ex his momentis euidentissime apparere putamus, dominos, a nobis hactenus recensitos, ad progenitores *Oldenburgicorum comitum* spectasse. Dictus enim *Egilmarus*, filius *Hunoldi*, sine dubio idem *Egilmarus* est, a quo eruditi stemma *Oldenburgicorum comitum*, sereniſſimorum *ducum Holsatiæ*, ac potentissimorum *regum Daniæ* hucusque inchoarunt. Teste Io. Schiphowero Meppensi T. II. S. R. G. Meibomii p. 141. dictus *Egilmarus* subditis sibi bene præfuit per multos annos. In eo ipso vera prædicauit Schiphowerus. In hoc autem errauit, quod patrem *Egilmari* fuisse Haionem perhibuit, et *Egilmarum* patrem a filio *Egilmaro* non distinxit. Omnia ergo ordine recensere debemus, vt simul adpareat cunctis, quam late etiam deflexerit a veritatis tramite, vti solet, Iohannes Hübnerus in Tabulis genealogicis.

Statuimus ergo, *Egilmarum* habuisse in matrimonio *Rekencam*, filiam *Idæ*, quæ neptis erat ex fratre cæsaris *Heinrici III.* et neptis e sorore *Leonis IX* Pontificis maximi. De hac *Ida* quædam in medium proferre debemus, vt pateat cunctis, *Egilmarum* maritum *Rekencæ* non fuisse alium, nisi filium *Hunoldi*, in traditionibus nostris occurrentem. Quod ergo ad originem *Idæ* attinet, annotauit Albertus Stadensis abbas in Chronico suo p. m. 152. b. (edit. Witteberg. a. 1608) *Idam fuisse filiam fratris imperatoris Heinrici III, filiam quoque sororis Leonis papæ, et nupsisse eam Lippoldo, filio dominæ Glismodis.* Huic *Lippoldo peperit Ida, Odam sanctimonialem de Rinthelen, quam postea claustro absoluit, et tradidit regi Ruziæ, cui peperit filium Warteslaw.* Nomen regis Ruziæ, cui nupsit *Oda* filia *Idæ* discere possumus ex Theodosii abbatis S. Michaelis in vrbe Kiovia Annalibus, quos Gerardus Fridericus Mullerus, academiæ Petropolitanæ professor, libro edito: *Sammlung Russischer Geschichte* P. V. inseruit, vbi ad an. 1109 p. 395 sic legitur: *obiit princeps Praxidis Wsewolodi filia.* Iste *Wsewolodus* natus fuit anno 1030 atque obiit anno 1090, vti ex eodem auctore discimus. Ex quo simul patet, nomen filii *Wsewolodi* non fuisse Warteslaw, vti Albertus Stadensis putauit, sed *Wolodomiri*, qui anno 1093 dominus Czernichoviæ, anno autem 1114 monarcha Russiæ fuit, atque anno 1125 mortuus est. *Eupraxis* Russica, filia *Odæ* et *Wsewolodi*, nupsit primum *Heinrico* comiti Stadensi atque marchioni septentrionali, atque, eo ad annum 1087 defuncto, *Heinrico IV.* Romanorum imperatori. Ita enim Annalista Saxo ad an. 1089: *Henricus imperator Coloniæ nuptias cele-*

celebrauit, Heinrici ſupra dicti marchionis de Stadhe viduam, filiam regis Ruzorum ducens vxorem. gubernante Corbeiam Adalgario.

Habuit autem ſupradicta *Ida præter Lippoldum duos maritos, comites* ſcilicet *Dedonem atque Ethelerum album, quorum vterque in Thietmarſchia occiſus eſt, cum ibi comes eſſet.* *Alter eorum* (ſunt verba Alberti Stadenſis l. c.) *de Ida genuit filiam Rikencen, quam duxit Eilmarus comes de Aldenburg, Aliarinam matrem Burchardi de Lucken, et Burchardum Treuerenſem maiorem præpoſitum, qui poſtea in archiepiſcopum electus eſt.* Habuit autem *Ida* quoque filium *Ecbertum comitem*, quem Udo, comes Stadenſis, in Wiſtede prope Elſtorpe occidit, qui eius cognatus erat, eodem Alberto Stad. l. c. teſte. Ex his dictis maioris perſpicuitatis gratia hoc ſchema genealogicum producimus:

Ida neptis Heinrici III. cæſaris, et Leonis papæ, vxor
1) Lippoldi e primo toro. 2) Dedonis et e ſecundo toro. 3) Etheleri comitum. et tertio toro.

Oda canonica Rintelienſis vxor a. 1051. Wſewolodi Ruſſorum monarchæ † 1093.		Rikence vx. Egilmari I. (III.)	Aliarina vx. N. comitis de Lucken.	Burchardus præpoſ. maior Treuerenſis, poſtea archiepiſcopus.	Ecbertus comes occiſus ab Udone II. comite de Staden.
Wlodomirus Ruſſorum monarcha † 1125. anno ætatis 73.	Eupraxis vx. 1) Heinrici comitis de Staden filii Udonis II. 2) Heinrici IV. cæſaris † 1109.	Egilmarus II. (IV.) comes de Oldenburg.	Burchardus comes de Lucken occiſus ab Herimanno comite de Winzenborg atque aduocato Corbeienſi.		

Quamuis vero annales veterum non retulerint, quo anno *Rikence*, vxor *Egilmari*, nata ſit, patet tamen ex omnibus momentis, eandem iam anno 1040 in matrimonio vixiſſe. Albertus enim Stadenſis l. c. prodidit, *Idam*, heredibus orbatam, Romam profectam eſſe ad auunculum ſuum papam *Leonem*, et ſalubribus monitis dimittendi debitoribus ſuis debita, ab ipſo inſtructam, rediiſſe Elſtorpam, atque Udoni marchioni prorſus dimiſiſſe iniuriam de nece filii *Ecberti*, atque, vt quietius ſuis frui poſſet poſſeſſionibus, ipſum Udonem heredem ſuum feciſſe, qui viciſſim ex hereditate ſua CCC manſos *Idæ* dederit poſſidendos, quam diu ipſa viueret. Cum igitur papa *Leo*, eodem Alberto Stadenſi p. 122 et 126, Wiberto in Vita Leonis IX, Francisco Pagio in *Breuiario Pontificum Romanorum* To. II p. 356, atque aliis teſtibus, anno 1049 ordinatus, atque anno 1054 mortuus ſit, putamus ex eo patere, *Idam* circa annum 1050 profectam fuiſſe Romam, atque eodem tempore filium ſuum *Ecbertum comitem* fuiſſe occiſum. Quodſi autem eodem tempore *Echertus*, filius *Idæ*, iam comes fuit, ſequitur, eundem iam fuiſſe ætatis adultæ, atque eiuſdem ſororem *Rikencam* iam eo tempore maturam toro fuiſſe. Cum itaque pater *Egilmari Hunoldus* circa finem atque initium ſeculi X. et XI. vixerit, quo tempore, ſcilicet initio ſeculi XI, *Egilmarus* probabiliſſime tantum puer fuit, nihil videmus, quod nos impediat, quo minus ſtatuamus, *Egilmarum* maritum *Rikencæ* fuiſſe illum *Egilmarum*, qui in Traditionibus noſtris appellatur filius *Hunoldi*. Adde, quod idem *Hunoldus* bona hereditaria habuit in eadem regione, in qua *Egilmari* poſteri illa tenuerunt, ſcilicet in comitatu Oldenburgico. Fuiſſe autem *Egilmarum*, maritum *Rikencæ*, patrem *Egilmari II*, comitis de Aldenburg, Albertus Stadenſis l. c. affirmat. Quo anno *Egilmarus II* obierit, non liquet. Illud diſcimus ex eodem Alberto Stadenſi p. 148 b. eius vxorem *Eilicam* fuiſſe filiam *Ottonis* (comitis) de Cappenberch, ex qua genuerit *Heinricum I* et *Chriſtianum I*, comites de Aldenburch, atque *Ottonem*, præpoſitum Bremenſem. *Heinricus I* Comes vxorem duxit ſororem Heinrici comitis de Gelre. Ex hac genuit *Heinricum II* et *Gerardum* clericum, nec non filiam, quam Widekindus de Stumpenhuſen, filius Geronis, duxit. Mortuus eſt *Heinricus I* anno 1167, quo anno etiam *Chriſtianus I* obiit, relictis e *Cunegunda* filiis, *Mauritio* et *Chriſtiano II*, vti idem Stadenſis refert p.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 242.

Tradidit *bodo* in *medriki* et in *hucxori* (W) manſoſ quatuor cum omni-

193. Plura inuenies in *Clientela Corbeienſi*. Nunc hactenus prolata ſequenti tabulæ genealogicæ includemus, qua originibus Oldenburgicorum comitum, et ducum hodiernorum Holſatiæ, ac regum Daniæ, colophonem imponimus. En illam.



De villa Medriki in pago Heſſi.

(W) *Medriki* villa erat, ſita *in pago Heſſi*, et *Hucxori in pago Auga*, Regiſtro noſtro teſtante. *Medriki* villa olim ſita erat ad Dimolam in epiſcopatu Paderbornenſi. Nunc ipſa dicitur Meybeck. In hoc vico nobiles domini de Spiegel decimam atque alia iura tenent. Circa eandem villam conceſſit anno 887 rex Arnolfus monaſterio Corbeienſi quamdam piſcationem, vti ſequentes approbant litteræ, quas ex autographo, quod tabularium Corbeienſe adſeruat, quam accuratiſſime huc traiiciemus. En illas.

℣ In nomine ſc̄ãe et indiuiduae trinitatiſ. Arnolfuſ diuina fauente clementia rex: Si ſeruorum dī petitionibuſ quaſ pro ecc̄liarum ſibimet commiſſarum utilitatibuſ nobiſ ſuggerunt clementer annuere ac pie proſpicere uolumuſ et ad preſentiſ uitae curſum proſpere peragendum et ad futurae beatitudiniſ premia promerenda id nobiſ profuturum liquido credimus. Unde omnib; ſc̄ãe dī ecc̄liae n̄r̄iſq;. fidelibuſ notum eſſe uolumuſ quod fideliſ n̄r̄ *bouo* abbaſ monaſterii quod uocatur noua *corbeia* inſinuauit celſitudini n̄r̄ãe qualiter ipſum monachorum

omnibuſ ad eoſdem pertinentibuſ atq;. hominef IIII latoſ ita uocitatoſ hil- guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

rum coenobium ſibi commiſſum nec non et monaſterium puellarum conſtitutum in loco *heriford* nuncupato cui praeeſt abbatiſſa nomine *hatuuui* a uenerandae memoriae anteceſſore ñr̄ō *hludouuico* pro aeterna ipſiuſ omniſq;. glorioſiſſimi generiſ ſui memoria primum conſtructa ac deinde tam illiuſ quam filii ſui ſereniſſimi regiſ *hludouuici* et ſucceſſorum eiuſ largitionib; illuſtrata et defenſione ac tuitione hactenuſ fuerint conſeruata. Quamobrem ñr̄ām̄ implorauit clementiam ut eadem monaſteria ſub ñr̄ā tuitione ſuſcipientef omnef donationef atq;. conceſſionef a progenitoribuſ ac predeceſſorib; ñr̄īſ eiſ collataſ ñr̄āc̄ auctoritatiſ praecepto firmare et ſtabilire uellemuſ cuiuſ rationabili ac iuſtae petitioni aſſenſum praebenteſ decernimuſ atq;. iubemuſ ut utrumq;. coenobium cum omnib; ad ea pertinentib; pleniſſimae immunitatiſ ſecuritate fruatur ſicut ab anteceſſorib; ñr̄īſ eiſ conceſſum fuerat ut in eorum praeceptiſ continetur neq;. publiciſ exactionib; uel quibuſcunq;. modiſ illorum hominef a qualibet iudiciaria poteſtate diſtringantur ſed nec praefatuſ abbaſ eiuſq;. ſucceſſoreſ aliquando in hoſtem ire cogantur ſed ſicut antea eiſ a praedeceſſorib; ñr̄īſ conceſſum fuit omneſ ſuoſ *uaſalloſ nobileſ* ſecum in patria ab expeditionib; uacanteſ habeant inferioriſ uero conditioniſ quantum opuſ habuerint ad legationem ñr̄ām̄ et ad monaſterii utilitatem prout neceſſitaſ flagitat peragendam. Deinde ſupra dicta monaſteria cum uniuerſiſ rebuſ ſuiſ ita in ñr̄ām̄ tuitionem ac defenſionem ſuſcipimuſ ut eorum decimaſ uel poſſeſſioneſ ſiue regia donatione ſeu aliorum fidelium traditione adtributaſ uel proprio labore adquiſitaſ nulla cuiuſcunq;. ordiniſ aut dignitatiſ perſona quolibet modo eiſ auferre praeſumat. Sed et ēp̄ī qui ec̄cliaſ ad ea pertinanteſ officii cauſa debent adire non exigant maioreſ ſumtuſ ad ſua manſionatica quam primum ſtatutum fuerat et in capitulari libro ſcriptum habetur. Praeterea quod ab exordio conſtructioniſ eorundem monaſteriorum a ñr̄īſ anteceſſoribuſ conſtitutum eſt noſ quoq;. firmiter ſeruari uolumuſ uidelicet ut ubicunq;. caſaſ uel corteſ habuerint ex reb; quaſ ibidem ſuiſ laboribuſ acquirunt decimaſ dent ad portam moneſterii nec alibi eaſ dare cogantur quatenuſ in ñr̄ām̄ ac totiuſ generiſ ñr̄ī perennem mercedem ſuperuenientib; peregriniſ et hoſpitib; ſeruiatur ſicut in regio capitulari et in decreto ſinodali permiſſum eſt Xenodochia et reliqua fidelium pauperumq;. conſtrui hoſpitalia ut moſ fuit ſemper in ſacriſ concedi coenobiiſ. Proinde utriq;. congregationi regulariſ electioniſ poteſtatem concedimuſ ut et monachiſ inter ſe abbatem et ſc̄īmonialib; abbatiſſam ſimiliter dum ita reſ exigit eligere liceat. Ad extremum quoniam ſuperiuſ nominatuſ caeſar *hludouuicuſ* gentem quam pater ſereniſſimuſ īm̄p̄r̄ *karoluſ* ferro edomitam ad Xpriſtianitatiſ fidem conuertit ad memoriam paternae uirtutiſ et religioniſ monaſteriorum conſtructionib; illuſtrare diſponenſ haec duo ad perpetuam tam ipſiuſ quam uniuerſae ut ſupra dictum eſt glorioſiſſimae proſapiae ſuae eleemoſinam ſecundum antiquam monaſticae diſciplinae rectitudinem conſtrui et ordinari praecepit idcirco noſ eam cunctorum fidelium ñr̄ōr̄um precipue ēp̄ōr̄um in quorum parochiiſ eorum reſ ſunt poſitae tuitioni et benignitati commendamuſ ut eiſ ubi illorum ope indiguerint prouidentiam et auxilium magiſ exhibeant quam moleſtiam ingerant nec in ipſorum ec̄cliiſ a ſuiſ preſbyteriſ miſſarum celebrationeſ fieri interdicant ſed ſi quid ſui iuriſ ſibi inde negari putant ad ñr̄ām̄ praeſentiam et ſinodaliſ examiniſ iudicium deferant. Juſtum eſt enim ut eiſ proſint quod ſemper ſub imperiali et regia praedeceſſorum ñr̄ōr̄um tuitione fuerunt et quod defenſionem et confirmationem rerum ſuarum a poteſtate beati petri per praecepta ſediſ aplicae conſequi meruerunt. Ut autem omnib; innoteſcat noſ nihil ex hiſ quae anteceſſoreſ ñr̄ī ad eadem loca donauerant uelle minuere etiam ex ñr̄ō addere aliquid decreuimuſ concedenteſ ad ſubſidia fratrum in

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

hildiger cum uxore et liberis alfhard cum uxore et liberis unico cum uxore et liberis bodo cum uxore et liberis et seruum nomine engilfried cum

praefata noua *corbeia* domno seruientium piscationem in *methriki* et in uicinis locis quae ad ñrūm ius pertinebant atq. uniuersum beneficium quod norbertus prouisor una cum omib; mansis et familiis quae ad ipsam piscationem prouidendam et ad praedicti norberti beneficium pertinebant. Haec uero auctoritatis ñrāe concessio ut pleniorem in dī nomine obtineat firmitatem manu propria subter eam confirmauimus et anulo nostro assignari iussimus.

signum domni arnolfi gloriosissimi regis

Engilbero notarius ad uicem theotmari arcicapellani recognoui et *sss.*

Sigillum vide in Tab. IV, n. 4.

data III id. decemb. anno incarnationis domni DCCCLXXXVII anno primo regni domni arnolfi piissimi regis. Actum in forcheim palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Per hoc diploma donauit Arnolfus anno 887 ecclesiæ Corbeiensi piscationem in *Methriki*, ad ius regium tunc pertinentem. Ex quo momento sequi videtur, *Bodonem* nostrum mansos et homines suos in eadem villa Corbeiensibus iam ante annum 887 tradidisse. Probabiliter enim existimatur *Bouo*, abbas Corbeiensis, regi Arnolfo, de monasterio nostro bene mereri cupienti, supplex proposuisse preces, vt daret aliquid Rex abbatiæ nostræ in loco *Medriki*, quippe in quo iam spectent ad eam mansi quidam et quidam homines, quos *Bodo* tradiderit. His itaque sereniſſimus rex piscationem in Dimola videtur addidisse. Eadem autem piscatio olim monasterio nostro maximo fuit emolumento, vti annales nostri MSti, quos archiuum Corbeiense adseruat, referunt. De villa *Hucxori*, nunc dicta Huxaria, plura differendi occasio mihi subnascetur in *historia Corbeiensi*, ad quam beneuolum lectorem in præsens remittimus. Quæritur autem, ad quam potissime familiam probabili Corbeiensibus quadam ex suspicione referendus sit ille *Bodo*, qui sita in villis *Hucxori* et *Medriki* bona sua donauit. Ad Brunonianam gentem eum spectasse, satis probabile est. Cum enim iam supra demonstrauerimus, stirpem Brunonianam in eadem circa Huxariam regione amplissima possedisse prædia, non possumus non statuere, eundem *Bodonem* ad familiam Brunonianam seu Ecbertinam referendum videri. Incertum tamen est, an ille fuerit filius Hrotgeri comitis; an Adalwardi, nepotum ducis Angariorum, Brunonis. Fortassis hic *Bodo* ille est *Bodo*, qui anno 880 in prælio cum Nordmannis occubuit, *Annalibus Francorum Fuldens.* testibus Tom. I. Freheri p. 52. Dignum memoratu videtur, inter posteros ducis Brunonis quendam reperiri nomine *Bodonem*. Quemadmodum enim iam supra §. 106. de Bodikone, antiquissimo Saxonum duce, mentem nostram declarauimus, ita quoque de *Bodone* nostro iam supra nonnihil egimus ad §. 186, affirmantes, plane fictum non videri id, quod quidam de *Bodone* Saxonum rege statuerunt, cum verisimillimum sit, familiam Brunonianam nomina progenitorum suorum in stirpe sua conseruandi satis cupidam fuisse.

(X) *Buc-*

cum uxore et liberiſ teſteſ *adalric* oſuuard *bucco* (X) folculf ubbo brunhard raduuard et terſilo. guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

§. 243.

Tradidit theodharduſ pro anima patriſ et fratriſ ſui quidquid poſſederat in *hriethrun* (Y) teſteſ ſolchriduſ theodmaruſ ſuitgeruſ aſculf oſuuarduſ uuulfgeruſ dudo item dudo ſiharduſ thiaduuercuſ thiadricuſ.

§. 244.

Tradidit hildibold in *diſaldeſhuſen* (Z) iurnaleſ quinque. Tradidit magengod quidquid poſſederat in *aſthem* (a) teſteſ raduuard offo ſini Liudman.

§. 245.

(X) *Bucconis* nomen inter Saxones noſtros vſitatum hic deprehendimus, quod obſeruandum eſt contra eruditiſſimum Dn. C. Abelium, qui in *Antiquit. Saxonicis* Part. III p. 700 contra illuſtris D. Ioh. Gottl. Krauſii, olim Prof. Hiſtor. P. P. Wittebergenſis, *diſſertationem de Theodorico Bucizîo eiusque genere et patria*, negat, *Bucconis* nomen in Saxonia noſtra fuiſſe in vſu. Abelius ſimul perhibet, nomen iſtud fuiſſe Alemannicum et Bauaricum, ac Saxonibus noſtris tam incognitum, vt vetulæ noſtræ e Buccone, epiſcopo Halberſtadenſi, vaccam fabricauerint, canentes, *Mukkoh von Halverſtad* etc. Quemadmodum vero idem Abelius l. c. præterea perperam contendit, nomen Burchardi fuiſſe Franconicum et in Saxonia noſtra inuſitatum, ſiquidem in hiſce Traditionibus deprehendimus §§. 282. 306. 323. et 326. Borchardos, quorum vnus ad annum 865 comes fuit per pagum Dreini, et ad annum 862 per pagos Grainga et Hrecwiti; ita idem Abelius l. c. p. 706. rectiſſime pronunciauit, in veteribus genealogiis et documentis multa nomina occurrere, quæ neque ſibi neque D. Krauſio neque D. Eccardo cognita fuerint. Id ipſum hæ traditiones paſſim demonſtrant. An vero noſter *Bucco* ſit Burchardus, qui infra (§. 282) in vicis Brack et Aſche quædam Corbeienſibus donauit, id eſt ſic comparatum, vt in medio relinquamus. De nomine Bucco.

(Y) *Hriethrun* villa erat, teſtante noſtro Regiſtro, *in pago Itergowe*. Vicum ergo *Raderen* in principatus Waldeccenſis præfectura Lichtenfels deſignari, iudicamus. Pertinuiſſe itaque *Theodhardum* ad ſtemma Widekindeum, probabile eſt, ſiue ille Buniconis II ſiue Riedagi I filius fuerit. De villa Hrietrun in pago Itergowe.

(Z) *Diſaldeshuſen* villam fuiſſe *in pago Suilbergi*, diſcimus e noſtro Regiſtro. Vicus itaque *Daſſenſen* indicatur, ſitus in comitatu Daſſelienſi. Hæc eſt ea villa, in qua ſupra (§. 235) *Suithard* pro anima *Marcwardi* aliquid dicitur tradidiſſe. *Hildiboldum* ergo fratrem fuiſſe *Suithardi* ac *Marcwardi*, ſuſpicati ſumus ſupra §. 104. not. (1) vbi retulimus vtrumque ad familiam Daſſelienſem. De villa Diſaldeshuſen in pago Suilbergi.

(a) Villa *Aſthem* inſeritur in Regiſtro noſtro *pago Wetereiba*. Hunc pagum a fluuio Wetter, qui oritur haud procul a Laubach et Wetterfeld in comitatu Solmenſi, atque ad Aſſenheim influit Niddam, nomen accepiſſe, ſentiunt eruditi. Olim incolæ huius pagi appellabantur *Wedreui*, vti patet e quadam epiſtola Papæ Gregorii II, quam ipſe circiter anno 724 exarauit, vſus hac inſcriptione: *Gregorius Papa vniuerſis optimatibus et populo prouinciarum Germaniæ, Thuringis et Heſſis, Borthariſ, Niſtreſis*, WEDREVIS, *et Lognais, Sudnoſis et Grabfeldis vel omnibus in orientali plaga conſtitutis*. Tribuuntur huic pago *Wetereiba* in documentis veterum hæ villæ: *Bingenheim, Bonlant, Echecila, Lintheim, Muggenſtat, Orbaha, Quetbrun, Rotenbach, Ruommothuſen, Salzaha, Udenhuſen, Wanolfeshuſen* aliæque, quibus hæ traditiones addunt *Aſthem* villam; quæ vel *Oſtheim* eſt haud procul ab oppido Butzbach ſita, in ditione ſereniſſimi Landgrauii Haſſo-Darmſtadini adquieſcens, vel ſupra nominatus locus *Aſſenheim*, ad fluuium dictum die Nidda poſitus. Iam porro quæritur, cuiuſnam ſtirpis fuerit *Magengodus*, qui bona ſua, ad villam *Aſthem* ſita, abbatiæ noſtræ donauit. Quamuis enim ille in traditio- De villa Aſthem in pago Wetereiba.

Ab anno 814 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 245.

Tradidit ico pro anima filii sui radulfi quidquid in terris et siluis habere poterat in *adikenhus* (b) testes bardo comes uuichman ecbert uuulfheri magenheri haric ragendac odi marcuuard thiathard alfric raginheri edulf uualthard beis beuo uuihung thiadric gherhard sini.

§. 246.

Tradidit uualin in *holthusun* (c) quidquid ibi habuit cum familia una testes uual adulf thanculf hariulf anulo.

§. 247.

Tradidit adalmer pro anima bernharii comitis mansum unum coniacentem in his uillis ita nuncupatis in *franconhus* (d) et in *heribrunum*

ditionibus nostris non amplius inueniatur, e bonis tamen, quæ ille in Wetereiba possedit, manifestum est, eundem ad stemma veterum comitum Hassiacorum, seu ad gentem Conradi I, regis Germanorum, fuisse relatum. De eo pluribus egi supra §. 216. Fortassis *Magengodus* noster filius Landfridi et frater Gerhonis erat. Videtur ille post hæc comitatum suum nactus in pago Wormerzfeld. Teste enim diplomate regis Arnolfi ad annum 889, in Eccardi *Histor. Geneal.* p. 259 seqq, villa *Techedestein* erat in pago Wormerzfeld sita & quidem in comitatu *Megengaudi*. Id si ita est, certum erit, iam inter progenitores ducis Wormatiensis Conradi (vti a Gotfrid. Viterb. in Chronico P. VII. appellatur, quo cum Widekindus noster consentire videtur, referens *Annal* L. III. per regis imperium corpus ducis Conradi honorifice collectum et transportatum esse Wormatiam, ibidemque sepultum esse) quendam, scilicet *Magengodum*, comitatum, seu si mauis, ducatum habuisse Wormatiensem. Eiusdem *Magengodi* mentionem iniecit Annalista Saxo p. 229. seq. referens, anno 892 regem Arnolfum Zuendibalcho filio suo honores comitis *Meingaudi* ex parte largitum esse: mense enim Augusto *Meingaudum* comitem, nepotem Odonis regis ab Albrico et sociis eius in monasterio S. Sixti interfectum esse, eiusque corpus Treuiros deportatum et apud S. Maximinum sepultum esse. Si hæc nostra connexio firma est, quæritur, quo sensu *Magengodus* nepos appellari potuerit Odonis regis, filii Roberti. Habes hic, quæ, si voles, cogites. Teste corpore *Trad. Fuld.* p. 236 Megingoz a. 952 comes erat. An diuersus ab eo, cuius mentio iniicitur l. c. p. 284 num. 72, fuerit Magengodus noster, nunc non libet definire.

(b) *Adikenhus* villa erat, Registro nostro testante, sita *in pago Huuetigo*. Eadem ergo villa erit ipsa, quam supra §. 167 in diplomate quodam regis Arnolfi deprehendimus. Est autem hæc villa dudum desolata, olim haud procul ab oppido Nihem in episcopatu Paderbornensi obuia. Eadem esse videtur, quæ in feudalibus litteris recentioribus appellatur *Adegissen*, de qua in *Clientela Corbeiensi* disseram pluribus. Interim *Iconem* cum filio suo *Radulfo* ad stemma Widikindeum referre voluimus. Quemadmodum enim illud e bonis, in pago Huuetigo, ad familiam Widikindeam spectante, sitis, sit verisimillimum: ita quoque probabili ex coniectura *Iconem* filium, eiusque natum *Radulfum* (cuius nominis quidam domini in gente Widikindea occurrunt) nepotem Beniconis IV appellauimus in tabula stirpis Widikindeæ, ad §. 104. not. (†††) adducta.

De villa Holthusun in pago Enterigawi.

(c) In nostro Registro sequitur *Holthusen in pago Enterigawi*. ita enim verba sonant: *In holthusen in pago Enterigawi continetur mansus cum familia vna.* E quo momento concludimus, designari vicum *Holthusen*, in superiori comitatu Hoia situm. An *Walin* filius fuerit Wicmodi, qui in eodem pago, teste §. 61, quædam tradidit, id alii exquirant velim.

De villa Franconhus in pago Hessi.

(d) Villa *Franconhus* erat, teste nostro Registro, sita *in pago Hessi*. Eadem ergo villa subesse intelligitur, in qua supra §. 180. Hadwi, soror Luidolfi ducis, mansum vnum tradidit Corbeiensibus.

(e) *Heri-*

mum (e) cum familia una teſtef mainhard offo reduuard luidman ſini eino tharuila geruuard. gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 248.

Tradidit folcridus in uice ſyburch pro anima liberorum ſuorum manſum unum (f) teſtef berichbertuf fridericuf thiadbertuf thiadbern.

§. 249.

Tradidit gelo pro anima fratriſ ſui bernhardi manſum medium in *bifihuſ* (g) et medium in *geruuardeſhuſun* (h) teſtef aldrio rigger redulf uuenduco liudolf hildired urold teodgot.

§. 250.

Tradidit abbi pro fratre ſuo haruth manſum medium in *uuegballithi* (i) et duoſ hominef unum litum et unum ſeruum teſtef eio ſini item ſini egino.

§. 251.

Tradidit uuigo in uice uualdrici manſum unum eundem pro ſeruiente in *ſneuidi* (k) teſtef milo eliland autger ſi leif. uuilman uuaddo aliuſ uualdric buno.

§. 252.

(e) *Heribrumum* villa fuit *in pago Patherga* poſita, vti Saracho abbas noſter in excitato Regiſtro annotauit. Sine dubio igitur indicatur villa *Herbram*, in epiſcopatu Paderbornenſi inter Lichtenau, Iggenſen, Steinhem, Buke, Nienherſe et Kleinenberge obuia. De villa Heribrumum in pago Patherga.

(f) In noſtro Regiſtro, ſæpiſſime excitato, ſequuntur hæc verba: *In pago Suilbergi in villa Roggelinghuſon continentur LX. iugera.* E quibus concluſimus verbis, abbatem noſtrum Sarachonem reſpexiſſe ad donationem *Syburchæ*, iiſdemque verbis indicare voluiſſe villam, in qua Syburch noſtra aliquid tradidit. Cum itaque pagus *Suilbergi* olim in comitatu Daſſelienſi poſitus fuerit, vti iam ſupra §. 167. demonſtrauimus, per *Roggelinghuſon* villam intelligimus denotari vicum *Reilingehuſen* ſeu *Reljehuſen* in comitatu Daſſel ad flumen dictum *die Ilme* haud procul ab Erichsburg, ſede præfecturæ Principatus Grubenhagici. Probe autem hæc villa diſtinguenda eſt a Roggelinghuſon, villa pagi Aringho. De hac egimus ſupra §. 214. not, (F). De fœmina *Siburch* vide ſupra §. 104. not. (l). De villa Roggelinghuſon in pago Suilbergi.

(g) *Biſihuſ* villa erat, Regiſtro noſtro teſtante, *in pago Agrotingun*, quæ vicus Beſſe videtur eſſe, in comitatu Lingenſi ſita. De villa Biſihus in pago Agrotingun.

(h) *Gerwardeshuſun* exſtitit *in pago Leri*, eodem Regiſtro teſte. Deſignatus eſſe videtur vicus Gerden in epiſcopatu Osnabrugenſi. *Bernhardum* itaque ac *Gelonem* ad progenitores comitum de Tecklenburg retulimus ſupra §. 104 not. (n) per coniecturam. De villa Gerwardeshuſun in pago Leri.

(i) *Wegballithi* villam fuiſſe repertam *in pago Huuetigo*, Saracho abbas in ſuo Regiſtro nos docuit. Vicum ergo *Wobbel*, olim in Sualenbergico, iam vero in Lippiaco comitatu obuium, deſignari intelligimus. Probe ſecernenda eſt hæc villa a *Wegballidi* villa, quam ſupra §. 170 in pago Logne, ſeu in principatu Göttingenſi fuiſſe poſitam, didicimus. De villa Wegballithi.

(k) *Sneuidi* villa olim inuenta fuit *intra pagum Logne*. Id didicimus e Regiſtro abbatis Sarachonis. Veriſimillime videtur indicatus vicus Sneen, locus principatus Göttingenſi in præfectura Friedland, de quo copioſe egimus ſupra §. 118. not. (x) *Wigo*, qui loco *Waldrici* manſum, ad hanc villam ſitum, tradidit, an fuerit De villa Sneuidi in pago Logne.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

§. 252.

Tradidit euo et husuuard pro anima *landuuardi* et *hodonis* mansum medium in *hittonbocho* (l) testes adalbert thodo ouo fresger ubbo addo siduger udo thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiaduuert.

§. 253.

Tradidit *erdag* in *balemeri* (m) mansum testes euo adalbert todo husuuard bodo, thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiaduuerc.

§. 254.

Tradidit hroduuig medium mansum in *hustenni* (n) testes halacbert esthelm.

§. 255.

Tradidit gharuuarduf et erp partem aliquam de silua *masingorum* (o) testes hahrid aldmer ragenuuig pumi bernold arduuig.

§. 256.

frater *Waldrici*, traditiones nostræ non definiunt. In medio igitur id ipsum relinquimus. Interim confer de hoc *Wigone* seu *Wichardo*, satore comitum Northeimensium et Dasselensium, has traditiones §. 104. not. (l).

De villa Hittenbocho in pago Hessi.

(l) *Hodo* et *Landwardus* videntur fuisse consanguinei. Fortasse *Hodo* est Hiddi, et *Landwardus* est filius Cobbonis comitis, de quo egimus supra §. 231. Fortassis tam *Hodo*, quam *Landwardus*, filius Esconis, comitis per pagum Salagewe, Evam et Huswardam in matrimonio habuere. De Escone comite egimus supra ad §. 216, vbi, satorem eundem fuisse regis Germaniæ *Conradi I*, statuimus l. c. Iam vero per suspicionem concludimus e bonis, quæ probabiliter possedere *Landwardus* et *Hodo*, eos fuisse generos dicti Esconis comitis. In nostro enim Registro villa *Hittenbocho* ponitur *in pago Hessi*. Et quamuis accurate indicare nequeamus, quinam vicus per eam designari intelligatur, placet tamen nobis vicus Hattenbach, in principatu Hersfeldensi situs. Hassis perscrutandam relinquimus pleniorem huius loci notitiam.

De villa Balemeri in pago Hessi Franconico.

(m) Si *Hodo* et *Landwardus* generi fuerunt Esconis comitis, tunc sequitur, eosdem quoque fuisse *Erdagi* sororios, quippe quem filium Esconis comitis fuisse supra §. 216. asseruimus et præpotentem dominum in Hassia, id quod eluceſcit ex hoc §. 253. Villa enim *Balemeri* erat *in pago Hessi Franconico* sita, testante nostro Registro. Denotari intelligitur vicus *Balern*, in inferiori Hassia conspicuus.

De villa Hustenni.

(n) *Hustenni* villa in nostro Registro non reperitur. Concludimus ex eo, abbatiam nostram tempore Sarachonis abbatis non amplius mansum medium in eadem villa possedisse. Nihil certi ergo de hac villa mihi definire licet. Quamuis enim loca quædam reperiantur, quibus est similitudo quædam nominis cum nostra, e. g. *Husum* in præfectura Wölpe, *Hussen* haud procul ab oppido Geseke in ducatu Westfaliæ, *Husin* in pago Patherga seu dynastia Wevelsburg, *Husen* in palatinatu Rheni, *Husin* in episcopatu Bambergensi, *Hustede* in Landgraviatu Hassiæ, et *Heusden* in Batauia, certumque sit, Abbatiam nostram in villa *Husin* in pago Patherga bona quædam possedisse, quam pro Hustenni venditare possemus; viri tamen honesti est, sine documentis et rationibus nihil certi statuere.

De Masingorum silua.

(o) *Masingorum silua* dicta est a *Masinghuson marca*. In nostro Registro ita porro verba sonant: *in masinghuson marca partem aliquam de silua*. Citra dubium Saracho abbas denotauit siluam Masingorum, quia statim hæc verba subiiciuntur, *in pago Hessi franconico in villa Balemeri mansum*. Iam quæritur, in quanam regione olim marcus ille exstiterit? Respondemus citra cunctationem, in dynastia

§. 256.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Tradidit uuigbert pro anima alfric fratriſ ſui manſum unum *in pago huuetago* in uilla *billurbeke* (p) teſteſ bardo comeſ (q) theodmer comeſ alfger baddo alfric laer ſini tadit ſolchard ſilec liuduuard uuendilger item teodmar hariulf had hemmic oſuuard.

§. 257.

Tradidit ragenheri pro anima fratriſ ſui ailuard (r) . . . . . teſteſ ragenolduſ ſidac uueringer item ragenolduſ bermer balding eilhard aldger.

§. 258.

ſtia Padberg in terminis principatus Waldeccenſis et ducatus Weſtfaliæ locum viſi, vbi ad flumen, dictum *die Hopke*, vicus *Meſſinghauſen* reperitur. Idem autem marcus in eadem regione terminus ſeu limes fuit Angariæ occidentalis. Si autem hæc tibi haud probentur, exſpecta, quæſo, ea, quæ dicturi ſumus in *hiſtoria Corbeienſi*. De *Gharwardo* atque *Erpone*, probabiliſſime ad progenitores comitum de Padberg referendis, infra agemus copioſius.

(p) De villa *Billurbeke in pago Huuetigo* iam ſupra §. 95. diximus, indicantes, per eam deſignari *Bellerke* ſeu *Beller*, vicum olim in comitatu Sualenbergico, iam vero in epiſcopatu Paderbornenſi, reperiundum. Cum itaque tam vxor Walberti I, quam nepos eiuſdem Walberti ex fratre Bardone isque e ſtirpe natus Widikindea, in vna eademque villa bona quædam tradiderint, neminem fore ſperamus, qui id improbabile cenſeat, ſi ſuſpicati fuerimus, *Wigbertum* atque *Alfricum* ad eandem gentem fuiſſe relatos. *Wigbertum* fuiſſe eundem, qui quondam fuit monachus Corbeienſis et tandem epiſcopus Hildesheimenſis, de quo alio loco pluribus agam, credibile videtur. De villa Billurbeke in pago Huuetigo.

(q) *Bardo comes* hic vltima vice inter teſtes traditionum noſtrarum reperitur. Conſicimus inde, illum poſt hæc non diu vixiſſe. Videtur ipſe emiſiſſe ſpiritum anno 880. Sic enim annales noſtri referunt, quibus conſentiunt *Annales Fran-corum Fuldenſes* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 51. his verbis: *In Saxonia* (anno 880) *cum Nordmannis infeliciter dimicatum eſt. Nam Nordmanni ſuperiores exiſtentes duos epiſcopos, quorum iſta ſunt nomina Thiotrih et Marcuuart* (in Chronico noſtro MSto et coætaneo appellantur Thiadricus et Marcuuardus) *et duodecim comites, his nominibus appellatos, Brun ducem et fratrem reginæ, Wigmannum* (fortaſſis Wichman indicatur nepos S. Meinulfi, qui in his traditionibus reperitur §§. 233. 245. 260.) *Bardonem, alterum Bardonem, et tertium Bardonem, Thiotherium, Gerricum, Liutolfum, Folcuuartum, Auan, Thiotricum, Liutharium* (fortaſſis Liuthard ſignificatur, qui cum Folchardo erat propinquus Beuonis comitis, teſtante §. 231.) *cum omnibus, qui eos ſequebantur, occiderunt. Præterea XVIII. ſatellites regios cum ſuis hominibus proſtrauerunt, quorum iſta ſunt nomina Aderam, Alfuuini, Addaſta, Aida, Alcer, Aida, Dudo, Bodo, Wal, Adaluuini, Werinhart, Thiotrich, Ailuuart; exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt.* De Bardone comite.

(r) Sequitur in noſtro Regiſtro villa *Sulbeke*, quæ ponitur *in pago Auga*. Eandem ergo villam hanc fuiſſe arbitramur, in qua *Ragenheri* pro anima fratris ſui *Ailuardi* ſeu *Adalwardi* bona quædam tradidit. Cum autem in pago Auga ad Wiſeram eiuſdem nominis vicus hodie haud amplius ſuperſit, quæritur, quonam in loco eadem villa quondam exſtiterit. Vt ergo id clare et perſpicue oſtendamus, monendum eſt, in membranis noſtris huius nominis duas villas occurrere, ambas olim in eadem regione poſitas, in qua pagus Auga ſitus fuit. Vna erat ſita inter oppidum Holtzminden et vicum Luchteringen ad Wiſeram, cuius meminere litteræ Franciſci abbatis Corbeienſis ſequentes. De villa Sulbeke in pago Auga.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouuico et

Wy *Franciſcus* vann Gotz gnaden Abbt des Keiſerliken friggen Stiffts Corueie dhon kund und bekennen in duſſem breiffe vor uns unſe nakomen und Stiffte datt wy hebben belenet midt hande und munde ſo wontlick is und iegenwordigen in macht duſses breiffs beleynen *diederike Haken* alſe den oldeſten tho mede behoiff *Henrike Haken* ſynes Vedderen tho eynen rechten ſampt erue man leyne mit ſeſs Houen landes tho *Perſtorp* mit twen Meyer hoffen vyff kothoffen und der Schaperigge darſulueſt item mit dem foirde tegen *Perſtorp* midt dem bule und dem haluen tegeden vur *holtzmynne* item midt twen hoffen tho *forſt* de ſeſs houe landes hebben midt vyff houe landes tho *beueren* und ver kothhoffen darſulueſt item midt dren houe landes vur *oldendorp*. item vertich morgen landes gelegen tho *Sneyſſle* twiſchen *Ozen* und *Gronde* und midt dem broicke tho *Sülbecke* thor helffte *twiſchen Holtzmynne und Luchteringen* gelegen. Welckes Brockes de andere helffte de *Reiböcke* van unſs tho leyne dragen, und mydt aller duſser obgenante guder thobehoringen wor de in holte felde water wyſchen und weyden nichtz daruon uthgeſcheiden gelegen ſyn und wy und unſe nakomen willen und ſchullen genantên *diderike Haken* und ſynen mede beſchreuen. ſo daner vurgenomten guder bekante heren und warendt ſyn wor wanne und woe dicke ohn des nodt und behoiff is dat van unſs geeiſket und unſs in rechte geburen werdt daruan ſie unſs und unſem Stiffte getruwe und holde man ſyn ſchullen de guder entfaen und vorſtaen na gebure doch eines idern recht und gerechtickeidt unſchedelick. Duſses in orkunde hebben wy unſer ebdie jngeſegel witliken an duſsen breiff don hangen midde wekens na den hilgen palm ſundage im duſent viffhundert und ein und vertigſten jare.

Sigillum vide in Tab. IV. num. 5.

Ex his litteris Franciſci de Ketteler, qui patruus fuit Wilhelmi epiſcopi Monaſterienſis, ac Gotthardi primi Curlandiæ ducis, patet, vicum Sulbecke iam anno 1541. fuiſſe deſolatum. Stetit tamen ea adhuc anno 1416. Id ipſum comprobant ſereniſſimorum ducum Brunſuicenſium ſequentes, memoratu digniſſimæ, litteræ.

Wy *Bernd* uñ *Hinrich* van Godes Gnaden *Hertogen to Brunſwich* uñ to *Luneborch Otto* uñ *Wilhelm unſe Zone* bekennet oppenbare in duſſem breue vor uns uñ unſe eruen alze wy myt veyden angegrepen uñ beſtalt hebt dat Slot *Euerſteyne* na unſer frunde rade uñ eſt god dat geue uñ uns dar ane ſaligede dat wy dat ſlot *euerſteyne* wunnen ſo wille wy gode to loue uñ to eren deme hilgen kinde zunte Vite den erwerdigen in gode den abt to *Corbeya* zyn capitel uñ ore ſtichte by alle oren frygheyden und gerichten by oren guden. luden und gebeide laten by namen to *Beuern* to *Zulbeke* to *luchteringen*. uñ an deme *zolinge* ſo vere als de to deme ſtichte to *Corbeya* horet alze de dickede to *luchteringen* de *Otterbeke* myt der ſteynkulen den zoling up wente bouen des abdes weze hin. de *Kute* und deſter hus wante an dat *rodezol* dar entwiſſchen hir neder wante an dat velt myt vorſt grunt uñ holte uñ wy uñ unſe eruē en willet noch enſchullet deſſe ergnte an oren guden richten uñ rechten nicht engen edder hindern noch van unſer weghen neymande ſtaden to donde. were ok dat unſe vedderen her *frederik* her *Erik* uñ her *Otto hertogen frederikes zon* alle Hertogen to Brunſwik dat ſtichte to *Corbeya* binamen de van *Hoxere* zamet edder oren ieingen beſundern anuerdegede uñ anlangede myt veyden na deſſer tyt dar wy ore to rechte mechtich zint dat wille wy und unſe eruen weren warnen uñ nicht ſtaden uñ on behulpen

pen weſen keghen deſſen ergnten unſe vedderē uñ anders weme wor wy ore tho rechte mechtich zint gelyk unſen eyghennen landen uñ luden. des to orkunde ſo hebbe wy ergnten alle witliken unſe ingeſegele an deſsen bref laten hanghen. Datum anno dñī milleſimo quadrīgenteſimo decimo ſexto feria t'cia ꝓxima poſt margarete virgis ac mris glorioſe.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Qui hoc diplomate memorantur, *Bernhardus* et *Henricus* duces Brunſuicenſes, ei fuerunt *Magni* Torquati filii. *Otto* ergo erat *Bernhardi*, et *Wilhelmus Henrici* filius; *Fridericus* vero atque *Ericus* duces Brunſuicenſes fuerunt pars progeniei Grubenhagicæ. Quum ergo diploma noſtrum datum ſit ad 16. Iul. a. 1416, inde ſequitur, errare hiſtoricos illos, qui perhibent, *Fridericum* Oſterodanum fuiſſe mortuum vel anno 1404 vel anno 1405 eiusque filium *Ottonem* deceſſiſſe anno 1411. Vixiſſe enim adhuc ambos anno 1416, ex charta noſtra clare dilucet.

Alter vicus nomine *Sulbeke* olim ſitus erat haud procul a Furſtenberg caſtro et Bofzen, vico Principatus Brunſuicenſis. In eodem vico Sulbeke Xenodochium S. Spiritus Huxariæ bona quædam poſſedit, vti regiſtrum bonorum Xenodochii illius oſtendit. Arbitramur, de eodem vico mentionem fieri in litteris Henrici, abbatis Corbeienſis. En illas.

Nos *Henric*⁹ dei grā Corbeiēñ. eccl̄ie abbas electus ac p̄poſitus ibidem uniuerſis p̄ñtes literas inſpecturis uolum⁹ notum eſſe quod manſū unū in campo iuxta *Sulbeke* ſitum in quo *Helemburgis uidua Thiderici de Colrebeke* uſum fructum quod uulgariter appellatur lyftucht optinebit. unde etiam annuatim p̄poſito Corbeienſi octo graues denarii pſoluuntur Nos *Arnoldo* genero *ſifridi de Halle* ciui Huxarienſi dc̄ō *de Voltzen* et uxori ſue ac eorum legitimis heredibus pheodali iure ⁹tulim⁹ de quo īp̄ī ſingulis annis p̄poſito Corbeienſi octo graues denarios erogabunt. In huius rei teſtimoniū p̄ſens ſcriptū ſigillis uidelicet abbatie ac p̄poſiture ñr̄ē decreuim⁹ muniendū. Datum *Bruneſborg* anno dñī M. CC̊. LXXVIII. in die b̄ti georgii martiris.

Sigillum eſt idem quod appendet diplomati Henrici Corb. abbatis, quod ipſum æri inciſum exhibuimus.

Sigillum præpoſituræ vide in Tab.IV. num.3.

Ad ſitum eiuſdem villæ *Sulbeke* oſtendendum litteræ ſequentes præterea faciunt, quarum autographum aſſeruatur in tabulario ciuitatis Huxarienſis. Ex quo illas huc inſerere volupe eſt. En eas.

Wy von Godes Gnaden *Odtho Hertoghe to Brunſſeuigk* Hertoghe *Odthen* ſeligen *Son* bekennen opinbar in duſsem breyue vor uns unſe eruen und nakomen und don kunt allen Luden de duſsen ſuluen breyff ſehen horen eder leſen dat wy na Rade und urdel unſer erbaren Rede von Manſchop und Steden uns guytliken beſproken und eyns geworden ſint mit dem erſamen unſen leyuen getruwen deme Rade und der Stat to *Hoxer* umme Nud und frommen willen unſer Landen und Lude umme den Torn geleghen binnen der Lantwer in dem Brugfeld vor orer Stat *Hoxer* alſo dat wy on mit unſen Luden und Underſaten dar nuweliken to helpen willen laten, dat men von dem Torne an den *Sulbeker Styk* up wemt vor den *ſſorſtenbergk* knigkke und graue unſern Lande und dem von *Hoxer* to nutte und

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et

§. 258.

Tradidit uuularicuſ herimannuſ atq; ſiburg pro anima redulfi heridagi et thiadrici *todoniſ manſum medium* (f) teſteſ adalharduſ daguuelp buno aidi hramninguſ.

§. 259.

to gude und den knigk und grauen on auk von Jaren to Jaren helpen waren und vorbeteren na der beſten wyſe. Und de von Hoxer ſchullet de Lantwer vor dem Torne ſlachaftig waren, dar dor to wandernde, und wan ſe eynen wardman up den ſuluen Torn ſettet und wu vakenen, ſo ſchullet ſe dem ionnen, de den *ffforſtenberg* inne hefft dar by vorboden, dat de Torneman in des Jeghenwordicheit lowe und ſwere, dat he de Slaghe up der Lantwer vor dem Torne uns und den unſen opene, wan des nod und behoff is. Ock dat Stichte to *Corueyge* und de von *Hoxor* dar mede und von unbeſchedighet blyuen, und da auk neymand to openden to ſchaden uns unſen Eruen und Nakomen, und ouk unſen Landen und Luden allet ſunder Geuerden. Und wy unſe eruen und Nakomen willet und ſchullet unſen Amptman und den Gogreuen den wy den *ffforſtenbergh* beuelet, und von unſer weghen innumpt und hefft, truweliken beuelen und mit on dat alſo beſtellen, dat ſe de ſlaghe vor dem *ffforſtenberghe* ſlothafftich waren ſchullen und de ouk neymanden on open to ſchaden dem Stichte to *Corueyge* und den von *Hoxer* allet ſunder Argeliſt und Geuerden. To Tuchniſſe und Orkunde duſſer vorgeſcreuenen Dingk hebbe wy unſe Ingeſegell witliken an duſſen Breyff heten hengen und wy *Wilhelm* und *Henrick* von Godes Gnaden *to Brunſſwygk* und *Luneborg Hertoghe* bekennen in duſſem ſiluen Breyue vor uns und unſer Eruen weghen, dat ſo dane vorgeſ. Dedinge und tolatinge des vorgeſc. Torns und ouk der Lantwer allet mit unſem guden willen weten und fulborde geſcheyn is, und wy willen und fulborden dat in Macht duſſes breyues, wat uns des itzund andrepende und to donde mach werden ſunder Geuerde, und hebben duſſ to eyn fullenkomenden bewyſinge unſe Ingeſegele by des obgenenten unſes leyuen fedderen Ingeſegele meden an duſſen breyff gehangen de gegeuen is up Sunte Mychahels Dach des hilghen Ertzengels na Xpi Gebord unſes heren alſe men ſcreyff duſend verhundert und dar na in deme ſes und vertigeſten Jare.

Sigillum Ottonis vide in Tabula IV. num 6. ſigilla Wilhelmi et Henrici alio tempore exhibere libet.

In vtraque villa, ſeu in fundo, in quo olim hæ villæ ſteterunt, bona feudalia tenuere et adhuc tenent ab eccleſia Corbeienſi nobiles domini de Haken, de Rebocke, de Wrisberg, de Munchhauſen, de Druchtleſen, et de Hagen cognominati, præter iam ſupra nominatos, de quibus in *Clientela Corbeienſi* pluribus. Cum autem iam ſupra (§. 154) villam quandam *Sulbeke in pago Auga* deprehenderimus, eapropter quæritur porro, an illa villa a noſtra fuerit diuerſa ac diſtincta? Reſpondemus affirmando. E donis enim et dominis, qui in vtraque villa quædam donarunt, illud ipſum concludimus. Domini enim nominibus differunt, quanquam eos omnes ad familiam Brunonianam ſpectaſſe credamus. *Sulbeke* enim, haud procul a vico Boſzen olim viſendum, vix iter dimidiæ horæ a celebratiſſimo caſtro Brunonisburgo abfuit. Hinc *Ailuardum*, pro cuius anima eius frater *Ragenherius* bona quædam tradidit, pro *Adalwardo*, nepote ducis Angariorum Brunonis, per coniecturam habemus, de quo egimus ſupra §. 104. not. (n) *Ragenherium* autem eundem fuiſſe putamus, qui §. 245. inter teſtes apparet.

De villa Thudanhuſon in pago Auga.

(f) Manſum Todonis, quem Wularicus, Herimannus et Siburg donant, fuiſſe in villa *Thudanhuſon in pago Auga*, e noſtro apparet Regiſtro. In eo enim verba ſonant ita:

§. 259.

guber-nante Corbe-iam Adal-gario.

Tradidit ricuuarduſ pro ſe et pro uxore et pro filiiſ ſuiſ quidquid habuit in *ſtotonhuſ* (t) in ſiluiſ aut in campiſ uel cum omnibuſ ad ea pertinentibuſ teſteſ hildiuuerc aldgeruſ ico rainuuarduſ luiduuarduſ ſolebertuſ adalmaruſ landuuarduſ.

§. 260.

ita: *In eodem pago in Thudanhuſon villa huoba XXX habens iugera.* Quæritur ergo, in quanam regione eadem villa olim exſtiterit. Nunc certe nullus eiuſdem nominis vicus in toto illo tractu, in quo Auga pagus erat, reperitur. Facile tamen eſt demonſtratu, illam fuiſſe poſitam haud procul a vico Meinbrexen in Principatu Wolferbuttelenſi, et a Lauenforda, cis Wiſeram in principatu Göttingenſi ſita, e regione oppidi Beuerungen trans Wiſeram in principatu Corbeienſi. Concludimus vero probabiliter e ſitu eiuſdem villæ, *Wularicum*, *Herimannum* et *Siburg* cum *Redulfo*, *Heridago* et *Thiadrico* ad familiam Widikindeam referendos eſſe. Obſeruauimus enim iam ſupra, dominos, ad gentem Widikindeam pertinentes, in eadem regione omnino bona poſſediſſe. Præterea illud notatu digniſſimum eſt, familiam Waldeccenſem, vtpote ex Widikindea ortam, in eadem regione intra præfecturam Niennover bona tenuiſſe, et ducibus Brunſuicenſibus vendidiſſe. Villa noſtra *Thudanhuſon* veriſimillime eſt, quæ in litteris abbatis Widekindi, ſupra §. 220 adductis, ad annum 1203 appellatur *Tezechhuſen*. Probabili ergo ex coniectura oſtendere debemus, qua ratione *Wularicus*, *Herimannus*, *Siburg*, *Redulfus*, *Heridagus* et *Thiadricus* genealogice connecti poſſint cum ſtirpe Widikindea. Agedum, cum membranæ noſtræ illam coniunctionem non oſtenderint, coniecturæ eam ſupplere debent. Sit ergo *Wularicus* filius Helmdagi I, fraterque Benikonis IV, et Riedagi II: Si ita ſuſpiceris, *Herimannus*, probabiliter a patruo ita appellatus, fuit forſan filius Alfrici I et frater Alfrici II, quorum vterque in eadem regione tenuit bona. *Siburg* ſit Herimanni ſoror. *Redulfus* ſeu Radulfus fuerit filius Iconis, cuius meminere traditiones noſtræ ſupra §. 245. *Thiadricus* ſit Redulfi frater. Nomen Thiadrici certe in familia Widikindea erat vſitatiſſimum ac perquam tritum. *Heridagus* tandem fuerit vel Heionis I, vel Thancmari I, filius. Probabiliſſime enim ab illo Bardo I olim filio ſuo *Herdego* nomen indidit, cuius pronepos ex fratre *Herdagus* veriſimillime ille eſt, qui in Traditionibus Fuldenſibus num. 591. appellatur *Ertach*, *qui anno 978 abbati eccleſiæ Fuldenſis Wernhero tradidit Ottenhuſen et Tutenhuſen* (quæ poſterior villa probabiliter putanda eſt villa noſtra Thudanhuſon) *et in Fladechem manſos VII. et iugera LXXII. duos etiam miniſtros Hecil et Ezelin cum omni poſſeſſione eorum, inſuper ancillam nomine Winizzam vxorem Geizonis cum prædio ſuo in Hewineshuſen et omnibus appendiciis et vtilitatibus ſuis, coram legatariis imperatoris et coram multis aliis teſtibus in hunc modum, vt fratres ſpecialiter in ſua proprietate haberent, ac ſui parentumque ſuorum ſemper memores eſſent.* Candido lectori id relinquimus diiudicandum, an hæc noſtra ſententia de *Ertacho* Widikindeo rectior ſit, quam Ill. et Ampliſſimi Domini Grupenii, qui in *Diſceptation. Forenſib.* p. 1033 perhibet, *Ertachum* non fuiſſe nomen proprium, ſed dignitatis, idemque eo denotari, quod *Hertag* ſeu *dux*. Addit idem, traditorem illum bonorum Fuldenſium fuiſſe ducem Bernhardum, filium Hermanni Billingi. Liceat cum venia Viri præſtantiſſimi nonnihil iudicii intexere. Familiam Billinganam in ea regione bona quædam poſſediſſe hereditaria, ignoramus. Nec eſt, quod moneas, Heinricum Leonem in diplomate, per clariſſ. Schannatum olim producto, fateri, abbatiam Fuldenſem bona iſta ex oblationibus antiquorum parentum ſuorum poſſediſſe. Interpretamur enim hoc vel de Gisla Werlenſi, vxore Brunonis Brunſuicenſis, vel de Ottone, duce Bauariæ et comite de Northeim, quorum vterque progenitoribus Heinrici Leonis adnumerandus eſt. Plura huius rei ſcire deſiderantem ablegamus in præſens ad *clientelam* noſtram *Corbeienſem*.

(t) Cum ſupra §. 37. villam quandam *Stotinghus* deprehenderemus, remiſimus lectorem ad hunc locum, ne duæ villæ diuerſæ inuicem confunderentur. Exſtitit autem villa *Stotinghus*, noſtro Regiſtro teſte, *in pago Auga*, in loco, vſque in hodiernum De villa Stotinghus in pago Auga et de vil-

§. 260.

Ab anno 854 vſque 877 regnante Hludouuico et gubernante Corbeiam Adalgario.

Tradidit abbi omnia quaecunque habuit in uilla quae uocatur *finieſtorpe* (u) teſteſ uuichman thiadred uido bruno ſibolduſ buno ſi lef rainbolduſ thiatdag.

TRA-

In Stotonhus in pago Weſtphalon.

diernum diem appellato *der Stoteſſer Grund*, in principatu Corbeienſi inter Bramberg et ſiluam, dictam S. Spiritus, vulgo *das heilige Geiſt Holz*. Hæc ſilua vix iter dimidiæ horæ a celebratiſſimo caſtro Brunonisburgo diſtat. Dudum villa *Stotinghus* deſolata eſt. Locus, quo olim fuit viſenda, arboribus adparet conſitus. *Adalwardum* ergo atque *Irminwardum*, qui in eadem villa bona quædam tradidere, ad familiam Brunonianam §. 104 not. (n) per coniecturam retulimus. *Stotonhus* villa, in qua *Ricwardus*, quidquid habuit, donauit, erat ſecundum ſeriem Regiſtri noſtri ſita *in pago Weſtfalon*, quem quondam exſtitiſſe in ducatu Weſtfaliæ iam ſupra §. 178 demonſtrauimus, rati, villam *Stotonhus*, *in pago Weſtfalon* poſitam, eſſe vicum Stotinghuſen in ducatu Weſtfaliæ, haud procul a Furſtenberg conſpicuum.

De villa Sinieſtorpe in pago Derlingi.

(u) *Sinieſtorpe* villa erat, noſtro Regiſtro teſte, *in pago Derlingi*. Sine dubio igitur intelligitur deſignari vicus *Seinſtorp* in præfectura Campen in Principatu Guelpherbytano. Retulimus itaque ſupra §. 188, *Abbi* ſeu *Abbonem*, qui in hac villa bona quædam tradidit, ad progenitores comitum de Walbeck et Supplinburg, per coniecturam.



TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS QVARTA,

QVA PERTRACTANTVR EA, QVAE TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

TANCMARI

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSI,

REGNANTE

HLVDOVVICO II,

INDE EX ANNO 877.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





§. 261.

Tradidit buccu manſum unum in *laarun* (v) et habet mancipia latoſ hoſ anno marclif gerlif ricuuini adaluuini affuui reduui anſmod hrodburg ſaſſin. iſti uero ſunt qui medietatem operiſ facere debent liudraduſ thiadraduſ.

§. 262.

(v) *Laarun* villa fuit *in pago Weſtfalon*, vti aſſerit Saracho abbas in Regiſtro noſtro, ſæpiſſime excitato. Intelligimus vero denotari per pagum Weſtfalon pagum ſpecialem Weſtfalon, quem in ducatu Weſtfaliæ exſtitiſſæ docuimus ſupra §. 178. atque in eo quoque deprehendimus vicum *Laar*, in quo liberi Barones de Weſtfalen, vaſalli Corbeienſes, prædium habent, de quo in *clientela Corbeienſi* pluribus. An *Buccu*, qui in villa *Laarun* hæc bona tradidit eccleſiæ Corbeienſi, ſit *Burcardus*, qui anno 865 comes fuit in pago contiguo Dreini, id in medio relinquimus. *Buccu* ſeu *Bucco* ſane deminutiuum eſt ex Burcardo, id quod ſinceri antiquitatum Germanicarum perſcrutatores non dubitabunt. Quodſi vero hæc coniectura ad palatum tuum non eſt, tamen Bucco noſter illius Burcardi comitis filius videri poteſt fuiſſe. Quemadmodum autem ideo cum nemine in arenam deſcendere volumus, ita non poſſumus non indicare memorabilem differentiam, quam iam obſeruamus inter hunc et ſequentes paragraphos, atque inter paragraphos antecedentes. Teſtes enim, qui in antecedentibus adducti, in hoc et ſequentibus paragraphis omittuntur. Fortaſſis id factum eſt, mortuo *Adalgario* Corbeienſi abbate. Videtur eiuſdem ſucceſſor putauiſſe, ſatis id eſſe, ſi tantum traditores et res traditæ annotarentur. Cum ergo *Adalgarius* abbas mortuus ſit non anno 909, vti Letznerus cum Gigante perhibet, neque anno 869, vti Stangefolius pronunciauit, ſed anno 877, vti Chronicon noſtrum MSctum et coætaneum refert, arbitramur et nos, hanc ac ſequentes traditiones fuiſſe defuncto *Adalgario* ſcriptas. Ne ergo vllius abbatis Corbeienſis obliuiſcamur, liceat nobis, in ſequentibus ad marginem *Thancmarum* abbatem annotare, qui

De villa Laarun in pago Weſtfalon.

§. 262.

Anno 877 regnante Hludouuico et

Tradidit herimannus unam familiam in *urancunhus* (w).

§. 263.

quamuis præfuerit tantum ſuis VII menſibus, et anno 877. 3 id. Septemb. ſit mortuus, teſte Chronico MSto laudato; credere tamen libet, eodem gubernante Corbeiam, eccleſiam noſtram quædam incrementa accepiſſe. Id ipſum concludimus e traditoribus, quorum probabiliter quidam eius conſanguinei fuere. Cum autem rex Germaniæ *Hludouuicus I* iam anno 876. 5 Kal. Sept. in palatio Franconofort diem ſuum vltimum obiiſſet, teſtantibus *Annalibus Rerum Francorum Fuldenſibus* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 48, quilibet facile perſpicere poterit, nos in annotationibus, ad marginem poſitis, per regem Hludouuicum deſignare Hludouuicum II, regem orientalis Franciæ et regis Hludouuici I filium. *Mortuo* enim *Hludouuico I*, rege orientalis Franciæ, *eius filii Carlmannus, et Hludouuicus et Karolus in pago Recienſi conuenientes paternum inter ſe regnum* (anno 876) *diuiſerunt, et ſibi inuicem fidelitatem ſeruaturos eſſe ſacramento firmauerunt, cuius ſacramenti textus Theutonica lingua conſcriptus in nonnullis locis habetur*, vt verbis vtar *Annalium* cit. p. 49. *Carolomannus* ergo Baioariam, Pannoniam, Carinthiam, Bohemiam, Morauiam; *Hludouuicus* orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Friſiam, Lotharingiam; *Karolus* Alemanniam, et quaſdam ciuitates Lotharingiæ, propter vini ibi prouenientis copiam, accepit, teſtantibus Rheginone ad a. 876 et Ottone Friſingenſi L. VI. *Hludouuicus* itaque II Rex erat Saxoniæ noſtræ et in ea Corbeiæ ipſius, quamquam ille hoc honore diu gauiſus haud fuerit, neque rerum ſumma diutius potitus ſit, quam vſque ad annum 882, quo ad XIII Kal. Decembris, inualeſcente morbo, fato conceſſit. Ipſius corpus translatum et in monaſterio S. Nazarii, quod dicitur Lauresham, iuxta patris tumulum ſepultus eſt. Reliquit ipſe regnum fratri Karolo, dicto Craſſo, teſtantibus A. R. F. Fuld. l. c. p. 53 ſeqq.

De villa Vrancunhus in pago Thietmelli.

(w) *Vrancunhus* villa ponitur in noſtro Regiſtro *in pago Thietmelli*, quem in comitatu Lippienſi circa oppida Detmold et Lemgo exſtitiſſe, iam ſupra §. 190 didicimus, vbi *Waldgerus* quidam pro anima patris ſui donaſſe dicitur medium manſum in villa Aldanthorpe in pago Thiadmelli. Ad *Horen* vrbem, in eodem comitatu Lippienſi reperiundam, inuenitur villa Aldanthorpe, atque inter Horen et Lemgo oppida ſecundum noſtram ſententiam villa *Vrancunhus* quondam exſtitit, quanquam ſitum loci tam accurate, quam optamus, nondum indicare poſſimus. E prædiis interim, quæ tam *Waldgerus* quam *Herimannus* poſſederunt, colligere licet, eos fuiſſe fratres. Id ſi ita foret, *Waldgeri* atque *Herimanni* pater conſtitui poſſet *Herimannus*, quem filium *Widekindi Magni* appellauimus ſupra §. 104. Hic certe ſita in eadem regione bona abbatiæ noſtræ quædam largitus eſt. Videri enim poteſt *Herimannus* ſenior filio ſuo nomen, ex ſuo petitum, indidiſſe. Hoc tantisper poſito, *Tancmarus* abbas, quem circa hæc tempora Corbeiæ noſtræ præfuiſſe perhibemus, vel *Waldgeri* vel *Herimanni* filius fuiſſe videtur. Nomen enim Tancmari in familia Widikindea inuſitatum non erat, vti ex Bardonis I fratre, Tancmaro, elucet. Videntur autem *Herimannus* et *Widekindus* ab abbate Corbeienſi *Tancmaro* inter fratres Corbeienſes aſſumti, vti membranæ noſtræ oſtendunt, germani fratres illius abbatis, vel filii patrui ſui *Waldgeri* fuiſſe, quibus quippe in clericatum receptis et tandem defunctis, bona eorum heriditaria ad reliquos Widikindeos tranſierint, vti ex traditionibus noſtris videtur colligi poſſe. Interim nobis veriſimillimum videtur, *Herimannum*, comitem pagi Huuetago, teſte diplomate regis Arnolfi ad annum 889, quod ſupra §. 167. exhibuimus, nullum fuiſſe alium, niſi noſtrum *Herimannum*, qui in villa *Vrancunhus* quædam, atque infra alia plura, largitus eſt, ad hæc bona tradenda probabiliter prouocatus, eo quod hoc tempore eius filius *Tancmarus* præfuit abbatiæ noſtræ, eiusque filii vel fratris ſui filii in chorum Corbeienſem recepti. Coniecturas damus, non axiomata.

(x) *Mede-*

§. 263.

guber-nante Corbe-iam Tanc-maro.

Tradidit bernhariuſ pro filio ſuo uolcmaro unam familiam in *medeli* (x).

§. 264.

Tradidit bernharduſ comeſ duaſ familiaſ . . . . . (y) pro ſe et pro uxore eiuſ hathli.

§. 265.

hodo tradidit unam familiam in *floſcereſhuſ* (z).

tra-

(x) *Medeli* villa erat, Sarachone abbate teſte, *in pago Guddinge*, qui quondam exſtitit in dominio Homburgico, et nunc exſtat in ea epiſcopatus Hildeſienſis parte, in qua vrbs Gronau atque Eltze inueniuntur, nominatim in præfectura Poppenburgenſi, vti docuimus ſupra §. 7. not. (n) *Medeli* villa ergo ſita eſt in epiſcopatus Hildeſienſis terra ſub præfectura Poppenburg, nunc dicta *Mehle* haud procul ab oppido Eltze, cuius Diaconus eſt eccleſiaſtes vici *Mehle*. Confer Cl. Dan. Eberhardi Baringii *Deſcriptionem Salæ Principatus Calenbergici locorumque adiacentium* P. I. p. 273. *Bernharius* autem, qui in villa *Medeli* hæc tradidit, progenitoribus comitum de Poppenburg eſſe adnumerandus videtur. De villa Medeli in pago Guddinge.

(y) Verba, quæ in codice noſtro accurate legi non poſſunt, vtpote per vetuſtatem detrita, ita ſupplenda eſſe, *cum manſo in pago Suilbergi in villa Sceldiſe*, diſcimus ex abbatis noſtri Sarachonis Regiſtro. Quodſi autem pagus *Suilbergi* olim fuit in comitatu Daſſelienſi et prope Embecam ſitus, vti ſupra §. 167. demonſtrauimus; tum citra dubium etiam *Sceldiſe* villa eodem circiter in comitatu olim reperta et conſpicua fuit. Nunc in toto illo tractu nullus eiuſdem nominis vicus inuenitur. Eapropter *Sceldiſe* eſt recenſenda inter villas deſolatas. Quamuis autem ſitum eiuſdem loci tam accurate, quam optamus, definire nequeamus, concludimus tamen e ſitu pagi *Suilbergi*, *Bernhardum* comitem eundem fuiſſe, quem ſupra §. 104. not. (l) congruenter his traditionibus patrem Wegani, et filium Wichardi, diximus, quemque progenitoribus Northeimenſium et Daſſelienſium comitum probabiliter inſerendum eſſe docuimus, ſperantes, eruditos alios rem hanc curatius inueſtigaturos. Etſi enim *Bernhardus* ille in ſequentibus non appellatur comes, nihil tamen hoc impedit, quo minus credamus, eum vnum eundemque vtroque loco hominem fuiſſe. Vidimus enim iam antea, Ducis Saxoniæ, Luidolfi, fratres, Beuonem et Cobbonem, modo nominari *comites*, modo tantum adpellari nude *Beuonem* et *Cobbonem*. Tamen e donis luculentiſſime patet, nonniſi vnos eoſdemque homines indidem deſignari. Idem de noſtro *Bernhardo* factum eſſe, ſuſpicamur. Quonam in pago hic Bernhardus comitatum ſuum hoc tempore habuerit, an in pago Suilbergi, an in Heſſi, an in Logni, an in Wikanauelde, an in Nethga, an in Tilithi, non ſatis liquet. De villa Sceldiſe in pago Suilbergi.

(z) *Marchiones orientales* fuiſſe ſtirpis Brunonianæ, vti iam ſupra §. 104. not. (e) indicauimus, definiri poteſt ex hac paragraphi noſtri parte. *Floſcereshus* enim villa in noſtro Regiſtro traditur poſita fuiſſe *in pago Tilithi*. Pagum *Tilithi* olim exſtitiſſe ad Wiſeram in vtraque Viſurgis ripa circa oppidum Bodenwerder et Hameloam vrbem, iam ſupra §. 105. demonſtrauimus. Vicum ergo *Fleerſen* ad riuum *Hamelam*, qui circa vrbem Hameloam ſe exonerat in Wiſeram, villam noſtram *Floſcereshus* eſſe, putamus. In eadem regione domini, e ſtirpe Brunoniana orti, bona ſua hereditaria habuerunt, vti ſupra ad nauſeam vſque audiuimus. Iam porro dominus quidam, qui in eodem pago *Tilithi* bona hereditaria poſſedit, *Hodo* appellatur. Nonne ergo coniectemus oportet, *Hodonem* illum fuiſſe orientalium marchionum procreatorem? Inter hos omnino *Hodonis* nomen ſæpe recurſat. Adde, quod *Thiatmarus comes*, tempore Heinrici aucupis clarus, in eadem regione tenuit bona hereditaria. Thiatmari patrem fuiſſe Hodonem, prorſus improbabile non eſt. De villa Floſcereshus in pago Tilithi.

Anno 877 regnante Hludouuico et

tradidit albertus unam familiam in *geruuardeshuf* (A)
tradidit hrohtuuercus pro filio suo in *munuslo* (B) . . . . . .
. . . . . .

§. 266.

Tradidit goddefrit pro uxore sua girminburg L mancipia et duos iurnales et L agros in *frithuuuardeshuf* (C)

§. 267.

De villa Gerwardeshus.

(A) Villa *Gerwardeshus* erat sita *in pago Leri*, nostro Registro testante. Pagus *Leri* hic exstitit circa fluuium Hunta, in terris Osnabrugensis episcopatus orientem, atque per comitatus Diepholtani anfractus fluentem, atque in comitatu Oldenburgico Wiseram influentem. Per *Gerwardeshus* ergo intelligimus designari vicum *Gerden*, locum episcopatus Osnabrugensis. De *Alberto*, filio Cobbonis comitis, et fatore comitum Tecklenburgicorum, egimus supra §. 104. not. (n), quantum instituto conuenit.

De villa Munuslo in pago Merithem.

(B) *Munuslo* villa in nostro Registro posita inuenitur *in pago Merfthem*, qui in ducatu Calenbergico exstitit, vti supra §. 143 vidimus. In eodem autem ducatu vsque in hodiernum diem reperiuntur vici, qui *Munsel* et *Oftermunsel* dicuntur, quorum vnus villa nostra *Munuslo* erit. Arbitramur vero vicum *Oftermunsel* nequaquam hic in censum venire. Habemus enim in manibus nostris octo autographa diplomata comitum Wunstorpiorum, Ducumque Brunsuicensium et Luneburgensium, in quibus ille vicus appellatur anno 1332 *Oftermuncle* (ita satis distincte legitur) anno 1338 *Oftermunsle*, 1436, 1487, 1489, 1492, 1500 *Oftermuntzel*, et 1576 *Oftermunsel*. Vnde concludimus, vicum *Oftermunsel* villam nostram *Munuslo* esse non posse. Si enim villa Ostermunsel denotaretur, indubie villa nostra Astermunuslo, vel Ostermunuslo appellaretur. Quamuis autem villa *Munuslo*, seu Munsel, sita in pago fuerit *Merfthem*, nihilominus tamen dignum notatu est, ab Erico duce Brunsuicensi et Luneburgensi in litteris ad annum 1495, quarum compendium exhibet beatus G. S. Treuerus in *der Geschlechts Historie der Herren von Munchhausen* p. 109, vicos *Munsel*, Ostermunsel, Berkensenn et Northemm poni in *der Gho to Selsse*. Munuslo praterea haud multum differt a loco *Mandeslo* seu *Mandelslo*, vnde stirps generosissima adhuc tradit cognomen. Quæritur porro, ad quamnam familiam spectauerit *Hrothwercus*, qui pro filio suo mansos V in villa *Munuslo* tradidit? Profitemur hic ignorationem nostram. Si filii nomen in his traditionibus nominatim exprimeretur, posset certi aliquid definiri. Quodsi vero familia Widikindea in eodem pago *Merfthem* bona hereditaria possedit, vti iam supra demonstrauimus, *Hrohtwercum* ad eandem pertinuisse, negare nolumus. Quamuis autem copulam et connexionem eius genealogicam cum gente Widikindea accurate docere et ostendere nequeamus; *Hrohtwercus* tamen prouocatus ad hæc bona tradenda videtur, partim beneuolentia erga consanguineum suum abbatem Corbeiensem Tancmarum, partim amore erga filium suum *Bardonem*, qui, Tancmaro suis præsidente, monasterium Corbeiense, Benedicto nomen daturus, intrauit, vti membranæ nostræ adprobant. Si probabile foret, illum *Bardonem* huius *Hrohtwerci* fuisse filium, tunc statuere vellemus, *Hrohtwercum* comitis *Bardonis I* fuisse filium. *Bardo* enim, cœnobita Corbeiensis, ab auo nomen suum videtur accepisse.

De villa Frithuwardeshus in pago Suilbergi.

(C) *Frithuwardeshus* villa erat sita *in pago Suilbergi*. Sic Saracho abbas annotauit. Quodsi igitur pagus *Suilbergi* fuerit in comitatu Dasselienfi et Principatu Grubenhagico positus, nullus autem huiusmodi nominis vicus in toto illo tractu restet, sequitur, villam *Frithuwardeshus* villam iam esse desolatam. Suspicor, illam in saltu Sollingano exstitisse. Nam ad Friwarshusam ibi monasterium Bursfelde, a progenitoribus comitum de Northeim et Dassel fundatum, olim possessiones quasdam tenuit. Verisimillimum ergo est, *Goddefritum*, qui sita ad hanc villam quædam tradidit, ad progenitores comitum Dasselienfium et Northeimenfium referendum esse, siquidem in nostro Genealogico schemate, eorundem comitum, supra §. 104. not. (l) producto, domini quidam ad idem stemma spectantes

§. 267.

Tradidit tette unam familiam in *radenbeki* (D) tradidit herimannuſ duaſ familiaſ in *errikeſhuſ* (E) et in *radi* (F) gubernante Corbeiam Tancmaro.

§. 268.

Tradidit hoholduſ pro matre ſua adan unam familiam in *uorſte* (G) cuiuſ nomen mainheri.

§. 269.

aile tradidit unam familiam in *emmideſhuſ* (H)

§. 270.

Tradidit *oda* unam familiam in *geruuigeſhuſ* (I)

§. 271.

ſtantes reperiuntur, qui eodem nomine inſigniti deprehenduntur. Suſpicamur itaque, *Goddefritum* noſtrum filium fuiſſe *Theodhardi* et fratrem *Suithardi* atque *Eilberti*, quorum ille nepotem, hic vero filium eiuſdem nominis *Goddefriti*, habuit.

(D) *Radenbeki* villam fuiſſe *in pago Weſtfalon*, refert abbas Saracho in Regiſtro. Deſignari intelligimus per eam vicum Recksbeck, in ducatu Weſtfaliæ poſitum, ad iura nobilium dominorum de Hörde, vaſallorum Corbeienſium, ſpectantem. *Tette* ergo, quæ in eadem villa familiam vnam cum XXX agris donauit, fuit fortaſſis amita abbatis noſtri *Tancmari*, et ſoror *Herimanni* comitis. Suſpicio hæc innititur partim nomine, partim bonis. Cum enim *Tetta*, abbatiſſa Heriſordenſis, Alfrici I Widikindei filia fuerit, vti §. 99 et §. 104 vidimus, *Tetta* noſtra per coniecturæ legem eiuſdem Alfrici I neptis ex fratre non eſſe non potuiſſet. De villa Radenbeki in pago Weſtfalon.

(E) *Errikeshus* villa erat eminens *in marca Sturmethi*, Regiſtro noſtro teſtante. Citra cunctationem denotari intelligimus vicum *Eringhuſen*, in ducatu Weſtfaliæ ſitum, in quo vſque in hodiernum diem homo proprius ad officium in Monninghuſen, vulgo *zum Vits-Amt in Monninghuſen*, refertur. De eo officio egimus ſupra §. 176. not. (r). De villa Errikeskus in marca Sturmethi.

(F) Villa *Radi*, teſtante noſtro Regiſtro, fuit *in pago Weſtfalon*. Nulla ergo alia videtur, quam *Ruden* oppidum in ducatu Weſtfaliæ. In eadem regione familia Widikindea bona hereditaria habuit. Nihil ergo impedit, quo minus per *Herimannum*, dominum e gente Widikindea intelligamus, eundemque, qui ſupra quædam in Vrancunhus tradidit. Inter Comites Werlenſes fuiſſe Hermannos, haud eſt obſcurum. De villa Radi in pago Weſtfalon.

(G) *Vorſte* villam fuiſſe *in pago Heſſi Saxonico*, docet nos diligentiſſimus abbas Saracho in præſtantiſſimo Regiſtro. Eadem villa nobis videtur dudum fuiſſe deſolata. Olim vero ſpectauit ea ad curtem dominicalem Culite ſeu Culte in principatu Waldeccenſi intra præfecturam Wetterburg, vti indicatum eſt ſupra §. 229. *Hoholdum* ergo retulimus inter progenitores comitum de Warborg, de quibus nonnihil egimus ſupra §. 104. not. (n). Fortaſſis *Adan* fuit mater *Hoholdi* e gente Widikindea et comitis *Herimanni* ſoror, atque hoc pacto amita *Tancmari* Corbeienſis abbatis. De villa Vorſte in pago Heſſi Saxonico.

(H) *Emmideshus* villa erat ſita, Sarachone abbate teſte, *in pago Suilbergi*. Procul dubio denotari intelligitur vicus *Emiſſen*, ſeu vti vulgo pronunciatur, *Eimſen*, haud procul ab Odaſen vico in Grubenhagico Principatu poſitus, cuius Odaſen vici eccleſia eſt mater eccleſiæ, quæ in *Eimſen* Ieſum adſectatur. *Aile*, ſeu *Adila* ad gentem eorum, qui progenitores fuerunt comitum de Northeim et Daſſel, referri poſſe videtur. An filia fuerit Bernhardi, qui, teſtante §. 240, in villa Osdegeshus ſeu Odaſen quædam tradidit eccleſiæ Corbeienſi, definire nunc non libet. De villa Emmideshus in pago Suilbergi.

(I) Iam pedem noſtrum e pago Suilbergi in pagum Bardengo referimus. Villam enim *Gerwigeshus in pago Bardengo* exſtitiſſe, docuit vigilantiſſimus noſter Saracho. Pagum Bardengo exſtitiſſe in Principatu Luneburgico, iam ſupra §. 125. ſeq. docuimus. Villam itaque *Gerwigeshus* eſſe *Gerdebuſen* in Principatu Luneburgico De villa Gerwigeshus in pago Bardengo.

Anno 877 regnante Hludouuico et

§. 271.

Tradidit tinderunam in *bernuluesbuſ* (K) unum manſum et XXIII iugera et quidquid ibi habuit.

§. 272.

Tradidit hoſed pro filio ſuo hatholdo in *manderiuuesteian* (L) unam familiam.

§. 273.

Tradidit bernharduſ pro filio ſuo uuegani familiam in *oſdegesbuſ.* (M)

§. 274.

Tradidit uualtberktuſ pro filio ſuo unam familiam in *agingebuſ* (N)

§. 275.

hatubert tradidit pro filio in *bernkaldesbuſ* (O) unam familiam.

rain-

burgico intra præfecturam Muden, haud procul ab Hermannesburg, omnino arbitramur. In eo pago *Bardengo* familiam Billinganam bona hereditaria poſſediſſe, liquido inter omnes conſtat. Suſpicari itaque licet, illuſtriſſimam *Odam*, filiam Billingi I. et vxorem Luidolfi ducis Saxoniæ, auiam regis Heinrici aucupis, hic in cenſum venire. Cum enim illa demum anno 913 feliciſſimam animam creatori reddiderit, vti demonſtrauimus ſupra §. 104. not. (w), ipſa eo tempore, quo hæc tradita ſunt, adhuc auram traxit vitalem.

De villa Bernulveshus.

(K) *Bernuluesbus* in Regiſtro Sarachonis non memoratur. An tempore Sarachonis abbatis manſum et XXIII iugera non amplius poſſederit eccleſia noſtra, id non liquet. Neſcimus ergo, quænam villa intelligatur denotata.

De villa Manderiweſtian in pago Heſſi Saxonico.

(L) *Manderiweſteian* villa erat, Regiſtro noſtro teſte, *in pago Heſſi Saxonico.* Situm vero huius villæ neque B. Hermannus Schminckius, Conſiliarius atque Archiuarius ſer. Landgrauii Haſſo-Caſſelienſis, amicus etiam poſt fata venerandus, neque ego inuenire potuimus. Illud laudatus Schminckius in litteris, ad me datis, indicauit, ſe coniectare, villam hanc quondam ad ſiluam Reinhardswald, vbi villæ olim multæ fuerint, pleræque vero iam deſolatæ ſint, exſtitiſſe. Vt ea de ſententia decedamus, nil eſt, quod nos mouet. Fuerit ergo ſitus villæ *Manderiweſteian* ad ſiluam Reinhardswald. Nihil igitur abſurdi admiſiſſe nos arbitramur, qui *Hoſedum* cum filio eius *Hatholdo* ad familiam Brunonianam §. 104. not. (n) retulimus. Pagum enim Heſſi Saxonicum ad familiam Brunonianam ſpectaſſe, coniecturauit aliquantiſper Ioannes Georgius ab Eccard. Iam vero nemo ſanæ mentis amplius de hac inſigni veritate dubitabit, conſideraturus ea, quæ hæ traditiones paſſim ſignificant.

De villa Oſdegeshus in pago Suilbergi.

(M) De villa *Osdegeshus* ſeu *Osdageshus*, *in pago Suilbergi* ſita, vide ſupra §. 187. et §. 199. Ibi monuimus, intelligi vicum *Odaſſen* in præfectura Rotenkirchen in Principatu Grubenhagico. De *Bernhardo* expoſuimus ſupra §. 104. not. (l) et §. 264. not. (y).

De villa Agingehus in pago Huuetigo.

(N) *Agingehus* villam fuiſſe *pagi Huuetigo*, affirmat Saracho abbas in Regiſtro noſtro. Pagum *Huuetigo* exſtitiſſe in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano, iam ſupra demonſtrauimus. Villa vero *Agingehus* iam dudum deſolata eſt, olimque exſtitit inter Steinheim oppidum et Sandbeck vicum, iam in epiſcopatu Paderbornenſi conſpicuum. Cum igitur familia Widikindea in eadem regione non vna bona hereditaria habuerit, nomenque Walberti (Waltberktus enim vnum idemque cum nomine Walberti eſſe videtur) in eadem gente fuerit tritiſſimum, probabilis coniectura dictitat, *Waltberktum* hunc eidem ſtemmati eſſe inſerendum, licet connexionem genealogicam accurate oſtendere nequeamus.

De villa Bernkaldeshus.

(O) *Bernkaldeshus* villa in noſtro Regiſtro non reperitur. Neſcimus ergo, quinam vicus ſignificetur, an maior, an minor *Barckel* in dynaſtia vel præfectura Arrzen, an *Barcke* inter Oſterode et Katlenburg, an *Borcken* haud procul a Deſenberg caſtro

rainuuarduf pro ſe tradidit in *thudanhuf* (P) unam familiam. guber-
hildibodo tradidit pro filia ſua in *upukuf* (Q) XX. iugera. nante
tradidit thiatbertuf pro filio ſuo in *ualuburgun* (R) unam familiam. Corbe-
iam
Tanc-
maro.

§. 276.

uuarinuf tradidit pro patre ſuo alfdago in *hildimereſhuf* (S) unam familiam.

uuarinuf tradidit pro manſiuthe in *rikinem* (T) unam familiam.

§. 277.

uuidugo tradidit pro ode in *nagiri* (U) unam familiam.

athalharduf tradidit in *erpeſhuf* (V) quatuor familiaſ.

§. 278.

caſtro epiſcopatus Paderbornenſis, an *Barckhuſen* locus epiſcopatus Mindenſis, an *Barckhuſen* in dynaſtia Buren, an *Barchuſen* in epiſcopatu Osnabrugenſi prope Ozede, an *Benckhuſen* in præfectura Eiſenberg intra principatus Waldeccenſis terras, an *Berghuſen* in Landgrauiatus Haſſiæ tractu, an *Bekernighuſen*, olim feudum, quod nobiles Domini de Groten tenuerunt ab eccleſia Corbeienſi, an alius vicus.

(P) *Thudanhus* villa erat, teſtante noſtro Regiſtro, *in pago Huuetigo*. Indicatur *Tienhuſen* ſeu *Tidenhuſen*, inter Steinheim oppidum et caſtrum Grevenborg in epiſcopatu Paderbornenſi. Grevenborg locus ſubeſt iuribus domini comitis de Oynhauſen, *Tidenhuſen* vero ad iura domini comitis de Haxthauſen, refertur. Olim vero vterque locus relatus fuit ad comitatum Sualenbergenſem. Non incongrue ergo *Rainwardum* ad familiam Widikindeam referimus, ſiquidem infra §. 344. *Reynwertum* quendam deprehendamus, qui appellatur *filius Widikindi*, qui ſita in pago Almunga quædam tradidit, olim gentis Widikindeæ tractu. Concluſimus autem ex his, *Rainwardum* noſtrum familiam ſuam in villa *Thudanhus* tradidiſſe adhuc eo tempore, quo Tancmarus abbas eccleſiæ Corbeienſi præfuit. Provocatus enim videtur Rainwardus ad hæc bona tradenda ſingulari beneuolentia erga conſanguineum abbatem. Conf. infra §. 339. not. (A). De villa Thudanhus in pago Huuetigo.

(Q) *Upukus* villa in noſtro Regiſtro non inuenitur. Quinam ergo vicus intelligatur, mihi non patet. Crede, quod adlubeſcit. De villa Upukus.

(R) *Valuburgun* erat, Sarachonis Regiſtro teſtante, in pago ſitum Gudingo. Videtur intelligi vicus *Veltbergen*, quondam obuius in epiſcopatu Hildesheimenſi inter Banteln et Gronau oppidum. Locus dudum deſolatus eſt. Ad quam vero ſtirpem ſpectauerit *Thiatbertus*, qui ſita intra hanc villam bona quædam donauit, id incertum eſt. Fortaſſis ille fuit ipſe filius Hildiberti, qui ſupra §. 239. quædam dicitur largitus, et cuius frater fuit Teodbertus. Nomen enim accepiſſe videtur *Thiatbertus* noſter, a patruo ſuo petitum. Quomodo autem dominus, ad progenitores comitum de Euerſtein referendus, acquiſiuerit in pago Gudingo, id eſt obſcurum, niſi perhibere velis, ea fuiſſe ex hereditate ducis Oſtfalarum Heſſi ſeu Aſig ad ipſum translata. De villa Valuburgun in pago Guddingo.

(S.T) *Hildimereshus* et *Rikinem* villæ erant, Sarachone abbate teſte, in pago Heſſi Franconico ſitæ. Intelleximus ergo iam ſupra §. 216, per *Hildimereshus* deſignari Elmershauſen, locum inferioris Haſſiæ; *Rikinem* vero villam eſſe putamus vicum *Redikem* in media Haſſia, ſed ditionis Moguntinæ. Neminem ergo fore ſperamus, qui inficias iuerit, *Warinum* noſtrum fuiſſe conſanguineum regis Germaniæ Conradi I, ac pronepotem ducis Gerhao, quem ſatorem veterum Landgrauiorum Thuringiæ et Haſſiæ fuiſſe, ibidem ſtatuimus. De villis Hildimereshus et Rikinem in pago Heſſi Franconico.

(U) *Nagiri* villa in noſtro non reperitur Regiſtro. Quinam ergo vicus ſit denotandus, exponant illi, qui in tenebris norunt videre. De villa Nagiri.

(V) *Erpeshus* villa erat, Regiſtro noſtro teſtante, ſita *in pago Nithega*, qui, vti ſupra vidimus, fuit ad fluuium dictum die Neite in Paderbornenſi et Corbeienſi principatibus poſitus. Nullus ergo alius vicus intelligitur, niſi vicus *Erbſen*, locus epiſco- De villa Erpeshus in pago Nithega.

Anno 877 regnante Hludouuico et gubernante Corbeiam Tancmaro.

§. 278.

daedi tradidit pro se et uxore sua alfered in *doddonhuſ* (W) unam familiam.

§. 279.

erdag tradidit pro coniuge sua gherburgh unam familiam in *Calerike* et aliam in *duerun*. (X)

TRA-

episcopatus Paderbornensis inter Erwitte, Heste, Pömsen et Nihem oppidum. Probabilissime ergo *Athalhardus* est *Adalhardus*, qui fuit pronepos Brunonis, Angariorum ducis, de quo egimus supra §. 104. not. (n).

De villa Doddonhus in pago Tilithi.

(W) *Doddonhus* villam fuisse *in pago Tilithi*, annotauit Saracho abbas in Registro, sæpissime excitato. Igitur sine dubio intelligitur vicus *Doensen* inter Cappellenhagen cis, et Delmissen trans, montem Nite. Ecclesiæ loci *Doensen* est filia ecclesiæ in Halle in Principatu Guelpherbytano. Cum vero nomen Dedo, Dodo vel *Daedi* contractum sit e *Theodorico*, neminem dubitaturum putamus, *Daedium* nostrum, qui sita in villa *Doddonhus* quædam tradidit, fuisse *Thiadricum*, relatum inter progenitores comitum Euersteinensium supra §. 104. not. (n) pronepotem ducis Angariorum Brunonis. Vxor eius *Alsereda* probabilissime quibusdam filiabus nomina progenitorum comitum de Euerstein indidit. In *historia* enim nostra *Corbeiensi* quasdam matronas, eodem nomine insignitas, producemus, quæ omninò ad Euersteinenses videntur Comites referendæ.

De villis Calerike et Duerun in pago Hessi Franconico.

(X) Cum villæ *Calerike* et *Duerun in pago Hessi Franconico* fuerint, nostro Registro testante, illaque sit vicus *Keller* in inferiori Hassia, hæc vero *Duren* sub ditione sereniſſimi domini Landgrauii Hesso-Cassellani posita, inde fit verisimile, *Erdagum*, qui bona habuit hereditaria in eisdem villis, progenitoribus veterum Hassiæ comitum esse adnumerandum. In villa *Duerun* Esico comes monasterio Fuldensi quædam bona tradidit. Nonne ergo credamus oportet, *Erdagum* nostrum descendisse ab isto Esicone, et potentem dominum in Hassia fuisse? Nemo sanæ mentis id poterit ire inficias, inprimis, cum iam supra §. 216. indicauerimus, *Gherburgham Erdagi* nostri vxorem fuisse filiam regis Hludouuici.



TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS QVINTA,

QVAE CONTINET TRADITORES ET RES TRADITAS

TEMPORE REGIMINIS

ABBATIS CORBEIENSIS

AVONIS

REGNANTE

HLVDOVVICO II,

AD ANNOS 878 ET 879.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 280.

Tradidit uſſo pro filio ſuo goddeſcalco unam familiam in *horohuſ* (y)

§. 281.

(y) *Horohus* villa, *in pago Heſſi Saxonico* poſita, inuenitur in Regiſtro noſtro. Intelligimus ergo indicari *Horohuſen*, vicum adiacentem vrbi, quæ dicitur Eresburg, quæque hodie appellatur Stadtberge, ſita in principatu Paderbornenſi. Vox *Hore* ſignificat lutum, cœnum, terram humidam et huc illuc pedibus verſabilem. Ex nomine Hore adpellationem traxit menſis *Hornung*, vulgo Februarius, quaſi lutulentus, quia ſolum tunc ſolet eſſe molle et cœnoſum. Leibnitii coniectura, nomen id deducentis ex cornibus cervorum tunc decidere ſolitis, probabilitatis eſt vacua. In villa Horohus rex Hludouuicus anno 900 conceſſit abbatiæ Corbeienſi mercatum et monetam, nec non poteſtatem accipiendi teloneum, vti ſequentes approbant litteræ, quas ex autographo huc innectere volupe eſt. En eas. De villa Horohus in pago Heſſi Saxonico.

℣ In nomine ſcae et indiuiduae trinitatiſ. Hludouuicuſ diuina fauente gratia rex. Si petitioneſ ñr̄ōr̄um fidelium quaſ pro utilitatibuſ eccleſiarum d̄ī nobiſ ſuggeſſerint ad effectum perducimuſ ad eternae retributioniſ augmentum id nobiſ profuturum liquido credimuſ. Unde nouerit omnium fidelium ñr̄ōr̄um preſentium et futurorum induſtria qualiter per interuentum *uenerabiliſ* ac dilecti comitiſ ñr̄ī *cuonradi* monaſterium quoddam noua corbeia nominatum cui preeſt fideliſ noſter *bouo* abbaſ in ñr̄ām tuitionem ac mundiburde ſuſcepimuſ et omneſ conceſſioneſ ſeu donationeſ anteceſſorum ñr̄ōr̄um eidem coenobio collataſ ñr̄ā auctoritate firmamuſ atq;. corroboramuſ uidelicet ut et immunitatē habeant ab omnibuſ publiciſ exactionib. et iudiciariiſ poteſtatib. hominеſ eiuſdem ecc̄liae liti et coloni et rectoreſ ipſiuſ monaſterii in expeditionem cum ſuiſ hominibuſ ire non cogantur. ſicut a ñr̄iſ progenitoribuſ olim eiſ conceſſum fuiſſe conſtat. Sed et hoc pro ñr̄ē mercediſ augmento ad eorum utilitateſ addere decreuimuſ ut infra ipſam abbatiam in uilla *horohuſun* nuncupata. publicū eiſ liceat habere mercatū et monetam et ibi poteſtatem habeant accipiendi teloneum quod ipſorum *aduocatuſ* ñr̄ō exigat banno ab hiſ qui illuc cauſa emendi ueniunt intra marcam memoratę uillę et montiſ *ereſburg* nuncupatę. Preterea quod ab exordio conſtructioniſ eiuſdem monaſterii a ñr̄iſ anteceſſoribuſ conceſſum in eorum preceptiſ cognoſcitur. noſ quoq;. iterum confirmamuſ. ut licenciam habeant fratreſ illiuſ loci eligendi inter ſe abbatem dum ita reſ poſtulat quamdiu ad hoc idoneam inter ſe perſonā potuerint inuenire. Et ut hoc ñr̄āc̄ auctoritatiſ preceptum pleniorem in d̄ī nomine obtineat firmitatem manu propria ſubter firmauimuſ et anuli ñr̄ī impreſſione ſignari iuſſimuſ.

Ab anno 878 vſque 879. regnante Hludouuico et

Signum domni hludouuici  ſereniſſimi regiſ

Ernuſtuſ cancellariuſ ad uicem theotmari archicappellani recognoui et ſſſ

Sigillum vide in Tab. V, n. 1.

Data IIII. iduum octobrium die anno incarnationiſ dñi DCCCC. indict. III. anno domni hludouuici I. actum triuriaſ in dī nomine felicit. amen.

Sigillum, diplomati annexum, nunquam adhuc editum eſt. De eo eſt obſeruandum, placuiſſe *Hludouuico* infanti, vti ante eum iam Carolo craſſo atque Arnolfo, figuram ſigilli orbicularem, licet prioribus cæſaribus ac regibus ouiformis magis fuerit in deliciis. Vſus eſt etiam Hludouuicus ſcuto rotundo, cui vel ſceptrum vel haſtile vexilli inſiſtit cum inſcriptione: HLVDOVICVS REX. Ipſum priuilegium datum eſt *Bouoni* abbati, procurante *comite Cuonrado*. Quem itaque dominum magnæ auctoritatis apud regem fuiſſe oportet. Putamus, eum eſſe *Conradum*, patrem *Conradi* regis, qui Hludouuico infanti in regia dignitate ſucceſſit. *Venerabilis* ille nuncupatur comes ſine vllo dubio eam ob cauſam, quod conſanguineus erat Hludouuici regis, eo ſcilicet modo, quem ſupra §. 216 oſtendimus, nempe propter *Gherburgam*, *Erdagi* vxorem, regis *Hludouuici I* filiam. Poſt hæc ſcilicet anno 962 Otto M. incolis villæ noſtræ *Horohuſen* indulſit eo iure viuendi rationem, quo Throtmannici, id eſt, incolæ vrbis imperialis Dortmund, ſunt vſi; quale vero ius habuerint Throtmannici, oſtendemus in *Hiſtoria* noſtra *Corbeienſi* ex diplomate quodam præſtantiſſimo, cuius autographus in noſtris manibus eſt. En autem ipſas Ottonianas litteras ex autographo.

℣ In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatiſ. Otto diuina fauente clementia rex. Notum eſſe uolumuſ omnibuſ fidelibuſ noſtriſ quod rogatu carae proliſ noſtrae ottoniſ indulſimuſ incoliſ uillae quae dicitur *horohuſun* et adiacenſ eſt urbi quae dicitur *ereſburg* eo iure uiuere et ipſa legitima habere per omnia quae *throtmannici* habent nec tamen ulli aliae poteſtati ſubiacere cum ſuiſ uiriſ ac legitimiſ niſi cui hactenuſ paruit rectoribuſ ſcilicet monaſterii quod noua *corbeia* uocitatur ad honorem ac ſeruitium beatorum martyrum ſtephani atq; uiti. et ut hoc firmum ſit et nulli poſt hec praeuaricari liceat anuli noſtri ſigillo iuſſimuſ ſignari atq; firmari manu noſtra ſubtuſ ſignanteſ.

Signum  domni ottoniſ ſereniſſimi regiſ

Liudulfuſ cancellarius ad uicem brunoniſ archicapellani recognoui et ſſſ

Sigillum vide in Tab. I. num. 2.

data V. id. iun. anno incarnat. dōñi DCCCCLXII. indict. V. regni autem ſereniſſimi ottoniſ regiſ anno XXVII. actum in ſuoſaz in dei nomine feliciter amen.

Thrutmarum, abbatem Corbeienſem, anno 1043 conſtruxiſſe baſilicam in villa *Horohuſen*, iam ſupra §. 104. not. (u) didicimus ex eius litteris: atque Erkenbertum, Corbeienſem abbatem, anno 1126 in eadem villa *Horohuſen* molendinum dediſſe in beneficium Heinrico comiti eiusque filio Widekindo, itidem ſupra §. 220 oſtendimus e charta ipſius Erkenberti. Anno 1153 in eadem villa *Horhuſen* Conradus miles, de Natheſungen dictus, duo molendina, quæ eius beneficium ſeu feudum erant, eccleſiæ reſignauit Corbeienſi, teſtantibus litteris celebratiſſimi Wibaldi abbatis eccleſiæ Corbeienſis, quas infra dabimus §. 427:

Conradus, abbas Corbeienſis, porro eccleſiam S. Magni in noſtra villa *Horhuſen* anno 1176 tradidit ad ſupplementum præbendæ fratrum in Eresberch, vti teſtantur ſequentes, ex originum litteris additæ, tabulæ.

In

℄ In Nomine ſc̄ē et indiuiduę Trinitatiſ. *Conraduſ.* dī gr̄ā Corbeienſiſ eccl̄ię abbaſ omnib. p̄ſentib. et futiſ in perpetuū. Si utilitatib. ſeruoꝝ dī paterna pietate p̄ſpicim⁹. & īdigentiaſ eoꝝ oportuna libertate ſubleuamuſ. ñ ſolū deuotionē ipſoꝝ. & beniuolentiā & aſſiduā orationē nobiſ p̄parant ſed et p̄ppiciationē dī & ſc̄ōꝝ ipſiuſ faciliuſ noſ patrocinia īpetraturoſ ſperamuſ. Jnde eſt qd noſ ſaluti āīę noſtrę conſulere uolenteſ. & beato Petro principi ap̄loꝝ in monte *EReſbeRCh* deuotionē ñr̄ām in aliquo demonſtrare cupienteſ. quatinuſ p eū ianuā celi īgredi mereamr̄. conſilio fr̄m ñr̄ōꝝ Corbeienſiū. nec ñ & peticione miniſterialiū & alioꝝ fideliū ñr̄ōꝝ eccl̄iam ſc̄i Magni quę ſita eſt in uilla *horhuſen.* tradidimuſ ad ſupplementū p̄bendę fr̄m dō & beato Petro in monte p̄nominato ſeruientiū cum omni integritate & ptinentiiſ ſuiſ. ita ut p̄poſituſ qui ī monte fuerit eandem eccl̄iam ſub poteſtate ſua habeat. poſtquā ab eo qui nunc eam habet clerico ñr̄ō Conrado. ſeu uiuente adhuc. ſiue defuncto. libera extiterit. Notū ergo uolum⁹ eſſe ōīb. eccl̄ię dī fidelib⁹. tam futiſ quā p̄ſentib⁹. q̄d hanc traditionē p̄ſatę eccl̄ię ſolēpnit᷑ fecimuſ ī capitulo Corbeienſi. corā cunctiſ fr̄īb. ñr̄īſ. ſup reliquiaſ beati PetRI. de monte *Ereſberch.* quaſ p̄p̄oſituſ *Bruninguſ* p̄ſenteſ tunc habuit. & donationē de manu ñr̄ā ſuſcepit. Noſ quoq. ſub ſtola ñr̄ā in eodē capitulo auctoritate pat᷑ſ. & filii. & ſp̄ſ ſc̄i & beati PeTRI ſncipiſ ap̄loꝝ. ſub anathemate int᷑rdiximuſ ōm̄īb. ſucceſſorib. ñr̄īſ. ne aliquiſ eoꝝ eandē eccl̄iam a p̄ſato monte auferre. ūl aliquo m alienare p̄ſumat. ſed ſemp ī poteſtate p̄poſiti qui ibidē fuerit ordinanda ī perpetuū conſiſtat. Ut āūt hec traditio ñr̄ā ōm̄īb; futuriſ temporib; apud poſteroſ & ſucceſſoreſ ñr̄ōſ rata & inconuulſa pmaneat p̄ſentē paginā in teſtimonium facte a nobiſ donationiſ conſcribi ſcepimuſ quā ſubt᷑ annotatiſ teſtib. ſigillo ñr̄ō & eccl̄ię corroborari iuſſimuſ. Teſteſ & p̄ſenteſ hi affuerunt. Heinricuſ. prior. & Randuuig⁹ cuſtoſ. Thid᷑ic⁹. Wilcelin⁹. *Reimb᷑s.* Godeſcalc⁹. Adelb᷑t⁹. Abrahā. Siko. Lamb᷑t⁹. *Meinhard⁹.* Othelric⁹. ReinmaR⁹. Thid᷑ic⁹. *Frideric⁹.* Rotholfuſ. *Vnarg⁹.* *Heitmric⁹.* Wernh᷑s. Hartmann⁹. Rotb᷑t⁹. Albert. Bertholdus. Reinhs. Wizcelin⁹. Marquard⁹. Henholf⁹. Antoni⁹. Hereman⁹. Godeſcalc⁹. Widikind⁹. Conradus. Boluuin⁹. Heinric⁹. Heinric⁹. Meinuuard⁹. Walther⁹. Arnold⁹. Herebordus. ThietmaR⁹. Iōhs. Vdo. Lutheuuig⁹. Lindold⁹. Heinric⁹. Gunther⁹. Iōhs. Conrad⁹. Heinric⁹. Alb̄t⁹. Hartleuus. Conradus. Reinhard⁹. Heinric⁹. Willehelm⁹. Thid᷑ic⁹. Thidic⁹. Luidolfuſ. FRideric⁹. Heremfrid⁹. Arnold⁹. Hartmañ⁹. *Bucko.* folcuuin⁹. Eremb̄t⁹. Wernhēr̄ſ. Jōhs. & alii multi.

Act. Corb. ann. d. incarñ. M. C. LXX VI. indictiōē VIIII. añ. p̄lationiſ dom. Conradi. abbatiſ XVI. die annunt. dc̄ę.

Sigillum abbatis vide in Tab. V. num. 2.

Sigillum capituli vide in Tab. IV. num. 3.

Has litteras ſi conſideramus, ſignificare non poſſumus, qua fronte Nicol. Schatenius Tom. II. *Annal. Paderbornenſ.* p. 150. ſcribere potuerit: *Integerrimorum epiſcoporum ſemper fuit, religioſos ordines, languente clero, in ſubſidium vocare, atque omni ope et ſubſidio fouere: et neſcio quid vanitatis et extincti diuini ſpi-*

Ab anno 878 ſque 879 regnante Hludouuico et gubernante Corbeiam Auone.

ſpiritus obſeruauerim in iis, quotquot ſacrorum ordinum homines auerſati, politici magis principis, quam ſynceri epiſcopi munus ſectari viſi ſunt. Ad hanc cleri et paſtorum laborem ſubleuandum Otto (epiſcopus Paderbornenſis) *quoque eccleſiam S. Magni ex conſenſu archidiaconi Horhuſani* (anno 1283) *dedit præpoſito in Monte Martis, et religioſis ordinis S. Benedicti viris montem incolentibus; eo quod, languentibus ſcholis et clericorum ſtudiis, intelligerent operam religioſorum ſibi opportunam offerri.* Nam venerabilis epiſcopus, Otto, infudit cineri aquas, atque inanem operam ſumſit, ratus, adeſſe atque in archiuo Paderbornenſi exſtare eiuſdem epiſcopi litteras, quibus eccleſia S. Magni in *Horohuſen* iuncta fuerit monaſterio S. Petri in Eresburch. Quiuis profecto facile ſuſpicari adgredietur, eiuſmodi litteris nihil aliud fuiſſe quæſitum, niſi vt poſteritati glaucoma obiiceretur. Suſpicamur autem, has litteras doctiſſimo Schatenio non fuiſſe ad manus. Probabile enim eſt, ſi vere hæ exſtitiſſent tabulæ, Schatenium eaſdem productum fuiſſe, vtpote apprime facientes ad *ſpeciem* iuriſdictionis ſacræ epiſcoporum Paderbornenſium in monaſterium Eresbergenſi ſe propugnandam. In illa enim pertexenda iuris ſpecie idem Schatenius ingenioſus et ſagax fuit artifex, omnia ſummo corradens ſtudio, quæ Corbeienſibus aduerſarentur. Immo interdum is ipſa diplomata ab Overhamo ſecum communicata, bullasque ſummorum pontificum adulterauit, ſi quando ſcilicet ea epiſcopo ſuo videbantur contraria. Id ipſum in *hiſtoria Corbeienſi* ſolide ex diplomatibus, æri inciſis, oſtendemus. Poſito autem eo, non conceſſo, Ottonem epiſcopum vere eſſe adniſum, vt eccleſiam S. Magni traderet monaſterio Eresbergenſi, falcem miſit tamen ille in alienam meſſem. E diplomatibus enim adductis patet, 1) villam Horohuſen fuiſſe ditionis abbatiæ Corbeienſis, et 2) eandem nullius alius cuiuscunque poteſtati ſubiacere, niſi rectorum monaſterii Corbeienſis. Eapropter Corbeienſes bona, in *Horohuſen* ſita, in feudum aliis dederunt, alienarunt, et pro arbitrio vendiderunt. Fidei faciendæ cauſa tabulas ſequentes adducimus:

Benedicti

Uniuerſis hanc lr̃ām uiſuris et audituris. Nos frater Theodoricus dictus abbas et conuentus monaſterii in *Breydelar* ordinis Ciſtercienſis paderb. dioceſ. notum facim⁹ recognoſcentes quod de omnium ñr̃ōr̃um unanimi beneplacito et conſenſu curiam ñr̃ām ſitam in *horhuſen* cum omnib⁹ ſuis integritatibus quā a ludolfo milite Bodone et Ludolfo famulis filiis ſuis et eorum veris et legitimis heredibus iuſto emptionis titulo perhenniter poſſidendam comparauim⁹ quam a monaſterio *Corbeienſi* ordinis ſc̃i Bn̄dc̃i iure tantum modo tenuerāt pheodali. Cuius ꝑpetatem et dominium cum omnibus ſuis ptinentiis debitis iurib. ſolempnitatib⁹ premiſſis a dc̄o monaſterio Corbeic̄n̄. pro determinata pecunia ꝑpetuo comparauim⁹. In corporalem ipſius poſſeſſionem legitime p ipſos inmiſſi ſicut in inſtrumentis ſuper hoc ⁹fectis plenius continetur. Conſiderantes igitur eorundē reuerendorum uirorum đn̄ī abbatis et totius capituli ſeu conuent⁹ monaſterii Corbeyc̄n̄. circa nos beniuolentiam et affectum ex mera libertate gr̃ām eiſdem facientes conceſſimus et per p̄ñtes concedimus quod quandocunq;. a nobis petiuerint de ſua ꝑpa pecunia ad ꝑprios tamen uſus pro octaginta duab⁹ marcis argenti examinati et probati eandem curiam ipſis vendem⁹ quia tantam pecuniam expoſuim⁹ circa ipſius emptionem. Poſtquam uero memoratas octaginta duas marcas argenti abſq;. defectu nobis tradiderint et paganauerint literas ipſoz. ſup dicta curia confectas īp̄īs abſq;. contradictione reddem⁹ lr̃īs tamen p̄ñtibus p īp̄ōs nobis reſtitutis ſuper quo ipſis literam hanc ſigilli ñr̃ī dedimus nec non ſigilli honeſti militis dn̄ī *Stephani de Horhuſen* munimine roboratam. Ego uero *Stephan⁹ de Horhuſen* miles iam dc̄ūs ad preces religioſorum uirorū đn̄ī abbatis et conuentus moneſterii in *Breydelar* in teſtimonium et robur eorum que ſuperius ſunt conſcripta ſigillum meum p̄ñtibus duxi apponendū. Datum anno đn̄ī M. CCC. XXXVI. in craſtino b̄ti vincencii martiris.

Comitem liberum, vulgari nomine Frigraue appellatum, conſtituendi in villa *Horohuſen*, poteſtatem dediſſe abbatiæ noſtræ imperatorem Carolum IV. iam ſupra ex eius litteris didicimus §. 147. Plura addere iam nolumus, alio tempore ea dicturi. Vide P. VII. §. 289, (n).

) o (TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS SEXTA,

BONA ENVMERANS, QVAE IN DIVERSIS PAGIS,

REGENTE CORBEIAM

ABBATE BOVONE I.

ECCLESIAE CORBEIENSI,

SVNT PER TRADITIONES DONATA,

REGNANTE

HLVDOVVICO II,

ET

IMPERANTE

CAROLO CRASSO,

AB ANNO 879 VSQVE AD 890.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





§. 281.

Tradidit uolcbert pro euuruuini unam familiam in *brunmaneſhuſ* (Z).

§. 282.

(Z) *Brunmaneshus* ponitur in Regiſtro noſtro *in pago Guddinge.* Intelligitur ergo verisimillime vicus Bruninghuſen ſeu *Brunjehuſen*, haud procul a Brunckenſen, vico ad iura ſpectante L. B. de Wrisberg. *Volcbert* videtur eſſe *Folcbertus*, quem ſupra §. 104. not. (n) ad progenitores comitum Euerſteinenſium retulimus. Quis vero ſit *Evurwini*, pro quo bona traduntur a *Volcberto* in *Brunmaneshus*, an fuerit conſanguineus *Volcberti*, et pater *Hadeburgæ*, coniugis *Heinrici aucupis*, res eſt omnino altioris indaginis. Circa hæc tempora ſane *Evurwini* ſeu *Erwinum* patrem *Hadeburgæ* vixiſſe oportet. Cum enim Heinricus auceps *Hadeburgam* Erwini filiam duxerit anno 905, quo tempore, teſte Ditmaro epiſcopo Merſeburg. Lib. I. Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 324. eadem fuit vidua velata, *Erwinus* ille claruit circa annum 884 et antea, ſi ponas, eandem Hadeburgam nupſiſſe Heinrico aucupi anno ætatis XLI. Cuiusnam ſtirpis fuerit *Erwinus* ille, id in obſcuro latet. Reliquit eam cauſam intactam Conſil. et Prof. Luneburgenſis Ioan. Ludeuicus Leuinus Gebhardi in *Hiſtoriſch-Genealogiſchen Abhandlungen* P. I. diſſ. 8. §. 13. p. 242. Fortaſſe autem ſpectauit ad familiam *Haddonum marchionum* orientalium, de quibus egimus ſupra §. 104. not. (e) Probabiliſſimum id eſſet, ſi bona in *Brunmaneshus* ſpectaſſent ad *Evurwinum*. *Erwinum*, patrem *Hadeburgæ*, habuiſſe filium *æquiuocum*, ſed ante patrem iam mortuum, e Ditmari verbis l. c. patet. *Erwinum* enim *patrem Hadeburgæ* appellat *ſeniorem*, tradens, *Erwinum*, *e medio decedentem*, *geminis filiabus hereditatem reliquiſſe*, *quod* (ſcilicet tempore mortis ſuæ) *filium non habuerit*, qui vero antea exſtitiſſe debuit. Reſpectu enim filii iunioris *Erwini* pater nominatur a Ditmaro ſenior.

De villa Brunmaneshus in pago Guddinge.

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Crasso et

§. 282.

Tradidit burchard pro emme duas familias unam in *breka* alteram in *aschem*. (a)

§. 283.

Si itaque statuamus, *Evurwinum*, pro quo hoc loco bona quædam traduntur, fuisse filium *Evurwini* senioris, *Evurwinum* seniorem autem fuisse illum *Evurwinum*, qui in his traditionibus §. 301. deprehenditur, quemque marchionem fuisse prædicant; *Ewrwinus* senior, procurante *Volcberto*, bona sua in villa *Brunmaneshus* pro filio suo *Evurwino* tradidisset ecclesiæ Corbeiensi. Explodat autem id nemo, quod diximus, *Evurwinum* fuisse stirpis marchionum orientalium. Iam enim supra vidimus, *Thiatmarum* comitem, tempore Heinrici aucupis celebrem, in eadem regione, in qua villa nostra *Brunmaneshus* reperitur, bona hereditaria possedisse. Si ergo statuatur, *Evurwinum* seniorem, fuisse filium Haddonis II, *Evurwinus* fuerit oportet *Volcberti* consanguineus, eiusque soror *Hadeburg* consanguinea Heinrici aucupis. id quod tabula sequens clarius ponet ob oculos lectoris.



Tempus autem, quo *Evurwinum* vixisse oportet, nos commouet, vt iam consignationem annorum ad marginem positam mutemus. *Tancmarus*, abbas Corbeiensis, eodem anno, quo ordinatus, est mortuus, scilicet anno 877, et successit ei per electionem *Avo*, qui, Chronico nostro MScto et coætaneo teste, obiit anno 879, in cuius locum eodem anno ordinatus *Bouo*, qui anno 890 e vita exiit. Ne ergo vllum abbatem omittamus, ad marginem præcedentis §. iam adscripsimus *Avonem* abbatem, huic vero et sequentibus §§. *Bouonem* abbatem adiungere volumus, postea rationes addituri, cur ita fecerimus. Cum autem rex *Hludouuicus II* anno 882 obierit, testibus Annalibus Rer. Franc. Fuldens. T. I. Freheri p. 53; *Karolus* imperator de Italia perrexit in Germaniam, audito fratris sui *Hludouuici* obitu, regnumque eius suæ adiecit ditioni, atque optimates aduenientes, qui fuerant fratris sui, in suam suscepit fidem. *Karolus* ergo cæsar, cognomento *crassus*, supremus dominus erat Corbeiæ nostræ ab anno 882 vsque ad annum 887, quo idem imperator depositus est. In eius locum electus Arnolfus, Annal. cit. p. 61. et Chronico nostro MScto et coætaneo testibus.

De villa Breka in pago Wikanuelde. De villa Aschem.

(a) *Breka* villa erat, testante nostro Registro, *in pago Wikanuelde*. Designatur vicus *Brack*, cuius ecclesia filia est ecclesiæ oppidi Stadt Oldendorp in ducatu Brunsuicensi; *Aschem* vero villa, eodem teste Registro, fuit *in pago Logne*. Probabilissime indicatur vicus *Asche* sub præfectura Hardessen in principatu Göttingensi. E donis et nomine concludimus, *Burchardum* referendum esse ad progenitores comitum Northeimensium. Cum enim in eadem regione Northeimenses et Dasselienses comites bona sua hereditaria habuerint, vti iam supra §. 104. didicimus, nec non Sifridus I filium habuerit, nomine *Burchardum*; verisimillimum erit, *Burchardum* nostrum ad eandem quoque gentem spectasse, et *Burchardum* a propatruo suo nomen suum accepisse. Quamuis itaque *Burchar-*

dus

§. 283.

guber-nante Corbe-iam Bouone.

Tradidit aſdeht pro coniuge ſua hathuburch unam familiam in *bobehem* (b)

tradidit ailhard pro ſe unam familiam in *haddeſhuſ* (c)

§. 284.

oſdach comeſ tradidit ad monaſterium quod corbeia dicitur quatuor mancipia et omne praedium quod ipſe et coniux eiuſ *hadeburg* in uilla quae *nainun* (d) dicitur poſſiderunt hiſ uerbiſ ut poſt amborum obitum eadem mancipia et idem praedium cum ſiluiſ pratiſ aquarum exitibuſ et cum omnibuſ appendicibuſ utilitatibuſ pro commemoratione ſua ad ſeruitium monachorum perſtarent.

§. 285.

dus noſter non appelletur filius Bernhardi I, veriſimillimum tamen erit, eundem fuiſſe fratrem *Wegani* ac *Thiatmari I.*

De villa Bobehem.

(b) Villa *Bobehem* in noſtro Regiſtro non reperitur. Dolemus illud, quia villa *Bobehem* probabiliter a quodam Bobone ſeu *Bouone* nomen accepit, ad cuius familiam forte *Asdeht* cum coniuge ſua *Hathuburch* pertinuit, quorum conſanguineus fortaſſis fuit *Bouo* abbas Corbeienſis, ſub cuius regimine familia in *Bobohem* tradita videtur Corbeiæ.

De villa Haddes-hus in pago Gud-dinge.

(c) *Haddeshus* villa in noſtro Regiſtro *in pago Guddinge* poſita inuenitur. Eadem ergo villa deſignatur, quæ ſupra §. 191. reperitur. *Ailhard* itaque ſeu *Adelhardus* filius erit Adelhardi, quem ſupra §. 104 not. (n) inter progenitores comitum de Hoinboiken retulimus.

De villa Nainun in pago Saltgo.

(d) Villa *Nainun* fuit, noſtro Regiſtro teſtante, *in pago Saltgo.* Hunc pagum in epiſcopatu Hildeſienſi in præfecturis Liebenburg et Sladem deprehendi, iam ſupra §. 201. not. (g) didicimus. Villa autem *Nainun* docet, pagum eundem ſe vſque in præfecturam Lutter ad Bauenberge extendiſſe: intelligimus enim per villam *Nainun* deſignari vicum *Nauen* in Lutter præfectura Principatus Wolferbuttelenſis. Hiſce præmiſſis, quæritur id merito, quis fuerit *comes Osdach?* et ad quam familiam is veriſimiliter ſit referendus? Cum enim ille fuerit comes in noſtra Saxonia, operæ pretium videtur, accurate in originem eiuſdem *Osdachi* inquirere, inprimis cum coniux eius *Hadeburg* probabiliter exiſtimanda ſit glorioſiſſimi regis *Heinrici* vxor. Hanc thalami conſortem *Heinrici* aucupis fuiſſe *Evurwini* filiam, iam ſupra §. 281 vidimus, ibi docentes, *Evurwinum* ſtemmatis fuiſſe Brunoniani. Viduam fuiſſe eandem, et quidem velatam, retulit Ditmarus T. I. S. R. B. Leib. p. 324. Quo ipſo indubie indicauit, *Hadeburgam* mortuo viro ſuo, Deo ſe dicaſſe, et ritu ſolenni coniugio Chriſti ſeſe addixiſſe. Permanere itaque illa in monaſterio poſthæc debuit, nec pro arbitratu ab inito fœdere ac pacto iurato reſilire. Capitularia enim regum Francorum Lib. V. cap. 113. ſic præcipiunt: *qualicunque modo ſi mulier, permittente canonice viro ſuo, aut eo deffuncto, velum ſanctum in caput acceperit, aut ſponte aut invita, in eo permaneat omnino, nec dimittat.* Quodſi igitur *Hadeburg* vidua fuit, ſequitur, illam antea traditam fuiſſe cuidam marito, cuius et nomen et genus et dignitas hactenus fuerunt incognita. Nomen eius et dignitas ex hoc noſtro loco eluceſcunt. Genus autem eius cognoſcere licet ex iis, quæ de Osdacis in noſtris traditionibus traduntur. *Osdachum* noſtrum e nobiliſſima quadam familia Saxoniæ fuiſſe ortum, dignitas eius, quæ comitis erat, comprobat. Quodſi itaque in mentem reuocamus dominos, qui in eadem regione, intra quam *Osdachus* noſter bona quædam hereditaria Corbeienſibus elargitus eſt, bona ſua abbatiæ noſtræ donarunt; illos ſtirpis Billinganæ fuiſſe, ſuſpicamur, immo iam ſupra §. 104. not. (w) docuimus. Quid ergo nos impedit, quo minus et *Osdachum* noſtrum eidem ſtemmati adſcribamus? *Osdacum* ſane quendam inter coheredes ducis Oſt-

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Crasso et

falorum Hessi fuisse, vidimus §. 104. Ex hoc momento patet, nomen Osdachi in familia quadam illustri Saxoniæ nostræ fuisse in vsu. In pago *Falhen* in villa *Guddianstede* donauit *Osdac* quidam, quidquid habuit, §. 10. testante. Quæ villa cum vicus Gadensted sit, locus præfecturæ Peine, eadem prouincia fuit ea ipsa, intra quam familia Billingana alios præterea fundos possedit. In pago Northuringi ditissimus quidam *Osdag* sua abbatiæ nostræ munera impertiuit, teste §. 44, atque in eadem prouincia Amelungus Billinganus, teste §. 125, bonorum nonnihil possedit. Obuius §. 42 *Osdac* quidam inter testes fuit, cum sita in pago Derlingi et quidem in villis, quæ in terminis pagi Saltgo reperiebantur, bona quædam Corbeiensibus traderentur. In eodem pago Saltgo Billingani omnino magnam bonorum suorum partem habuerunt. Sita intra pagum Lengi donauit *Osdag* quædam bona, ad villam Osterholt obuia. Hæc villa, cum vicus *Ostenholt* sit, in præfectura Wense in Principatu Luneburgico conspicuus, nos commouet, vt credamus, eundem *Osdagum* ad Billinganam familiam esse referendum, quippe quæ in loca ducatus Luneburgici non vna dominata est. Sit ergo *Osdac*, qui memoratur §. 10, Amalungi II frater, et *Osdag* ille, qui §. 159. occurrit, Thiadrici, Sibodonis et Gameri frater. A patruo enim suo *Osdago* ipse nomen suum videtur accepisse. Huius, scilicet *Osdagi II*, filius fuisse videtur comes *Osdachus*, cuius hoc loco fit mentio.

Hæc sententia nostra nititur bonis et nominibus, quibus hi domini gauisi fuere. Ex hisce rationibus non leue in genealogicis medii æui rebus argumentum sumitur. Notatu dignum censemus, *Osdachum comitem* sita intra eandem regionem quædam tradidisse, in qua *Thiadricus*, *Sibodo* et *Gamer* fratres bona quædam æque largiti sunt, vti §. 201 docemur. *Osdag II* fortassis est S. Ostdach, qui, teste Lerbeccio, sua ex antiquioribus eisque deperditis monumentis haurire solito, in *Chronico Episcoporum Mindens.* Tom. II. Leibn. p. 195. ad annum 880 in prælio, cis Hamburgum commisso, cum aliis dominis Saxonicis a Nordmannis est occisus. Quamuis enim ille appelletur *Ostdach* et dux Burgundiæ, per errorem tamen ita scriptum esse, putamus. Cum enim soror eius ecclesiam fundauerit in *Mahdeslo*, id est, Mandelslo, loco præfecturæ Neustadt in Calenbergico Principatu, in quo et vrbs Hannouera est sita; quilibet facile perspicere potest, eius fratrem fuisse Saxonem. Hæc ratio nos commouit, vt discernendum esse existimemus *Osdachum* comitem ab *Osdago II.* *Osdagum*, episcopum Hildesiensem, quem anno 990 obiisse putant, huic quoque stirpi annumerare libet. Cum enim ille primum curtem maiorem Aleghrimesheim cum XXX mansis *ex hereditate sua* ecclesiæ basilicæ impertiuerit Hildesiensi, testantibus *Hildes. Chronico* Tom. I. Leibn. p. 744, et Eggehardo abbate *Annal. Hildesh.* p. 773, illaque curtis probabilissime censendus sit vicus maior Algermissen, vnum milliare, et quod excurrit, ab vrbe Hildesia versus Principatum Luneburgicum distans, nemo erit, qui absurditatis admissæ accusare nos ideo poterit, quod illum Billinganæ genti adscripsimus, inprimis cum et Tangmarus S. Bernwardi magister in *Vita Bernwardi* Tom. I. Leibn. p. 441. seq. referat, S. Bernwardum a suo auunculo Folcmaro fuisse traditum nostro *Osdago* episcopo. Id facto opus non fuisset, nisi S. Bernwardus fuisset *Osdagi* episcopi consanguineus. Fortassis S. Bernwardus, quem supra §. 104. not. (w) Billinganis vindicauimus, *Osdagi* episcopi nepos ex fratre fuit. Omnibus hisce rite ponderatis, fit verosimile, *Osdachum comitem* splendidissimæ fuisse stirpis. Cum ergo magnos magna deceant, *Hadeburga* nostra omnino erat vxor *Heinrico* conueniens. Et vt hoc eo verisimilius reddamus, demonstrandum est præterea, *Osdachum comitem* eo vixisse temporis interuallo, vt vidua eius esse potuerit coniux *Heinrici* aucupis. Chronologia enim repugnante, temere hæc omnia forent dicta. Testantur ergo Chronicon nostrum MStum et coætaneum, nostraque diplomata Corbeiensia, *Heinricum* aucupem ex hac luce migrauisse anno 936. VI. non. Julii. Cum vero *Heinricus* vixerit sexaginta annis, Widekindo nostro referente *Annal.* Lib. I. p. 642; idem *Heinricus* natus esse debuit anno 876. Eo itaque tempore, scilicet anno 908, quo *Heinricus Mathildam* duxit, habebat ille annos XXXII. Etsi autem nescimus, quo anno Heinricus *Hadeburgam* sibi vxorem iunxerit, aliquot tamen annis ante annum 908 id factum esse debuit: prolem enim *Tancmarum* ex ea suscepit, et nonnihil elapsum erit temporis, donec ab *Hadeburga* diuortium fecit. Quodsi autem ponamus, *Hadeburgam* nupsisse

§. 285.

Tradidit gerulf in *biſiniſburg* (e) unum manſum et VI mancipia *ſeruilia* (f) et quidquid habuit illic tradidit godeſcalcuſ pro patre ſuo abban in *aſtereſhuſ* (g) unum manſum et XXX. iugera. guber-nante Corbeiam Bouone.

§. 286.

Tradidit bernharduſ pro filio ſuo bernhardo unam familiam in *erugen* (h)

§. 287.

Tradidit berthild pro ſe in *berthahaniuthe* (i) . . . . . tra-

pſiſſe *Osdago* comiti anno ætatis ſuæ XVI, et conſideremus, *Hadeburgam* circa annum 884 iam vixiſſe matrimonio cum *Osdago* comite coniunctam, vti ex hoc loco patet; *Hadeburga* nata eſſe poſſit anno 868. Si ergo Heinricus *Hadeburgam* anno 907 dimiſerit, tempore diuortii illa annum ætatis egiſſet XLI. Poſito itaque, quod veriſimile eſt, caſu, illam cum *Heinrico* tribus annis vixiſſe in matrimonio; *Heinricus* eam duxit anno ætatis *Hadeburgæ* XXXVII, et *Heinricus* ipſe tunc habuit ætatis annum XXVIII. Quamuis autem ex his momentis ſequatur, *Hadeburgam* ætate præcurriſſe *Heinrico*, differentia tamen hæc non ita magna erat, vt ea *Heinricum*, inhiantem hereditati et diuitiarum vtilitati, ex *Hadeburga* ſperatæ, impedire potuerit, quo minus matrimonium cum illa contraheret. Id ipſum ex Ditmari verbis T. I. Leibn. p. 325. concluſimus. Fuiſſe itaque *Heinrici* aucupis vxorem, *Hadeburgam*, probabile eſt, viduam comitis *Osdachi* Billingani.

(e) *Biſinisburg* villa erat, Regiſtro noſtro teſte, ſita *in pago Haſugo*. Pagum *Haſugo* ad fluuium Salam in Thuringia in confiniis oppidi Merſeburgi et Memleben fuiſſe poſitum, iam ſupra vidimus §. 139. not. (S). Procul dubio igitur erit villa *Biſinisburg* ipſa *Beſenburg*, olim ad iura comitum Mansfeldenſium relata. De *Gerulfo* vide, quæ diximus ſupra §. 163 not. (D). Ibi aſſeruimus, eum fuiſſe marchionis *Geronis*, qui inſtituit monaſterium Gerenrodenſe, ac comitis *Sifridi*, qui condidit cœnobium Groningenſe, patrem. De villa Biſinisburg in pago Haſugo.

(f) De variis *mancipiorum* generibus hic differendi occaſio nobis daretur, ſi facto opus foret. Illud tantum docemus, mancipia fuiſſe vel cenſualia, vel operæ ſeruili addicta, illaque fuiſſe ſeruos ad cenſum, hæc vero ad miniſterium datos, de quibus e chartis, hactenus ineditis, egimus copioſe in libro noſtro *vom Vitusmann, de Viti viro*. De variis mancipiorum generibus.

(g) *Aſtereshus* villa quondam fuit, Regiſtro noſtro teſtante, *in pago Hrecwiti*. Hunc in pago generali Weſtfalorum, atque in epiſcopatu Osnabrugenſi fuiſſe, iam ſupra §. 168. not. (R) vidimus. Procul dubio *Aſtereshus* villa eſt vicus *Oſtershus*, in epiſcopatu Osnabrugenſi ſitus. Cum vero *Abbanis* nomen diminutiuum ſit ex *Adelberto*, hunc *Adelbertum* fuiſſe filium *Cobbonis* comitis ac nepotem *Echerti* ducis, ſuſpicati ſumus iam ſupra §. 104. not. (n). Ibi diximus, eundem fuiſſe ſatorem comitum Tecklenburgicorum. Id, omnibus rite ponderatis, nemini prorſus videbitur improbabile, inprimis cum §. 228 *Ailbertus* quidam reperiatur, quem Gerulfus, probabiliſſime ita iudicamus, inter teſtes, tanquam conſanguineum ſuum, adhibuit eisque adgregauit. De villa Aſtereshus in pago Hrecwiti.

(h) *Erugen* villa in noſtro non reperitur Regiſtro. Quinam ergo ſit vicus, neſcimus. De villa Erugen.

(i) *Berthahaniuthe* itidem non inuenitur in Regiſtro noſtro, locus, diligentia aliorum exquirendus. De villa Berthahaniuthe.

(k) *Bur-*

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Craſſo et

tradidit bern unam familiam pro gherburg in *burgiun* (k)

§. 288.

Tradidit beneke pro filio ſuo alfrico unam familiam in *uindaan* (l)

§. 289.

Tradidit liutberth pro filio ſuo thiadric unam familiam in *louof* (m)

tradidit helmburg unam familiam in *tuiſtina* (n)

§. 290.

De villa Burgiun in pago Agrotingun.

(k) *Burgiun* locus erat, teſte noſtro Regiſtro, *in pago Agrotingun* ſitus. Nullus igitur alius videtur vicus, niſi *Borg* in Emslandia ſeu in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi ſitus, hic in cenſum venire.

De villa Vindaan in pago Huuetigo.

(l) *Vindaan* villam fuiſſe *in pago Huuetigo*, docet nos abbas noſter Saracho in *Regiſtro bonorum abbatiæ Corbeienſis*. Indubie ergo deſignatur vicus *Wenden*, in comitatu Sualenbergico haud procul a monaſterio Marienmunſter et caſtro Oldenborg in epiſcopatu Paderbornenſi ſitus. Cum itaque, in eadem regione poſteros Widekindi Magni bona hereditaria tenuiſſe nouerimus, vti ſupra vidimus, neminem fore ſperamus, qui dubitet, *Benekonem* noſtrum, qui in eadem villa pro filio ſuo *Alfrico* quædam donauit, poſteris Widekindi M. videri inſerendum.

De villa Louos in pago Heſſi Saxonico.

(m) *Louos* villa ponitur in Regiſtro noſtro ab abbate Sarachone *in pago Heſſi Saxonico*. Intelligimus ergo, deſignari villam *Louen*, in epiſcopatu Paderbornenſi inter Peckelſen ſeu Peckelsheim et Oſſendorp haud procul a Dimola fluuio poſitam. Quæritur autem, ad quamnam ſtirpem ſpectauerit *Liutberthus* ille, qui obuiam in eadem villa familiam iſtam Corbeienſibus donauit? Veriſimillime, eum ſtemmati Brunoniano inſerendum eſſe, exiſtimamus. Cum enim iam ſupra docuerimus, gentem Brunonianam in pago Heſſi Saxonico ampliſſima poſſediſſe prædia, atque in eiuſdem gentis familia fuiſſe *Thiadricum*, nepotem ducis Angariorum Brunonis, vti patet e tabula gentis Brunonianæ §. 104; ideo *Liutberthus* noſter cenſetur probabiliter fuiſſe filius *Thiadrici* illius ac frater *Folcberti*. Nomen enim, a patre petitum, filio ſuo indidiſſe videtur *Liutberthus*. Fortaſſe eius patruus fuit ille, qui ſupra §. 147. appellatur *Liutheri*. At continemus nos intra conjecturarum cancellos.

De villa Tuiſtina in pago Heſſi Saxonico.

(n) *Helmburg* vel ſoror vel vxor fuiſſe videtur *Liutberthi*, qui ſita intra Louos villam quædam tradiderat. *Tuiſtinam* enim villam *in* eodem fuiſſe *pago Heſſi Saxonico*, teſtis eſt abbas Saracho. Cum itaque *Tuiſtina* villa eadem fuerit, ac ea, in qua *Liutheri*, teſtante §. 147, quædam donauerat; *Liutheri* illum eam ob rem ſuſpicati ſumus conſanguineum fuiſſe *Liutberthi*. Ad eamdem villam illuſtrandam ibi diplomata quædam produximus, quibus iam Caroli IV litteras, ex autographo accurate deſcriptas, addimus. Has ita conformatas accipe.

Karolus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus et Bohemie rex venerabili *Theodorico* abbati corbeienſi principi et deuoto nr̃o dilecto gratiam regiam et omne bonum. Quia ſicut certa relatione didicimus, monaſterium *corbeienſe* ex ſuggeſtione maleuola temporum perſonarumq., timore dei poſt poſito, ipſi monaſterio non timuerunt multipliciter derogare de temporalib⁹, adeo collapſum conſpicitur, quod vix aut nullo modo reſtaurari et in priſtine ſue felicitatis ſtatum reſtitui valeat abſq. maieſtatis regie gratia et ꝑſidio ſpeciali. Nos igitur attendentes ſincere deuotionis affectum, quem illuſtris *Iohannes Bohemie rex* genitor noſter kariſſimus ad te tamquam ſpecialem deuotum

ipſius

§. 290.

Tradidit uualter pro filio ſuo rekere unam familiam in *amilinghuſ* (o) gubernante Corbeiam Bouone.

§. 291.

ipſius dinoſcitur geſſiſſe, qui etiam ad aſſecutionem dignitatis abbatie et principatus, qui tibi commiſſus eſt, exacta diligentia et ſincere dilectionis ſtudio te promouit ad honorem bēī Viti patroni ñrī et tui, ad cuius obſequia natalis ſoli dulcedo et patrie Bohemicalis dilectio ſingulariter nos inuitat. ut p̄dictum monaſterium ab huiuſmodi incommodis et iacturis commode reſurgere valeat. et in talibus oppreſſionibus reſpirare gaudenter ſub regimine principis gratioſi tuo et ipſius monaſterii felici ſtatui dignum duxim⁹ de regimine celſitudinis magnificentia gratioſius prouidendum. Dantes et concedentes tibi et ſucceſſoribus tuis in perpetuum abbatibus et principibus monaſterii p̄dicti regia auctoritate, nobis ex ſacra romani imperii poteſtate conceſſa, plenam licentiam et omnimodam poteſtatem, *comites liberos*, qui vulgari nomine *frigrauen* nominantur, ad exterminandas malorum prauitates nominatim et expreſſe coram monaſterio *Corbey* et in villa *Horhuſen* prope oppidum *montis martis Twiſne Dorpede* et *Weſthem* prope caſtrum *Blanckenowe* prope caſtrum *Thonenborch* ac in omnibus terris, caſtris, oppidis, villis, diſtrictis et pertinentiis ad p̄dictum monaſterium *Corbeyenſe* vel ipſius iurisdictionem ſpectantibus, in quorum poſſeſſione vel quaſi pacifica dictum monaſterium eſſe et hactenus fuiſſe dignoſcitur, et ad que aliquem iuris reſpectum habere cenſetur, ad veſtrum mandatum et beneplacitum ſedes ſuas liberas, que *frygſtol* dicuntur, locare iudiciis, que vulgo *freyding* et *feneding* (*) nominari ſunt ſolita, p̄ſidere ac eadem exercere valeant iuxta veſtre diſcretionis arbitrium conſtituendi, et inſtitutos, quoties vobis opportunum viſum fuerit, et pro bono et incolumi ſtatu ipſius monaſterii expediens fore videbitur, reuocandi alioſq̄. ſubſtituendi pro veſtre beneplacito voluntatis. decernentes et edicto perpetuo ſtatuentes, quod tu et ſucceſſores tui abbates monaſterii Corb. p̄dicti ſacri imperii principes et deuoti ad inſtar venerabilium *monaſterienſis* et *paderbornenſis* eccl̄arum antiſtitum principum noſtrorum ſcabini iudiciorum *weſtualie* prouincie amplius fore debeatis et ad *huiuſmodi ſcabinatus* officia exercenda fideliter corporalia iuramenta p̄ſtare nec non uniuerſa et ſingula *ſecreta et occulta eiuſdem iudicii* ſcire poſſitis et omnibus iuribus et conſuetudinibus gratiis et libertatibus potiri et gaudere, quibus p̄dicti epiſcopi et p̄deceſſores ipſorum ac ceteri *ſcabini Weſtualenſis prouincie* hactenus freti ſunt et hodie potiuntur. Mandamus igitur liberis comitibus, qui vulgo *frygreuen* dicuntur, et *ſcabinis Weſtualie* prouincie, p̄ſentibus et futuris, quatenus te et uniuerſos ſucceſſores tuos abbates Corbey circa ſtatuendos comites liberos ipſos quoque comites in locatione ſua et perſecutione iudiciorum huiuſmodi ubiq̄. in proprietatibus monaſterii non impediant. voſque et quemlibet veſtrum. qui pro tempore fuerit ad officia ſcabinatus weſtualie prouincie ad p̄ſtanda iuramenta ſolita ad cognitionem ſecretorum iudicii et alios ſcabinatus exercendos. iuxta p̄ſentis ñrē largitionis indultam admittant contradictione ſeu difficultate qualibet non obſtante ſub pena proſcriptionis et banni regalis quem qui ſecus attemptare p̄ſumpſerit ſe cognoſcat grauiter incurriſſe. Nobilibus *Iohanne de Riffenſchel* marſchalko weſtualie *Bertoldo de Buren Iohanne de Bylſtein Iohanne de Graſcap Iohanne de Padberch* et *Godfwino de Rodenberch* fidelibus noſtris teſtibus ad p̄miſſa p̄ſentibus. ſub ñrē maieſtatis ſigillo teſtimonium litterarum.

(*) Alias Femeding, Femgericht.

Datum *Bunne* anno dn̄ī M CCC quadrage. nono. indictione ſcda VII kl. februarii regnorum ñrōrum anno tertio.

(o) *Amilinghus* in noſtro non reperitur Regiſtro, quinam ergo ſit vicus non conſtat: pro. De villa Amilinghus.

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Crasso et

§. 291.

Tradidit folcberth pro anima gherberghe unam familiam in *altungunhuſ* (p) nomine unuan et XXX iugera.

§. 292.

Tradidit marcuuarduſ pro proximo ſuo dodo I iurnalem et XXX iugera in *holthuſen* (q).

§. 293.

probabiliſſime autem nullus eſt alius vicus quam Amelungſen in principatu Corbeienſi.

De villa Altungunhus in pago Nithega.

(p) *Altungunhus* villa erat, Regiſtro noſtro teſtante, *in pago Nithega* poſita, quam in epiſcopatu Paderbornenſi ac principatu Corbeienſi ad fluuium dictum die Neite fuiſſe, iam ſupra demonſtrauimus. Intelligimus ergo, deſignari vicum *Alhuſen*, obuium in Paderbornenſi epiſcopatu inter Reelſe, Pömſen, Erbſen, Herſte, Schmechte et Driborg. Eandemque ob cauſam ſupra §. 104. not. (n) *Folcberthum* inter progenitores Euerſteinenſium comitum retulimus, eundemque pronepotem ducis Angariorum Brunonis fuiſſe ſtatuimus.

De villa Holthuſen in pago Suilbergi.

(q) Villam *Holthuſen in pago* fuiſſe *Suilbergi*, patet e noſtro Regiſtro, in quo villam Altungunhus excipiunt villæ *Holthuſen in pagis Suilbergi* et *Huuetigo*. Sine dubio villa noſtra erit vicus *Holthuſen*, Holzen, in comitatu Daſſelienſi ſitus, cuius meminerunt ſequentes ex originum litteris accurate et congruenter deſcriptæ tabulæ, in quibus *Cratho*, appellatus ad annum 1281 *magiſter caritatum*, fuit *dominus de Hardenberg*, creatus poſt hæc Prior Corbeienſis, qui de miraculis Corbeienſibus ſcripſit libellum, vti ſuperſtites membranæ atteſtantur. En tabulam:

Nos *Conradus de Uſlar.* Iōhēs inſtitor Nicolaus Beſeworem *Henricus de Bruneſwic Bertoldus de antiquo foro Arnoldus de Voltzen* Thidericus Helmberti *Iohes de Ekhof Bertram⁹ de Luchteringen* Henric⁹ monetarii *Ludolfus de Wechdale Conrad⁹ de Deſt* conſules Huxariēn. tenore p̄ñtium dicim⁹ proteſtando quod m̄gr̄ caritatum ecc̄le Corbeiēn. dñs *Cratho* ex parte una et *kriſtian⁹ de Oldendorp* ex parte altera ſup controuerſia que inter ipſos de bonis in *holthuſen* uidelicet de trib⁹ manſis et uno molendino et una domuncula uertebatur hoc modo in Huxaria in porticu ſc̄i kyliani ſunt reconciliati. kriſtian⁹ et ſorori⁹ ſu⁹ Hermann⁹ p̄fata bona in man⁹ dn̄i C.' reſignauerunt uerum mediantibus dn̄o *Ludolfo comite de Daſle* et dn̄o Henrico cellerario Corbeiēn. et *Joh̄e de Driborg* et *Alberone de Seilze* idem dns C. bona kriſtiano et ſue uxori *Sweinhildi* et filio ſuo *Conr.* et ſororio ſuo Hermanno p̄dc̄o ad tempus uite ipſorum ⁹ceſſit libere poſſidenda. Ea tamen conditione quod annuatim magiſtro karitatum Corbeiēn. qui p tp̄e fuerit uiginti quatuor ſolidos graues Huxariēn. monete infra feſtum b̄ti michaelis et ap̄lorum Simonis et Jude de eiſdem bonis p̄ſoluent ſine aliquo impedimento et occaſione in n̄r̄a ciuitate p̄ſentando his uero quatuor p̄dc̄is dn̄o uocante uiam uniuerſe carnis ingreſſis prenominata bona libere et abſq;. aliquo impedimento ſuorum heredum ad ecc̄liam Corbeyēn. reuertentur. Ne igitur hec aput poſteros n̄r̄os obliuioni tradantur p̄ñtem literam rogatu utriuſq;. partis ſigillo n̄r̄e ciuitatis munitam eiſdem dedim⁹ ad maiorem cautionem. Datum Huxarie anno dn̄i M. CC. LXXXI. in die b̄ti martini.

Sigillum vide in Tab. V. num. 3.

Villam

§. 293.

Tradidit rothard unam familiam pro fratre ſuo ſolcered in *holthuſ* (r). guber-nante Corbeiam Bouone.

§. 294.

Villam hanc *Holthuſen* rapuere poſt hæc ad ſe epiſcopi Hildeſienſes, vti oſtendemus in libro de Translatione quorundam bonorum feudalium Corbeienſium ad ſereniſſimos duces Brunſuicenſes et Luneburgenſes.

(r) Exſtitiſſe hanc villam *Holthus in pago Huuetigo*, iam nos docuit abbas noſter Saracho §. 292. not. (q). Cum itaque pagus *Huuetigo* olim fuerit in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano, intelligimus exinde, vicum *Holthuſen*, in Pyrmontano comitatu ſitum, deſignari. An vero hæc ſit eadem villa, quæ quondam relata fuit ad prædium Sannanabiki, in eodem pago Huuetigo obuia, res eſt non huius loci ſed altioris indaginis. Nobis villa *Holthuſun*; ad dictum prædium ſpectans, diuerſa videtur a noſtra villa *Holthus*. Atque vt id ipſum eo melius iudicare poſſis, diploma cæſaris Conradi e MSto interſerimus. En, quæſo, illud: De villa Holthus in pago Huuetigo.

In nomine ſc̄ǣ et indiuiduae trinitatiſ. Chuonraduſ diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtuſ. Si ulli ex ñr̄iſ pontificibuſ ſui fideliſ ſeruitii non immemoreſ aliquid ex hiſ quę ñr̄ī iuriſ deputantur benigno animo impendimuſ eum poſtea in ñr̄ō iuuamine et ſeruimine perniciorem et multo ſtudioſiorem exiſtere procul dubio credimuſ. Quapropter omnibuſ Xp̄ī ñr̄iq̄. amatoribuſ preſentibuſ ſcilicet ac futuriſ perſpicuum eſſe uolumuſ qualiter *Witilo* ñr̄ām adiit ſerenitatem humiliter roganſ ut predium *Sannanabiki* dictum in iſtiſ uilliſ *Hornan Frotinctorp Vineſbiki Raſſeti Knechtahuſun Bukinhuſun Bennanhuſun Scuni Berchem Homan Holthuſun* ſitum ſua uxoriſq̄. ſuę odę filięq̄. ſuę cecilię nec non gerburch filiiq̄. eiuſ Hodoniſ petitione ac collaudatione ad ñr̄ām imperialem manum recipere curaremuſ. predium *Zuerici* quod ñr̄ę̄ fuit proprietatis illorum e contra ſubiganteſ ditioni. Horum igitur deſiderio primatum ñr̄ōr̄um ſatiffacienteſ conſilio id quod illorum erat ad manum ñr̄ām recepimuſ et in illorum iuſ quod ñr̄ī erat iuriſ amabiliter remiſimuſ. Tranſactiſ autem ita hiſ omnibuſ prędictum predium *Sannanabiki* quod tunc ñr̄ę̄ iudicabatur eſſe proprietatiſ *in comitatu widikindi in pago huuettiga* ſitum cum omnibuſ utilitatibuſ ad idem pertinentibuſ areiſ edificiiſ agriſ terriſ cultiſ et incultiſ pratiſ paſcuiſ campiſ ſiluiſ uenationibuſ aquiſ aquarumq̄. decurſibuſ piſcationibuſ moliſ molendiniſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ queſitiſ et inquirendiſ ob amabilem coniugiſ ñr̄ę̄ *giſlę* imperatriciſ auguſtę interuentum et ob minime denegandam dilectiſſimę proliſ nrę *Heinrici* regiſ petitionem nec non *Herimanni marchioniſ* meinuuerco uenerabiliſ uitę ēpō ſueq̄. ecc̄lię in ſc̄iſſime dei genetriciſ marie et pretioſiſſimi martyriſ kiliani et glorioſiſſimi confeſſoriſ liborii honorem conſtructę eo tenore in proprium tradidimuſ ut ipſe ſuiq̄. ſucceſſoreſ de eodem liberam deincepſ habeant poteſtatem tenendi tradendi uendendi commutandi uel quidquid placuerit ſibi faciendi ad utilitatem tamen prędictorum ſc̄ōr̄um ecc̄lię recordati ſumuſ namq̄. non in hoc tantum ſed in aliiſ ſibi adhuc deo uolente a nobiſ tradendiſ prędiiſ quod ſuum aſſiduum ſeruitium deuotiuſ et ceteriſ ñr̄iſ pontificibuſ frequentiuſ non quaſi uno ſed in omni tempore anni habuimuſ. Et ut hęc nrę traditioniſ auctoritaſ ſtabiliſ et inconuulſa per labentia temporum curricula obſeruetur hoc pręceptum inde conſcriptum ſubtuſ manu propria confirmauimuſ et corroborauimuſ ac ſigilli ñr̄ī impreſſione diligentiuſ inſigniri precepimuſ.

Ab anno 879 vsque 890. imperante Karolo Crasso et

Signum domni Chuonradi  inuictissimi Romanorum imperatoris augusti

Vdalricus cancellarius recognouit.

data III non. augusti indict. XIIII anno dñicę incarnationis MXXXI anno autem domni chuonradi cēdi regni VII. imperii uero V. actum Immedeshusun.

In hoc diplomate subscriptio archicancellarii quidem deest. Illud vero momentum notam falsitatis eidem inurere nequit. *Aribo* enim archicancellarius VIII. id. Aprilis mortuus erat, testante *Vita Godehardi* Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 494. nouusque archicancellarius *Bardo* mense Augusto nondum electus videtur. Ex ipso autem diplomate discimus, prædium *Sannanabiki* cum bonis villarum, ad idem relatarum, ad pagum spectasse *Huuetigo*. *Sannanabiki* hodie dicitur *Sandebeck*, et ad iura pertinet dominorum de Schilder, qui bona in hoc vico habent ex feudo ab ecclesia Paderbornensi. *Hornan* locus hodie nominatur Horen, estque vrbs comitatus Lippiensis. Cum vero villa *Aldanthorpe*, hodie Oldendorp haud procul ab oppido Horen, in traditionibus nostris §. 190. ad pagum referatur Thiadmelli, ex eo intelligitur limitem pagorum Thiadmelli atque Huuetigo constituendum esse inter *Horen* et *Oldendorp*. *Vinesbiki* locus hodie dicitur Vinsbeck, situs non procul a vico Sandebeck. *Holthusun* vero videtur maior vel minor vicus Holthusen, obuius haud procul a Rupe picarum, quæ patrio vocabulo nuncupatur *Externstein*, ad angustum per montes Teutonicos transitum non procul ab oppido Horen ac loco *Varianæ cladis* situs, in quo *Drusus*, a Visurgi rediens, a Sicambris incluſus putatur. Ad castrum *Externstein* villa *Holthusana* reperitur, singulare atque admirabile naturæ opus, rupes scilicet altissima et quadruplici vertice abrupta, vbi in plano montis est castellum. Olim ibi malli locus fuit, in quo Saxones ad iudicia prouincialia coierunt. Circa annum MXCIII. locus ille cum villa *Holthusen* in manus peruenit Gumberti, abbatis Abdinghouiani in vrbe Paderborna, vti docent sequentes episcopi Paderbornensis Heinrici litteræ, e MSćto huc insertæ. En illas.

℣ In nomine sc̄ę̄ et indiuiduę trinitatis Heinricus dī gratia patherbrunnensis ecc̄lię c̄ps notum esse uolumus uniuersitati fidelium quod tribus fratribus secundum carnem nobilibus diuidentibus hereditatem uni prouenit in parte sua territorium *Colstide* alteri superius *Holthusun* tertio nomine *Imiconi* inferius *Holthusun* quorum unus dedit partem suam scilicet *Colstide* sc̄ō liborio ad principalem ecc̄liam in patherbrun. alter suam partem uidelicet superius *Holthusun* tradidit sc̄ō luidgero in *Werthen* quam traditionem ut ille tertius nomine *Imico* consentiendo laudaret ei de sua parte lapidem *agisterstein* in uicino nemore & totum a cacumine ipsius lapidis usq;. in campos inferioris *Holthusun* & usque ad campos uicini loci *Hornon* in proprietatem dederunt sicq;. idem *Imico* usq;. ad finem uitę suę cum territorio *Holthusun* eundem lapidem usq;. ad p̄dictos fines singulariter possedit. p̄dictus uero *Imico* morienś suum filium nomine *Erphonem* heredem reliquit qui & p̄dictam patris hereditatem absq;. contradictione tenuit. ipse autem immatura morte p̄uentus matri suę *Idę* sua omnia hereditauit a qua uidelicet *Ida* cum con-

consensu filię suę nomine *Witsuit* & generi sui nomine *Euerhardi de Veltheim* & aliorum heredum domnus *Gumbertus* uenerabilis nrę ciuitatis abbas datis XIIII libris argenti cum aliis xeniis monasterio cui prę- fuit in honore scōrum āplorum petri & pauli constructo idem territo- rium cum lapide iam dicto & cum uicino nemore pleniter ut prędictus *Imico* & sui heredes tenuere acquisiuit & VI. solidos grauioris monetę qui inde omni anno soluuntur fratribus suis monachis in refectorio ad caritatem seruire constituit in anniuersario *Ottonis comitis* & item in anniuersario eiusdem laici nomine *Bosiconis* fratris ipsorum quorum utrq. quinq. marcas ad coemtionem ipsius territorii impendit pro hac ipsa causa scilicet pro commemorando anniuersario eorum. Huius rei testes sunt *Gerhard Wolfhard Walraf Embrico Meinger Godescalc Sibertus Thithmar* & alii multi. Hanc autem cartam istam traditionem scriptam tenentem ego *Heinricus* dei gratia patherbrunnensis sedis ēps rogatu prefati abbatis & fratrum suorum sigillo nrō insigniri feci anathematis sententia feriens omnem personam quę hec bona prędicto monasterio auferre tentauerit absq. iusta & utili commutatione. Acta sunt hęc anno incarnationis dnicę MLXXXXIII. indict. II. imperante romanis Heinrico III. guber- nante Corbe- iam Bouone.

Postquam itaque locus iste in possessionem Werdinensis abbatis ad Ruram peruenit, primum in villa *Holthusen* ædes est sacra constructa, deinde quoque in supremo rupis fastigio, quæ publicæ viæ imminet, sacellum cum altari apparatum intra natiuam structuram lapidis. Istic olim sacerdos e monachis operabatur sacris, et erat Werdensium abbatibus Helmstadium proficiscentibus statio et hospitium in villa *Holthusen* adiacente.

Hisce præmissis addere quædam debemus de villa nostra *Holthus*, in qua Rothardus Widikindeus quædam donauit, quæque eadem videtur, in qua abbas Corbeiensis Thimo duos mansos, quos Hermannus de Albaxen in feudo possederat, anno 1262 contulit monasterio, in Valckenhagen exstructo intra comitatum Lippiacum, testantibus litteris sequentibus. En eas ipsas.

Thimo dei grā Corbeiēn. abbas omnibus hanc litteram inspecturis salutem in dnō. Per psens scriptum notū facim⁹ uniuersis quod nos II. mansos sitos in uilla *Holthusen* quos *Hermannus de Albaxen* a nobis et ecclia nrā in feodo possidebat ipso petente et ad hoc nobis ipsā proprietatem resignante contulim⁹ ecclie in *Valkenhagen* cum omni iure scilicet domib⁹ campis siluis pascuis et ceteris attinenciis in proprietate deinceps et ppetuo possidendos. ita tamen quod in recognicionem proprietatis nrē in eisdem mansis II. fundos cere II. denarios graues ualentes singulis annis in festo bti Viti ad custodiam psoluantur. Et ut hoc factum nrūm eidem ecclie in *Valkenhagen* nemo infringere ualeat posterorum. psentem litteram eidem assignauim⁹ in testimonium geste rei sigilli nrī munimine roboratā. Dat. Corbeie anno dnī M. CC. LXII. VIII. kal. iunii.

In eadem villa *Holthusen* anno 1273 præpositus sanctimonialium in *Valkenhagen* comparauit decimam a Iohanne de Frenken, antea resignatam Timoni abbati Corbeiensi, vti docent litteræ sequentes, nondum editæ:

Notum sit uniuersis presens scriptum uisuris quod ego *Johannes* miles dictus *de Frenken* decimam in *Holthusen* dnō meo *Timmoni* uenerabili abbati Corbeiēn. nec non et conuent⁹ eiusdē a cui⁹ manu hanc titulo feodali habui libere resignaui quam resignationem quia eam p necessitate corporis in dicti dnī mei uenerabilis psentia facere non potui me fecisse p psencia recognosco. quam decimā supradictam *Arnold⁹* dc⁹ *de Hauersuorde* dei grā ppos⁹ scīmonialium in *Valkenhagen* sibi cum ipso collegio comparauit. Cui⁹ rei testes sunt honorabilis dnūs ppos⁹ *Otto in kemenatis* qui memoratam resignacionem cum

Ab anno 879 vſque 890 imperante Karolo Craſſo et

per me ſigillum non habeo per appenſionem ſigilli eiꝰdem eccℓie publice ꝓteſtatur item Bernardꝰ gēn. aduocat. *Hinricus* et *Bernardus* fratres dicti de *Halle* ceteriq;. quam plures. Datum kemenatis Anno dñī M. CC. LXXIII. ipſo die palmarum.

Sigillum capituli eccleſiæ Keminadenſis vide in Tabula V. num. 4.

Hanc decimam in villa *Holthuſen* confirmauit demum anno 1285 conuentui ſanctimonialium in Valckenhagen Henricus, Corbeienſis abbas, donauitque curiam et decimam, ad *Dane* obuenientem, et bona quædam in *Wienchuſen*, vti approbant tria diplomata ſequentia, quæ hic primum in lucem emittere volupe eſt. En illas.

Henricus dei grā abbas Corbeiēn. prior totusq;. conuentꝰ eiꝰdē eccℓie ꝑſentia uiſuris ſalutē in omni ſalutari. Cum *Ioannes* miles dictus *de Vrenken* nec non *Bruno* et *Ioannes* heredes filii ſui decimā in uilla *Holthuſen* ſitam cum omnibꝰ ſuis attinentiis et alia bona in eadem uilla que iidē a ñrā eccℓia in pheodo poſſidebant in manꝰ ñrās reſignauerint ꝑſentibꝰ firmiter ꝓteſtamur nos eandē decimā cū oībꝰ ſuis attinentiis et aliis bonis ſiue in ſiluis in campis in paſcuis ſiue in aquis ſicut ꝑnotati uidelicet *ioannes* miles *de Vrenken* et filii ſui ꝑdēī a ꝑtacta ñrā eccℓia poſſidebant ita ꝓpter deum ꝰuentui ſcīmonialium in *Valckenhagen* in ꝓprietatem perpetuam ꝰtuliſſe ꝑterea cum dñūs Thymo abbas ꝺte memorie ꝑdeceſſor ñr ſicut ipſiꝰ litere ſub ſigillis ipſiꝰ et ꝰuentꝰ ñrī ꝑdēī publice ꝓteſtantur curiam et decimā in *Dane* cum omnibꝰ ſuis attinentiis a *Bertoldo* milite et *Wernero* fratre eiꝰ ꝺēīs *de Lippia* qui hec bona a ñrā eccℓia Corbeienſi tenebant in pheodo in ipſiꝰ manꝰ libere reſignata ꝑdēē eccℓie in *Valckenhagen* in ꝑpetuū ꝓpetatē ꝰtulerit. nos hoc factū ꝑfati anteceſſoris ñrī ratū et gratum habentes tenore ꝑſentium ob diuine remunerationis intuitū ꝰfirmamꝰ. hoc adiecto. quod in horum omniū ac ſingulorum recognitionē eccℓia ſepe ꝺcā in *Valckenhagen* de decima ſupra ꝺcā in *Holthuſen* ſingulis annis annū fundū cere ꝑſoluet theſaurario Corbeienſi item de aliis bonis in eadē uilla unū fundū item de curia *Wienchuſen* unū fundū item de decima in *Dane* unū fundū uel pro quolibet fundo unꝰ grauis denariꝰ ꝑſoluetur. Ut autem hec omnia in ꝑpetuum inconuulſa permaneant nos ꝑdēī abbas et conuentꝰ Corbeiēn. hanc ꝑſentē paginā ſigillorum ñrōrum appenſione decreuimꝰ roborandā. Datum Corbeie anno dñī M. CC. LXXX V. in dominica qua cantatur Circumdederunt.

Sigillum abbatis eſt idem quod appendet diplomati abbatis Henrici, et æri inciſum dedimus. Capituli autem ſigillum vide in Tab. IV. num. 3.

Thimo dei grā Corbeienſis eccℓie abbas notum eſſe uolumꝰ et p̄ñti ſcripto ꝓteſtamur quod nos reqſito et habito ꝰſenſu capituli ñrī Corbeienſis bona in *Wienchuſen* et decimam in *Dane* clauſtro et ꝑpoſito in *Valckenhagen* ꝰtulimꝰ tali pacto quod eiꝰdē clauſtri ꝑpoſitꝰ ſingulis añis unum talent. cere dabit eccℓie corbeienſi. ſupa dcā enim bona et decimam ꝑdictā *Bertoldꝰ* miles dcūs *de Lippia* cum *Wernero* fratre ſuo de manu ñrā tenuerat et cum ea ꝑpoſito *Arnoldo* dcō *de Hauerſuorde* collegio ſupa dcī clauſtri uendidiſſent et hac ratione nobis ea libere reſignaſſēt. nos ipſorum ꝓprietatem eidē ꝑpoſito et eiꝰdē clauſtri collegio ſupradcō pacto ꝰtulimꝰ et hac ñrī ſigilli appenſione cum ſigillo capituli ñrī Corbeienſis in ꝑſenti pagina ꝓteſtamur. Dat. in Monte Martis anno grē M. CC. LXX. III. in medio quadrageſima.

Notum

§. 294.

guber-nante Corbe-iam Bouone.

Tradidit albertuſ pro proximo ſuo milon unam familiam in *ſcidiri-marcu* (f)

§. 295.

Notum ſit uniuerſis p̄ſens ſcriptum uiſuris quod ego *Bertoldus* miles đñ⁹ *de Lippia* cum fratre meo *Wernero* bona in *Wienchuſen* et decimam in *Dane* đñō meo Thymoni uenerabili abbati Corbeiēñ. nec non et ⁹uentui ei⁹dē a cui⁹ manu hec habui libere reſignaui quam reſignationē quia eam p̄ neceſſitate corporis in dēī đñī mei uenerabilis abbatis p̄ſentia facere non potui me feciſſe p̄ p̄ſentia recognoſco que bona ſup^a dēā *Arnoldus de Hauerſforde* gr̄ā dī p̄poſit⁹ ſc̄imonialium in *Valkenhagen* ſibi cum īp̄ō collegio comparauit. Hui⁹ rei teſtes ſunt. *Bertold⁹ de Neze. Herbold⁹ de Meingodeſſen* milites. *Volcmar⁹ de Brunſwick. Henric⁹ de Brunſwik. Conrad⁹ Biſiworm. Godfrid⁹ carnifex. Sifrid⁹ de Nouali. Henric⁹ de Hauerſforde* et alii quam plures. ut autem reuolutio temporis hui⁹ facti obliuionē non inducat p̄ſens ſcriptum meo ſigillo in p̄dictorum euidentiam roboraui. Datum anno dñī

o o

M. CC. LXXIII.

Sigillum vide in
Tab. V. num. 5.

(f) *Scidiri marcum* nomen accepiſſe a villa, adpellata Scitira, quam ſupra §. 3, in pago exſtitiſſe Huuetigo, deprehendimus, res eſt probabiliſſima. Cum itaque *Scitira* villa fuerit Schier olim, ad Sualenbergicum comitatum relata, iam vero ad iura dominorum comitum de Lippia pertinens, inde ſequitur, marcam *Sciđiri* in eadem regione fuiſſe. Videtur ibidem limes ſeu terminus conſtitui debere pagorum *Auga*, *Nithega* atque *Huuetigo*, et veriſimillime etiam pagi *Tilithi*. In regione enim cis cœnobium Marienmunſter inuenimus *Tilideſſen marcam*. Fuiſſe autem circa caſtrum Schier limitem pagi *Huuetigo*, concluſimus præterea ex eo quod vicus *Holthuſen*, qui non procul et tantum duo milliaria a noſtra Corbeia abeſt ſeptentrionem verſus, et ad iura ſpectat nobilium dominorum de Borg, ad pagum referatur *Nithega*, vti iam ſupra vidimus, et ſequentibus, e MSćto productis, litteris comprobamus. En illas. De Sciđirimarcu.

℄ Notum ſit omnibuſ fidelibuſ preſentibuſ ſcilicet et futuriſ quod quidam fideliſ nomine *Hildelin* per conſenſum ſuę contectaliſ *ode* et iuſtiſſimi herediſ *Arnaldi* unam aream et XL. iugera cum omnibuſ appendiciiſ *in pago Nihterga* in uilla quę dicitur *Holthuſun* et Arnalduſ dcūs cum conſenſu matriſ ſuę eiuſdem *Odę* et predicti *Hildelini* unum litum *in pago Almunga* in uilla que uocatur *Barghuſun* cum ſua uxore et filio et cum omnibuſ eiuſdem predii appendiciiſ ad dñīūm ſcę dī genitriciſ marię et ſc̄ī kiliani martyriſ ſc̄iq̄. liboorii confeſſoriſ atq̄. pontificiſ pro decimatione ſuper uillam *Emiggarothun* acquirenda in proprium tradidit quod uero *meinuuercuſ* ēp̄uſ pie perpendenſ predicto *Hildelino* et ſuę contectali et *Arnaldo* omnibuſq̄. poſteriſ eiuſ eandem decimationem ſuper uillam quę *Emiggarothun* uocatur pro predicto predio per ſuum aduocatum *Amelung* in proprium dedit. hęc itaq̄. traditio III. non. nouembriſ primum facta IIII. non. ianuarii in Patherbrun iterata atq̄. confirmata eſt conſedentibuſ ibidem archiēp̄ō *Hunfrido* et ēp̄ō *Sibertho* et *Hildiuuardo* atq̄. *Liuizone* ēp̄īſ et aſtantibuſ *Fritherico Gerberto Thiaderico* comitibuſ Brun Godebald Erp Rathaboda Ecbert Wiltzin Thiadric Haold Offa Haold Godeſcalc Bennaka Folchard.

Quo anno hæc data ſit charta, quam olim quoque e manibus bibliopegi Pilgers extorſimus, non conſtat. Interim in contextu ipſo quædam inſunt, quæ nos indu-

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Craſſo et

§. 295.

Tradidit godſcalcuſ pro patre ſuo uueghan in *ualahuſ* (t) LIIII iugera.

§. 296.

Tradidit uaiarinuſ pro matre ſua unam familiam in *rarbeke* (u)
tradidit haalduſ pro ſe III familiaſ in *adalmandingauuerthien* (v)

§. 297.

inducunt ad credendum eandem vel circa initium anni MXXX. vel anno MXXXII. eſſe exaratam. *Hunfridus* enim Magdeburgenſis archiepiſcopus, *Siberthus* Mindenſis, et *Hildiwardus* Citizenſis epiſcopi ibi adparent. Quis vero *Liuizo* epiſcopus ſit, in diſceptationem venire poſſet. Si enim perhibere velles, eundem fuiſſe *Libentium II*, Bremenſem archiepiſcopum, eius anteceſſor Unwanus mortuus erat anno 1029, teſtante Alberto Stadenſi p. m. 117. tunc videtur impedire ſententiam nomen Epiſcopi. Si itaque dicere voles, eundem in hac charta vltimo loco poni, et tantum appellari epiſcopum, quia nondum confirmatus fuerit, charta hæc ſcripta eſſe debuiſſet circa initium anni MXXX. Quodſi autem mauis intelligere *Liuzonem* epiſcopum *Brandenburgenſem*, tunc e Wipponis Vita Conradi, Hermanno Contracto, et Veteri Chronico in notis Broweri ad Vitam Meinwerci patet, eundem *Liuzonem* anno MXXX a Miſecone Polono cum multis aliis eſſe captum, et barbarum in modum inſtar vilis mancipii tractatum. Cum igitur cæſar Conradus demum anno 1031 comparato exercitu expeditionem in Poloniam ſuſciperet, Poloniamque cædibus et vaſtatione ad obſequium tributumque compelleret, *Liuzo Brandenburgenſis* epiſcopus demum circa finem anni MXXXI libertati reſtitutus eſſe potuit. Qui ſi cæſarem ſecutus eſſet Paderbornam, ante initium anni MXXXII Paderbornæ præſens eſſe nequiuiſſet. Ita inde ſequeretur, hanc chartam eſſe datam anno 1032. Si porro villa *Emigarothun* eſſet Eſſchenrode in præfectura Münden in Göttingenſi principatu, tunc perhibere liberet, *Hildelinum* in hoc diplomate inter progenitores dynaſtarum de Sichelnſtein eſſe referendum. Nomen enim Hildelinorum in eadem familia erat vſitatum. Hoc vero poſito, placeret dicere, vxorem eius *Odam*, cuius nomen in gente Ludolfina in vſu erat, Brunonianæ fuiſſe ſtirpis, eandemque primum nupſiſſe marito e gente Widikindea, cui pepererit *Arnaldum*. *Arnaldus* enim tantum appellatur filius *Odæ*, et maius ius in villa *Barghuſun* in pago Almunga habuiſſe videtur quam *Hildelinus*. In pago Almunga autem paſſim familia Widikindea dominata eſt, quemadmodum Brunoniana in pago Nithega.

De villa Valahus in pago Logne.

(t) *Valahus* villam *in pago* fuiſſe *Logne*, docet nos Saracho in ſuo Regiſtro bonorum abbatiæ Corbeienſis. Intelligimus ergo, deſignari per eam vicum *Wahlſhuſen* in principatu Göttingenſi, et quidem in præfectura Uslar ad fluuium dictum die Schwulm. *Godeſcalcum* itaque ad progenitores comitum de Northeim et Daſſel retulimus §. 104. not. (l), quia, hanc villam in eorum comitatibus fuiſſe, nemo non videt.

De villa Rarbeke in pago Heſſi Franconico.

(u) Villam *Rarbeke* exſtitiſſe *in pago Heſſi Franconico*, atteſtatur diligentiſſimus noſter Saracho abbas. Si ergo quæritur, quinam intelligatur vicus, putamus, indicari vicum *Rorbach* in principatu Hirſchfeldenſi, hodierno tempore ad iura ſpectantem ſereniſſimorum Landgrauiorum Haſſiæ. Arbitramur itaque *Vaiarinum* noſtrum nullum fuiſſe alium, niſi eum, quem Eccardus iunior nominat *Werinhere*, quemque ſupra §. 216. auum regis Germaniæ Conradi I fuiſſe ſtatuimus. Ex hoc enim §. 296. patet, eum bona hereditaria in Haſſia poſſediſſe. Et quamuis nomen matris eius h. l. non exprimatur, patet tamen e Chronico noſtro MSto, ſupra §. 216 et §. 279. adducto, illam fuiſſe ſereniſſimam *Gherburch*, proneptem glorioſiſſimi cæſaris Caroli M. conf. infra §. 380.

De villa Adalmandingawerthien.

(v) *Adalmandingawerthien* fuit *in pago Heſſi Saxonico*, teſtante noſtro Regiſtro. Quis vero intelligendus ſit vicus, neſcire id nos, ſincere fatemur.

(w) *Rain-*

§. 297.

Tradidit richarduſ pro proximo ſuo ekkiardo duo mancipia. gubernante Corbeiam Bouone.

§. 298.

Tradidit theodoricuſ duaſ familiaſ in *rainaldinghuſen* (w) et in *gellithi* (x) pro ſe et pro coniuge ſua fritheruna.

§. 299.

Tradidit uolcmaruſ pro fratre ſuo uoluered unam familiam in *bech* (y)

§. 300.

(w) *Rainaldinghuſen* erat, Regiſtro noſtro teſtante, villa ſita *in pago Flotwitha*, quem olim in Principatu Lunenburgico in præfecturis Nienburg, Meinerſen ac Burgtorff et circa monaſterium Wienhuſen exſtitiſſe, iam ſupra §. 193. vidimus. Ergo, *Rainaldinghuſen* eſſe vel villam deſolatam, vel Roddenſen haud procul ab oppido Burgtorff, vel Rottenſen non procul a vico Sivershuſen fuiſſe, putamus. De villa Rainaldinghuſen in pago Flotwitha.

(x) *Gellithi* fuit ſita *in pago Saltgo*, quem in epiſcopatu Hildeſienſi in præfecturis Sladem et Liebenburg, ac in præfectura Lichtenberg in ducatu Brunſuicenſi, fuiſſe, ſupra §. 201. diximus. *Gellithi* itaque non erit Gittel in præfectura Stauffenburg, neque Geitel haud procul a monaſterio Steterburg in Wolfferbuttelenſi Principatu. Illa enim appellatur *Getlithi* et in pago Hlisgo ponitur. Atque hæc, ſi iam tempore cæſarum Carolingicorum fuiſſet, in pago exſtitiſſet Falhen ſeu Liergewe. Sed vicus ſubeſt *Gielde* in præfectura Sladem. Quis igitur negare poterit, *Theodoricum* noſtrum inter progenitores Slademenſium comitum numerandum eſſe, cum nullo modo probabile videatur, dominum ex alia familia potuiſſe bona hereditaria poſſidere in vico *Gielde*, qui haud procul a caſtro Sladem exſtat, quam dominum, ad progenitores comitum Slademenſium ſpectantem. quem vero, quia et in pago Flotwitha bona hereditaria habuit, ſimul origine Billinganæ ſtirpis fuiſſe oportet, cum negari nequeat, familiam Billinganam in Luneburgico ducatu dominatam eſſe. Nemo ergo non videt, optimo niti fundamento ſententiam noſtram de origine Billingana Slademenſium comitum, quorum bona, cum hereditaria fuerint, quæ et ad fœminas iure deuoluuntur, fœminæ ſtirpis Billinganæ adire eorum bonorum poſſeſſiones valuerunt, exſtinctis comitibus Slademenſibus, cum Billingani eadem bona per fœminas ſint aſſecuti. De villa Gellithi in pago Saltgo.

(y) Villa *Bech* a Sarachone abbate ponitur *in pago Sudergo*, quem in epiſcopatu Monaſterienſi circa vrbem Monaſterium fuiſſe, iam ſupra aſſeruimus. Probabiliter ergo intelligitur *Beckem* in eodem epiſcopatu Monaſterienſi inter Herſelt et Alen. Cum vero locus *Herſelt*, olim dictus Hirutfeld, ad Luppiæ fluminis ripam in pago fuerit Dreini, *Actis Idæ ducissæ* teſtantibus f. 173. nemo non videt, terminum pagorum *Dreini* et *Sudergo* conſtituendum eſſe inter villam Bech atque Hirutfeld. Probe itaque villa noſtra *Bech* diſcerni debet primo a villa deſolata *Becke* in pago Guddingi, deinde a vico *Beckum* in epiſcopatu Hildesheimenſi ſub præfectura Peina, et denique a *Becke* villa, quam cæſaris Ottonis M. auus, Otto ſcilicet, dux Saxoniæ, monaſterio Aſſindienſi ſeu Eſſen tradiderat, quamque eius genitor Heinricus rex firmitatis cauſa iterum eidem tribuerat, vti ſequentes teſtantur litteræ, quas e membrana deſcriptas et ab amico nobiscum communicatas adiungimus. En illas. De villa Bech in pago Sudergo.

℣ Jn nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Otto diuina fauente clementia imperator auguſtuſ nouerit omnium fidelium ñõrum induſtria qualiter ūcñ. abbatiſſa *mahtildis aſſindienſis* monaſterii a bone memorie alfrido preſule in honore ſc̄i ſaluatoriſ ſc̄ãēq. dei genetriciſ et uenerandorum

Ab anno 879 vsque 890 imperante Karolo Crasso et gubernante Corbeiam Bouone.

dorum cosmae et damiani martyrum nec non et omnium sc̄ōr̄um constructi nos adiit postulans ut immunitate regia idem coenobium uti a predecessoribus n̄ōr̄īs fuerat donatum et nos in presentiarum muniremus cuius uoto ob religiosi archipontificis *geronis* et nepotis n̄ōr̄ī et equiuoci *ottonis* obtemperantes ceterorumq;. ēp̄ōr̄um ac comitum petitionem electionis arbitrium cum hoc necessitas exegerit primo concedimus. insuper et regum aliorumq; dei fidelium traditiones illuc collatas quarum auctoritatis scripta deflagrato prefato monasterio ignis exusserat perpetua firmitate roboramus uidelicet decimam omnem quae habetur inter duo flumina *emmara* et *rura* a riuulo *betunia* et a molendino ilonis usq;. ad locum *lireta* et *lippera* quam ei ūēn̄. archiēp̄ūs coloniensis ec̄c̄liae *guntharius* domni apostolici *nicolai* et ēp̄ōr̄um totiusq;. cleri consensu contulerat excepta particula in loco *ruoldinghus* quam eggelhard et eius coniux rekeld iure hereditario possederunt duas etiam uillas *tahenberg* et *cassella* a *hlothario* rege et a *hludouuico* curtem *hukkerci* nuncupatam et quidquid habuit in comitatu *ekberti* et *calibonis* tres insuper alias curtes *halssa archem* et *horte* uictui sc̄īmonialium et a *karolo* curtem unam *uuodenesberg* nominatam a regibus datas et curtem a *proauo* n̄r̄ō *ottone* duce dictam *bekke* illi traditam et ab auo n̄r̄ō *heinrico* rege atq;. a domno genitore n̄r̄ō *ottone* imperatore augusto firmitudinis causa eidem iterato tributam. precipimus quoq; ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in loca predicti monasterii quae uel nunc possidet uel quae deincepsin ius ipsius sc̄ī loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas uel freda aut tributa aut conlectas aliquas exigendas aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines istius ec̄c̄liae restringendos nec ullas illicitas occasiones requirendas n̄ōr̄is et futuris temporibus ingredi audeat neq;. telonium neq; parafredas uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat nemoq;. ad mallum conuocandi homines eiusdem ec̄c̄liae seruos litos uel liberos habeat potestatem nisi aduocatus quem abbatissa eiusdem loci ad hoc opus delegerit hoc regalitatis n̄ōr̄ae precepto manu firmato et anuli n̄ōr̄ī impressione insignito.

Signum  domni ottonis inuictissimi īm̄p̄r̄is augusti.

uuilligisus cancellarius ad uicem rotberti archicapellani recognoui et *ssss.*

data X kal augusti anno incarnationis domni DCCCCLXXIIII. indict. I anno regni domni ottonis XIIII. imperii autem VII actum aquisgrani in d̄ī nomine feliciter amen.

Quamuis autem in hoc diplomate villa *Bekke* nullo tribuatur pago, coniectamus tamen, eam esse vicum *Bokem*, in episcopatu Monasteriensi inter Herberen et Cappenberg situm. Atque hæc villa probabiliter pars bonorum hereditariorum fuit, quæ Ecbertus, dux occidentalium Saxonum, eadem in regione possedit, vti *Acta Idæ ducissæ* p. 173. testantur, a quo hæc villa in manus eius nepotis peruenit.

)o(

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS SEPTIMA,

QVAE BONA RECENSET, QVIBVS ORNARVNT

ECCLESIAM CORBEIENSEM

DOMINI QVIDAM

TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

GODESCALCI

AB ANNO 890 VSQVE 900.

REGNANTE ATQVE IMPERANTE

ARNOLFO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 300.

Tradidit adilger unam familiam in *heriſtorpe* (z) pro filio ſuo rethmanno.

§. 301.

(z) *Heriſtorpe* villam fuiſſe *in pago Norththuringi*, docet nos Saracho abbas. Cum autem pagus *Norththuringi* fuerit in ducatu Magdeburgico, vti ſupra §. 20. vidimus, ſine dubio vllo *Heriſtorpe* villa in eodem ducatu olim exſtitit. Putamus ergo, eandem villam eſſe *Harſtorp* vicum deſolatum haud procul ab vrbe Magdeburgo, quamuis et negare nolimus, intelligi poſſe vicum *Hergiſtorp* deſolatum olim inter Kochſted et Egelen exſtantem, de quo in hiſtoria Græningenſi pluribus. Ad quam vero familiam ſpectauerit *Adilger* cum filio ſuo *Rethmanno*, id in obſcuro latet. Fortaſſis ille ad Albionis poſteritatem referendus eſt. At hoc perquirendum aliis relinquimus. Nec perhibere audemus, *Adilgerum* noſtrum fuiſſe *Adalgerum* comitem in pago Hliſgo, quem diploma regis Arnolfi, ſupra §. 238. allatum, anno 889 meminit. Quamuis enim Chronologia opinioni illi non repugnet, nec inuſitatum fuerit, vnum eundemque dominum bona hereditaria poſſediſſe in hoc pago, in alio autem pago comitatum; arbitramur tamen, aliquid certi definiri non poſſe. Vixiſſe vero eodem tempore *Adilgerum* noſtrum, quo *Adalgerus* comes vixit, patet e §. ſupra ſequenti. Ex eo enim pateſcit, tradidiſſe quædam Helmricum ad reliquias ſanctorum Stephani, Viti atque *Iuſtini*, e quo firmiter argumentamur, Helmricum eadem largitum eſſe poſt annum 891. E noſtro enim chronico MSto et coætaneo diſcimus, corpus S. Iuſtini martyris e Francia in Saxoniam translatum et in monaſterio Corbeia collocatum eſſe VI. Kal. Aprilis anno DCCCXCI. Cum ergo quædam S. Iuſtini reliquiis tradita fuerint, ſequitur, eadem eſſe donata poſt diem XXVII. Martii anno 891. Eo autem iam tempore tam *Carolus Craſſus* depoſitus, quam *Bouo*, abbas Corbeienſis, mortuus erat. Et quidem, quod ad *Carolum* cæſarem attinet, incurrerat ille in odium offenſionemque imperii procerum, partim ob fœdam pactionem initam cum Nortmannis, quibus regio Sequanæ permiſſa, quæ vſque in hodiernum diem *Nortmannia* appellatur, partim reiectione *Richardis* auguſtæ, cui miſerat libellum repudii, partim depoſitione *Liutwardi* epiſcopi, quem leui ſuſpicione conſuetudinis cum Auguſta notatum ex aula abiecerat, antea vero archicapellanum et ſummum moderatorem rerum omnium apud ſe habuerat. Hic in Bauariam ad *Arnolfum* ſe contulit, aliquid monſtri alens. Cum hoc machinari ſtuduit modum, quo cæſarem imperio priuaret. Quod et factum

De villa Heriſtorpe in pago Norththuringi.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 301.

Tradidit helmricus pro coniuge sua liuduui ad reliquias sc̄orum stephani uiti atq; iustini (A) locum qui dicitur *alfrikesrod* cum omnibus appendiciis suis siluis aquis pratis et agris et XIII familiis pro se suisq; omnibus et ad eccliam illius loci locum qui dicitur *bodonrod* tradidit ut esset sub manu illius presbyteri cum II familiis insuper et unam familiam suilem testes thiadricus guntharius sunthari thiatmarus geiu bernharduſ geiu euuuruuini uuila hoa kaeina fredericus uolcmarus cristin thiadricus bodo erdega siherd alfricus alfdagus fredemund isheri adalgerus.

§. 302.

ctum est. Nam cum *Carolus* anno 887 mense Nouembri in villa *Triburias* conuentum populi procerumque conuocasset, Franci, Saxones, Thuringi, Bauari et Alamanni ab eo desciuerunt, atque *Arnolfum*, filium *Carolomanni*, vltro in regnum vocarunt, subitoque ad hunc certatim transierunt ita, vt triduo elapso ne vnus quidem esset, qui Carolo saltem officia humanitatis impenderet, Rheginone et Annalibus R. Francorum p. 61. seq. aliisque testibus. Ita imperator, post *Carolum Magnum* inter omnes Francorum reges summus et maximæ auctoritatis ac potentiæ, omnibus regnis et bonis exutus ad tantam tenuitatem fuit redactus, vt, panis quoque egens, ab *Arnolfo* iam rege stipendia miserabiliter exigeret. Regnauit ergo *Arnolfus* ab anno 887 vsque ad annum 899, quo exeunte ad VI. id. Decemb. obiit. Ipsi filius eius *Hludouuicus* in regno successit, Chronico nostro MSto et coætaneo teste. Quod autem ad abbatem *Bouonem* spectat, mortuus ille fuit, eodem Chronico teste, anno 890, eiusque in locum ordinatus *Godescalcus*. Hic anno 900 vel depositus est vel vltro resignauit dignitatem. (Neutrum enim pro certo dicere possumus.) *Bouo II* tunc electus fuit. Quilibet ergo facile perspiciet, nobis commutandam esse consignationem annorum, ad marginem appositam.

De villa Alfrikesrode et Bodenrode in pago Guddinge.

(A) Villam *Alfrikesrode* aeque ac villam *Bodenrode* deprehendimus positam *in pago Guddinge* a Sarachone in suo Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeiensis. Hunc pagum circa oppidum Eltze exstitisse, supra asseruimus, rati, eundem vsque ad Haleram fluuium pertinuisse. *Alfrikesrode* est procul dubio vicus *Alferode*, quem olim et adhuc anno 1409 domini de Dudingen tenuere in feudo ab ecclesia Corbeiensi, vti latius dicturi sumus in *Clientela Corbeiensi*. Hic autem vicus nullus erit alius, nisi *Alvesrode*, in Principatu Calenbergico non procul ab oppido Eldagsen situs, a quo haud procul abest locus *Bockerode*, quem per villam *Bodenrode* intelligi et indicari, omnino arbitramur. Memoratu inter hæc dignum censemus, eadem in regione exstitisse villas ab *Alfrico* et *Bodone* quodam appellatas. Ex *Bodonrode* esse tandem factum *Bockerode*, nullus non perspicit. Non inepte ex eo colligere quis posset, nomen *Bucko*, *Bocko*, *Bodo* et *Bodiko* vnum idemque nomen fuisse. In gente Widikindi Magni quosdam *Alfricos* inuenimus, et in gente ducis Brunonis *Bodones*. Brunonem et Widekindum ex vno semine procreatos esse, asseruimus, et verisimillime inter progenitores eorum plures eis, quos habemus compertos, *Alfrici*, *Bodones*, *Buckones* seu *Bodikones* fuere, quemadmodum in hoc paragrapho *Alfricus* et *Bodo* inter testes apparent. *Bodiko* ergo, *dux Saxonum*, non esse videtur fictio recentiorum, vti vir quidam illustris arbitratus est. *Helmricum* retulimus supra p. 174 inter progenitores nobilium dominorum, de Altofago, dictorum, et hos a Brunone Angariorum duce deduximus. Fortassis *Liudwi*, vxor *Helmrici*, filia erat cuiusdam domini, ex sanguine Widekindi Magni orti, cuius posteros in eadem regione bona possedisse hereditaria, passim hæ Traditiones nos docent. Hoc modo potuit dominus, e gente Brunoniana ortus, bona tenere circa oppidum Eldagsen. Verum enim vero statuat quisque de hisce, quæ maxime volet. Coniecturas nostras pro enuntiationibus, firmo insistentibus talo, animus nunquam fuit venditare.

(B) In

§. 302.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit bernharduſ pro patre ſuo uuichardo et matre ſua uueldrud unam familiam in *aſſapa* et quidquid habuit illic et aliam in *billugeſhuſen* (B) et duo mancipia hrien et hathumer.

§. 303.

Tradidit *billing* pro fratre ſuo *brunhardo* unam familiam in *ſaſhelmeſhuſ* (C) et XXX. iugera.

§. 304.

De villis Aſſapa et Billugeshuſen in pago Logne.

(B) In noſtro Regiſtro ſequuntur hæc verba, *in Aſſapa et in Billugeshuſen in pago Logne continentur quatuor familiæ cum tribus manſis.* In quibus verbis dubium relinquitur, an villa *Aſſapa* ad pagum *Logne* quoque pertinuerit. Id ſi ita eſſet, vti perhibere quis poſſet, intelligere vellemus locum *Eſpel* ſeu *Eſpold* in præfectura Usler intra principatum Göttingenſem. Quia autem vicus quidam *Eſpel*, qui in documentis noſtris appellatur *Aſpe*, ſpectauit ad dynaſtiam Deſenberg, dubitamus, an hic, an ille vicus ſit intelligendus, cum certum ſit, progenitores Northeimenſium comitum in pago Heſſi Saxonico etiam bona quædam poſſediſſe. *Billugeshuſen* vero citra controuerſiam ad pagum *Logne* pertinuit. Non alius vicus indicatur, niſi *Billjeshuſen* in principatu Göttingenſi intra dynaſtiam Hardenberg ſitus, in qua etiam flumen quoddam dictum *die Eſpel* exſtat. Quidquid autem huius rei ſit, ſiue intelligatur Eſpel in principatu Göttingenſi, ſiue Eſpel in dynaſtia Deſenberg in epiſcopatu Paderbornenſi, certum tamen eſt, *Bernhardum* ad progenitores Northeimenſium et Daſſelienſium comitum ſpectaſſe, id quod ex villa *Billugeshuſen*, *in pago Logne* poſita, omnino apparet. Hinc etiam ſupra §. 104 not. (l) eum huic ſtirpi adſcripſimus, atque in eo nos neutiquam erraſſe putamus. De eius patre *Wichardo* quæ ſignificauimus, hic ſunt conferenda.

De villa Sashelmeshus in pago Bardengo.

(C) *Sashelmeshus* villa erat, Regiſtro noſtro teſtante, *in pago Bardengo*, quem in Principatu Luneburgico quondam exſtitiſſe eruditorum negat nullus. Cenſemus ergo intelligi vicum *Solshuſen*, in præfectura Winſen ad fluuium dictum die Luhe, in Luneburgico Principatu ſitum. Quis igitur alius eſſe poterit *Billingus* noſter, niſi *Billing* pater celebratiſſimi Saxoniæ ducis *Herimanni*, quem omnes in ducatu Luneburgico bona hereditaria poſſediſſe profitentur. Arbitramur autem, *Billingum* eadem bona hæc tradidiſſe pro fratre ſuo *Brunhardo*, cum hic ſub abbate noſtro *Godeſcalco* monaſterium Corbeienſe intraret, Deo in habitu monachico militaturus, vti membranæ noſtræ oſtendunt. Cumque idem *Brunhardus* vitam cum morte commutaret, alter eius frater *Siboda*, qui appellatur filius *Amalungi*, pro anima eius rurſus quædam in Principatu Luneburgico dedit, vti infra videbimus. Quæ omnia tam plana et perſpicua ſunt, vt nemo ſanæ mentis negare poſſit, ſermonem hic eſſe de patre et patruis Saxoniæ ducis *Herimanni*. Quantum itaque debent Billingani domini Corbeienſibus noſtris! Hi enim ſoli illis æternitatem immortalitatemque dederunt. Neque his dictis chronologia repugnat. Cum enim nobiliſſimus noſter *Brunhardus*, relictis omni hereditate, pompa et deliciis mundi, aſperiorem ſibi eligeret vitam, et cultum Dei omnibus blandimentis orbis terrarum præferret, domi rerum abundans, procul dubio adhuc vigebat iuuenilibus annis. Atque ex eo ſit palam, etiam *Billingum* noſtrum eo tempore adhuc ætatis flore viruiſſe. Cum itaque eius filius natu minimus, dux Saxoniæ *Herimannus*, obierit anno 973, nemo non videt, noſtrum *Billingum*, qui circa finem ſeculi IX. circiter habebat annum ætatis XVII, *Herimanni* patrem non eſſe non potuiſſe. Cumque *Billingus* anno 967 animam creatori reddiderit, Chronico noſtro coætaneo teſte, habuerit ille eo tempore circiter annum ætatis LXXXIV neceſſum eſt.

(D) Villa

Ab anno 890 vsque 900. regnante Arnolfo

§. 304.

Tradidit folcharduſ pro filio ſuo folchardo unam familiam in *ſteynhem* (D) et XXXX iugera.

§. 305.

Tradidit herdeg pro proximo ſuo hangbert unam familiam in *thiadwinigthorpe* (E) et XXXX iugera et in *hrorleueſſen* (F) et in *eferesſhuſ* unum manſum et XXX iugera.

§. 306.

Tradidit borchard duaſ familiaſ in *thologon* (G) pro ſe et pro uxore ſua iugera LX.

§. 307.

De villa Steynhem in pago Logne.

(D) Villa *Steynhem* fuit, noſtro Regiſtro teſtante, ſita *in pago Logne*, qui reperiebatur in principatu Göttingenſi. Intelligimus ergo, deſignari *Stein* locum inter Nörthen et Göttingam oppida ad flumen dictum *die Leine*, vbi quondam monaſterium in honorem Deiparæ virginis pro monachis ord. S. Benedicti fuit exſtructum. Cumque poſt annum MCVIII. nullum veſtigium deprehendamus, abbatiam Corbeienſem in eodem loco *Steynhem* bona poſſediſſe, probabile redditur, abbatem Corbeienſem bona ſua in eodem loco monachis in *Steina*, vtpote fratribus, tradidiſſe. Interim negare non libet, *Folchardum* inter progenitores comitum de Lutterberg eſſe referendum, vti et ſupra fecimus, a quibus, vel ſi mauis, a Northeimenſibus, inter quos, vti inter Pleſſenſes, nomen *Godeſcalci* ſæpius fuit repetitum, et nobiles domini de Pleſſe probabiliter originem habuere. de quibus in *Clientela Corbeienſi* pluribus.

De villa Thiadwinigthorpe in pago Almunga.

(E) *Thiadwinigthorpe* villam fuiſſe, *in pago Almunga* ſitam, docet nos abbas noſter Saracho, quem pagum exſtitiſſe in epiſcopatu Paderbornenſi didicimus ſupra. Villa autem *Thiadwinigthorpe*, hodie deſolata, probabiliſſime eadem eſt, quæ in litteris quibuſdam appellatur *Tiudorpe* et *Tudorpe*, olim ad dynaſtiam Wevelsburg intra diœceſin Paderbornenſem relata.

De villa Hrorleueſſen et Eferesshus in pago Huuetigo.

(F) *Hrorleueſſen* et *Eferesshus* tribuuntur a Sarachone abbate *pago Huuetigo*, quem olim in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano fuiſſe, ſæpiſſime et ad nauſeam vſque inculcauimus. *Hrorleveſſen* itaque procul dubio eſt *Roleſſen*, olim ad caſtrum Stoppelberg pertinens, caſtrum, quod quondam exſtitit inter Endorp et Ruenſieck (non Rudenſteck, vt volunt *Origin. Pyrmont.* p. 36) in comitatu Sualenbergico, cuius rudera ego ipſe anno 1723 menſe Decembri inſpexi. Ad illud olim quoque ſpectarunt Grevenborg, Oldenborg, Scheverlingen, Hagdorn, Bredenhop (non Bruhenhop), Summerſellen, Brakelſieck, Tienhuſen atque *Everſen*. Hic vltimus vicus procul dubio noſtra villa *Eferesbus* eſt. Arcem *Stoppelbergam* cum omnibus ad eam pertinentibus bonis vendidiſſe anno 1350 Agnetem, viduam Borchardi comitis de Sualenberg, epiſcopo Paderbornenſi, perhibet Nicolaus Schatenius in *Annal. Paderb.* P. II. p. 324; quo autem iure, id dicemus in *Clientela Corbeienſi*. Illud interim commemorandum erit, nos optimo iure *Herdegum* inter progenitores Sualenbergenſium comitum retuliſſe. Tam enim *in pago Almunga*, quam *in pago Huuetigo*, in quibus Sualenbergenſes bona ſua hereditaria habuerunt, bona hereditaria poſſedit. Quis vero fuerit *Hangbert*, an ſocer vel ſororius eius, id mihi prorſus eſt incompertum.

De villa Thologon in pago Sudergo.

(G) *Thologon* villa collocatur ab abbate noſtro Sarachone *in pago Sudergo*, quem circa metropolim epiſcopatus Monaſterienſis fuiſſe, iam ſupra diximus. Putamus igitur, intelligi locum *Telge* haud procul ab vrbe Monaſterio, ſitum. Atque ex eo coniectamus, *Borchardum* noſtrum fuiſſe filium vel conſanguineum comitis *Burchardi*, cuius comitatus erat anno 865 in pago Dreini ad Luppiam, teſtante diplomate

§. 307.

et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

Tradidit thiadmaruſ pro filio ſuo uuichardo unam familiam in *heſſchehirithi* (H) et II. iugera.

§. 308.

Tradidit Bertha II. familiaſ in *uerſithi* (I) et quidquid ibi habuit pro ſe et coniuge ſuo uualdred.

§. 309.

Tradidit thiadricuſ pro ſocru ſua yde unam familiam in *hailredinghuſen* (K)

§. 310.

plomate regis Hludouuici. Videntur eius fratres fuiſſe Volcmarus et Voluered, ſupra §. 299. a nobis memorati.

De villa Heſſchehirithi in pago Logne.

(H) Cum villa *Heſſchehirithi* tribuatur pago *Logne* a diligentiſſimo noſtro abbate in ſuo Regiſtro, probabiliſſimum erit, illum ſignificaſſe villam *Eſcherode* in Münden præfectura principatus Göttingenſis, quam villam probe diſcernas velim primo ab *Eſchenrode* in præfectura Weferling in principatu Halberſtadenſi, deinde ab *Eſcherde* monaſterio et vico, qui adquieſcit ſub præfectura Steuerwald in epiſcopatu Hildeſienſi, et denique ab *Eſchwege*, ad fluuium dictum die Werre in Landgrauiatu Haſſiæ ſito. Hæc vltima villa, vrbs dudum, in documentis noſtris ſcribitur *Eskeneweg*. In ea Otto, dux Bauariorum et aduocatus Corbeienſis, aliquid iuris habuit. Ipſa tribuitur alicubi pago *Eichesfeld*. Sed, miſſis iſtis, arbitramur, *Thiatmarum* cum filio Wichardo progenitoribus Northeimenſium comitum annumerandum eſſe, vti quoque ſupra §. 104. not. (1) diximus. Cum vero in ſupra dictis, in hoc et in ſeqq. §§. multi domini e familia Northeimenſi prodeant, probabile nobis videtur, ipſum abbatem *Godeſcalcum*, quo Corbeiam gubernante bona illa eccleſiæ tradita ſunt, ad eandem quoque ſtirpem ſpectaſſe. Quod eo facilius credimus, quia nomen Godeſcalci in eadem gente eſt crebrius, et fortaſſe ipſius *Thiatmari I* frater fuit noſter *Godeſcalcus* abbas.

De villa Verſithi in pago Hliſgo.

(I) Verſithi villam collocat abbas noſter in Regiſtro ſuo *intra pagum Hliſgo*, quem circa vrbem Oſterodam fuiſſe ſupra vidimus. Intelligi ergo vicum *Vörſte* haud procul ab oppido Oſterode, cenſemus. Atque eapropter *Bertham* eandem fuiſſe matronam iudicamus, quæ infra §. 310 et 361 reperitur. Et fortaſſis illa noſtri abbatis *Godeſcalci* ſoror fuit. Villa Vörſte dominis duobus diuerſæ ſtirpis generoſiſſimis ſubeſt, poſita in Principatu Grubenhagico.

De villa Hailredinghuſen in marca Sturmethi.

(K) *Hailredinghuſen* villa exſtitit, abbate Sarachone teſte, *in marca Sturmethi*, quam olim exſtitiſſe in ducatu Weſtfaliæ inter Suſatum et Geſeke oppida, iam diximus ſupra §. 176. Si itaque villa *Hailredinghuſen* deſolata non eſt, villa in cenſum venit, quam Saracho abbas in fine Regiſtri ſui appellat *Herderinghuſen*, atque ad marcam *Sturmethi* refert. Hanc villam nos l. c. fuiſſe putauimus *Herdinghuſen*, prope oppidum Geſeke obuiam, in qua nobiles domini de Lippia bona quædam tenuerunt ex pacto feudi ab eccleſia Corbeienſi. In eadem villa comites, dicti de Lippia, bona feudalia quædam viciſſim conferunt dominis de Hörde nec non in Stormede Eringerfeld et Schwartzenraben. An autem intelligatur *Herdinghuſen*, nec ne, ignoro. Negari tamen non poterit, *Thiadricum*, qui in villa *Hailredinghuſen* (quæ etiam eſſe potuit vel *Heddinghuſen* vel *Hillershuſen* vel *Herderingen*, qui ſunt omnes in ducatu Weſtfaliæ reperiundi vici, vel *Helmeringhuſen* in dynaſtia Padberg) quædam tradidit, ad ſtemma Widikindeum pertinuiſſe, cum ſupra nullos alios, quam dominos e gente Widikindea, deprehendimus, qui in eadem regione bona hereditaria ampliora poſſederunt. Cum itaque *Thiadricus* noſter e nobiliſſimo ſanguine fuerit procreatus, vxor etiam eius e nulla alia, quam illuſtriſſima familia procreata fuerit oportet, eo quod anti-

Ab anno 890 vsque 900. regnante Arnolfo

§. 310.

Tradidit ficca pro matre sua bertha unam familiam in *suliggi* (L) L. iugera et aliam familiam in *neghenborne* (M) X. iugera in *getlithi* (N) X. iurnales.

§. 311.

Tradidit uualica pro matre sua VIIII. iugera in *theshuf* (O).

§. 312.

quissimorum Saxonum filiæ nullis nisi paribus nupserunt, quemadmodum legibus eorum sancitum erat. Quodsi igitur *Thiadrici* nostri socrus appellatur *Yde*, in mentem venit *Ida* ducissa vxor *Ecberti* ducis ac mater *Hadwi*, *Beuonis*, *Warini*, *Cobbonis* ac *Luidolfi*, quæ vero, cum ipsa ante annum 866 iam mortua fuerit oportet; intelligi non videtur. Probabile enim non est, *Idæ* ducissæ generum XL. anno post mortem eius pro anima illius aliquid dare voluisse, quippe quæ putabatur sanctissima, atque idcirco hominum precibus vix indigens. Fortassis autem *Ida* ducissa neptem quandam habuit eius nomine insignitam, quæ nupsit *Thiadrico* nostro, quem filium *Thiadrici II* fuisse, ac sine liberis mortuum esse, coniecturamus, siquidem eius consanguinei post hæc in eadem regione sita bona hereditaria Corbeiensibus tradiderunt, vti post hæc annotare volupe erit.

De villa Suliggi in pago Logne.

(L) *Suliggi* villam fuisse *in pago Logne*, refert noster abbas Saracho, atque intelligit procul dubio vicum *Sohlingen*, situm sub præfectura Usler in principatu Göttingensi, vbi nobiles domini de Mansberg, ad quos præterea in vico Meinbrexen ad Wiseram in Principatu Wolfferbuttelensi splendidissimum palatium et alia iura spectant, nobile possident prædium. Est autem hæc villa *Suliggi* probe discernenda primo a Sulegon in *Entergowi*, quæ probabilissime est oppidum Sulingen in præfectura Ehrenburg haud procul a Landesberg ad Wiseram in comitatu Hojano, et deinde a Sulineghe seu Söllingen vico, intra Principatum Wolffenbuttelensem, haud procul a Schöningensium oppido, posito.

De villa Neghenborne in pago Suilbergi.

(M) *Neghenborne* erat, Registro nostro teste, *in pago Suilbergi*. Indicatur vicus *Negenborn*, in Principatu Grubenhagensi sub præfectura Saltz der hellen situs inter oppidum Einbeck et Grene, haud procul a fluuio Leine, probe secernendus a *Nighunburni* villa, quæ ponitur *in pago Wikanauelde*, atque *Negenborn* alia, quæ vicus est in Principatu Wolffenbuttel, inter monasterium Amelunxborn et Bevern vicum obuius.

De villa Getlithi in pago Hlisgo.

(N) *Getlithi* villa collocatur ab abbate Sarachone *in pago Hlisgo*. Indicatur indubie vicus *Gittelde* in præfectura Stauffenburg in Wolfferbuttelensi Principatu sub inspectione Ahlshausen. Has villas scilicet *Getlithi*, *Negenborne*, et *Suliggi* si perpendimus, intelligemus, *Bertham*, pro qua bona in his villis traduntur, eandem esse fœminam, quæ supra §. 308 *in pago Hlisgo* præterea quædam donauerat. Cumque eadem fœmina quædam largita sit tam in hoc, quam in Suilbergi et Logne pagis, nemo non videt, eandem Bertham fuisse ditissimam dominam. Quodsi autem iam supra §. 112 arbitrati sumus, coniugem *Berthæ* nostræ fuisse fratrem Folchardi II, in eadem sententia adhuc persistimus. Ex bonis illis traditis concludimus, *Bertham* nostram probabilissime e progenitoribus Northeimensium comitum fuisse ortam, et nupsisse viro, ad progenitores comitum de Lutterberg referendo. Hoc enim vel pronunciandum, vel statuendum erit, comites de Lutterberg cum comitibus de Northeim et Dassel vnius eiusdemque fuisse originis. Hoc vero vltimum credimus pronunciaturum esse neminem. Si autem *Bertha* soror fuerit *Thiatmari I*, atque abbatis Corbeiensis *Godescalci*, a quo nepos eius ex fratre nomen suum acceperit, sequeretur ex eo, abbatis nostri *Godescalci* patrem fuisse *Bernhardum*. Et hoc nobis videtur probabilissimum, quia in sequentibus §§. deprehendimus, progenitores comitum Northeimensium munifice et large sua bona dedisse ecclesiæ Corbeiensi.

De villa Theshus

(O) *Theshus* villa erat, Registro nostro testante, *in pago Hessi Saxonico*, quem ad fluuium

§. 312.

Tradidit criſtin pro hiddone I. familiam in *balahornen* (P) et X. iugera et iterum tradidit in *balahornen* et in *nyanthorpe* (Q) quidquid habuit. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 313.

uĭum Dimolam repertum fuiſſe, probauimus ſupra §. 33. Intelligimus ergo, deſignari vicum in Rhoden præfectura principatus Waldeccenſis poſitum, atque eam ob cauſam dolemus, nomen matris *Walicæ* non additum fuiſſe in his traditionibus, quia e donis videtur patere, *Walicam* ſtirpi Widikindeo fuiſſe innexam. in pago Heſſi Saxonico.

(P) *Balahornen* villa erat *in pago Pathergo* ſita. Sic docuit Saracho abbas. Nullus alius vicus videtur intelligi, quam *Balhorn*, in epiſcopatu Paderbornenſi locus. De villa Balahornen in pago Pathergo.

(Q) *Nyanthorpe* villa ab abbate Sarachone tribuitur *pago Heſſi Saxonico*. Procul dubio indicatur vicus *Neudorf*. Hic reperitur in Eilhauſen præfectura Waldeccenſis principatus, quem probe diſcernas velim a *Neudorf* loco, qui viſitur in eodem quidem principatu, at ſub præfectura Landau. Porro autem iam ſupra vidimus, familiam Brunonianam in eodem pago Heſſi bona hereditaria poſſediſſe. Credamus ergo et hoc loco, ſi libet, *Criſtinum* et *Hiddonem* ad eandem gentem ſpectaſſe, atque *Hiddoni* nomen inditum eſſe vel a patruo vel ab auo, cuius auus maternus fuit *Hiddi*, pater ducis Oſtfalorum Heſſi, vti patet ex autographo diplomate Caroli Magni, ſupra adducto. Probabile enim eſt, gentem Brunonianam conſeruare inuicem voluiſſe originem ſuam ab illo *Hiddi*, qui et potentiſſimus et clariſſimus dominus fuerit oportet. *Heſſium* ſeu *Aſig*, ducem Oſtfalorum, habuiſſe in pagis Derlingi, Norththuringi, Hardego, Saltgo, Falhen, Flotwitha et Guddinge bona ſua hereditaria, iam ſupra vidimus. Eadem bona poſſediſſe quoque eius patrem *Hiddi*, nemo ſanus negabit. Maximam ergo et optimam Oſtfaliæ partem tenuiſſe *Hiddonem*, probabiliſſimum videtur. Veritati itaque conſentaneum eſt, *Grifonem* fratrem Carolomanni, Pipini et Bernharti, qui fratri Pipino regi Francorum ſubiectus eſſe noluit, et collecta manu in Saxoniam anno 747 profugit, ad *Hiddonem* patrem ducis Oſtfalorum Heſſi profugiſſe, atque ab eo auxilium contra fratrem petiuiſſe. Annales Rerum Francorum, qui Eginhardo tribuuntur, indicare illud videntur, qui p. 145 referunt, *Grifonem collecto Saxonum exercitu ſuper fluuio Obacro, in loco, qui dicitur Horheim, conſediſſe, Pipinum autem cum exercitu Francorum per Thuringiam profectum contra fratris dolos Saxoniam ingreſſum eſſe, et conſediſſe ſuper fluuium Miſſaham in loco, qui vocatur Schaninge.* Quodſi autem fluuius *Obacrus* eſt flumen dictum die Ocker, locus *Horheim* erit vicus Ohren ad fluuium Obacrum haud procul a caſtro deſolato Aſſeburgo: *Miſſaha* die Miſſau amnis a Warberga Esbecam petens et flumen influens *Aue* non procul ab oppido Schöningen: et *Schaninge* vrbs Schöningen in ducatu Brunſuicenſi, tria milliaria diſtans a caſtro Aſſeburgo; *Hiddi* vero bona ſua hereditaria circa Aſſeburgum habuit: neminem fugit, *Hiddonem* patrem ducis Oſtfalorum Heſſi bello illi interfuiſſe. Prælium autem inter eos eo tempore commiſſum non eſt. Sed diſceſſerunt ipſi ex pactione pacis reconciliatæ. Ex quo concludimus, *Hiddonem* noſtrum iterum inter ſeſe conciliaſſe et coniunxiſſe *Pipinum* ac *Grifonem*. Maximæ ergo eum auctoritatis et gloriæ dominum fuiſſe, hinc patet. Quamobrem ſtirpis Brunonianæ domini, vtpote ex eius filia *Wichtrud* procreati, prorſus memoriam eius inter ſe illibatam conſeruaturi fuiſſe videntur. Abſonum igitur non erit ſtatuere, ad gentem Brunonianam ſpectaſſe *Criſtinum* atque *Hiddonem*, eosque inter progenitores marchionum orientalium exſtitiſſe, cum veriſimillimum ſit, cæſares Saxonicos maluiſſe data occaſione conſanguineos ſuos adoptare defenſores limitum regni, quam alios. Quamobrem habemus *Criſtinum* ac *Hiddonem* noſtros pro marchionum orientalium ſatoribus, donec euidentiſſime comprobetur contrarium. De villa Nyanthorpe in pago Heſſi Saxonico.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 313.

Tradidit ierbeth pro se et matre sua I. familiam X. iugera et IIII. iugera in *messinthorpe* (R).

§. 314.

Tradidit helinborgh pro se in *radi* (S) II. mansos et XXX. iugera.

tradidit thiadmarus in *siualanhus* (T) pro fratre suo hetelgero unam familiam.

§. 315.

De villa Messinthorpe in pago Bardengo.

(R) *Messinthorpe* villam fuisse *in pago Bardengo*, abbas noster Saracho refert in præstantissimo Registro Bonorum ecclesiæ suæ. Cum igitur exstiterit pagus *Bardengo* in Principatu Luneburgico, probabilissimum erit, intelligi vicum *Masendorp*, sub præfectura Oldenstadt eodem in ducatu situm. Quia autem in eodem pago Bardengo familia Billingana passim dominata est, hinc quæritur: an *Ierbeth* ad eam gentem relatus fuerit? Respondemus merito, ita nobis videri. Supra enim §. 303 vidimus, *Brunhardum* fratrem *Billingi* se adgregasse monasterio Corbeiensi. Quodsi igitur ponimus, *Ierbetham*, *Brunhardum* visendi gratia, accessisse Corbeiam, atque eadem occasione dedisse hæc bona monasterio nostro, inde omnino probabile redditur, *Ierbetham* fuisse sororem *Billingi*, *Brunhardi* ac *Sibodæ*. Nec sane habebis, quæ huic sententiæ nostræ obmoliri seu opponere poteris. Dolemus ergo, quod nomen matris *Ierbethæ* non expressérunt Corbeienses nostri. Id enim si factum esset, sciremus quoque, quænam Hermanni Saxoniæ ducis auia fuisset.

De villa Radi in pago Heilanga.

(S) Villam *Radi* deprehendimus positam ab abbate Sarachone *in pago Heilanga*. Quæritur ergo, quanam in regione pagus ille olim inuentus sit, vt eo ipso sciamus, in quonam vico *Helinborgh* nostra duos mansos et XXX iugera tradiderit. Hoc fiet palam, si consideramus villas, quæ huic pago tribuuntur, quæque sunt *Widila*, *Walderfidi*, et *Kokerbiki*. Quas cum deprehendamus in Principatu Luneburgico iuxta terminos veteris marchionatus Brandenburgici, pagus ipse *Heilanga* in eadem regione exstitisse videtur. *Kokerbiki* enim est vel Kakerbeck in præfectura Knesebeck, vel Kakerbeck in præfectura Klötzen; *Walderfidi* est Wederfel in Principatu Luneburgico. In eadem regione præterea exstant *Bleckwedel*, *Marwedel*, *Langenwedel*, *Lingwedel*, et *Barwedel*. Vnde fit verisimillimum, villam *Radi* omnino esse *Rade* vicum, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Ohrdorf sub præfectura Knesebeck in Luneburgico Principatu. Putamus autem, hanc villam fuisse ipsum locum *Rade*, ad quem olim *Heinricus auceps*, cum Ungaris pugnaturus, castra metatus est. Cum enim ille, Chronico nostro MSto et coætaneo teste, Ungaros in pago *Belxa* (quem in Marchia veteri Brandenburgica exstitisse, nemo negare poterit) prostrauerit; probabilissimum erit, Widikindum nostrum *Annal.* p. 641. indicaturum fuisse, villam nostram *Radi* sitam esse *in pago Heilanga*, contiguo quippe pago *Belxa*. Non attendendum ergo erit id, quod recentiores historici de loco istius acerrimæ pugnæ adferunt, circa Merseburgum vrbem locum eundem fuisse, prædicantes. Colligimus autem e situ villæ nostræ *Radi*, *Helinborgham* ad stirpem Billinganam spectasse, atque eandem probabiliter *Ierbethæ* ac *Brunhardi* sororem fuisse. Accedit, quod e tabula geneologica familiæ Billinganæ patet, Billingo III sororem fuisse eodem nomine insignitam.

De villa Sivalanhus in pago Hessi Saxonico.

(T) *Siualanhus* erat, Registro nostro teste, posita *in pago Hessi Saxonico* villa. Eadem ergo villa designatur, quæ infra §. 349. appellatur *Sualdeshus*, quippe quæ etiam l. c. ab abbate Sarachone tribuitur *pago Hessi Saxonico*. Diu autem hanc villam nos anxios et sollicitos tenuisse, fincere fatemur. In toto enim illo tractu, in quo olim pagus Hessi Saxonicus exstitit, vicum, cui similitudo quædam cum villa *Siualanhus* interceserit, expiscari non potuimus, donec amicus quidam per litteras certiores nos fecit de loco quodam *Sanhusen*, qui in dynastia

§. 315.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit hordold pro filio suo godschalco II. mancipia in *erpeshuf* et in *herſiti* (U) XXX. iugera.

§. 316.

Tradidit luthardus in *hanbrunnen* (V) unam familiam pro filia sua herisuit.

§. 317.

stia Desenberg intra terras episcopatus Paderbornensis visitur. Hic probabilissime villa nostra *Siualanhus* erit. Agedum igitur, esto locus *Sanhusen* villa nostra *Siualanhus*. Temporis enim progressu fieri potuit, vt illud vocabulum sit contractius redditum, atque, omissis litteris ival, dictum sit *Sanhus* seu *Sanhusen*, quod in multis aliis villarum nominibus accidisse, supra vidimus. Inuenta ergo villa *Siualanhus* considerandum est porro, in eodem pago *Hessi* nullos, nisi dominos e Brunoniana stirpe ortos, bona hereditaria possedisse, paucis exceptis, quæ quidam domini, e domo Widikindea procreati, in eadem regione habuerunt, quæque probabilissime, vti iam supra diximus, in dotem acceperunt propter nuptias cum fœminis, e gente Brunoniana natis. Nonne ergo iudicandum videtur, *Thiatmarum* cum fratre *Hetelgero* etiam ad eandem Brunonianam stirpem spectasse? Quis vero *Thiatmarus* ille alius esse poterit, nisi *Thiatmarus*, comes fidissimus *Heinrico aucupi*, cuius consilio, vti supra vidimus, maxime vsus in magnis amplisque negotiis, a *Thiatmaro*, semper et prompte susceptis et diligentissime confectis, quæ promptitudo et fides ex alio fonte profluxisse non videtur, quam ex consanguinitate, quæ *Thiatmaro* intercedebat cum *Heinrico*, quaque fuit impulsus ille ad existimandum, fortunam suam fore cum fortuna *Heinrici aucupis* coniunctam. Atque hanc nostram sententiam probamus quoque verbis Ditmari episcopi Merseb. qui Tom. I. Leibn. p. 326. appellat eos *affines Heinrici*, *per quos Heinricus auceps filiam Theodorici ac Reinildæ sibi vxorem adsciuit*. Cum itaque conciliator nuptiarum fuerit *Thiatmarus comes*, Vita Mathildis Reginæ testante l. c. p. 194, sequitur etiam ex eo, *Thiatmarum* nostrum fuisse consanguineum celebratissimi regis *Heinrici*. Quanam vero ratione et qua generis ratione *Thiatmarus* fuerit consanguineus Heinrici, id ostendimus supra §. 104, quo beneuolum lectorem ablegamus et remittimus.

De villis Erpeshus et Herſiti in pago Logne.

(U) *Erpeshus* et *Herſiti* villæ collocantur ab abbate nostro Sarachone *in pago Logne*. Intelligimus ergo, significari vicum *Erbsen* in principatus Göttingensis dynastia Adelipsen, et locum *Harste*, vno milliari circiter distantem ab vrbe Göttinga. Easdem autem villas probe discernas velim ab Herste et Erbsen locis, haud procul ab oppido Nihem in episcopatu Paderbornensi obuiis, quæ erant in pago Nithega. Patet vero e situ villarum nostrarum, *Hordoldum* cum filio suo *Godschalco* ad progenitores Northeimensium comitum esse referendum, probabiliter allectum ad hæc bona tradenda per beneuolentiam erga consanguineum suum abbatem Corbeiensem Godescalcum.

De villa Hanbrunnen in pago Hardego.

(V) *Hanbrunnen* villam fuisse *in pago Hardego*, docet nos abbas noster Saracho in Registro Bonorum Abb. Corb. Quæramus ergo, quinam intelligendus sit vicus. Multum enim nostra intererit nosse illum situm, siquidem is non parum faciet ad veram originem sereniſſimæ domus *Anhaltinæ* demonstrandam, de qua quidem iam supra §. 188. egimus. Huius vero villæ l. c. mentionem iniecimus nullam. Diximus l. c. *Luthardum* et *Liutharium* vnum esse nomen, et *Luithardum*, propinquum *Beuonis comitis*, referendum videri ad *Anhaltinorum* Principum progenitores. Ex quo porro concluſimus, sereniſſimam familiam *Anhaltinam* affinitate esse coniunctam cum domo Brunoniana. Hoc confirmatur ex nostro §. 316, vnde discimus, *Luthardum* quendam possedisse bona hereditaria *in pago Hardego*. Quodsi igitur principis *Abbonis* posteri in eodem *pago Hardego* bona sua hereditaria habuerunt, inter illos vero nomen Luitharii sæpius repetitum est, nemo propterea negabit, *Luthardum* nostrum ad eosdem quoque spectasse, nomenque *Luthardi* idem, ac nomen Liutharius, fuisse. Putamus enim,

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 317.

Tradidit liuthariuſ in *redeneſtorpe* (W) unam familiam pro filio ſuo uolcmaro.

§. 318.

Tradidit thiatmaruſ pro filio ſuo uuelut unam familiam in *hildiuuardeſhuſ* (X) et XXXVIII. iugera.

§. 319.

enim, *Liutharium* noſtrum eam ob cauſam appellari *Luthardum*, vt diſtingueretur a *Liuthario*, qui, teſtante §. ſequenti, bona quædam Corbeienſibus tradidit, in eodem pago *Hardego* ſita. Quamobrem nos etiam ſupra §. 188. *Luitharium ducem* a *Liuthario I*, patre *Volcmari*, diſtinximus, atque ſperauimus, eruditos in eo calculos ſuos nobis adiecturos eſſe. Hiſce præmiſſis, pronuntiamus, *in pago Hardego*, in quo et fuit monaſterium noſtrum Gröninga, duos reperiri vicos, qui quandam habent ſimilitudinem nominis cum villa *Hanbrunnen*. Vnus appellatur *Hetteborn* atque alter *Hakeborn*. Ille circiter diſtat a monaſterio Gröningen iter vnius horæ; hic vero vnum milliare ab eo haud procul a ſaltu Hakel. In vtroque autem vico abbatia Corbeienſis quondam bona poſſedit. Cenſemus vero, vicum *Hetteborn* ea propter hic deſignatum non eſſe, quia appellatur ille in membranis noſtris *Hetebrunnen*. Reſtat ergo vicus *Hakeborn*, quem in hoc loco indicari omnino, arbitramur. In villa *Hetebrunnen* Sifridus comes, fundator et autor monaſterii Gröningenſis, bona quædam tradidit abbatiæ Corbeienſi. Atque eam ob cauſam quærimus, qua ratione bona iſta in pago *Hardego* in manus peruenerint Sifridi comitis, cum ex his traditionibus appareat, progenitores principum *Anhaltinorum* in eadem regione dominatos, Sifridumque a Geroldo noſtro Franco procreatum eſſe. Putamus autem, nos hiſce obiectionibus aliter mentem extricare non poſſe, quam reſpondendo, patrem Sifridi Gerulfum habuiſſe in matrimonio filiam cuiuſdam domini e progenitoribus Anhaltinorum principum, quæ vel Fritherici, vel Abbonis vel Luitharii I. ſoror fuerit.

De villa Redeneſthorpe in pago Hardego.

(W) *Redenesthorpe* villa erat *in pago Hardego*, teſtante noſtro Regiſtro B. et P. A. C. Procul dubio intelligitur vicus *Rodersdorf*, in principatu Halberſtadienſi inter Hedersleben et Wegeleben vicos ſitus, vnum milliare diſtans a monaſterio noſtro Gröninga. Atque eam ob cauſam putamus, *Liutharium*, qui in eadem villa quædam tradidit, inter progenitores Walbeccenſium, Supplinburgicorum et Anhaltinorum principum eſſe numerandum, ſiquidem nemo negare audebit, illos in eadem regione bona ſua hereditaria tenuiſſe.

De villa Hildiwardeshus in pago Heſſi Saxonico.

(X) *Hildiwardeshus* villa tribuitur ab abbate noſtro Sarachone *pago Heſſi Saxonico*. Ex eo firmiter concludimus, nullum ſignificari alium locum, niſi oppidum *Helmershuſen* in Landgrauiatu Haſſiæ, duo milliaria Weſtfalica (quæ optimo iure tria appellare poteris) diſtans a Corbeia noſtra. Situm autem eſt illud oppidum ſub caſtro Krukenberg deſolato (cuius quondam rudera ipſe inſpexi) ad Dimolam quidem, ſed non eo in loco, quo, Leuckfeldio perhibente, Dimola committitur Viſurgi. Dimola influit ad nouam vrbem, a fundatore ſuo Carolo ſeren. Landgr. Haſſiæ dictam Carlshaven, Viſurgim, a qua oppidum *Helmershuſen* diſtat iter vnius horæ. Conſtitutum eſt anno 998 in loco *Hildewardeshuſon* ab *Ekkihardo* comite in fundo proprietatis ſuæ monaſterium pro monachis O. S. Benedicti, quod Otto III. imperator tabulis publicis, alio tempore in lucem edendis, comprobauit. Vnde colligere libet, *Ekkihardum* iſtum nepotem fuiſſe Ekkehardi, filii Luidolfi, et conſanguineum *Thiatmari* noſtri, qui in eodem loco Corbeienſi abbatiæ quædam tradidit. Cum ergo inter *Ekkihardum* et *Ekkihardum* vna tantum perſona deſit, putauimus, eandem fuiſſe *Bruningum*, cuius Widekindus noſter meminit Annal. L. II. p. 644. vti ſupra §. 104. not. (n) vidimus. Statuimus autem, *Thiatmarum* illum fuiſſe eundem, qui teſtante §. 314. in dynaſtia Deſenberg quædam Corbeienſibus tradiderat, quemque proauum *Ekkihardi* fundato-

§. 319.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit abba pro filio suo asculf unam familiam in *gakeshuf* et XXX. iugera (Y).

§. 320.

Tradidit folcberth XXX. iugera in *perdereſtorpe* (Z) pro patre suo thiadrico.

tra-

datoris monasterii *Helmwardeshusani*, satoremque marchionum orientalium fuisse, diximus. Inuenimus enim quendam e marchionibus orientalibus in monasterio Helmwardeshusano, vtpote a consanguineis eius fundato, fuisse sepultum. Id vero verbis Annalistæ Saxonis p. 460 comprobamus sequentibus: *Hisce temporibus* (anno scilicet 1029) *mortuus est Thiatmarus marchio, filius Geronis marchionis ex Athelheidhe marchionissa, sepultusque, ut putatur, est in monasterio, quod Helmwardeshusen dicitur. Filius huius fuit Odo marchio, qui sine filiis obiit. Pater vero eius* (Thiatmari), *Gero, patrem habuit Thietmarum marchionem, et patruum Geronem Coloniensem archiepiscopum, a quibus fundatum est cœnobium Nuenburch iuxta Salam fluuium. Mater eius* (Geronis marchionis) *Suanehildis filia Hermanni ducis, soror Bernhardi, quæ post mortem viri sui nupsit Ekkihardo marchioni, filio Guntharii, genuitque illi Herimannum, Ekkihardum, Guntharium et Liutgardem.* Quibus e verbis concludimus, *Thietmarum* marchionem in eodem monasterio sepulturam non inuenturum fuisse, nisi illud consanguinei eius fundassent. Quæ omnia commouent nos, vt credamus, originem marchionum orientalium, a nobis ostensam, optimo niti fundamento, neque videmus, quid nostræ sententiæ obiicere possis. Est autem istud cœnobium anno 1011 a Meinwerco, episcopo Paderbornensi, consecratum, et imperialibus annumeratum, cessitque dudum potestati Hassorum. Iam præter rudera e tanta loci gloria nihil supereſt.

(Y) *Gakeshus* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quo loco ea exstiterit. Probabile est, tempore abbatis Sarachonis abbatiam nostram bona in Gakeshus sita non amplius possedisse. De villa Gakeshus.

(Z) *Perderestorpe* villa erat, teste nostro Registro, posita *in pago Tilithi*, qui pagus cum fuerit ad Wiseram circa oppida Bodenwerder et Hamelen, procul dubio intelligitur vicus *Perdorf* ad Wiseram haud procul a castro atque oppido Polle, olim in meditullio comitatus Euersteinensis, iam vero in Principatus Calenbergici præfectura Polle situs. Locus vulgo vocatur Pegestorp. Ecclesiastes habitat in loco Hohe intra præfecturam Ottenstein et Principatum Wolferbuttelensem. In membranis nostris eadem villa appellatur ad annos 1358, 1375, 1461, 1494, *Perdestorpe*, 1541, 1565, *Perstorp*, 1568. *Pegestorpff*, 1594. *Perssdorff* et 1691. *Pessdorff*. Litteras Theodorici de Dalwig et abbatis Corbeiensis adiungere hisce momentis, haud erit ab instituto alienum. En illas. De villa Perderestorpe in pago Tilithi.

Wy *Thyderych* van der gnade Godes. abbet des stichtes to *Corbeye* bekennet. unde betuget in dussem opene breue vor allen guden luden. de en sehet unde lesen horet. dat wy den houeschen manne *diderick Haken* hebben belehnt. unde belenen en in dussem breue mit verhoue landes unde einer kotstede to *Perdestorpe* mit aller tobehoringhe. wo dat gelegen is. also. alse uns de vorledeghet sint van heren vrederike dem schultheten unde synen sönen. sunder de houesche vrowe vorgescr. vrederikes vrowe des schultheten. den god gnade. de scolet syftucht an dussem ver houen erst behalden. unde na er. so scol de vorbenompte *dyderick Hake*. unde alle syne eruen. dusse ver houe erslicken unde ewiglicken jummer besitten. ock scolle wy. unde use nakomelinge. dusser houen unde er tobehoringe des suluen *dyderiks*. unde al syner eruen rechte waret wesen. wor. unde wanne en des not is. unde se van uns unde usen nakomelingen des behouet. unde des to ener

open-

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

tradidit *alfricuſ* pro matre ſua *hateburg* I. manſum et XXX. iugera in *budinueldun* (a).

§. 321.

Tradidit gheruuihc pro filio ſuo auone unam familiam in *daelhuſ* (b)

§. 322.

tradidit ſeuerit pro ſe et pro coniuge ſua criſtina et pro filio ſuo borchardo III. familiaſ in *holthuſ* (c).

§. 323.

openbaren bekantniſse. ſo hebbe wy uſe grote Jngeſegel darup an duſsen breu ghehanghen. de ghegeuen is na godes Bord. drittein hundert in deme achte und viftigeſten Jare. des hilligen apoſtels ſinte thomas Daghe.

Sigillum vide in Tab. V. num. 6.

Cum itaque villa *Perdereſtorpe* ſit *Pesdorf* ad Wiſeram ſita, olim ad loca comitatus Euerſteinenſis relata, nemo facile erit, qui infitietur, Thiadricum eiusque filium *Folcberthum*, qui in eodem vico quædam tradidit, ad progenitores Euerſteinenſium comitum ſpectaſſe.

De villa Budinueldun in pago Pathergo.

(a) Villam *Budinueldun* fuiſſe *in pago Pathergo*, docet nos abbas noſter Saracho. Procul dubio igitur indicatur vicus *Bentfelt*, in epiſcopatu Paderbornenſi inter Geſſelen, Dreckborg, Scharme et Heddinghuſen ſitus. Cum autem hæc ſit regio eadem, intra quam familia Widikindea olim bona hereditaria poſſedit, nos optimo iure *Alfricum* ad eandem gentem retuliſſe, putamus, tum, quia is frater appellatur *Wigberti* §. 256, tum, quod *Wigbertus* dicitur filius Bardonis §. 337. *Alfricus* præterea fuit filius *Bardonis*, ſatoris principum Waldeccenſium, vti ſupra §. 104. not. (u) diximus, vel potius coniectauimus.

De villa Daelhus in pago Heſſi Saxonico.

(b) *Daelhus* villa ponitur ab abbate noſtro Sarachone *in pago Heſſi Saxonico*. Videtur denotari vicus *Dalhuſen*, in dynaſtia Deſenberg in principatu Paderbornenſi ſitus. Cuiusnam vero vxor fuerit *Gherwihc*, an Hetelgeri §. 314. an Efici §. 350. an Liutberthi §. 289. qui in eadem regione bona quædam tradiderunt, non patet e continenti.

De villa Holthus in pago Wikanauelde.

(c) In noſtro Regiſtro ſequitur villa *Holthus in pago Wikanauelde*. Deſignatur *Holthuſen* vicus haud procul ab Eſchershuſen oppidulo, in præfectura Wickenſen in Principatu Wolferbuttelenſi obuius, iter vnius horæ diſtans a monaſterio Amelunxborn, qui appellatur *Holtzen am Rothenſteine*, et diuerſus eſt a Lutgenholthuſen vico quondam contermino, iam deſolato, niſi villa Lütkenholzen prope Brunkenſen in cenſum veniat. Ex hoc loci ſitu concludimus, *Seueritum* ſeu *Sifridum* noſtrum, qui in eadem villa has familias donauit, inter progenitores Northeimenſium et Daſſelienſium comitum et Homburgenſium dynaſtarum eſſe referendum. Cum enim locus iſte ne quidem iter dimidiæ horæ a caſtro deſolato Homborg, a quo nobiles dynaſtæ de Homborg appellati, ſit ſitus, Homburgici vero, Daſſelienſes et Northeimenſes Domini ex vno et communi ſtirpe ſint procreati, vti ſupra §. 104. not. (l) demonſtrauimus, non ſine graui ratione *Sifridum* noſtrum proauum *Ottonis ducis Bauariæ* et *comitis de Northeim* diximus. Id infra clarius patebit ex argumentis compluribus adlatis.

(d) Villa

§. 323.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit siboda pro patre suo amelung (d) duas familias in *silihem* et I. familiam in *uuhetiun*.

§. 324.

Tradidit luidolfus (e) pro folgdago proximo suo unam familiam in *bouingthorpe* et XXX. iugera.

§. 325.

De villis Silihem in pago Lainga et Whetiun in pago Bardenga.

(d) Villa *Silihem* tribuitur *pago Lainga*, et villa *Whetiun pago Bardenga* ab abbate nostro Sarachone in Registro. Vterque vero pagus olim præsto fuit in Luneburgico Principatu. *Whetiun* itaque erit vicus *Weten* in præpositura Amelickhusen. *Silihem* probabiliter est Selhov in tractu, *der amtsvogtei*, Bergen. Quamuis enim nobis de hac vltima villa dubium quoddam supersit, negamus tamen, pagum *Lainga* esse pagum *Logne*, situm in principatu Göttingensi, vel pagum Laingo in Frisia orientali olim obuium, vel pagum *Loganacgowe* in ditione Nassouica ad fluuium Lanam. Cum enim vnus dominus tam *in pago Bardenga*, quam in pago *Lainga*, quædam Corbeiensibus tradiderit, pagus *Lainga* videtur contiguus fuisse pago *Bardenga*. In pago *Lainga* fuerunt *Salta* (Soltau), *Timberla* (Timerloh), *Ostenholt* (Osterholt), et *Bredanbiki* (Breitbeck). Quia autem in eadem regione celebris familia Billingana bona hereditaria habuit, *Amelungus* eiusque filius *Siboda*, quorum nomina in gente Billingana reperiuntur, ad eandem stirpem spectasse videntur. De quo momento genealogico iam supra et infra pluribus agendi fuit locus.

De villa Bouingthorpe in pago Nithega.

(e) *Bouingthorpe* villa erat *in pago Nithega*, abbate Sarachone teste. Designatur vicus *Bökendorp*, situs inter Heinsen, Erecklen, Apenborg atque Aldenberge, et distans a castro Brunonisburgo iter vnius et dimidiæ horæ. A quodam Bouone, Bodone seu Bodikone locum illum nomen accepisse, ipsum villæ nomen comprobat. Cum igitur inter antiquos Saxonum duces quendam *Bodikonem* fuisse, iam supra asseruerimus; eandem sententiam quoque comprobare poterit villa nostra. Probabile enim videtur, hanc villam *Bouingthorpe* iam prius, quam eo tempore, quo eius meminere traditiones, in rerum natura fuisse. Et quamuis perhibere malles, eandem villam a *Beuone* seu *Bouone*, ducis Luidolfi fratre, esse coli cœptam, considerandum tamen erit, *Bouonem*, dicti *Bouonis* filium, non possedisse hanc villam, sed *Luidolfum*, cui probabilissime nomen inditum a patre *Luidolfo duce*, qui haud procul a nostra villa *Bouingthorpe* in villa *Bennenhusen* bona hereditaria habuit, vti supra §. 224 vidimus. Ex quo concludimus porro, *Luidolfum* nostrum filium fuisse *Luidolfi ducis*, vti et nomen et dona videntur comprobare. Adde, eandem villam anno 965 subfuisse ditioni imperatoris *Ottonis*. Ex quo intelligimus primum, mortuo patre *Bouone* hanc villam ad *Bouonem* abbatem Corbeiensem non peruenisse, siquidem alioquin abbas iste eandem villam ecclesiæ suæ tradidisset. Deinde libet significare, huius villæ auctorem non fuisse *Bouonem I*, fratrem *Luidolfi ducis*. Denique animaduertimus, *Luidolfum* nostrum filium *Luidolfi ducis* statuendum esse, quo, vel eius filio, (fortassis Hogero) mortuis, eadem villa ad iura cæsaris retrocessit, vti patet e sequentibus nondum editis litteris.

℣ In nomine sc̄ǣ et indiuiduae trinitatis otto diuina fauente clementia imperator augustus notum esse uolumus omnibus fidelibus nostris tam presentibus quam futuris qualiter nos ob interuentum fratris ñōr̄ī dilecti *brunonis* et uenerabilis abbatis *luidolfi* pro animae ñōr̄āē patrisq̄. nostri *heinrici* remedio nec non pro incolumitate amantissimae matris nostrae *mahtildae* et dilectissimae coniugis nostrae *adelheidis* imperatricis augustae filiiq̄. ñōr̄ī carissimi *ottonis* quandam proprietatis ñōr̄āē curtem *bodincthorpe* dictam *in pago nithega* in comitatu *luidolfi* aduocati sitam quam iure hereditario accepimus cum omnibus ad eam per-

Ab anno 890 vsque 900. regnante Arnolfo

pertinentibus mancipiis utriusq;. sexus areis agris pratis pascuis aquis aquarumq;. decursibus piscationibus siluis uiis et inuiis exitibus et reditibus quesitis et inquirendis ad monasterium sc̃ōrum martyrum stephani atq;. uiti quod corbeia nuncupatur in proprium donauimus ea uidelicet ratione ut prefatus abbas suiq;. successores liberam deinde potestatem habeant eandem curtem *bodincthorpe* cum omnibus suis appendiciis tenendi possidendi et commutandi uel quidquid sibi libuerit inde in usum ec̃cliae suae faciendi. et ut hec n̄ōr̄ā imperialis munificentiae concessio per processura temporum curricula semper stabilis et inconuulsa permaneat hanc cartam manu n̄ōr̄ā subtus firmatam inde conscribi et anuli nostri impressione corroborari iussimus.

Signum domni ottonis  magni et inuictissimi imperatoris augusti.

liudulfus cancellarius ad uicem brunonis archicapellani recognoui et ſſſ.

Sigillum vide in Tab. VI. num. 1.

data VI. id. iunii anno d̄n̄ī c̄ār̄ incarnationis DCCCCLXV. indict. VIII. regni autem serenissimi imperatoris augusti ottonis XXX. actum colonia in dei nomine feliciter amen.

Villam, quam interuentu huius diplomatis largitus est cæsar, putamus eandem fuisse ac eam, in qua *Luidolfus* iam antea Corbeiensibus quædam tradiderat. Quamuis enim illa appelletur *Bodincthorpe*, dubitationem tamen id, quæso, nemini adferat. Cum enim ea exstiterit in pago Nithega æque ac nostra, in eodem pago autem alius vicus *Bökendorp* non reperiatur, nemo non videt, hanc villam esse eandem, quam in his traditionibus inuenimus. Dignissimum autem obseruatu censemus, cæsarem profiteri, se curtem eandem accepisse hereditario iure, ex quo concludimus, ad eius progenitores et consanguineos hanc villam quondam spectasse. Quis ergo negare poterit, *Luidolfum*, qui testante §. nostro in eadem curte quædam donauit, consanguineum fuisse imperatoris *Ottonis*? Cum vero et eadem villa *abbati* Corbeiensi *Luidolfo* primis mensibus regiminis sui sit donata, verisimile quoque nobis videtur, eundem *abbatem Luidolfum*, et consanguineum cæsaris, et nepotem *Luidolfi II.* fuisse, ad quem eadem curtis spectauerat. Probabile enim non videtur, cæsarem abbati, vix electo et confirmato, tam insignem curtem donaturum fuisse, nisi abbas *Ottonis* consanguineus fuisset, eandemque villam sub quadam iuris specie a cæsare petere potuisset. Cum ergo tempora permittant, vt statuamus, *Luidolfum abbatem Hogeri* aduocati Corbeiensis filium, et nepotem *Luidolfi II.* fuisse, credamus licet, *Luidolfum abbatem* nomen suum ab auo, ac proauo *duce Luidolfo* accepisse. *Luidolfus* vero *aduocatus*, qui anno 965 comitatum suum habuit in pago Nithega, probabilissime erit filius Brunonis et pronepos *Luidolfi ducis*, quem *Luidolfum aduocatum* et bona hereditaria in eadem regione possedisse, infra videbimus. Hisce præmissis illud quoque addere volupe erit, hanc villam *Bodincthorpe* succedentibus temporibus in beneficium esse datam quibusdam ministerialibus, qui ab hac villa in membranis nostris appellantur de Budikerthorp, quibus extinctis accepere eandem nobiles domini de Brakel, vti approbant litteræ sequentes, quæ hic quoque prima vice in publicum prodeunt:

§. 325.

Tradidit billing pro se in *olenhuf* (f) unam familiam et XXX iugera. et gubernante Corbeiam Godescalco.

§. 326.

Wy her' *albrecht* uñ her *Herman von Brakele* brodere unde rittere bekennet openbare in desem breue dat wy von Ju leue here her *dider. von Dalewich* abbet des frigen stichtes to Coruege to lene entfangen hebbet *Bodekerdorpe Aldendorpe* dat *koninglau* den thegeden darouer myt aller slachte nut vogedige uñ gerichte darouer uñ wy sint iuwe erue belende man van den guden vorgescr. uñ des stichtes to Coruege erue man. ok so gy uns seden vor der *Blankenowe.* do gy uns belenden uñ do wy ju desen bref loweden to sendende wo gy *Temmen den greuen* hedden beleynt myt vyf houen dar en wille wy siner nicht an hinderen mit namen an den vif houen to *Bodekerdorpe.* des to ener mereren openbaren bekantnisse dat dyt war ys dat wy van desen vorgescr. guden juwe uñ des stichtes man sint also voregescreuen is hebbe wy unse ingesegele laten hangen witliken an desen bref datū anno dñi M. CCC. quinquagesimo primo in die Bonifacii.

Sigilla vide in Tab. VI. sub num. 2. et 3.

Cum in sigillis istis appareat imago leonis, monendum erit, esse eum Euersteinensem leonem. Ortos enim esse nobiles dominos de Brakele ex Euersteinensibus comitibus, probatum dabimus in Corbeiensi Historia litteris æri incisis. Illis autem dominis defunctis, anno 1403 vico *Bodekerdorpe* infeudatus est Iohan Spegel van dem Lewenforde; quo, vti videtur, sine liberis mortuo, vicus noster dominis de Haddenberge iterum in feudum datus est, testantibus litteris sequentibus, quas in lucem emittimus:

Ek *Heydenrick van Haddenberge* bekenne opinbare in uñ myt dussem breue vor mek uñ myne rechte man eruen dat ek hebbe entfangen to rechtē man leyne van dem erwerdigen in God vader uñ heren hern *Arnde* abte des frigen stiftes to Corbey *Bodekerdorp* mit dem *Koñiglo* myt dem thegeden to *Aldendorp* uñ myt eynē houe gelegen to *Euerssin* geheyten der Natezungen hof myt allen slachte nutten uñ to behorūgen ware de gelegen syn bynnen uñ buten den dorpen in vogedye an holte in velde in water uñ in weyde uñ ek heydenrick vorg. en wil noch en schal anders neyne hern spreken edder kesen to dussen vorg. guden den mynē gnedigen herē hern *Arnde* abte vorg. uñ loue dyt vor mek uñ myne rechten man eruen by mynē hulden de ek mynē vorge. gnedigē hern gedan hebbe. stede uñ vaste to halden sunder argelist uñ hebbe dusses to vorder tuchnysse uñ warheyt myn sygnet an dusen bref gehangē. Datū anno dñi M. CCCCXLIIII īpō die b̄ti policarpi ēpī.

Extinctis vero dominis de Haddenberge, eundem vicum rursus accepere ab ecclesia Corbeiensi domini de Haxthausen.

(f) Villa *Olenhus* erat, Sarachone abbate teste, *in pago Bardenga*, et procul dubio intelligitur vicus *Olesen* in ducatu Luneburgico in præfectura Winsen ad flumen dictum die Luhe. Nullum ergo fore speramus, qui dubitabit, *Billingum*, qui in eadem villa quædam largitus est, spectasse ad celebratissimam familiam Billinganam, quippe quam dominatam esse in ducatu Luneburgico nemo ibit inficias. De villa Olenhus in pago Bardengo.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 326.

Tradidit sifriduf pro se et coniuge sua cristina et filio suo borchardo III familiaf unam in *bredanbeke* (g) alteram in *criepan* tertiam in *bittikingahusen* et cum una quaque XXXVI iugera.

§. 327.

Tradidit thiatharduf in *grimulefhuf* (h) VIIII mancipia et XXXX iugera et II iurnalef et quidquid habuit illic.

idem tradidit pro coniuge sua luithmod in *scerua* (i) et in *uuetium*

Cum igitur tempora permittant, vt statuamus, *Billingum* fuisse eundem Billingum, qui appellatur pater Herimanni, Saxoniæ ducis, credimus, fore neminem, qui perhibebit, *Billingum* nostrum non fuisse Herimanni ducis patrem, qui accessisse videtur Corbeiam nostram visitandi gratia fratrem suum *Brunhardum* monachum eo tempore Corbeiensem.

De villis Bredanbeke, Criepan et Bittikingahusen in pago Tilithi.

(g) *Bredanbeke*, *Criepan* et *Bittikingahusen* ab abbate nostro Sarachone tribuuntur *pago Tilithi*. Putamus ergo *Bredanbeke*, esse *Brencke*, cuius ecclesia spectat ad vicum Harderode in ducatu Brunsuicensi seu in dynastia Homburgica sub inspectione Halle; *Criepan*, *Krepe* in eodem dominio inter Heise et Halle vicos, et *Bittikingahusen Bestingen* in eadem dynastia sub inspectione Halle. Inter progenitores ergo nobilium dominorum de Homborg esse referendum *Sifridum*, nemo negare poterit, qui considerabit, nomen Sifridi in familia Homburgica fuisse visitatissimum, cumque infra §. 379 *Sigifridus* comes in dicta villa Harderode quædam donat pro vxore sua *Weldrut*, e situ horum locorum concludimus, *Sifridum* nostrum fuisse patrem *Sigifridi* comitis, cumque villa Nighunburni in pago Wikanauelde vix iter vnius horæ a castro Homburgico haud procul a Wickensen et villa Holthusen distet, in qua *Severit* quædam tradiderat, testante §. 322, putamns l. c. de *Sifrido* nostro sermonem esse, qui expressis verbis §. 357 appellatur filius *Sigiberti* seu Sifridi. Alium enim dominum non posse intelligi omnino censemus, quia nullo modo probabile videtur, alium quiuisse dominum bona hereditaria possidere in villis Holthusen et Negenborn, quam progenitorem dynastarum Homburgicorum, atque hoc e situ horum locorum euidentissime apparere arbitramur. Hoc stante, nullo afficimur terrore sententia viri cuiusdam eruditissimi, qui pronunciauit, in aëre piscari illos, qui nobiles dominos de Homburg ex Northeimensibus comitibus deducunt, æqualis quippe fere antiquitatis laude florentes. Superuacaneum enim nos habituros esse metum cogitauimus, cum ex his traditionibus didicerimus, eosdem dominos, qui in dynastia Homburgica bona hereditaria possedere, in comitatu Northeimensi eadem habuisse, nostrumque *Sifridum* appellari §. 352 patruum *Wichardi*, cuius progenitores tenuere in pagis Tilithi, Wikanauelde et Logne bona hereditaria, quemadmodum etiam idem *Sifridus* iisdem in pagis eadem tenuit, neque putamus, quempiam nobis obiicere posse, nomina Sifridi, Sigefridi, Severiti, Sywardi atque Sigiberti esse nomina diuersa, neque inuicem confundenda. Habemus enim diplomata, in quibus Sifridus de Homborg filius Hiddiconis, etiam appellatur Sigibertus de Homborg.

De villa Grimuleshus in pago Hessi Saxonico.

(h) *Grimuleshus* erat *in pago Hessi Saxonico*, annotante Sarachone abbate in Registro B. et P. A. C. Absque dubio ergo intelligitur vicus *Grimelsen* ad Dimolam, iter vnius horæ circiter distans ab oppido Warborg in episcopatu Paderbornensi.

De villa Scerua in pago Hessi Saxonico.

(i) *Scerua* erat *in* eodem *pago Hessi*, eodem Sarachone teste, atque indicatur procul dubio vicus Scherwe, vno milliari distans ab oppidis Peckelsen et Warborg in eodem principatu Paderbornensi, cuius villæ iam supra sæpius mentionem iniecimus, quibus dictis addimus litteras Hermanni Corbeiensis abbatis ex originali accurate descriptas:

HeR-

uuetiun (k) et in *rinbeke* (l) XV mancipia et IIII manſoſ et dimidium et quidquid illic habuit. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 328.

Tradidit gelo pro patruo ſuo bernhardo in *friduren* II manſoſ et in *legreke* (m) XX iugera et duaſ iurnaleſ.

§. 329.

HeRmannꝰ dī gr̄ā Corbeiēn. abbas. omnibꝰ huiꝰ pagine inſpectoribꝰ ſalt. Notū eſſe cupimꝰ quod cum ꝑ neceſſitate ñr̄ā et eccl̄ie ñr̄ē ꝓpoſitꝰ et ꝰuentꝰ Corbeiēn. obligaſſent reddit⁹ officii ſui in *ſcerven* ꝑ centum et uiginti marcis. quarum ad ñr̄os uſꝰ ſeptuaginta. et ad uſꝰ ꝑꝑti et conuentꝰ q̄dginta deuenerunt. tandē ꝰuenimꝰ in eo. quod in reſtaurum eorūdē reddituum de officio *Wolkmerſen* recipiant reddit⁹ eq̄ualentes hoc anno. et q̄cquid ſup excreuerit eodem tam nobis quam ꝰuentui ad ꝓfati officii ſolutionē. Si u ſequenti in paſcha ſeptuaginta marcas non ſoluerim⁹. tam ꝓpoſitꝰ quā conuentꝰ. de officio *wolcmerſen.* pcipient tam reddit⁹ de *Sceruen* quam reddit⁹ officii eiuſdem. et quicquid ſup excreuerit ad ſolutionem *ſcerven* nobis cedet in cōmuni. et ita fiet deinceps donec *ſcerve* redimatuR. Adiicimꝰ ꝑterea de manſo quem habet in pignore Thidric⁹ ſnauethal quod poſt ſuā ſolutionem ad curiam *Wolcmerſen* reuertet. et ad fratrum ꝑbende ſolutionem. Teſtes huiꝰ rei ſt. ꝰſiliarii eccl̄ie. uidelicet Albr prior. Eſq̄nꝰ ꝑꝑs. Hardewig cam⁹. Themo iunior. Laici *Conradꝰ de Amet.* et *Herboldꝰ filiꝰ* eiꝰ. *Rabanus de papenbē. Gerhardꝰ Hadik. Godefridꝰ de Godelh.* et alii ſcilicet *Herbordꝰ noue eccl̄ie decanꝰ. Alradꝰ* cū *pede. Hermanꝰ ſpeigel. Anderag de thurſlon* et alii plures. Acta ſunt hec anno dn̄ī M. CC. XXX. III.

Sigillum vide in Tab. VI, num. 4.

(k) *Wetiun* fuiſſe *in pago Heſſi Saxonico*, docet nos abbas noſter Saracho in Regiſtro. Intelligimus ergo, denotari vicum *Weten* in principatu Waldeccenſi eiusque præfectura Rhoden obuium, duo milliaria circiter diſtantem ab vrbe Warborg, loco epiſcopatus Paderbornenſis. De villa Wetiun in pago Heſſi Saxonico.

(l) *Rinbeke* tribuitur *pago Heſſi Saxonico* a Sarachone. Significatur *Rembeck* vicus, ad Dimolam inter Scherwe et Warborg in principatu Paderbornenſi viſendus. Quantum igitur æſtimare licet e ſitu horum bonorum, putamus, *Thiathardum* fuiſſe genitum e ſtirpe Brunoniana, et probabiliter filium Wichmanni, qui in eadem regione, et quidem in villa Scherwe, quædam Corbeienſibus tradiderat. Magnæ auctoritatis et gloriæ dominum fuiſſe eundem, concludimus e Chronico noſtro Corbeienſi MSpto, ex quo apparet, eum ætate ſupparem fuiſſe Billingo, cuius et hæ traditiones §. 325 mentionem iniecerant. Ipſum de monaſterio Corbeienſi bene meritum fuiſſe, quia Corbeienſes eiuſdem *Thiathardi* cum inſigni elogio meminere, in propatulo eſt. De villa Rinbeke in pago Heſſi Saxonico.

(m) Villæ *Friduren* et *Legreke* fuerunt, noſtro Regiſtro teſte, *in pago Agrotingun*, quem in Emslandia circa vrbem Meppen in epiſcopatu Monaſterienſi exſtitiſſe iam ſupra §. 202 demonſtrauimus. Procul dubio itaque eſt *Legreke* locus *Lengerke*, et *Friduren* locus *Freren* in comitatu Lingenſi. Quantum itaque e ſitu horum locorum colligere licet, arbitramur, *Gelonem* et *Bernhardum* inter progenitores comitum Lingenſium ſeu Tecklenburgicorum eſſe referendos, rati, *Gelonem* noſtrum diuerſum fuiſſe a *Gelone*, qui quidem in eodem pago Agrotingun quæ- De villis Friduren et Legreke in pago Agrotingun.

Ab anno 890vsque 900 regnante Arnolfo

§. 329.

Tradidit folcbert pro se et pro uxore sua gherberch et pro filiis suis maynuuerco et thiadrico CL iugera et XIII mansos in *heuerscutte* (n) et in *dodonhus* III mansos et in *beuerbeke* C iugera et unam siluam.

§. 330.

quædam donauit, at pro anima fratris sui *Bernhardi*, testante §. 249. Vtcunque se res habeat, siue sit Gelo vna, siue sint duæ personæ isti *Gelones*, e dictis tamen satis patet, *Bernhardum*, fratrem *Gelonis*, nomen accepisse a patruo suo *Bernhardo*, qui frater fuerit oportet *Cobbonis* comitis iunioris, et filius senioris *Cobbonis*, quem plerique credunt satorem exstitisse comitum Tecklenburgicorum. De ipsis egimus supra §. 104.

De villis Heuerscutte, Beuerbeke et Dodonhus in pagis Hessi Saxonico et Tilithi.

(n) Præstantissimum aggredimur paragraphum, quippe qui multum facit ad veram originem Euersteinensium comitum inuestigandam. Ditissimum fuisse dominum *Folcbertum*, e bonis traditis patet. Quis enim poterit 1390 iugera cum silua elargiri, nisi opulentissimus dynasta? Inter nobilissimos ergo Saxoniæ proceres seu adelingos referendum esse *Folcbertum* nostrum, nemo negare poterit. Fuisse autem eum Saxonicæ originis, situs villarum, in quibus eadem bona tradidit, comprobat. *Heuerscutte* et *Beuerbeke* loca erant, *in pago Hessi Saxonico* sita. Prior villa est *Everschütte*, ad Dimolam adiacens in Landgrauiatu Hassiæ; posterior autem erat in eodem Landgrauiatu Hassiaco ad siluam Reinhardswald olim sita inter Kikillahusun et Wulfredeskisikun; *Dodonhus* vero locus tribuitur ab abbate nostro Sarachone *pago Tilithi*. Hic cum fuerit ad Wiseram circa oppida Bodenwerder et Hamelen conspicuus, villa *Dodonhus* citra controuersiam erit *Doensen*, cuius ecclesia spectat ad Halle vicum, iter vnius horæ a Bodenwerdera oppido situm, et duarum horarum spatio circiter distantem a castro Polle, quondam sede quorundam celebratissimorum comitum Euersteinensium. Cum itaque *Folcbertus* noster bona hereditaria habuerit in meditullio comitatus Euersteinensis, nemo poterit ire inficias, eundem inter progenitores Euersteinensium comitum esse referendum. Cum autem et idem bona tenuerit in pago Hessi Saxonico, probabilissimum erit, descendisse eum a *Brunone*, celebratissimo Angariorum duce. Credere enim nullo modo possumus, immo absonum creditu nobis videtur, nostros Euersteinenses comites ex comitibus Euersteinensibus, in Suevia olim illustribus, originem et cognomen traxisse, et castrum Euerstein denotare *apri petram* ex Eber seu Ever apro, quod originationis momentum inter doctas nugas iam supra retulimus §. 104. not. (n). Cum enim, iam tempore Hludouuici pii *Euerhardum* quendam in vicinia monasterii Corbeiensis habitasse, deprehendimus, cui Corbeienses ecclesias scilicet eas vtendas concesserunt, vti §. 22. vidimus, verisimillimum erit, eum vel eius patrem cognominem castro Euersteinensi nomen præbuisse. Fabula enim est Ioannis Lezneri, affirmantis, comitem Euersteinensem Brunonem anno 903 in terras Brunsuicenses venisse, et secum nobiles de Bevern adduxisse. Id Letznerus ex suo, vti solet, ingenio finxit. Ex his enim traditionibus patet, alios dominos anno 903 terras Euersteinensium ~~non~~ possedisse atque Brunonem istum. Neque Antonio Schnackenburgio, qui Annales Corbeienses, Tomo II. S. R. B. Leibnitii reperiundos, seculo XV composuit, simpliciter credendum est, loquenti ad an. 908 de quodam comite Euersteinensi. Sæpius enim Antonium istum errore labi deprehendimus, multa ex suo addentem ingenio, atque in annis diplomatum crebro errantem, non quidem, vti speramus, ex malitia, sed ex negligentia supina. Ipse enim diplomata, veteresque Annales Corbeienses et Chronica, in Archivo nostro exstantia, euoluere noluit, peregrinis Chronographis in rebus Corbeiensibus plus tribuens quam domesticis, quod minime facere debuisset scripturus Chronicon de rebus Corbeiensibus. Perseueramus itaque adhuc in nostra sententia, originem scilicet traxisse Euersteinenses comites a duce *Brunone*, cuius nisi filius fuit dictus *Euerhardus*, nepos tamen sine dubio fuit *Euerhardus*, frater Thiadrici, satoris Euersteinensium comitum et patris *Folcberti*, qui, teste hoc paragrapho, largissima bona donauit Corbeiensibus.

(o) *Adal-*

§. 330.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit adalric pro fratre suo hoſed unam familiam in *bernhalleſhuſ* (o) et XXX iugera.

§. 331.

Tradidit helmdag in *ſiuuehtharan* et in *haran* (p) IIII iurnaleſ et LX iugera et V mancipia.

§. 332.

Tradidit helmdag pro ſe unam familiam in *hiriuuardeſhuſ* (q) et L iugera.

tradidit helmeric pro ſe ſuiſque debitoribuſ in *cotun* (r) CXX iugera et V iurnaleſ.

§. 333.

De villa Bernhalleshus in pago Hessi.

(o) *Adalricus* eiusque frater *Hoſed* veriſimiliter ad ſtirpem Brunonianam ſpectarunt. Bona enim, quæ tradidere, ſita olim erant in pago Heſſi, Regiſtro noſtro teſtante. Dubitamus vero, an villa *Bernhalleshus* fuerit *Borkhuſen* haud procul ab oppido Borcholte in epiſcopatu Paderbornenſi, an *Berninchuſen* vicus, in quo olim domini de Dumella a Corbeienſi eccleſia curiam habebant ex lege feudi. His ſucceſſere exſtinctis domini de Kalenberge. Pendemus animo, an *Bernighuſen* deſignetur, ad caſtrum Malsburg ſpectans vicus in Landgrauiatu Haſſiæ. Hæ villæ probe diſcernendæ ſunt a vico *Bernichuſen* in principatu Corbeienſi, hodie dicto *Brenckhuſen*, in quo abbatia virginum ſacrarum reperitur olim Ciſtercienſis, hodie vero ordinis S. Benedicti. Iam inter poſteros S. Meinulfi in tabula noſtra Brunonianæ ſtirpis inuenimus quendam *Hoſedum*, filium *Eilberti* et fratrem *Hadoldi* ac *Brunwardi*, qui in eadem regione, in qua *Adalricus* bona hæc tradidit, quædam donarunt. Probabile ergo nobis videtur, *Adalricum* noſtrum cum fratre *Hoſedo* fuiſſe filium *Hoſedi* et fratrem *Hatholdi*. Cum igitur nomen *Adalrici* contraheretur in Aſig, Eſic et Heſſi, fieri potuit, vt *Hoſedus* filio cuidam ſuo nomen *Adalrici* impoſuerit, a conſanguineo quodam ſuo petitum, qui nomen ſuum habebat a fratre Wichtrudæ, S. Meinulfi matris, qui erat *Aſig* ſeu dux Oſtfalorum *Adalricus*. Quanquam enim in hoc tantum indulgeamus coniecturis noſtris, indicandum tamen id eſſe cenſuimus, quo aliis occaſionem daremus, in veritatem rei vlterius inquirendi.

De villis Swehtharan et Haran in pago Almunga.

(p) *Swehtharan* et *Haran* tribuuntur a Sarachone *pago Almunga*. Qui cum exſtiterit in Paderbornenſi epiſcopatu ad flumen dictum *die Alme*, procul dubio erit *Swehtharan* locus *Schwaferen* in dominio Wevelsburg, quæ villa probe diſcernenda a Schwaffern in præfectura Ehrenburg in comitatu Hoiano. *Haran* eſt *Haren*, locus in eadem dynaſtia Wevelsburg haud procul a Bodeke monaſterio in principatu Paderbornenſi ſitus, quam villam probe diſcernas velim ab Haren loco in epiſcopatu Osnabrugenſi.

De villa Hiriwardeshus in pago Itergowe.

(q) *Hiriwardeshus* erat, Regiſtro noſtro teſte, *in pago Itergowe*. Sine dubio denotatur *Hertzhauſen* locus in dominio Itter in Waldeccenſi principatu. Situs harum villarum ergo nobis perſuader, vt credamus, *Helmdagum* ſpectaſſe ad familiam Widikindeam, cuius vinculum cum eadem ſtirpe genealogicum inuenies in tabula genealogica Widikindea §. 104. not. (†††).

De villa Cotun in pago Auga.

(r) *Cotun* villam fuiſſe *in pago Auga*, docet nos abbas Saracho in ſuo præſtantiſſimo Regiſtro. Iam autem in eodem tractu ſeu diœceſi Corbeienſi nullus hodie eiuſdem nominis vicus amplius reperitur. Ergo villa neceſſario deſolata ſubeſſe debet, quæ quondam exſtitit inter Furſtenau et Lebendorf, membranis noſtris teſtantibus, in quibus eadem villa appellatur *Kotten*. Nomen hæc villa accepiſſe videtur a monte in tota illa regione editiſſimo dicto *Köterberg*, vel mons ille a villa noſtra, quæ iter duarum horarum abfuit a celebratiſſimo caſtro Brunonis-

Ab anno 890vsque 900. regnante Arnolfo

§. 333.

Tradidit folcdagus in *hodeheſhuſ* (f) pro patre ſuo hillibodon LXXII iugera et II iurnales.

§. 334.

Tradidit oua pro ſe et pro fratre ſuo bernhardo quidquid habuerunt in *meynberghun* (t).

§. 335.

Tradidit drogo in *uppuſ* et in *liniſi* (u) XIII agroſ.

§. 336.

Tradidit folcred pro fratre ſuo alfrico unam familiam in *berneſtorpe* (v) et XXX iugera.

§. 337.

Tradidit *uuicberth* unam familiam pro ſe in *foanrode* (w) et XXXV iugera et II manſ. pro patre ſuo *bardone*.

§. 338.

nonisburgo, adpellationem traxit. Ex quo concluſimus, *Helmericum* noſtrum Brunonianæ ſtirpi eſſe adnumerandum.

De villa Hodeheshus.

(f) *Hodeheshus* villa in noſtro non reperitur Regiſtro. Neſcimus ergo, quinam intelligatur deſignari vicus. Id eſt, quod valde dolemus. Ex ſitu enim huius villæ coniectura duci poſſet, ad quam familiam *Folcdagus* eiusque pater *Hillibodon* ſpectaſſet. Ex quo momento porro coniectari poſſet, quis *Luidolfi* ille proximus fuerit, pro quo idem quædam donauit, teſtante §. 324, in pago Nithega in villa Bouingthorpe. Hinc porro coniicere poſſemus, cuiusnam ſtirpis fuerit vxor illius *Luidolfi*. Interim reperiuntur loca huc facientia paſſim e. g. *Heddenhuſen* in præfectura Hardeſen, *Hetgershuſen* in præfectura Harſte in principatu Göttingenſi, *Heddinghuſen* in dynaſtia Canſtein, *Heddinghuſen* haud procul ab oppido Geſeke, *Heddinghuſen* non procul a vico Delbrugge, *Hodinchhuſen* in dynaſtia Buren, et *Huddingen* in præfectura Wildungen in principatu Waldeccenſi. Fortaſſis intelligitur *Heddenhuſen* in præfectura Hardeſen. *Folcdagus* itaque fortaſſis fuit filius Hildeboldi, nati ex Thiadhardo e ſtirpe Northeimenſi, de quo videas §. 104. not. (l) velim.

De villa Meynberghun.

(t) *Meynberghun* rurſus non inuenitur in noſtri abbatis Regiſtro. Neſcimus ergo, vbinam locorum eadem villa exſtiterit.

De villis Uppus et Liniſi.

(u) Deſiderantur in Regiſtro noſtro villæ *Uppus* et *Liniſi*. Tacente ergo membrana, tacemus et nos. Quamuis enim abbatia noſtra in vico *Linſen*, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Halle in Principatu Brunſuicenſi, et in vico *Uppen* in præfectura Gronau in Hildesheimenſi epiſcopatu bona quædam habuerit, et perhibere poſſemus, *Dragonem* noſtrum ſpectaſſe ad progenitores nobilium dominorum de Eſcherde, nihil tamen horum definire audemus. Eſto iudicium penes lectorem.

De villa Berneſtorpe in pago Itergowe.

(v) *Berneſtorpe* collocatur ab abbate Sarachone *in pago Itergowe*. Intelligimus ergo, deſignari vicum *Berndorf* in Eiſenberg præfectura principatus Waldeccenſis. *Alfricum* itaque et *Folcredum* ad ſtemma Widikindeum propter bona et nomen retulimus ſupra §. 104. not. (†††) cum negari non poſſit, gentem Widikindeam in eodem pago ampliſſima poſſediſſe prædia.

De villa Foanrode in pago Merſthem.

(w) *Foanrode* villam tribuit Saracho *pago Merſthem*, quem in ducatu Calenbergico exſtitiſſe, iam ſupra §. 231. docuimus, vbi præterea vidimus, Beuonis comitis

filii

§. 338. et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit Sifrid unam familiam pro filio suo tiadulfo et XXXVI iugera in *pithili* (x).

§. 339.

filii Luidolfi ducis, vxorem sita in eadem villa bona quædam tradidisse, quæ procul dubio nostri *Wicberthi* consanguinea atque amita fuit. Cum itaque familia Widikindea in pago *Merſthem* amplissima possederit prædia, nomenque Wicberthi in eadem stirpe in vsu fuerit, procul dubio *Wicbertho* nostro nomen inditum est, ab auo suo *Wicberto* petitum. Cumque etiam l. c. dixerimus, *Bardonem* comitem anno 870. comitatum suum habuisse in pago *Merſthem* villamque *Foanrode* sub eius fuisse iurisdictione, absurdus sit, qui neget, eundem fuisse *Bardonem*, pro quo hæc bona in eadem villa *Foanrode* ab eius filio *Wicbertho* traduntur.

(x) Abbas noster Saracho refert in Registro B. et P. A. C, villam *Pithili* fuisse *in pago Guddingo*. Hunc pagum exstitisse in præfecturis Lauenstein, Wintzenburg et Poppenburg in episcopatu Hildesheimensi, atque in quadam parte principatus Calenbergensis, per præfecturam Lauenstein, circa oppida Gronau, Eltze et Eldagesen, diximus iam supra. In eadem vero regione inuenimus nullum vicum, qui maiorem similitudinem habet cum villa nostra, quam vicum *Beitlen*, olim in præfectura Wintzenburg, hodie autem in præfectura Gronau obuium. Hic vicus ex nostra sententia est villa *Pithili*. Iam quis *Sifridus* fuerit, qui in eadem villa *Pithili* XXXVI. iugera donauit, ex nobis quærere videris. Iam respondimus supra §. 104. in nota subiuncta (l), rati, *Sifridum* illum inter progenitores Northeimensium comitum esse referendum. Quamuis enim id præfracte defendere non audeamus, nostrum *Sifridum* fuisse filium *Thiatmari* et patrem comitis *Sigefridi*, fatoris Northeimensium comitum, nomen tamen eius prodere videtur, ad nullam aliam stirpem eundem spectasse, nisi ad illam, cuius fator a nobis l. c. constitutus est *Wichardus*, cuius ipse probabilissime nepos, atque itaque frater *Wegani*, *Burchardi*, ac *Thiatmari* fuit. Filius eius *Tiadulfus* esse videtur *Thiadulfus*, qui, testante §. 370, pro sorore sua *Aellan* in villa Nathireshus in pago Suilbergi, quæ vel villa Nannexen seu Naënsen in præfectura Grene in ducatu Brunsuicensi, vel alia desolata est, quædam tradidit. Nec diuersus ille *Thiadulfus* videtur fuisse a *Tiadulfo*, qui in pagi Suilbergi villa Ecwardeshus, id est, in Ikershusen intra terras comitatus Dassel quædam largitus est, testante §. 383. Cum vero iam dictus *Wegani* habuerit filium *Godescalcum*, vti docet §. 295, *Maynhardus* quoque filius fuit eiusdem *Wegani*. *Maynhardus* enim et *Godescalcus* fratres appellantur §. 355, vbi quædam donarunt sita ad villam Hikieshus in pago Fleithi. Villa isthæc nobis videtur esse vicus Haskenhus in præfectura Wintzenburg. Idem autem *Maynhardus* nobis persuadet, vt etiam *Maynhardum*, qui in eodem pago Fleithi in villa Wetfelde, id est, in Westfelde loco præfecturæ Wintzenburg mansum vnum ecclesiæ nostræ tradidit, testante §. 107, ad hanc familiam referamus. Iste idem videtur *Maynhardus* fuisse, qui inter testes apparuit, cum quædam traderentur in villis Cogharden atque Hementorpe §. 194 et 226, siue ille *Bennonis*, siue *Wirici* comitis, siue *Meinboldi* filius fuerit. Horum pater fuisse videtur *Siwart*, qui in villa Haribernessun in eodem pago Fleithi quædam donauit testante §. 2. Eadem autem villa Harbarnsen sita est in episcopatus Hildesiensis præfectura Wintzenburg, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Woltershusen. Huius *Siwarti* nepotes si fuerunt *Wichardus*, *Reginboldus*, *Theodhardus* atque *Adalboldus*, vti id nobis probabilissimum esse videtur; *Siwartum* istum et nobilissimum et ditissimum dominum fuisse oportet, quia illi inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi numerantur §. 104. et 121, cuius heredes et nepotes fuisse nobilissimos Saxoniæ proceres nemo negare audebit. Sit ergo *Siwartus* ille fator celebratissimorum comitum, dictorum de Northeim et Dassel, antiquissimorumque possessorum comitatus Wintzenburgici. Videtur *Siwartus* iste idem fuisse, qui inter testes apparuit, cum in pagis Guddingo et Wikanauelde quædam traderentur, testantibus §§. 7, 58, et 78. *Sibertus* autem, qui §. 121. inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi memo-

De villa Pithili in pago Guddinge.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 339.

Tradidit uuyndele pro ſe unam familiam in *algrimſen* (y) tradidit thiatmaruſ pro ſe et coniuge ſua reynburg in *graſlgingeſhuſ* (z) quidquid habuit in pratiſ agriſ ſiluiſ et XXXX. manſ. IIII familiaſ.

tra-

memoratur, frater fuiſſe videtur *Wichardi*. Et ſane nomen Siwarti ſeu Sigefridi, in genealogia horum comitum crebro repetitum, nobis perſuadere poterit, eorundem comitum ſatorem fuiſſe quendam Siwartum ſeu Sigefridum, pro quo *Siwartum* iſtum tam diu reputamus, donec euidentiſſime comprobetur contrarium.

De villa Algrimſen in pago Falhen.

(y) Villam *Algrimſen* tribuit Saracho abbas *pago Falhen*. Putamus ergo ſignificari vicum *Algermiſſen*, locum epiſcopatus Hildeſienſis, in quo ad præpoſituram cathedralem ſpectant maior et minor *Algermiſſen*, quorum vnus erit villa noſtra. Infra §. 381. memoratur villa Alegremishus. Eam ad pagum Falhen Saracho refert. Hanc ab illa diuerſam non fuiſſe, arbitramur. Quo bona ad hanc villam ſita et tradita fugerint, indicabimus in *Hiſtoria Corbeienſi:* Hoc interim annotaſſe volupe erit, quod tam *Wyndele*, quam *Hildired* videantur ſorores fuiſſe *Brunhardi* noſtri. Hic frater erat *Billingi* atque eo tempore monachus monaſterii abbatiæ Corbeienſis. Si itaque liceat ſtatuere, has duas fœminas alloquendi gratia *Brunhardum* inuiſiſſe Corbeiam, atque ea occaſione dediſſe quædam, ſita ad vicum *Algermiſſen*, eccleſiæ noſtræ, abſurdum nemo pronunciet creditu, *Wyndelam* et *Hildiredam* fuiſſe *Billingi*, qui fuit pater ducis *Hermanni*, ſorores. Firmant ſane hanc ſententiam bona, quæ hæ fœminæ tradiderunt abbatiæ noſtræ. Confer ſupra §§. 303. 313. 314. et 325.

De villa Graſlgingeshus in pago Tilithi.

(z) Situm villæ *Graſlgingeshus*, quam *in pago Tilithi* fuiſſe, Saracho noſter docet, diu neſciuimus. Quamuis enim nobis non incognitus fuerit vicus *Grave* ad Wiſeram inter Polle et Bodenwerder, ſeu, vt accuratius loquamur, inter Brewer et Peſtorf ſitus, cogitauimus tamen, differentiam inter *Grave* et *Graſlgingeshus* maiorem eſſe, quam vt in vnam maſſam loca conflari poſſint. Interim nullus locus hodie in toto illo tractu reperitur, qui meliorem ſimilitudinem cum villa noſtra habet, quam vicus *Grave*, qui cum ad abbatiam Corbeienſem ſpectauerit, probabiliſſime videtur deſignari. Eiuſdem villæ mentionem iniecerunt tabulæ publicæ comitum de Euerſtein, in quibus illi monachis in Amelungsborn decimam in agri regione, villam noſtram Grave cingentem, aſſignarunt, quas e membrana addere iniucundum non erit:

Ludeuicus ſenior Albert⁹ et *Ludeuicus filii eius comites de Euerſtein* uniuerſis p̃ntem litteram inſpecturis cupim⁹ eſſe notum quod pro remedio bone memorie d̃nē *Adele* comitiſſe nec non animarum n̄r̄ārum aſſignam⁹ ecc̄lie in *Amelungeſborne* decimā ſitā in monte per uiam lapideam de *grauen* uſq; *bredenuorde* quam in p̃nti pcipient ppetuo poſſidendam. p̄terea molendinum in *dolenſtene* ualens annuatim XII moldra ſiliginis et IIII. ſolidos cui⁹ penſionem frater *ludouicus* tribus annis tollat qb⁹ expletis ecc̄lia uſq; ad ſum̃am XXX marcarum reponet que mittentur *hoſpitali ad tranſmarinas partes*. uel in ſubſidiū dabuntur alicui fideli aut fidelib⁹ qui uoluerint tranſfretare. prout in uita ſua *Adela* ordinauit. his debite abſolutis tam decimas quam redit⁹ molendini ad conſolationē fratrum ppetim cedent. ut eis annuatim exinde ſeruiatur. hanc donationem ego *Ludeuic⁹ ſenior* pro ſalute uxoris n̄r̄ē nos quoq; *Albert⁹* et *Ludeuic⁹* pro matre n̄r̄ā de conſenſu fratrum n̄r̄ōrum *ottonis* et *Bernhardi* pro quib⁹ certā preſtabim⁹ warandiam cum omnib⁹ coheredib⁹ n̄r̄īs cum ſigillorum n̄r̄ōrum titulo confirmam⁹ ſub teſtimonio toti⁹ ⁹uent⁹ de *Amelungeſborne* et omnium caſtellanorum de *Euerſtein*. datum anno d̃nī M.CC.LX.VI.

Hodie

tradidit uuyrinharduſ pro filio ſuo ennan I familiam in *bikihuſ* (A) et XXXX iugera. gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 340.

Hodie vicus ille ditioni Principatus Wolferbuttelani eiusque præfectura Ottenſtein ſubeſt. Non procul ab eo, ſcilicet inter Peſtorf et *Grave* in eadem Viſurgis ripa, mola viſitur diaboli, vulgariter dicta *die Teufels-Mühle*. Eam fingunt per diabolum interuentu aquæ, tympanum circumagentis atque e ſaxo profluentis prærupto, produxiſſe. In altera Viſurgis ripa et e regione villæ noſtræ *Grave* conſpicitur mons dictus *der Gunſer-* ſeu *Ginſerberg*, in quo per foramen itur in latam cavernam. Hic olim habitaſſe latronem, referunt, de cuius fortitudine multa prædicant mirabilia. Videtur nomen illius montis, ſub quo villa *Grave* ſita eſt, eſſe corruptum, montemque olim dictum fuiſſe *der Gingesberg*. Sit itaque *Grave* ad Wiſeram villa *Graſſgingesbus*. At inſtabis, circa vicum *Grave* vix inueniri 2400 iugera, ſiquidem tota regio adiecta eſt montoſa. Sed ſalua res erit, ſimul ac conſiderabis, dediſſe *Thiatmarum* XL manſos, pratis agris et *ſiluis* comprehenſas. Iam quæritur, ad quamnam familiam ſit referendus *Thiatmarus* noſter, qui XL manſos, in ea regione ſitos, tradidit. Ditiſſimum et nobiliſſimum dominum fuiſſe illum, e donis patet. Inter progenitores Euerſteinenſium comitum eundem referre vellemus, dummodo vnicus inter eos eſſet comes, qui Thiatmarus fuerit appellatus. Quemadmodum vero e diplomatibus noſtris patet, Euerſteinenſes comites in villa Perdeſtorp quidem aliquid iuris poſſediſſe, eoſdemque bona in villa Grave ab eccleſia tenuiſſe Corbeienſi; ita perhibere placet, *Thiatmarum* fuiſſe pronepotem *Haddonis*, fratris *Ecberti ducis*. Thiatmarum hunc ſupra §. 104. not. (e) liberatorem Heinrici aucupis, in vrbe Grona ad Wiſeram, vix iter duarum horarum a villa noſtra diſtante, obſeſſi, ac patrem *Criſtini marchionis* diximus, putantes, marchiones orientales fuiſſe originis ſtirpis Brunonianæ. Atque, vt quædam addamus ad illam ſententiam confirmandam, in mentem venit *Teutmar*, qui, teſtante §. 11, in villa Waritbeke in pago Auga quædam tradidit, et propter hæc dona inſerendus videtur Brunonianæ genti. Ipſe probabiliſſime frater *Haddonis* fuit. Notatu autem dignum cenſemus, illum appellari *Teutmarum*. Hoc fuiſſe genuinum nomen Thiatmarorum noſtrorum videtur. *Teuto* quis fuerit, iam conſtat inter eruditos, parens ſcilicet communis Celto-Scytharum. Ad hos etiam Germani noſtri referuntur, Teutones ab eo dicti. Hinc tot nomina, a Teutone ducta, in gentem Germanorum et Saxonum noſtrorum profluxerunt, vt Thiadricus, Thiodger, Teutmar, Teodward, Theoding, Teodo, Tiadulf, Teto, Thiadgiſt, Tetto, Tado, Todi, Teodwal, Tiado, Teudulf, Tiadman, Thiadheri, Thiadbern, Tydſo, Theidger, Tetta, Tuide, Thiadrid, Tatto, Thiadbold, Thiadbert, Thiadwereus, Teodgot, Thiadwert, Thiadred, Thiatdag, Thiadradus, Thiathard etc. vt ſcilicet originem ſuam a patre communi *Teutone* inter ſe conſeruarent. Multa hic expromere, ſi ratio inſtituti permitteret, valeremus. Ablegamus vero Lectorem beneuolum ad *Hiſtoriam* noſtram Corbeienſem, in qua Lib. I. cap. 1. §. 12. ſeqq. de Teutone pluribus egimus, nec alios exſcripſimus.

(A) Villam *Bikibus* olim exſtitiſſe *in pago Tilithi*, iam ſupra e noſtro Regiſtro monuimus §. 105. not. (y). Indicauimus ſimul, eandem villam fuiſſe conſpicuam haud procul a vico Ohren, iter vnius horæ diſtante ab vrbe Hameloa ad Wiſeram in electoratu Hannoverano ſeu Principatu Calenbergico. Diuerſa hæc villa videtur fuiſſe a villa *Bikibuſun*, quam tradidit *Ranwardus* eccleſiæ Paderbornenſi, teſtante Vita Meinwerci T. I. S. R. B. Leibnit. p. 534 his verbis: *Quidam vir Ranward cum laudatione fratrum ſuorum Volckieres et Ekkionis quoddam* prædium *in Bikibuſun eccleſiæ tradidit, et ob hoc illis epiſcopus equum vnum, II. boues, IIII. ſolidos denariorum in præſentia Amalungi, Gerberti, Ekkikæ comitum donauit.* Hæc villa *Bikibuſun* fortaſſe eſt Benckhuſen in Eiſenberg præfectura Waldeccenſis principatus. Videtur *Ranwardus* ad ſtemma Widikindeum referendus propter dicta ad §. 275. not. (P) *Wyrinhardus* vero, qui in villa noſtra *Bikibus* quædam largitus eſt, ad progenitores comitum de Ertelſen ſeu Artzen ſpectaſſe videtur. De villa Bikibus in pago Tilithi.

§. 340.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

Tradidit godufrith pro filio ſuo meyneri in *herſiti* (B) quidquid habuit illic.

§. 341.

Adiungemus hiſce de villa noſtra duas ineditas chartas, quas accepimus e manibus Generoſiſſimorum dominorum de Haken. En vnam.

Den erſamen Hern Greuen *Ludolve* uñ greuen *Lodwighe van Wunſtorpe* enbeden wy *olrik* uñ *Iohan* brodere geheten *van Hoyen* oſen willigen denſt to allen tyden. Umme den tegenden to *beckhuſen* den wy van iuk mit aller ſchlacht un nut hebbet to lene, bidde wy iuk denſtliken, dat gi mit deme ſulven tegheden belenen to enen rechten eruen lene *diederike haken* uñ ſine rechten eruen. wanne gy dat ghedan hebbet, ſo ſende wy iuk denſuluen tegheden op by twen iuwen mannen, alſo recht is, un don des deñen ene rechte vorticht in duſſeme breue, de beſegelt is mit oſen ingeſegelen uñ wy *Herman van Vrenke* uñ *diederik van Borye*, bekennet, dat wy dor beden willen *olrikes* uñ *Iohannes van Hoyen* vorbenomet duſſes boden ſind in duſſeme breue, de beſegelt is mit oſen ingeſegelen, wanne gi *diederike Haken* en ſine rechten eruen belehnet hebben mit deme tegeden to *Bekhuſen*, alſo vorſcreven is, ſo bringe wy one iuk op, als recht is, in duſſeme breue under oſen ingeſegelen. uñ is geſchen na godes bord aſen Herrn drittynhundert jar in deme nyn, uñ ſeſtigeſten jare des andern ſondaghes na paſchen wanne man ſinghet miſericordias dñi.

(:L.S.) (L.S) (LS) (L.S.)

En alteram

Eck Joſt Lorber bekenne unde betuge openbar in duſsem breue vor my unde myne echten man eruen dat ick van den duchtigen knapen *Herman* und *Ernſte Haken* Gefeddern mynen leuen iunchern duſse na beſchreuene guder in den dorpe to *Barkenſen* unde dar by gelegnen to lehne entfangen hebbe alſe tom erſten eynen Hoff to *Barkenſen* unde eine wyſch unde twe houen landes dar to behorent dar achte morgen lyggen beneden dem heyſtei in dem *Oſteruelde* unde ſcheten uppe de *Oſtergrunt* unde teyn morgen tyggen an dem *Oderberge* by den borneſprung unde negen morgen an den *bekeſer velde* by der Sclut eyken tor tyd ſo geheten an dem *heymkeberge* ver ſtuck van ver morgen vor dem kruytzwege, teyn ſtuck an dem ſteynbuſche ſeuen ſtucke und twolff ſtucke de ſcheten uppe dat *bekeſer brock*, unde wil ſee eren unde forderen unde truwe unde holt weſen alſe dat eynen belehnenden manne tegen ſynen lehn heren to donde behort duſsen to bekantniſse hebbe ick myn Jngeſegel witliken an duſsen breff gehangen na gebort Criſti unſers Herrn duſent verhundert in dem ver unde negentigeſten Jare am donnersdage na judica.

(L.S.)

De villa Herſiti in pago Logne.

(B) Villa *Herſiti* erat, Regiſtro noſtro teſtante, ſita *in pago Logne*. Intelligo vicum Harſte intra principatum Göttingenſem, in quo anno 1715, cum menſe octobri deflexiſſem de via, Huxaria Göttingam proficiſcens, a domino præfecto Remmighauſen multa eaque egregia beneuolentiæ ſuæ ſigna accepiſſe, me iuuenem, etiam poſt fata eius grata recordor mente.

(C) *Hi-*

§. 341.

Tradidit richarduſ pro filio ſuo adaluuardo in *hiriſti* (C) I familiam et XXXVI iugera. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 342.

Tradidit hiddi pro filio ſuo luidolfo unam familiam in *hiddikeſtorpe* (D) et L iugera.

§. 343.

Tradidit Luidolf pro proximo ſuo herdeg I familiam in *hillikeſſelle* (E) et XXXVI iugera.

tra-

(C) *Hiriſti* villam abbas noſter collocat *in pago Nithega.* Deſignatur vicus *Herſte*, in epiſcopatu Paderbornenſi ſitus inter acidulas Schmechtanas, Alhuſen, Erbſen, Erwitte, Iſtrup et Gerden. De villa Hiriſti in pago Nithega.

(D) *Hiddikeſtorpe* villam tribuit Saracho abbas *pago Merſthem*, quem in Principatu Calenbergico ad Hannoveram exſtitiſſe, iam vidimus ſupra. Procul dubio intelligitur *Hiddeſtorpe* vicus, vno milliari ab vrbe Hannovera ſitus in Rodenberge præfectura principatus Calenbergenſis, qui an ab *Hiddi* noſtro, vel ab eius propatruo, vel, vt altius aſcendamus, ab huius auo materno *Hiddi*, patre ducis Oſtfalorum Heſſi, nomen acceperit, id in medio nunc quidem relinquitur. In principatu Calenbergico ſane bona poſſediſſe ducem Oſtfalorum Heſſi, a patre eius *Hiddi* ad eum veriſimiliter deuoluta, didicimus ſupra ex §. 108. Ex eo concluſimus, *Hiddonem* noſtrum inter poſteros illius *Hiddonis* eſſe numerandum, eundemque filium fuiſſe *Luidolfi* ducis Saxoniæ. Ad aliam enim familiam *Hiddi* noſter referri haud poterit. Si enim illud perhibere velles, obſtabit *Bruno* epiſcopus Verdenſis, qui, cum in eadem villa *Hiddeſtorpe* bona allodialia poſſederit, ac appelletur *conſanguineus Hermanni ducis*, vti iam ſupra §. 104. not. (n) diximus, indubie ad gentem Brunonianam ſeu Ludolfinam Hiddi ſpectauit, et propter bona poſſeſſa fuiſſe *Hiddonis* noſtri pronepos videtur. Fuiſſe autem *Hiddonem* noſtrum filium ducis *Luidolfi*, ex eius filio *Luidolfo* apparet, cui probabiliſſime ab auo duce nomen fuerat inditum. *Hiddonis* ſoror appellatur *Alvered*, *Bardoni* Widikindeo nupta. Inter nobiliſſimos proceres Saxoniæ Hiddonem eſſe numerandum, exinde perſpicitur. Interim in manibus noſtris quoddam eſt authenticum diploma, acceptum cum multis aliis diplomatis, quorum partem quandam infra in Addendis nunc demum in lucem protrahimus, e manibus eruditiſſimi domini B. H. Morgenſterni, I. V. Licent. ac Sereniſſimi ducis Brunſuicenſ. et Luneburgenſ. Commiſſarii prouincialis et præfecti, fautoris cariſſimi, quod adiungemus, ne pereat. Quamuis enim illud breue ſit, ſciunt tamen harum rerum periti, nequidem minutiſſimam ſchedam eſſe indignam, quæ ab interitu atque exitio conſeruetur. En ipſam. De villa Hiddikestorpe in pago Merſthem.

Ego *heyſeco* đc̄s *de hupede*, recognoſco p̄ñtí lr̄ā ſígíllo meo mūíta, quod *hēríco* dc̄ō *vā der molen* et uxorí eiꝰ, ac ip̄ōꝝ veris heꝰdíb; ñ̄ñō *wꝰnero* dc̄ō *de rede.* octo íugera cū dímídío ſita *hiddeſtorpe* uppe deme būtre pro duob; talentis et dīīdío vēdıdı cū ꝰſſu vxorís mee et heredū meoꝝ, ꝓmítto etiā eis fide data quod p̄ſcꝰpta íugera ab īp̄īs ī feſto beatí maꝰtínı nūc proxíma volo et debeo reemeꝰ ꝓ pecūīa mēōrata, datū año dñī M̊ CCC̊ XL̊ ín uígília beati. íacobí apoſtolı.

(E) *Hillikesfelle* erat, noſtro Regiſtro teſte, ſita *in pago Tilithi.* Dubium non eſt, quin intelligatur vicus *Hilligsfeld*, haud procul ab vrbe Hameloa ſitus ad riuum dictum *die Hamel*, vbi maior et minor vicus *Hilligsfeld* reperitur, qui probe diſcernendi ſunt primo a villa 1) Hilgenvelde in Laringa ſeu Friſia, deinde De villa Hillikesfelle in pago Tilithi.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

tradidit herdeg pro se et coniuge sua meresuit I familiam et XII. manſ. in *ferſthan* et XXXXII iugera et in *byueren* (F) V manſ. et CXXXX iugera.

§. 344.

Tradidit uuedekind pro filio suo reynuuert unam familiam in *burium* (G) et *XXXX.* iugera et quidquid illic habuit.

§. 345.

inde a vico 2) Hildfeld in ducatu Weſtfaliæ in terminis principatus Waldeccenſis et denique a vico 3) Hilgenfelde in præfectura Sieke in comitatu Hojano. Noſtra villa *Hillikesſelle* fuit præſto in pago *Tilithi*. *Luidolfus*, qui in ea vnam familiam et 36 iugera tradidit, probabiliſſime ad Brunonianam ſtirpem eſſe referendus videtur. Animaduerte, *Herdegum* eius appellari proximum. Si, vti veroſimile videtur, intelligitur *Herdeg*, qui in *Ferſthan* et *Byueren* quædam largitus eſt, *Herdeg* eius ex ſorore mereſuit ſororius fuit, de quo conſer infra §. 349.

De villis Ferſthan et Byveren in pago Auga.

(F) Villæ *Ferſtan* et *Byueren* tribuuntur *pago Auga*. In hoc fuit abbatia noſtra Corbeienſis. Quare nullum eſt dubium, quin indicentur *Forſt* ad Wiſeram, et *Beveren* vicus, iter vnius horæ diſtans ab oppido Holtzminden Orientem verſus ad Viſurgim in Principatu Wolferbuttelenſi. In Diplomatario ſubiuncto de loco Beuere habentur plura. Eccleſiæ ibi inſtitutionem parochialem, Brunoni in acceptis ad an. 1506 ferendam, dedimus ibi n. 508, 509. Iam autem ſupra ad nauſeam vſque id inculcauimus, demonſtrantes, familiam Brunonianam poſſediſſe prædia ampliſſima, in pago *Auga* ſita. Statuendum ergo eſt, *Herdegum* ad Brunonianam ſtirpem ſpectaſſe, vel iſta accepiſſe bona a dominis, e Brunoniana exortis gente. Probabile nobis non videtur prius. Affirmandum itaque erit poſterius. Putamus ergo, negari non poſſe, *Herdegi* coniugem *Mereſuitam* fuiſſe filiam *Luidolfi* ducis. Veriſimillimum enim erit, vel *Bardonem I* acquiſiuiſſe bona illa per vxorem ſuam *Hateburg*, quæ *Haddonis I*, filii *Brunonis* ducis, filia videtur fuiſſe, et cuius ſcilicet *Hateburgæ* neptis ex fratre *Haddone II* potuit eſſe *Hadeburg* vxor *Heinrici* aucupis; vel *Herdegam*, *Bardonis I.* filium et *Bardonis II.* fratrem accepiſſe bona eadem per vxorem ſuam *Mereſuitam*. Coætanei ſane fuere *Bardo I.* atque *Hateburga*, et *Herdegus* ac *Mereſuita*. Solide perhibere non poteris, conſanguinitatem obſtitiſſe hiſce ineundis matrimoniis. En id, quod pateſcit e tabula ſequenti:



De villa Burium in pago Almunga.

(G) Villa *Burium* erat *in pago Almunga* ſita, teſte noſtro Regiſtro. Nemo igitur facile negabit, intelligi oppidum *Buren*, ad fluuium Almam in Paderbornenſi epiſco-

§. 345.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit thiatmarus I familiam in *nannun* (H) pro bernhardo et L agros.

§. 346.

Tradidit liutharduſ I familiam in *eccanhuſ* (I) pro coniuge ſua demod.

§. 347.

Tradidit ailbernuſ pro filio ſuo ailberno I familiam in *holthuſ* (K).

§. 348.

epiſcopatu poſitum. Quantum itaque e ſitu huius villæ atque e nomine traditoris concludere licet, putamus, *Widekindum* noſtrum fuiſſe patruum reginæ *Mahtildæ*, et probabiliſſime ſatorem nobilium dominorum de Buren. De quibus plura in ſequentibus. Interim confer, quæ ſupra §. 229. 275. 339. not. (A) et infra §. 389. fuerunt expoſita.

(H) *Nannun* villam exſtitiſſe *in pago Heſſi Saxonico*, refert abbas Saracho. Qui pagus cum fuerit ad flumen dictum *die Dimel*, villa *Nannun* in eadem regione quærenda eſt. Inter deſolatas autem villas eandem recenſendam eſſe cenſemus, arbitrantes, exſtitiſſe eam inter vicos Cörbeke et Lutgen-Bühne in dynaſtia Deſenberg intra epiſcopatus Paderbornenſis terras. Cum enim ibidem in campo quodam reperiatur decima quædam, dicta *der Nehniſche Zehnte*, probabiliſſimum omnino eſt, eidem decimæ nomen fuiſſe inditum a villa noſtra. *Thiatmarum*, qui ſitos ad hanc villam 50 agros donauit, reputamus pro celeberrimo *Thiatmaro*, cuius iam ſupra traditiones noſtræ meminere §. 339. De villa Nannun in pago Heſſi Saxonico.

(I) Villa *Eccanhus* in Regiſtro noſtro poſita dicitur *intra pagum Derlingo*. Quinam vero vicus intelligatur, adhuc neſcimus. Hodie in toto illo tractu, in quo olim pagus Derlingo erat, nullus eiuſdem nominis vicus vel locus reperitur, quam *Eicen* ſeu *Eitzen*, iter dimidiæ horæ diſtans ab oppido Scheppenſtedt in Principatu Wolfferbuttelenſi. Domicilium noſtri vocant nunc *Hus*, nunc *Heim*. Vnde Gremsleve, Gremsheim, Grimbaldeshuſi, vnus idemque fuit locus. Eadem ratione Eccanhus et Eccanheim, ſeu Eizen, locus eſt idem. *Luithardus* itaque videtur fuiſſe ille, cuius iam ſupra mentionem iniecimus §. 316. Iſtum *Luithardum* magnarum diuitiarum abundantem dynaſtam fuiſſe, atque optimo iure a nobis inter progenitores imperatoris Lotharii eſſe relatum, quodammodo exinde perſpicitur. Villa *Eccanhus* non longe abfuiſſe potuit ab oppido Königslutter, et caſtro Supplingeburg, circa quæ Lotharius cæſar bona ſua hereditaria tenuit. De villa Eccanhus in pago Derlingo.

(K) In Regiſtro noſtro ſequuntur hæc verba: *In Holthuſun in pago Agrotingun Ribbod habet LX iugera, et equitat quocunque ſibi iubetur.* E quibus verbis apparet, villam *Holthus* quærendam eſſe in Weſtfalia haud procul ab oppido ac monaſterio Meppen. Putamus ergo, deſignari villam *Holthuſen* in comitatu Lingenſi ſitam. Ex eo libet colligere, *Ailbernum* eiusque filium cognominem fuiſſe vnum e progenitoribus Tecklenburgicorum comitum, quorum ſatorem fuiſſe ſtatuimus *Adelbertum*, filium *Cobbonis* comitis. Probabiliſſime igitur *Ailbernus* noſter fuit filius illius *Adelberti*, ac frater *Godeſcalci* et *Gelonis*. Cumque *Cobbo* comes fuerit filius *Ecberti* ac nepos *Brunonis* ducum, quorum inter progenitores fuiſſe *Adelhardum* ſeu *Adelbertum* Saxoniæ ducem ſupra aſſeruimus, noſtri Adelberti eandem ſententiam probabiliorem reddunt, cum veriſimillimum ſit, poſteros *Brunonis* ducis nomina progenitorum ſuorum inter ſe conſeruandi cupidos fuiſſe. De villa Holthus in pago Agrotingun.

(L) Vil-

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 348.

Tradidit alfricus pro se et pro uxore sua othilburch V. manss. et omnia quae habuit in *breco* (L).

§. 349.

Tradidit hiddi (M) pro sorore sua aluered et pro uxore sua eruli I famīl. in *siualdeshus* et aliam familiam in *buriun*.

§. 350.

De villa Breco in pago Huuetigo.

(L) Villam *Breco* fuisse *in pago Huuetigo*, dicit Saracho noster in suo Registro B. et P. A. Corb. Intelligimus ergo, designari vicum *Breca* desolatum, olim partem vici dicti *Olden-Lüde*, itidem desolati. E situ huius villae conclusimus, *Alfricum* referendum esse ad stemma Widikindeum, eundemque fuisse filium *Bardonis I*, de quo egimus iam supra §. 104.

De villis Siualdeshus et Buriun in pago Hessi Saxonico.

(M) *Siualdeshus* et *Buriun* villae collocantur, praeunte abbate nostro Sarachone, *in pago Hessi Saxonico*. De villa *Buriun* confer §. 33. not. (v) et de villa *Siualdeshus* §. 314. not. (T) vbi diximus, designari loca, puta *Buren* haud procul a Dimola fluuio, et *Saenhusen*, in dynastia Desenberg sita. Dubitat nemo, familiam Brunonianam seu Ludolfinam in eandem regionem passim dominatam esse, atque amplissima indidem bona hereditaria possedisse. Patet enim e diplomatibus, et supra iam adductis, et adhuc ineditis, *Luidolfum* ducem, *Ottonem* illustrem, *Heinricum* atque *Ottonem* caesares in eodem tractu tenuisse hereditaria bona, quae indubie ad manus eorum a potentissimo possessore castri Brunonisburgi, *Brunone* scilicet Angariorum duce, peruenerunt. Non ergo ad aliam familiam referamus *Hiddonem* nostrum quam ad Ludolfinam, oportet, cum negari non possit, *Heinricum Leonem*, Bauariae et Saxoniae ducem, iustissimum stirpis Ludolfinae heredem, dynastiam Desenbergensem possedisse. Patet id e litteris ipsius *Heinrici* ducis ad caesarem, atque ad abbatem Corbeiensem Wibaldum anno 1157 et anno 1167 exaratis, quas e membranis adiungimus. En priores.

Serenitati ūrę signifīco quod *widekindo de sualenberg* fore facta sua remisi sub hac penitentia consilio & petitione domini patherbrunnensis ēpī & fratris sui *Volcwini* nec non aliorum amicorum suorum in placito. quod *corbeię* in rogationibus habui. omnem teutonicam terram. quam nobis *renus* diuidit. foriurauit. ad festum sc̄ī iacobi transiturus. nec unquam nisi mea uocatione reuersurus. prius autem domino abbati corbeiensi nec non uidue & pupillis *theodorici comitis*. quem occidit. secundum consilium & preceptum meum satisfaciet & placabit, *castrum meum dasenberg* remota omni conditione uel modo gratię recepi. sicq̄. is. qui prius beneficia sua beneficiali iure a me perdidit. hoc quoq̄. dimisit.

En posteriores.

Wibaldo uenēr. sc̄ę corbeiensis ec̄clię abbati dilectissimo domino suo *Heinricus* dī gr̄ā *bauarię* & *Saxonię dux* deuotum obsequium cum omni sincera dilectione. quod omnia quę ad honoris ūrī augmentationem spectant ęquo ordine procedant. toto corde diligimus & optamus. de cetero de curte ūrā *papenheim*. sicut nobis insinuastis. libentissime prouidebimus & hanc curam *castellanis* ūrīs in *dasenberg* diligenter iniungemus. quod autem dominus *widekindus* coram nobis promisit & non persoluit post reditum ūrūm ab expiditione. & si non. gratis tamen in beneplacito ūrō et ūrō persoluet.

In his litteris, *Heinricum* Leonem de castro *Desenberg*, quod in terris episcopatus Paderbornensis situm est atque iter trium horarum a castro Brunonisburgo

go diſtat, e curte *Papenheim*, quam ſe per caſtellanos ſuos Daſenbergi defenſurum eſſe promiſit Heinricus, meminiſſe, patet. Huius villæ iam ſupra mentionem iniecimus §. 220, not. (p). Conſtat inter omnes, curtem Papenheim dudum eſſe deſolatam, ſitam vero fuiſſe eam olim haud procul ab oppido Borgentrick in dynaſtia Deſenberg. Eadem villa adhuc exſtitit anno 1437, vti membranæ noſtræ docent. Eo enim anno duo manſi *cum pertinentiis in Papenheim* conferuntur ab abbate Corbeienſi, Arnoldo, in feudum Frederico van der Wyndelen. Poſſediſſe autem eccleſiam noſtram in eadem villa *Papenheim* decimam, eluceſcit e litteris ſequentibus, nunquam hactenus editis. Eas addere libet, ſiquidem loca *Ochtmunde*, *Midelburen* et *Nedderſenburen* ſita ſunt in ducatu Bremenſi. De his alio tempore pluribus. En diploma. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

Henricus dei gr̃ā abbas. Ludolfus p̃poſitus totuſq;. conuentus ecc̃e Corbeyēn. uniuerſis preſentes viſuris uel audituris ſalutem in d̃nō ſempiternam. quando ea. que p tp̃c * aguntur. ſimul cum tp̃c a memoria hōiūm labuntur. niſi robur accipiunt a teſtibus et a ſcripto. notum eſſe cupim⁹ uniuerſis tam p̃ntis quam futuri eui fidelibus. quod nos de communi omnium ñr̃ōr̃um conſilio et ⁹ſenſu p̃habita deliberatione matura intentione euidentis utilitatis et communis commodi medietatem omnium bonorum infirmarie ñr̃c̄ ſitorum *ochtmunde midelburen nedderſſenburen* nunc uacantium et in futuro quocunq;. ñr̃ō vacaturorum cum omnib⁹ ſuis iurib⁹ hōīb⁹ ꝑuentib⁹ et ptinentiis cum ſpeciali florentii infirmarii ñr̃ī ⁹ſilio de īp̃ā infirmaria ñr̃ā traxim⁹ et ad communes uſus ecc̃e ñr̃c̄ recepim⁹ in hunc modum. ut videlicet ex fructib⁹ de dictis bonis ac hominibus collectis p modum infra ſcriptum quarta pars *decime Huxār.* vendita p̃poſito et monaſterio *wilbodeſſen* et quarta pars decime *papenhem* vendita *Rabano de Papenhem* militi reemantur. quibus duab⁹ decimis reemptis et recuperatis p̃fatorum bonorum fruct⁹ in nullos alios uſus conuertentur. p̃ter quā in redemptionem et recuperationem et meliorationem bonorum ecc̃e ñr̃c̄. ſed ſpecialiter et precipue eorum que p̃bende communium neceſſaria videbuntur. eligentur itaq;. due perſone de ñr̃ō conuentu annis ſingulis fideles et fide digni qui p̃fatos fruct⁹ et prouentus colligant et prout ip̃īs a conuentu indictum fuerit diſpenſent factaq;. ⁹putatione ſe de hui⁹modi ultra non intromittant niſi ad hoc denuo forſan et concorditer eligantur. Infirmarius quoq;. qui pro tempore fuerit reliquā medietatem p̃ſcriptorum bonorum habitur⁹ ad uſ⁹ officii ſui bona eadem non ut diuiſa ſed integra tuebitur cuſtodiet et ꝑplacitabit ſuis expenſis et laboribus ſed tempore meſſium expenſas propter meſſores fruct⁹ colligendos faciendas equaliter ferem⁹ cum infirmario et ipſe nobiſcum. Preterea ſi contingit aliquotiens *exactiones* ſiue iuſtas ſiue iniuſtas *petitiones* importunas er hoſpitia capi per quoſcunq;. in bonis et hominib⁹ ſupra dc̄īs dampna ex his contingentia ſuſtinebim⁹ equaliter cum infirmario et gr̃ām hominib⁹ iſtis ex hui⁹modi faciendam ſimili modo communiter faciem⁹. Inſuper *eruptiones aquarum* ſi fieri contigerit in bonis ñr̃īs p̃uatis expenſas circa reparationem talium ſecundum terre illius morem equaliter cum infirmario debebim⁹ ſuſtinere. Super hec omnia p̃fate due perſone de iam dictis bonis infirmos fr̃c̄s ñr̃ōs caritatiue ꝑcurabunt. Ut igitur hec ordinatio firma ſit et in omne tempus inconuulſa perſiſtat et in memoriam futurorum extenſa ſigilla in p̃ſentib⁹ duxim⁹ apponenda. hui⁹ rei teſtes ſunt et ordinationi hui⁹modi interfuerunt ⁹ſenſerunt commonachi et ⁹fr̃c̄s ñr̃ī dilc̄ī *Arnoldus* p̃ptus *in Wilbodeſſen* ecc̃e ñr̃c̄ cuſtos. *Herboldus* p̃ptus *in monte martis. Conradus* p̃ptus *in Gerdene. Frideric⁹* p̃ptus *noualis. Gotfridus* p̃ptus *noue* ecc̃le *apud Corbēȳ.* et quam plures alii fide digni. Datū anno d̃nī M. CCC. ꝑmo in craſtino inuention. ſc̄c̄ crucis. * pro tempore

ita membrana

Sigillum Henrici eſt ſimillimum ei, quod appendet diplomati eiuſdem abbatis, quod aeri inciſum dedimus.

Sigillum capituli iam dedimus ſupra.

Ab anno 890 vsque 900, regnante Arnolfo

Si ergo villa *Papenheim* olim sita erat haud procul ab oppido Borgentrick in episcopatu Paderbornensi, quod quidem extra omnem dubitationis aleam est positum; patet castrum *Dasenberg*, quod in litteris Henrici Leonis vocatur castrum *Desenberg*, haud procul Warburgo in eodem episcopatu campis undique patentibus in arduo cognominis montis iugo positum, quod situm repræsentat inexpugnabilis munimenti, designari. Circa enim castrum *Desenberg* ampla planities et aptus frugibus ferendis campus, ex quo mons ambitu rotundo et miro naturæ artificio in fastigium consurgit, atque vertice supra omnia, quæ circum circa sunt, montium iuga longe lateque aspectabilis eminet. Ad progenitores Heinrici Leonis, e stirpe Ludolfina ortos, pertinuisse castri illius possessionem, docuit nos Chronicon nostrum MSCrum, in quo relatum legimus: *Heinricum regem anno MLXX castrum Huninsten Ottonis Bawariorum ducis expugnasse ac funditus euertisse, et castellanos Ecberti castrum Dasenberg loci situ inexpugnabile omnibus ad bellum necessariis rebus abundantes tradidisse, Ottonem vero ducem iuxta Erkeneweg exercitum regis profligasse.* Fuisse autem Ecbertum, ad quem castrum Desenberg spectauit, filium Ecberti marchionis, fratris Brunonis aduocati Corbeiensis, patet ex eo, quod anno MXLVI. in eodem Chronico memoratur, *Rothardum, qui rege præsente Heinrico Corbeiæ in abbatem electus erat, secutum esse regem Trutmanniam, inde vero reuersum in castrum Brunonis aduocati nostri Dasenberg diuertisse, atque inde Corbeiam reductum in sede positum esse.* Ergo indubie castrum Desenberg possedit Heinricus Leo iure hereditario. Ipso autem proscripto, illud venit in manus episcopi Paderbornensis atque abbatis Corbeiensis, vti sequentes id attestantur litteræ. En eas.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Bernardus* tertius dei gratia Parbornensis ēpūs. Sciat presens etas & cognoscat uniuersa posteritas. quod pene primo tempore pontificatus ñrī dñūs *Widikindus* abbas corbeiensis questionem nobis mouit sup castro *desenberg* & super quibusdam dampnis. que se a nobis & maxime predecessore ñrō sustinuisse dicebat. fideles itaq;. & ministeriales & sue & ñrē eccīe partes suas ad bonum pacis fideliter interponentes persuaserunt nobis. quod promisimus in arbitros & tactis euangeliis iurauimus. quod per omnia staremus ipsorum ordinationi. statuerunt igitur quod castrum *desenberg* pari labore & paribus expensis destrueremus. & quod de cetero montem illum nulli hominum conferremus. neq;. odii neq;. dilectionis intuitu. qui presidium uel aliquam munitionem in eo exstrueret. sed terram faceremus arabilem & omne emolumentum de nouellationibus decimationibus. & quibuscunq;. ꝑuentibus similiter haberemus. Si uero grauamen aliquod uel dampnum casu emergeret. quod bono zelo & totis uiribus nos vicissim iuuaremus. Ipsi quoque arbitri interposito iuramento certos nos reddiderunt. Si necessitas exigeret. quod fideliter & efficaciter nobis assisterent. Statuerunt preterea si nos aliquid in noualibus molendinis uel in aquis indebite occupasse uideremur & dñūs abbas ostenderet. hoc sibi iure competere. quod amice dimitteremus uel in beneplacito ipsius retineremus. Et quod ipse idem faceret. si forte iniuria aliqua a se uel a suis nobis esset illata. Statuerunt etiam. quod nec nos homines suos nec ipse ñrōs ad aliqua cogat obsequia. & si aliquo casu factum fuerit quod infra VI. septimanas emendetur. Ad hec statuerunt quod decime illi super LX. mansos quorum XXVIII sunt in *memberche* & X. in *hestene* & VIII. in *konenclo* & *helgerssen* & VIII. in *heiligeberche* & IIII. in *balderbroc* ab anteccessore ñrō collate. adiiceremus decimam super XL mansos exstirpandos in bonis Corbeiensis eccīe redditibus dñī abbatis & fratrum prebende specialiter pertinentibus. nulli alii prius conferendam nisi horum XL mansorum cum predictis LX numerus adimpleatur. Et annonam. quam predecessor ñrē in commutationem illius decime de iam dictis LX mansis acceperat. Et *comiti amelungo de Parburnen* postmodum iure feodali concessit assignauimus XX moldra eiusdem mensure & annone in curia *Winelhe*. donec ea a comite possimus absoluere & in proprietatem corbeiensi eccīe reducere ualeamus. Uolentes igitur uenerabili & dilecto amico ñrō & eccīe sue quantum in nobis

nobis eſt prouidere. ſucceſſores ñr̄ōs cum conſenſu capituli ñr̄ī in eadem pacta obligauimuſ. Et quia facta hominum cum hominibus tranſeunt nec conſtitutio ñr̄a per diem uocationis ñr̄ē obliuioniſ contingat nube fuſcari. p̄ſentem paginam ſigillo ñr̄ō & ſigillo ecc̄lie ñr̄ę communitam poſteris ñr̄is in argumentum ueritatis tranſmittimus auctoritate dei & ſc̄ōr̄um omnium & ñr̄a diſtricte mandanteſ ne quis ullo ingenio contra huius ordinationis pacta uenire p̄ſumat. et gubernante Corbeiam Godescalco

Acta ſunt hec anno incarnationis d̄ñī M. CC. III. indictione VI. pontificatus ñr̄ī anno primo.

Teſtes huius rei ſunt *Lambertus p̄poſitus. tidericus decanus. Henricus p̄poſitus ſc̄i Petri. tidericus ſcolaſticus. conradus cuſtos. Iohannes cellerarius. VVulframmus. hermannus noue eccleſie p̄poſitus. hermannus. tetmarus. crato. gerhardus. volcquinus. conradus. hermannus. bolcko. frethericus. adolfus.* laici. *bernhardus hercule hermannus de ſchardenbergh. bernardus de northe. hermannus comes de warthberch. heinricus dapifer de parborne. hermannus pincerna. gerhardus ſchultetus* & iidem hi fuerunt arbitri dni c̄p̄ī de p̄dicta ordinatione. fuerunt autem hi arbitri d̄ñī abbatis. *bodo de hoenbroc. hermannus hercule. conradus de Amelungeſſen. raueno de ortberghe. ludolfus dictus burgrauius. arnoldus de porta. henricus de lutmerſen.*

Videntur autem epiſcopus et abbas obſidionem ac deſtructionem caſtri Deſenbergici diſtuliſſe vsque in annum 1236. Id teſtantur litteræ ſequentes, quas ex libro copiali, in membrana ſcripto, adiungi, multis pergratum erit. En haſce.

Bernhardus dēi gr̄ā paderburnenſis ecc̄le c̄ps uniuerſis Xp̄ī fidelibus tam preſentibus quam futuris notum facimus audiuiſſe nos quod *adelungus iunior de ſcardenberge* actioni quam habuit in fratres de *Amelungeſborne* pro bonis in *ſyburgehuſen* ſeptem videlicet manſis plane renunciauit. factum eſt autem hoc in ñr̄a preſentia tempore obſidionis *deſenberge* ante idem caſtrum p̄ſentibus et audientibus nobiſcum abbate corbeienſe d̄nō *Hermanno* nobilibus uiris comitibus *Conrado Ottone* et *Lodewico de Euerſtein.* comite. *adolfo de Waldecke. Hermanno marſcalco* ñr̄ō et caſtellanis aliis de *Wartberge* et aliis quam pluribus. anno d̄ñī M. CC. XXXVI.

Noli autem putare, dominos Brunonianæ ſtirpis in eadem regione nil niſi nudum caſtrum *Deſenberg* tenuiſſe. Caſtro enim comprehenditur tota dynaſtia *Deſenbergenſis*, vti colligitur e litteris ipſius Henrici epiſcopi Paderbornenſis et ducis Saxoniæ, in quibus anno 1581 imperat Spigeliis, *vt cum in monte et arce Deſenbergenſi, tanquam primaria feudi parte, omnis iuriſdictio Deſenbergenſis dominii ſit fundata, et inde originem ducat, ne ipſum caſtrum funditus collabi ſinant, ſed ſuperiorem eius aream bene concluſam, per ianitorem, cuſtodiant, atque ipſam turrim reſtaurent, ac ſartam tectam conſeruent.* Ex quibus verbis ſequitur, poſſeſſores caſtri *Deſenbergenſis* poſſediſſe totam regionem ſeu prouinciam, arci Deſenbergenſi circumiectam. Quodſi ergo comites Brunonianæ ſtirpis fuere poſſeſſores caſtri Deſenbergenſis, nemo negare poterit, ad iura quoque eorum pertinuiſſe villas, in eadem regione obuias. Cum itaque *Luidolfus dux, Otto illuſtris, Heinricus auceps*, atque *Otto Magnus*, tum potentiſſimi tum glorioſiſſimi domini, in eodem tractu hereditaria bona poſſederint, non ſine ratione omni ſtatuitur, illos dominos, qui in eadem prouincia bona habuere hereditaria, ab iiſdem dominis propullulaſſe.

Quis ergo vituperare nos poterit, quod *Hiddonem* appellauimus filium *Luidolfi ducis* atque fratrem *Ottonis* illuſtris? Cum enim *Hiddi* noſter primum gauiſus ſit filio nomine *Luidolfo*, teſtante §. 342, cui probabiliter nomen inditum fuit ab auo duce, deinde ſororem habuerit nomine *Alferedam*, coniugem *Bardonis* e ſtirpe

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

stirpe illustrissima Widikindea, id ipsum indicio est, ipsum *Hiddonem* quoque fuisse dominum e quadam familia illustrissima progenitum, siquidem propinquus appellatur *Beuonis*, fratris *Luidolfi* ducis, testante §. 231, et denique bona tenuit in eadem regione, in qua *Luidolfus* dux bona sua hereditaria habuit. Quamobrem cum ratione insanire videbitur ille, qui pernegabit, *Hiddonis* nostri patrem fuisse *Luidolfum*, ducem Saxoniæ orientalis.

Non est autem, quod oggannias, sententiam nostram stare non posse cum Agii *Vita Hathumodæ abbatissæ Gandersheimensis*, scripto coætaneo, ac quondam composito in ipso monasterio nostro Corbeiensi. Agius enim, inquis, qui liberos *Luidolfi* ducis optime nosse poterat, filias *Luidolfi* ita recenset, vt primo adfirmet p. 12. filiam *Luidolfi* fuisse *Hathumodam* abbatissam Gandersheimensem anno 874 mortuam, deinde p. 23. asserat, *vnam sororem Hathumodæ* abbatissæ ac *ternos fratres* obiisse tenellos, ac denique p. 23. referat, quinque sorores *Hathumodæ Luidolfum* dedisse diuino obsequio. Hæ quinque sorores, pergis, sunt 1) *Luitgarda*, regis Hludouuici vxor, 2) *Hathumoda*, 3) *Gerberga*, 4) *Christina*, abbatissæ, et 5) *Enda*, cuius maritum Agius non prodidit. Ipse tamen p. 3. asserit, reliquas sorores *Hathumodæ* secundum natalium dignitatem honestissimas nuptias esse sortitas. Quomodo ergo *Alfered* soror *Hathumodæ* et filia *Luidolfi* ducis appellari poterit?

Sed respondemus, Agium nostrum sub his quinque sororibus neque abbatissam *Hathumodam* neque *Endam* comprehendere potuisse. Cœnobita enim noster alloquitur l. c. has quinque sorores. Ergo illas eo tempore, quo carmen suum composuit, adhuc in viuis fuisse oportet. *Hathumoda* autem eo tempore iam mortua erat, neque eorum soror *Enda* anno 874 adhuc inter mortales esse potuit. Filiæ enim *Luidolfi* p. 22 loquuntur *de fatis patris fratrum simul atque* SORORVM, *quæ Hathumoda in cœlis nosse poterat*. Si ergo vna tantum soror *Hathumodæ* obiit tenella, testante Agio p. 23, *Hathumoda* vero obitum non sororis, sed *sororum* in cœlis nosse potuit, sequitur, *Endam* quoque iam anno 874 fuisse mortuam. Sequitur ergo proinde, *Luidolfo* duci præterea duas filias esse tribuendas, ita vt octo filias habuerit, quæ sunt 1) *Hathumoda* abbatissa 2) *Enda*, quæ cum iuncta fuerit marito, testante Agio l. c. fortassis vxor fuit *Luitharii*, qui in his traditionibus §. 317. occurrit, et §. 231. propinquus Beuonis, fratris Luidolfi ducis, appellatur, probabiliter autem eiusdem Luitharii filius fuit *Liutharius*, episcopus Mindensis, nepos Ottonis Magni, qui mortuus est anno 927, testante *Chronico Laureshamensi* p. 115 et 117 et *Necrologio Fuldensi* p. 763. 3) *Anonyma* mortua tenella 4) *Luitgarda* regina 5) *Gerberga* abbatissa 6) *Christina* abbatissa 7) *Alfered* et 8) *Anonyma*, quæ forte fuit *Meresuit* vxor Herdegi, de qua egimus supra §. 343. seq. Perhibere itaque nemo poterit, Agium scriptorem coætaneum esse nostræ sententiæ contrarium, quippe quo cum potius illa optime cohæret. Si ergo *Alfered* filia fuit *Luidolfi* Saxoniæ ducis, sequitur inde, eiusdem *Alferedæ* fratrem *Hiddi* fuisse filium *Luidolfi*. Nullus negare poterit, filiabus Luidolfi hactenus cognitis adhuc duas esse addendas, quasnos primum detexisse, fateri debent cuncti. Nomen autem accepisse videtur a *Meresuita*, prædicta, *Marswidis* fundatrix monasterii Schildecensis, in comitatu Ravensbergico siti, quippe quæ probabilissime *Meresuitæ* nostræ atque *Herdegi* filia fuit. Habemus vitam illius *Marswidis* MSctam, ex qua primo patet, eam fuisse vnicam filiam parentum suorum, deinde eam bona hereditaria possedisse in pago Wessaga, seu in comitatu Ravensbergico, præterea eius consanguineos potentissimos dominos, et patrui eius filium ac filiam *Hogerum* atque *Emmam* fuisse, quorum ille canonicus Paderbornensis, hæc vero sanctimonialis Herifordensis fuerit, et denique *Marswidem* mortuis suis parentibus et coniuge fundasse anno 939 monasterium Scildecense in pago Wessaga pro sanctimonialibus. Hoc Otto cæsar anno 940 Corbeiæ præsens confirmauit, eique *Emmam* prædictam in primam abbatissam præfecit. Quodsi igitur statuamus, *Herdegum* fuisse filium *Bardonis I.* comitis, et fratrem *Alfrici*, *Wicberti*, *Walberti* ac *Bardonis II*, *Hogerus* prædictus atque *Imma* liberi *Alfrici* non esse non potuerunt. Eapropter autem *Marswidem*, fundatricem monasterii Scildece, pro filia *Herdegi* Widikindei ac *Meresuitis* filiæ *Luidolfi* ducis habemus, quia tam e Vita Marswidis, quam e diplomate Ottonis II inedito, ad annum 974 dato, patet, *Marswidam* omnia bona

§. 350.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit esic pro fratre suo liudolfo I familiam in *uuesterelisungen*. (N)

§. 351.

Tradidit rothuuarduf pro filio suo maynuuerco in *gellishuf* (O) et *uualkiun* II. mans. siue CXX iugera et III. iurnales.

§. 352.

bona sua hereditaria monasterio Scildecensi tradidisse, interque hæc bona fuisse quædam in pago Nitherfi sita. Hæc bona erant anno 974 in pago Nitherfi posita ac in comitatu *Regenwerci*. Eadem tradit *Imma* Scildecensis abbatissa per aduocatum suum *Lutbertum* episcopo Paderbornensi *Folcmaro*, acceptis ab hoc episcopo per ecclesiæ suæ aduocatum *Thidericum* decimis quibusdam in Scildeze, in veteri Scildeze, atque in aliis villis. Si itaque *Marswidis*, fundatrix abbatiæ Scildecensis, fuit filia *Meresuitæ* natæ *Luidolfi* ducis, bona abbatiæ Scildecensi tradita, atque in pago Nitherfi sita, probabilissime accepit *Marswitis* ex hereditate matris ac aui *Luidolfi* ducis, quem in pago Nitherfi amplissima tenuisse prædia, iam supra vidimus; bona vero in pago Wessaga verisimiliter in manus venere *Marswidis* a patre eius *Herdego*, quem eam ob causam Widikindeis adscripsimus, quia nemo negare poterit, quondam in pago Wessaga dominatos esse dominos, e Widikindea stirpe procreatos.

(N) Villa *Westereliſungen* erat *in pago Hessi Saxonico*, testante Registro Bonorum A. C. abbatis Sarachonis. Procul dubio itaque intelligitur vicus *Elsingen*, situs in Landgrauiatu Hasso-Cassellano in præfectura Zierenberg. Cum traditoris frater appelletur *Luidolfus*, et nomen et dona nobis persuadent, tam *Esiconem* quam *Luidolfum* ad familiam Brunonianam spectasse. Bona enim in eadem regione sita sunt, in quam Brunoniana domus dominata est. Diplomata iam supra producta et infra producenda satis luculente id comprobant. Optimo igitur iure *Esiconem* ac *Luidolfum* ad Ludolfinam gentem retulimus. *Luidolfus*, frater *Esici*, probabilissime est *Luidolfus*, qui §. 343 proximus *Herdegi* appellatur. Quod eam ob causam procul dubio factum est, quia *Herdeg* sororem *Luidolfi Meresuitam* habuit in matrimonio. Cum itaque *Herdeg* dominus fuerit Widikindeæ stirpis, id ipsum indicio est, et *Luidolfum* ad familiam quandam illustrissimam pertinuisse, qualis citra controuersiam Ludolfina fuit, et *Meresuitam* filiam fuisse *Luidolfi* ducis, vti §. 349. vidimus. Hinc porro sequitur, tam *Luidolfum*, quam *Esiconem*, filios fuisse *Luidolfi* ducis.

De villa Westereliſungen in pago Hessi Saxonico.

(O) *Gellishus* et *Walkiun* tribuuntur ab abbate nostro Sarachone *pago Tilithi*, quem ad vtramque Visurgis ripam inter Bodenwerder atque Hamelen oppida reperiri, vidimus supra §. 105. Quinam vero vici per *Gellishus* et *Walkiun* designentur, nondum accurate indicare possumus. *Gellishus* fortasse est *Gellersen* seu *Gollersen* haud procul a vico Hæmelschenborg. An vero sit *Walkiun* vel *Walsen* in dynastia Artzen, vel Welse ad fluuium Embrinam in eodem dominio inter vicum Amegosen prope terras Brunsuicensis ducatus, et Dale vicum, ad comitatum Pyrmontanum spectantes, vel alia villa, in medio relinquere debemus. Illud interim nobis probabile videtur, *Rothwardum*, qui in his villis quædam donauit, ad progenitores nobilium dominorum de Ertelsen seu *Artzen* referendum esse, atque hos e progenitoribus comitum de Euerstein descendisse. Si tibi placet, euolue tabulam genealogicam Brunonianæ stirpis, supra §. 104. not. (n) insertam, atque in ea Euersteinensem gentem. In ea reperies, *Folcbertum* patrem fuisse *Meinwerci* ac *Thiadrici*, ac *Thiadricum* fuisse patrem *Rotwardi* atque *Helmwardi*. Quantum itaque e bonis et similitudine nominum concludere licet, credimus, *Rothwardum*, qui in villis *Gellishus* et *Walkiun* quædam tradidit, filium fuisse *Folcberti*, ac fratrem *Meinwerci* et *Thiadrici*. Verisimile enim nobis videtur, *Meinwerco*, filio *Rothwardi*, nomen esse inditum, a patruo suo petitum, ac *Rothwardum*, filium *Thiadrici*, itidem nomen suum accepisse a patruo suo *Rotwardo*. Cum autem *Helmwardus* fuerit filius *Rotwardi II*; idem *Helmwardus* nobis persuadet, vt credamus, nobiles dominos de Artzen ab eo descendisse. Nomen enim

De villis Gellishus et Walkiun in pago Tilithi.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 352.

Tradidit syuuarduf pro patruo suo uuechano iurnal. I. in *uuynithun* (P) et XXXX. iugera.

§. 353.

Tradidit tradulf pro coniuge sua hrodgherde I famil. in *ekkirikesbuf* (Q) tadan cum sua famil. et L. iugera et I. mansum.

§. 354.

Tradidit thiatmarul pro berthlede in *uualcrimbuf* (R) I. famil. et XXX. iugera et I mans.

§. 355.

Helmwardi inter dynastas de Ertelsen fuisse vsitatum, docet nos *Helmwartus de Ertelsen*, qui anno 1199 inter benefactores Corbeienses numeratur. Et quamuis accuratam connexionem genealogicam illius *Helmwarti de Ertelsen* cum dominis prædictis nondum demonstrare queamus, indicandum tamen id erat, vt aliis occasionem præbeamus de eo nexu altius cogitandi. Fortassis etiam his dominis addendus erit *Helmwardus*, episcopus Mindensis, qui anno 956 floruit.

De villa Wynithun in pago Logne.

(P) *Wynithun* villam exstitisse *in pago Logne*, docet abbas noster Saracho in R. B. et P. A. C. Pagum *Logne* fuisse in principatu Gottingensi, iam vidimus supra. Intelligimus ergo designari vicum *Weende* in præfectura Harste in eodem principatu. Atque ex eo concludimus, *Sywardum* seu Sifridum cum patruo suo *Wechano* ad progenitores Northeimensium comitum spectasse. Et sane ipsum Sywardi nomen satis luculente indicat, eundem ad nullos alios nisi ad Bomeneburgicos dynastas pertinuisse, inter quos nomen Sifri i crebro repetitum deprehendimus. De nostro *Sywardo* confer supra §. 104. not. (1).

De villa Ekkirikeshus.

(Q) *Ekkirikeshus* villa in nostro non reperitur Registro, quod valde dolemus. Cum enim, testante diplomate Caroli crassi, ad a. 887 supra §. 104. allato, villa quædam *Ecrikeshusun* exstiterit in marca Asseki, atque *Eggrikenhusun* villa quondam in Laris fuerit reperta, data hac occasione differentiam harum villarum ostendere potuissemus. Tacente ergo abbate nostro, tacebimus ipsimet. Iudicium sit penes lectorem, an intelligatur *Echusen* in episcopatu Paderbornensi, an *Echtbusen* in ducatu Westfaliæ, an *Ikenbusen* haud procul ab oppido Warburgo ad Dimolam, an *Edinggahusen* villa desolata non procul a vico *Ertzhusen* in præfectura Grene in Brunsuicensi ducatu, an *Eggeringhusen* in episcopatu Paderbornensi, an *Eggese* in præfectura Harpsted in comitatu Hojano, an *Elkershusen* in præfectura Fridland, an *Elkershusen* in Thuringia, an *Elkershusen* in Hassia, an alia villa.

De villa Walcrimhus in pago Suilbergi.

(R) *Walcrimbus* villa tribuitur *Suilbergi pago* a diligentissimo abbate nostro. Cum autem hic pagus circa vrbem Einbekam in Principatu Grubenhagico, et circa vrbem Dassel per comitatus Dasselienses terras quondam exstiterit, ea propter quæritur, quinam vicus intelligi debeat designatus. In eadem regione reperiuntur 1) *Verliehusen* in præfectura Usler intra principatus Gottingensis terras, 2) *Verlingsen* in eodem principatu sub iurisdictione dominorum de Adelipsen, 3) *Volpriehusen* in præfectura Usler, 4) *Wehlshusen* in eadem præfectura ad riuum, dictum *die Schwulm*, 5) *Wolderkesen* quondam obuia in comitatu Dasselienssi villa, et 6) *Wellersen* in præfectura Rotenkirchen in principatu Grubenhagensi, cuius ecclesia filia est ecclesiæ in Dassensen. Quinam ergo ex his vicis nostra sit villa *Walcrimbus*, quærere libet. Respondemus: Ipsa videtur vel desiisse vel *Wellersen* esse.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 355.

Tradidit maynharduſ pro ſe in *hikieſhuſ* (S) I famil. et tradidit godſcalcuſ frater eiuſ alteram famil. pro ſe. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 356.

(S) *Hikieshus* villam olim exſtitiſſe *in pago Fleithi*, retulimus iam ſupra §. 338. ex abbatis Sarachonis Regiſtro B. et P. A. C. Cum vero in toto illo tractu, in quo pagus *Fleithi* quondam reperiebatur, hodie nullus vicus maiorem ſimilitudinem cum noſtra villa habeat, quam vicus *Haſekenhuſen*, qui iam præfecturæ Wintzenburg domicilium et ſedem præbet; erit vel ille vicus villa noſtra, vel eadem erit locus *Hieshuſen* deſolatus inter Lamſpringam et Ruden vicos. Poſterius nobis probabile videtur. *Maynhardum* itaque cum fratre *Godſcalco* l. c. inter poſteros *Siwarti*, qui in villa Harnbarnſen anno 823 quædam tradiderat, retulimus, atque, hunc ſatorem celebratiſſimorum comitum de Northeim, Daſſel, Homburg et Wintzenburg fuiſſe, ſtatuimus. Patet vero exinde, ducem Saxoniæ *Luidolfum* non poſſediſſe totam regionem circa oppidum Gandersheim, et *fulgentia tecta Luidolfi* ducis, quorum Agius in Vita Hathumodæ abbatiſſæ Gandersheimenſis p. 4. meminit, in loco alio quærenda eſſe, quam in loco *Widmidiburch*, olim ſito iter dimidiæ horæ verſus meridiem a caſtro Winzenburg. Ludolfus caſtrum habuit vel in Nordludolveshuſa inter Brunshuſam atque Danckelſſen, vel in radicibus montis Hefer ſupra villam Gremſſen, vbi rudera caſtri dicti die Krochenburg, in hunc diem exſtant. Veriſimillimum enim erit, locum *Widmidiburch* ad poſteros dicti *Siwarti* ſpectaſſe, ſiquidem, Annaliſta Saxone teſte p. 469 anno 1038 *Sifridus palatinus comes frater Brunonis Mindenſis epiſcopi VII. kal. Maii mortuus et Widmidiburch tumulatus eſt*, quem palatinum *Sifridum* nos ab illo *Siwarto* magna veritatis ſpecie deduxiſſe, ſperamus. Cum autem iam ſupra filios et poſteros *Luidolfi* ducis circa caſtella *Brunonisburgum* et *Deſenbergam* in Weſtfalia ampliſſima prædia poſſediſſe deprehenderimus, atque hæc caſtra omnium fortiſſima Saxonum appellentur, iudicium ſit penes lectorem, an nos, ſi *tecta fulgentia Luidolfi* ducis vel ſuper *Deſenberga* vel *Brunonisburgo* fuiſſe perhibeamus, operæ tulerimus pretium. Inquirendum videtur, an alii maiori ſimilitudine veri affirmauerint, eadem tecta quærenda eſſe in loco *Widmidiburch* Id ex Agii *Vita Hathumodæ* in comperto eſt, Ludolfi Odæque ſedem haud multo ſpatio Brunshuſa abfuiſſe, loco, qui poſtea virginibus ſacratis Benedictinis ceſſit. Videris autem a nobis quærere, *quomodo bona in pago Fleithi*, tam Corbeienſi quam Gandersheimenſi abbatiæ tradita, *ad manus peruenerint* SIWARTI, MEINHARDI *ac* LVIDOLFI *ducis*? Reſpondebimus autem nihil ad interrogata, ſi enuntiationes, omni exceptione maiores, et verba, diplomatibus comprobanda, requiris. Etenim diplomata non adſunt nobis; adſunt autem argumenta probabilitatis ſummæ, quæ coniectando extricare debemus. Agedum faciamus periculum. Locupletes dimiſiſſe poſſeſſiones ſuis filiabus ducem Oſtfalorum *Heſſium*, iam ſupra docuimus e vita S. Luitbirgis. Ex ea ſimul patet, eundem ducem bona poſſediſſe in montibus Harzizis ſeu in pago *Harthagewi* atque in pago *Salogewe* per Franciam orientalem et in vicinia ſaltus Bochoniæ. Tenuiſſe eundem ducem bona in pagis *Norththuringi*, *Derlingi* atque in pago *Guddingo*, e noſtris patet traditionibus. Ex hiſce porro concluſimus, eundem ducem et potentiſſimum et opulentiſſimum fuiſſe dominum, atque ad poteſtatem eius maximam Oſtfaliæ partem probabiliſſime ſpectaſſe. Si dux Oſtfalorum *Heſſi* tam inſigni terrarum tractui, et NB. *pago Guddingo* in Principatu Calenbergico et circa vrbem Eltze imperitauit, neminem negaturum confidimus, eundem quoque imperitaſſe pago *Fleithi*, quo tempore, Hludouuico pio regnante, ducem *Luidolfum*, *Siwartum* ſatorem Northeimenſium comitum, et dominos quoſdam e gente Widikindea bona quædam poſſediſſe, iam ſupra vidimus. Hos dominos aut eorum poſteros inter coheredes ducis Oſtfalorum *Heſſi* fuiſſe, traditiones noſtræ teſtatæ ſunt. Nonne ergo probabile erit, *Luidolfum* ducem, *Siwarti* poſteros, et *Widikindeor* bona iſta ex hereditate *Heſſi* ducis accepiſſe? *Siwartum* eiusque poſteros in pago *Fleithi* poſſediſſe prædia, §. 338. docuimus. *Luidolfum* ducem tenuiſſe in eodem pago bona quædam, probat fundatio illuſtriſſimæ abbatiæ Gandersheimenſis, quippe quæ ad eundem pagum quondam relata

De villa Hikieshus in pago Fleithi.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 356.

Tradidit reinholduſ pro filio ſuo herimanno in *reinholdeſhuſ* (T) I famīl.

tradidit ailharduſ pro filio ſuo bernhario III famīl in *lide* (U) et II manſ.

§. 57.

relata fuit. *Widekindi* quoque poſteros in eodem tractu bona habuiſſe hereditaria, adprobauimus ſupra §. 127, ex quo quippe apparet, *Buniconem* ſeu *Bennonem*, ac *Ricdagum* ſita intra eandem regionem bona quædam tradidiſſe. Hos autem dominos fuiſſe Widikindeæ ſtirpis, diximus ſupra §. 104. Ille *Ricdagus* probabiliſſime eſt fundator monaſterii Lamſpringenſis, quem recentiores perperam nominarunt *comitem Winzenburgicum*. Quamuis enim diplomata tam Altfridi Hildenesheimenſis epiſcopi, quam Ludouici regis, quæ duumviri Leuckfeldius atque Harenbergius, ille in *Antiquitatibus Gandersh.* p. 287. ſeqq. hic vero in *Hiſtoria Gandersheim.* p. 138 ſeqq. exhibent, ſint ſuppoſititia, in quibus, *Ricdagum* Lamſpringenſe monaſterium fundaſſe, aſſeritur, ipſam tamen fundationem a noſtro *Ricdago* peractam in dubium vocare non audemus, quum Hildeſienſis Epiſcopus Adelhogus conſtructionem a Ricdago nobili profectam confirmauerit, et ex his pateat traditionibus, quendam *Ricdagum* circa medium ſeculi IX vixiſſe, tenentem circa monaſterium Lamſpringenſe bona hereditaria. Eius autem frater *Benno* probabiliſſime eſt ille dominus, qui caſtrum *Benneburg* ſeu *Bennonisburgum* prope Hildeſiam conſtruxit. Caſtrum *Benneburgum* iam exſtitiſſe tempore Caroli Magni et Hludouuici pii cæſarum, *Lauenſteinium* in *Hiſtoria Hildeſienſi* nondum demonſtraſſe cenſemus. Inter fabulas eius illud tamdiu recenſemus, donec eruatur veritas. *Bennonem* poſſediſſe bona circa *Benneburgum*, probabile reddi putamus e verbis §. 127 traditionum Corbeienſium. Didicimus enim ex illis, *Bennonem* bona tenuiſſe in pagis Ambergo, Merſthem et Guddingo. Veriſimile non eſſe arbitramur, *Bennonem* omnia, in eadem regione poſſeſſa, et probabiliſſime ex hereditate ducis Oſtfalorum Heſſi adquiſita, bona tradidiſſe monaſterio Corbeienſi. Pleraque *Benno* retinuiſſe videtur, ad quæ tuenda illum caſtrum *Benneburgum* ſtruxiſſe, probabili coniectura auguramur. Digna ſane res eſt, quæ conſideretur accuratiſſime. Cum enim *Benno* ſeu *Bunico*, frater *Ricdagi*, teſte §. 137, etiam bona quædam abbatiæ noſtræ tradiderit, ſita in pago Ambergo, nominatim in Vpſtedi, quæ quondam ſedes erat Macconis aduocati Hildesheimenſis tempore Otwini epiſcopi, teſtante *Translatione Reliquiarum Corporis S. Epiphanii*, Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 259, ex eo concludendum eſſe cenſemus, quinam domini fuerint, ad quos ſeculo IX et X ius Aduocatiæ Hildenesheimenſis ſpectauit. Nullam huius memoratu digniſſimæ rei mentionem inieciſſe Hildeſienſium Annales, facile largimur. Quid enim eorum intererat enarrare illa? Patet vero ex hiſce, quantis adhuc tenebris inuoluta ſint pleraque in Hiſtoria antiqua Saxoniæ noſtræ, in qua vel micam luminis venerandam eſſe, e dictis eluceſcit. Confer infra §. 401.

De villa Reinholdeshus in pago Logne.

(T) *Reinholdeshuſen* villa erat, teſte Sarachone, *in pago Logne*. Res ipſa loquitur, eam nomen accepiſſe a quodam Reinoldo. An ipſe *Reinholdus* fuerit, qui bona in ea tradidit, vel aliquis e progenitoribus eius, in obſcuro latet. Cum autem in principatu Göttingenſi inueniantur primum vicus et præfectura *Reinhuſen*, olim cœnobium monachorum D. Benedicti ac Congregationis Burſfeldenſis, et deinde ſub præfectura Fridland *Reinholshof* villa, ad iura olim ſpectans monaſterii Weende in eodem principatu reperiundi; quæritur, quinam deſignari intelligatur vicus? Reſpondemus, nos illud nondum accurate indicare poſſe. Quamuis enim ſupra §. 104 dixerimus, intelligi villam *Reinholdshof*, contradicere tamen illi non valemus, qui perhibere vellet, intelligi vicum *Reinhuſen*. Quemadmodum enim pro Reinholdo dicere ſolent Reino, ita *Reinholdeshuſen* facillime contrahi potuit in *Reinhuſen*. *Reinholdum*, qui eadem in villa bona tradidit, inferendum eſſe progenitoribus illorum dominorum, qui ineunte ſeculo XII fundarunt monaſterium Reinhuſanum, nullus negare poterit. Egimus de illis ſupra §. 104 not. (l).

(U) Villa Lide erat *in pago Guddingo*, teſtante Regiſtro Sarachonis MSto. Eundem exſti-

§. 357.

Tradidit ſigibertuſ pro filio ſuo ſigiberto I famīl. in *nighunburni* (W) et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 358.

Tradidit rothgeruſ pro patre ſuo luithario et fratre ſuo oddone unam familiam in *coxtidi* (X).

§. 359.

exſtitiſſe in Hildesheimenſi epiſcopatu in regione oppidorum Gronau et Eltze, vidimus iam ſupra. *Lide* procul dubio eſt vicus *Lede*, iam deſolatus, olim reperiundus non procul ab oppido Gronau. Templum huius vici adhuc ibidem conſpicitur. Ipſis noſtris oculis illud ſæpe et adhuc anno 1739 vidimus. *Aulhardum*, cuius nomen contractum eſt ex *Adelhardo*, qui hos duos manſos, ad villam *Lide* ſitos, donauit, ſupra retulimus ad nobiles dominos de Hoinboken. Quamuis enim *Lede* ad dominium Homburgenſe ſpectarit, vti patet e diplomate ſupra allato, negari tamen non poterit, nobiles dominos de Hoinboken ab Homburgenſibus defluxiſſe.

(W) *Sigibertum* referendum eſſe ad progenitores nobilium dominorum de Homborg, et nomen et dona eius probant. *Nighunburni* enim villa, in quo ille vnam familiam tradidit, erat in pago Wikanauelde, Sarachone teſte. Deſignari intelligitur vicus *Negenborn* ſitus inter monaſterium Amelungesborn et oppidum Bevern in Brunſuicenſi ducatu, olim ſpectans ad iura nobilium dominorum de Homborg, vti patet e litteris *Henrici dei gratia domini de Homborg, in quibus ex conſenſu Bodonis filii et Bodonis cognati Amelungesbornenſibus conſert dimidium decimæ in Negenborne pro remedio animæ vxoris ſuæ dominæ Mechtildis, teſtantibus adhibitis Bernardo C. de Brakel, Ludolfo comite de Dasle, Hartungo de Aulica, Conrado de Bernerode* aliisque, quam donationem *patrui ſui Henrici Bodo de Homburgk* anno 1271 confirmauit, ſigillumque addidit *comes Lodewicus de Euerſteine.* Hiſce litteris ſubſcripſerunt *Heinemannus* et *Conradus fratres, dicti dapiferi*, et *Henricus de Luthardeſſen, milites*, nec non *Henricus Rebock et Florentius frater eius, famuli.* Exſtinctis nobilibus Dominis de Homborg, et translato dominio Homburgico ad ſereniſſimos Brunſuicenſium ac Luneburgenſium duces, *Henricus ſenior conſenſu fratris Erici declarat, Wilhelmum patrem oppignoraſſe Amelungsbornenſi abbati Wernero pagum deuaſtatum Niegenborne iuxta caſtrum Euerſtein ſitum 700 florenis renanis et XII Gottingenſibus marcis, prouti anno 1490 actum fuit Hardegſæ in vigilia natiuitatis Mariæ.* Cum igitur nomen Sigiberti idem ſit, quod Siberti, Siwerti, ſeu Sigefridi, quod inter Northeimenſes atque Homburgenſes crebro repetitum deprehendimus, ſtupidus ſit, qui reddi probabile non intelligat, *Sigibertum* cum filio ſuo cognomine ad progenitores comitum de *Northeim* ſpectaſſe, quippe inter quos *Sigefridus comes* fundator monaſterii Amelungesbornenſis, cuius eccleſiæ filia eſt eccleſiæ in *Negenborn*, exſtitit. Quæ iam ſupra §. 104 not. (l) demonſtrauimus, conſuli hic fortaſſis haud ſunt indigna. De villa Nighunburni in pago Wikanauelde.

(X) *Coxtidi* villam fuiſſe *in pago Sueuon*, docet nos abbas noſter Saracho in R. B. et P. A. C. Huius pagi in his traditionibus nondum meminimus. Data ergo hac occaſione quærimus, quanam in regione ille pagus exſtiterit. Norunt plurimi, eum ad dioeceſin Halberſtadenſem olim ſpectaſſe. Id patet ex imperatoris Ludouici diplomate, quod exhibet I. G. Leuckfeld in *Antiq. Græningenſ.* p. 10. ſeqq. Quamuis enim illud diploma non ſit omni exceptione maius, quia in eo annus incarnationis Chriſti 814 apparet, qui aliis genuinis diplomatibus ante annum 877 addi non ſolet, procul dubio tamen ſatis vetuſtum id diplomatis eſt. Nam in eo diploma antiquitatem redolet, quod pagum *Sueuon* ad diœceſin Halberſtadenſem refert. Hoc ipſum apparet e *Chronico Halberſtadenſi*, edito Tom. II. S. R. B. Leibnitii p. 121. In aliqua igitur epiſcopatus Halberſtadenſis parte pagum *Sueuicum* exſtitiſſe oportet. Inter pagos Hardego atque Haſugo eundem pagum *Sueuon* olim fuiſſe repertum, patet ex Annalibus Franc. Fuldenſ. T. I. S. R. G. Freheri p. 29. vbi ad a. 852. ita loquitur auctor: *Hludouuicus - Colonia pro-* De villa Coxtidi in pago Sueuon.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

profectus est in Saxoniam, vbi in loco, qui appellatur Nimia super amnem, quem Cornelius Tacitus scriptor rerum a Romanis in ea gente gestarum, Visurgim, moderni vero Wisuracha vocant, habito generali conuentu, tam causas populi ad se perlatas iusto absoluit examine, quam ad se pertinentes possessiones iudiciorum gentis decreto recepit. Inde transiens per Angros, Harudos, Suabos, et Holsingos, et per mansiones singulas, prout se præbuit opportunitas, causas populi iudicans, Thuringiam ingreditur, vbi apud Erpsesfurt habito conuentu decreuit etc. Quibus e verbis concludimus primo, regem Hludouuicum conuentum generalem populi habuisse in loco dicto *Nimia*, per quem designari non intelligimus Mindam vrbem in principatu Mindensi. Alii sic opinantur. Designatum existimamus locum *Nime*, in Mündensi præfectura principatus Göttingensis situm, vel locum *Nimende*, vti in Chronico nostro MSto appellatur, ad Wiseram, postea dictum *Bursfelde*, vbi olim Benedictinum monasterium fuit, ob reformationem Bursfeldensem ordinis D. Benedicti clarissimum. Hoc generali conuentu dimisso et absoluto, Hludouuicus deinde iter suum direxit per principatum Gottingensem seu pagum *Logne*. Hunc *Angariæ* fuisse partem, iam demonstrauimus supra, commentati ad pagum *Hardego*. Huius pagi incolas sine dubio designat auctor Annalium per *Harudos*. His contermina gens fuere *Suabi*. Iuxta hos egerunt *Holsingi*, id est, incolæ pagi *Hasugo*. Quodsi igitur pagus *Hardego* fuit in montibus Harzicis atque in principatu Halberstadensi circa vrbem Halberstadium ac oppidum Gröningam, atque *Hasugo* pagus exstitit in aliqua comitatus Mansfeldensis parte ac Merseburgensi Principatu, vti iam supra demonstrauimus, tunc porro exinde sequitur, pagum *Sueuon* in aliqua principatuum, Halberstadensis atque Anhaltini, parte præsto fuisse, quippe quæ inter Groningam et Mersaburgum iacet. Incolæ pagi illius *Sueuon* a Widekindo nostro *Annal.* Lib. I. p. 634. appellantur *Sueui transbadani*, vti in nostro MSto legitur, non vero *transalbini*, vti Meibomiana editio habet. Indicat Widekindus *Sueuos trans Badam* seu *Bodam fluuium*, qui in montibus Harzicis ortus, et porro Quedlinburgum, Groningam, Egelen et Stasfordiam alluens, tandem ad Nienburgum in Salam mergitur. *Trans Bodam* ergo fluuium pagus *Sueuon* olim fuit repertus. Id ipsum demonstrant villæ, in diplomatibus eidem pago tributæ, quæ erant anno 941 *Osteregilum* et *Westeregilum*, id est, *Osteregelen* et *Westeregelen* ad fluuium Bodam in Magdeburgico ducatu, a. 944. *Rodigaresrode*, 959. *Bebanthorp* seu Bebonthorp, 978. *Haldisleuua* (an Hildesleue?) *Rodistorp* (an Roderstorf haud procul a vico Wegeleben in principatu Halberstadensi?) et *Widerstede*, Widerstedt in principatu Anhaltino; anno 1049 *Hersleb*, Harsleben; 1050 *Hederleue* et *Otichersleue*; 1063 *Regenstede*, Reinstedt non procul ab oppido Ermsleben; 1064 *Ratere*, Reder haud procul a monasterio Ballensted, et *Pichalingen*; 1073 *Asmersleuo*, *Welpesleuo* (Welphsleben in principatu Anhaltino) *Padabrunno* (Badeborn ad flumen dictum die Selcke) *Westholte*, *Rothaltasburg* (an Roderburg non procul a vico Egelen?) et *Emmalestorpe*; 1083 *Bathesleuo* (Badersleben), *Adenstedi* (Aderstedt inter oppida Bernborg et Plotzkau in principatu Anhaltino) et *Turthinge*. His villis traditiones nostræ addunt villas omnium antiquissimas, scilicet *Coxstidi*, et §. 406. *Stesforde*. *Stesforde* est procul dubio Stasfurt. *Coxstidi* est Cochstedt oppidum, in principatu Halberstadensi orientem versus situm, duo milliaria distans a monasterio nostro Groninga, positum iuxta siluam Hakel dictam. Hanc villam *Cochstedt* municipium fuisse Ascaniorum comitum, quorum posteri iam sunt serenissimi principes Anhaltini, refert auctor *Vindiciarum Anhaltinarum* p. 5. quem *Martinum Milagium* quondam Dessauiensem Cancellarium fuisse, vulgo plerique prædicant. Quemadmodum autem hæc optimo niti talo confidimus: ita non prorsus dubitamus, *Ottonem* ac *Rotgerum*, qui in villa *Coxstidi* bona quædam tradiderunt, inter progenitores Anhaltinorum principum esse referendos. Cum igitur *Volcmarus* filius fuerit *Luitharii I*, qui *Endam* Luidolfi ducis Saxoniæ filiam habuit in matrimonio, *Otto* noster et *Rotgerus* fratres *Volcmari*, et filii eiusdem *Luitharii* fuerunt. Probabile enim est, *Ottonem* nostrum ab auo suo *Oddone* comite nomen traxisse, de quo confer §. 188. Cum porro comes *Bernhardus de Plozzike*, teste diplomate Rudolphi Halberstadensis episcopi in Historia Anhaltina Beemanni Tom. I. p. 143. reperiundo, anno 1145 Abbatissæ Irmengardæ in Chakelingen (Hecklingen in principatu Anhaltino) in proprietatem tradiderit quatuor ecclesias in *Stasforde*, in *Altendorp*, in *Chocstede*, et in *Winningen* sitas cum omnibus eorum

per-

pertinentiis, quantum ex paterna ſorte hereditatis ſibi obtigerat, conſentiente, immo adſtipulante, marchione *Adelberto*; diſcimus ex eo, ad *Bernhardum de Plozzike* iure hereditario bona in villis *Starforde* et *Chocſtede* pertinuiſſe. Quodſi itaque *Bernhardus de Plozzike* originem ducit ab *Egenone I. de Conradesburg*, cuius caſtrum ſitum erat medio in principatu Anhaltino, probabiliſſime iſte *Egeno de Conradesburg*, quem ſeculo X vixiſſe oportet, nepos illius *Ottonis* fuit, qui in villa *Cochſted* quædam largitus eſt eccleſiæ Corbeienſi. Cum ergo vna tantum perſona deſit, illa veriſimillime fuit *Alfricus*, qui, teſtante §. 406, in villa *Stesforde* in pago Sueuon partem quandam ſalinarum abbatiæ tradidit Corbeienſi. Probat id villa *Stesforde*, probat id etiam nomen eius. Quemadmodum enim e diplomate Rudolphi epiſcopi patet, locum *Staruorde* ad iura ſpectaſſe comitum de Plozzike, ſic probabiliſſimum erit, *Aluerico*, nepoti *Eginonis de Conradesburg*, nomen eſſe inditum ab *Alfrico* noſtro, qui in eadem villa *Starvorde* bona quædam largitus eſt. Stemma genealogicum comitum de Conradesburg egregie poſt Eccardum in *Hiſtoria Geneal.* p. 514 ſeqq. expediuit vir illuſtris Io. Ludov. Lev. Gebhardi in *Aquilon. Marchion.* p. 76. ſeqq. Quod adiungere volupe erit, additis tamen quibuſdam, quæ ille non habet. Eos, qui probationes quærunt, ad librum Gebhardi Cel. prædictum ablegamus.

et gubernante Corbeiam Godeſcalco.



Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 359.

Tradidit uuulfariuſ pro patre ſuo hunoldo I famil. in *gnidun* (Y).

§. 360.

Tradidit uuarinuſ (Z) unam familiam in *paſſinchuſ*.

§. 361.

De villa Gnidun in pago Leri.

(Y) Villam *Gnidun* fuiſſe *in pago Leri*, docet nos abbas noſter Saracho in præſtantiſſimo ſuo *Regiſtro Bonorum et Prov. Abb. Corb.* Pagum *Leri* fuiſſe in aliqua epiſcopatus Monaſterienſis, atque Oldenburgenſis comitatus parte, iam ſupra vidimus. Procul dubio ergo intelligitur vicus *Gnetem* ſeu *Knetem*, in epiſcopatu Monaſterienſi ſitus non procul a terminis comitatus Oldenburgici. Ex quo momento concluſimus iam ſupra §. 241, *Wulfarium* atque *Hunoldum* ad progenitores Oldenburgicorum comitum ſpectaſſe.

De villa Paſſinchus in pago Bukki.

(Z) *Paſſinchus* villa erat, teſtante Regiſtro noſtro ſæpiſſime excitato, *in pago Bukki*, quem in comitatu Schaumburgico exſtitiſſe, iam ſupra aſſeruimus. Deſignari ergo putamus vicum *Petteſſen*, haud procul ab oppido Buckeburg ſitum. Atque ex eo colligimus, *Warinum* fuiſſe hoc tempore dominum in aliqua comitatus Schaumburgici parte. Huius *Warini* filiam appellare vellemus *Godilam* vxorem *Luitharii IV.* marchionis ſeptentrionalis, ſi placeret Diis, nec chronologia repugnaret. Quamuis enim Ditmarus p. 356. ſcripſerit, *Godilam* fuiſſe ex occidentali regione oriundam, nihil tamen impedit, quo minus comitatum Schaumburgicum ad occidentalem regionem referamus. Cum enim Lerbeccius in *Chronico Schaumburgico* Tom. I. S. R. G. Meibomii p. 497. aſſerat: *Adolphum e nobilibus de Santersleue ſuperſtitem caſtrum Schowenborg fundaſſe, et relicta Saxonia orientali, occidentalem Saxoniam circa partes Weſeræ inhabitare cœpiſſe*; probabiliſſime tamen eo ipſo indicare voluit, comitatum Schaumburgicum ad occidentalem Saxoniam olim fuiſſe relatum, quemadmodum et hodie comitatus Schaumburgicus ad Weſtfaliam ſpectat. Quodſi igitur ſumimus, *Godilam* prædictam fuiſſe *Warini* cuiuſdam domini in tractu Schaumburgico filiam, et *Luitharium* primum genito ſuo nomen patris *Godilæ* dediſſe, uti Ditmarus l. c. refert, *Wirinharius* accepiſſe videtur nomen ſuum, a patre *Godilæ Warino* petitum, ſperare nolumus, quempiam fore negaturum, nomen *Warini*, *Vaiarini*, *Werini* et *Werinharii* eſſe vnum idemque. Hac autem ex ſententia egregie confirmatur origo comitum Schaumburgicorum a Walbeccenſibus. Patet enim ex eo, qua ratione Santerslebii domini, e quibus parens *Adolfi* fuit oriundus, bona Schaumburgica acceperint, ſcilicet loco dotis. Atque hoc ipſum nobis veritati magis conſentaneum videtur, quam opinio Lerbeccii, qui per Sigeberti, epiſcopi Mindenſis, promotionem *Adolfum* gradum nobilitatis promeruiſſe aſſerit, fabulisque ea annumeramus, quæ idem de monte vrticarum, teutonice dicto *den Nettelenberg* profert, quem ab epiſcopo prædicto *Adolfum* in feudo recepiſſe perhibet. Eadem enim recentiori tempore excogitata ſunt ad palliandam ſententiam de inſigniis comitum Schaumburgicorum, quæ in vrtica conſtitiſſe prædicant. Quamuis enim hodie inſignia Schaumburgica, vti in ſcutis Lindgrauiorum Haſſiæ, ducum Holſatiæ, regum Danorum atque aliorum conſpiciuntur, vrticam proferant, contra antiquitatem tamen eadem ſic depinguntur. Habemus enim in manibus noſtris duo authentica ſigilla antiquorum comitum Schaumburgicorum, quæ in *Hiſtoria Corbeienſi* accurate æri inciſa dabimus, e quibus apparet, inſignia Schaumburgicorum comitum olim non fuiſſe vrticam, ſed roſam, quam etiam in ſcutis ſuis geſſiſſe Walbeccenſes comites, Carolus Fridericus Dingelſtedt in *Analectis Haſſiacis* Kuchenbeckeri *collect.* IX. p. 1. ſeqq. oſtendit. Cum itaque primum Ditmarus epiſcopus Merſeburgenſis, qui ipſe origine Walbeccenſis erat, p. 335. aſſerat, *Curtem Sundersleue ad Luitharium* Walbeccenſem ſpectaſſe, atque deinde H. Meibomius T. I. S. R. G. p. 522. innuat, Adolfum Santerslebium, dum diœceſin Magdeburgenſem reliquit, partem bonorum ſuorum nobilibus dominis de Dreileue titulo feudali poſſidendam reliquiſſe, præterea comites Schaumburgici in eodem tractu, qui olim pagus Derlingi appellabatur, et

in

§. 361.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit dendi pro se unam familiam in *aldantorpe* (a) et berta pro se et coniuge suo ualdered et filia sua ghisla in *sekbiki* (b) in *flehtunun* (c) in *berga* (d) in *hemenhuſ* (e) in *altontorpe* in *fulliſhuſ* in *battan-*

in eo Walbeccenſes domini eorumque agnati bona quædam hereditaria tenuerint, de quibus alio tempore pluribus exponam, neminem inficiari poſſe cenſemus, comites Schaumburgicos a Walbeccenſibus manaſſe.

De villa Aldanthorpe in pago Suilbergi.

(a) Villam *Aldanthorpe* Saracho abbas in *Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis* appellat *Altontorpe*, et indicat eum *in pago Suilbergi* exſtitiſſe. Cum itaque pagus Suilbergi in comitatu Daſſelienſi ac Grubenhagico ducatu fuerit ſitus, eapropter arbitramur, villam Aldanthorpe eſſe Olendorp vicum, olim haud procul al oppido Einbeck in eodem Principatu Grubenhagico conſpicuum.

De villa Sekbiki in pago Hrittiga.

(b) *Sekbiki* villam idem Saracho nominat *Secbici*, et *pago* tribuit *Hrittiga*. Cum itaque pagus *Hrittiga* ſeu *Rittiga* olim exſtiterit circa urbem Northeim in principatu Gottingenſi et Grubenhagico, villam *Sekbiki* vicum Sebexen, in præfectura Weſterhof, eſſe putamus, locum Principatus Calenbergici.

De marca Flehtunun.

(c) *Flehtunun* fuiſſe *marcam*, diſcimus e præſtantiſſimo noſtro Regiſtro. Cum igitur nullum diploma, hactenus in lucem emiſſum, illius marcæ mentionem iniiciat, intermittere non poſſumus, quin mentem noſtram de eadem marca aperiamus. Marcum ſeu marcam indicem eſſe termini ſcilicet alicuius prouinciæ ſiue maioris ſiue minoris, iam ſæpe monuimus. Porro marcis aliquando nomina impoſita ſunt, a pagis petita, uti *Suilbergi marcus*, *Tiltdeſſen marcus*, atque *Aringho marcus* oſtendunt. Probabile ergo nobis videtur, *Flehtunun marcam* nomen accepiſſe a *Fleithi* pago. Quodſi autem *Dendi* ac *Berta* in pagis contiguis *Hliſgo*, *Hrittiga* et *Suilbergi* reliqua ſua bona tradidere, veriſimillimum inde reddi cenſemus, inter *Billurbeke*, quæ ad pagum *Fleithi*, atque inter *Haberehtshuſen*, nunc Wibrechthuſen, niſi Heerhuſen, quæ ad pagum *Hliſgo* refertur, olim exſtitiſſe *Flehtunun marcam*, inprimis eo quod eadem in regione abbatia noſtra quondam bona quædam poſſedit. De his in *Clientela Corbeienſi* pluribus. Confer ſupra dicta §. 127. not. (s)

De villa Berga in pago Hrittiga.

(d) *Berga* erat *in pago Hrittiga*, diligentiſſimo noſtro abbate teſte, eademque nullus alius vicus fuiſſe videtur, quam *Bercke* ad fluuium, dictum *die Ruhme*, ſupra Northemium ſitus.

De villa Hemenhus in pago Suilbergi.

(e) Villam *Hemenhus* ſpectaſſe ad pagum *Suilbergi*, docet nos abbas noſter Saracho, et veriſimillime intelligit deſignari villam *Emiſen* in ducatu Grubenhagico in præfectura Rotenkirchen, non procul a vico Odaſen. In eodem pago *Suilbergi* præterea erant præſto, eodem docente abbate, villæ *Sulliſhus* atque *Hildiwerteſun*. *Sulliſhus* poſtea dicta eſt *Suliſen* ſeu *Seleſen* hodie deſolata, olim reperta in eodem tractu comitatus Daſſelienſis, in qua adhuc conſpicitur turris dicta *der Sulſer Thurn*. *Hildiwerteſun* vero eſt *Hildiwardeſſen* villa, quæ villæ *Luthardeſſen* proxima erat, vti teſtatur diploma Sigfridi archiepiſcopi Moguntini, quod vide in Addendis num. 372.

De villa Luithardeſſen in pago Suilbergi.

Situm vero villæ Luthardeſſen indagare poſſumus e litteris ſequentibus, quas ab amico nobiscum communicatas, e membrana adiungere volupe erit.

℣ In nomine ſcae et indiuiduae trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia rex. Quotienſ ex ſumptibuſ doniſ & honoribuſ diuinituſ nobiſ collatiſ commodum et honorem p̄ſtamuſ ecc̄liiſ dei & ſc̄iſ ab eo honoratiſ ſcimuſ & indubitanter credimuſ longam & ſtabilem p̄ſentium bonorum tranquillitatem benigno ſtudio & deuoto animo aſſequi noſ & comparare & manſura atq; eterna labentibuſ & deficientibuſ huiuſ

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

ſeculi rebuſ congregare & theſaurizare. Proinde omnibuſ Xp̄ī n̄r̄īſq̄. fidelibuſ tam futuriſ quam p̄ſentibuſ notum eſſe uolumuſ qualiter rogatu & admonitione dilectiſſimę genitriciſ n̄r̄ę *Agnetiſ* imperatriciſ auguſtę nec non continuo ac fideli ſeruitio *Heziloniſ Hildeneſhemenſiſ* ēp̄ī excitati ad promerenda beatiſſimę genitriciſ dei & perpetuę uirginiſ marię beata ſuffragia corde & animo exurgenteſ tum conſenſu & fauore *Egilberti Mindenſiſ* ēp̄ī & dilectę ſororiſ n̄r̄ē *Adelheidę Ganderſheimenſiſ* abbatiſſę nec non & *Jmmoniſ Padelbrunnenſiſ* ēp̄ī & *Sarachoniſ Corbeienſiſ* abbatiſ conſentiente & conſauente *Ottone Bauuariorum duce* ceteriſq̄. omnibuſ quorum p̄dia & poſſeſſioneſ ſitę erant intra eoſ terminoſ quoſ ſcribi iubemuſ quoddam foreſtum & bannum eidem ēccl̄ię *Hildeneſhemenſi* & p̄dict̄o ēp̄ō ſuiſq̄. ſucceſſoribuſ in reliquum habendum & perpetualiter habendum conceſſimuſ & n̄r̄ā regali poteſtate condonauimuſ inter iſtoſ terminoſ ſitum a ponte fluuii *Loine* qui porrigitur per medium amnem ad villam *Laide* per uiam rectam quę tendit *Choppenbrukke* de *Choppenbrukke* uia recta uſq̄. *Batſingehuſen* de *Batſingehuſen* uia recta uſque *Aſchereſhuſen* de *Aſchereſhuſen* uia recta ad *Goltbechi* de *Goltbechi* uia recta ad *Pretenſteina* de *Pretenſteina* uia recta ad *Makkenhuſen* de *Makkenhuſen* uia recta ad *Luithardeſſen* de *Luithardeſſen* uia recta ad *Winethuſen* de *Winethuſen* (nunc Wenzen) uia recta ad pontem *Grene* rurſum de ponte illo et medio alueo eundem fluuium *Loinam* deorſum uſq̄. ad pontem *Laide*. Jubenteſ igitur ſtatuimuſ & ſtatuenteſ iubemuſ ut infra p̄ſcriptoſ terminoſ nulla n̄r̄ī regni maior minorue perſona uenandi iuſ & poteſtatem ſibi uendicare abſq̄. conſenſu & licentia p̄dict̄i ēp̄ī & ſucceſſorum eiuſ ſiue eorumq̄. prouiſoreſ eiuſdem foreſti ab eiſ conſtituti fuerint p̄ſumat. Quod ſi aliquiſ huiuſ p̄cepti n̄r̄ī temerariuſ tranſgreſſor exſtiterit uelut regaliſ contemptor decreti iuſti ſententię iudicii ſubiacebit & debita pro corrupto banno n̄r̄ō pecunia ſcilicet ſexaginta ſolidoſ de ſinguliſ ferif perſoluat. Et ut hęc n̄r̄ę regaliſ ſucceſſioniſ donationiſ & confirmationiſ auctoritaſ per tempora ſucceſſura ſtabiliſ & inconuulſa permaneat. hanc paginam n̄r̄ę uoluntatiſ & facti indicem inde conſcribi & ſigilli n̄r̄ī impreſſione iuſſimuſ inſigniri.

Signum domni Heinrici quarti regiſ

Frithericuſ cancellariuſ uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data VII. id. martii anno dn̄īc̄e incarnationiſ M LXII. indict. XIIII. anno autem ordinationiſ domni Heinrici IIII regiſ VIII regni uero VI uitę XII. actum Goſlare in dei nomine feliciter amen.

Ex his litteris apparet, villam *Luithardeſſen* reperiri inter vicum *Mackenſen* in comitatu Daſſelienſi et intra præfecturam Hundesrück ſitum, atque inter vicos *Wendſen* et *Grene* in Principatu Wolferbuttelano. Hoc in tractu viſitur villa *Luthorſt* ſeu *Luthaſen*, cui itaque contermina fuit villa *Hildiwerteſun*. Cum autem ſupra §. 211. not. (E) dixerimus, nobiles dominos de Homborg dynaſtiam Luthardeſianam ab eccleſia Corbeienſi tenuiſſe ex feudo, operæ pretium erit, maioris

battanhuſ (f) in *halkerſun* (g) in *haberehtſhuſen* et in *hildeuuerteſun* in hiſ locis tradidit houaſ XXXX mancipia LVIII et in uilliſ loca XXXI. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

§. 362.

ioris illuſtrationis ergo ſequentes e membrana adiungere tabulas, quibus in *Clientela Corbeienſi* plures alias addere volumus:

Jn nomine ſancte et indiuidue trinitatis Nos *Bodo in Homburg* dominus. recognoſcimus. quod *conradus* dictus *de Luthardeſſen* curiam a quandam ſitam in eadem villa. et qtuor māſos ſitos in villa *Deddenhuſen*. cum proprietate et omnibus bonorum eorundem pertinentiis. in villis et extra villas. in areis. ortis. pratis . . . . . cum conſenſu pariter et aſſenſu uxoris ſue eliſabeth . . . . . vendidit dnō abbati et conuentui ecclie in *Amelungeſborne*. pro ſexaginta marcis examinati argenti. proprie quiete et libere perpetuo poſſidenda. que bona idem Conradus. ut tenebatur. coram *gograuio illiuſ dominii* conſtituto in iudicio ſuo. et coram omnibus eidem gograuio aſtantibus reſignauit libere. cum proprietate et omni iure. ad manus ſeu poteſtatem ecclie plibate. verum et iuſtum warandum ſe promittens bonorum eorundem. ſed et ipſe gograuius. recepto ab ecclia iure ſuo pecuniario. ipſis bonis ibidem pacem indixit. ſecundum morem et iuris conſuetudinem. In cuius venditionis et reſignationis . . . . . teſtimonium . . . . . dedimus preſens ſcriptum. teſtes ſunt *Lippoldus hoie. Conradus de Amelungeſſen. heinemannus*, et *Conradus fratres dicti dapiferi. henricus de Wenthuſen. hermannus de Daſle. henricus Trube. Fredericus de Warmeſtorp.* milites. item *Arnoldus de hauerſuorde. Erneſtus de Embere. Bruno de Rodenberge. Conradus de Piſcina.* famuli et alii quam plures. Datum et actum in opido nrō *Aldendorpe* anno ab incarnatione dnīcā M. CC. LXXXX. V. VI. id iunii.

(f) *Battanhus* et *Haberehtshuſen* villæ tribuuntur a Sarachone abbate *pago Hliſgo*, quem in regione vrbis *Oſterodæ* fuiſſe repertum, iam ſupra diximus. Probabiliſſimum ergo nobis videtur, deſignari vicum *Badenhuſen*, vulgo Bahnhuſen, inter Gittelde atque Oſterode, atque vicum Heerhuſen vix iter dimidiæ horæ ab oppido Seſen ſitum, in quo domini de Koch bona ſua poſſident. Locus vterque ſubeſt Wolferbuttelani Principatus præfecturæ Stauffenburgenſi & Seſenſi. Si ergo certum eſſet, caſtrum *Stauffenburg* iam tempore Saxonicorum cæſarum exſtitiſſe, etiam illud veriſimillime ad eundem pagum *Hliſgo* ſpectaſſet, niſi malles id ad Harzicos montes referre, qui olim Saxoniam et Thuringiam diuidebant. Videtur caſtrum Stauffenburg Sæculo XII. exſtructum. De villis Battanhus et Haberehtshuſen in pago Hliſgo.

(g) *Halkerſun* villam *in pago* fuiſſe *Hrittiga*, docet nos abbas Saracho in ſuo Regiſtro B. et P. A. Corb. An vero eadem villa ſit vicus *Hillerſen* in dynaſtia Hardenberg, id in medio relinquimus. Videtur ſubeſſe Ahlshuſen, vicus præfecturæ Stauffenburg in Principatu Wolferbuttelano, Northemium inter et Gandersheimium æquali interuallo ſitus. Igitur ſi ſitum omnium horum locorum, atque in illis largiſſime tradita bona nobis ante oculos ponimus, eam in cogitationem deduci debemus, vt arbitremur, *Bertam* ac *Dendi* ſeu *Dedonem* fuiſſe homines et locupletiſſimos et nobiliſſimos, et probabiliſſime referendos inter progenitores vel *Katelenburgicorum* vel *Schartzfeldenſium* comitum. Illi comitatum ſuum habuere circa caſtrum *Katlenburg*, ad flumen dictum *die Rume*, tribus milliaribus et quod excurrit diſcretum ab vrbe Einbeca. *Schartzfeldenſes* autem ſeu *Scartfeldenſes*, a quibus et comites de *Lutterberg* deſcendunt, tenuerunt comitatum ſuum circa *Scartfeld* et *Lutterberg*, notiſſima caſtra in montibus Hartzicis, haud procul ab oppido Oſterode. *Scartfelde* caſtrum iam exſtitiſſe circa annum 1131, docent nos litteræ cæſaris Lotharii, quas oblitterationi æternæ eripuiſſe virum quendam celeberrimum perhibet eruditiſſimus Dn. I. L. L. Gebhardi in *Aquilon. Marchion.* p. 68. quas De villa Halkerſun in pago Hrittiga.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 362.

Tradidit eilgrim pro filio suo adalbodo XV. iugera et I iurnalem in *heianhuſ* (h).

§. 363.

Tradidit uuidulo pro uxore sua frithurun (i) unam familiam in *uualiereſhuſ.*

§. 364.

quas vero iam exhibuerat Lunigius in dem *Reichs-Archiv Spicil. Eccleſ.* P. I. im Anhang p. 32. seq. e quibus patet, cæsarem Lotharium archiepiscopo Magdeburgensi tradidisse abbatiam *Alsleue* castrumque *Scharzfeld* in permutationem ad vsum regni suscepisse. Quemadmodum vero speramus, neminem fore, qui credet, castrum *Scartfeldense* demum anno 1131 esse fundatum: ita, deo volente, in *Clientela noſtra Corbeienſi* e schedis abbatis Corbeiensis Erkenberti, atque ex ipsorum comitum de *Lutterberg* litteris ostendemus, iam ante annum 1113 progenitores comitum, de *Lutterberg* dictorum, amplissima prædia tenuisse ex beneficio ecclesiæ Corbeiensis, quorum feudorum originem hoc in nostro §. 361. deprehendi omnino putamus. Interim confer supra §. 112, et infra §. 437, obuia.

De villa Heianhus in pago Tilithi.

(h) *Heianhus* villa erat, nostro testante Registro, *in pago Tilithi.* Sine dubio intelligitur villa *Heinsen* ad Wiseram in præfectura Polle, duobus milliaribus sita a Corbeia nostra. *Eilgrim*, qui in eadem villa bona hereditaria tradidit, probabilissime ad Brunonianam spectauit familiam. Cum enim ille filium habuerit nomine *Adalbodonem*, in mentem venit *Adalbodu*, quem filium *Thiodgeri* comitis, et nepotem *Brunonis* ducis fuisse, statuimus. Si ergo sumamus, *Eilgrimum* fuisse filium vel *Albmeri* vel *Magenhardi*, qui in villa Boffeshus (in qua et Adalbodu quædam tradiderat) et in villa Alberteshus seu Albaxen, quæ a vico *Heinsen*, si per interiacentes montes iter dirigere posses, non procul abest, bona quædam largiti sunt; *Eilgrimus* procul dubio filio suo nomen dedisset, ab auo suo *Adalbodone* petitum. Fortassis ille *Adalbodo* vltimus huius progeniei fuit: et bona eius, in hac regione sita, peruenere ad eius consanguineos, progenitores scilicet Euersteinensium comitum.

De villa Walie-reshus in pago Hessi Saxonico.

(i) Villam *Walieresbus* refert abbas noster Saracho in suo Registro ad *pagum Hessi Saxonicum.* Indubie designat vicum, dictum hodie Wulmersen, haud procul ab oppido Helmershusen situm ad Dimolam. Nobiles domini, de Stockhusen dicti, in eodem loco arcem nobilem atque alia bona possident. Cum autem traditor familiæ in *Walieresbus* appelletur *Widulo* eiusque vxor *Fritburun* seu Fretheruna, non immerito quæritur, ad quamnam familiam probabiliter referendus sit *Widulo* seu *uuido* iste, hoc ipsum intactum non relinquemus rati, cum verisimillime ad gentem Brunonianam esse referendum. Cum enim iam supra demonstrauerimus, in eadem regione possedisse bona hereditaria Brunonianam stirpem, et inprimis progenitores nobilium dominorum de Sconenberg, *Widulo* noster ad aliam familiam referendus non videtur. Villa enim *Walieresbus* eadem est, quæ in Vita Meinwerci T. I. Leibn. p. 538. seq. nominatur *Walieresſun*, in qua tres sorores *Bosan*, *Christina* atque *Ebbican*, quas comitis *Luidolfi* filias fuisse supra §. 104. not. (n) statuimus, bona quædam ecclesiæ Paderbornensi tradiderunt. Cum igitur dicti comitis *Luidolfi* sorores fuerint *Frederuna* et *Fritheruna*, probabiliter ita dictæ a propatrui sui *Marcwardi* vxore *Fritheruna*, *Widulo* fuisse videtur frater *Marcwardi*, nepotis *Luidolfi* Saxoniæ ducis. *Widulonis* et *Witilonis* nomen esse vnum idemque, nemo [illegible] negabit. *Witilo* ergo, quem, teste diplomate Conradino supra §. 293. adducto, deprehendimus possessorem prædii Sannanibiki in pago Huuetigo, ad hanc quoque familiam videtur spectasse. Quamuis enim quis perhibere posset, eundem *Witilonem* potius referendum esse ad Widikindeam stirpem, vtpote prædia sua in pago Huuetigo tenentem; dicere tamen licet, *Witilonis* vxorem *Odam*, quippe cuius petitione et collaudatione cæsar prædium Sannanibiki ad imperialem manum recepit, atque pro eo prædium

dium Zuerici ſeu Zwergen in dynaſtia Deſenberg *Witiloni* tradidit, fuiſſe ſtirpis Widikindeæ, ac prædium Sannanibiki marito ſuo dotis loco attuliſſe. Probabiliter illa permutatio facta eſt eo, quod prædium Zwergen reliquis bonis *Witilonis* propius erat ſitum, quam Sandebeck. Plura alia bona quam Zwergam poſſediſſe *Witilonem*, inficiari non licet. Quantum ergo e ſitu locorum ac nominum ſimilitudine colligimus, veriſimile fit, *Witilonem* fuiſſe filium comitis *Marcwardi*. Probabile enim nobis videtur, comitem *Marcwardum* filio ſuo nomen indidiſſe, a patruo ſuo petitum, et, ſi id porro concoquere poſſis, ſtatuere quoque libet, *Udonem comitem pagi Himmerfeldun* fuiſſe fratrem *Marcwardi*. De illo mentionem faciunt litteræ ſequentes, quas e membrana huc traiicere libet. En illas. et gubernante Corbeiam Godeſcalco.

℄ Jn nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ. Heinricuſ diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtuſ. nouerit omnium dei fidelium n̄r̄ōr̄umq̄. tam p̄ſentium quam et futurorum induſtria qualiter noſ interuentu dilectę coniugiſ n̄r̄ę *chunigundę* uidelicet imperatriciſ auguſtę fidēliumq̄. n̄r̄ōr̄um *popponiſ* treuirenſiſ archiēpi *erchanbaldi* maguntini archiēpi *euerhardi* bauenbergenſiſ ēpī *adelbaldi* traiectenſiſ ēpī item *popponiſ* abbatiſ uultenſiſ *godefridi* duciſ *bernhardi* duciſ *becelini* comitiſ ecc̄lię paterbrunnenſis. cui uenerā. prędeſt ēp̄uſ meinuuercuſ n̄r̄ę uidelicet ſeruitutiſ paratiſſimuſ ſub honore ſc̄ę dei genitriciſ marię ſc̄iq̄. martyriſ kiliani nec non et beatiſſimi confeſſoriſ liborii ēpī conſtructę atq̄. dedicatę tale p̄dium quale *uuilla* nobiſ dedit per manum et conſenſum coniugiſ et aduocati ſui *ottoniſ* in loco *fiburgohuſun* nominato *in comitatu udoniſ comitiſ in pago hemerueldun* cum omnibuſ pertinentiiſ ſuiſ poſſeſſionibuſ mancipiiſ utriuſq̄. ſexuſ agriſ et edificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ aquiſ aquarumq̄. decurſibuſ pratiſ paſcuiſ ſiue compaſcuiſ molendiniſ piſcationibuſ ſiluiſ uiiſ et inuiiſ cunctiſq̄. queſitiſ et inquirendiſ in proprium iure perenni tradidimuſ. Et ut hęc traditio prędecepti noſtri firma et inconuulſa permaneat hanc paginam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilli n̄r̄ī impreſſione ſubter bullari iuſſimuſ.

Signum domni heinrici romanorum inuictiſſimi imperatoriſ auguſti.

Guntheruſ cancellariuſ uice erchanbaldi archicappellani recognouit.

Data idibuſ aprilis indict. I. anno dn̄īcę incarnat. M. XVIII. anno. uero domni heinrici ſecundi regnantiſ XVII. imperii autem V. actum curtili nouiamago.

In hoc diplomate *Willa*, *Ottonis* vxor, ad familiam Sconenbergenſem referenda, atque *Otto* ad Euerſteinenſem gentem ſpectaſſe, videtur, fortaſſe frater Conradi comitis.

Ab anno 890 vsque 900 regnante Arnolfo

§. 364.

Tradidit bernharduſ pro ſe et pro uxore ſua uuendilmold II familiaſ in *iuctinuelde* et in *claige* (k).

§. 365.

Tradidit ſeuuard pro uualdmanno (l) XXIIII iugera et I iurnalem in *aldanthorpe*.

§. 366.

De villis Iuctinuelde et Claige.

(k) *Iuctinuelde* et *Claige* villæ in noſtro non reperiuntur Regiſtro. Latet ergo me ſitus, et ignoro, in quanam prouincia illæ quondam exſtiterint.

De villa Aldanthorpe in pago Suilbergi.

(l) *Aldanthorpe* villa erat *in pago Suilbergi*, Sarachone noſtro teſte. Probabiliſſime intelligitur vicus Olendorp, hodie dictus Marckolendorp ſitus in præfectura Hundeſrück in Hildeſienſis epiſcopatus terris. Ad tractum comitum, de Daſſel dictorum, eundem vicum olim ſpectaſſe, comprobamus e litteris abbatis Corbeienſis, Erkenberti, ſequentibus, quas e membrana producimus:

In nomine ſcē et indiuidue trinitatiſ. Erkenbertuſ dei gratia Corbeienſium abbaſ preſentibuſ atq. futuriſ etate futura ſuperuenturiſ. Notum eſſe uolumuſ. quoniam temporibuſ ñrīſ per *uicarium* meum Xpīnum elemoſinam monaſterii ad auxiemit itaq. ipſe Xpīnuſ quatuor talentiſ a quatuor fratribuſ Reimberto Eremfrido Bertholdo Radolfo. aſſentientibuſ iuſtiſ eorum heredibuſ. in *Crymmenhuſen* aream unam XL. iugera cum omni utilitate edificiiſ paſcuiſ ſiluiſ aquiſ aquarumq. decurſibuſ. unde prefati fratreſ conſenſu heredum ſuorum III. nonaſ maii traditionem manu ſua more Saxonico in preſentia ñrī & aduocati fideliumq. ñrōrum coram omni congregatione fecerunt in monaſterio ñrō ad reliquiaſ ſcōrum martirum Stephani Viti & Iuſtini. & ego firmaui iure meo ad domum elemoſinariam coram hiſ teſtibuſ. *Sigifrido comite* & *aduocato*. *Widikindo uiceaduocato*. *Thietmaro libero*. Adelrado. Gerberto. Etelino. Annone. erphaeldo. habone. Waldrico camerario. Waldrico pincerna. item Waldrico pincerna. Godeſcalco dapifero. heriboldo ꝑtore urbiſ. Horico aliiſq. quam plurimiſ. anno dñī M. C. XVI. actum & confirmatum. Tradidit quoq. hortatu ꝑfati Xpīni quedam nobiliſ femina *hoburc* ad altare ſcōrum martirum ꝑdictorum pro ſalute ſua omniſq. ſue parentele. collaudantibuſ herede eiuſ *Reinhardo* & *uormundo* ſuo *ortomaro* in *Crymmenhuſen* areaſ II. manſoſ III. in *Eilenhuſen* areaſ II manſoſ duoſ. in *Regildinghuſen* aream I. manſū I. cum omni utilitate in edificiiſ agriſ pratiſ aquiſ aquarumq. decurſibus. & medietate molendini in *Crymmenhuſen*. que ꝑdia ſicut priora conceſſa ad elemoſinam monaſterii & domna *Hoburga* ꝑbendam omni tempore uitę ſuę donauit anno dñī M. C. XVIIII. II. kl. ianuarii *aduocato Sigefrido* coram hiſ teſtibuſ. Adelrado. heriboldo. Hildeberno. Gerberto. Horiko *ſabſone*. Wern. Eilhardo. Xpīno. Etelino. Reinhero. habone. Godeſcalco. & ꝑnominatiſ Reinhero ortomaro. hugone. Confirmatum in placito *Reinholdi* in cuiuſ comitatu eadem ꝑdia ſita ſunt primo iuxta *oldendorp* coram hiſ teſtibuſ Unicone. heremanno. Wazzone. Etelino. Barawardo. Haoldo. Reniggero. Walberto. Wagone. Helmwigo. Wigmanno aliiſque innumeriſ diuerſe conditioniſ & etatiſ. item quoq. ipſe comeſ ſecundo ipſam traditionem regio banno confirmauit in alio placito iuxta *Oldendorp* ubi omneſ ſui comitatuſ hominеſ

§. 366.

et gubernante Corbeiam Godescalco.

Tradidit aegilgrim pro hoſed LX iugera et unum iurnalem in *brecu* (m).

§. 367.

hominеſ auditoreſ & teſteſ erant. hec ut inconuulſa omni tempore maneant haſ teſtamentaleſ litteraſ ſigillo ſci Viti patroni ñrī muniuimuſ.

ſignum ſcī uiti mtriſ

Sigillum alterum vide in Tab. I. num. 8.

In hoc diplomate primum memoratur villa *Crymmenhuſen*. Hæc eſt *Crimmenſen*, cuius eccleſia filia eſt eccleſiæ in Ellenſen ſub præfectura Hundeſrück, deinde villa *Eilenhuſen* eſt Eilenſen, cuius eccleſia itidem filia eſt eccleſiæ obuiae in Ellenſen vico, vix iter dimidii milliarii ab oppido Daſſel ſito, denique *Regildinghuſen* villa eſt Reilingehuſen ad fluuium, dictum Ilme, qui alluit oppidum prædictum Daſſel ac infra Embecam in Leinam ſe exonerat. Cum itaque hæ villæ omnes in meditullio comitatus Daſſelienſis iaceant, neminem in dubium id vocaturum cenſemus, *Reinoldum comitem*, cuius in comitatu illæ fuerunt anno 1119, ad progenitores comitum de Daſſel ſpectaſſe. Atque eandem ob cauſam putamus, per villam *Oldendorp*, iuxta quam comes *Reinoldus* placita ſua habuit, nullum deſignari alium vicum, niſi *Oldendorp*, locum comitatus Daſſelienſis, hodie dictum Marcoldendorp. Placitum, quod iam anno 1119 iuxta villam *Oldendorp* habuit comes *Reinoldus*, adhuc in vſu erat tempore Ioh. Letzneri, qui in *Chronico Daſſelienſi* Lib. VII. p. 128. refert, iudicium prouinciale in vico Marcoldendorp quotannis fuiſſe habitum, atque ad illud omnes comitatus Daſſelienſis homines eſſe citatos. Quodſi autem vicus *Oldendorp* ad iura ſpectauit comitum de Daſſel, *Sewardum* ſeu *Sifridum*, qui in eadem villa bona quædam tradidit eccleſiæ Corbeienſi, ad progenitores comitis *Reinoldi* referre volumus; cum porro *Reinoldus* ille in aliis diplomatibus noſtris appelletur comes de Daſſila, et frater *Sigefridi comitis* atque aduocati Corbeienſis, qui ſine dubio e Northeimenſibus fuit exortus comitibus, dubitare non poſſumus, Daſſelienſes et Northeimenſes comites fuiſſe vnius eiuſdemque originis.

(m) Villa *Brecu* ab abbate noſtro Sarachone refertur *ad pagum Thiadmelli*. Hunc in comitatu Lippiaco exſtitiſſe, iam ſupra vidimus. Intelligimus ergo, denotari vicum *Brack*, in eodem comitatu inter oppida Blomberg et Lemgo ſitum. Ille autem vicus probe diſcernendus eſt primum a villis 1) Bracke, quarum altera in præfectura Ehrenburg, atque altera 2) in præfectura Siedenburg in comitatu Hojano reperitur; deinde a 3) Brackelow in præfectura Wölpe; poſt a 4) Bracha in diœceſi Mindenſi; deinde a 5) Bracu in pago Huuetigo, quod prædium ſeu vorewerc erat, ad curtem Luthide ſpectans, tum ad extremum a villa 6) Breka in pago Wikanauelde, quæ vicus Brack eſt haud procul ab oppido Stadoldendorp, quondam in dominio Homburgico, iam autem in Principatu Wolferbuttelenſi, obuius. Quis *Ægilgrim* et *Hoſed* fuerint, qui in villa *Brecu* quædam tradidere, non conſtat. Potuerunt autem eſſe, quantum coniectura auguramur, fratres *Hatholdi*, filii *Hoſedi*, quem ſtirpis Brunonianæ fuiſſe ſtatuimus, de quibus euoluas velim Tabulam genealogicam eiuſdem gen-

De villa Brecu in pago Thiadmelli.

Ab anno 890 vsque 900. regnante Arnolfo et gubernante Corbeiam Godescalco

tis, supra §. 104. adductam. Haaldinos comites ex vno germine cum imperatoribus Saxonicis ortos esse, tam verum esse videtur, quam id, quod nemo refellere poterit. Quum enim Widekindus Corbeiensis in nostro Manuscripto Annalium Lib. II. *Haaldum, qui super cubiculum regis erat*, appellet *nobilissimum et regi consanguinitate coniunctum*, stupidus sit, qui non intelligat, eundem *Haaldum* fuisse consanguineum cæsaris Ottonis M. Iam scire auemus, quomodo istum *Haaldum* cum familia Ottoniana connectere libeat, si nostra sententia tibi minus placuerit. Ab *Haaldo* comite igitur, cuius comitatus erat in locis Limga (Lemgo), Thiatmalli (Detmold) etc. comites Lippiacos originem suam deducere, absonum non esse suspicamur. Ita enim cum Reusnero in Auctario Oper. Geneal. rectissime statui posse arbitramur, *domum Lippiensem iam inde a Caroli M. temporibus in Westfalorum Saxonum nobilitate illa primariam, quæ nobilium dominorum appellata nomine, etiam reges dare Saxonum belli tempore consueuerit, et post, inaugurantibus Francis, comitum assumserit titulum, loco et munere semper illustri floruisse.* Cui assentire videtur Io. Pideritius in *Chronico comitatus Lippiensis*, qui vero neque nomen fatoris comitum Lippiensium, qui tempore Caroli M. vixerit, edere, neque iustam graduum seriem dare et expromere potuit. Anonymi cuiusdam *Chronicon Waldeccense* edidit b. D. Simon Fridericus Hahnius, Historiarum in Academia Iulia Professor, Tom. I. Collectionis Monumentorum p. 803. sqq. At initia Anonymus fabulis et hastiludiis Rixneri superstruxit. Non vacat nugas repetere nullo argumento historico eoque solido nitentes. Diplomatum fides hic est sollicitanda, vt veriora prodeant in lucem, serenissimis Principibus atque ill. Comitibus digna et ad res ipsas congruentia. Cæpimus telam ordiri. Qui pluribus instructi sunt monimentis, eorum est, eam pertexere & hiatus explere.



TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS OCTAVA,

QVAE EXHIBET

BONA

QVIBVS ORNARVNT DOMINI QVIDAM

ECCLESIAM CORBEIENSEM

TEMPORE REGIMINIS

BOVONIS SECVNDI

ABBATIS CORBEIENSIS

AB ANNO 900 VSQVE 916.

REGNANTIBVS

HLVDOVVICO IV,

ET

CHVONRADO PRIMO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 367.



Tradidit bardo (n) pro fratre ſuo uuibert I familiam in *pathihuſ.*

§. 368.

(n) *Pathihus* villam collocat abbas Saracho *in pago Marſtem*, quem in Principatu Calenbergico exſtitiſſe, iam ſupra demonſtrauimus. Intelligimus ergo, vicum deſignari *Pattenſen*, quem anno 1271 appellatum eſſe *Pattenhuſen* probamus diplomate ſequente: De villa Pathihus in pago Marſtem.

Bernhardus dei gratia *comes de Dannenberge* omnibus hoc ſcriptum uiſuris in dñō ſalutem. Nouerint uniuerſi tam p̄ñtes quam poſteri quod nos de conſenſu fratris ñr̄ī *Nicolai* acceptis uiginti marcis denariorum a dñō abbate et conuentu monaſterii b̄te marie uirginis in *Schernebeke* ciſterc. ordinis Verdenſis diōc̄. ratam habemus reſignationem feodi decimarum in *Pattenhuſen* uidelicet et *Gelderſen* quam f r̄c̄s ñr̄ī *Henricus* et *Adolfus comites de Dannenberge* et filii patrui ñr̄ī pie memorie comitis *Adolfi* fecerunt uenerabili dñō *Gherardo Verdenſi* ēp̄ō bone memorie ad manus p̄dcorum omni iuri quod in eiſdem decimis habuimus renunciantes penitus et actioni. In cuius rei teſtimonium p̄ñtem paginam ſigillo ñr̄ō duximus roborandam. Teſtes autem huius ſunt *Wernerus de Medinge. Otto magnus.* Hunerus et *Hinricus plebanus de Modeſtorpe. Iohannes de Lubecke* burgenſis et alii quam plures. Datum Luneborg anno dñī M. CC. LXXI.

In primis autem huc faciunt litteræ ſequentes:

Ludolfus dei gr̄ā *comes de Rodhen* omnibus preſentia uiſuris ſalutem in dñō ſempiternam. Nouerint uniuerſi. quod nos cum conſenſu heredum ñr̄ōrum perfecto ob ſalutem anime ñr̄ē ac omnium familiarium ñr̄ōrum et ob reuerentiam ſc̄ī ſpiritus conferimus hoſpitali in *Honouere* proprietatem quatuor manſorum in *Pattenhuſen* liberaliter et ſolute. et hoc ñr̄īs litteris proteſtamur. Datum anno dñi M. CC. LXX. VI. die kyliani martiris.

Eandem

Ab anno 900 vſque 916 regnante Hludouuico

Eandem villam anno 1440 nominatam eſſe *Pattenſen*, atteſtantur litteræ, quas ex autographo, quod in noſtris eſt manibus, in lucem emittimus. En eas.

Jk *euert van Alten* knape bekenne openbar in deſſen breue dat ek ȝenñīge vmhaken borger tom *ſpringe* hebbe belent und belene in Crafft deſſes breues to enē rechtē vulſtadigē erue mālene myt ſes morgē landes belegen vor *pattēſen* ſo he de eer van mynē vedderen *werner van alten* to lene hat hefft ek wil und ſchal dem vorbñ hēñig des erſc̄r lens gichtich bekēnich uñ recht warent weſen wur wāne uñ wo dicke om dat nod is uñ dat van my geeſchet wert vortmer ek *merten vā altē* des ergēñt *euerd* vedder bekēne in deſſē ſuluē ƀue dat deſſe vorſc̄r lenwarſchop is geſchen myt myner witſchop vulborde uñ gudē willen wert ok dat de vorſc̄r *euerd* mȳ vedder affliuich worde. dat god friſte. ſo ſcholde de c̄rbr̄ hēnīg eder ſine eruē de lenwar van my eder mynē eruē entfangen. deſſes to orkūde uñ merer wiſſc̄heyt hebbe wy veddern vā altē vorbñ unſe ingēſ gehāgē an deſſen breff na der bort Xpī veerteȳhūdert Jar dar na an dem vertigeſtē Jar añ medwekē na luce ewāgeliſte.

Inter hæc litteras comitis *Ludolfi de Rodhen* putamus eſſe memoratu digniſſimas. Docemur enim ex illis, *comites Rodenſes*, a quibus *comites* de *Wunſtorp* in recta ſerie deſcendunt, bona hereditaria in villa *Pattenſen* poſſediſſe. Ex quo probabiliſſimum fieri cenſemus, *Bardonem*, qui in villa *Pathibus* familiam tradidit eccleſiæ Corbeienſi, inter progenitores Wunſtorpienſium comitum eſſe referendum. Tradita eſſe illa a *Bardone* comite et fratre *Wiberti* eo tempore, quo *Wibertus* vitam cum morte commutauit, demonſtramus ſequentibus Chronici Corbeienſis MSti et coætanei, verbis, in quo hæc leguntur: *Anno DCCCCIII. obiit uuibertuſ ēpſ hildeneſheimenſiſ olim commonachuſ noſter cantauimuſ ei requiem inſuper. tradidit frater illiuſ bardo comeſ bona quaedam pro anima eiuſ.* Quibus e verbis dilucet, *Wibertum epiſcopum Hildesheimenſem* habuiſſe fratrem, eumque comitis dignitate fulgentem. Atque ex eo concludimus, *Wibertum* e familia quadam illuſtri fuiſſe ortum. Cum itaque domini de *Albaxen* neque in pago Marſtem bona poſſederint, neque ad nobiles dominos Saxoniæ noſtræ relati ſint, quippe qui tantum inter Corbeienſes referuntur miniſteriales, euidentiſſime patere cenſemus, *Walbertum*, quem pro epiſcopo Hildesheimenſi venditant, non fuiſſe dominum de *Albaxen*, vti cum Lerznero et Calvörio putauit doctiſſimus Hildeſienſium paſtor I. B. Lauenſteinius. *Walbertus* enim noſtri *Wiberti* epiſcopi germanus erat. Intrauerat *Wibertus* noſter monaſterium Corbeienſe circa annum 875, teſte catalogo MScpto authentico in Archiuo Corbeienſi, cum adhuc præeſſet abbatiæ noſtræ Adalgarius abbas. Hinc perſpicitur, *Wibertum* noſtrum illum *Agium*, qui *Vitam Hathumodæ abbatiſſæ* Gandersheimenſis anno 874 compoſuit, non fuiſſe. Nugas ergo habuit pro doctiſſimis coniecturis eruditiſſimus dñūs A. Ulr. Erathus, fautor atque amicus noſter eximius, dum in *Conſpectu Hiſtoriæ Brunſuico-Luneburgicæ* p. 39. num. 1213 arbitratus eſt, Eccardum in notis ad Vitam Hathumodæ tam felicem fuiſſe, vt, ſub *Agii* nomine *Wichertum* quendam latere, ſignificauerit. *Wibertum* noſtrum ſe ipſum appellauiſſe ἅγιον, ſanctum, nobis perſuadere non poſſumus. Phariſæi id moris erat, non viri humilis ac deuoti. Erat nomen *Agii* potius nomen proprium. In eodem enim catalogo MSto inuenimus, Corbeienſes noſtros tempore abbatis Corbeienſis *Agium* quendam in monaſterium ſuum recepiſſe, atque hunc *Agium* pro auctore *Vitæ Hathumodæ abbatiſſæ* habemus, de quo pluribus egimus in *Hiſtoria Corbeienſi*, vbi de doctis Corbeienſibus exponitur. Hæc autem dicta nos commouerunt ad mutandam annorum conſignationem, ad marginem adpoſitam. Cum enim *Bardo comes* familiam in villa *Pathibus* traderet anno 903, *Godeſcalcus* abbas non amplius gubernabat abbatiam noſtram. Chronico enim noſtro coætaneo teſte, *Bouo II* iam anno 900 regimen abbatiæ Corbeienſis ſuſceperat. Cum autem, eodem Chronico teſtante, *Arnolfus* imperator anno 899 obierit, cui filius eius *Hludouuicus* eodem anno ſucceſſit, ſequitur, hanc et ſequentes traditiones incidere in annos regnantis *Hludouuici* et gubernantis Corbeiam *Bouonis ſecundi*.

§. 368.

et gubernante Corbeiam Bouone II.

Tradidit marcuuarduſ II manſoſ et II mancipia pro filio ſuo godfrido in *gaderſhuſ* (o) et I iurnalem.

§. 369.

Tradidit nothraduſ II manſoſ et IIII mancipia in *adalingereſthorpe* (p) alterum pro patre ſuo tritherico et alterum pro patruo ſuo luithario.

§. 370.

De villa Gadersheim in pago Logne

(o) *Gaderſhus* villa erat, Regiſtro Sarachonis teſte, *in pago Logne*. Intelligendus ergo videtur vicus *Gunterſen*, in principatu Gottingenſi intra diœceſin Adelipſen ſitus.

De villa Adalingereſthorpe in pago Norththuringi.

(p) Huius *Nothradi* eiusque traditionis hactenus conſulto mentionem nullam iniicere voluimus, ne omnia vno loco effunderemus, quæ facerent ad confirmandam ſententiam noſtram de origine et Walbeccenſium et Supplinburgicorum et Anhaltinorum comitum, iam alibi ex parte tractatam. Vt ergo primum de ſitu villæ *Adalingereſthorpe* mentem aperiamus noſtram neceſſum eſt. Sita illa erat, Sarachone abbate teſte, *in pago Norththuringi*. Hunc in ducatu Magdeburgico et principatu Halberſtadenſi exſtitiſſe, aſſeruimus ſupra. Putamus itaque, per villam *Adalingereſthorpe* ſignificari vicum *Algerſdorp*, haud procul ab oppido Schöningen intra præfecturam Scheningenſem eamque principatus Wolferbuttelenſis ſitum. Concludimus autem ex hoc ſitu villæ, patrem ac patruum *Nothradi* ad progenitores Comitum Sommerſchenburgicorum eorumque conſanguineorum ſpectaſſe: quia iidem domini, quos illorum agnatos nominare oportet, in eadem regione bona ſua hereditaria paſſim poſſedere, vti iam ſupra §. 188. demonſtrauimus. Cum vero in tota genealogia, l. c. adducta, nullum dominum nomine *Nothradum* deprehendamus, poſſet quis in dubium vocare, *Frithericum* et *Luitharium* eidem adnumerandos eſſe familiæ. Familiæ enim illuſtres nomina progenitorum ſuorum in gente ſua libentes conſeruarunt. Sed ſalua res erit, ſimulac res antiquiſſimas conſideramus, et *Vitam B. Lutgeri*, quam Altfridus compoſuit, euoluimus. Ea propter putamus, *Frithericum* et *Luitharium* ad gentem Sommerſchenburgicam referendos eſſe, eo quod eorum filius ac nepos appellatus eſt *Nothradus*. Villam *Uffenleuam* in eodem Norththuringi pago, et non procul ab *Adalingereſthorpe* villa reperiundam, ad ducem Oſtfalorum Heſſi ſpectaſſe, pateſcit e traditionibus noſtris §. 104. Nullos reliquiſſe filios eundem ducem, eumque hereditate inter filias diſtributa monaſterio Fuldenſi nomen dediſſe, demonſtrauimus ſupra teſtimonio ſcriptorum ætatis æqualis. Cum autem dux ille fuerit et potentiſſimus et locupletiſſimus dominus, probabile eſt, eundem ducem quoque tenuiſſe villam *Adalingereſthorpe*. Porro inter coheredes ducis Heſſi erant *Abbo*, *Richertus comes*, atque *Otto comes*, a quibus §. 188. deduximus comites Supplinburgicos atque Anhaltinos. *Ottonem* vero fuiſſe *comitem* patrem *Fritherici* et *Luitharii*, ſtatuimus. Quamuis autem nullum exſtet documentum, e quo comprobari poſſit, dictum *Frithericum* iam poſſediſſe bona, in *Adalingereſthorpe* ſita; probabile tamen id nobis videtur. Ea enim, quæ *Nothradus* tradidit, procul dubio fuerunt bona hereditaria. Hæc *Nothradus* a patre ſuo accepit. Hæc itaque *Frithericus* iam tenuit. Nonne ergo magna cum veritatis ſpecie dicitur, *Frithericum* et *Luitharium* fuiſſe filios cuiuſdam domini? domini, inquam, qui eodem in tractu bona hereditaria poſſedit, quique inter coheredes ducis Oſtfalorum *Heſſi* refertur. Nonne ergo probabiliſſimum erit, Sommerſchenburgicam atque Anhaltinam gentem per feminas deſcendiſſe a celebratiſſimo Oſtfalorum duce Aſicone? Sed inſtas monendo, familias noſtræ Saxoniæ illuſtres lubentiſſime nomina progenitorum ſuorum tam agnatorum, quam cognatorum, inuicem conſeruaſſe. Agedum expediamus breui hanc tragulam. De agnatis familiæ *Anhaltinæ* illud iam ſupra adfirmauimus. Cum enim in ſchemate genealogico Anhaltinæ ſtirpis, ſupra §. 188 producto, tot Ottones et tot Abbones ſeu Adelbertos deprehendamus, veriſimillimum exinde erit, *Abbonem* atque *Ottonem* Principum eorum ſatores fuiſſe. Nunc de cognatis eorum id ipſum quoque oſtendi et comprobari decet. Cum enim dixerimus

Ab anno 900vsque 916 regnante Hludouuico

xerimus, per feminas descendisse Anhaltinos a duce Ostfalorum *Asicone*, probabiliter eapropter nomina quædam, quæ agnati illius ducis habuerunt, in gente Anhaltina superstitarunt. Duo ergo *Esiconer*, pater et filius, prodire videntur. Inter cognatos Anhaltinæ stirpis referendum esse ducem *Asig*, diximus. Idem de *Luithario* ac *Nothrado* dicendum erit. Coniectamus enim, inter progenitores ducis Ostfalorum *Asig* quosdam exstitisse, qui nominibus eisdem insignes fuerunt. Atque ad hanc stabiliendam sententiam proderit multum Altfridi episcopi Monasterienſis *Vita S. Lutgeri*, quam nouimus insertam Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 85. seqq. Ex hac didicimus, paternum genus S. Lutgeri ita se habuisse:



Ex hoc genealogico schemate primum apparet, auum paternum S. *Lutgeri* fuisse Frisium adelingum. Patet deinde ex eo, auum maternum eiusdem *Lutgeri* fuisse appellatum *Nothradum*. De hoc *Nothrado* non immerito quæritur, quodnam ei fuerit natale solum? Adelingum eum fuisse æque ac *Wursingum*, probabilissimum est. Aliam enim feminam ducere quam nobilem, eo tempore nobilibus permissum non erat. Femina Saxonica, quæ inuito patre et tutore cuilibet nupsisset, omnes, quas habuit, facultates, perdidit, testante *codice* nostro *MScpto antiquarum legum Saxonum*. Fuisse autem *Nothradum*, auum maternum S. Lutgeri, Saxonem, atque auum paternum ducis Ostfalorum Hessi seu *Asig*, id videtur nobis verisimillimum. Primum enim Altfridus in *Vita S. Lutgeri* p. 86. seq. refert, auiam *Liafburchæ*, et matrem *Nothradi* fuisse a religione Christiana alienam, eamque mandata dedisse seruo de rapienda filia tunc nata de sinu matris, eaque, priusquam lac sugeret matris, necanda. Is enim fuit mos paganorum, vt, si filiam vel filium necare voluissent, prolem ante nutrimentum primum necarent. Quamuis vero id effectui datum non fuit, siquidem superueniens misericors mulier mel immisit ori iuuenculæ. Ex eo non licuit, per gentilium morem necare *Liafburcham*. Sic ille. Nobis tamen videtur hoc ita in more positum fuisse Saxonibus, qui quidem furtum caballi capite, cædem vero nobilissimi viri pecunia, puniebant. Deinde ex Litaniis Rythmicis, Vitam S. Lutgeri continentibus, quarum partem excerptam exhibet Leibnitius S. R. B. T. I. p. 110, patet, *S. Lutgerum monasterium Helmenstad fundasse de proprietate vel hereditate*. Idem refert *Annalista Saxo* T. I. Eccardi p. 374. Hanc proprietatem acquirere non potuit *Lutgerus* a patre suo *Thiatgrimo* vel suo auo *Wursingo*. Hi enim in terra Frisiorum erant nati ibique egerant diu vitam. A matre ergo sua, seu a cognato suo, hanc proprietatem seu hereditatem S. *Lutgerum* accepisse oportet. Cognatus ille videtur fuisse dux Ostfalorum *Hessi*. Huius pater erat *Hiddi*, vti iam supra demonstrauimus. Igitur, quantum coniectura adsequi licet, pater *Hiddi* fuit *Nothradus*, et *Liafburch* fuit dicti *Hiddonis* soror. Ex eo enim momento optime ratio reddi et explicari potest, vndenam *Lutgero* necessitudines et cogitationes de condendo apud Saxones in loco Helmenstad monasterio admotæ et instillatæ fuerint: et quam ob rem eius frater *Hildegrimus* primus creatus sit Halberstadensium episcopus. Cum enim cognati eius per vicinam regionem bona sua hereditaria haberent, optima occasio adfulgebat illis persuadendi, vt sua traderent prædia S. Stephano Halberstadensi. Apparet præterea ex illis momentis ratio, cur dux Ostfalorum *Hessi* se Carolo M. statim submiserit, et religionem Christianam fuerit amplexus. Si enim soror *Hiddi*

fuit

§. 370.

et gubernante Corbeiam Bouone II.

Tradidit thiadulfuf pro ſorore ſua aellan I iurnalem in loco qui dicitur *nathireſhuſ* (q) L. iugera unum mancipium.

§. 371.

fuit mater *Lutgeri*, *Thiatgrimus* opportunam nactus fuit occaſionem, *Hiddonis* atque *Aſconis* animum ad chriſtianæ religionis gloriam venerandam excitandi. Faciles ergo ſe ad amplexandam religionem Chriſtianam vterque præbebant, ſiquidem ita et libertatis et poſſeſſionum ſplendorem ſibi poterant ſeruare. Cum autem et *Lutgerus* vir reputaretur ſanctiſſimus, probabile nobis videtur, progenitores Anhaltinorum et Walbeccenſium Principum huius cognati ſui memoriam inter ſe voluiſſe conſeruare, atque inde nomina Luithariorum in Anhaltinam, Walbeccenſem et Supplinburgicam familiam fluxiſſe. Lutgerum enim, Luitharium et Lotharium, vnum idemque nomen eſſe, patet e nomine cæſaris *Lotharii* Saxonis, quod in Chronicis atque Annalibus modo Liutgerus, modo Luder, modo Luitharius, et modo Lotharius ſcriptum deprehenditur.

De villa Nathireshus in pago Suilbergi.

(q) *Nathireshus* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Suilbergi*. Hæc ergo villa vel *Naenſen* eſt in principatu Wolferbuttelenſi eiusque præfectura Grene, vel alia eſt deſolata eiuſdem regionis. Villa *Naenſen* ad annos 1301, et 1302, appellatur *Nanekeſen* et *Nannekeſſen*, *Nanexen*. Id teſtantur litteræ ſequentes, e libro quodam copiali deſcriptæ:

Nobili viro dñō ſuo *Henrico comiti de Regenſteine Gerhardus de Ganderſem* miles ſuus vir cū obſeqo ſemp promto quidquid poteſt reuerentie et honoris. Bona in villa *Nanekeſen* ſcilicet curiam cum tribus manſis et dimidio cum omnibus ſuis ptinentiis. quemadmodum *Hermannus de oldendorp* famulus a nobis in feudo receperat. et cum matre ſua *Alheyde* iure hereditario hucuſque quiete poſſederat. p me. quia ex vera hereditate veſter ſum vir pdictus *Hermannus*. feudū ſuū pdictū et mater ſua ius ſuum. quod vulgariter *lyftucht* dicitur. vobis ſub tali conditione reſignarunt. quod ad petitionem honorabilis viri dñī *B de Homborg* religioſis viris monaſterii in *Amelungeſborne* dictorum bonorum proprietatem conferatis iure hereditario ppetuo poſſidendā hac ſigilli mei appenſioni dominationi vrē duxi pſentibus proteſtandum. Teſtes qui huic reſignationi aderant dñūs *Johannes* pptus ſcīmonialium in *Lammeſpringe*. dñūs *Lippoldus de Honboke* et *filius ſuus Lippoldus* milites. nec non *duo filii* adhuc famuli *Beſeko* et *Thidericus*. et duo *filii mei Henricus* et *Gerhardus*. *Aſchwinus de Garboldeſſen*. *Pyl de Barkenuelde*. *Hermannus de Holthuſen* pdicti dñī Lippoldi aduocatus et *Hermannus filius ſuus* famuli et alii quam plures fide digni. Datum año dñī M. CCC. I. in die b. thome apoſtoli.

o o o

Garboldeſſen villa intercidit, ſita olim inter Grenam et Naenſen villam. Sedes adhuc vocatur Garbolzen. Agri nobilium, de Gareboldeſſen dictorum, dudum reciderunt in manus dominii, quod vocant, directi Ducum Brunſuici ac Luneburgi. Eis vtitur præfectus conductor Grenenſis. Alterum diploma ſic habet:

Jn nomine ſcē et indiuidue trinitatis *Otto* dei grā pptus montis in *hildenſem henricus* pptus *Oleſburgenſis* canonicus hildenſemenſis *hermannus* et *henricus comites de Woldenberge* et *henricus comes de Regenſtein* omnibus in ppetuum. . . . Nouerit igitur tam pñtium quam futurorum fidelitas quod nos voluntario conſenſu dñē *konegundis* uxoris dñī *hermanni* comitis et *Bodonis* hildenſemenſis canonici et dñē *Gerburgis* heredum eiuſdem nec non fratris *henrici de domo teutonica* et *Ludolfi* hildenſemenſis canonici et *Ottonis* et dñē *konegundis iutte eliſabeth* et *Ermegardis* heredum dōñī *henrici* comitis et quorundam

Ab anno 900vsque 916 regnante Hludouuico

§. 371.

Tradidit brun unam familiam pro hildiberghe in *liammanneſhuſ* (r)

§. 372.

aliorum heredum ñr̄ōr̄um quorum intereſt aut intereſſe poterit pie deuotionis intuitu pro ſalute animarum ñr̄ār̄um et parentum ñr̄ōr̄um et p̄cipue in reſtaurum damni illati monaſterio in *Amelungeſborne* proprietatem duarum currarum et arearum ad eaſdem curiaſ ꝑtinentiū et ſeptem manſorum ſitorum in villa et campo *Nanekeſſen* cum omnibus prouentibus et iuribus . . . . . donauimus et donamus quiete et libere iure ꝑpetuo poſſidendā. inſuꝑ decimā p̄dc̄c̄ ville *Nanekeſſen* quam ab ec̄c̄la *Maguntina* tenuimus in feudum quamq; progenitores ñr̄ī quiete obtinuerunt ab antiquo. ut ipſam cum omnibus ſuis ꝑtinentiis tam predialibus quam ꝑſonalibus dictum monaſterium ꝑ conceſſionem eiuſdem ec̄c̄le *maguntine* iam rite habitam ſiue ipſius nomine ſibi factam ſuiſ libere applicet uſibus poſſideatq;. firmiter et quiete p̄dc̄ōr̄um heredum ñr̄ōr̄um p̄habito conſenſu p̄ñtibus renunciamus renunciantes penitus omni iuri quod habuimus in eadem. Ut ergo hec ñr̄ā donatio et reſignatio et omnia p̄libata certa et inconuulſa futuris temporibus ꝑmaneant p̄ñtem paginam exinde confectā ſigillorum ñr̄ōr̄um munimine iuſſimus roborari. Teſtes vero qui interfuerant hi ſunt dñūs *Thidericus de Saldere* canon. hildenſemenſis. dñūs *bodo de homborg*. *Aſchwinus henricus Iohannes fr̄c̄s* dicti de *Saldere*. *Lippoldus de honboken* milites et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno dñī M. CCC II.º

Ex his litteris patet, comites de Regenſteine et de Woldenberge, eccleſiamque Moguntinam bona quædam et decimam in villa *Nanekeſen* poſſediſſe, ex quo quis inferre poſſet, perperam ſtatui, villam *Nannekeſen* ad progenitores nobilium dominorum de *Homborg* pertinuiſſe, ſi comites de Woldenberg et Regenſtein in eadem villa bona tenuere hereditaria. Quemadmodum vero *Hermanni comitis de Woldenberge* vxor *Conegundis* filia *Henrici* et ſoror *Bodonis de Homborg* erat, vti diplomata probant, et procul dubio bona in *Nanekeſen* viro ſuo *Hermanno* dotis loco attulerat; ita *Henrici comitis de Regenſtein* auunculus erat *Henricus* canonicus Hildesheimenſis filius *Burchardi comitis de Woldenberge*, ad quem *Bodone* et *Gerburga*, liberis *Hermanni C de Woldenberge*, ſine heredibus decedentibus, *Hermanni C. de Woldenberge* hereditas ſpectabat, vti clarius patet e ſchemate genealogico ſeq.

Burchardus comes de Woldenberge.

- Hermannnus com. de Woldenberge vxor Conegundis filia Henrici n. d. de Homborg.
  - Bodo canonicus Hildesheim. 1299. 1302.
  - Gerburg 1299. 1302.
- Henricus canonicus Hildesheim. auunculus Henrici com. de Regenſtein. 1297.
- N. filia vxor N. comitis de Regenſtein.
  - Henricus comes de Regenſtein 1297. 1301. 1302.

Si ergo villa noſtra *Nathireshus* vicus *Naenſen* eſt, in quo et abbatia Corbeienſis bona quædam habuit, in ea adhuc perſiſtimus ſententia, *Thiadulfum* ad progenitores nobilium dominorum de Homborg eſſe referendum; nomen autem ſororis eius videtur contractum ex *Adila*, quemadmodum pro Adelhardo dicitur Aelhard, et pro Adelheid Alheid. Siquid tamen certius eſt dandum, villa *Nehrſen*, haud procul Embeca oppido diſtans, deſignatur.

De villa Liam-

(r) *Liammanneshus* villa erat *in pago Logne*, teſtante noſtro abbate Sarachone. Significatur vicus *Lemshuſen*, in præfectura Fridland intra principatum Göttingenſem ſitus.

§. 372.

Tradidit folcbertuſ pro ſe et pro uxore ſua XXX iugera in *beuerbiki* (ſ).

et gubernante Corbeiam Bouone II.

§. 373.

ſitus. *Brunonem* ergo, qui in eadem villa familiam tradidit, ad progenitores Northeimenſium comitum retulimus. Atque in eo nos neutiquam eraſſe confidimus. An *Hildiberghe* fuerit eius ſoror, an vxor, an conſanguinea fuerit, non addunt traditiones noſtræ; in medio itaque id ipſum relinquimus. Interim villa noſtra *Liammannesbus* eadem videtur, quæ in *Vita Meinwerci* Tom. I. Leibn. p. 559. nominatur *Liemonesbus*. In hac nobilis quidam *Hathamarus* prædium quoddam hereditario iure poſſidebat, quod ſeniori ſuo *Haoldo*, promiſſionibus eius illectus, citra tamen conſenſionem heredis ſui legitimi, tradiderat. Hoc prædium, *Hathamaro* mortuo, *Haoldus* concubinæ ſuæ, filiæ *Bernhardi* comitis, quaſi dotis cauſa donabat. *Haaldo* autem poſt longum inde tempus mortuo, mater *Hathamari Berthilta* in conſpectum imperatoris Conradi eiulans venit, multumque conquerens, quod prædium ſuum ſibi iniuſte eſſet ablatum, a regali clementia, illud vt ſibi reſtitueretur, ſuppliciter petiit. Interuentu ergo imperatricis Gislæ, conſilioque Udonis, Hermanni, Eckihardi comitum aliorumque multorum, cæſar eidem *Berthildæ* prædium iniuſte ablatum, interpoſita ſua auctoritate, reſtituit; *Berthildis* autem idem prædium per aduocatum ſuum *Reinherium*, conſentiente eius vxore *Modunna*, eccleſiæ Paderbornenſi in proprium tradidit. Epiſcopus Meinwercus quandam decimationem, obuiam ad villam Thesli (Deiſſel) ei ideo ad terminum vitæ ſuæ conceſſit. Huic rei comites prædicti, et inſuper omnes maiores et nobiles, qui eo tempore in *Lacni* viuebant, legitimum teſtimonium dederunt. *Berthildis* illa videtur coniux legitima dicti *Haoldi* fuiſſe. Ipſa concoquere id non poterat, vt concubinæ ſenioris (i. e. coniugis) ſui *Haoldi* illud prædium daretur, quod eſſe ſuum credebat. Genti comitum Northeimenſium Berthilim eſſe inſerendam, videtur nobis veriſimillimum. Illa videtur eſſe eadem domina, quæ in Vita Meinwerci p. 535. num. 55. appellatur *Bezzulan* et mater *Hathamari*, qui quidquid habuit proprietatis in villa *Erpeſſun in pago Lachni* et in comitatu Herimanni comitis cum fauore matris ſuæ *Bezzulan* in proprietatem Paderbornenſis eccleſiæ tradidit. Cuiusnam viri de progenitoribus Northeimenſium comitum ſeu cuiusnam Comitis filia fuerit *Berthildis* illa, an *Bernhardi* II, an III, an *Sifridi IV*, an quinti, id adhuc in obſcuro latet. Fortaſſe ipſa fuit ſoror *Sifridi V*. Si enim *Berthlede*, pro qua *Thiatmarus I* quædam tradit in eodem pago Logne, eiuſdem *Thiatmari* vxor fuiſſet, teſtante §. 354, nomen ſuum mater *Hathamari* obtinuiſſet ab auia ſua. Quemadmodum vero propterea cum nemine in arenam deſcendere libet; ita, cum magna veritatis ſpecie pronunciari poſſe, ſperamus, *Haoldum* ſpectaſſe ad Haoldinos dominos, quos e ſtirpe Brunoniana deſcendiſſe ſtatuimus. *Haoldum* modo dictum pro *Haoldo IV*, filio *Haoldi*, cubicularii Ottonis Magni, reputamus. Chronologia certe non repugnat. Concordat nomen. Perſuadent idem bona *Haoldi*. Dabat Meinwercus epiſcopus *Berthildi*, viduæ Haoldi, decimam obuenire ſolitam ad villam Thesli eamque pago Heſſi Saxonico inſertam, quia decima illa *Berthildi* propior erat, quam vicus *Liemonesbus* iſte in pago Logne. In prædio quodam *Haoldi* domicilium ſuum habuiſſe *Berthildim* viduam, admodum eſt probabile. Neque refragatur nobis aduocatus eius *Reinherius*, qui certe *Haoldi* conſanguineus fuit. In legibus enim Saxonicis ſancitum erat, vt *tutelam viduæ defuncti frater defuncti, ſi vero frater non fuerit, proximus paterni generis vel eius conſanguineus habeat*. Illum *Reinherium* pro *Ragenheri*, qui in traditionibus noſtris §. 433 occurrit, habere licebit. *Gherberga* enim vxore ſua defuncta, alteram duxiſſe videtur *Modunnam*. Cum autem *Haoldi* noſtri concubina fuerit filia *Bernhardi* comitis, probabile fit inde, *Haoldi IV* filium fuiſſe *Bernhardum comitem*, qui *Dodiconis comitis in monte Wartberg propinquus* appellatur. Videtur enim *Bernhardo* huic iuniori ab auo materno nomen eſſe inditum. De hoc iam quædam prælibauimus et præmiſimus ſupra §. 104. not. (n).

mannesbus in pago Logne.

(ſ) *Beuerbiki* erat *in pago Heſſi Saxonico*, annotante Sarachone in Regiſtro B. et P. A. C. Haſſi indicabunt beneuole locum eiusque ſitum.

De villa Beuerbiki.

Ab anno 900 vsque 910 regnante Hsudouuico

§. 373.

Tradidit bardo II familiaſ unam in *bellerbiki* (t) alteram in *telmeri* (u) pro patruo ſuo ualberto.

§. 374.

Tradidit brun XXX iugera pro uxore ſua haburg in *goldbiki* (v) et I manſum et II mancipia.

§. 375.

De villa Bellerbiki in pago Huuetigo.

(t) *Bellerbiki* collocatur ab abbate Sarachone *in pago Huuetigo*. Denotatur eadem villa, quæ ſupra (§. 256.) appellatur *Billurbeke* et (§. 97.) *Billurbechi*, quamque vicum Bellerſen ſeu *Beller* in epiſcopatu Paderbornenſi, olim vero in comitatu Sualenbergenſi, obuium, fuiſſe ſtatuimus (§. 97.) Ad eandem villam quædam tradidit poſita *Alsburg*, quam vxorem *Walberti*, nepotis Widekindi Magni, fuiſſe, arbitramur. Teſte loco alio (§. 256.) donat quædam, ad eandem villam ſita, quidam *Wibertus*, quem *Walberti* nepotem, e fratre *Bardone* natum, fuiſſe putamus. In hoc loco noſtro, qui præ manibus eſt, *Walbertus* appellatur *patruus Bardonis*, et hoc nobis anſam præbuit ſtatuendi, *Bardones* inter progenitores Sualenbergenſium comitum referendos eſſe. Nullus enim alius *Walbertus* intelligi poterit, niſi *Walbertus*, nepos *Widekindi* Magni, de quo iam pluribus egimus §. 104 not. (u) *Walbertum* illum cœli ſub auras prodiiſſe anno circiter 803, oſtendimus ſupra §. 229. Si ergo ipſe circa annum 903 vitam cum morte commutauit, ſequitur, *Walbertum* diutinam duxiſſe vitam, prouti ex traditionibus noſtris diſcimus. Annales editi eum referunt in monaſterio Wildeshuſano eſſe ſepultum. Annum obitus ſcriptor eorum ignorauit.

De villa Telmeri in pago Tilithi.

(u) Villa *Telmeri* erat *in pago Tilithi*, teſte Sarachone abbate. Indicatur vicus *Dölme* ad Wiſeram in principatu Wolferbuttelenſi ſitus. Eccleſia vici *Dölme* eſt filia eccleſiæ in Rüle. Locus vterque ſubeſt ditioni præfecturæ Forſt.

De villa Goldbiki in pago Wikanauelde.

(v) *Goldbiki* villa tribuitur a Sarachone abbate *pago Wikanauelde*. Deſignatur *Golmke*, *Golmbach*, haud procul ſita a monaſterio Amelunchsborn in eadem præfectura Forſt. Ad comitatum Euerſteinenſem eundem vicum olim ſpectaſſe, negari non poterit. Probant id litteræ *Ludowici comitis de Euerſtein* et *Ludolfi comitis de Dasle, in quibus anno 1272 ipſi teſtantur, Ottonem cognatum, filium comitis Hermanni, qui litem mouerat Amelungesbornenſi cœnobio, nomine decimæ Goltbeccenſis a monaſterio prædicto XV marcas accepiſſe in placito Huxarienſi, atque iuri ſuo renuntiaſſe, et ſpoſpondiſſe, renuntiaturos quoque ſuo tempore adhuc impuberes cognatos ſuos Bernhardum atque Albertum fratres.* Porro recognoſcit anno 1287 ipſo S. Iohannis Baptiſtæ die *Engelbertus comes de Euerſtein, ſe, cum auus ſuus comes Conradus de Euerſtein cum filia ſua Agnete, quam religioni tradiderit, duos manſos ſitos in Goltbeke, eccleſiæ in Bernighuſen* (hodie Brenckhuſen in diœceſi Corbeienſi) *libere poſſidendos in perpetuum contuliſſet, huiuſmodi piam donationem habuiſſe ratam, ſuique et patrui ſui Ludouici ſenioris comitis de Euerſtein ſigilli munimine diploma roborari iuſſiſſe.* Præterea renuntiauit Otto, comes de Euerſtein, omnibus actionibus et iuribus quæſitis, quas et quæ habere poterat in decimam, villæ *Goltbeke* confinem. Id teſtantur litteræ ſequentes. En illas.

Nos *Otto* dei gr̃ā *comes de Euerſtein* recognoſcimus p̃ntibus publice proteſtantes, quod cum pleno conſenſu dn̄ē *Lutgardis* uxoris n̄r̄ē nec non *hermanni* et *ottonis* filiorum n̄r̄ōr̄um ac *Eliſabeth* filie n̄r̄ē omninmq̃. heredum n̄r̄ōr̄um, quorum conſenſus de iure vel facto fuerat requrendus, relaxam⁹ et quitum dimittim⁹ penit⁹ in his ſcriptis annuū cenſum ſcilicet ſex ſolidorū grauiū denariorū de curia uidelicet *reinleueſſen* religioſis viris dn̄ō abbati et conuentui in *Amelungeſborne* cum omnib⁹ ptinentiis de iure attinente quem cenſū in eadem curia credim⁹ nos habere item lapideum molendinum quod vulgariter dicitur ſteinmole iuxta villam *dolhem* ſitū eis religioſis pro remedio anime n̄r̄ē reſtituim⁹ aſſignam⁹ et p̃petam⁹ cum uniuerſis et ſingulis eiuſdem molendini

§. 375. et gubernante Corbeiam Bouone II.

Tradidit herimannus II familias pro se in *mulinhus* (w) in siluis et in aquis et quidquid habuit in loco.

§. 376.

lendini fructib⁹ et ptinentiis plene et pacifice ppetuo possidēdū et in suos usus totaliter conuertendū ita tamen quod exinde annuum seruitiū consuetū p̄dcō conuentui ñr̄ō nomine ministretur. p̄terea nos et heredes ñr̄i renuntiam⁹ omnib⁹ actionib⁹ et impetitionib⁹ si quas habere videmur in decima apud villam *Goltbeke* sita sed eādē decimā p̄fatis religiosis cum omnib⁹ suis iurib⁹ relinq̄m⁹ libere et quiete ppetuo possidēdā - - insup nos *Otto domicell⁹ dc̄us de Buren* et nos *Gerhard⁹ comes de hallermunt* promittim⁹ fide data nos omnino effecturos quod *hermañus* et *otto filii* dn̄i *ottonis* comitis sepe dc̄i cum ad annos discretionis puenerint ore et manu consentient plene libere et expresse omnib⁹ articulis suprascriptis. In robur et ppetuū testimoniū ōiūm p̄missorum nos *Otto* comes memorat⁹ pro nobis ñr̄isq⁹ heredib⁹ sigillū ñr̄ūm p̄ntib⁹ duxim⁹ apponendū et nos *Otto domicell⁹* dc̄us *de Buren* nec non nos *Gerhard⁹ comes de hallermunt* p̄dc̄i sigilla ñr̄a p̄ntib⁹ apposuim⁹ ad euidentiā maiorē p̄missorum et memoriā firmiorē. Actum p̄ntib⁹ dn̄ō *Conrado de Luhteringen canonico in huxaria. Borchardo de Stenem* milite. *Floreken de holthusen. Lamberto de Brach.* et *Thiderico* dc̄o *keerto* castellanis in castro *Pol* et famulis ibidem ac aliis quā plurib⁹ fide dignis. Actum et datum in castro *Pol* feria quinta proxima post festum beatorum petri et pauli ap̄lorum anno dn̄i

o o o
M. CCC. VIII.

Ex his litteris patet, villam *Goltbeke* paruisse ditioni Euersteinensium comitum. *Bruno* ergo, qui in eadem villa vnum mansum et duo mancipia habuit tradidit-que, ad progenitores Euersteinensium comitum referendus videtur. Cum vero in tota genealogia Euersteinensi *Brunonis* nomen non reperiatur, quod quippe in Genealogia Brunsuicensium comitum crebro repetitur, *Brunonem* nostrum maluimus ad Brunsuicensem, quam Euersteinensem, gentem referre, illis tamen, qui contradicturi sunt, eandem, qua ipsi vsi sumus, libertatem ac licentiam aliter sentiendi non denegaturi. Potest præterea *Bruno* videri fuisse frater *Folcberti* ac filius *Thiadrici* eius, quem ducis Angariorum *Brunonis* nepotem diximus §. 104. not. (n).

(w) *Mulinhus* villam exstitisse *in pago Suilbergi*, docet nos abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Eam ergo probe discernendam esse statuimus a villa *Mulinhusen* sita *in pago Itergowe*, atque a villa *Mulinhusen in pago Hessi*, de quibus egimus supra §. 220 et §. 237. Quonam autem in loco reperiunda fuerit villa *Mulinhus*, olim *in pago Suilbergi* obuia, deliberauimus diu; sed oleum atque operam perdidimus, donec amicus quidam per litteras suas nobis in memoriam reuocaret, villam desolatam *Mellinghusen* seu *Mallihusen* olim in saltu Sollingano et comitatu Dasselensi inuentam fuisse, cuius etiam Io. Letznerus meminerit in *Chronico Dassel.* Lib. VII. p. 128. Quemadmodum itaque illi hic publice et pro merito persoluimus gratias: ita arbitrati sumus, nullum in eadem regione vicum melius respondere villæ nostræ, quam vicum *Mellinghusen* seu *Mallihusen*, qui probabiliter riuo cuidam dicto *der Mallihussische Bach* nomen dedit. Riuus ille influit Ilmam. Deinceps quærimus merito, quis *Herimannus* fuerit ille, qui, quidquid habuit in eo loco, tradidit ecclesiæ Corbeiensi. Si probabilitatem sequi licet, designatum suspicamur eum, qui supra (§. 356) appellabatur filius *Reinholdi*, atque infra (§. 421.) *comes* dicitur. Is verisimiliter frater fuit *Raginholdi*, qui, testante §. 405, quædam tradidit sita ad villam Lengithi in pago Logne, pagensibus Suilbergi contiguo, cuius, vel ipsius *Herimanni*, filius fuisse videtur *Herimannus comes*, qui anno 1016 et postea comitatum suum in eodem pago Logne tenuit. Quemadmodum enim huic sententiæ ratio temporis non repugnat, ita hæc conglutinatio nostra nititur nominum similitudine

De villa Mulinhus in pago Suilbergi.

Ab anno 900 vsque 916 regnante Hludouuico

§. 376.

Tradidit bernharduf pro filio ſuo uuerinbaldo XXX iugera & I iurnalem in *herſiti* (x)

tradidit bernharduf pro proximo ſuo ſigardo XXX iugera et I iurnalem et II mancipia in *alieresbuf* (y)

§. 377.

Tradidit adaldaguf pro filio ſuo maginholdo XXXX iugera et I iurnalem et IIII mancipia in *thiaddagesbuf* (z).

§. 378.

Tradidit uualhbertuf I familiam in *langalaua* (a) pro filio fratriſ ſui bardonis herimanno.

§. 379.

litudine et bonis in eodem tractu reperiundis. Quæ in re genealogica medii ævi non vana ſolent eſſe fundamenta, licet non ſemper ad liquidum prorſus perduci poſſint.

De villa Herſiti in pago Logne.

(x) Iam pedem noſtrum e pago Suilbergi referimus ad *pagum* contiguum *Logne*. In eodem erat villa *Herſiti*, noſtro teſtante abbate Sarachone. Eadem ergo villa ſubeſt, quam ſupra (§. 340.) nominauimus *Harſte*, locum principatus Gottingenſis et quidem intra præfecturam Harſte, cuius ſedes in eo ipſo vico dudum conſtituta fuit.

De villa Alieresbus in pago Logne.

(y) *Alieresbus* villam fuiſſe *in pago Logne*, perhibet Saracho abbas. Intelligimus ergo vicum *Allersbuſen*, in principatus Gottingenſis præfectura Uslar ſitum.

De villa Thiaddegesbus in pago Suilbergi.

(z) *Thiaddegesbus* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Suilbergi*. Ex eo manifeſtum fieri putamus, deſignari villam deſolatam *Thidexen*, olim haud procul ab vrbe Einbeka obuiam in loco, qui adhuc appellatur *der Thidexer Anger*. Nomen adhuc ab hac villa retinet porta quædam Einbeccæ vrbis, quam nominant *das Thidexer Thor*. Comites de Perremunt, a Widekindo M. oriundos, in hac villa bona tenuiſſe, e diplomatibus patet. Atque eam ob cauſam *Adaldagum* eiusque filium *Maginholdum* ad ſtirpem Widikindeam referre libet, quippe qui frater fuiſſe videtur *Buniconis V*, qui ſita ad eandem villam, teſtante §. 407, bona quædam Corbeienſibus tradidit. Cum itaque inter progenitores Oldenburgicorum comitum quoſdam *Adaldagos* deprehendamus, vti monuimus ſupra (§. 241), quos propterea ex eodem ſtemmate Widikindeo deduximus; probabile ex eo fieri cenſemus, inter progenitores Widikindi M. quoſdam fuiſſe, eodem nomine inſignitos. His libet per coniecturam annumerare *Etheldagum*, qui, teſtante *Meinwerci Vita* p. 539. num. 99, cum *Waltberto* bona ad villam Holthuſen ſita, eccleſiæ Paderbornenſi largitus eſt, dummodo certum ſit, deſignari villam Holthuſon, in pago Huuetigo quondam conſpicuam.

De villa Langalaua in pago Pathergo.

(a) Præſtantiſſimo admouemur loco, multum facienti ad indagandam veram originem ſereniſſimorum principum, dictorum de Waldeck. Vt ergo omnia in eo abdita diſtincte nobis ob oculos ponamus, ſitum villæ *Langalaua* debemus indicare. Hanc *in pago* exſtitiſſe *Pathergo*, nos abbas Saracho docet in *Regiſtro* ſuo ſæpiſſime laudato. Vnde legimus, villam noſtram eſſe eandem, quæ hodie *Langeland* appellatur, non procul ab Erpentrup ad fluuium Embrinam ſita. Eius meminit Auctor Vitæ Meinwerci Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 530, his verbis vſus: *Quædam ſanctimonialis de Geſiker, Oda nomine, pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorum, quidquid hereditariæ proprietatis habuit in villis et marca Colſtidi, Aſtanholte atque in Lanchel, vel in omni Patherga cum conſenſu ac petitione fratris ſui iuſtiſſimi heredis Richardi cum omnibus appendiciis eccleſiæ Patherbrunnenſi in pro-*

proprium tradidit. Vnde Meinwercus episcopus misericordia motus, in finitimis locis ad vitam eius X aratra decimationis ei concessit, et insuper vnam libram inter aurum et argentum et I poledrum, ac V vitulimas, id est, Friskinga, fratri vero eius vnum equum dedit: Hosado præposito, Ecilino imperatoris capellano, Amalungo comite et aliis multis astantibus. Widekindi Magni posteros in pago Pathergo bona hereditaria tenuisse, iam supra vidimus. Suspicio nobis inde subnascitur, *Wahlbertum*, *Bardonem* et *Herimannum* fuisse gentis Widikindeæ dominos. Ad *Wahlbertum* deinde quod attinet, probabilissime ille nomen accepit a patruo suo *Walberto comite*, nepote *Widekindi Magni*, quem circa annum 903 rebus humanis exemptum esse, didicimus supra (§. 373). Vidimus ibi, illum appellatum fuisse *patruum Bardonis*. Ipse hoc loco frater vocatur *Wahlberti*. Quemadmodum itaque ex hoc euidentissime sequitur, *Walbertum comitem* hunc fuisse patruum *Wahlberti* nostri; ita simul in expedito est, *Wahlbertum* nostrum itidem fuisse fratrem *Wiberti*, episcopi Hildesheimensis, quippe qui (§. 367.) nominatur frater Bardonis. Non est autem, quod nobis oggannias, causam interserens, in aliis familiis potuisse quosdam esse, iisdem nominibus insignitos. Nostra enim sententia se sustentat situ bonorum traditorum, ac testimonio grauissimo Chronici nostri MSti et coætanei, e quo l. c. didicimus, *Bardonem* fuisse comitem eiusque fratrem fuisse *Wibertum* episcopum Hildeneshemensem. Horum copulam generis cum *Widekindo Magno* demonstrant hæ traditiones nostræ. Quæritur porro, an *Wahlbertus* noster fuerit episcopus Hildesheimensis? Id vero negamus. Quo enim tempore ille episcopatui præesse potuerit, non intelligimus, non videmus. *Wibertus* episcopus Hildesheimensis mortuus est anno 903. Eum adhuc præsedisse Episcopatui ad annum 887, id demonstramus litteris sequentibus, ex archiuo Corbeiensi depromtis. En illas.

et gubernante Corbeiam Bouone II.

Stephanus ēpūs seruus seruorum dei reuerendissimo et sctissimo *Uuicberto* ēpō scē ecclię quae uocatur *hildenesheim* patrocinio scē dī genetricis semperque uirginis mariae dnāe nrāe dedicatae et *bouoni* abbati uenerabilis monasterii quod uocatur noua *corbeia* ex dedicatione et nomine bti Xpī protomartyris scī stephani ubi et in scīs requiescit membris bti Xpī martyr uitus in perpetuum. Conuenit āplico moderamini pia religione pollentibus beneuola compassione succurrere et poscentium animis alacri deuotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum premium a conditore omnium dō promeremur. dum uenerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint fine dubio statum producta. Igitur omnes scāe ecclie dī fideles atque deuotos presentes scilicet atque futuros scire uolumus utrasque supra memoratas ecclias cum omnibus earum familiis plebibus ac rebus immobilibus iuste ad eas ubique pertinentibus. quarum una sedes ex patrocinio scāe et super exaltatae dī genetricis mariae dnāe nrāe altera uero monachorum contuberniis instituta et dedicata bto martyri stephano ubi et btus martyr uitus in corpore requiescit sub bti petri āplorum principis tuitione et sedis āplicae speciali defensione per hoc nrāe āplicae confirmationis priuilegium omnibus modis submissas perenni iure consistere. huius rei gratia decernimus et praerogatiua atque auctoritate dī omnipotentis et eiusdem āplorum principis. cui ligandi atque soluendi in coelo et in terra data est potestas cuiusqȝ. nos uice diuino munere fungimur. iniungimus ut a nullo hominum aliqua uis aut oppressio uel contrarietatis seu occupationis molestia quocunqȝ. modo inferatur in rebus uel possessionibus ecclarum earundem neqȝ. illarum possessionem et decimae ipsis conlatae ubique ecclis a quolibet usurpentur aut more tyrannico diripiantur sed in arbitrio et iure ēpī uel abbatis utriusque ecclie cuncta consistant sub diligentissima canonicae institutionis censura. potius autem eaedem ecclie utriusqȝ. ordinis cum omnibus earum possessionibus per huius āplici statuti priuilegium indiminutae atqȝ. illibatae ab omnibus. qui Xpīano censentur nomine. sub defensione scāe sedis āplicae habeantur et obseruentur ad laudem dī omnipotentis et sedis āplicae reuerentiam et stabilem etiam uigorem et statum augmentandum praefatarum ecclarum. siquis autem. quod non opta-

Ab anno 900 vsque 916 regnante Hludouuico

optamus. temerario ausu contra hoc nr̃ãē auctoritatis et ãplicae confirmationis priuilegium pie a nobis concessum ire agereque praesumpserit uel in toto uel ex parte transgredi ausus fuerit et omnem reuerentiam sc̃ãē sedi ãplicae non obseruauerit. sciat se a đō patre omnipotente et filio et spiritu sc̃ō excommunicatum et nisi resipuerit perpetuo anathemate condemnatum. qui uero custos et obseruator extiterit et benedictionem et gratiam a đō et domno nr̃ō consequi mereatur. Scriptum per manum gregorii scriniarii sc̃ãē romanae ecc̃liae in mense maio indict. V. ualete.

Dat. III. kal. iun. per manum leonis sacellani sc̃ãē sedis ãplicae imperante domno piissimo karolo iuniore a đō coronato magno imperatore anno eius regni XI. et post consulatum eius anno VII. indictione quinta.

Idem *Wibertus* anno 888 synodo Moguntinæ subscripsit, testante eiusdem synodi decreto, cuius autographum asseruat archiuum Corbeiense, e quo illam æri incisam dabimus in *Historia Corbeiensi*. Porro præsens erat Hildesheimensis episcopus *Wibertus* anno 890 in concilio Foracheimii habito, cuius decretum e membrana addimus:

Quoniam omnibus qui curae pontificalis funguntur officio id maxime conuenit ut ad diuinae laudis augmentum monasteriorum conseruationibus et deo ibidem famulantium utilitatibus profectibusq. prospiciant idcirco ego *sunderholdus* humilis *maguntiacensis* sedis archiēpus una cum ueñēr̃abili *colonienſis* ciuitatis archiēpō *herimanno* nec non et aliis coepiscopis ac consacerdotibus nr̃īs qui nobiscum ad praesentem synodum conuenere petitionem fratris nr̃ī *bisonis padarbrunnensis* ēpī qua nos statum *herisiensis* cenobii unanimitatis nr̃ãē scriptis confirmare et corroborare postulat censeo gratanter accipiendam nam nobis ostendit cartulam quandam continentem synodalis decreti consensum. quo uenerandae memoriae praedecessor meus *liutbertus* archiēpus et alii quam plures ēpī una cum illo in synodo apud uuormatiam habita congregatu *liuthardi* tunc eiusdem *padarbrunnensis* sedis ēpī qui praedictum puellarum cenobium simul cum sorore sua nomine *uualburg* primum inchoauerat ipsum cum rebus suis tam decimis ad usus ancillarum dei ibidem deputatis quam possessionibus mutuatis firmum ac stabile mansurum fore decreuerunt eandemq. cartulam subscriptionibus propriis corroborauerunt alteram quoq. afferens cartam quam sepe iam dictae *padarbrunnensis* ecc̃liae sacerdotes et uniuersus pariter cleros nuper fieri postulauit suisq. subscriptionibus confirmauit de consensu uidelicet suo super statu monasterii primitus in illa parochia construendi et de rebus omnibus quas nunc habere uidetur illuc iuste legitimeq. conlatis. Quapropter iuxta petitionem praefati fratris et coēpī nr̃ī iustum et utile satis credimus anteceſſorum nr̃ōr̃um salubre decretum quo Xp̄ī famulabus quietam et tranquillam in eius seruitio securitatem auctoritatis suae unanimi sententia prouidere studuerunt nr̃īs quoq. sanctionibus confirmare ne quis futuris temporibus ex his quae uel huius ēpī *bisonis* uel anteceſſoris sui diebus illuc conlatae noscuntur siue in decimis a praefata generali synodo concessis seu possessionibus undecunq. mutuatis aut quorumlibet fidelium largitione traditis aut deincepſ tradendis omnino aliquid auferre uel dispositionum monasterii destruere praesumat nisi se uelit uinclo perpetui anathematis condemnari ergo ut hoc nr̃ãē unanimitatis decretum firmiorem in dei gratia teneat stabilitatem nr̃īs id subscriptionibus corroborare studemus id ipsum coēpos et suffraganeos nr̃ōs qui modo absentes sunt cum primum haec in eorum manus scripta deuenerint facere postulantes sicut eos in nullo penitus a nr̃ãē unanimitatis consensu dissentire uelle confidimus.

Actum foracheim palatio regio anno incarnationis đn̄icae DCCCXC. indict. VIII. regni uero piissimi regis arnolfi anno III.

✠ signum sunderholdi maguntiacensis archiēpi.
✠ signum hartmanni colonienſis archiēpī.

✠ signum

et gubernante Corbeiam Bouone II.

✠ ſignum arnoldi ēpī.
✠ ſignum uuiberti ēpī.
✠ ſignum hrodberhti mediomatricae ſediſ ēpī.
✠ ſignum godethanki ēpī.
✠ ſignum egilmari ēpī.
✠ ſignum erkanbaldi ēpī.
✠ ſignum adalgarii ēpī.
✠ ſignum dadoniſ ēpī.
✠ ſignum ailmari ēpī.
✠ ſignum agiulfi ēpī.
✠ ſignum drogoniſ ēpī.
✠ ſignum uuicberti ēpī.
✠ ſignum uuolfhelmi ēpī.
✠ ſignum lihardi abbatiſ.
✠ ſignum faraberhti abbatiſ.
✠ ſignum haththoniſ abbatiſ.
✠ ſignum gerhardi abbatiſ.
✠ ſignum godeſcalci abbatiſ.

Quibus hi epiſcopi ſedibus præfuerint, diuinare, difficile haud erit definitu. Filo enim aliorum diplomatum freti, exiſtimamus, *Arnoldum* fuiſſe Epiſcopum Wirceburgenſem, *Wibertum* Verdenſem, *Hrodberhtum* Metenſem, *Godethankum* Spirenſem, *Egilmarum* Oſnabrugenſem, *Erkanbaldum* Eichſtedenſem, *Adalgarium* Bremenſem, *Dadonem* Virdunenſem, *Biſonem* Paderbornenſem, *Ailmarum* Auguſtenſem, *Agiulfum* Halberſtadenſem, *Drogonem* Mindenſem, *Wicbertum* Hildesheimenſem, et *Wolfhelmum* Monaſterienſem. Per *Wibertum* ſane et *Wicbertum* nullos alios intelligere poteris, quam Verdenſem atque Hildesheimenſem epiſcopos. Vixiſſe enim adhuc anno 895 Hildesheimenſem epiſcopum, *Wibertum*, patet ex Actis concilii Triburienſis ad Rhenum, quod aduerſus illos, qui epiſcoporum auctoritatem imminuere tentabant, congregatum ſcribit Regino, quæ reperiuntur apud collectores conciliorum, Binium, Sirmondum, et Labbeum, vbi *Wicbertus epiſcopus Hildeſheimenſis* inter Dudonem Virdunenſem et Rudolfum Wirzburgenſem epiſcopos ſubſcripſit. Fabuloſum itaque ſine dubio eſt, quod *Dn. Paſtor Lauenſteinius* ſcripſit, perhibens, *Wibertum*, epiſcopum Hildesheimenſem iam anno 884 eſſe mortuum, eodemque anno *Walbertum* e choro Corbeienſi aſſumtum, electum eſſe in epiſcopum Hildesheimenſem, qui anno 903 obierit. Monet contra nos *Lauenſteinius*, *Chronicon Epiſcoporum Hildesheimenſium*, Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 743. appellare *Walbertum* ſucceſſorem *Wicberti*. Sed quid Chronicis opus eſt, ubi acta publica contrarium nos docent? Chronicon illud ſcriptum coætaneum non eſt. Prima enim illius pars ſcripta eſt tempore epiſcopi Adelogi, qui, eodem Chronico teſte p. 749. mortuus eſt anno 1190. Fidem ergo id Chronicon in his antiquioribus geſtis aduerſus genuinorum diplomatum et ſcriptorum aequalium teſtimonia non meretur. In *Annal. Hildesheim.* Tom. I. Leibn. p. 716. nullius epiſcopi *Walberti* mentio iniicitur. Modo enim refertur, *Wicbertum anno* 880 *eſſe electum*. Neque maiorem fidem habet, ad quem etiam *Lauenſteinius* prouocat, *Catalogus epiſcoporum Hildesheimenſium Eggehardi Uragienſis abbatis* Tom. I. Leibn. p. 772 ſeq. Cum enim ille tempore *Erkenberti*, abbatis Corbeienſis, id eſt, circa annum 1120 ſit ſcriptus, eo confidentius illi denegande eſt fides, quod Uragienſis ne quidem genuinum nomen ſui epiſcopi ſciuit, quippe quem nominauit Walterum. Quæcunque ergo Tangmarus in *Vita S. Bernwardi* Tom. I. Leibn. p. 457. de epiſcopatu *Walberti* profert, nugæ ſunt, cum bonus Tancmarus et veteribus et ſibi ipſe repugnet. Refert enim l. c. *dominum Wigbertum epiſcopum Hildesheimenſem conſediſſe cum Moguntinis epiſcopis Lutberto, Sunderoldo et Hattone*. Et nihilominus, *Wigberto ſucceſſiſſe Walbertum, qui Roſwitham venerabilem fœminam, de ipſa congregatione electam, in regimen Gandersheimenſis abbatiæ intromiſerit*, prædicat. *Luitbertum* archiepiſcopum Moguntinum in genuinis diplomatibus inuenimus ad annos 868, 870, 872, 875, 877, 878, 884, 885, 886, 887, et ad annum 888; *Sunderoldum* ad annos 889, et 890, *Hattonem* vero ad annos 895, 908, 909, et 910. Si ergo *Wicbertus* cum hiſce archiepiſcopis vno tempore conſedit, neceſſario ipſe adhuc poſt annum 891 vixit. Eo enim anno *Sunderoldum* a Nortmannis occiſum legimus in *Annal. Hildesh.*

Ab anno 900 vsque 916 regnante Chuonrado et

§. 379.

Tradidit sigifridus comes unam familiam in *hirisuuitherote* (b) pro

desh. T. I. Leibn. p. 717. Quomodo ergo *Wibertus* iam anno 884 vitam cum morte commutare potuit, vti *Lauensteinius* perhibet? Si porro *Sigehardus* Hildesheimensis episcopus ex mente Lauensteinii anno 928 mortuus est, et XXV. annis episcopatui praesedit, omnino inde consequitur, Sigehardum anno 903 gubernaculum episcopatus Hildesheimensis suscepisse. Restat ergo nullum tempus episcopatui *Walberti.* Eundem esse expungendum e catalogo episcoporum Hildesheimensium, iterum iterumque monemus. Fabulae sunt, quas *Tangmarus* l. c. profert, perhibens, *Walbertum* in regimen Gandersheimensis abbatiae intromisisse Roswitam. Cum enim Rosvitha Gandersheimensis abbatissa anno 927 obierit, testantibus Annalibus Hildesh. T. I. Leibn. p. 717, atque anno 919 vel 920 Christinae successerit: *Walbertus* Roswitham, nisi ipsa dudum Christinae in adiutricem fuerit addita, introducere non potuit. Patet itaque ex hoc, Tangmarum nimio indulsisse partium studio, et iurisdictioni ecclesiasticae episcopi Hildesheimensis in Gandersheimensem ecclesiam plus nocuisse, quam profuisse, dum suam stabilire, suumque discipulum, postea episcopum, Bernwardum, eiusque ecclesiam euehere studuit. De *Herimanno*, filio *Bardonis II*, iam egimus supra §. 104. not. (u).

De villa Hiriswitherote in pago Tilithi.

(b) *Hirisvvitherote* villa erat sita *in pago Tilithi*, abbate Sarachone teste in Registro B. et P. A. C. Intelligitur sine dubio vicus *Harderode*, olim in dynastia Homburgica, iam vero in Principatu Wolferbuttelano intra inspectionem ecclesiasticam Hallensem posita. Contrahebantur syllabae *Hirisvvith* in Hard, vti comprobat *Hardehusen* monasterium episcopatus Paderbornensis, quod in antiquis diplomatibus appellatur *Hirisvvithusen.* Villam nostram *Hirisvvitherote* anno 1461 nominatam esse *Harderode*, atque ad dominium Homburgicum spectasse, approbant diplomata, quae beneuole nobiscum communicata ex archiuo nobilium dominorum de Haken, publici hic faciemus iuris. En illa:

Wy her *hardeke gropendorp domproueſt to minden* bekennet openbar in dusſen breue, dat wy hebbet belent unde belenet als eyn recht leenher in unde mid macht dusſes breues to eynen rechten samet man erue leen *ernſte haken*, also he de eldeste is, mid deme thegeden tho *Perdeſtorpe* unde mid dem tegeden to *harderode* und al oren rechticheiden *ſchlachten nud* unde tobehoringen buten und bynnen den genanten dorpen also de in rechte unser domproueſtige tho *minden* hort unde van unsen voruahren die reide in vortiden to leene gehad hebbet und wy schullen und willen des on rechte gude bekennige don mid macht dusſes breues so he suluen by uns nicht iegenwordigen gekomen kan van rechter und echter nod wegen und ore her und warende wesen vor als wem wor on des nod und behueff to donde were und dat van uns eschet edder eschen latet sunder wedderſprake. dusſes to guder kuntschop hebbe wy unse ingesegel witliken an dusſen breff don hangen. datum anno domini M. CCCCLX primo in die gregorii pape.

En aliud:

Wir *Burchartt vonn Langen dumbprohſt zu Minden* thuen kund und bekennen in und mith dieſem breibe vor unſſ unſer Nachkommen und iedermenniglichen das wir auf vleiſſiges an unſſ geſcheene Pitten und Anſuchunge des erbaren und ernveſten *Hartungs Haken* unſeres lehenmannes freyes wolbedachtes Rades und Mudes zu einer beſtendigen leibzucht wie die krefftiget zu rechte oder ſunſten nach gewonheit geſcheen kan ſoll oder mach iedoch der erbaren und viel dogetſamen *Annen von Munichauſen* zeligen *dokeſſ von Ribbeſſbuttel* nachgelaſſenen wetwen *iohan von Munichauſen* zeligern dochter *Hartunges Haken*

pro ſe et pro uxore ſua uueldrute alteram in *reginuuerſking-huſ* (c). guber-nante Corbe-iam Bouo-ne II.

§. 380.

Tradidit ſini familiam I. pro ſe et uxore ſua euuueſe in *herſiti* (d).

tra-

Haken ſeine freundlichen leiben Hauſſfrauen freyewilligh beleibzuchtiget haben und beleibzuchtigen iegenwerdige mith den Zehenden zu *Harderode in der Herſchaap Homburg* belegen und de Zehenden zu *Pegeſtorpſſ* in dem Gerichte zum Polle belegen ſambt den fleiſch Zehenden. auch widder mith vier kotthoffen daſelbeſt. welche itzo Ludeke Tappe Engelbart Gerke Warnecke und HanſſLathuth bewonen, dazu noch mith einem beſloſſenen Werder in der *Weſſer* bey *Pegeſtorpſſ* belegen ſambt aller vurgeſchriebenen Guthern ſambt und beſondern zu belehnungen und gerechtigheiten im Holtze im Felde in Waſſer und Weiden, wie die von olderſhero dabey an und zugehoret oder noch billigen dazu gehoreten oder darzu gebracht werden kunden oder mochten ſo ich vur meiner perſohn vurwaltet und henferner zu verwalten bekommen wurde nichtes davon ausbeſcheiden in maſſen und geſtalt ich *Hartungs Hake* von der Domprobſtey zu *Minden* biſhero zu Lehene gedragen. und wir und unſere nakomen ſollen und wollen gemelter *Annen von Munchhauſen* dieſer Leibzucht rechte herren und warende weſen. ſo viel wir des zu rechte zuthuende ſchuldig. begebe ſich aber das *Anne von Munchhauſen* ane man leibes erben dotlichen abginge welches auch zu Gott allemechtigen ſteidt alſſe dan ſol nicht deſto weniger *Hartung Haken* ſeine dochter der wir der einer geboren und von *Annen von Munchhauſen* leib kindern geboren wirden mit vurgerurten Gutheren nichtes davon auſſbeſcheiden auf gleiches fals ihres freundlichen leiben vaders fleiſſige an unſſ geſchehene Pitten hiermit in beſter form alſſe wir zu rechte oder ſunſten beſtendigſt kunnen oder mugen ausdrucklich verſehen und beleibzuchtiget. alles ane argeliſt und geferde und haben des in Urkunde der Warheit unſer Dombprobſtey rechte einſegell vur unſſ und unſer mithbenomten weiſſentlichen an duſſen breib thuen hangen. Im Jar nach Chriſti unſſeres herren Geburtt tauſend vunſſhundert unde im achte und feſtigeſten am Mittwochen nach iubilate.

Hæc charta poſterior quamuis non ſit artis ſpecimen, ſocietate dignum linguæ germanicæ, emendari tamen ex ea poſſunt Tabulæ genealogicæ D. Behrenſii, qui p. 87 aſſerit, *Annam Iohannis de Munchhauſen* filiam fuiſſe vxorem Hartungi *de Harcke*. Hoc inter errores typographicos referri non poteſt, ſiquidem idem in Indice repetitur. Poteſt autem ex ea itidem ſuppleri præſtantiſſima Hiſtoria dominorum de Munchhauſen, in qua quidem p. 48. recte aſſeritur, dictam modo *Annam* vxorem fuiſſe *Hartungi Hakenii*, ipſam vero antea nuptui elocatam fuiſſe *Theodorico de Ribbesbuttel*, non indicatur.

(c) Villam *Reginwerſkinghus* poſitam fuiſſe *in pago Suilbergi*, didicimus ex vtiliſſimo Regiſtro Sarachonis. Hæc villa videtur deſolata eſſe. In toto enim illo tractu, in quo pagus *Suilbergi* quondam exſtitit, nullus eiuſdem nominis vicus hodie exſtat, cui vlla ſimilitudo cum nomine villæ noſtræ intercedit. Fortaſſis eſt eadem vicus Rengershuſen, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam in vico Avenshuſen vno milliari ſito ab vrbe Einbeck, olim ad comitatum Daſſelienſem relata, in quo vtique abbatia noſtra nonnihil bonorum poſſedit. Id libri feudales archiui noſtri, vulgo dicti *Lehn-Saal Bücher*, teſtantur. De his in *Clientela Corbeienſi* pluribus. Cum vero *comes Sigifridus* tam in pago *Suilbergi*, quam in pago *Tilithi*, bona quædam poſſederit, nemo non videt, nos optimo iure §. 104. illum ad progenitores comitum de Daſſel et nobilium dominorum de Homburg retuliſſe. De villa Reginwerskinghus in pago Suilbergi.

(d) *Herſiti* villæ ſitum indicat abbas noſter Saracho, referens, eam fuiſſe *in pago Nithega* De villa Herſiti in

Ab anno 900 vsque 916 regnante Hludouuico

tradidit bruno comes pro patre suo luidolfo IIII mansos et XXXX iugera et XIII. mancipia in *erkli* (e).

§. 381.

pago Nithega.

thega sitam, docens, designari vicum *Herste* seu *Heste*, in episcopatu Paderbornensi haud procul ab oppido Nihem conspicuum. Putamus autem, hanc esse eandem villam, cuius meminimus supra §. 220. not. (p) et ipse ad annum 1203, Widekindus Corbeiensis abbas, atque eodem anno Bernhardus III, episcopus Paderbornensis §. 349, in diplomatibus adductis meminerunt.

De villa Erkli in pago Nithega.

(e) Villa *Erkli* erat *in* eodem *pago Nithega*, Sarachone abbate teste. Designatur vicus *Erclen*, locus in episcopatus Paderbornensis regionibus haud procul ab oppido Brakel. Eiusdem villæ iam supra mentionem iniecimus §. 224, vbi attulimus litteras Henrici Corbeiensis abbatis ad annum 1296. E quibus patet et intelligitur, villam *Erclen* non procul abesse a villa *Bennenhusen*, in qua celebratissimus *Luidolfus comes* seu *dux Saxoniæ* bona olim Corbeiensibus quædam tradidit. Decima, ad eandem villam proueniens, ecclesiæ Corbeiensis est. Id comprobant bullæ papales, *Adriani IV* ad annum 1154, *Victoris* ad annum 1161, aliorumque, in *Historia Corbeiensi* producendæ. Sitos ad eandem villam ex feudo habebant olim a Corbeiensi ecclesia aliquot mansos Domini dicti de *Ermerinchusen*, de quibus in Clientela Corbeiensi pluribus; comites vero de *Perremunt* ius aduocatiæ, quo iure iterum domini de *Asseburg* a dictis comitibus subinfeudabantur, diplomatis testibus, quæ iam publici vsus ergo in lucem emittuntur. Ex hisce simul patet, potuisse bona ecclesiastica libera esse ab *angaria* et *parangaria*, id est, *aduocatiæ exactione*. En vnum:

Jn nomine domini amen Nos *Burchardus de Asseburg* miles notum facim⁹ p̄ñtib⁹ et fūr̄is. quod cum voluntate et expresso ⁹sensu d̄ñē *agnetis* ñr̄ē uxoris *Burghardi* canonici maioris *Egberti* canonici sc̄ōrum Petri et Andree ap̄lorum paderburnensiū *Iohīs* canonici sc̄i Petri Huxariensis ecc̄larum *Bertoldi* et *Wernheri* filiorū ñr̄orū et *Sophie* filie ñr̄ē et ōīum eorū quorū ad hec ⁹sensus fuerat merito req̄rend⁹ vendidim⁹ henrico plebano in *Erclen* et ecc̄lie sue eiusq̄. succesſorib⁹ ppetuo aduocatiam seu ius aduocatie quam et quod habuim⁹ in ecc̄lia et ei⁹ dote ac bonis uniuersis et singulis ipsi⁹ in villa eadem vel extra villā sitis ubicunq̄. ita quod nos seu ñr̄i heredes ratione aduocatie p̄d̄c̄ē nullā exactionem nullam petitionem nullum ius omnino retinebim⁹. nec de cetero usurpabim⁹ in bonis ecc̄lie p̄d̄c̄ē aut hominibus ea colentib⁹ in futurum sed ab omni exactione petitione et angaria eadem ecc̄lia cum suis dote et bonis libera ppetuo pmanebit. hanc vero aduocatiam a nobis et ab heredib⁹ ñr̄is emit p̄sat⁹ henric⁹ p salute āīē sue et ut ipsius memoria a suis succesſorib⁹ iugiter peragatur ibidem p quadraginta marcis denariorum *Bracle* et huxarie legalium. quas nobis recognoscim⁹ esse numeratas traditas et integraliter p̄solutas. p̄d̄cām̄ insup venditionē fecim⁹ cum approbatione consensu et ratihabitatione d̄nī *hermanni* comitis et *hildeboldi* domicellorum *fratrū de Perremunth* et heredū eorundē a quib⁹ aduocatiā p̄d̄cām̄ in feudo habuim⁹ et cū ratihabitatione consensu et confirmatione uenerabilis d̄nī ñr̄ī Ropti abbatis et conuent⁹ ecc̄lie Corbey̆ēn̄. ad quos eiusd̄ē aduocatie p̄petas dinoscitur p̄tinere. Ut autem hec ñr̄ā venditio rata pmaneat et inuiolabiliter obseruetur nos una cum ñr̄is heredib⁹ ipsam fideliter attendere et seruare p̄mittim⁹ bona fide et ad certitudinem ampliorem p̄ñtem l̄r̄ām̄ desup ⁹sc̄ptam ñr̄ō sigillo et sigillis domini *Bertoldi* p̄positi ecc̄lie orientalis in paderborne fratris ñr̄ī atq̄. consulum ciuitatis *Bracle* dedim⁹ et dare obtinuim⁹ publice roboratā. Nos vero *Bertold*⁹ p̄p̄tus p̄d̄cūs et Segehardus rufi *Bertold*⁹ *de ermwordessen* p̄consules Albert⁹ Volquini *Iohannes de Benninchusen Nicolaus de monte theodoric*⁹ *de Volteſſen* et Volgmar⁹ consules in *Bracle* p̄fate venditioni et emptioni p̄ñtes interfuim⁹ vidim⁹ et audiuim⁹. quod supradc̄i d̄nī Burchardi filii et heredes in p̄missis omnib⁹ ⁹senserunt et ad ipsius et

eorum

eorum requisitionem atq;. preces sigilla etiam ñr̄ā p̄sentib⁹ apponi fecim⁹ ꝓ testimonio et ꝑpetua notitia ōm̄īūm̄ p̄dc̄ōr̄ūm̄ p̄sentib⁹ Bertoldo plebano in *Brakle* et *albrone monacho dc̄ō de Etlen. frederico de Jmmessen. hermanno de kouen. Godefrido de Modekessen* et *henrico de Osthem* famulis castellanis in *hindeneburg. Euerhardo de Mengersen. Bernhardo dc̄ō van den Wanden* et pluribus fide dictis. Actum et datum in ciuitate Brakle XII.° kl. decemb's anno dñī M.° CCC. undecimo.

et gubernante Corbeiam Bouone II.

En alterum:

Ad perpetuam rei memoriam Nos *Robbertus* dei gr̄ā abbas krafto prior et conuentus ec̄c̄lie Corbeiēñ. ordinis sc̄ī Bñdc̄ī notum facim⁹ p̄ñtib⁹ et fut'is quod henric⁹ rector in *Erclen* aduocatiā ec̄c̄lie et dotis īp̄īus in *Erclen* quam *Burghardus miles de Asseburgh* et sui heredes a nobili *h'manno comite de permūth* et idem *h'mann⁹* et sui heredes a nobis et ab ec̄c̄a corbeȳēñ. in feudo tenuerant iusto ab eis emtionis titulo ⁹pauit ita quod idem *Borghardus* ꝓ se et suis heredib⁹ p̄fato comiti et comes ipse ac *hildeboldus* eius frater ꝓ se et eorum heredibus huius aduocatie feudum et utile dominium nobis ad utilitatem ec̄c̄le in *Erclen* resignarūt voluntarie publice et patenter. Nos v'o adtendētes p̄fati henrici piam voluntatē p̄fatā resignationem ratam habuim⁹ atq; firmam et cū unanimi cōsilio et uno ⁹sensu ꝓpetatem talis aduocatie ec̄c̄le in Erclen ꝑpetuo tribuim⁹ et donam⁹ et volum⁹ īp̄ā ec̄c̄lam eius dotem et om̄ia bona eius in villa et extra sita ubicūq;. tam habita quā etiam habenda atq;. hom̄es eadē colentia ab omni aduocatie one' et ab ōī angariarū et pangariarū turbatione im̄unes existe' et gaudere iure et com̄odo ꝑpetue libertatis. In hui⁹ ñr̄ē donationis et libertatis robur ꝑpetuum p̄ñtes lr̄ās ñr̄īs sigillis dedim⁹ roboratas. datum Corbeie idus mensis ianuarii anni dñī M.° CCC.° duodecimo.

Sigilla abbatis Robberti et capituli Corbeiens. sunt eadem, quæ diplomati Robberti abbatis, quod æri incisum exhibuimus, adfixa adhærent.

Brunonem comitem, qui sita in hac villa *Erkli* bona tradidit, ad posteros *Luidolfi Saxoniæ ducis*, atque ad Brunsuicenses comites, referendum esse, negare posse quempiam, qui omnia momenta prædicta de stirpe Brunoniana probe consideraverit, credere nequimus. Cum autem hic *Bruno* fuerit oporteat coniux *Fretherunæ*, sororis reginæ *Mahtildæ*, quam illum anno 914 duxisse asseruimus supra §. 104. not. (n); videntur sequentes traditiones in codice nostro comprobare non amplius referendæ ad ætatem abbatis Corbeiensis *Bouonis II*, quippe quem anno 916 obiisse, chronicon nostrum, tunc scriptum fere, refert. Infra §. 400 iterum mentio iniicitur abbatis *Gerberni*, qui abbatiæ nostræ præsedit ab anno 949 vsque ad 965, inter quem vero et *Bouonem II* abbates Corbeienses fuere *Folcmarus* et *Bouo III*, qui abbatiam nostram gubernarunt ab anno 916 vsque 949.

Sub *Folcmaro* et *Bouone III* abbatiam nostram non magna cepisse incrementa, e traditionibus nostris apparet. Id vero turbulentissimo Germaniæ statui, et inprimis Saxoniæ nostræ, est adscribendum. Inter arma silent leges. Et belli tempore scholæ et academiæ florere non solent. E schola omnis nostra salus, dixere veteres Corbeienses. Cum enim proceres Saxoniæ nostræ filios suos in scholam mittere non valerent, nulla illis data erat occasio, inuisendi liberos suos et *Corbeiam* nostram, eidemque benefaciendi. Nam *tempore regis Hludouuici*, id est, *anno 906 Ungarii vsque in Saxoniam nostram penetrauerant, audaciores facti per dissidia intestina Germanorum, primo in Baioariam se effundunt, atque igne, cædibus et rapinis grassando Alemanniam, Franciam, Thuringiam et Saxoniam*

Ab anno 900 vsque 916 regnante Hludouuico et gubernante Corbeiam Bouone II.

xoniam percurrunt. Direptæ enim sunt villæ, templa incensa, cœnobia flammis deleta, incolæ interfecti, sacerdotes trucidati. Quamuis Hludouuicus rex ad hanc refrenandam audaciam ex Alamannis, Francis ac Baioariis, exercitum contraheret, infeliciter tamen cum eis congressus tantam cladem accepit, vt in maximas angustias coniectus pacem auro atque annuo tributo redimere debuerit, quibus agitatus fatis iniquis et cruciatus doloribus morbum fatalem contraxit, quo inualescente paulatim eius membra frigore soluta anno 911 *spiritum emisit in auras*, vti Chronicon nostrum Corbeiense manuscriptum testatur. Cum hoc autem *Hludouuico* stirps masculina Caroli M. in Germania est exstincta. Volebat ergo *Francorum populus Oddoni comiti diadema regni imponere, qui vero, iam fessus senilibus annis, detrectabat imperii onus. Delectus igitur eius consilio Chuonradus, cuius patris auus filiam regis Hludouuici Gerburgam duxerat*, vti Chronicon excitatum refert. Hoc factum est anno 911; anno autem 912 *comes Oddo* est mortuus. Regnauit *Chuonradus* vsque in annum 918, quo *Heinricus*, filius *Oddonis*, regnum suscepit, qui anno 936 obiit, teste Chronico excitato.

Incidit autem regnum *Chuonradi* ipsum in turbulenta tempora æque ac *Hludouuici* infantis. Anno enim 915 iterum *Ungarii prouincias cis et trans Rhenum, nostramque Saxoniam depopulabantur; qua barbarorum irruptione etiam Heriforden-se cœnobium euersum, Hirutfeldense templum ad Luppiam, meritis Idæ ducissæ clarissimum, spoliatum, nec Corbeiense monasterium mansit illæsum, ipsi* vero *Corbeienses nostri se cum thesauris et suppellectile inter arbores saltus Suligo abscondernnt. Dani vastationem Saxoniæ intulerunt, quibus* vero *Rainbern se fortiter opposuit, eosque ingenti clade prostrauit.* Hæc accidisse vere ineunte, probabile est. Cum enim eodem anno *Chuonradus* rex bellum gesserit ad Heresburg contra ducem *Heinricum*, qui vero, eodem Chronico teste, copias regis tanta clade cæcidit, vt dictum sit: *tantus vbi infernus, qui cæsos deuoret omnes?* cladem *Heinricus* fratri Chuonradi *Euurhardo* attulisse videtur autumnali tempore. Quibus peractis, ipse rex *Chuonradus* coacta et congregata omni Francorum virtute venit ad perquirendum *Heinricum*, quem in præsidio vrbis, quod *Grona* dicebatur, latere audiebat. Quare oppugnare illud studuit. Id latius e Chronico nostro refert Widekindus p. 636. Ita autem Saxonia nostra, quæ hucusque barbaris formidabilis erat, in spolium truculentorum cessit. Quid ergo Saxonibus, et Corbeiensibus nostris reliquum erat, nisi, quemadmodum hi ipsi referunt, vt de reparandis ædibus, templis, cœnobiis ac penatibus, cogitarent? Interim legimus in Traditionibus nostris, bona quædam tradita esse ecclesiæ nostræ, quæ præsidente suis abbate *Folcmaro*, qui ab anno 916 vsque 942 ecclesiam rexit, donata esse, nullus non perspicit. Immutare ergo voluimus annorum consignationem, margini appositam.

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS NONA,

QVAE CONTINET

TRADITORES ET RES TRADITAS

SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS

VOLCMARI PRIMI

AB ANNO 916 VSQVE 942.

REGNANTIBVS

CHVONRADO PRIMO

ET

HEINRICO PRIMO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 381.



radidit thiadricuſ pro riclinde I familiam in *ernun* (f) tradidit hildired pro ſe I familiam in *alegremiſhuſ* (g)

§. 382.

Tradidit tiadulfuſ pro aſic et uxore ſua et filia XXXVIIII iugera et I iurnalem in *ecuuardeſhuſ* (h).

§. 383.

Tradidit biſo I iurnalem et I manſum pro matre ſua ricberg in *liammanneſhuſ* (i).

§. 384.

(f) Villam *Ernun* exſtitiſſe *in pago Derlingo*, docet nos abbas Saracho in ſuo Regiſtro bonorum et P. A. C. Ex eo colligimus, deſignari vicum *Ebra* in Principatus Luneburgici præfectura Kneſebeck, ita tamen, vt ſpectet iurisdictio eiusdem vici ad nobiles dominos de Bartensleben, nunc de Schulenburg dictos, ex Bartenslebia hærede natos; telonium vero ad præfecturam Kneſebeck. An *Riclinde* fuerit *Thiadrici* vxor vel ſoror, traditiones noſtræ non indicant. In medio proinde et nos illud relinquimus. Id tamen probabile nobis videtur, *Thiadricum* fuiſſe vel fratrem *Luitharii* ducis, qui infra §. 396 nuncupatur Dodico, vel *Thiadricum*, qui frater *Ailberni* erat, teſtante §. 385, inter progenitores Sommerſchenburgicorum comitum referendos, de quibus egimus ſupra §. 186. De villa Ernun in pago Derlingo.

(g) *Alegremishus* villa ſpectauit *ad pagum Falhen*, teſtante abbate Sarachone in Regiſtro ſæpiſſime excitato. Arbitramur itaque, indicari vicum *Algermiſſen*, in epiſcopatu Hildesheimenſi ſitum. Confer ſupra §. 339. De villa Alegremishus in pago Falhen.

(h) *Ecwardeshus* erat *in pago Suilbergi*, abbate Sarachone teſte, ſitum. Intelligimus ergo, ſignificari vicum *Oikershuſen*, in comitatu Daſſel olim poſitum haud procul ab oppido Daſſel, dudum vero deſolatum. Anno 1237 appellatur eadem villa *Ikershuſen*. Leznerus autem in *Chronico Daſſel.* Lib. IV. p. 166. p. 191. b. et Lib. VI. p. 3. b. nominat eam *Oikershuſen*, et Lib. VII. p. 128. *Oekeſſen*. De *Thiadulfo*, qui in eadem villa quædam tradidit, confer §. 104 not. (l) De villa Ecwardeshus in pago Suilbergi.

(i) De villa *Liammanneshus*, quæ, Sarachone teſte, ſita fuit *in pago Logne*, iam egimus ſupra §. 371, quo lectorem ablegamus. *Biſo* ad progenitores comitum de Northeim ſpectaſſe videtur. Si eſt eius pater *Wegani*, vti videtur, conſtituendus, *Biſo* frater fuit *Brunonis*, qui bona ad eandem villam ſita quædam largitus eſt eccleſiæ noſtræ. Quodſi autem *Biſo* filius *Wegani* eſſet nominandus, fuiſſet dicti huius *Wegani* vxor *Richerga*. Biſonis nomen eſſe nomen viri, negare poterit nemo. *Biſo* enim, Paderbornenſis epiſcopus, qui præfuit eccleſiæ ſuæ ab anno 887 vſque 908. De villa Liammanneshus in pago Logne.

Ab anno 916 vsque 922 regnante Chuonrado et

§. 384.

Tradidit bucco pro filio suo oddo LVIII iugera et I iurnalem in *haberteshus* (k).

§. 385.

Tradidit asic pro filio suo marcuuard I familiam in *aldantorpe* (l).

tra-

908, sat docet esse maris nomen. Fortassis episcopus *Biso* cum nostro *Bisone* ex vno germine procreatus, eiusque patruus erat.

De villa Haberteshus in pago Hlisgo.

(k) *Haberteshus* villa a Sarachone abbate collocatur *in pago Hlisgo*. Ergo putamus, subesse vicum *Harjehusen* in præfectura Westerhof in principatu Göttingensi. Hoc ita posito, merito quærimus, quis *Bucco* eiusque filius *Oddo* fuerint, et ad quamnam familiam pertinuerint. Credibile est, illos spectasse ad progenitores vel Northeimensium vel Scartfeldensium comitum, quanquam diffiteri nequeamus, posteriorem sententiam nobis videri probabiliorem. Cum enim *Bucco* diminutiuum sit nominis *Burchardi*, verisimiliter *Bucco* noster nullus est alius, nisi comes *Burchardus*, cuius comitatus erat anno 965 in pago *Lisgo*, teste diplomate imperatoris Ottonis I. Cumque nomina Burchardi in familia Scartfeldensium comitum crebro repetantur, hæc coniectura nostra aliquo fundamento niti videtur. Conf. infra §. 437.

De villa Aldantorpe in pago Auga.

(l) *Aldanthorpe* villam fuisse *in pago Auga* atque *in Althenberga marca*, docet nos abbas noster Saracho in suo *Registro*. Hæc *marca Althenberga* cum sit memoratu dignissima, continere nos non possumus, quin inquiramus in situm eiusdem quam studiosissime. Ad pagum *Auga*, in quo et erat Corbeia nostra, spectasse hunc marcum, id satis est clarum. E verbis enim Sarachonis id patet luculente. In quanam autem regione, et quonam in tractu pagi Auga, quæris, exstitit marcus *Althenberga*? Respondemus, duas fuisse *in pago Auga* villas, vno nomine *Aldantorpe* insignitas, quarum altera erit *Oledorp* prope oppidum Holzminden, altera autem nostra. Cum autem circa Holzminden vrbem nullæ reliquiæ alicuius marcæ superstint, statuimus, *marcam Althenbergam* quærendam esse in terminis Paderbornensis principatus haud procul a vico Bökendorp in eodem principatu. Villam *Bodincthorpe* seu Bökendorp ad pagum spectasse *Nithega*, iam vidimus supra §. 324. Ab hac villa vix iter dimidiæ horæ abest vicus Beller seu *Bellurbeki*, quam ad pagum *Huuetigo* pertinuisse, iam quoque supra didicimus. Versus septentrionem vix iter dimidiæ horæ a vico Bökendorp reperitur vicus quidam, quem dicunt *Olenberge*; quem vicum *marcæ Althenberga* reliquias esse, putamus. Hæc autem regio eximie quadrat marcæ seu limiti alicuius prouinciæ. Terminus enim ibi erat pagorum *Nithega*, *Huuetigo* atque *Auga*. Optimo ergo iure eadem regionis pars marcus seu limes appellata est. Villa *Aldantorpe*, quæ olim in marca *Althenberga* exstitit, hodie desolata est. Fuit autem ipsa conspicua inter *Bökendorp*, *Apenborg*, atque *Olenberge*, quippe in qua regione adhuc inuenitur molendinum dictum *die Olendorper Mühle*, quæ procul dubio nomen retinuit a villa nostra, olim in eadem regione reperta. Hæc autem villa *Aldantorpe* eadem est, ac illa, quam supra deprehendimus §. 324 in litteris adductis ad annum 1351 et 1444, quamque vnam eandemque fuisse putamus cum villa *Oldendorp*, in qua anno 1078 *Wernerus Corbeiensis abbas* vnum mansum tradidit ecclesiæ S. Michaelis archangeli, quæ reperitur in monte sancto, vulgo *der Heiligen berch* dicto, cuius fundo sæpius vestigia impressimus. En ergo ipsas litteras, ex autographo accurate descriptas:

Ego *Vuerneruſ* peccator abbaſ monaſterii ꝺtorum martyrum ſtephani atq;. viti tam pro meorum criminum remiſſione quam pro congregationiſ et familie mihi credite felicitate petitione filii mei *humberti* monachi pia deuotione aſſenſum ꝑbui et baſilicam in monte quodam et regione ñr̄ē *ciuitatiſ* in laudem ꝺ̄ī et ueneracionem ſc̄ī michaeliſ archan-

tradiderunt duo fratres thiadricus pro coniuge sua mansum unum et ailbern pro hildago in *nianthorpe* (m) XXIIII iugera et duos iurnales. guber-nante Corbe-iam Folcma-ro I.

§. 386.

changeli construxi quam uenerabilis ecclie *padeburnensis* epi *popo* dedicauit et sub inuocatione diuine maiestatis auctoritate bti petri aplorum principis res eidem basilice in usum pdicti *humberti* pbyteri et monachi et *simonis* conuersi a seculo forte. cui ego pie conuersationis habitum tradidi. aliorumq; pauperum ibi seruiturorum traditas. siue tradendas perpetua stabilitate confirmauit. Tradidi autem eidem ecclie cum consensu et consilio congregationis et familie mihi credite de silua in qua sita est ad nonaginta iugera et uillulam *ualahusen* a quodam qui eam in uadimonio tenebat eleemosynis fidelium redemtam et unum mansum in *auueredessun*. alterum in *oldendorp*. tertium in *werethan*. Petente autem me et *aduocato meo ottone duce* assentiente et traditionem meam confirmante pdictus *popo* epus in conspectu totius cleri et populi qui audienda per eum ad uerbi diuini mysteria in dominica aduentus domni confluxerat banno suo semel et iterum et tertio hec acta nra confirmauit et in testimonium sue auctoritatis hanc copiam signi sui et nri impressione signari mandauit.

Actum anno dominice incarnationis M.LXXVIII. indict. II.

Villam *Valahusen*, quæ in hoc diplomate memoratur, supra in his traditionibus sæpe deprehendimus. Dudum ea desolata est. *Auueredessun* videtur esse *Eversen* vicus, olim ad castrum Stoppelberg spectans. *Werethan* hodie dicitur Werden, iacetque ad Wiseram in diœcesi Corbeiensi; olim vero relatum est ad pagum Nithega. *Otto* dux, qui aduocatus appellatur Corbeiensis, sine dubio erat *Otto* dux Bauariæ et comes de Northeim. Sigilla, quod dolemus, sunt per vetustatem detrita; dedicationem autem illius basilicæ episcopus Paderbornensis *Poppo* peregit non vt diœcesanus, sed vt quilibet amicus vel vicinus. In Synodo enim Moguntina, quam et papa Johannes XV anno 989 confirmauit, id, quod anno 888 erat sancitum, seu potius *auctoritatibus et decretis summorum pontificum subscribendo confirmatum, vt nullus episcopus Padabrunnensis vel in his, quæ regiminis locum tenent, vel in ipso cœnobio Corbeiensi potestatem obtineat neque ipsorum dominatione potiatur vlla, neque in clericis neque in famulis, et in omnibus, quæcunque ad monasterium videntur habere possessionis respectum, ordinationes vero, quæ necessariæ fuerint, ipsi monasterio agere non differat, altaris quoque et basilicarum benedictiones siue consecrationes, prout necessitas postulauerit, vel in ipso monasterio, vel in agris eorum libenter concedat, chrisma quoque oleumque consecratum per singulos annos præbere non differat, et pro his omnibus nullum munus exigat, ne spiritus sancti gratiam vendere conatus Simonis, quod absit, damnationem incurrat, sicut et apostolica et imperialia præcepta partim simul partim sigillatim eis confirmauerint.* Quodsi autem situm villæ *Aldantorpe* nobis ante oculos ponimus, intellectu redditur facile, *Asiconem*, qui eadem bona hereditaria possedit, ad stirpem Brunonianam spectasse, et filium *Luidolfi ducis* nominandum esse. Ipse *Luidolfus* dux in villa Bennenhusen, quæ a villa *Aldantorpe* non procul abfuit, bona tenuit hereditaria §. 224. *Luidolfus*, ducis Luidolfi filius, §. 324 in vico Bokendorp habuit bona priua. *Asic* nominatur frater *Luidolfi* §. 350. Sine dubio itaque *Asic* filius *Luidolfi* ducis fuit. De argumento hoc iam supra egimus pluribus, quæ hic nolumus repetere.

(m) *Nianthorpe* villa erat sita *in pago Hardego*, testante Registro Sarachonis abbatis. Pagus *Hardego*, vti et pagi Derlingo, Northuringi, Belkisheim, Sueuon atque Hasugo, referebantur ad diœcesin Halberstadensem. Ergo villa *Nianthorpe* in aliqua diœceseos Halberstadensis parte quærenda est. Inuenimus in Halberstadensi episcopatu vtique villam *Niendorp* iuxta Amerstede, cuius anno 1187 meminit Theodoricus Halberstadendis episcopus in diplomate sequenti, quod eam quoque ob causam in lucem protrudimus, quia ex eo annus ordinationis Theodorici erui potest. Accipe ergo illud e MSCpto: De villa Nianthorpe in pago Hardego.

Ab anno 916 vſque 922. regnante Chuonrado et

¶ Jn nomine ſc̄ē et indiuiduę trinitatiſ Theodoricuſ dei gr̄ā Halberſtadenſiſ ep̄ūſ diuinę pietatiſ inſtruimur exemplo caritatē ſectari & ad eam uerbo & exemplo alioſ informare. Cum igitur multipliciter ad opera caritatiſ tendere ualeamuſ p̄cipue tamen nobiſ uidetur idoneū nouelliſ ecc̄liiſ aliquo ſubuenire adminiculo. intuitu ergo illi⁹ qui uera caritaſ eſt ad honorē d̄ī matriſq;. ſuę perpetuę uirginiſ marię omniumq;. ſc̄ōr̄um conceſſim⁹ ecc̄lię quę eſt *Niendorp* decimā agrorum qui iuxta eandē uillā de paſcuiſ pecorum aſſumpti ſunt ad procreationē frugum ſimiliter ſi quid de cetero de p̄dictiſ lociſ paſtualib⁹ redigatur ad agriculturam decimam eidem contulim⁹ ecc̄lię ſtatuenteſ ut die dominica & quarta & ſexta feria & in feſtiuiſ dieb⁹ in eodem loco diuina celebrentur & fiant uiſitationeſ infirmorum & ſepultura cum baptiſmate in uigilia paſchę & pentecoſtes gratia baptiſmi & in ſummiſ feſtiuitatib⁹ gr̄ā ſolempnioriſ officii ad matricem ecc̄liam *Amerſtede* redeant ut ex hoc matri filia debitam recognoſcat ſubiectionem. Huiuſ rei teſteſ ſunt Conraduſ p̄p̄t⁹ ſc̄ē marię uirginiſ. Johanneſ & Bartholduſ canonici eiuſ loci. *Geuehardus* canonic⁹ ſc̄ī Pauli. *Werneruſ* ſacerdoſ & capellan⁹. *Fridericuſ* ſacerdoſ de *Amerſleue*. Miniſterialeſ uero *Bartholduſ de Horetorp*. *Heinricuſ de Bikethorp*. & alii quam pluresſ. factum eſt hoc anno d̄n̄īcę incarnationiſ M° C° LXXX° VII° indict. V^a p̄ſid. ſc̄ē Romanę ecc̄lię Urbano Papa hui⁹ nominiſ tertio regnante Friderico Romanorum imperatore anno ordinationiſ n̄r̄ē tertio. ne igitur quiſq;. temeraria p̄ſumptione ecc̄liam p̄dictam ſuper hiſ audeat infeſtare in uirtute ſpirituſ ſc̄ī banno n̄r̄ō corroborauimuſ & hanc paginā teſtimonialem ſigilli n̄r̄ī impreſſione ſignauimuſ.

Si *Amerſtede* eſſet Emmerſted haud procul ab oppido Helmſted, villa *Niendorp* in eadem regione eſſet quærenda. Cum autem cis et trans Helmſtadium fuerint pagi Derlingo et Norththuringi, villa *Niendorp*, in allato diplomate obuia, eſſe non poſſet villa noſtra *Nianthorpe*. Deinde ad eandem Halberſtadenſem diœceſin olim ſpectabant duæ villæ, *Niendorp* nominatæ, quarum altera adhuc ſupereſt haud procul ab vrbe Wolffenbuttel, ac *Neindorp* appellatur; altera vero deſolata eſt, et quondam exſtitit non procul ab oppido Scheppenſted in loco adhuc appellato *das Neindorfferfeld*. Hanc indicant litteræ ſequentes. En eas.

Wy *Berend* van Goddes Gnaden *Hertoghe to Brunſw. unde to Luneborch* bekennen openbare in deſſen breue vor uns unde unſe eruen dat wy *Baſilieſſe van Weuerlinghe Baſilius Sone* unſen leuen getruwen hebben belent unde belenen in macht deſſes breues mit achte lodighen marck gheldes iarliker gulde to einem mannliken erue lene de de Rad unde Inwoner unſes wykbeldes to *Scheppenſtede* om unde zynen mannes eruen van ſynen lyue gheboren alle Jare uppe ſunte Michaelis unde uppe ſunte Martens daghen to den twen tyden gheuen unde betalen ſchullen dar vore alſe Baſilius vorgenant mit unſem willen unde vulborde dem vorgenanten Wykbelde to *Scheppenſtede dat Dorp Neyndorpe* in ore nut unde were ghelaten hefft alſo dat Baſilius unde zine eldern van unſer herſchop to lene ghehad hadden alſe de bref den wy dem rade unde wykbelde to *Schepenſtede* uppe de verlatinge unde den kop des vorſcreuenen dorpes *neyndorpe* ghegeuen hebben eigentliken inneholt unde uthwyſet. unde wy unde uſe Eruen ſchullen unde willen Baſiliuſſe vorg̅. to manlicken erue lene van zynem liwe gheboren der vorſcreuen acht mark iahrliker gulde by den van *Schepenſtede* ore bekennighe here unde were weſen wur on behof is unde ze dat van uns edder unſen eruen eſſchen eder eſſchen laten. Vortmer ſo hebbe wy umme bede willen *Baſilies* vorg. *Agneſen* ſyne eliken huſſrowen mit deſſen vorſcreuenen achte mark gheldes iahrliker gulde by den erg̅. van *Schepenſtede* beliffuchtiget unde beliffuchtighen ſe darmede in macht deſſes breues alſe lyffgedinge recht is unde wy unde unſe eruen

eruen willen unde ſchullen or des ore here unde bekennighe were weſen wur unde wanne or de not is unde ſe dat van uns eſſchet edder eſſchen let unde ſe darto truwelken verdedingen alſe wontlich unde recht is. Deſſer vorſcreuen ſtucke to openbarer bewyſinge unde orkunt ſo hebbe wy hertoghe *Berend* vorgenant *Baſilieſſe* unde *Agneſen* ſine eliken huſſrowen on beyden deſſen bref gegheuen beſeghelt mit unſem anhangenden inghefegele vor uns unde unſe eruen unde is geſcheen na goddes bort verteyn hundert iar darna in dem veſſteynden Jare des andern ſondoghes neiſt na Paſchen. guber-nante Corbeiam Folcmaro I.

Sed cum eadem hæc villa *Neiendorp* ad pagum referretur Derlingo, vti ſupra §. 42 vidimus, hæc eſſe non poterit villa noſtra *Nianthorpe*. Porro reperitur quidam vicus *Niendorp* haud procul ab oppido Obsfeld ſitus ad ſiluam latiſſimam Thrimmining, hodie dictam *der Dromling*; ſed cum villa Oeisfeld ſeu Obsfeld ad pagum ſpectarit Norththuringi, vicus *Niendorp*, ſi iam ante ſeculum XI exſtitiſſet, ad alium pagum, non ad Norththuringi pagum, pertinuiſſet. Porro meminimus, olim quoque exſtitiſſe villam quandam *Niendorf*, quæ ad eandem diœceſin Halberſtadenſem fuit relata. Ita enim verba habent in Chronico Halberſtadenſi Tom II. S. R. B. Leibnitii p. 121, quæ, cum non parum faciant ad Geographiam antiquam Saxoniæ noſtræ cognoſcendam, cum notulis noſtris adducemus: *Venerabilis Arnolphus epiſcopus* (Halberſtadenſis) *ab eodem Papa Benedicto* (anno 1014) *confirmationem et priuilegium impetrauit ſuper terminis epiſcopatus Halberſtadenſis: et hos pagos Hardengau, Derlingaue, Nortiringen, Belckiſchem, Sueuiam et Haſengowe, excepta tamen determinatione inter viam, quam dicunt Friderichweg, ac fluuios Albiam, Bodam et Oram, et quantum per interuentum Henrici imperatoris Merſeburgenſi eccleſiæ præconceſſit, auctoritate priuilegii apoſtolici obtinuit confirmari. Vt autem termini Halberſtadenſis diœceſis deinceps maneant inconuulſi, idem epiſcopus expreſſius eos circumſcribi fecit et vocari in hunc modum: Verſus Verden* (an epiſcopatus Verdenſis, vel Werben in veteri Marchia?) *contra Aquilonem, vbi Priſatine* (probabiliter fluuius Biſe in veteri Marchia, qui miſcetur flumini Aland, quod influit Albiam. In eadem ſane regione diœceſis Verdenſis termini fuere, vbi etiam terminos quærunt pagorum Bardengo et Belkisheim) *fluuius influit Albiæ, abhinc vbi Ora* (Ohra, flumen olim, ad Wolmerſtadium ſe miſcens Albiæ) *fluuius influit Albiæ, quo in loco conueniunt epiſcopatus, Halberſtadenſis et Magdeburgenſis: abhinc aſcendit contra fluuium Oram vſque Niendorf* (quæ villa hodie deſolata, olim autem duo milliaria ab oppido Wolmerſted ad fluuium Ohram exſtitit, vbi fluuius Biuera miſcetur Ohræ, vix disiuncta ab oppido Neuhaldensleben iter dimidiæ horæ) *et abhinc aſcendit per ſemitam, quæ tranſit indaginem intra Haldesleben et Medebeke* (villa deſolata inter Neuhaldensleben et Hundisburg) *vſque in Biueran fluuium* (hodie dictum *die Beuer*, qui ad vicum Bregenſted oritur, et dehinc alluit Emden, Aluensleben, Hundisburg et monaſterium Altenhaldensleben, tandem vero ab Ohra excipitur ad locum deſolatum Niendorf, hodie dictum Winholt) *per aſcenſum Biueræ, vſque quo ei influit Alpha fluuius, et per aſcenſum Alphæ* (riuus dictus *die Olve*, qui a vico Drackenſted deſcendit, atque Eickenbardeleben, Mammendorp, Schakensleben ac Rotmersleben alluit et ad Hundisburg miſcetur Biueræ,) *vſque ad ortum ipſius, abhinc vſque ad viam, quæ dicitur Friderichsweg* (forte ita appellata a Fritherico, quem fatorem fuiſſe ſtatuimus comitum de Walbeck, de Supplinburg, de Sommerſchenburg et de Anhalt) *et abhinc vſque ad Wansleben in Scerram fluuium* (hodie dictum *die Sorre*, qui ex agris Dreylebienſibus Wanslebium perfluit, et ſe ad vicum Germersleben in Bodam exonerat) *abhinc per deſcenſum Sceræ uſque Bleckendorp* (vicum hodie in præfectura Egeln) *ſuper Bodam* (die Bode) *et per deſcenſum Bodæ vſque in Salam* (eſt fluuius in Thuringia) *et per aſcenſum Salæ vſque in riuum, qui tranſit Bogendorp* (probabiliter eſt Bendorf in ducatu Merſeburgenſi) *qui riuus ſeparat diœceſin Halberſtadenſem et Merſeburgenſem: qui inde per viam, qua itur per Cricſtidde* (Krichſtat in ducatu Merſeburgenſi) *vſque Bunoue* (fortaſſis Bodern in eodem ducatu) *abhinc vſque ad tranſitum Salæ in Curewate, et ſic per aſcenſum Salæ, vſque quo influit Vnſtrod fluuius Salæ et per aſcenſum Vnſtrod* (Vnſtrut fluuius in Thuringia alluens Mulhuſum, Langenſaltzam et Sachſenburgum et ſe exonerans in Salam) *vſque quo confluunt Vnſtrod et Helmena* (fluuius Helme etiam in Thuringia in campo aureo, dicto *die güldene Aue*)

Ab anno 916 vsque 922 regnante Chuonrado et

Aue) *et per aſcenſum Helmenæ vſque ad foſſata Walghuſen* (Walhauſen oppidum vnum milliare ſitum ab oppido Sangerhauſen, ad iura hodie ſpectans nobilium dominorum de Aſſeburg, olim palatium regium) *et per aſcenſum foſſatorum vſque ad ſeparationem Saxoniæ et Thuringiæ verſus montana, quæ dicuntur Hart* (der Hartz) *et abhinc vſque ad ortum Wipperæ fluuii* (Wippera oritur in montibus Harzicis inter Stolbergam et Hartzgerodam e duobus fontibus: vnus appellatur Wippera vetus, *die alte Wipper*, alter autem Wippera arcta, *die ſchmale Wipper*, quæ ebibitur a Sala fluuio; probe autem diſtinguendi a flumine Wippra, quod ab Eichsfeldia per dominium Lohra tranſit ad Sondershuſam oppidum, et haud procul a Sachſenburgo influit Vnſtrotum fluuium) *ab ortu huius ad fontem, quæ Roringeborne dicitur: abhinc vſque ad riuum Krodenbeck* (an hic riuus nomen accepit a Crodone Hartzburgico et famoſo illo Saxonum deaſtro?) *abhinc vſque ad arbores, quæ dicuntur Seven Eiken: abhinc vſque ad ſemitam, quæ dicitur Heidenſteg, et per eandem ſemitam vſque ad fluuium Calveræ, et per deſcenſum Calveræ vſque in fluuium Ouecaræ* (die Ocker) *et per deſcenſum eius vſque ad pontem Elardesheim; a ponte vſque ad montem Wallenberg: abhinc vſque per viam, quæ deſcendit per villam Bocle* (villam deſolatam olim haud procul ab oppido Gifhorn obuiam, de qua vide ſupra §. 24, vbi ad pagum Derlingo refertur) *a Bocle vſque in fluuium Aleram* (die Aller) *et per aſcenſum eius, vſque quo ei influit fluuius Yſne* (hodie dictus die Iſe, qui oritur in lacu dicto der Stockmer-See) *per aſcenſum eius vſque Stoken* (Stockem in ducatu Luneburgico, vbi dictus reperitur lacus) *abhinc vſque ad lapidem, qui dicitur Binckenſtein* (hodie dictus der Pickelſtein, a quo regio nominatur *die Pickelſteiner Heide*) *et abhinc vſque ad terminos Witingæ* (in Luneburgica præfectura hodie dicta Wittingen) *villæ, et abhinc vſque ad tiliam iuxta Ordorp* (Ohrdorf vicus, vbi fluuius Ohra oritur) *a tilia vſque in viam, quæ dicitur Heckeriker-Weg, et per viam vſque ad ortum fluuii Rodowe, et per deſcenſum eius vſque in fluuium Ieſne* (hodie dictum *Ietze* in veteri Marchia) *et per deſcenſum eius in fluuium Priſatine* (die Biſe) *et per deſcenſum eius, vſque quo ipſe influit Albiæ.*

Ex hac autem deſcriptione patet, villam deſolatam *Niendorf* ad alium pagum, ac ad pagum Norththuringi, ſpectare non potuiſſe. Cum enim Hahaldesleue, Pelnitze, Vnnesburg, Waharesdahl et Wantzleua villæ ad pagum relatæ ſint Norththuringi, vti ſupra §. 20. not. (F) vidimus, procul dubio etiam villa *Niendorf* ad pagum eundem pertinuit. Supereſt deinde villa *Neindorp* ad fluuium Salicam, hodie dictum *die Selcke*, qui ibidem Bodæ miſcetur. Hanc villam cenſemus notatu digniſſimam. Ad illam enim anno 1057 Bruno, Corbeienſis aduocatus, ab Ottone, fratre Wilhelmi, Marchionis ſeptentrionalis, interemtus eſt. Veteres Corbeienſes noſtri id annotarunt in Chronico ſuo MSCpto iam ſæpe excitato: *Cum* enim *Bruno aduocatus eiusque frater Ekbertus euocati ad colloquium regis proficiſcerentur magna militum copia ſtipati ad Merſeburg, caſu incidunt in copias Ottonis fratris Willehelmi marchionis ad Nienthorp ſecus Salicam flumen. Cum itaque longo iam tempore inter eos truculenta diſcordia exorta eſſet, magnis clamoribus hoſtem vocant, et tela intorquent in inimicos. Pari igitur audacia hi equis calcaria ſubdunt, et odiis paribus in mutua vulnera ruunt, mediosque in hoſtes irrumpunt. Dum igitur prælia tentant et pugnas ineunt, omnibusque idem animus erat ſorti pugna decernere, Bruno et Otto ferro concurrunt, atque inuicem in ſeſe tam violentos dabant impetus, vt primo in concurſu vterque alterum per viſcera tranſfoderet, atque animæ ſpiramina lethali abrumperet ferro. His autem duobus e vita exeuntibus, iterum atque iterum intonat fragor ingens, enſes clypeique ſonant, et aſpera pugna ſurgit, exitus vero eius aliquando dubius manebat, vſque dum Ekbertus hoſtes pedetentim ex dolore perditi ducis languidius pugnantes in fugam conuertit. Ita autem Germania noſtra magno timore ſoluta erat, rebellionis anteſignano trucidato. Otto enim, fratris ſui Willehelmi obitu comperto, e Bohemia, vbi a teneris vnguiculis exul latuerat, regreſſus erat in Saxoniam, auida ſpe obtinendæ hereditatis fraternæ, cumque ab omnibus maximo ſuſciperetur gaudio, multi eum hortando excitauerant, non ſolum Marchiam, quæ ad eum hereditario iure ſpectaret, ſed etiam totum imperium occupare. Acer ſcilicet erat in armis, belloque ferox ad vimque paratus, et hoc duce ſe omnia poſſe ſperare putabant cuncti, res nouas ſtudentes, quibus itaque aliquid obtinendi ſpem omnem præcidit aduocatus noſter Bruno morte ſua et morte Ottonis*, vti l. c. Corbeienſes noſtri loquuntur, addentes, *ſe more ſolito ei cantauiſſe requiem.* Vt autem denique nihil omittamus, quod facere poſſit ad verum ſitum villæ noſtræ

§. 386.

et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

Tradidit badagad pro bermer unam familiam in *tieddikeſhuſ.* (n)

§. 387.

Tradidit tiadmaruſ pro herdag XXX iugera I iurnalem et II mancipia in *ſilobiki* (o).

§. 388.

ſtræ *Nianthorpe* indagandum, adducere quoque debemus, in principatu Halberſtadenſi inter Wegeleben et Deſtorf, iter dimidiæ horæ ab oppido Groninga, quondam exſtitiſſe villam quandam, *Niendorf* appellatam. Demonſtramus id ex *Deductione* MSCpta *poſſeſſorum agrorum in campis deſolati vici Niendorf cis Butam* (die Bode) *inter Wegeleben et Dieſtorf, ſumta ex continuatis regiſtris cellariæ collegiatæ eccleſiæ Btæ Mariæ virginis Halberſtad. ab anno* 1438 *uſque ad annum* 1651, e quibus patet, poſſediſſe illam in eadem villa deſolata ſeptem manſos, item manſum parochianum et agrum dictum *der Vberacker* anno 1482 Hanſum ſeu *Iohannem de Dorſtad*, anno 1494 *Valentinum de Dorſtad* in Emerslebe, anno 1506 eius liberos, anno 1522. *Heinricum de Dorſtad*, anno 1547 *Magdalenam de Dorſtad, Heinrici de Dorſtad filiam*, anno 1580 *Erneſtum de Honroth*, maritum *Magdalenæ* prædictæ, anno 1592 *Adolphum de Honroth*, anno 1611 viduam *Adolphi de Honroth*, anno 1614 *Chriſtophorum de Honroth*, anno 1625 heredes *Chriſtophori de Honroth*, et anno 1638 *Georgium Fridericum de Honroth*. Longo iam tempore illi, de Dorſtad dicti, in loco antea dicto agros poſſederant. Ad manus enim ſunt XI diplomata, in quibus de paſcuis, agris, decimis et colonis Niendorpienſibus agitur, de quibus in Hiſtoria monaſterii Groningenſis exponemus pluribus. Illud annotaſſe hoc loco incongruum non videtur, olim ad iura comitum de Anhalt ſpectaſſe villam noſtram, qui etiam in villa Wegeleben, quæ vnum milliare diſtat ab vrbe Halberſtad, atque vnum milliare a monaſterio noſtro Groninga, bona poſſedere hereditaria. Id ipſum nobis anſam præbuit ſtatuendi, *Thiadricum* atque *Ailbernum* ſeu Adelbertum, qui in villa *Nianthorpe*, quæ diuerſa non videtur a villa *Niendorp*, cuius Halberſtadenſis epiſcopus Theodoricus meminit in diplomate ſupra adducto, bona quædam largiti ſunt eccleſiæ Corbeienſi, ad progenitores Anhaltinorum principum pertinuiſſe. Statuimus illud ſupra §. 188, et, noſtram ſententiam optimo niti talo, ſperamus.

(n) Villam *Thieddikeshus* abbas noſter Saracho in ſuo Regiſtro non habet. Neſcimus ergo, quem vicum intelligere debeamus. Poſſet illa ſubeſſe villæ Denckiehuſen, cuius eccleſia ſpectat ad eccleſiam in Deerſen in ducatu Brunſuicenſi. Sed nihil definimus. De villa Tieddikeshus.

(o) Cum villa *Silobiki* ab abbate noſtro Sarachone referatur ad *pagum Auga*, probe hanc villam diſcernere debemus 1) a *Silbiki* villa, quæ anno 1011 erat in comitatu Haholti, 2) a *Selbeck* in comitatu Waldeccenſi in præfectura Waldeck, 3) a *Soltbeke* in comitatu Sternberg, 4) a *Sulbecke* in comitatu Schaumburgico, 5) a *Silbeck* in ducatu Weſtfaliæ, 6) a *Sulbichi*, quæ erat anno 835 in pago Logne, 7) a *Sebeck* in dynaſtia Buren, 8) a *Silbeck* ſeu Zilpke in ducatu Magdeburgico intra præfecturam Obsfeld, 9) a *Solpke* in veteri Marchia, 10) et 11) a *Groten* et *Lutken Sulbeck* in ducatu Magdeburgico, quarum villarum *Lutken Sulbeck* deſolata eſt. Quum autem in eadem regione, in qua pagus *Auga* erat ſitus, duæ villæ fuerint, ambæ *Sulbeke* nominatæ, quarum altera reperiebatur haud procul a Furſtenberg, atque altera inter Holzmindam et vicum Luchteringen in ducatu Brunsuicenſi, vti iam ſupra §. 257. vidimus, hæc, non illa, villa videtur noſtra *Silobiki* fuiſſe. Ex hoc ſitu villæ *Silobiki* patere arbitramur, *Herdagum* nullum fuiſſe alium, atque *Herdagum* filium Bardonis I, nepotis Widekindi M. de quo egimus ſupra §. 104, 343, et 849, quique filiam ducis *Luidolfi Mereſuitam* in matrimonio habuit, et qui in Ferſthan et Byueren i. e. Forſt ac Beueren in Principatu Wolferbuttelano bona quædam tradidit, vt probabiliſſime auguror, acquiſita per vxorem ſuam, filiam *Luidolfi* ducis. Quia autem hoc tempore *Tiatmarus*, quem Chronicon noſtrum MSCptum, et ex eo Widekindus noſter Annal. Lib. I. p. 636. ſummis extulit laudibus, adhuc in viuis erat, quippe qui demum De villa Silobiki in pago Auga.

Ab anno 922 vsque 942 regnante Henrico I

§. 388.

Tradidit hirimannus pro fratre suo adalrico I mansum et V iurnalem in *amalgateshus* (p).

§. 389.

Tradidit raginuuardus quinquaginta quatuor mancipia in *halchrissun* (q) pro filio suo herimanno.

§. 390.

anno 932 est mortuus. Hæc traditio ante annum 929 peracta est, vti infra patebit. Quocirca nihil impedit nos, quo minus *Tiatmarum* pro illo Tiatmaro habeamus, de quo egimus supra §. 314, 339, 318, et 345. Cum autem ex nostra sententia *Tiatmari* nostri proauus fuerit *Haddo*, filius *Brunonis ducis* ac frater *Ecberti* ducis, eadem sententia, si nitamur bonis a *Tiatmaro* nostro traditis, probabilior redditur. Quidquid *Haddo* tradiderat, id erat situm in villa Stalo intra pagum Auga, testante §. 21. Hæc villa Stalo ne quidem iter dimidiæ horæ a villa *Stlobiki*, in qua *Tiatmarus* quædam sita fuit largitus, disiuncta erat. Ambæ autem villæ vix iter duarum horarum a celebratissimo castro *Brunisburgo* distabant. Credamus ergo, *Tiatmarum* fuisse et abnepotem *Brunonis* ducis et cognatum *Herdagi*, pronepotis *Widekindi Magni*.

De villa Amalgateshus in pago Tilithi.

(p) *Amalgateshus* erat, Registro nostro testante, *in pago Tilithi*, quem ad Wiseram in præfecturis Polle, Gronde, Ohsen atque Artzen exstitisse, iam supra vidimus. Putamus ergo, designari per *Amelgateshus* vicum *Amelgosen*, in præfectura Artzen inter vicos Hæmelschenburg ac Welsen situm. Sed quis ille, quæris, *Herimannus* fuit? Respondemus, id nobis plane prorsus haud constare. Nomina interim Herimannorum in stirpe Widikindea crebro satis repetuntur. In pago Huetigo, qui pago Tilithi erat contiguus, familiam Widikindeam bona possedisse hereditaria, omnino supra demonstrauimus. Non ergo veri sit simile, *Hirimannum* cum fratre *Adalrico*, sic enim dux Ostfalorum Hessi seu Asig appellabatur, ad gentem spectasse Widikindeam. *Hirimannum* nostrum fuisse filium *Bardonis* II, probabile nobis videtur. Si quis autem nostræ sententiæ refragari maluerit, ei non inuidemus dissentiendi libertatem. Coniecturas enim nostras tantum afferre voluimus in medium, quibus non vbique inest summus probabilitatis gradus.

De villa Halchrissun in pago Hessi Saxonico.

(q) Villa *Halchrissun* collocatur ab abbate nostro Sarachone in *pagum Hessi Saxonicum*. An ipsa fuerit *Haldressen* vicus, qui circa annum 1339, funditus fuit deletus, testante *Chronico Rhythmico Hassiaco* in Cl. Kuchenbeckeri *Anal. Hass. collect.* VI. p. 273, nondum pro certo adfirmare libet. Illud interim nobis videtur probabile, *Raginwardum* fuisse illum *Reinwertum*, qui supra §. 344 appellatur *filius Widekindi*, et quem l. c. patruum reginæ *Mahtildæ* appellauimus. De his confer, si placet, §. 229. 275. et §. 339. Inde hoc genealogicum schema emergit et enascitur.



Con-

Connexionem horum dominorum genealogicam vſque ad *Herimannum* optimo niti fundamento, facile dabunt rerum periti. *Herimannum* autem fuiſſe patrem *Ranwardi* eiusque fratrum, nondum demonſtrare licet teſtimoniis ſcriptorum coætaneorum. Concluſimus vero illud e nominum ſimilitudine, ac ſitu bonorum, ab his dominis poſſeſſorum. Nonne vero probabile videtur, *Herimannum* filio cuidam ſuo indidiſſe nomen ab auo eius petitum? Chronologia ſane huic ſententiæ noſtræ non repugnat. Sumamus vero, vti iam ſupra §. 225 ſtatuimus, *Widekindum*, filium *Ragenberi*, natum fuiſſe anno 854, atque anno XXX ætatis ſuæ vxorem duxiſſe. Ita *Raginwardus* vitalem auram primam haurire potuit anno 885. Quodſi porro *Raginwardus* atque *Herimannus* connubio ſibi iunxerunt thalami ſocias anno XXX ætatis ſuæ, vitam excipere potuerunt *Herimannus* et *Ranwardus* anno 916. tunc anno 947, *Volkier* anno 948, atque *Ekkio* anno 949. potuere naſci. *Ranwardus* itaque circa annum 1013 adhuc in viuis eſſe atque aliquid dare potuit. Quodſi adhæc certum eſſet, per villam *Biliſti* in *Vita Meinwerci* T. I. Leibn. p. 533. n. 37. deſignari vicum *Biſtein* in principatu Waldeccenſi intra præfecturam Landau; tunc, ea data conditione, *Walberthum*, qui in eadem villa quædam tradidit eccleſiæ Paderbornenſi, ad hoc ipſum ſtemma referre vellemus et perhibere, eundem fuiſſe *Herimanni*, vel potius fratris *Herimanni* filium. Probabile enim nobis videtur, patrem *Walberthi* huic filio ſuo nomen indidiſſe, a progenitoribus ſuis petitum. Sed hoc in medio relinquimus. Illud vero probabile reddi, ſperamus, quod prædictus *Widekindus*, qui, teſte §. 344, in villa Buriun, a qua dynaſtia Burana poſtea nomen accepit, eccleſiæ Corbeienſi aliquid tradidit, ſatorem fuiſſe celebratiſſimorum dynaſtarum de Buren appellari ſolitorum, quorum e diplomatibus, partim editis, partim ineditis, annotauimus nomina, quæ tabulæ incluſimus ſequenti, reſeruatis probationibus in aliud tempus. Iam nihil aliud addimus, niſi quod contendimus, vltimum huius familiæ fuiſſe *Mauritium*, non Arnoldum. Hoc poſterius H. A. Meinders perhibet in *tractatu de ſtatu religionis et reip. ſub Carolo M.* p. 482, docens, Arnoldum fuiſſe addictum Societati Ieſu, totamque dynaſtiam Buranam cum toto territorio, villis atque oppido anno 1660 collegio Societatis Ieſu, quod Paderbornæ floret ſplenderque, tradidiſſe, iurisdictione ſola Principi Paderbornenſi reſeruata. En tabulam genealogicam. et gubernante Corbeiam Folcmaro I.



Ab anno 922 vsque 942 regnante Heinrico I.

§. 390.

Tradidit haddi pro filio suo hadda LXX iugera in *biarunhus* (r) et I iurnalem.

§. 391.

Tradidit siboda pro fratre suo brunhardo et pro uxore sua aldan in *bredanbiki* (s) quidquid ad illum locum pertinet et VII familias.

§. 392.

De villa Biarunhus in pago Tilithi.

(r) *Biarunhus* villam *in pago fuisse Tilithi*, refert abbas noster Saracho. Significari putamus vicum *Berensen*, nunc subjectum Principatui Wolferbuttelano ac innexum inspectioni Hallensi. Spectat ecclesia Berensensis ad ecclesiam, in Bessingen obuiam. *Haddonem*, qui in hac villa quædam tradidit, ad progenitores comitum de Northeim et nobilium dominorum de Homburg referre libet, quia supra (§. 326.) *Sifridus*, qui procul dubio fator nobilium dominorum de Homburg fuit, uti §. 104. not. (l) demonstrauimus sita, in ante dicto vico Bessingen quaedam donauit. Ipse anno 922. adhuc in viuis fuit, vti nos docet §. 398. Huius itaque *Sifridi* frater videtur fuisse *Haddi* noster. Huius porro nepos fuisse videtur *Hoda*, filius *Godrunæ* nobilis fœminæ, quæ anno 1017. prædium Gelanthorp, in eodem pago Tilithi situm, contulit ecclesiæ Paderbornensi, teste *Vita Meinwerci* f. 537. Cum autem Haddi, Hadda, Hoda, Hiddi et Hiddico, vnum idemque nomen sit, ratio exinde perspici poterit, cur *Otto* dux Bauariae et Comes Northeimii, primum genito suo nomen *Hidditonis* indiderit. Hic ecclesiæ Corbeiensis aduocatiam, quæ hereditaria erat, ac diplomatis nostris testantibus erat geniti primum, tenuit æque ac pater eius *Otto*, dux et comes.

De villa Bredanbiki in pago Lainga.

(s) Villa *Bredanbiki* tribuitur ab abbate Sarachone *pago Lainga*. Hunc in aliqua Principatus Luneburgici parte exstitisse, supra vidimus. Probe ergo discernendam esse censemus villam nostram a Bredenbike, intra pagum Logne sita, atque a Bredanbeke, intra pagum Tilithi obuia, de quibus egimus supra §. 33. et 326. Villam *Bredanbiki*, in pago Lainga sitam, putamus esse vicum *Breitbeck*, locum Principatus Luneburgici in praefectura seu *Amtsvogtei* Bergen. E situ huius villæ collegimus, *Sibodam* eiusque fratrem *Brunhardum* spectasse ad illustrissimam familiam Billinganam, e qua *Hermannus Billingus* ab Ottone caesare est dux Saxoniae creatus. Arbitramur itaque, *Brunhardum* eundem fuisse, de quo iam supra egimus §. 303, 313, 314, 323, 325, 339. et 381. Vnde apparet, eundem fuisse fratrem *Billingi*, ac filium *Amelungi*. Monasticam eum egisse vitam in Corbeia nostra, patescit et perspicitur tam e catalogo MSCpto fratrum Corbeiensium, quam e chronico nostro Corbeiensi MSCpto. Ex illo discimus, *Brunhardum* tempore gubernantis suos abbatis Corbeiensis Godescalci circa annum 893. monasterium Corbeiense iniisse; Ex hoc autem apparet, eundem esse anno 922. rebus humanis exemtum. Ita enim l. c. eius fratres memoriæ prodiderunt: *Anno DCCCCXXII. XIII. kal. iulii obiit brunhardus commonachus noster, longiori vita dignus. corpus eius sepultum in basilica nostra, rogatu eius fratrum siboda et billingi cantauimus ei requiem solemnissime.* Ex his verbis patet primum, *Brunhardum* Corbeiensem monachum habuisse duos fratres, *Billingum* et *Sibodam*, eosque adhuc anno 922. in viuis fuisse. Deinde discimus exinde, *Brunhardum* anno 922. esse mortuum, et ipsum fuisse e familia quadam illustrissima procreatum. Si enim ex ea natus non fuisset, solemnissime Corbeienses nostri pro eo missam non cantassent. Adde, quod *Siboda* bona, ad *Bredanbikum* sita, tradidit Corbeiæ anno 922. Eo autem iam tempore facies Germaniæ nostræ plane immutata erat. Rex enim *Chuonradus*, eodem Chronico nostro teste, anno 918 e vita exierat: atque anno 919 *Henricum, filium Oddonis, in loco Fridislari in regem elegerat exercitus Francorum Baioariorum Alemannorum Turingorum et Saxonum.* Quod circa initium anni 919 peractum fuisse, ex eo probabile est, quia eodem anno *Ungarii rursus venere et totam Saxoniam percurrentes oppida et villas dedere flammis, cunctaque tristi spoliauere rapina.* Ab hac strage Corbeienses nostri non erant immunes. *Quæcunque* enim *Folcmarus abbas vix instaurauerat, ea vastabantur*

§. 392.

Tradidit uualbertuſ pro hildiſuuith I familiam in *buriun* (t). et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

§. 393.

bantur iterum ab Ungariis, qui omnia deteriora faciebant quam antea, nullo tamen e Corbeienſibus noſtris interfecto. Unde in aprico eſt poſitum, eos, vt antea, latebras ſuas antiquas repetiuiſſe in ſaltu Sollingano. Regem *Heinricum* eo tempore latitaſſe in caſtro Werla, Widekindus Corb. *Annal.* Lib. I. p. 636. ſeq. e Chronico noſtro retulit, qui vero annum, quo hoc vſu venit, non indicauit. Quem defectum ſupplet Chronicon noſtrum, e quo luce meridiana clarius patet, omnes recentiores hic miſcuiſſe quadrata rotundis. Hoc loco obſeruaſſe incongruens non erit, Nic. Schatenium in *Annal. Paderborn* P. I. p. 259. glaucoma obieciſſe eruditis, perhibentem, ſe ex abbatum Corbeienſium faſtis reperiſſe, quod Ungarorum in Saxoniam irruptio prima memorata ſit in illis ad annum 906, altera anno 915, et tertia anno 924. Schatenius, quod ſacramento audemus contendere, Chronicon noſtrum nunquam ſuis oculis vſurpauit. Ipſe, quæ habet, retulit ex narratione Ouerhami, qui vero furtim, ſaepius perperam, cuncta deſcripſit. Id ex hoc ipſo anno palam fiet. In codice enim annus ſcribitur DCCCCXVIIII, quem Ouerhamus pro DCCCCXXIIII. reputauit. Hic vero ſua præcipiti ſcriptione multos alios, atque etiam ipſum Gundlingium, atque hic porro dñūm conſiliarium aulicum Ant. Vlr. Erathum in errorem ſeduxit, quippe qui in *Conſpectu Hiſtoriæ Brunſuico-Luneburgicæ* p. 7. hanc Vngariorum irruptionem ad annum 925. retulit. Ex his autem momentis videre poteris cauſam, cur conſignationem annorum, ad marginem appoſitam, mutauerimus.

(t) *Buriun* villam in pago fuiſſe *Enterigawi*, docet nos abbas noſter Saracho in Regiſtro. Pagus *Enterigawi* olim in comitatu Hoiano exſtitit juxta flumen, nunc dictum die Wermenau, uſque ad Mindam patens. Dilucet id ex diplomate cæſaris Conradi II. ad annum 1029, quod reperitur in I. C. Lunigs *Reichs-Archiv Spicil. Eccleſ.* P. II. im Anhang f. 106. Eo imperator *Sigeberto, eccleſiae Mindenſis epiſcopo, ob interuentum et petitionem Giſelæ imperatricis, Heinrici regis et Brunonis Auguſtenſis, epiſcopi, ſiluam quandam ſitam in proprietate prædiorum eccleſiæ mindenſis in pago Entergowi in comitatu Bernarti et fratris ſui Ditmari ceterorumque ciuium in eadem ſilua usque modo communionem venandi habentium, in ſiluis campis et paludibus inter flumina Oſterbeck et Alerbeke vsque in medium flumen Wermonem et inde uſque ad Nortſuhlere campum, ad curtem pertinens Sulegon nominatam foreſtari conceſſit et banni ſui diſtrictu circumuallauit, ea videlicet ratione, vt nemo vlterius in eodem foreſto ſine epiſcopi ſucceſſorumque ſuorum licentia poteſtatem habeat venandi, ſagittandi, retia et laqueos ponendi, aut vllo ingenio feras decipiendi, quæ merito ſub iure banni continentur.* Ex quo euidentiſſime patet, pagum *Entergowi*, ſeu, vt ab abbate Sarachone nominatur, *Enterigawi* in aliqua diœceſeos Mindenſis parte fuiſſe collocatum. Cum itaque *Oſterbeck* ſit fluuius *Oſſenbeck* in comitatu Hoiano, in quo et flumen *Allerbeck* et *Wermenau* iuxta praefecturam Liebenau, itemque Sulingen oppidum in praefectura Ehrenburg reperiuntur, neminem fore ſperamus, qui dubitet pagum *Enterigawi* in comitatu Hoiano exſtitiſſe, in quo pago ſupra deprehendimus §. 61. villam *Hoaga*, id eſt, Hoja, et §. 245. *Holthuſun* villam, quæ eſt vel Holthuſen in praefectura Hoja, velt Holthuſen in praefectura Stoltzenau intra eundem comitatum Hoianum. *Buriun* villa ergo procul dubio eſt vicus *Buhren* in praefectura Nienburg. Id porro notatu digniſſimum eſſe cenſemus, illum, qui in villa *Buriun* quædam tradidit, appellari *Walbertum*, quod nomen, cum in familia Widikindea ſit uſitatiſſimum, vti ſupra vidimus, nobis perſuadet, *Walbertum* ex eadem ſtirpe e qua Widekindus Magnus procreatus fuit, eſſe ortum. Quodſi igitur ſententiam aſſumimus, *Wicmodam* (§. 61.) fuiſſe ſororem *Hunoldi* et *Helmoldi*, ac *Walin* (§. 246.) filium fuiſſe vel *Hunoldi* I. vel *Helmoldi*, *Walbertum* autem filium Hunoldi II. ac patruum *Gherberti*, qui pro filio ſuo *Renoldo* in Anhemathiun villa in pago Enterigawi bona quædam tradidit, teſte §. 454, quod ſitus locorum nobis perſuadet, tunc ille dictus *Wulfarius*, a quo ſupra (§. 241.) comites de *Oldenburg* deduxi-

De villa Buriun in pago Enterigawi.

Ab anno 922 vsque 942 regnante Heinrico I.

duximus, videtur fuisse fator comitum, cognominatorum de *Hoia*. Connexionem eorum sistimus genealogicam tabulis sequentibus.

TAB. I.



TAB. II.



TAB. III.

§. 393.

Tradidit thiadricuſ pro ſe et filio ſuo thiadrico in *balgeri* (u) et quidquid ad illum locum pertinet et XII mancipia. et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

§. 394.

Tradidit ranuuarduſ in *rumeringtorpe* (v) II manſoſ et II familiaſ pro ſe et fratre ſuo ati et quidquid ad illum locum pertinet.

§. 395.

Tab. III.



(u) Villa *Balgeri*, quæ, teſte Sarachone, ſita erat *in pago Suilbergi*, deſolata eſt, quondam vero obuia in ſaltu Sollingano, haud procul a loco Nienhuſe dicto, iter circiter vnius horæ diſtante a Corbeia noſtra, vbi domus quædam venatoriæ hodie apparent. Ex huius villæ ſitu iam ſupra §. 104. not. (n) concluſimus, *Thiadricum* ad progenitores comitum de Euerſtein referendum eſſe. Locus enim is haud procul abſuit a caſtro Furſtenberg ad Wiſeram, quod olim ad Euerſteinenſes comites ſpectauit. De villa Balgeri in pago Suilbergi.

(v) Villam *Rumeringtorpe* Saracho abbas tribuit *pago Norththuringi*. Quinam vero deſignetur vicus, in obſcuro non latet. Exſtat enim *Rumeſtorpe* ſeu *Ricmeſtorpe* vicus, quem referunt ad Bardorf præfecturam Principatus Wolferbuttelenſis. An *Ranwardus* eiusque frater *Ati* ad progenitores comitum de Leſteen ſpectarint, dicemus alio tempore. Interim vide §. 477, vbi *Arnold* pro fratre ſuo *Ludolfo* ſita in eodem pago in Ocisfelde, quæ probabiliſſime oppidum Oebsfeld eſt in ducatu Magdeburgico, quædam donat. Hic *Ranwardi* filius an fuerit, alii augurentur. De villa Rumeringtorpe in pago Norththuringi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ab anno 922 vſque 942 regnante Heinrico I.

§. 395.

Tradidit bernharduſ pro ſe et uxore ſua frithuburg XVI iugera in *alieresſhuſ* (w) et in *hrothburghuhuſ* (x) I iurnalem et quidquid ad eum pertinet.

§. 396.

Tradidit dodico pro ſe et matre ſua uuendilgard et fratre ſuo luithario I poſſeſſionem in *leri* (y) et quidquid illi habuerunt in loco.

tra-

De villa Aljereshus in pago Logne.

(w) *Aljeresbus* villam fuiſſe *in pago Logne*, docet nos abbas Saracho in Regiſtro. Ex quo patet, ſubeſſe vicum *Allerſhuſen* in præfectura Vslar. Eadem ergo villa eſt, quam ſupra deprehendimus §. 376.

De villa Hrothburghuhus in pago Heſſi Saxonico.

(x) *Hrothburghubus* erat ſita *in pago Heſſi Saxonico*, teſte abbate Sarachone. Ex quo loci ſitu colligimus, deſignari *Rotenburgum* dynaſtiæ Deſenberg intra principatum Paderbornenſem. Hunc locum *Rotenburgum* itaque probe diſcernere debemus 1) a *Rothenburgo* in ducatu Magdeburgico, 2) a *Rotenburgo* ad Neccarum, 3) a *Rotenburgo* ad Fuldam, 4) a *Rotenburgo* ad Tubarim, 5) a *Rotenburgo* in Sueuia, 6) a *Rotenburgo*, ad comitatum Tirolenſem ſpectante, 7) a *Rotenburgo* ad Oenum, 8) a *Rotenburgo* in principatu Verdenſi, 9) a *Rodenberg* in comitatu Schaumburgico et 10) a *Rodenberg* in comitatu Montano, olim in archiepiſcopatu Colonienſi. *Rotenburgum* noſtrum ſitum eſt inter Daſeberg et Klingenberg, et nunc refertur ad iura nobilium dominorum de Spiegel. Olim autem ſpectauit ad *Bernhardum*, quem ſupra §. 104. not. (l) patrem *Bernhardi* comitis palatini Saxoniæ fuiſſe, iudicauimus. Ad Wiſeram et in principatu Gottingenſi hunc palatinum *Bernhardum* comitatum ſuum habuiſſe anno 970, patet e diplomate cæſaris Ottonis, adfirmantis, villam *Gemmet*, id eſt, Gümbte, ad Viſurgim ſitam in præfectura Uslar, fuiſſe in comitatu *Bernonis* ſeu *Bernhardi*. *Berno* et *Bernhardus* vnum idemque nomen eſt. Cum itaque ex traditionibus noſtris pateat, tam patrem *Bernhardum* quam filium eius cognominem in eadem regione bona hereditaria poſſediſſe, nemo infitiari auſit, *Bernhardum* iuniorem fuiſſe nullum alium, niſi ante commemoratum palatinum. Quia porro et *Bernhardus* noſter in pago Heſſi Saxonico bona tenuit, probabile nobis videtur, vxorem eius *Frithuburgam* genus retuliſſe ad Ludolfinam ſtirpem, vtpote quæ in eodem pago bona hereditaria habuit. Probabiliter ex hac cognatione cum cæſarea familia imperatoris Ottonis fluxit gratia in *Bernhardum*, *Frithuburgæ* filium. Hæc cæſarem impulit, vt illum crearet Saxoniæ noſtræ palatinum Comitem.

De villa Leri in pago Derlingo.

(y) *Leri* villa erat *in pago Derlingo*, teſtante Sarachone in Regiſtro. In eo porro hæc leguntur verba: *In leri in pago derlingo continentur LXXXX iugera, que habent gerward, reindac, bering, et ada, et perſoluunt XXXVIIII modioſ ſiliginiſ, LXXX modioſ auenę, IIII pannoſ, et IIII oueſ.* E quibus verbis patet, ſignificari vicum *Lere* in Principatu Wolferbuttelano intra præfecturam Campen. Eiuſdem villæ meminit comes Adolfus Schauenburgicus in litteris anno 1234, quas, cum ſimul doceant, comites Schauenburgicos in eadem regione, in qua olim pagus Derlingo erat, bona tenuiſſe hereditaria, e MScto inſerere ex vſu erit. En diploma.

Adolfus dei gr̃ā comes de Schauenburg uniuerſis Xp̃ī fidelibus tam p̃ſentis temporis quam futuri cupimus notum eſſe quod nos ob amorem retributionis eterne et n̄r̄ōr̄um in remedium peccatorum tres manſos proprietatis n̄r̄ę ſitos in *paruo Schepenſtede* quos *Baldewin⁹ marſchalcus de Volkmerode* de manu n̄r̄ā iure pheodali et nobis reſignauit ec̄clie de Riddagſhuſen contulim⁹ cum omnib⁹ attinentiis ſuis donatione perpetua poſſidendos pro his uero manſis recepim⁹ a p̃dc̄o Baldewino alios tres manſos proprietatis ſue ſitos in *Voltſem* et unum in *Lere* quos ei porrexim⁹ a nobis eo iure quo p̃cedentes noſcitur habuiſſe. Ne autem aliqua in poſterum poſſit ſuboriri vexatio, boni teſtimonii uiros qui huic n̄r̄ę donationi aſtiterunt p̃ſenti carte fecim⁹ annotari et eorum nomina ſunt hec. frater noſter *Bruno* p̃poſit⁹ in Lubek. *Ludolfus comes de halremunt. henricu⁹ comes de Dannenberg. henric⁹ comes de Waldenberg. Tideric⁹ de Adenois. Ecbertus* et *Burchard⁹ de Wolferbutle.* Inſuper ut hec res ex hoc nunc deinceps firma pmaneat

et

tradiderunt duo fratreſ aſic et ailbern pro proximo ſuo bozo I iurnalem et I mancipium in *aſtieieſhuſ* (z)

et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

§. 397.

et inconuulſa hanc paginā teſtimonialem, inde conſcriptā ſigilli ñrī munimine iuſſim⁹ roborari. Datum halberſtad anno dñī M. CC. XXX. IIII. X. kal. februarii.

In hoc diplomate procul dubio *paruum Scheppenſtede* eſt vicus *kleinen Scheppenſted*, iter vnius horæ ſitus ab vrbe Brunſwico, et dimidiæ horæ a monaſterio Riddagshuſen diſtans: *Voltſem* eſt Voltzen vicus in præfectura Wolfenbuttel ab vrbe Brunſwico verſus orientem iter duarum horarum disiunctus. Cum igitur ſupra §. 188. et 360. deduxerimus Schaumburgicos comites a progenitoribus comitum de Walbeck, Supplinburg atque Anhalt; litteræ allatæ ſunt indicio, eos tenuiſſe intra eandem regionem bona hereditaria, in qua ipſa poſſederunt et Walbeccenſes et Supplinburgici et Anhaltini. *Luitharius* autem, frater *Dodiconis*, videtur fuiſſe *Luitharius dux*, quem anno 929 in pugna a Sclauis occiſum eſſe, Corbeienſes noſtri in faſtis ſuis referunt, vti ſupra §. 188 vidimus. Nec dubium fere remanet, quin intelligi debeat abauus Thiatmari epiſcopi Merſeburgenſis, qui e comitibus Walbeccenſibus originem traxit, et qui eiuſdem Luithariip. 326. meminit his verbis: *Henricus rex* (auceps) *has regiones ſibi fecit tributarias, Bohemiam, Daleminciam, Obetritos, Wilcios, Hevellos, et Redarios, qui ſtatim rebelles aliosque ad hæc concitantes vrbem Wallisleue oppugnant, deſtruunt, et incendunt. Ad hoc vindicandum noſter conuenit exercitus, et Luncin ciuitatem obſidens, ſocios eorundem, eos defendere cupientes, inuadit, et paucis effugientibus proſtrauit, vrbem quoque præfatam acquiſiuit. Ex noſtris autem duo* ABAVI MEI VNO NOMINE, QVOD LVTHER *ſonat, ſignati milites optimi, et genere clariſſimi, decus et ſolamen patriæ, nonis ſeptembris cum multis aliis oppetiere.* Cum autem pugna eadem, in qua noſter *Luitharius* occiſus, 4 die Septembris anno 929 commiſſa ſit, ſequitur, hanc traditionem a *Dodicone* ſeu Theodorico fuiſſe peractam poſt 4 Septembris diem eiuſdem anni. Videntur eodem tempore cum *Dodicone* nepotes eius, *Aſic* atque *Ailbern*, Corbeiam acceſſiſſe. De quibus memoratur ſequenti traditione.

De villa Aſtieieshus in pago Norththuringi.

(z) Villa *Aſtieieshus* collocatur ab abbate Sarachone *in pago Norththuringi*. Hæc villa deſolata fuerit oportet. Situm eius indagare non potuimus. In regione, in qua olim pagus *Norththuringi* erat, reperiuntur quidem vici *Allenhuſen*, atque *Orthuſen*, quorum ille ditioni liberorum baronum de Schulenburg ſubeſt, hic vero eſt deſolatus. Olim vero hic exſtitit haud procul a vico Rottmersleben in præfectura Aluensleben. Statuere non audemus, vnum ex illis ad villam noſtram *Aſtieieshus* congruere. Docti Magdeburgenſes atque Anhaltini in ſitum eiuſdem melius inquirant, obſecro. Digna ſane ex noſtrâ ſententiâ res eſt, quæ penſitetur quam accuratiſſime, vtpote quæ multum facit ad maiorem perſpicuitatem demonſtrandæ originis principum de Anhalt. Ea enim in ſententia ſumus, quamuis loci illius ſitus nobis nondum cognitus ſit accurate, *Aſiconem* atque *Ailbernum* fratres, qui in eadem villa quædam tradiderunt, fuiſſe ſatores ſereniſſimorum principum de Anhalt, ac palatinorum comitum Saxoniæ de Sommerſchenburg. *Bozo*, pro quo eadem traduntur, quique eorum proximus appellatur, ſororius eorum fuiſſe videtur. Vocabulum *proximi* in his traditionibus adhiberi pro ſororio, iam ſupra vidimus. *Bozo* ille et ipſe in pugna illa acerrima ad Albiam anno 929 occiſus erat. Ipſe forſan pater fuit illius *Beziconis*, qui anno 984 a Ditmaro T. I. Leibn. p. 348. appellatur *Ekkihardi* germanus, et cognatus *Eſiconis* comitis noſtri. *Ailbernum*, Athelberonem ſeu Adelbertum, fuiſſe palatinum Saxoniæ comitem ac auum maternum *S. Bernwardi* epiſcopi Hildeſienſis, iam ſupra vidimus. Poſſediſſe hunc Comitem palatinum bona, *in pago Norththuringi* ſita, id non poteſt in dubium reuocari. Probabiliſſime exiſtimatur ille demum, palatino *Bernone*, qui anno 973 adhuc in vivis erat, mortuo, a cæſare creatus palatinus comes Saxoniæ. Ipſe *Athelbero* e vita exceſſit anno 977, vti ſupra (§. 188.) e vita S. Bernwardi demonſtrauimus. Diu igitur *Athelbero* palatinatui præeſſe non potuit. Neque *Aſic* iam anno 930 comes fuiſſe videtur. Cum itaque *Athelbero* atque *Aſic* anno 930 bona quædam tradiderint eccleſiæ noſtræ, tunc neque *Athelbero* comes palatinus,

Ab anno 916 vsque 942 regnante Henrico I. et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

latinus, neque *Asic* comes nuncupari potuerunt. Verisimillime eodem tempore ipsi adhuc erant circiter viginti annos nati. *Asiconem* adhuc vixisse anno 984, demonstrabimus infra. Eo enim anno cum altero fratrum suorum, *Thiadrico*, Corbeiæ præsto erat, et pro anima fratris sui *Liutharii* quædam tradebat. Hic *Liutharius* videtur fuisse auus paternus episcopi Merseburgensis Ditmari. Cum itaque huius *Luitharii* pater, ipso Ditmaro teste, fuerit *Luitharius* dux, anno 929 occisus, sequitur inde, *Dodiconem* fratrem *Luitharii* ducis fuisse patruum *Luitharii*, *Asiconis*, *Thiadrici* atque *Ailberni*, ac horum patrem fuisse *Luitharium ducem*. Si igitur dare nolis, *Luitharii* ducis patrem, auum ac proauum, fuisse *Frithericum*, *Oddonem* comitem, atque *Abbonem* principem, quamuis id verisimillimum sit; negare tamen non poteris, *Luitharium ducem* fuisse patrem *Luitharii*, *Athelberonis*, *Thiadrici* atque *Asiconis*. Horum dominorum consanguineus erat abbas Corbeiensis *Folcmarus*, vti exponemus in *Historia* nostra *Corbeiensi*. Hinc credimus, illis dominis cogitationes subnatas fuisse de hereditariis suis bonis ecclesiæ nostræ tradendis. Tempore abbatis Godescalci *Folcmarus* ille monasterio sese adgregauit Corbeiensi. Cumque illum *Heinricus* auceps in diplomate quodam hactenus inedito appellet sibi consanguinitate coniunctum, nullum eum fuisse alium putamus, quam filium *Luitharii I* atque *Endæ*, filiæ *Luidolfi* ducis Saxoniæ. Hinc neminem posse præterire censemus, *Folcmarum* eundem fuisse, pro quo pater eius *Luitharius* (§. 317) bona quædam, ad Redenestorpe in pago Hardego sita, tradidit, cum illum offerret Deo ad reliquias sanctorum martyrum, Stephani atque Viti. Sororem eiusdem *Folcmari* nominat Abbo de Dalem in *Chronico Groningensi MSto Katarinam*, prædicans, eam nupsisse Lippoldo dynastæ de Luthorste. An vero sic recte prædicauerit Abbo ille, expromemus alio tempore. Illud interim e supra deductis patet, *Dodiconem*, *Ailbernum* atque *Asiconem* bona sua tradidisse tempore præsidentis abbatis *Folcmari*, qui, cum totam *Sifridi* comitis insignem hereditatem in pago Hardgo in et extra vrbem Groningen anno 936 acquisiuerit, testante diplomate supra (§. 163) allato, plures fortasse traditores in monasterio suo non vidit. Forsan putabant aliqui, abbatiam nostram sat auctam diuitiis et fortunis penitus locupletatam esse, vel munera sua parua non fore gratissima. Totos enim comitatus tradere, omnibus datum non erat. Marcwardum itaque, Sigifridum ac Sibertum, qui in seqq. §§. quædam donarunt, bona sua tradidisse, gubernante adhuc Corbeiam *Folcmaro*, statuere non audemus. Probabilissime enim existimantur illi bona sua largiti tempore abbatis Corbeiensis *Bouonis*. Paragraphus 400 nos docet, Erponem sua tradidisse ecclesiæ nostræ, præsente abbate Gerberno, qui præfuit ab anno 949 vsque ad 966. Ipse *Folcmarus* mortuus est, testante Chronico nostro MSto et coætaneo ad annum 942. VI. Non. Octobris, quo decedente, ad eundem annum gubernator abbatiæ nostræ electus est *Bouo*, serenissimis itidem parentibus natus, ecclesiæ autem Corbeiensi non multum vtilis, quippe quæ sub eo haud magna accepit incrementa. Widekindus noster id indicare videtur, vbi *Annal.* L. III. p. 651 in verbis iam supra §. 174 not. (h) adductis asserit, *Bouonem abbatem fuisse virum sapientem ac clarum, a Deo Corbeiensibus ostensum, sed non concessum.* Cum enim ipse Ottonis Magni consanguineus esset, vti l. c. ostendimus, in aula cæsaris plus versabatur, quam in monasterio nostro. In aula cæsaris eum *Bruno* quondam frater monachus et regis frater adiuuabat in acquirendis quibusdam priuilegiis, quorum iam supra quædam adduximus, ac plura in *Historia Corbeiensi* producemus. Fortasse autem eius absentia in causa fuit, vt in aliis commodis abbatiæ nostræ augendis multi beneuolentiam suam illi accommodare non potuerint. Esto ergo, non plures, quam tres dominos, munera sua ecclesiæ Corbeiensi attulisse, gubernante eandem *Bouone III.* Eo vero abbatiæ nostræ præsidente, sceptra Germaniæ tenebat *Otto* cognomento *Magnus*. Anno enim 936 eius glorioſissimus pater *Heinricus*, Sclauis anno 929 subactis, Ungariis anno 932 et 933 debellatis, et Danis anno 934 superatis, felici leto egregios finiuit labores, eique successit in dignitate regali eius filius *Otto*. Quilibet ergo facillime perspicit, nos oportere consignationem annorum ad marginem appositam mutare, et nouam inchoare sectionem.

)o(

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA,

IN QVA

REFERVNTVR BONA

QVAE

TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

BOVONIS TERTII

ECCLESIAE CORBEIENSI

SVNT TRADITA

AB ANNO 942 VSQVE AD 949.

REGNANTE

OTTONE PRIMO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 397.

Tradidit marcuuarduſ pro filio ſuo brunone unam familiam in *ſmitthearðeſhuſ* (a).

§. 398.

(a) Villa *Smittheardeshus* erat *in pago Auga*, teſte Sarachone in Regiſtro Bonorum et Prouentuum Abbatiæ Corbeienſis. Procul dubio hic deſignat vicum deſolatum *Smidshuſen*, olim non procul a caſtro Furſtenberg ad Wiſeram in Principatu Wolferbuttelenſi ac loco, adhuc dicto Smidehuſen, obuium. Qui fidem habebit Iohanni Letznero in *Chronico Daſſelienſi* Lib. IV. p. 179, perhibenti caſtrum Furſtenberg olim ſpectaſſe ad comites de Daſſel, credet cum eodem Letznero, caſtrum Furſtenberg cum villis Windenfels, Derenthal et Schmiedtshuſen vendidiſſe anno 1131 comitem Adolfum de Daſſel comitibus de Everſtein, qui caſtrum prædictum in feudum acceperint eodem anno ab abbate Corbeienſi Wicboldo, comite de Bennenburg ſeu Behmerburg, confirmante venditionem anno 1139 papa Victore IV. Qui vero intelligit, anno 1131 nullum fuiſſe abbatem Corbeienſem, nomine Wicboldum, neque anno 1139 antipapam Victorem Corbeienſibus dediſſe bullam, is potius credet, Letznerum glaucoma obieciſſe eruditis, et nugas vendidiſſe pro veritate. Caſtrum Furſtenberg ad Wiſeram iam exſtitiſſe anno 1131, fictio Letzneri eſt. Villam *Smittheardeshus* olim ſpectaſſe ad Daſſelienſes comites, argumentis comprobari non poteſt. Ex his traditionibus patet, villam *Smittheardeshus* anno 942 fuiſſe *Marcwardi*. Quamuis itaque, teſtante §. 368, quidam *Marcwardus* pater *Godfridi* bona tenuerit in villa Gadershus in pago Logne poſita circa annum 900, diuerſus tamen is eſſe debet a *Marcwardo* noſtro, *patre Brunonis*, qui anno 942 bona dedit abbatiæ noſtræ in pago Auga. Probabile enim non eſt, *Marcwardum* patrem *Godfridi* quinquaginta annos in publicis egiſſe. Nec vlla ratione adprobari poteſt, progenitores Daſſelienſium comitum circa caſtrum Furſtenberg, vix iter vnius horæ a caſtro Brunonisburgo ſitum, bona poſſediſſe hereditaria. Illorum enim bona hereditaria in pagis Logne, Wikanauelde et Tilithi, poſita erant. Putamus ergo, *Marcwardum* noſtrum cum filio ſuo *Brunone* ad Brunonianam ſtirpem ſpectaſſe, et hunc *Brunonem* eundem fuiſſe, quem Otto cæſar anno 976 *ſuum nepotem* appellat in diplomate, quod reperitur in I. G. Eccardi *Hiſtor. Geneal.* p. 294. De nullo enim Brunone id ſolidius dici poteſt, quam de *Brunone* noſtro. *Bruno*, quem Botho in *Chronico picturato*, atque ex eo Crantzius in *Saxonia* Lib. IV. c. 27. aliique appellant filium Heinrici ducis Bauariæ, nunquam in rerum natura fuit. Hic autem reperimus filium *Marcwardi Brunonem*, ad ſtirpem Ottonianam referendum. Alios Brunones non habemus, quam *Brunonem* Verdenſem epiſcopum, et *Brunonem*, poſtea papam dictum Gregorium; quorum ille filius *Brunonis* et *Frederunæ* ſororis reginæ *Mahtildæ*, hic vero filius Ottonis Sueuiæ ducis fuit, quos cæſar *nepotes* ſuos appellare citra iniuriam potuit. Si ergo neque epiſcopum Verdenſem, neque papam deſignari credideris, cui cæſar aſſignauerit certos prouentus ex telonio in ciuitate Patauio, neceſſum eſt, noſter *Bruno*, qui

De villa Smittheardeshus in pago Auga.

Ab anno 942 vsque 949. regnante Ottone I.

§. 398.

Tradidit sigifridus comes unam familiam in *laheim* (b) pro se et pro filio suo sigifrido et pro omnibus propinquis suis.

§. 399.

qui ducis Saxoniæ Luidolfi pronepos erat, ante annum 976 possessor fuerit prouentuum ex telonio in Patavii ciuitate.

De villa Laheim in pago Wikanavelde.

(b) Villam *Laheim* exstitisse *in pago Wikanauelde*, testatur abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Ex hoc palam fieri arbitramur, denotari vel vicum *Lenne*, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in Wangelnsted sub inspectione Hallensi olim in dynastia Homburgica, iam vero in Principatu Wolferbuttelano, vel villam quandam designari desolatam. E situ villæ *Laheim* videmus, eandem probe discernendam esse 1) a *Lachem* in archiepiscopatu Colonienſi, 2) a *Lachem* in comitatu Schaumburgico, 3) a *Lage* in episcopatu Osnabrugenſi, 4) a *Lahof* in comitatu Hojano, 5) a *Langern* in præfectura Stoltzenau, 6) a *Leheim* in Landgrauiatu Hassiæ, 7) a *Leen* in episcopatu Osnabrugenſi, 8) a *Leme* villa desolata in principatu Corbeienſi, 9) a *Lesheim* in ducatu Bremenſi, 10) a *Leye* in episcopatu Osnabrugenſi, 11) a *Lohe* in comitatu Hojano, 12) a villa *Lagen* seu *Langeln* in Comitatu Wernigerano et 13) a *Lohof* in præfectura Hoja. Si villa *Lenne* haud procul a Wangelnsted non ad palatum est, fortasse villa *Laheim* non procul a Delmissen quærenda erit. In litteris sequentibus, quas debemus nobilibus dominis de Haken, mentio iniicitur fluminis Lennæ, quæ nomen accipere potuit a vico, olim in eadem regione reperiundo. Integras inserere literas volupe erit. En illas.

Ich *Iohann Wilken Hake* zu *Ohr* Erbsass alss der elteſter bekenne offentlich vor mich meine Erben Erbnehmen und iedermenniglichen mit dieſem offenen briefe, das ich mit vorwissen und volbordt meiner Vettern *Jurgen Elmerhausen* zu *Dierssen* und *Lutter*, *Ernst* seligen Söhnen zu *Bodenwerder* Erbsassen belehnet habe und belene gegenwartigen Crafft dieſes Briefes den ersamen Werner Alschwerden als den elteſten zu mitbehueff seines brudern Hansen Hinrichs seel. Sohne und ihre rechte manliche Leibes Erben, alles wie sich in rechten gebuhret mit der *Berckenrecke* sonsten genannt die halbe hueſe zwischen der Brende und Haken *Tuchtberge* in der Veldtmark *Didelmissen* belegen, die auff ander seit nidergehet biss auf die *Lenne* mit alles dieſes gutes Gerechtigkeit und wo die belegen sein im Holtz felde wasser wieſen und weyden nichts auss beſcheiden, immassen die Alschweden sampt den ihrigen hiebevor das guth zu lehn getragen auch hinfurder Crafft dieſes brieves ermelten Werner Alschwede zu mitbehueff seines brudern und ihre manliche Leibes Lehns Erben mit einer hueffen Landes und einem Sattelhoffe binnen und buten dem dorpe *Brencke* belegen, so hiebevor Godeman Sporledder beartet und drauff gewohnet mit holtze felde wasser wieſen und weyden mit aller zubehorung nichts ausbeſcheiden so und allermassen dieſe guther *Hanss van dem Walle* von unss der Haken geſchlechte zuvor die Lehn gehabt und beſessen, alles so Lehn recht ist belehnen will und sollen auch meine Erben gemelten Alschweden dieſes Lehns und guther rechter bekenniger Herrn und wehrende sein, wo ihnen des behueff und gefurdert würde nach Lehen rechten, und die genandte Alschwede und ihre Manleibes Erben sollen mir und meinen Erben und mitbeſchriebenen hierin getreu und hold sein, so einem Lehnman gebuhret, dies alles vorberühret, trewlich und wol zu halten, habe zu urkunde de wahrheit ich *Johan Wilken Haken* vor mich und meine mitgenanten mein Lehn Siegell an dieſen brieff wissentlich hangen lassen, und mich mit eigen handen unterſchrieben, gegeben im Jahr sechszehenhundert und funffzig. den ein und zwantzigsten tag des monats Aprilis.

Johan Wilken Hake.

Siue

Siue autem ſtatuas, villam *Laheim* in regione vici Delmiſſen, ſiue in Lenne, ſiue in alio loco exſtitiſſe, nihil tamen impedit, quo minus exiſtimemus, *Sigefridum* comitem ad progenitores Northeimenſium, Daſſelienſium atque Homburgicorum, comitum ſpectaſſe. Nemo enim negare poterit, progenitores eorum in pagis Tilithi ac Wikanauelde bona hereditaria poſſediſſe. *Sigefridum* ergo eundem fuiſſe putamus, qui ſupra (§. 322) quædam tradidit in villa *Holthus* in pago Wikanauelde; qui (§. 326) quædam largitus eſt in Tilithi pago, et quidem in *Bredenbeke* ſeu Brencke haud procul a vico Harderode, in *Criepan* ſeu Krepe inter Heiſe et Halle vicos, et in *Bittikingahuſen* ſeu Beſſingen in dynaſtia Homburgica; qui porro quædam donauit (§. 338.) in villa *Pithili* in pago Guddingo, id eſt, Beitlen in præfectura Wintzenburg, §. 352 in *Winithun* in pago Logne, id eſt, Weende in principatu Gottingenſi, §. 365 in *Aldanthorpe* in pago Suilbergi, id eſt, Marcoldendorp in comitatu Daſſel, et (§. 379) in *Hiriſwitherote* in pago Tilithi, id eſt, Harderode in dynaſtia Homburgica, nec non in villa *Reginwerſkinghus* in pago Suilbergi. Villa *Holthus* in pago Wikanauelde erat Holthuſen in præfectura Wickenſen. Ad dynaſtiam Homburgicam ſpectaſſe illam, id probatione copioſa non indiget. Vix enim iter dimidiæ horæ locus a caſtro deſolato Homburg abeſt. Vicum *Krepe* ad dominium Homburgicum referri, patet e litteris ſequentibus: et gubernante Corbeiam Bouone III.

Ick *Goſſchalck von Groende* bekenne openbaer vor my, myne eruen, erffnhemen unde idermennichliken, nachdeme dey erbor unde erentfeſte *diederich Hake* unde ick ſuſter unde broder Kinder ſynth, unde ick myt myner moder dat dorp *Krepe* twiſchen *Heyſen* unde *Halle* in der Herſchop *Homburg*, heerkomende von den von Uppenbrock geervet hebbe, ſo hebbe ick my, myt upgemelten mynen gefedderen vorgliket und ingerumet, dat hey und ſyne eruen, ock holder duſſes breues, myt urkunde guden willen, ſolkes dorpes unde intſampt dat leehn ſtaden wil, jdoch mye unde mynen eruen unſchedelich, ſo lange der welck liffen unde leuen, dat ſyn Sonhe, iffte dochter. wennhe auerſt ick unde myne Kinder dodes haluen affgingen, nach Sickunghe Godes allemechtig, alſdenne unde nycht eher, ſchall dat dorp *Krepe* myt ſyner tobehoringe unde Gerechticheyt an upgemelten *Haken* unde ſyne eruen unvortochlich anhe iemandes inſage fallen, unde komen. Vor ſo daen vordracht unde unwedderroplike bewillunge, hebbe ick eyn perdt van vheertich daleren von ergemeldeten mynen gefetteren *dirick Haken* entfangen, dergeſtalt, dat ick ſchall unde will, dey ſampte belenhunge, twiſchen det unde Martini iungeſt folgende, van deme overheren des dorpps *Krepe*, up myne bekoſtunge ſunder Hakens ſchaden gewiſſlich erlangen, im falle averſt dat my dey ſampt belenhunge entſtonde, alſe ick doch hope nycht entſtaen ſchall, ſo will ick *Goſſchalck von Gronde* ſo dan perdt up erſt komende wynachten, ſo men tweyn unde vifftich den wenygeren taell ſchryven worth, velgedachten mynen gefetteren oder ſynen Eruen gutlich anhe iennich behelp to fuller genoge betalen myt achte unde twyntich gantzen unvorſchlagen dalern unde unbehindert ſchadeloſſ entrichten, dar ick *Goſſchalck von Gronde* hir innhe ſumich wurde, unde nycht we obſteith vullenbrochte und von obged. mynen Gefetteren edder ſynen mitbeſcreuen daromme myt breiffen oder muntlich in myner behuſinge, iſſt iegenwardicheit gefurdert wurde, ſo ſchall und will ick van ſtunde an, to *Hamelen* oder *Hildeſheym*, wur mye genomet warth, myt mynen ſulves lyffe, tweyn reyſigen perden unde eynem knechte inriden, darſulveſt eyn recht inliger holden, dar uth dages noch nachtes nycht tho ſcheden, *diderick Hake* unde ſyne medegedachten ſyn dan erſtlich tho freden geſtalt, eth geſchege dan myt ſynen guden wetten unde willen, alle duſſes breues articul rhede unde loue ick *Goſſchalck von Gronde* by mynen adelichen ehren, unde gedaner hanttaſtunge ſtede und vaſt anhe iennich behelp der rechte to holden des in Urkund ſtede unſer holdunge hebbe ick myn rechte angeboren ingeſegel oder petzier thon ende duſſer ſcrifft wettentlich gedrucket und myt eghener handt under-

Ab anno 942 vsque 949 regnante Ottone I.

underscreuen geschein und gegeuen am dage Assumptionis Marie virginis anno 1551.

(L. S.) Duth beuen geschreuene bekenne ick Gosschalck von Gronde myt myner eigen handt.

Ceteras autem villas partim ad Dasselienſem, partim ad Northeimenſem et partim ad Homburgenſem, comitatus et dynastiam, esse relatas, iam quoque supra vidimus, et demonstrauimus diplomatibus, quibus maioris perspicuitatis gratia addimus spectantes ad villam Harderode litteras sequentes:

Dieweil Zwischen den ernvesten und erbaren *Hartunge* und *Hieronimo* Gevettern den *Haken* von wegen irer erbguter und derselben gleichmässiger Theilunge sich allerhand missverstände Speer und jrrunge erhalten, also der *Hartung Hake* auff eine neue Theilunge gedrungen, *Hieronimus* aber auf die hiebevorn anno 1496. von ihren grossvetteren auffgerichtete Theilungs Brieffe und die veriherunge sich gezogen und derhalben neue Theilung zu machen nicht schuldig erachten wollen, demnach seyn heute, als hier unten geschrieben, solche Jrsalen durch gutliche verhandlunge der ehrnvesten ehr und achtparen *Goderten von Campen* und *Henrichen Temmen*, als von *Hartunge Haken*, *Gabriel von Donope* und *Moritz Jonas Tunten* aber als von *Hieronimus Haken* gebeten. schiedes freunde zu diesem Grunde mit gutem wissen und willen beyder theile entlich gäntzlich erblich und unwiderrufflich erlediget hingelegt und vertragen, erstlich, dass die anno viertzehen hundert neuntzig sechs montags nach Trinitatis gemachte Theilunge bey ihren kreften pleiben und hiedurch bestätiget seyn solle, fur das andere hat *Hieronimus Hake* fur sich und seine Erben *Hartung Haken* und seinen Erben den gantzen korn und fleisch zehendten zu *Perstorp* mit aller zubehorunge und gerechtigkeit derselben, ohne seine und seiner Erben verhinderunge hinfuhro zu seinen besten zugebrauchen cediret überlassen und desselben einen gantzlichen abtritt gethan, darjegen *Hartung Hake* fur sich und seine Erben *Hieronimo* und seinen Erben alle sein recht und Gerechtigkeit ahn *Pillenworde* mit darreichuug des Vertrages Briesses den sein Vatter mit den von *Werder* aufgerichtet, und anderen Siegel und Brieffen die darüber gemacht, auffgelassen, also und dergestalt, das *Hieronimus Hake* und seine Erben, so lange die bewilligte Jahre wehren, von den von *Werder* alle Jar ein fuder kornss zu gewarten haben, und zur Mastzeit zehen Schweine in ihre Mast treiben lassen moge. Wenn aber die bestimte Jar auffgangen vermuge Siegel und Brieffe seines Rechten an *Pillenworde* sich wiederumb gebrauchen moge. fur das dritte hat *Hieronimus Hake* fur sich und seine Erben Hartunge Haken und seinen Erben seinen Theil aller Gerechtigkeit ahn der Schepfferey zu *Perstorpe* und an den *Buelhofen* daselbest, uberlassen, jedoch das die Menner, welche *Hieronimus Haken* zu fallen mogen, so ferne sie gleich andern davon thun wollen, und *Hartung Hake* irer selbst nicht zugebrauchen habe, dabey pleiben. Darjegen hat *Hartung Hake* fur sich und seine Erben *Hieronimus Haken* und seinen erben die hundert goltgulden pfandtgeldes ahn dem halben zehnten zu *Harderobde*, also das ehr ohne erlegunge solcher Summen sich der helffte des zehenten underfangen muge, fallen lassen, und ihme und seinen Erben ein halb fuder hartes Kornss iarlich ahn gelegenen Orte zu geben zugesagt, die ungetheilten Guter zu *Harderode*, *Pestorpe*, *Heuen* und sonsten sollen entweder in der Gemeinschafft pleiben, oder gleichmässig getheilet werden. Es sollen auch von beyden Theilen Register und verzeichniss aller Haken guter ahn lehn und eigen unter ihren Pitschieren gefertiget und iedem theil von dem andern eines davon zugetheilet werden, damit unter ihren erben mehre richtigkeit und die Haken gutter von anderen angefallenen und errungen

§. 399. et gubernante Corbeiam Bouone III.

Tradidit ſibertuſ pro patre ſuo thiadrico I familiam in *othdereſhuſ* (c).

§. 400.

gen guteren, deſto beſſer itzund und kunfftiglich zu unterſcheiden ſeyn. was dan letztlich den anfall belanget, damit ſoll es vermuge der lehen und gemeinen keiſer und land rechten gehalten werden, das ein theil das ander, welches ohne man oder leibes erben mit tode abginge nach gewohnlichen Erbgange zu Erben habe, und hiemit ſollen alle Jrrunge, Miſſverſtände Zuſpruche und furderunge ſo woll in als auſſerhalb rechtens es ſey mit den gutern zur *forſt*, *Bevern*, *Everſtein*, *Holtzminden* zu *Froleveſſen*, oder aber ſonſten, wie die nhamen haben mochten nichtz ausbeſcheiden auch aller unfreundtlicher wille erledigtt, hin und beygelegt ſeyn. alſo das einer dem andern desgleichen ire Erben kunfftiglich untereinander allen guten willen hulffe b yſtand und beforderunge erzeige und beweiſe alles getreulich und ohne allen gevherde. deſſen zu uhrkundt haben wir *Hartung* und *Hieronimus Haken* fur unſſ und unſere Erben, und wir *Goderth von Campen*, *Gabriel von Donope*, Henrich Temme und Moritz Jonas Dunte alſſ Unterhändler unſere angebohrne und gewonliche Pitzſchiere ahn dieſe vertreges brieffe, dere zween eines Jnhalts verfertiget, und ieden theile einer davon zugeſtellet, gehangen. Actum *Börry* anno nach Chriſti unſers herrn und Saligmachers geburt tauſent funffhundert ſechtzig neune am tage Annunciationis Mariæ war der 25. Martii.

Cum autem *Sigefridus comes* in tot pagis et villis bona hereditaria poſſederit, inde perſpicimus, eundem fuiſſe dominum opulentiſſimum. Neminem ergo negare poſſe cenſemus, hunc *Sigefridum* comitem fuiſſe autorem comitum de Daſſel, Northeim et dynaſtarum Homburgicorum, de quibus pluribus egimus ſupra §. 104. not. (l).

(c) *Othdereſhus* villa erat *in Aſtfala in pago Falhen.* Ita enim Saracho in ſuo Regiſtro B. et P. A. C. pergit: *In Aſtfala in pago Falhen in villa Odereſhuſ continentur XXXX. iugera quę landico habet et perſoluet XXX modioſ Siliginiſ XX modioſ auenę et I porcum VIIII denariorum.* In his verbis per *Aſtfala* deſignari pagum generalem *Oſtfalen*, multas ſpeciales pagos ſub ſe comprehendentem, luculentum eſſe videtur. Erat ergo *Aſtfala* prouincia maior Saxoniæ noſtræ. Saxoniam olim in tres partes ſeu prouincias maiores, ſcilicet in *Saxoniam orientalem*, *Weſtfaliam* atque *Angariam* fuiſſe diuiſam, iam ſupra §. 152. et 178. demonſtrauimus. Cum itaque negari nequeat, *Aſtfalam* ſeu *Oſtfaliam* fuiſſe pagum generalem, multos ſpeciales pagos, et ſpecialiſſime pagum *Falhen* continentem; ea propter quæritur, quinam ſpeciales pagi ad *Aſtfalam* olim ſint relati? Primus eſt pagus *Falhen*, quem in aliqua Principatus Wolferbuttelani, atque epiſcopatus Hildesheimenſis parte exſtitiſſe, iam ſupra §. 35. et paſſim docuimus. Diœceſin Halberſtadenſem ſpectaſſe quoque ad Oſtfaliam, ex Ditmari epiſc. Merſeb. *Chronico* Tom. I. Leibn. p. 325. diſcimus. In eo enim Sigismundus Halberſtadenſis eccleſiæ præſul *ſpiritualis pater et paſtor orientalium* dicitur. Cum igitur Halberſtadenſis diœceſis comprehenderit pagos *Derlingo*, *Norththuringi*, *Belkisheim*, *Sueuon*, *Haſugo* et *Hardego*, vti ſupra §. 385 comprobauimus; ſequitur, ad Oſtfaliam pertinuiſſe pagos *Hardego*, *Haſugo*, *Sueuon*, *Belkisheim*, *Norththuringi* et *Derlingo*. De pago *Hardego* ſuppetit graue teſtimonium auctoris Vitæ Meinwerci T. I. Leibn. p. 531. ita ſcribentis: *Quidam nobilis Luithardus nomine quidquid habuit in villa et marca Irixleuu in exercitu Aſterluidi et in pago Herthogo cum vtriuſque ſexus mancipiis et omnibus attinentiis pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorum eccleſiæ dedit, eique epiſcopus Meinwercus pro dono pallium vnum, pro IIII libris vnam vnciam auri et X libras denariorum tribuit, in præſentia Udonis, Bennonis, Amalungi, Herimanni comitum et aliorum multorum.* E

De villa Othdereshus in Aſtfala in pago Falhen.

Ab anno 942 vsque 949 regnante Ottone I. et gubernante Corbeiam Bouone III.

quibus verbis patet, marcam *Irixleua* appellatam esse a villa cognomini, quæ probabiliter putatur esse Erxleben, posita in præfectura Aluensleben, nunc in Magdeburgico ducatu, eandemq; exstitisse in pago Herthogo, seu, uti in traditionibus nostris appellatur, Hardego, atque hunc pagum in exercitu *Asterluidi* seu orientalium Saxonum fuisse obuium. Quemadmodum itaque per *Luithardum*, qui in eodem loco quædam tradidit ecclesiæ Paderbornensi, intelligimus designari dominum quendam, e familia a nobis supra §. 188 et 358 descripta ortum: ita porro *pagus Saltgo*, qui pago Hardego contiguus fuit, procul dubio etiam ad *Astfalam* spectauit. Fluuius *Ovacrus*, hodie dictus *die Ocker*, in regione orientali erat, testantibus Eginhardo in Annal. p. 151. et Poëta Saxone T. I. Leibn. p. 129. referentibus: *Carolum M.* anno 780, Westfalia relicta, *iter Orientis sumsisse et ad flumen Ovacrum venisse*. Cum itaque tam pagus *Saltgo*, quam pagi *Falhen* Liergevve et *Derlingo* in vtraque fluminis *Ovacri* ripa fuerint, vti iam supra ostendimus, hi pagi quoque ad orientalem regionem spectauerint oportet. Fluuius *Ovacrus* miscetur cum *Alera* flumine ad pontem *Ellardesheim*, prope villam Müden et prædium equestre Marenholziorum, adpellari solitum Diekhorst, qui terminus erat episcopatus Halberstadensis, vti supra §. 385 vidimus. Iam vero fluuius *Alera* ad Ostfaliam referebatur, vti demonstrauimus diplomate regis Heinrici II, iam supra §. 104. not. (w) inserto. Cum itaque ad fluuium Aleram exstiterit pagus *Flothwitha*, vti supra §. 193 vidimus, procul dubio etiam *Flothwitha* pagus ad pagum generalem Astfala fuit relatus. Locus *Hildenesheim* porro in diplomate S. Bernwardi anno 1022. refertur ad pagum Astfalo: ergo pagum *Scotelingen* circa vrbem Hildesiam etiam inter pagos ad orientalem Saxoniam spectantes referre voluimus. Quodsi autem iam *Alera* fluuius in orientali Saxonia exstitit, nullum restat dubium, quin ad *Astfaliam* relatus fuerit pagus *Bardengo* æque ac ceteri pagi, qui olim inter Wiseram, Aleram, atque Albiam flumina reperiebantur. Quo autem in loco, tandem quæris, exstitit villa *Othdereshus*, quæ erat in *Astfala* et in pago *Falhen?* respondemus, videri nobis, non significari vicum Adersen, vix iter dimidiæ horæ ab vrbe Wolfenbuttela sub inspectione Thidensi situm, quam villam probe discernas velim ab Ottereshus in pago Logne, quæ probabiliter putatur esse Oderhusen in præfectura Friedlandi; sed *Ochtersen* in præfectura Mariæburgensi episcopatus Hildesheimensis. De *Thiadrico*, patre *Siberti*, egimus iam supra §. 104 not. (w).

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS VNDECIMA,

IN QVA

RECENSENTVR BONA,

QVIBVS

ECCLESIAM CORBEIENSEM

ORNARVNT DOMINI QVIDAM

TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

G E R B E R N I

AB ANNO 949 VSQVE AD 965.

IMPERANTE

OTTONE PRIMO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 400.

Tradidit erp pro se et coniuge sua amulred et pro filiis uualthardo et ludolfo in *duggun* (d) VIIII. familias cum omnibus ad hunc locum pertinentibus id est in *uualliuistun* et quidquid ibi habuerunt in *mekkiestorpe* et quidquid ibi habuerunt in *cothun* quidquid ibi habuerunt in *breme* quidquid ibi habuerunt in *liaeueringtorpe* quidquid ibi habuerunt in *dringtorpe* quidquid ibi habuerunt insuper tradidit *uualthardus* praesente abbate gerberno pro se et coniuge sua uuindilsuuith et filio suo recheri in *hemscendu* IIII. familias.

§. 401.

(d) Nouam cum hoc §. inchoamus sectionem, et quidem eam ob causam, quia ex ipso contextu apparet, *Walthardum* quendam bona sua tradidisse ecclesiæ Corbeiensi præsente abbate *Gerberno*, qui gubernaculum abbatiæ nostræ anno 949 suscepit atque anno 965 mortuus est, chronico nostro coætaneo et MSCpto testante. Eo autem tempore tenebat adhuc sceptra regalia *Otto I*, Heinrici aucupis filius, quibus tandem accedebat corona imperialis. *Otto* enim rex anno 962 Romæ coronatus salutabatur imperator augustus, chronico illo teste. Hisce præmissis, quæritur, ad quamnam spectarit familiam *Erpo*, qui, teste §. nostro, bona quædam largitus est ecclesiæ Corbeiensi? Sine cunctatione respondemus, eum ad *claram Erponum tribum* esse referendum, cuius tribus meminit Chronicon nostrum sæpissime excitatum. Illam tribum e stirpe Brunoniana originem traxisse, nobis probabilissimum adfirmatu videtur. Atque vt hoc pateat cunctis, consideranda sunt primum bona, quæ ad Erpones nostros, in traditionibus ac diplomatibus nostris occurrentes, spectarunt. Hæc erant sita 1) in villa *Duggun*, quam Saracho abbas in Registro B. et P. A. C. tribuit *pago Auga*. Villa hæc hodie desolata est, olim vero exstitit in principatu Corbeiensi inter Lebendorf et Furstenau. Habebant in ea feudum vnum et alterum ab ecclesia nostra comites de Perremunt, et de Spiegelberg, a quibus porro illis subinfeudabantur domini de Kannen, vti in *clientela Corbeiensi* litteris, quas vocant feudales, demonstraturi sumus. Quilibet autem ex ipso contextu facillime colligere potest, hanc villam *Duggun* fuisse curtem maiorem, alias curtes minores sub se comprehendentem, quæ sunt 2) *Walliwistun*, 3) *Mekkiestorpe*, 4) *Cothun*, 5) *Liæveringtorpe* et 6) *Dringtorpe*, quas omnes *in pago Auga* exstitisse, Saracho perhibet. Multæ aliæ que plures in eodem pago olim fuerunt obuiæ. Pars quædam

De villa Duggun atque aliis in pago Auga.

Ab anno 949 vsque 965 regnante Ottone I.

harum curtium adhuc seculo XVII superfuit, quo denominatio regionum a pagis petita iam dudum in vsu esse desierat. Ita v. g. in territorio Corbeiensi passim curtes seu domus inueniebantur, in quibus agrorum aliquot coloni habitabant, qui appellabantur der *Hakelmeier*, der *Flormeier*, der *Penningmeier*, der *Lemenmeier*, der *Holenmeier*, der *Goldmeier*. Regiones, in quibus domus eorum steterunt, vsque in hodiernum diem nomina retinent, quamuis ipsæ domus in ruinam tempore belli tricennalis subsederint. Quondam cum viris ætate grauibus fideque dignissimis de illis curtibus locuti sumus, qui nobis dixerunt, se adhuc oculis suis curtes illas usurpasse. Horum pronuntiato chartæ et diplomata optime respondent. Ita in campo S. Nicolai ante vrbem Huxariam ad quinque cruces vulgariter dictæ *bey den fünf Creützen* reperitur die *Hakelbreite*; eodem in campo die *Florbreite* in loco dicto in dem Flore; in campo S. Petri inueniuntur die *Lemenbreite* et *Penningbreite*. die *Goldbreite* exstat in campo S. Nicolai, vbi æque visitur die *Holebreite*, ager eo in loco obuius, quem hodie *den Papenwinckel* appellant. Ad explicandas litteras quasdam, in *Historia Corbeiensi* producendas, hæc dicta faciunt. Hoc autem loco sunt posita recensita, eo quod hic geographica tractamus. Colonus, dictus der *Hakelmeier*, probabilissime videtur agros tenuisse, qui quondam spectabant ad villam *Hakulesthorpe*, quos *Beuo* frater abbatis Warini et ducis Luidolfi monasterio Corbeiensi largitus est, testante §. 161. *Walliwistun* villa videtur collocanda in loco dicto *Wolesen*, qui obuius est inter loca Oldenborg et Lewendorp, a quo non procul abfuit villa *Mekkiestorpe*, quæ iam dudum in excidium abiit et fere intercidit, siquidem vix quædam eius vestigia supersunt. *Cothun* est vicus *Kotten*, olim inter Furstenau et Lœwendorp conspicuus. *Breme* postea dicta est *Bremerberge*. *Liæveringtorpe* nostra ætate dicitur *Lewendorp* locus, iter dimidiæ horæ situs a Furstenau. *Dringtorpe* locus est desolatus. Per hunc designatus non est vicus Drencke in principatu Corbeiensi haud procul a vico Amelunchsen situs. Cum enim vicus *Godelheim* iam in pago Nithega fuerit situs, vti supra vidimus; vicus *Drencke*, si ipse iam anno 950 exstitisset, ad alium, quam Nithega pagum referri non potuit. Tandem autem villa *Hemscendu* ab abbate nostro Sarachone collocatur in *pago Nithega*. Ipse procul dubio indicat vicum *Hemsen*, non procul a vico Brockhusen positum, ad iura spectantem nobilium dominorum de Kannen. Hæc situs locorum, vtpote vix iter duarum horarum a castro Brunonisburgo sitorum, nobis persuadet, vt credamus, *Erponem* e stirpe Brunoniana descendisse, eundemque filium fuisse *Erponis*, quem supra (§. 255.) cum fratre suo *Gharwardo* in Masinghusen marca partem quandam siluæ nostræ abbatiæ tradentem deprehendimus. Siluam in dynastia *Padberg* in terminis ducatus Westfaliæ et principatus Waldeccensis exstitisse, constat. Quemadmodum enim bona, in Auga pago possessa, originem Brunonianam *Erponum* nostrorum docere nos possunt: ita bona, intra dynastiam Padbergicam tradita, indicare non nequeunt, *Erpones* illos ad celeberrimos comites Padbergicos, inter quos *Erponis* nomen creberrimum fuit, esse referendos. Esto itaque, *Erponem* fratrem *Gharwardi* fuisse patrem *Erponis*, coniugis *Amulredæ*. At quis pater fuit *Gharwardi* atque *Erponis? Erpo*, quem supra (§. 121.) inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi deprehendimus, hic in censum venit. Quemadmodum enim ex adita hereditate colligere licet, *Erponem* istum ad familiam quandam illustrissimam esse referendum; ita illum cum nulla alia melius, quam Brunoniana vel Widikindea stirpe, copulare poteris. Si ergo statuere volueris, eundem *Erponem* fuisse filium *Brunonis* ducis, fratremque Eberti, Haddonis, Thiodgeri, Meinulfi, Brunonis atque Euerhardi, plana & perspicua erunt omnia. A claro quodam Erpone *tribum Erponum* duxisse originem, nemo sane inficiari poterit. Pro illo autem autore tribus habemus *Erponem*, coheredem ducis Ostfalorum Hessi, quem inter testes in traditionibus nostris deprehendimus, testem quippe traditorum bonorum §. 52 in pago Auga, §. 60 in pago Hessi, §. 87 in pago Nithega, §. 97 et 156 in pago Auga, atque §. 163 in pago Nithega. Ipse nobis idem videtur fuisse, quem *Annales Franc. Fuldenses* p. 31. *comitem* appellant, atque interfuisse expeditioni contra Dalmatas ac Boëmanos seu Bohemos anno 856 susceptæ, referunt. Probabilissime enim Fuldenses eiusdem obitum annotarunt, eo quod *Erpo* ille clara ortus erat stirpe, qualis sine dubio Brunoniana fuit, vtpote Carolinæ proxima. Cum autem in §. nostro *Walthardus* quidam pater prædicetur *Recheri*, verisimiliter quoque *Walterus*, qui teste §. 290 bona quædam tra-

tradidit sita in villa Amelinghus, frater fuit *Erponis II* et *Gharwardi*, cuius *Walteri* nepos fuisse videtur *Walthardus*, qui (§. 400) pro vxore sua *Windilswitha* et filio *Recherio* bona quædam tradidit, in *Hemscendu* sita. E situ bonorum ac similitudine nominum id ipsum collegimus. Hemsen enim vicus ab Amelunchsen vix iter vnius horæ est situs. Quare maxima cum veritatis specie coniectamus, *Walthardum* filium *Erponis* nomen accepisse a propatruo suo, *Walthardoque* et *Rechero* nomina esse indita, ab auis suis petita. An *Recherus*, filius *Walthardi*, familiam propagauerit, cum ignarissimis scio. Illud autem annotasse volupe erit, *Walthardum* filium *Erponis* ac fratrem *Luidolfi* postea scilicet anno 1012 creatum fuisse archiepiscopum Magdeburgensem. Huius archiepiscopi *Walthardi* patrem ac matrem appellat Ditmarus episc. Merseb. T. I. Leibn. p. 393. *Erponem* seniorem, atque *Amulredam*. Eundem autem e clara *Erponum tribu* fuisse ortum, e Chronico nostro MSCpto patet. Hic *Walthardus* archiepiscopus duas habuit sorores, alteram laicam, alteram virginem sacratam teste eodem Ditmaro p. 394. Sororis laicæ nomen expressit Annalista Saxo ad annum 1040 p. 475, vbi eam nominat *Amulradam*, perhibens, hanc sororem *Waltardi* Magdeburgensis archiepiscopi nupsisse *Conrado*, dicto de *Maresleue* et *Horneburch*, eique genuisse *Suitgerum*, episcopum in Babenberch, tandem Romæ papam dictum *Clementem II*, *Conradum* Aquileiæ patriarcham, *Adelbertum*, qui vrbem Horneburch cum prædiis, illuc referendis, tradidit Halberstadensi ecclesiæ, et *Margaretam* seu *Clementiam*, cuius posteritatem, eodem Annalista teste, tabula sequente exprimimus consignatam. gubernante Corbeiam Gerberno.



Walthardus ipse archiepiscopatui Magdeburgensi diu non præfuit. Ipso enim anno MXII, quo electus fuit, discessit e vita. Reuertimur ergo ad eius fratrem *Luidolfum*, quem patrem *Erponis IV*, atque auum *Luidolfi II*, *Wikieri*, atque *Erponis V.* fuisse, probabili coniectura auguramur. *Erponi* enim *IV* nomen, ab auo, proauo, atque abauo petitum, inditum esse videtur. Eundem ab *Erpone II* descendisse, bona comprobant, quæ largitus est. Tradidit ille, testante §. 415, XXX iugera et vnam iurnalem in Mangereshus villa pagi Almunga. Designatur vicus Mengerthusen seu Meyngerinchusen, olim ad dynastiam Weuelsburgicam spectans. Eum probe discernendum esse censemus a vicis Meinerinchusen in præfectura Landau, atque a Mengeringhusen, in præfectura Arolsen intra principatum Waldeccensem, sitis. Cum igitur *Wikierus* filius fuerit

Ab anno 949 vsque 965 regnante Ottone I.

rit *Erponis IV.* fortaſſis ipſe in cenſum quoque venit. Et frater *Erponis IV* ſtatuendus videtur comes *Wikkerus*, cuius interuentu Otto imperator Auguſtus anno 978 Giſalhario epiſcopo donauit, quidquid proprietatis habuit in villa, Beiſſingen nominata et in comitatu Siberti comitis ſita, teſtante diplomate in Io. Ge. Eccardi *Hiſtor. geneal.* p. 146 ſeq. Vtcunque vero res ſe habeat, ſiue ſpectarit comes *Wikkerus* ad hanc familiam ſiue minus, probabile tamen eſt, *Wikkerum*, filium *Erponis IV*, habuiſſe fratrem nomine *Luidolfum.* Patet id ex auctore Vitæ Meinwerci epiſcopi, qui T. I. Leibn. p. 533. num. 40. refert, *nobilem quendam Luidulfum cum conſenſu fratris ſui Wickeri et coniugis ſuæ Suanehildis prædium Welmithe Patherbrunnenſi eccleſiæ tradidiſſe, atque ab epiſcopo Meinwerco XV. talenta argenti et XX aratra in pago Weſſaga accepiſſe, ac poſtea epiſcopum, eum ad militem ſuſcipientem, prædicto Luidulfo XXX aratra in prædicto pago in beneficium dediſſe, ea ratione, vt in expeditionem IV ſcuta transmitteret, et, ſi a ſeruitio ſe vnquam alienavet, XXX. aratra redderet.* Iſte *Luidulfus* nomen ab auo *Luidolfo* accepiſſe videtur. Si certum eſſet, per Welmithe villam deſignari vel Welde haud procul ab oppido Werburg, vel Weten ſeu Weiten in præfectura Roden in principatu Waldeceenſi, tunc negari non poſſet, iſtum *Luidulfum* e ſtirpe Brunoniana eo, quo oſtendimus, modo deſcendiſſe. An *Liudolfus* noſter anno 1005 comitatum ſuum habuerit in aliqua epiſcopatus Paderbornenſis parte circa villam Bochinafurti ſeu Bökerforde, audacter quidem pronunciare non audemus; vix autem alium *Luidolfum* intelligere poteris, quam noſtrum, quem ſequentes ſignificant litteræ, quas e membrana huc transferimus. En illas.

C Jn nomine ſc̄ę et indiuiduę trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia rex. Omnium ſc̄ę dī ec̄clię fidelium p̄ntium ſcilicet et futurorum noverit induſtria qualiter noſ pio admonitu uenerabiliſ ēpī rotharii feliciſ memorie patriſ ñr̄ī memoriam facientiſ nec non et tam ñr̄ę quam etiam dilec̄tiſſimē conſec̄taliſ ñr̄ę kunigundę uidelicet reginę animę conſulenteſ ad monaſterium in honore ſc̄ī liborii Pathrabrunnen dedicatum quoniam p̄taxata amabilis coniux ñr̄ā regię conſecrationiſ inibi adinuenerit donum tale p̄dium quale nobiſ meinuuercuſ capellanuſ ñ̄er̄ dedit in proprium donauimuſ ſitum in uilla *bochinafurti* et *in comitatu luidolfi comitiſ* cum omnibuſ eidem p̄dio iuſte et legaliter inherentibuſ et appendiciiſ mancipiiſ utriuſq; ſexuſ areiſ edificiiſ terriſ cultiſ et incultiſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ ſiluiſ uenationibuſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ molendiniſ piſcationibuſ ſeu omnibuſ quę dici uel ſcribi poſſunt quolibet modo utilitatibuſ ea uidelicet ratione ut p̄dic̄tuſ ēpuſ in ſua habeat poteſtate atq;. ſeruitute quamdiu deuſ ſibi concedat dieſ ſeculariſ uitę. finitiſ uero ſuiſ temporibuſ ad ſtipendia fratrum in p̄fato monaſterio d̄ō ſc̄ōq;. liborio famulantium omni contradic̄tione remota determinamuſ donamuſ conſecramuſ atq;. omni iure proprietario confirmamuſ ut habeant teneant firmiterq;. poſſideant et quidquid ſibi libeat inde ad communem uſum omnibuſ modiſ faciendi agant. quod ut ueriuſ credatur inconuulſiuſq;. ab omnibuſ obſeruetur hanc cartam inde conſcriptam manu propria roboranteſ ſigillioq;. ñr̄ī impreſſione inſigniri iuſſimuſ.

Signum domni Heinrici



regiſ inviC̄tiſſimi.

euer-

euerhardus cancellarius uice uuilligisi archi cappellani recognouit

et gubernante Corbeiam Gerberno.

data VIIII. kal. nouemb. indict. III anno dominicę incarnationis M. V. anno uero domni Heinrici secundi regnantis IIII. actum Corbeię.

De filiis et filiabus huius *Luidolfi* nihil, quod adfirmemus, certi habemus. Eius frater fuisse videtur *Erpo*, qui in traditionibus nostris (§. 479) circa annum 1029 pro filio suo *Frederico* in villa Sulugun in pago Almunga LX iugera et vnam iurnalem Corbeiensibus tradidit. Hæc villa fortasse haud procul ab oppido Buren in episcopatu Paderbornensi exstitit. De hoc *Erpone* ad hæc disserit Vita Meinwerci p. 534. num. 44, si villa Esikessen est Essen in episcopatu Paderbornensi haud procul ab oppido Stadberge. Tradidit enim *Erpo*, consensu matris suæ *Evusæ* atque vxoris suæ *Tettæ*, Meinwerco episcopo Paderbornensi, quidquid proprietatis possedit in villa Esikessen. An ab hoc *Erpone* diuersus sit nec ne, vel an filius fuerit *Wikieri II* comes *Erpo*, qui circa annum 1022 in Wartberge præsens erat, cum Bennaka traderet prædium in villa Werjesi in pago Auga l. c. p. 534. num. 45, dicere non possumus. Illud probabilissimum erit. De eodem comite *Erpone* loqui litteras sequentes, quas e membrana, vti a docto amico Paderbornensi eas accepimus, inserere volupe erit, quia ex illis quoque præcipitantia quædam auctoris *Vitæ Meinwerci* p. 559. num. CII. emendari poterit:

Quidam domnus nomine *brun* cum uxore sua *ida* uocitata ad đñīum sc̄ę dei genetricis marię et sc̄ī kiliani martyris liboriiq;. confessoris sua p̄dia in *sudesburch* in *betanun* et *uuallenstedi* cum omnibus illuc pertinentibus in proprium tradidit. interea post quinquennium obitu imperatoris sc̄di *heinrici* adueniente p̄dicta *ida* cum uiro suo *brunone* has omnes traditiones iniuste renuere uolebat. c̄pūs uero *Meinuuercus* quasi sapiens tanta p̄dia perdere nolens domnę *idę* usque ad exitum uitę suę LXXX aratra ad reconciliationem tribuit ea uidelicet ratione si ipse aut aliquis successorum ei subtrahere uoluerit pręsignata aratra quatenus hęc p̄dia eidem penitus restituat. XVIII. kal octobris actum in *hirutueldun*. huius reconciliationis sunt testes *bernhardus dux. herimannus comes* et *filii eius heinric conrad athelbertus bernhard. ekkika comes de aslan. bernhard comes. erpho comes. thiadricus comes fresonię. uuidukindus comes. amulungus comes* et *frater eius ekbertus. ekkika comes. geba* et *filii eius heinric cono uolchardus. benno* et *frater eius godica.* uffo. beuo. eppo. ricdach. engizo. uiza. hildilin. tammo. rothard. ehkizo. thiadric miles ekkiconis. *bennaca* et *frater eius tiazo.* reinald. godikin. uuizuca. gelo. drogo. thiapholt. *tiamma comes* et *frater eius esic.* iring. oua. ecilin. thiadric. meinhard. thiadric.

Quia cæsar Heinricus II mortuus est anno 1024, sequitur inde, conuentum principum in loco Hirutveldun, meritis Idæ ducis feminæ insigni, celebratum fuisse anno 1024. Atque ex hoc colligitur, *Erponem* comitem, cuius meminere hæ litteræ, adhuc anno 1024 vixisse. Diuersus ergo hic *Erpo comes* fuerit necesse est ab *Erphone comite*, cuius corpus iam anno 1023 requiescebat in monasterio Coufunga, testante diplomate cæsaris Heinrici dato Patherbrunnæ XIX. kal. febru. indict. VI. Hic *Erpho comes*, Kaufungæ sepultus, fortassis fuit comes *Erpo*, cuius comitatus erat in pago Helmingowi, testante diplomate cæsaris Ottonis ad annum 980. II. id. febru. dato. Hic *Erpo* videtur fuisse *Erpo*, pater *Wikieri*, cuius mentionem faciunt traditiones nostræ §. 415. *Erpo*, comes, pater *Frederici*, porro parens videtur fuisse *Erponis* comitis, in cuius comitatu anno 1052 erat prædium Sturibroh secundum fidem diplomatis, quod reperitur in Nic. Schatenii *Annal. Pad.* T. I. p. 540 seq. Si enim, vti verisimile videtur, Sturibroh est Sturmbruck in principatus Waldeccensis præfectura Eisenberg

Ab anno 949vſque 965 regnante Ottone I.

§. 401.

Tradidit thangmaruſ pro filio ſuo redulfo I familiam in *ſtammen*. (e)

§. 402.

non procul a terminis comitatus Patbergici, neminem infitias iturum cenſemus, hunc comitem *Erponem* inter progenitores Patbergenſium comitum eſſe referendum. Huius autem *Erponis comitis* filii fuiſſe videntur *Erpo comes de Patberg* ac *Thietmarus*. Ille, conſentiente vxore ſua *Beatrice*, fundator exſtitit monaſterii in Boka ſuper fluuium Lippiam ad annum 1101, teſtantibus diplomatis in N. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 652. ſeqq. Refert l. c Schatenius, *Erponem*, qui ſe ipſum nominauit *comitem de Patberg*, ſine prole anno 1113 deceſſiſſe, *Thietmarumque* omnino vacuum liberis fuiſſe, et comitatum Patbergenſem, ad Dimolum fluuium inter Montem Martis et Brielam ducatus Weſtfaliæ oppidum, et ad confinia Waldeccenſis principatus ſitum, partim archiepiſcopo Colonienſi, partim comitibus Waldeccenſibus, conceſſiſſe. In cuius pronuntiari falſitatem in Hiſtoria Montis Martenſis potior inquirendi occaſio adfulgebit. Interim hactenus dicta in ſummam contrahentes, ea ſequenti tabula genealogica conſpectui ſiſtemus, quæ expoſuimus hucusque.



De villa Stammen in pago Scotelingen.

(e) Quidquid ſupra §. 355 de *Bennone* Widikindeo, caſtri *Bennonisburgi* prope Hildeſiam autore, aſſeruimus, et quidquid de dominis Widikindeis, poſſeſſoribus prædiorum in tractu Hildeſienſi, l. c. diximus, id confirmatur egregie hoc §. noſtro. Si enim *Thangmarus* noſter erat pronepos eiuſdem *Bennonis*, uti §. 104. not. (†††) oſtendimus, villa *Stammen* procul dubio in manus peruenerat *Thangmari* noſtri ex hereditate paterna. Villa enim *Stammen* ab abbate noſtro Sarachone in præſtantiſſimo Regiſtro tribuitur *pago Scotelingen*. Vnde deſignari ſuſpi-

§. 402.

et gubernante Corbeiam Gerberno.

Tradidit bruno pro matre sua tade XXXX iugera et I iurnalem in *folcberghehuf* (f).

§. 403.

Tradidit uualh pro filio suo hatholdo XXX iugera et I iurnalem (g) . . . . .

§. 404.

suspicati fuimus *Stemmen*, id est, vel *Nort-Stemmen* vel *Burg-Stemmen* villas, in praefectura Poppenburg vnum milliare circiter disiunctas ab vrbe Hildesia. Cum itaque *Benno* eiusque frater *Ricdagus* quidem bona quædam tradiderint, in pagis Merstem, Ambergo et Guddingo sita, e traditione tamen nostra fit planum, eos omnia bona sua in eadem regione, ex hereditate ducis Ostfalorum Hessi adquisita, non elargitos fuisse, sed retinuisse sibi eorum pleraque, quæ postea eius heredes, inter quos probabilissime videtur fuisse *Macco* aduocatus Hildesiensis, iure hereditario consecuti sunt. Fortassis hæc dicta faciunt ad melius indagandam veram originem comitum de *Poppenburch*, quorum castrum quondam situm erat ad Leinam in monte seu potius in colle, duobus circiter milliaribus ab vrbe Hildesia secreto. Sane *Widekindus* ac *Theodoricus* eiusque filius *Theodoricus comites de Poppenburg*, quorum mentio iniicitur Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 755, et 766, arguere videntur originem a Widikindeis. Inter hos enim nomina Widekindorum ac Theodoricorum crebra et frequentiora fuerunt.

(f) Villa *Folcberghehus* erat *in pago Suilbergi* sita, teste abbate Sarachone. Hinc denotari putamus vicum *Volbrechtshusen*, olim in saltu Sollingano situm. Brunonem, qui in eadem villa bona quædam largitus est, inter progenitores nobilium dominorum de Sconenberg retulimus. Fortasse ex hoc exquiri potest ratio, cur nobiles domini de Sconenberg, quamuis tenuerint in Landgrauiatu Hassiæ cum castro Trendelburg dynastiam Sconenberg, placitis prouincialibus in monte Laine in principatu Gottingensi interesse debuerint. De villa Folcberghehus in pago Suilbergi.

(g) Sequitur in nostro Registro B. et P. A. C. villa *Tinchilburg*, sita *in pago Hessi Saxonico*. In ea *Walh* pro filio suo *Hatholdo* XXX iugera et I iurnalem tradidit. In codice nostro villæ nomen non potest distincte legi, quippe per vetustatem detritum. Supplendum ergo id est e Registro abbatis Sarachonis. Intelligitur autem designari dubio procul vicus *Dinkelborg* in Paderbornensi episcoparu inter Natzungen, Embrik, Rösbeck, Klingenborg et Borgentrick. Ex hoc villæ situ concludimus, *Walhonem* cum filio suo *Hatholdo* ad progenitores comitum de Wartborg esse referendum. Fortassis *Walh* filius fuit *Brunwardi*, cuius traditiones nostræ meminerunt §. 215; ipse vero *Hatholdus* pater videtur nobilis mulieris *Reinike* eiusque fratris *Haoldi*, quorum mentionem iniecit auctor Vitæ Meinwerci p. 537. referens, eandem *Reineke* cum consensu fratris sui *Haoldi* ad dominium Patherbrunnensis ecclesiæ in proprium delegasse, *quidquid proprietatis habuerit in Dodanhusun et Thincherdinchusun, atque episcopum Meinwercum, hanc traditionem pie accipientem, præfatæ Reineken eandem curtem in Thincherdinchusun, et omnem decimationem in Thinkilburg et in Lellibiki et in Rian, et VI familias usque ad exitum vitæ suæ et insuper VII talenta, fratri eius Haoldo II talenta dedisse.* Videtur enim Meinwercus episcopus feminæ *Reineken* decimationem in *Thinkilburg* donasse, eo quod *Reineke* plura alia bona in eadem villa possederat, quæ iure hereditario coniectamus ad eam peruenisse a patre suo *Hatholdo* atque auo suo *Walhone*. De villa Tinchilburg in pago Hessi Saxonico.

Ab anno 949vſque 965 regnante Ottone I.

§. 404.

Tradidit rothuuarduſ pro ſe et coniuge ſua uuindilmod II familiaſ in *hallu.* (h)

§. 405.

De villa Hallu in pago Tilithi.

(h) Villam *Hallu ad pagum* eſſe relatam *Tilithi*, refert nobis Saracho abbas in Regiſtro. Significari cenſemus vicum *Halle*, locum principatus Wolferbuttelenſis, intra præfecturam Wickenſen. Ephoriæ eccleſiaſticæ ſedes inde Beueram fuit translata a. 1734. Ad diœceſin Hildesheimenſem olim ſpectaſſe locum, patet ex eo, quod in eadem regione locus Puregritte et fluuius Wabeche termini erant parochiarum Mindenſis et Hildesheimenſis eccleſiæ, teſte diplomate in Lunigii *Reichs-Archiv Spicil. Eccleſ.* P. II. im Anhang p. 105. Anno 1056 prædium quoddam in villa, quæ *Hallo* dicebatur, comparauerat ſibi Eilbertus, abbas Abdinghovianus tertius, a Thanemaro et huius heredibus XX marcis. Eodem tempore villa *Hallo* erat in comitatu Bernhardi ducis ſita, teſte diplomate in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 548, niſi malueris deſignari locum *Halle*, quem iuxta monaſterium Wildeshuſen poſuit auctor *Compilationis Chronolog.* T. II. S. R. B. Leibn. p. 62. Comitatui Euerſteinenſi olim adnumeratam fuiſſe villam *Hallu*, *in pago Tilithi* ſitam, negari ſane non poterit. Quamuis enim e litteris, iam ſupra (§. 398) allatis iudicium facere liceat, vicum *Halle* anno 1551 ad dynaſtiam Homburgicam fuiſſe relatum; putamus tamen, ibi de ſolo vico Krepe id adfirmari: Comprobamus id ipſum litteris Erneſti, ducis Brunſwicenſis et Luneburgenſis ad annum 1594, in quibus viro nobili Statio, de Munchhauſen dicto, in feudum conferuntur bona, quæ Vde de Halle *a dominio Euerſteinenſi* quondam ex feudi beneficio tenuerat. Hæc complectebantur prædium cum aliquot manſis, in vico et iuxta vicum *Halle* ſitum, prædium in Perdeſtorp, item die *Grundhöfe in Borkenſtede* et vicum *Buye* cum eorum partibus adnexis. Sane quondam poſſediſſe comites de Euerſtein in villa *Halle* bona hereditaria, conſtat e litteris *Ottonis comitis dicti de Euerſtein*, in quibus anno MCCXL. indict. XIII. *legat eccleſie Amelungesbornenſi cenſum nouem talentorum prope Hemmentorpe poſt ſuum et uxoris ſue obitum in eleemoſynam, deinde receptis XL talentis Hildeneshemenſis monetæ eidem plane renuntiat, ac eccleſie Corbeienſi, a quo hoc feudum porrigebatur, in compenſationis vicem tradit cenſum per bona ſita in Halle, eumque ab abbate in feudum ſuſcipit, et inſuper duo talenta ex nouem talentis predictis a fratribus Eſchwino et Henrico, militibus de Steinberg, redemit. Teſtes huius rei erant Fredericus præpoſitus, Albertus Præpoſitus, Conradus, Lodewicus, et Hermannus comites de Euerſtein, omnes fratres prædicti Ottonis: milites Albero de Herſtelle, Henricus dapifer, Henricus Rebok, Lodewicus Mucke alique, Alberto filio Ottonis in caſtro Holtesminne cenſum in manus Amelungesbornenſium reſignante, præſente abbate Theodorico.* Huius autem facti conſenſionem impertiuit eodem anno abbas noſter Corbeienſis, Hermannus, diplomatis, quod e membrana huc inſerimus, interuentu. En illud.

Jn nomine ſc̃ē et indiuidue trinitatis. Hermannuſ dei gr̃ā Corbeienſis abbas. uniuerſis Xp̃ī fidelibus in ꝑpetuum. Quotiens id a nob̃ petit᷑ quod rationi conuenire dinoſcit᷑ nec unde n̄r̄ā ecc̃lia ꝑgrauatur. animo nos decet libenti concedere. et petentiū deſideriis effectū congruū exhibere. hinc eſt quod piis ꝑcib⁹ uiri nobilis *comitis Ottonis de Euerſtein* benigne añuẽtes cenſū nouē talentoꝝ. de ſalinis in *hemmendorpe.* quem a nob̃ in feodo tenuit. et conſenſu n̄r̄ō ecc̃lie b̃te marie uirginis in *Amelungeſborn* in eleemoſinā obtulit. ob ip̃ius dilectionē et inſtātiā cū capituli n̄r̄ī et miniſterialiū conniuentia eidē ecc̃lie contulim⁹ cū omni ꝑprietatis iure ꝑpetuo poſſidendū. uerū ut nos indemnitati ecc̃lie n̄r̄ē nihilomin⁹ cauerem⁹. bona quedā. que dicunt᷑ Ekhof ſita in *halle* de-

cē

§. 405.

Tradidit reginolduſ pro uuindilburg I familiam in *lengithi.* (i) et gubernante Corbeiam Gerberno.

§. 406.

cē ſcilicet manſos ab eodē comite recepim⁹ in reſtaurationē. dicta bona ſibi ut cenſū tenuerat ſalinarum in feodo ⁹cedētes. p̄terea ſciendū. quod cū idem uir nobilis cū uxore ſua p̄fatū cenſū. poſtquā humanitatis debitū adīpleſſent. eccl̄ie in eleemoſinā ſpecialiter delegaſſent. ob uarietatē cauſarū diatim ēergētiū īt' īp̄m comitē et eccl̄iam ſic̄ conuenit. quod receptis XL. talentis ꝫildenſ. monete omni ēolūento quod ex eiſdē ſalinis tempore uite ſue conſequi poterat. plene renūciauit. inſup et duo talenta ex p̄dictis VIIII. a fratrib⁹ *Eſchwino* et *ꝫenrico militib⁹ de Stenberch* iure feodali poſſeſſa datis eiſdē fratrib⁹ talentis XIII. expediuit. ꝫui⁹ itaq̧. actionis ueritas ut apud poſteros n̄r̄os ꝑpetuo rata et incōuulſa ꝑmaneat. p̄ſentē paginā inde cōſcriptā eidē eccl̄ie dedim⁹ cū añotatiōe teſtiū et ſigilli n̄r̄ī imp̄ſſiōe inſignitā. Teſtes autē ſunt *Conrad⁹ p̄poſit⁹ corbeienſis. Timmo p̄poſit⁹ de monte martis. Striger⁹ portari⁹ corbeiēn̄. Johannes de ſanctis* monach⁹ et camerari⁹ in Amelungeſborne. milites. *Arnold⁹ de ꝫauerſuorde. Arnold⁹ de Paderborne. Reimbert⁹ de Emenchuſen. Theodoric⁹ de Emenchuſen.* Johannes Leſchebone et alii q^{a}m plures. Acta ſunt h̄ anno d̄n̄īce incarnat. M^{o}. CC^{mo}. XL°. indictione XIII^{a}. regnante Frederico Romanorū impatore et ſemp Auguſto. inter

Sigillum appenſum vide in Tab. VI. num. 4.

Cum itaque vicus *Halle* olim fuerit ditionis Euerſteinenſium Comitum, ex eo collegimus, *Rothwardum*, qui obuias in eodem vico duas tradidit familias eccleſiæ Corbeienſi, ad comitum Euerſteinenſium progenitores referendum eſſe. Confer. ſupra §. 104 not. (n).

(i) *Lengithi* villa erat ſita *in pago Logne*, teſte abbate Sarachone in Regiſtro B. et P. Abb. Corb. Deſignatur villa vel *Groſſen Lengede* vel *Kleinen-Lengede*, in principatu Gottingenſi ſub præfectura Niedeck adquieſcens. Hunc vicum probe diſcernas velim a vico *Lengede*, qui eſt in præfectura Peina, et a vico *Lengede*, quem complectitur præfectura Wiedelah, in Hildesheimenſi epiſcopatu clara. *Reginoldus*, qui *Lengithi* villa pagi Logne quædam tradidit eccleſiæ Corbeienſi, procul dubio ad progenitores comitum, de Northeim et Daſſel adpellatorum, ſpectauit, vti eius dona et nomen, quod inter illos crebro repetitur, videntur declarare. De villa Lengithi in pago Logne.

§. 406.

Ab anno 949 vsque 965. regnante Ottone I. et gubernante Corbeiam Gerberno.

Tradidit alfricus pro patre suo ottone quandam partem salinarum in *stesforde* (k) et oparium fil.

§. 407.

De villa Stesforde in pago Sueuon.

(k) *Stesforde* villa tribuitur ab abbate Sarachone in Registro sæpissime laudato ipsi *pago Sueuon.* Hunc trans Bodam fluuium in diœcesi Halberstadensi olim conspicuum fuisse, demonstrauimus iam supra (§. 358), perhibentes, significari oppidum *Staſurt*, fluuio Bodæ adiectum, quod ætate nostra pars est Magdeburgensis ducatus. Salinas in eo reperiri, *comitesque de Plozzike*, qui a *comitibus de Conradesburch* descendunt, in eo olim bona hereditaria possedisse, lippis fere et tonsoribus notum est. Merito igitur *Alfricum*, qui pro patre suo *Ottone* sita in eodem loco bona hereditaria ecclesiæ nostræ largitus est, pro autore et fatore *comitum de Conradesburch* habemus, neque sperare non possumus, eruditos nostræ sententiæ calculum suum adiecturos esse.

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DVODECIMA,

IN QVA

EXPONVNTVR EA,

QVAE TEMPORE

CORBEIENSIS ABBATIS

L V I D O L F I

TRADITA SVNT ECCLESIAE CORBEIENSI

AB ANNO 965 VSQVE AD 983.

IMPERANTIBVS

OTTONE PRIMO

ATQVE

OTTONE II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 407.



radidit *bunico* pro patre ſuo *hoia* in *thieddegeſhuſ* (l) XX. iugera et I iurnalem.

tradidit *thangmaruſ* pro fratre ſuo *bunicone* I. iurnalem et XV iugera in eadem uilla et in *aldanthorpe* (m).

§. 408.

(l) *Thieddegeshus* villa erat *in pago Suilbergi* ſita, teſte abbate Sarachone. Obuerſatur menti vicus deſolatus *Thidexen*, olim haud procul ab oppido Einbeck in ducatu Grubenhagico obuius prope vrbis portam, quæ vocatur adhuc porta Tidexenſis. De villa Thieddegeshus in pago Suilbergi.

(m) *Aldanthorpe* itidem exſtitit *in Suilbergi pago*, eodem referente Sarachone. Indicatur vicus *Aldendorp* deſolatus, oppidum inter Einbeck et *Saltz der Hellen* olim reperiundus. Ex hoc ſitu locorum iam ſupra §. 104. not. (†††) et §. 377. coniectauimus, *Buniconem*, *Thancmarum* atque *Hojam* fuiſſe e celebratiſſima ſtirpe Widikindea procreatos. Vnico die et eodem menſe tam *Thancmarum* quam *Buniconem* hæc bona dediſſe, affirmare non audemus, niſi quis perhibere malit, *Thancmarum* loco fratris ſui *Buniconis* tradidiſſe bona, ad villam *Thieddegeshus* ſita. Hoc nobis videtur omnino probabiliſſimum. Putamus enim, ei hæc a *Thangmaro* data eſſe bona, cum eius fratris *Buniconis* corpus ingenti languore ſine viribus ægrum iaceret. Referunt enim Corbeienſes noſtri in Chronico MSpto et coætaneo, *anno DCCCCLXVII. virum nobilem Buniconem ope ſanctorum Viti et Iuſtini, quorum corpora in monaſterio noſtro, noua Corbeia appellato, quieſcunt, a grauiſſimo morbo liberatum eſſe eumque ergo pro gratitudine vtrique fieri feciſſe nouam ciſtam argenteam.* Quibus e verbis diſcimus, *Buniconem* anno 967 laboraſſe morbo, et credidiſſe, ſe ope dictorum Sanctorum recuperaſſe ſanitatem. Cum autem Corbeienſes noſtri *Buniconem* appellarint *virum nobilem*, eo ipſo indicarunt, illum e familia quadam illuſtriſſima fuiſſe ortum. Perdiuitem fuiſſe eum, intelligitur et patet ex eo, quod totam ciſtam argenteam donare valuerit. Ampla enim iſta et inaurata ciſta erat, in qua olim Corbeienſes noſtri corpus S. Viti recondebant. Eam in baſilica ſublimem collocabant, vt ab omnibus conſpici poſſet. Hoc ipſum ex membranis Corbeienſibus annotatum deprehendimus. Cum vero ex eodem chronico appareat, *Buniconem* eandem tradidiſſe ciſtam, præſidente ſuis Abbate *Luidolfo: Gerbernus* enim anno 965 XIII. Kal. April. mortuus, eodemque anno *Luidolfus* iterum, eodem Chronico teſte, ordinatus erat; cuilibet facillimum intellectu erit, nos oportuiſſe ab De villa Aldanthorpe in pago Suilbergi.

§. 408.

Ab anno 965 vsque 983 imperante Ottone I.

Tradidit gerfridus in *ladricun* et in *brokhuſ* (n) I familiam et LX. iugera.

§. 409.

hoc §. 407 inchoare novam traditionum noſtrarum partem. Cui conatui optime congruunt ea, quæ mox ad §. 409 dicturi ſumus. Præfuit autem *Luidolfus* abbas abbatiæ noſtræ ab anno 965 vſque ad 983, quo, teſtante Chronico laudato, mortuus fuit. Inter hæc autem *Otto* Magnus, Romanorum imperator Auguſtus, obiit, eiuſque filius *Otto* ſecundus anno 973 ſuſcepit regnum. Nonnihil ergo ſequentium traditionum incidit in tempus imperii *Ottonis I.* Reliqua ad tempus regnantis *Ottonis II* quadrant.

De villis Ladricun et Brokhus in pago Nithega.

(n) Villæ *Ladricun* et *Brokhus* tribuuntur ab Abbate Sarachone *pago Nithega.* Hæc enim eius in Regiſtro ſunt verba: *In Ledriken et Brokhuſen in pago Nithega continentur LX iugera, quę habet menigo, et perſoluet XX modioſ ſiliginiſ, XIII oueſ, et VI pannoſ.* Quibus e verbis dilucet, locum *Ladricun* non procul a villa *Brokhus* exſtitiſſe. Vnus enim colonus tam in *Ladricun*, quam in *Brokhus*, illa LX iugera tenuit. Hanc vero rationem nobis diu fuiſſe incompertam, fatemur. Ad fluuium Netham in diœceſi Corbeienſi reperitur vicus quidam Brockhuſen ſeu Bruchhauſen, inter Otbergen atque Hemſen vicos ſitus. Hunc diu habuimus pro villa *Brokhus.* Sed quamuis intercedat inter *Brokhus* et *Brockhuſen* maxima ſimilitudo, non vidimus tamen, vbi villam *Ladricun*, non procul a vico illo Brockhuſen locatam, invenire deberemus. In eam igitur deuenimus cogitationem, per villam *Brokhus* deſignatum fuiſſe *Borkhuſen*, non procul ſitam ab oppido Borgentrick in epiſcopatu Paderbornenſi. In eadem enim regione locus quidam non procul ab inferiori Natzungen reperitur, quem incolæ vocant *Leverenſieck* Hunc a villa *Ladricun* nomen accipere potuiſſe, cogitauimus. Quemadmodum in Weſtfalia pro Leder (corio) olim dixere Ladder, ita ex *Ladricun* facile formari potuerunt voces *Ledriken*, et ex *Ledriken* Leveren. Particulam autem Sieck tandem addere accolæ potuerunt a ſolo riuis ſcatente. *Sieck* enim denotat ſolum, in quo multi ſcaturiunt riuuli. Hæc ſi tibi minus placeant, edoce nos meliora. Gratum certe in nobis ſemper inuenies animum. Villam itaque noſtram *Brokhus* probe diſcernas velim a vico *Brockhuſen*, ſito ad Netham fluuium. Nec hic confundendus cum comitatu *Brokhuſen* in Weſtfalia. Præter opinionem hic fuit aberratum ab eruditiſſimo Dño Eratho, fautore noſtro eximio, in *Conſpectu Hiſtoriæ Brunſuico-Luneburgicæ*, ſpeciatim in *Bibliotheca Brunſuicenſi* fol. 17. num. 439. Agenda enim, quæ l. c. adducuntur, edita ſunt non pro comitatu Bruchuſano, ſed vico Bruchhauſen, qui in principatu Corbeienſi eſt ſitus. Id ipſum recte obſeruauit Dom. Hermannus Caſp. König, iam apud Rintelenſes paſtor vigilantiſſimus, in *Bibliotheca Agendorum eccleſ.* p. 102 ſeqq. Deinde etiam hic vicus diſtinguendus eſt a *Brokhuſen*, qui viſitur non procul ab vrbe Suſato; tum a *Brochuſen* et *Brochuſen* villis, quarum altera erat prædiolum ſeu *Vorewere* ad curtem Enenhus, altera ad curtem Bekina ſpectans et in epiſcopatu Paderbornenſi ſita; denique a *Brokhuſen* in comitatu Lippiaco, villa, quæ non procul ab Harentrup diſtat. Cum autem in villa *Borkhuſen*, haud procul ab oppido Borgentrick reperiunda, comites Waldeccenſes bona teneant, quæ ipſi conferunt nobilibus dominis de Spiegel in feudum, teſtibus litteris ad annum 1407, probabiliſſima ex coniectura *Gerfridus*, qui in eadem villa tradidit bona, idem, vel eius patruus fuit, qui infra §. 426 quædam largitus eſt, ſita ad villam Tithemudele in pago Itergowe. Ad ſtirpem Widekindeam eum retulimus ſupra §. 104. not. (†††) Exſtinctis enim Bunichonis poſteris, bona eorum peruenisſe ad Sualenbergenſes et Waldeccenſes comites, non ambigent ei, qui in ea hiſtoriæ parte fuerunt verſati.

(o) *Lu-*

§. 409.

et gubernante Corbeiam Luidolfo.

Tradiderunt udo et amelungus pro patre suo billing et matre hildiburg duas familias in *ludulfinhus* (o) et iugera CXX et IIII iurnales.

§. 410.

De villa Ludulfinhus in pago Logne.

(o) *Ludulfinhus* villa fuit, Sarachone teste, *in pago Logne.* Procul dubio designatur vicus *Ludolfshusen*, in principatu Gottingensi in praefectura Fridland obuius. Sed quis, quaerimus merito, *Billingus* est, pro quo bona intra eandem villam sita traduntur? An pater *Herimanni*, Saxoniae ducis? Ita videtur nobis. Billinganos enim in pago Logne bona quaedam possedisse, iam supra §. 104. not. (w), cum viro illustri Grubero consentientes, diximus. Sin vero *Billing* fuit pater *Herimanni* ducis; *Amelungum* fuisse oportet episcopum Verdensem. Duci enim *Herimanno* fuisse fratrem *Amelungum*, episcopum Verdensem, refert Annalista Saxo p. 302. Hic *Amelungus* erat, Ditmaro p. 337 seq., et Chronico nostro Corbeiensi, testibus, Brunonis, monachi e Corbeia nostra, antecessor. Eundem *Amelungum* iam anno 937 praefuisse ecclesiae Verdensi, comprobari potest e diplomate Ottonis Magni, quod post Meibomium, Sagittarium, Hahnium, e MSpto edidit I. G. Eccardus in *Historia Genealog.* p. 135 seq. dummodo hoc diploma fuerit genuinum. Datum id est XI kal. Octobris anno 937 Indictione XI. Sed diei 21 Septembris non erat coniuncta indictio XI, sed IX. Quemadmodum vero speramus, hoc sphalma, quod alias ipsi diplomati falsitatis notam maculamque inurere posset, ex ipso autographo emendari posse; ita statuimus, iam anno 937 *Amelungum* rexisse ecclesiam Verdensem. Diu sane praefuisse *Amelungum* Verdensi episcopatui, patescit e Ditmaro, referente p. 338, illum *in bona senectute obiisse* ad III. nonas Maii. Quo anno *Amelungus* vitam cum morte commutauerit, eique Bruno successerit, in annalibus veterum aetate aequalium scriptorum relatum non legimus. Si Bruno monasterium Ullesheim iam anno 960 fundasset, prouti dominus Conf. aul. Erath in *Conspectu Hist. Brunf. Lun. p.* 8. cum Schloepkenio perhibet, *Amelungus* anno 960 non amplius in viuis fuisset, neque fides stare posset Annalistae Saxonis, qui p. 302 mortem eius ad annum 962 refert. Ante annum 973 obiisse *Amelungum*, non dubitamus, quoniam id certum est. Otto enim I Brunonem, monachum Corbeiensem, *Amelungo* episcopo statuit successorem, teste Ditmaro p 338. Eumdem Brunonem rursus mortuum fuisse VII. id. Martii a. 976, idem Ditmarus retulit p. 342. Quidquid ergo de huius Brunonis papatu quidam blaterant, nugae sunt. *Amelungum* iam anno 972 vitalem auram reliquisse, patet ex decreto synodi Ingelinheimensis, quod e membrana in *Historia* nostra *Corbeiensi* producemus. In eo enim iam ad annum 972 obuius est Bruno, Verdensis Episcopus. Illud sane falsum est, Brunonem iam anno 960 fundasse monasterium in Ullesheim, prouti in *Historia monasterii Ullesheimensis* demonstrabimus. Scriptura certe cathedralis ecclesiae Verdensis multis scatet naeuis. Perspicitur praeterea e Chronico nostro Corbeiensi, *Amelungum* nondum anno 962 e vita exiisse. Hae enim, quas damus, traditiones docere nos possunt, eum adhuc anno 967 vitalem auram traxisse. Alium enim ibi per *Billingum* designari, quam patrem ducis *Herimanni*, nobis persuadere non possumus. *Billungum* animam reddidisse creatori anno 967 iam supra §. 104. not. (w) e fastis Corbeiensibus MSptis commemorauimus. Cum hisce Chronicon Corbeiense MSptum et coaetaneum accuratissime concordat. Quodsi autem *Amelungus* fuit frater *Herimanni* ducis, *Amelungus* autem filius *Billingi*; tunc sequitur, et *Billingum* fuisse patrem, et *Udonem* fuisse fratrem ducis Saxoniae *Herimanni*. Eum cum Otto I iam anno 937 *principem militiae* constituisset, teste Widekindo nostro p. 643; idem Widekindus p. 644 eundem *Herimannum* iam ad annum 938 optimo solidoque iure ducem potuit appellare. Nihil ergo rationis videmus, quae nos impediat, quo minus *Udonem*, cuius filius *Geuehardus* anno 938 occisus est in Badiliki, habeamus pro fratre ducis Saxonum *Herimanni*, cum ex his traditionibus discamus, *Udonem* fuisse fratrem *Amelungi*, et ea propter etiam fratrem *Herimanni*.

Ab anno 965 vsque 983 imperante Ottone I.

§. 410.

Tradidit tiadmaruf I familiam in *ſcattun* (p) pro coniuge ſua rainmod.

§. 411.

Tradidit liudhariuf pro filio ſuo tiadmaro in *rothem* (q) XXXXIIII. iugera.

§. 412.

De villa Scattun in pago Fleithi.

(p) Villam *Scattun* fuiſſe *in pago Fleithi*, docet nos abbas noſter Saracho in ſuo Regiſtro B. et P. A. C. Pagum *Fleithi* exſtitiſſe circa oppidum Gandersheim, atque in præfectura Winrzenburg in Hildesheimenſi epiſcopatu, iam vidimus ſupra. Vbi autem villa *Scattun* exſtiterit, non ſatis eſt in expedito. Infra vicum tamen Bodenburg, qua itur ad villam Oeſtern per viam regiam, olim ſita fuit villa *Scatten*. Superſunt reliquiæ, pauci incolæ habitantes locum accliuem, adpellatum vulgo *Scattenberg*. Interim pagus *Fleithi*, in quo ea exſtitit villa, anſam nobis præbet ſtatuendi, *Tiadmarum*, qui bona huius pagi nonnulla Corbeienſibus largitus eſt, progenitoribus Northeimenſium comitum videri inſerendum. Hos enim eadem in regione bona tenuiſſe hereditaria, ſupra vidimus. Si coniectura aliquid adſequi licet, ſtatuendi ſere ſumus auidi, *Tiadmarum* fuiſſe filium Sigifridi IV, fratremque Borchardi et Sigefridi V. Videri poteſt nomen *Tiadmaro* noſtro obtigiſſe, ab auo petitum.

De villa Rothem in pago Derlingo.

(q) Villa *Rothem* erat *in pago Derlingo*, teſte Sarachone in Regiſtro ſita. Pagus Derlingo erat in ducatu Brunſuicenſi et quidem in præfecturis Wolfenbuttel, Campen, Gifhorn, Königslutter, Warberg, Schöningen, Dalen et Heſſen, ſitus, vti iam comprobauimus in *Braunſchweigiſchen Anzeigen* anno 1745. et ſupra §. 15. In eadem autem regione viſentibus ſe offert primo vicus *Rothen*, iter dimidiæ horæ diſtans ab vrbe Brunſwiga, hodie dictus *Rauten*. Hunc ſignificant ſequentes, nondum editæ, litteræ, quas cum lectore libet communicare.

Ek *Laurentius von Honlege* unde *Hanſſ von Honlege* geñ. *Laurentius ſone* bekenne openbar in duſſem breue vor uns unſe eruen unde vort vor alsweme dat wy upgenomen unde empfangen hewen van dem erſamē Hennige Dañañe borger to brunſſwigk drittich gude rinſche gulden an redem golde de wy vort in unnſe unde unſer eruen nut witlick gewant unde gekert hewen. Hiruor hewen wy denen obgeñ. Hennige Dañañ ſynen eruen unde Hewer duſſes breues mit orem guden willen rechts unde redelickes kopes verkofft unde in ore were gelaten Eine houe Landes to *Rothen* im Gerichte to Wullffl. unde eynen kothoff mit alle oren Rechticheiden unde tobehoringen in aller mathe unde wiſſe de an uns dorch tilen Lutterden zelgen vortedegeth unde lehnloſſ geworden is, alſſo dat geñ. Heñigk Dañañ unde ſine medebenente ſeck des na orem beſten gebrucken hewen unde vor de drittich rinſche Gulden beſitten mogen, unde enwillen noch enſchullen unſſ der Houe landes unde des kothoffes mit aren tobehoringen innewendich viff jaren na dato duſſes breues nicht undernemen edder wedderkopen ſo wy des de macht in maten hir na folgende beholden hewen. Ock ſchullen unde willen wy ohne der houe landes kothoffs unde tobehoringen ore bekeñige heren unde waren ſyn unde van aller anſprake entheuen wu vaken ohm des behof unde not is, unde van uns geeſchet worde. Jdoch hewen wy uns unde unſſen eruen, wañ duſſe viff iar na dato duſſes breues verlopen ſin den willen unde de macht beholden, dat wy von ohme de obgenanten houe landes unde de kothoff mit oren tobehoringen alle jar mogen wedder kopen vor drittich rinſche gulden auer wann wy dat den willen dat Schullen wy ohme

§. 412.

Tradidit amulungeri in *heribremun* (r) XXVIII. iugera. et gubernante Corbeiam Luidolfo.

§. 413.

ohme touoren eyn ferndell iars vorkundigen unde ohme denne tome negeſt volgende ſunte michaelis dage ore drittich rinſche gulden wedder geuen ſunder allen hinder unde vortoch in der Stat to brunſſw. ſo daſſe des mechtig ſyn unde dar to dat ienne am hoff unde buwete gebettert unde gebuwet. ower alle puncte uñ artikell duſſes breues ſouen wy *Laurentius* uñ *Hans von Honlege* ſone unde vader vor uns unde unſſe eruen unuerbroken ſunder all liſte unde geuerde woll to holdende uñ hewen des to bekentniſſe unſe inſeggel vor uns unſſe eruen witlik doñ hangen an duſſen breu na Criſti gebort verteynhundert darna in deme achten unde negentigeſten jare am dage Sancti viti.

Wy *Hinrick* de elder vonn Gots gnaden *Hertoge to brunſwig unnd luneborg* etc. bekennen openbar in und mit duſſen breue vor uns unſe eruen und alſſweme, So alſe *Laurentz* und *Hans ſin ſohn von Honlaige*, up einen wedderkop verkofft heben eine Houe landes belegen to *Rothen* jn unſem gerichte to Wulffenbuttel und einen kothoff mit allen gerechticheiden unnd tobehoringen Heninge Dañañe unſem borger to brunſwig und ſinen Eruen vor enne ſomen geldes na Lude der breue darouer gegeuen dat ſo dan mit unſem wetten willen und fulborde geſchen iſt, bewilligen und fulborden dat iegenwerdigen jn crafft duſſes breues, und oft de vorgeſchreuen gudere als de von uns to lehne gann verleddigen eddes loiſſworden wo dane wiſſ dat geſche, So willen wy dee nicht vorlehenen vorſetten verkopen noch neyne wiſſ dorch uns odder andere anemathen dem gñten Hennige Dañanne edder ſinen eruen und mide benompten ſie touorn ore gelt na lude der breue vernoget und betalt ahn alle geuerde. To orkunde heben wy unſe Jngeſegell vor uns und unſe Eruen an duſſen breu wetlken doin hengen na Criſti unſes Hñ gebort vertein Hundert jm acht und negentigeſten Jaren am Sonnauende na inuōcāñ. ſancti Steffani.

Deinde eſt in eodem tractu vicus *Rethem* in præfectura Giſhorn, tum *Roden* in præfectura Fallersleben, et denique *Rade* in præfectura Kneſebeck in Principatu Luneburgico, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in Ohrdorf. Quænam ex his villis deſignetur, in medio relinquimus. Occaſio erit de ea cauſa pluribus diſſerendi in *Clientela Corbeienſi*. Quæcunque autem illa ſit villa ſiue *Roden* ſiue *Rethem* ſiue *Rothen*, ambigere tamen non poteris, *Tiadmarum*, pro quo pater *Liudharius* eadem bona tradidit, fuiſſe illum, quem anno 982 Corbeienſes noſtri elegerunt in Abbatem. Cum enim ille anno 966 monaſterio Corbeienſi ſe adgregauit, procul dubio illum per integrum annum probarunt, an aptus eſſet ad tolerandum vitæ monaſticæ onus. Adprobato igitur ſpecimine inclitum anno 967 inter monachos receperunt, ex quo monaſticam ediderat profeſſionem. Ex quo apparet, hanc traditionem eſſe peractam non anno 955, ſed anno 967, eodemque tempore adhuc vixiſſe auum Ditmari epiſcopi Merſeburgenſis, quippe qui anno 982 demum mortuus eſt, vti §. 188. pluribus comprobauimus argumentis.

(r) *Heribremun* villa collocatur ab abbate Sarachone *in pago Pathergo*. Indicatur vicus *Herbram*, in epiſcopatu Paderbornenſi ſitus. Diſcernenda ergo hæc villa eſt 1) a vico *Herbirun* in Emslandia non procul ab Aſchendorp, qui fortaſſe eſt Heribrunno villa, quæ anno 890. ſpectauit ad patrimonium Wicberti epiſcopi Verdenſis, teſtante *Chronico Verdenſi* Tom. II. S. R. B. Leibn. p. 214. De villa Heribremun in pago Pathergo.

Ab anno 965 vsque 983 imperante Ottone I.

§. 413.

Tradidit bardo pro coniuge sua alfred I familiam in *aldanthorpe* (f).

§. 414.

Tradidit folcred pro se I familiam in *tithemudele* (t) tradidit landuuard pro filio suo gelo in *uuidenbrukin* (u) I mansum et I iurnalem.

§. 415.

Tradidit erp pro filio suo uuikiero XXX iugera in *mangereshus* et I iurnalem (w).

§. 416.

Tradidit folckier pro filio suo raginuuardo in *astereshus* (x) XX. iugera et I iurnalem.

§. 417.

2) ab *Herberen* vor der Numborch, de quo loquuntur litteræ supra §. 216 not. (H) allatæ, 3) ab *Herberen* in episcopatu Monasterienſi non procul a monasterio Cappenberg, et 4) ab *Herborner marca* in comitatu Nassouico, cuius meminit illustris D. Io. Georg Estor in *Anal. Hass. Collect.* II. p. 297. et ad quam referuntur loca Akensteden, Aslar, Berghusen, Werdtorf, Eringeshusen, Dilnheime, Duphusen, Katzenfort, Odingen, vici *uff der Lempe*, Koelshusen, Breidenbach, Bechlingen, Dreisbach et Niederlempe. An *Amulungeri*, qui in vico *Herbram* quædam donauit, ad familiam Widikindeam sit referendus nec ne, in medio relinquimus. Fortasse is pater erat Amelungi comitis, qui tempore Meinwerci fuit aduocatus Paderbornensis.

De villa Aldanthorpe in pago Suilbergi.

(f) *Aldanthorpe* erat *in pago Suilbergi*, abbate Sarachone teste. Designatur Aldendorp locus, olim non procul ab oppido Einbeck obuius in Principatu Grubenhagico. *Bardo* ergo esse videtur Bardo II, filius Bardonis I Widikindei, vel huius, scilicet Bardonis I, nepos.

De villa Tithemudele in pago Itergowe.

(t) *Tithemudele* tribuitur ab abbate Sarachone in Regiſtro B. et P. A. C. *pago Itergowe*. Designari intelligimus vicum Dommel, in præfectura Eisenberg in comitatu Waldeccensi conspiciendum.

De villa Widenbrukin in pago Sudergo.

(u) *In pago Sudergo* erat sita villa *Widenbrukin*, Sarachone teste. Videtur significari locus Widenbrück, ad Amasim fluuium in præfectura Reckenberg situs, ad iura spectans episcopi Osnabrugensis. Concessit anno 952 Otto I episcopo Osnabrugensi Drugoni in eodem loco monetam et publicum mercatum, testante diplomate in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I p. 294. et Chronico Osnabrug. T. II. S. R. G. Meibomii p. 203. Bruno episcopus Osnabrugensis anno 1258 voluit et definiuit, vt præpositus in *Widenbrugge* de capitulo Osnabrugensi debeat assumi: et Widekindus eiusdem sedis episcopus, natus de comitibus in Waltegge, anno 1268 ex consilio sui capituli et ministerialium Wilhelmo, dicto Lyntberg militi, dapifero suo, molendinum in *Wydenbrugge*, prope longum pontem situm, concessit l. c. p. 218 seq. conf. etiam si placet l. c. p. 220. 230. et 263. De *Landwardo*, qui in eodem loco bona quædam tradidit ecclesiæ Corbeiensi, egimus supra §. 104 not. (n) et de ipsis his bonis in *clientela Corbeiensi* fusius commentamur.

De villa Mangereshus in pago Almunga.

(w) De villa *Mangereshus*, quæ, Sarachone teste, erat *in pago Almunga*, et de Erpone confer supra §. 400.

De villa Astereshus in pago Hrecwiti.

(x) *Astereshus* villam tribuit Saracho in Regiſtro *pago Hrecwiti*, atque designasse videtur vicum *Osterhus*, in episcopatu situm Osnabrugensi. De *Folckiero* eiusque filio *Raginwardo* confer §. 104. not. (n) vbi eum inter progenitores comitum *de Tecklenburg* retulimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 417.

et gubernante Corbeiam Luidolfo.

Tradidit oddo pro propinquo ſuo godſcalco in baldualdun (y) XXX. iugera et I iurnalem in *aieſhuſ* (z).

§. 418.

Tradidit tiadharduſ pro filio ſuo thiadmaro in *marungun* (a) in uico qui dicitur *thiedreſſun* I familiam.

§. 419.

Tradidit bernhard pro filio ſuo uolcmaro in *amaleueſhuſ* (b) I. manſum et I iurnalem.

§. 420.

Tradidit uolcmaruſ pro fratre ſuo tiadmaro et matre eiuſ quidquid habuerunt in *hauerga*. (c)

§. 421.

De villa Baldvaldun in pago Heſſi Franc.

(y) Villam *Baldualdun* fuiſſe *in pago Heſſi Franconico*, docet nos abbas noſter Saracho, probabiliter indicans vicum *Battenfeld*, haud procul a Battenberg in Haſſia conſpicuum.

De villa Aieshus in pago Loginaegowe.

(z) *Aieshus* villa collocatur ab eodem Sarachone *in pago Loginacgowe*, quem ad fluuium Lanam, dictum nunc *die Lahn*, in Haſſia exſtitiſſe, iam ſupra vidimus. Quamuis autem ſitum villæ *Aieshus* nondum accurate definire queamus, concluſimus tamen ex ſitu harum villarum in Haſſia ſitarum, *Oddonem* fuiſſe dominum in terris Haſſiacis præpotentem. Reputamus ergo eum pro *Ottone*, filio Conradi IV, ac pro nepote Ottonis I, cæſaris, ex filia. Chronologia ſane huic ſententiæ non repugnat. Si enim *Luitgarda* Ottonis cæſaris filia, teſte Lamberto Schafnabrugenſi, nupſit Conrado ad annum 949, *Otto* noſter in lucem ſuſcipi potuit anno 950. Habebat igitur *Otto* anno 973, quo hæc bona tradita eſſe videntur, ætatis annum XXIII. Pater eius *Conradus* iam anno 955. IV. id. Aug. in prælio occubuerat, uti iam ſupra §. 216. e Chronico noſtro coætaneo docuimus. Erat autem *Otto* abbatis noſtri *Luidolfi*, cui hæc bona tradidit, cognatus. Si enim, vti probabiliſſimum eſt, *Luidolfus* abbas fuit filius *Hogeri* aduocati Corbeienſis talis *Luidolfi* atque *Ottonis* cognationis gradus exſtitit:

Luidolfus dux Saxoniæ vxor Oda.

Otto illuſtris dux Saxoniæ.	Luidolfus II.
Heinricus auceps rex.	Hogerus aduocatus Corbeienſis.
Otto M. † 973.	Luidolfus Corbeienſis abbas † 983.
Luitgarda † 953. vx. Conradi † 955.	
Otto	

Sed quis *Godſcalcus* erit, qui in traditione noſtra appellatur propinquus *Oddonis*? An *Oddonis* ſororius? An frater coniugis *Oddonis*? An ille Guntheri comitis et marchionis Miſnenſis, anno 982 mortui, frater fuit? Fortaſſis hoc momentum vltimum eſt veritati conſentaneum.

De pago Marungun.

(a) *Marungun* poni pro pago, res ipſa docet. Docet id præterea Regiſtrum Sarachonis, quod villam *Thiedreſſen* collocat in pago *Marungo*. Quanam in regione hic pagus collocandus ſit, indicant villæ, quæ eidem pago tribuuntur. Hæ ſunt pagi Marungen, a ſolo lutoſo dicti, villæ: 1) *Morunga*, teſtantibus diplomatibus ad annos 1016, 1075. Ipſa videtur eſſe *Moringen*, oppidum in principatu Göttingenſi. 2) *Thiedreſſen*, quæ erit *Dentenisſen*, villa deſolata in eodem principatu, olim iter dimidiæ horæ ab oppido Moringen ſita, et 3) *Holthuſan*, quæ item villa deſolata, quondam dicta Holtenſen, et in præfectura Moringen reperta eſt. De *Tiadhardo* ciuſque filio *Thiadmaro* egimus ſupra §. 104. not. (l) conf. infra §. 439.

De villa Amaleveshus in pago Suilbergi.

(b) *Ameleueshuſa* erat *in pago Suilbergi* ſita, abbate Sarachone teſte in Regiſtro. Deſignatur vicus *Amelſen* in præfectura Hundesruck, olim in comitatu Daſſelienſi, hodie autem in Hildeſienſi epiſcopatu. De Bernhardo conf. ſupra §. 104. not. (l).

De villa Hauerga.

(c) Villa *Hauerga* in noſtro Regiſtro non reperitur. Neſcimus ergo an ſit vna eademque cum Hauerga, quæ teſte diplomate Heinrici regis ad annum 1011 erat in comitatu Haholdi poſita, an vero ſit alia.

Ab anno 973 vsque 983 regnante Ottone II et gubernante Corbeiam Luidolfo.

§. 421.

Tradidit herimannus comes I familiam in *erpeshus* (d).

§. 422.

Tradidit herimannus pro se et coniuge sua imman et matre sua alcfried quidquid habuit in *thieddegheshus* (e).

§. 423.

Tradidit *luidolfus* comes quidquid habuit in *uuerethun* (f).

De villa Erpeshus in pago Logne.

(d) *Erpeshus* villam collocat abbas noster Saracho *in pago Logne*, qui erat in principatu Göttingensi. Sine dubio itaque intelligitur vicus *Erbsen* in iudicio Adelipsen. De *Hermanno* comite vide, quæso, supra §. 104. not. (l).

De villa Thieddeghes-hus in pago Suilbergi.

(e) *Thieddeghesbus* villam fuisse *in pago Suilbergi*, docet abbas Saracho in Registro. Intelligimus ergo, designari vicum desolatum *Thidexen*, haud procul ab vrbe Einbeka situm in Principatu Grubenhagensi. Cum vero in eadem villa Widikindei bona hereditaria tenuerint et tradiderint, *Herimannum* ad Widikindeos posteros retulimus supra §. 104. not. (u)

De villa Werethun in pago Nithega.

(f) Villam *Werethun* retulit abbas noster Saracho *ad pagum Nithega*. Ex quo patet, vicum indicari *Werden*, ad Wiseram in Corbeiensi abbatia situm. Eadem ergo villa est, in qua olim, testante §. 149, *Hadwi* ducis *Ecberti* filia, ac ducis *Luidolfi* soror, bona quædam tradiderat. Atque ex eo concludimus, ex eodem germine, quo *Hadwi* prædicta fuit nata, ortum quoque fuisse *Luidolfum* comitem, qui in eadem villa largitus est ecclesiæ nostræ, quidquid habuit. Cum itaque e diplomatibus cæsareis, supra §. 139. et §. 324. adductis, pateat, comitem quendam *Luidolfum* in pago Nitherfi vel Nithega anno 965 et 980 fuisse aduocatum Corbeiensem, ea in sententia obfirmati sumus, eundem *Luidolfum* aduocatum hæc, in villa *Werethun* sita, bona Corbeiensibus tradidisse. Grandem natu fuisse illum, cum hæc largitus esset, probabilissimum est. Apparet enim ex §. sequenti 425, Asiconem ac Thiadricum, Comites, bona sua tradidisse anno 984, et quidem eo tempore, quo abbas *Luidolfus* non amplius in viuis erat. Quo ipso denuo docemur, comitem *Luidolfum* anno circiter 982 munera sua contulisse ecclesiæ Corbeiensi. Facile ideo credimus, comitem *Luidolfum* adhuc tempore abbatis *Luidolfi* muneribus suis ornasse abbatiam nostram, cum comes *Luidolfus*, et *Luidolfus* abbas consanguinei fuerint, vt e sequenti genealogico schemate apparet:

Luidolfus dux Saxoniæ.

Luidolfus II.	Hiddi.
Hogerus aduocatus Corbeiensis.	Bruno.
Luidolfus abbas Corbeiensis † 983.	Luidolfus com. aduocatus Corbeiensis 965. 980.

Diu autem post hæc vixisse nec abbatem nec comitem cognomines, probabilissimum est. Abbas, sanctitate apud suos clarus, mortuus fuit anno 983, Id. Augusti, id quod e chronico nostro Corbeiensi sæpissime excitato didicimus. Errat ergo Antonius Schnackenburgius in *Annal. Corb.* T. II. Leibn. p. 302, dum mortem abbatis nostri Luidolfi ad annum 990 retulit. Antonio calculum nostrum hic addere non licet. Ipse Antonius l. c. affirmat, papam Iohannem confirmasse anno 989. omnia priuilegia Corbeiensium. Si Antonius igitur has bullatas litteras perlegere voluisset, facile is suum errorem potuisset cognoscere. In eisdem enim bullatis litteris iam mentio iniicitur *Dithmari*, abbatis monasterii, quod vocatur noua Corbeia. Porro idem Antonius e diplomate Ottonis III ad annum 987 dato, discere potuisset, dummodo id voluisset inspicere, se toto cœlo errauisse. In eo enim diplomate, imperator meminit Thietmari, Corbeiensis ecclesiæ abbatis. Frustra itaque ab eodem Schnackenburgio commemoratur, *Luidolfum* anno 987 diuersa emisse et commutasse bona, prædia, mansos, pascua et *ligneta*, eundemque abbatem anno 988 in Sollingo construxisse oratorium, honori S. Bartholomæi apostoli dicatum, cuius in vigilia primus fundamenti iactus sit lapis. Eodem autem anno, quo *Luidolfus* abbas e vita emigrauit, vitam cum morte commutauit *Otto II* imperator, Chronico nostro coætaneo et MSpto teste. Cum ergo parti duodecimæ colophonem imponere libet, sectione sequenti ostendemus, bona, abbate *Thiatmaro* suis præsidente ab anno 983 vsque ad 1001, tradita esse Corbeiensibus, regnante Cæsare Ottone III.

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA TERTIA,

IN QVA

RECENSENTVR BONA TRADITA

SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS

THIATMARI

AB ANNO 983 VSQVE AD 1001.

REGNANTE

ATQVE

IMPERANTE

OTTONE TERTIO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 424.

Tradidit immed pro halui proximo ſuo in *meynmodeſhuſ* (g) I familiam.

§. 425.

Tradidit thiadolfuſ pro ſe et fratre ſuo bernhardo I familiam et I manſum in *holtuſ* et in *lindduri* (h)

tradidit aſic comeſ pro fratre ſuo luidhario II familiaſ et I manſum in *eccanhuſ* (i)

tradidit thiadricuſ comeſ pro ſe coniuge ſua et liberiſ I manſum et II familiaſ in *lauingi* (i).

§. 426.

(g) Villa *Meynmodesbus* tribuitur ab abbate Sarachone in R. B. et P. A. C. *pago Enterigawi*, quem in comitatu Hoiano ad Viſurgim et porro Mindam vſque quondam exſtitiſſe, iam ſupra diximus. Quinam vero vicus an *Mellinghuſen* ſeu *Millinhuſen* ſub præfectura Siedenburg, vel *Maieſen* ſub præfectura Hoia, vel *Maeſen* ſub præfectura Siedenburg, vel *Maleringhuſen*, vel *Meininghuſen* ſub præfectura Alten-Bruchhauſen deſignetur, definire nondum audemus. Illud interim nobis probabile videtur, *Immedum*, qui in hac villa bona ſua tradidit, ad Widikindeam gentem, quæ eadem in regione bona poſſedit hereditaria, ſpectaſſe. Fortaſſe is erat pater Meinwerci, epiſcopi Paderbornenſis, *Immedus*. Quem niſi credas ſubeſſe, eius, qui bona tradidit, Immedi genealogicam copulam cum ſtirpe Widikindea monſtrare perquam erit difficile. Quis *Halui* eius proximus fuerit, latet. De villa Meynmodeshus in pago Enterigawi.

(h) *Holthus* et *Lindduri* villæ erant, eodem Sarachone teſte, *in pago Agrotingun*. Deſignari vicos *Holthuſen* in comitatu Lingenſi, et *Linderen* in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, ſtatuimus. Cum autem eadem in regione comites Tecklenburgici bona ſua hereditaria habuerint, *Thiadolfum* et *Bernhardum* ad progenitores comitum Tecklenburgicorum et Lingenſium retulimus §. 104. not. (n). De villis Holthus et Lindduri in pago Agrotingun.

(i) Villas *Eccanhus* et *Lauingi* exſtitiſſe *in pago Derlingo*, docuit nos Saracho abbas l. c. *Lauingi* villa procul dubio eſt locus *Lauingen* intra præfecturam Königslutter in Principatu Wolferbuttelano. Quænam autem ſit villa *Eccanhuſia*, in diſceptationem venit. In cenſum veniunt villæ haud vnæ, vel vicus *Eicen* iter dimidiæ horæ De villis Eccanhus et Lauingi in pago Derlingo.

Ab anno 983 vsque 1001 regnante Ottone III.

§. 426.

Tradidit thiadmarus pro se I familiam in *thiekburiun* (k). tradidit gherfridus pro se I molam ad *tithemudele* (l).

§. 427.

Tradidit ekbertus (m) pro proximo suo thiadmaro clerico I familiam in *berghstallum* et pro se IIII mansos et iugera XV in *nathesungun.*

§. 428.

horæ distans ab oppido Scheppensted in Principatu Wolfenbuttelæ, vel vicus *Eikhof* intra præfecturam Gifhorn. Negare autem non audemus, indicari præterea posse villam quandam desolatam, cuius situs nobis nondum cognitus est. Arbitrari libet, *Asiconem*, *Luidharium* ac *Thiadricum* comites progenitoribus comitum Walbeccensium, Supplinburgicorum ac Sommerschenburgicorum, quorum bona hereditaria quondam in pago Derlingo sita erant, inserendos esse, et propterea eos consanguineos abbatis Corbeiensis *Thiadmari* fuisse. Vidimus enim iam supra §. 188 et § 411, *Thiatmarum* abbatem fuisse filium dicti *Luidharii*. Arbitramur itaque porro, eandem consanguinitatem, *Asiconi* et *Thiadrico* cum abbate nostro *Thiadmaro* intercedentem, impulisse eos, vt dona memorata in villis prædictis ecclesiæ nostræ tradiderint. Occasio autem eadem bona tradendi erat præsentia ducis *Heinrici* in monasterio nostro Corbeiensi. De ea quidem iam supra §. 104. not. (n) et §. 188. e Chronico nostro coætaneo et Ditmaro episcopo Merseburgensi egimus. Heic vero versus eam debemus in memoriam reuocare, vt pateat cunctis, eadem hæc bona fuisse tradita anno 984, cum *Asic* ac *Thiadricus* comites in nostro monasterio præsto erant et se *Heinrico* duci conciliare tentabant. Hic vero illos fauore dedignabatur suscipere. Alio tempore eosdem comites intra abbatiam fuisse nostram, non legimus. Credimus ergo, magna veritatis specie moti, eos anno 984 bona illa sua ecclesiæ Corbeiensi dedisse Abbatem nostrum totumque conuentum Corbeiensem ægre tulisse, quod patrui sui a duce Heinrico contemti fuerant cum fastu, quilibet facile cogitare et sibi persuadere potest. Minime itaque mirum videri nobis debet, si illi Comites omnem mouerunt lapidem, vt ducem *Heinricum* apud omnes et amicos et cognatos suos inuisum redderent. Nec eos vindictæ cupidos ab infectando illo destitisse prius, quam *Heinricum* ea potestate priuarent, qua gaudebat imperioque imminebat, facile est diuinatu.

De villa Thiekburiun in pago Nithega.

(k) Villa *Thiekburiun* collocatur ab abbate Sarachone l. c. *in pago Nithega*, quem in episcopatu Paderbornensi ad fluuium dictum die Neite exstitisse, iam supra vidimus. Quo autem in loco eadem villa steterit, nondum indicare possumus. Fortasse illa latet in castro Dringenberg, haud procul a castro Driborg in episcopatu prædicto. Si autem is locus non placet, placet fortassis locus, vbi adhuc reperitur mola dicta die Tuckmühle, quæ a villa nostra nomen retinuisse videtur, quæque ad nobiles dominos de Spiegel pertinet. Interim *Thiadmarum* poteris referre ad familiam Brunonianam. Probabilissime is erat *Thiadmarus*, qui fuit filius *Brunonis* et pater *Efici*, de quibus egimus supra §. 104. not. (n)

De villa Tithemudele.

(l) *Tithemudele* villam esse eandem villam, quam supra §. 414 *in pago Itergowe* deprehendimus, e nostro patet Registro. Refert enim eandem villam Saracho ad *Itergowe pagum.* Statuimus ergo, intelligi vicum *Dommel* in præfectura Eisenberg in principatu Waldeccensi. De *Gherfrido* conf. §. 104. not. (†††).

De Ekberto monoculo. De villa Berghstallum in pago Derlingo.

(m) Præstantissimum aggredimur §. multum facientem ad veram demonstrandam originem Brunsuicensium comitum. Opus itaque erit, vt omnia in eo explicemus planissime. Quod ergo primum ad villam *Berghstallum* attinet, tribuit eam Saracho abbas in suo Registro *pago Derlingo*, atque eam ob causam putamus, intelligi vicum *Berfel* haud procul ab oppido Osterwick in principatu Halberstadensi, ad iura spectantem dominorum de Rossing, eumque probe discernendum

et gubernante Corbeiam Thiatmaro.

dum esse 1) a *Borstel* in præfectura Furstenau in Osnabrugensi episcopatu, 2) a *Borstel* in præfectura Nienburg, 3) a *Lutgen-Bostel* in præfectura Hoja, 4) a *Borstel* in præfectura Siedenburg, 5) a *Borhel* in præfectura Stoltzenau, 6) a vico *Borstel* ad monasterium Heiligenrode in præfectura Sieck spectante, et 7) a *Borstel* in præfectura Westen in comitatu Hojano. *Nathesungun* villa porro fuit, eodem Sarachone l. c. teste, *in pago Nithega*, quem in episcopatu Paderbornensi exstitisse, iam sæpius diximus. In eodem autem episcopatu haud procul ab oppido Borchholte olim duæ fuere villæ dictæ *Natzungen*, quarum altera appellata *Nederen-Natzungen*, quæ desolata est, altera autem adhuc supereſt, atque hæc nominatur *Natzungen*, iacetque inter Borgentrich et Borcholte oppida. Quondam in eadem villa erant quidem ministeriales Corbeienses dicti de *Nathesungen*, vti testantur litteræ abbatis Wibaldi, quas accipe:

De villa Nathesungun in pago Nithega.

CJn nōīē sc̄ę et indiuidue trinitatis *Wibaldus* dei gratia Corbeiēn. ec̄clię abbas omnibus successoribus suis in ppetuum. Notum sit omnibus Corb. ec̄clię fidelibus tam p̄ntibus quā futuris quod *Conradus* ministerialis nr̄ *de Nathesungen* duo molendina in uilla *Horhusen* quę beneficium suum erant coram frīb⁹ et ministerialib⁹ Corb. ec̄clię nobis resignauit ea conditione ut post obitum eius et uxoris ipsius frīb⁹ Corbeiēn. p̄tinerent ipsi autem interim de eisdem molendinis usum fructum accipiant et pro recognitione solidū unum frībus annuatim p-soluant cum uero alteruter eorum decesserit unum molendinum frēs recipiant quod decem solid. soluit reliquam u molendinum cum alter obierit quod item decem solid. reddit. Et sic utraq;. ad anniuersarium utrorumq;. fratrib⁹ seruiant. mansum quoq;. unū in *Nathesungen* qui soluit quīq;. solid et XII. iugera in uilla *puchusen* quę reddunt solidū unū de patrimonio et hereditate sua idem *Conrad⁹* quia heredem non habuit p remedio animę suę ita ordinauit ut tres solidi ad luminare b̄tę marię uirginis in cripta et alii tres ad anniuersarium filię suę post mortem suā annuatim p̄tineant. Domum etiam quandam *katherbike* quam a nobis habuit in beneficio resignauit ea ⁹ditione ut eam fratribus Corbeiēn. in festo conceptionis sc̄ę marie semp uirginis ad caritatem ordinarem⁹ quod et fecim⁹ ita scilicet ut ipse *Conrad⁹* et *uxor ei⁹ Athelheidis* quam diu uiuerent eā domū non tamquā beneficium sed quasi officium tenerent ut solidum unum pro recognitione frībus annuatim inde darent post obitum u eorum tota dom⁹ pensio quę in X solidis constabit fratribus remaneret et infirmari⁹ Corb. hanc domū ordinet ut fratrib⁹ inde in p̄scripto festo caritatem p̄curet. Sicut itaq;. dictum est constituim⁹ et de manu prioris eādē domū quam diu uixerit recipere eum fecimus. Et ne *uillic⁹* eiusdem dom⁹ *Gerhard⁹* sc̄il. et filius ipsius de administratione proiiciantur quamdiu censum p̄soluere poterunt firmiter decreuimus. Sed et quędam *mancipia* idem *Conrad⁹* ad seruitium p̄dictę festiuitatis altari b̄ti Viti tradidit quorum hec sunt nomina. mater *winnike* filia ei⁹ *mareburch* filię istius sunt *mechtilt iudita witike maregart geremot* filius *Bern.* item *Herebort Heinric.* filię *mechtildis Athelgart mareburch.* item *Hildewe. Aluerat. Herrat osterlinc.* quęcunq;. istarum feminarum nupserit pro precio pudicitię dabit ad altare duos solidos: quicunq;. puerorum pfectę etatis a seruitio patris liber esse uoluerit det sex denarios ad altare et seruiat cui uoluerit excepto si idoneus est ut mansus aliquis ei committatur. Ut ergo hęc omnia frībus Corbeiēn. p ōīā futura t̄pā nullus successorum nr̄ōz. uel aliquis hominum sine uoluntate et conniuentia eorum refringere uel auferre p̄sumat sub inuocatione diuini nominis patris et filii et sp̄ūs sc̄i et sub interminatione tremendi iudicii dei hęc eis confirmamus et testib⁹ annotatis Sigillo nr̄ō corroboram⁹. Hi affuerunt: tota congregatio frūm Corbēī. ministeriales autem *Elueric⁹. Thideric⁹. Liudolfus. Rabano. Helmwiguſ. Godescalc⁹. Conrad⁹. Conrad⁹.* item *Conrad⁹. Reinherus. Eremfridus. Folwinus. Wernherus* et alii multi.

Ab anno 983 vsque 1001. imperante Ottone III.

ti. Actum Corbeię anno dn̄icę incarnationis M. C. LIII. III. kal. martii. anno u prelationis dn̄i *Wibaldi* in Corbeicn̄. ecclia VII.

Sigillum vide in Tab. VI. num. 5.

Hæ litteræ datæ sunt anno 1153, prius scilicet, quam abbas noster *Wibaldus*, imperatorem in Italiam est secutus. Et quamuis eis significetur, *Conradum*, ministerialem *de Natheſungen*, hereditatis fuisse exsortem, accipiendum tamen id ita non est, quasi nullus dominus de *Natheſungen* superstes remanserit. In litteris enim comitis Lodewici, de Euerstein dicti, infra (§. 466) producendis, ad annum 1280 datis, deprehendimus *Iohannem de Nateſungun*, qui anno 1276 consul fuit ciuitatis Huxariensis, vti comprobant litteræ sequentes, quas e membrana adiungere volupe est. En illas.

Anno dn̄i M. CC. LXX VI. die sc̄orum Fabiani et Sebastiani. Nos *Volcmarus de Brunswik. Gobertus comes dictus Beſeworn. Johannes de Natezungen. Nicolaus de Luchteringen. Hermannus Rodolfi. Arnoldus dictus Byls. Arnoldus de Volteſſen. Sifridus* p̄mus. *Syfridus de Halleſſen. Henricus monetarius. Johannes dictus Borcholt.* consules constituti ciuitatis Huxariensis. Notum sit omnib. ad quos hoc scriptum puenerit. quod nos in honorē sc̄e uirginis genetricis dī marie sartoribus in n̄r̄a ciuitate Huxariensi ꝑmorantib⁹ dedim⁹ unam fraternitatē. que uulgari nomine *gilda* nuncupatur. talem statuentes pactionem. ut si aliquis extran⁹ p̄dc̄a fraternitatem uelit acquirere. det I talentum cere ad candelam factam marie uirgini et IIII *ſolido⁹ graues*. quorum duo cedent consulibus et duo in usum fraternitatis p̄taxate. Ne igitur imposterum oriatur dubitatio de hoc facto. p̄sentē paginā conscribi fecim⁹ et n̄r̄ē ciuitatis sigilli munimine roborari. Datum Huxarie anno incarnationis dni p̄notato.

Sigillum vide in Tab. V. num. 3.

Inprimis autem memoratu dignissimus est *Bertoldus, de Natezungen* dictus, cuius meminerunt litteræ Hermanni comitis de Euerstein, anno 1393 datæ. Ipsas litteras huc inseruisse multis, vti speramus, erit gratissimum:

Wy *Herman Greue to Euerſteyn* bekennen in dussem breue de besegelt is myd unsem segel vor uns uñ unse Eruen uñ eyndrechtich syn geworden myd unsem Heren Abbede *Boden* synen nakomelingen des stichtes *Corueye* uñ myt dem capitele darsulues in dusser wise alse hir na geschreuen steit. Alzo dat wy uñ unse eruen willen uñ scollet vorwaren unser beyder deyl *des ſlotes Holteſmyñe* myt tobehorūghe truwelike na alle unser macht an borghe an vorborghe an Wicbelde uñ wo et uns to ghevallen is uñ noch mach van dem ghewynne dat wy daran gewuñen hebben van dusser neygesten tocomende vort ouer dre Jar na gifte dusses breues uñ dar scollen se uns to itlikem Jare uñe geuen vif lodige mark to iuweliken paschen eder to twe punt peninghe vor de mark alzo to *Huxere* gynghe uñ geue is. ock scol wy uñ unse eruen an dussem vorg. *Holteſmyñe* vorbuwen sestich lodige mark eder so twe penighe alzo to *Huxere* ginge uñ geue is. Bynnen dussen vere Jaren vorg. alzo twintich lodige mark an deme torn uñ dertich lodige mark an eyme hus uppe der borch uñ teyne an eynen vorwercke uñ dusse

duſſe ſeſtich lodige mark vorgeſcr. ſcal abbet *Bodo* uñ ſine nakomelinge uñ ſyn capitel uns half weder geuen edder io *twe punt peñighe vor itlike mark* alzo to *Huxere* ginghe uñ geue is. Unde wat uns duſſir vorg. drier Jar gulde uñ des geldes dat wy daran vorbuwet heden entſeten worde na vorlope duſſer vorgnten drier Jar dar ſcol wy dat ſlot *Zolteſmȳne* vore ynne beholden alzo lange wente uns dat deget uñ al betaled wert uñ wen uns dat betaled is ſo ſcol wy dem vorg. unſem heren abbet *Boden* ſynen Nakomelingen uñ ſynē capitele *Zolteſmȳne* weder antworden in ere were uñ to eren rechte in alle in ſyner wyſe alze uns dat beuolen hebbet. Et en were dat uns dat afghinge an unſen dangh eder myd gewalt afghedrungen ſo ſcolde wy dat holden na utwyſinge der *vorbunt breue* de wy over dat ſlot *Zolteſmȳne* gegheuen hebbet uñ al de wyle dat wy dat ſlot ynne hedden van erer wegen ſcal dat des vorgeſcr. unſes heren abbet *Boden* ſynen nakomelingen uñ ſines capitels uñ by namen der van *Zuxere* open ſlot ſyn to alle eren noden uñ ſe ſcollen uns uñ unſen eruen vor ſcaden bewarn. Un were ok dat wy dar wat to gewunnen dar ze uns behulpich to weren dat unſer māne nicht en were dat wolde wy myt en deylen wen wy en ere ſlot wedder antworden alzo vorgeſ. ſteyd. Uñ wy *Zerman greue to Euerſteyn* vorg. hebbet al duſſe vorg. artikle uñ eyn iuwelck beſundern en truwen gelouet uñ an de hylghen geſworen myt upgerichtē liſliken vleſliken vyngeren uñ ſtatten eyden vor unſe eruen ſtede uñ vaſt to holdende ane argeliſt. vort mer wend dat ienich borſt edder bracke an duſſen vorgeſ. artiklen uñ puntten ſammet edder byſundern ſcheghe wo de to komen des hebbe wy gebeden unſe vrunt de hir na geſcreuen ſtad greue *Henrike to perremunt unſe Broder Bertolde von Natezungen Corde Rebocke* vor uns to louende. Uñ wy *Zenrik greue to Perremunt* vorg. *Bertold von Natezangen Cort Rebock* bekennet in duſeme ſelven breue dat wy hebbet ghelouet uñ louet uñe bede willn greue *Zermans greue to Euſteyn* vor en uñ ſine eruen myt ſameder hand wend dat ienich borſt edder bracke geſcheghe alze vorgeſcreuen ſteyd den borſt edder bracke ſcolde wy bynnen verteȳnachten eruullen wanne wy daruñe gemant wurden in unſe hus edder in unſe ieghenwordicheit eder dem portener dar wy wonhaftich ſint werd dat wy daz nicht en deden ſo ſcolde wy ynryden to *Zuxere* uñ dar nicht ut de borſt und brake worde deger uñ al eruult unuortoget. uñ wy borgen vorgeſcreuen louet dit in guden truwen al duſſe vorgeſcr. article uñ puntte ſamed uñ biſundern ſtede uñ vaſt toholden an argeliſt. werd ok dat duſſer vorg. borghen welk aff velle dat got friſte dar ſcolde wy greue *Zerman* vorgeſcr. edder unſe eruen bynnen eynen mande eynen andern alzo gud in de ſtede ſetten uñ de ſcolde louē in eyme ſunderlicken breue al duſſe ſtucke vorg. uñ artikle to holdende uñ de bref ſcolde duſſeme unſchedelick ſyn. al duſſe vorgeſcr. article uñ puntte hebbe wy *Zenrich greue to perremunt. Bertolt van Natezungen.* Cort Rebock. uñe bede willen uñ ghelouffte Greuen *Zermās tzu Euſteyn* to tuchniſſe uñ mer kuntſcap ſemptlichen unſe ſegele gehangen an duſſen breff. Datū anno dñī M. CCC. XCIII. in die marci.

et gubernante Corbeiam Thiatmaro.

Ex his *Hermanni comitis de Euerſtein* litteris primo concluſimus, *Henrici comitis de Perremunt* patrem dictum *Hermannum* anno 1393 intra diem palmarum et diem Marci evangeliſtæ fuiſſe mortuum. Sunt enim aliæ litteræ ad manus, in quibus die palmarum *Hermannus comes de Perremunt* filium ſuum *Henricum* adhuc nominat domicellum, qui in his litteris appellatur comes, et probabiliter, *Hermanno* patre ante diem Marci mortuo, regimen comitatus Pyrmontani ſuſceperat. Deinde autem cenſemus, in eiſdem litteris verba, *unſe Broder* (frater noſter) ad *Henricum comitem de Perremunt* referri non poſſe.

Nec

Ab anno 983 vsque 1001 regnante Ottone III.

Nec de sororio ea explicari queunt. Comitis enim *Henrici de Perremunt* vxor erat soror Mauricii et Henrici comitum de Spegelberge, testantibus ipsius comitis Mauricii litteris ad annum 1418 datis, quas ex autographo in *Historia Corbeiensi* producemus. *Bertoldus* ergo, *de Natezungen* dictus, frater *Hermanni comitis de Euerstein* fuerit oportet. Dolemus, quod eius sigillum est fractum, siquidem alias *Bertoldi* origo Euersteinensis euidentius posset demonstrari. Probabiliter autem *Bertoldus* ille se eo modo dominum de *Natesungen* dixit, quo se Otto VII, *de Euerstein* comes, nominauit *dominum de Buren*. Id eos hanc ob causam fecisse putamus, quia hic in vico Buren, ille vero in vico *Natesungen* arces seu domicilia et quædam bona habuerunt, quæ ex hereditate progenitorum suorum ad eos videntur fuisse deuoluta. Cum itaque Euersteinenses comites e Brunoniana stirpe sint orti, arbitramur, eos quoque, qui in villa *Natesungen* bona hereditaria tenuere, ex eadem gente manasse.

Nomen *Brunonis, episcopi Herbipolensis*, persuadere nobis potest, ad Brunonianam stirpem illum spectasse. Quamuis enim sciamus, alios eum dicere Conradi Carinthiæ ducis filium, alios cæsaris Conradi II patruelem, alios eiusdem Conradi e sorore nepotem et materna prosapia comites Querfortenses attingentem; negamus tamen, id vllo testimonio scriptoris coætanei comprobari posse: censentes, epitaphium, quod Bruschius illi Herbipoli factum scribit, nec esse ætatis supparis nec genuinum, sed a recentioribus profectum positumque. Cognatum fuisse eum cæsaris Conradi II, negari non potest. Saxonem fuisse illum, veritati æque consentaneum est. *Brunonem* in collegio Goslarienſi præpositum egisse, tradit monachus Hamerslebiensis Tom. II. S. R. B. Leibn. p. 507. Cum autem anno 1034, quo *Bruno* Meginhardo Wurtzburgensi episcopo successit, teste *Chronica Augusti*. Tom. I. S. R. G. Freheri p. 495. de collegio Goslarienſi constituendo nondum cogitatum fuerit, *Brunonem* inter Goslarienses præpositos referre non possumus. Præpositus fortasse is erat in Harzburgensi collegio, inprimis quod, cognatione propinqua cum cæsare Conrado *Brunonem* coniunctum fuisse, credimus. Conradum enim Harzburgense monasterium vehementer dilexisse, perhibent. Quonam cognationis gradu *Bruno* cæsarem Conradum contigerit, id ipsum patet e Chronico nostro Corbeiensi et coætaneo, in quo annotatum legimus, *Brunonem, episcopum Wirziburgensem, Brunonis aduocati Corbeiensis patruum anno MXLV. obiisse*. Ex hoc testimonio colligimus, *Brunonem*, episcopum Herbipolensem, ipsius cæsaris Conradi priuignum fuisse. Id vero vt curate ob oculos ponamus, schema quoddam genealogicum inserere libet, ex quo eius copula consanguinitatis, intercedens Brunonianæ domui et Cæsari Conrado II, disci potest et oculis ipsis manibusque contrectari. En illud:



Comi-

Comites *Hiddi* ac *Luidolfum* fuiſſe filios *Brunonis* ex Gisla natos, demonſtrauimus iam ſupra §. 104. not. (n) *Luidolfum* comitem præterea fuiſſe patrem *Brunonis* aduocati Corbeienſis, atque *Ecberti* marchionis; l. c. itidem comprobauimus. Quodſi itaque *Bruno* epiſcopus Wirziburgenſis fuit patruus *Brunonis* aduocati Corbeienſis, ſequitur, eidem epiſcopo fuiſſe patrem *Brunonem* et fratres *Hiddi* ac *Luidolfum* comites. Neminem ergo negaturum cenſemus, *Brunonem*, epiſcopum Wirziburgicum, filium eius fuiſſe *Brunonis*, quem comitem appellant Brunſuicenſem. Id enim ipſum comprobant bona, a Brunone epiſcopo per hereditatem paternam poſſeſſa. Ea erant in Paderbornenſi epiſcopatu ſita, et quidem haud procul a villa noſtra *Natheſungen*, quin immo in ipſa villa Natheſungen. In villa *Sunrike* ampliſſimum Epiſcopus habuit prædium. Villa hæc olim conſpicua fuit in fecundo et fertili ſolo non procul ab oppido Borgentrick, dudum vero deſolata eſt, vt præter rudera et templi veſtigia nihil amplius ſuperſit, ex quo incolæ in oppidum Borgentrick vicinum demigrarunt. Tabulas, quibus demonſtramus, eadem bona fuiſſe *Brunonis* epiſcopi, e MSpto adiungimus haſce:

er gubernante Corbeiam Thiatmaro.

C *Bruno* annuente diuina gr̃a wirzeburgenſiſ ep̃uſ notum eſſe uolumuſ nunc et ſemper poteſtati regię omniq;. pontificali dignitati pariterq;. illuſtribuſ uiriſ ducibuſ marchionibuſ comitibuſ omnibuſq;. Xp̃i fidelib. maxime autem ſucceſſoribuſ ñr̃iſ quod curiam quandam in patherburnenſi epiſcopatu ſitam ex re nomen habentem *ſunrike*. id eſt. *regnum ſingulare*. quam *ex paterna* poſſedimuſ *hereditate* ob eternę remunerationiſ ſpem obtulimuſ deo ſc̃oq;. martyri eiuſ kiliano cum omnibuſ appendiciiſ ſuiſ. videlicet miniſterialibuſ litonibuſ mancipiiſ agriſ cultiſ et incultiſ pratis paſcuiſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ piſcationibuſ molendiniſ ſiluiſ uiiſ et inuiiſ exitibuſ et reditibuſ queſitiſ et inquirendiſ uſq;. in ſecula ſeculorum. hec uero ex ſincera deuotione oblatio et iuſta traditio ñr̃a quo ordine et tempore facta ſit quia non minuſ patere uolumuſ ſcriptiſ approbamuſ quod in die natiuitatiſ ſc̃i Iohanniſ baptiſtę in ec̃clia completo ſermone ad populum audiente clero et populo a p̃dicta curia propoſitum deteximuſ ſed effectui mancipare uſq;. in diem aſſumptioniſ ſc̃ę marię uirginiſ induciauimuſ ut ſi forte quiſ per compoſitaſ rationeſ uoluntati et deliberationi ñr̃ę contradicere uellet ſe tum p̃ſentię ñr̃ę exhiberet. ſuper qua re accepto conſilio ex prudentia fidelium ñr̃o̅rum decreuimuſ annuatim dum uiueremuſ confratribuſ ñr̃iſ in feſto b̃ti patroni ñr̃i martyriſ kiliani ſex ſalmoneſ et in feſto ſc̃i andreę ap̃li ad ueſtituram eorum quadraginta marcaſ argenti procurare ex ſupra dictiſ p̃dictę curię utilitatibuſ et de ceteriſ nondum expoſitiſ nec in pagina exponendiſ quia in duabuſ tabuliſ ereiſ concatenatiſ in capella *ſunrike* locatiſ litteriſ legibilibuſ inſculptiſ ſemper quantitaſ reperitur. de exitibuſ et redditibuſ de cultiſ et incultiſ et de ſinguliſ ſupra nominatiſ quę ſacerdoti qui eidem preſit capellę deo ſuiſq;. ſeruiendo queue nobiſ iuſtitie ſeu *ſummo uillico* ñr̃o̅ debeatur reperiuntur et *attinenteſ proprietati* ñr̃ę *miniſterialium iure* in eiſdem tabuliſ ſuiſ nominibuſ ne illorum poſteritaſ a ſuo iure poſſit alienari. illi quoq;. ſuiſ nominibuſ de utroq;. ſexu qui duoſ fundoſ *cerę* quolibet anno perſoluant et de cetero *ab omni exactione* tam priuata quam communi *liberi* quam diu uiuant exiſtant item *litonum* iuſtitia prout exigit utilitaſ et neceſſitaſ de ſinguliſ ſingula ut ſint in memoria a generatione in generationem. preterea talem obtinere iuſtitiam *litones non uxoratos* ſtatuimuſ ut uno anno duobuſ ſolidiſ leuiſ monetę ſeruitium ſuum redimant uel ſeruiant et altero anno non ſeruiant nec ſeruitium redimant ſed indigentię et utilitati ſuę

Ab anno 983 vsque 1001. regnante Ottone III.

consulant. femineo autem sexui redemtionem XII leuium nummorum statuimus. *ministerialibus* uero *nris* hoc officium iniungimus ut singulis anni tantum IIII. ex eis in tempore messis ad p̄dictam curiam ueniant et *uillico* consulant ut una cum illo de reditibus uniuersis debitum exquirant et suscipiant. quorum unum nomine richboldum pre ceteris nobis familiarem transtulimus in consortium et ius ministerialium ecc̄lie n̄r̄e cui cum femina quedam libera et liberis orta parentibus nomine richere legitime nupsisset mansos duos in *natesingun* cum omnibus attinentibus utrisq;. in beneficium concessimus. insuper quod et illa arbitrata fuit ut libertate sua et eodem beneficio cum posteritate sua potiretur. his itaq;. ordinatis circa que plurimum regni celestis desiderium studiosos nos reddidit et sollicitos statuimus ut post exitum uite n̄r̄e fidelis in domno frater ep̄alis dignitatis in ecc̄lia wirzeburgensi successor quolibet anno in festo s̄c̄i michaelis cum duobus canonicis suis et X. militibus *sunrike* ueniat ibiq;. tribus septimanis et ultra ad *placitum* queq;. pertractando permaneat et *uillicus* ei cum subditis uillicis de omnibus uoreuuerken cum multa copia seruiat conuocatisq;. ministerialibus et tota familia in die s̄c̄i michaelis eos conuiuio participare faciat et adductis secum canonicis II poledros dari iubeat sicq;. quolibet anno incipiens a summis et prioribus ecc̄lie sue usq;. ad infimos eandem gratiam impendat. *ministerialibus* autem qui tempore messis cum uillico exploratores totius reditus et debiti extiterint similiter II poledros dari iubeat. in p̄memoratis quoq;. tabulis ereis legendo iura et instituta n̄r̄a p̄uideat et de CCCVIII mansis et de quam plurimis rebus eidem curie attinentibus uniuersum debitum eodem tempore persoluendum exquirat cuius summa CCIII marce sunt. inde VI salmones magnos satis et quinquaginta marcas p̄notato tempore domnis et fratribus persoluat inde quoq;. XII pauperibus g̃r̄a et misericordia indigentibus quo-

m

quo anno in XLa et qualibet die cuiq;. illorum pro remedio anime n̄r̄e panem unum similaceum sufficientem magnitudine tres batarios ualentem cereuisia tria allecia et in parasceue V ulnas linei panni cingulum ex coreo ceruino cultellum et uaginam calceos II. ex corio hircino procurabit amplius duas marcas argenti quas uenerabili fratri n̄r̄o *Rodhardo* ep̄o et omnibus ex diuina g̃r̄a p̄futuris patherburn. ecc̄lie ep̄is dandas aut equam tantum ualentem dispositimus eo uidelicet tenore. ut omnia bona ecc̄lie nre que longe nimis a tuitione n̄r̄a remota eis uero commode sita sunt tueantur. postquam igitur hec omnia ex attentissimi cordis n̄r̄i p̄meditatione fuerant contexta communicato canonicorum ecc̄lie n̄r̄e tam iuniorum quam seniorum consilio. quia indictus a nobis terminus dies uidelicet assumptionis s̄c̄e marie uirginis iam instabat. domnum n̄r̄ū̃m serenissimum imperatorem *Chuonradum* archiep̄ū̃m *Bardonem* confratrem n̄r̄ū̃m *Rodhardum* patherburn. in moguntina ecc̄lia conuenimus et eos multa supplicatione ad hoc induximus quod ad celebranda p̄dicte diei solemnia uenturos se *wirzeburg* promiserunt quod et adimpletum est. ipsa vero die assumptionis s̄c̄e marie nobis missam celebrantibus finito sermone ad populum sub testimonio et p̄sentia Xp̄i et p̄dictorum principum scilicet imperatoris *Chuonradi Bardonis* archiep̄i et totius ecc̄lie uota n̄r̄a deo s̄c̄oq;. kiliano in oblatione sepius denominata nulla hominum contradictione persoluimus et b̃torum petri et pauli ap̄lorum et iam dictorum ep̄or̃um n̄r̄oq;. banno et omnium animarum deo consecratarum confirmauimus ita ut quicunq;. cuiuscunq;. conditionis et potestatis homo curiam *sunrike* que oblatio n̄r̄a est ab usu ecc̄lie alienare uel presumpserit uel iura et instituta n̄r̄a qualia continent p̄sens pagina et tabule ereę aliquo modo immutauerit perpetui anathematis uinculo

culo obligatus ęternę damnationi cum iuda traditore ſubiaceat. Quare fratribuſ ñr̄ıſ tam p̄ſentibuſ quam futuriſ per uirtutem obedientię iniungimuſ ut ſi quiſ tam temerarie tam irrationabiliter agere p̄ſumpſerit ut oblationem ñr̄ām̃ a domo dei alienet in illum datam excommunicationem auctoritati āp̄licę ſignificent et ut auctoritate āp̄lica rurſum anathemate feriatur elaborent. Uolenteſ huiuſ itaq;. irreprehenſibiliſ ordinationiſ ñr̄ē firmitatem inconuulſam ſemper permanere quid qualiter actum ſit tabuliſ ęreiſ iam ſepe dictiſ annotauimuſ p̄ſentiſ chirographi paginę ſeriatim inſcripſimuſ et ſigillo ñr̄ō per p̄ſentis atteſtationis *plumbeam impreſſionem* confirmauimuſ ut ſit memoriale a generatione in generationem. Confratrem etiam ñr̄ūm̃ R. patherburnenſem ēp̄ūm̃ uirum per omnia probabilem huic actioni ñr̄ę in p̄ſenti pagina ſubſcriptioniſ ſuę atteſtatione et ſigilli ſui impreſſione teſtimonium perhibere rogauimuſ ut eiuſ quoq;. ſc̄itatiſ confirmet auctoritaſ quod ſuę et ñr̄ę ec̄clię contulimuſ. ego *Rodharduſ* dei gr̄ā patherburn. ēp̄ūſ p̄ſentiſ paginę actioni per omnia rationabiliter ſtabilitę tam ſubſcriptioniſ atteſtatione quam ſigilli ñr̄ī impreſſione teſtimonium fidele perhibeo banno ēp̄āliſ auctoritatiſ qua fungor confirmo ne hęc firmitaſ ab aliquo temere uioletur niſi eiuſ tranſgreſſio anathemate puniatur. Acta ſunt autem hęc anno d̄nicę incarnationiſ MXXXVI. indicti III. die uero ſc̄ę aſſumptioniſ uirginiſ marię. et gubernante Corbeiam Thiatmaro.

Cum vero in his litteris *Bruno* epiſcopus profiteatur, ſe bona in *Sunrike* et *Nateſungun* ex paterna hereditate accepiſſe, ſequitur exinde, patrem eius *Brunonem comitem* eadem bona iam poſſediſſe. Atque ex eo concludimus, *Ekbertum*, qui abbatiæ Corbeienſi in villa *Natheſungun* quatuor manſos largitus eſt, fuiſſe auum *Brunonis epiſcopi*, quia filii et nepotes eſſe ſolent heredes bonorum paternorum et auitorum. Fuiſſe autem *Ekbertum* hunc *Ekbertum monoculum*, patet ex eo, quod is ipſe quoque tenuit bona, in pago Derlingo ſita, in quo plura bona habuiſſe *Ekbertum* monoculum, iam ſupra demonſtrauimus. Quis vero *Thiadmarus* clericus fuerit, pro quo bona in pago Derlingo traduntur, non dilucet, non patet. Forſan is erat coniugis *Ekberti* frater. Ita autem *Ekbertus Thiadmari* ſororius fuiſſet. Nomen *proximi* in his traditionibus ita ſumi, iam ſupra vidimus. Et quantum coniectura adſequimur, *Thiadmarus* ille filius *Luitharii* ducis, ac frater *Luitharii*, *Athelberonis*, *Theodorici* atque *Aſconis* erat, a quibus ſupra §. 188. comites Walbeccenſes, Sommerſchenburgicos, Supplinburgicos et Anhaltinos deduximus. Fortaſſe cum hac femina bona quædam in pago Derlingo in manus *Ekberti monoculi* venere. Hæc autem omnia faciunt egregie ad demonſtrandam ſententiam noſtram de origine Brunſuicenſium comitum e Weſtfalia arceſſenda ac de Brunoniana ſtirpe. Quod argumentum perſpicaci lectori diſquirendum relinquimus. Nihil ergo addimus, niſi vt dicamus, nobis videri hæc ab *Ekberto* eſſe tradita vltimis regentis abbatis Corbeienſis *Thiatmari* annis. Infra enim (§. 430) iam meminere traditiones noſtræ *Retharii*, epiſcopi Paderbornenſis, qui anno 1009 fato conceſſit. Cum igitur *Thiatmarus* abbas obierit anno 1001, cui *Hoſed* ſucceſſit, qui anno 1010 animam creatori reddidit, teſtante Chronico noſtro MSpto et coætaneo, mutare neceſſum eſt conſignationem annorum, ad marginem adpoſitam. Cum vero imperator *Otto III* ad annum 1002 vitam cum morte commutauit, quo

Ab anno 983 vsque 1001 imperante Ottone III. et gubernante Corbeiam Thiatmaro.

electus est in regem *Heinricus II*, nemo non videt, bona, quorum posthæc fit mentio, esse Corbeiensibus tradita, imperantibus *Ottone III* atque *Heinrico II*. Sunrik, vox Saxonica, exponitur per regnum suum seu singulare. Saxones igitur nostri olim pro *sin*, *suo*, pronuntiarunt *sun*. Ex eadem pronuntiatione restat *Sunlehn* seu singulare prædium, priuum bonum, allodium. Hinc Iureconsulti, veteris linguæ Saxonicæ expertes, procuderunt, iudice Nicolao Hieronymo Gundlingio in *Gundlingianis*, et architectati fuerunt feudum solare.

TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA QVARTA,

QVA

RECENSENTVR BONA TRADITA

TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

HOSED

AB ANNO IOOI VSQVE AD IOIO.

IMPERANTE

OTTONE TERTIO

ET

REGNANTE

HEINRICO SECVNDO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 428.

Tradidit hoda II familiaſ unam pro ſe in *burghuſ* (n) aliam pro coniuge ſua benike in *adiſhuſ* (o).

§. 429.

(n) Villa *Burghus* refertur ab abbate Serachone *ad pagum Huuetigo*, quem in comitatibus Sualenbergico ac Pyrmontano exſtitiſſe, iam ſupra iterum iterumque vidimus. Procul dubio indicatur vicus *Borckhuſen*, non procul ab oppido Blomberg et noſtra ætate in comitatu Lippiaco eminens. In eadem villa nobiles generoſiſſimique domini, de Donop cognominati, ab eccleſia Corbeienſi bona tenent, beneficio feudi debita. Teſtantur id ipſum litteræ feudales, hunc in modum loquentes: De villa Burghus in pago Huuetigo.

Mit den gude tho *Borkhuſen vor dem Blomberge* nemlik mit enen ort landes, *de witte brede* genand, ſo vor *Borkhuſen*, und enen ort Holtes de *Helle* genand twiſchen den *Nettelberge* un der *Diſtel* belegen, wo dat in holte, felde, water, wiſchen un weyden belegen is welke guder e
ore vorelderen van uſen vorfahren un Stichte to lehn gehat beholtlick uſen Stichte iahrlik twe rynſche gold gulden.

Exponemus de hoc argumento in *Clientela Corbeienſi* copioſius.

(o) *Adishus* villam fuiſſe *in pago Nithega*, docet nos abbas noſter Saracho in Regiſtro ſæpiſſime excitato. E ſitu huius villæ intra pagum Nithega obuio colligimus, probabiliſſime eandem deſignatam intelligi, in qua olim dux Saxoniæ *Luidolfus*, teſtante §. 210, quædam tradiderat ſita. Inde porro concluſimus, *Hodam* De villa Adishus in pago Nithega.

Ab anno 1001 vſque 1010 imperante Ottone III.

§. 429.

Tradidit rainbalduſ X manſoſ in *badualdun* (p) pro thiadmaro proximo ſuo et pro coniuge ſua heteluuif.

§. 430.

Tradidit brun pro rethario ēpō I familiam in *hambanhuſ* (q) et quidquid ibi habuit.

§. 431.

dam, qui in eadem villa quædam largitus eſt, veriſimillime poſteris *Luidolfi ducis* eſſe adnumerandum. Ipſum fuiſſe *Hiddi*, qui, mortuo *Brunone* comite Brunſuicenſi, aduocatus erat Corbeienſis, audacter quidem pronunciare non audemus; confidimus tamen, neminem facile eſſe negaturum, nomen *Hiddi*, *Haddo* et *Hoda* eſſe vnum idemque, vti iam ſupra vidimus. Cum vero *Bruno*, pater aduocati Corbeienſis *Hiddi*, hoc tempore adhuc in viuis fuerit, fortaſſis noſter *Hoda* ipſius *Brunonis* comitis frater fuit. Sic autem *Hiddi* aduocatus Corbeienſis a patruo ſuo nomen ſuum accepiſſet. An *Hodæ* noſtri vxor *Benike* propter bona in pago Huuetigo poſſeſſa exorta cenſenda ſit e ſtirpe Widikindea, id in medio relinquimus.

De villa Badvaldun in pago Fleithi.

(p) Villam *Badualdun* tribuit abbas Saracho *pago Fleithi*, quem in aliqua parte Hildesheimenſis epiſcopatus ac ducatus Brunſuicenſis exſtitiſſe, iam ſupra intelleximus. An deſignetur vicus *Barveld* in præfectura Gronau in epiſcopatu Hildesheimenſi, non procul a vico Beitlen, ſtatuere nondum audemus, ſiquidem eo vſque pagus Fleithi haud procurrit. Villa hæc *Berevelte* erat anno 1022 in pago Valethungun ſeu Falhen ſita, teſtante diplomate S. Bernwardi epiſcopi Hildesheimenſis, per quam ſi denotatus intelligatur vicus *Barveld* in præfectura Gronau ſitus, *Bortfeld* in Principatu Wolferbuttelenſi ſub ephoria eccleſiaſtica Thidenſi villa *Badualdun* vicus *Barveld* eſſe non poteſt, ſed illa potius inter deſolatas villas videtur recenſenda, cuius ſitus nobis nondum eſt cognitus. Res erit plana et perſpicua, ſi e documentis monaſterii S. Michaelis in Hildesheim eruditi demonſtrant, vtrum id monaſterium bona poſſideat vel poſſederit in *Barveld*, an vero in *Bortfeld*. Quomodocunque autem res ſeſe habeat, putamus tamen, *Rainbaldum* veriſimillime ad progenitores Northeimenſium comitum referendum videri, et fortaſſe eundem fuiſſe, quem deprehendimus ſupra (§. 405). Si quid coniectando valemus, parum abeſt quin arbitremur, ſubeſſe locum Bodenburg, a caſtello poſt hæc dictum, antea adpellatum Bodfelden. Locum a Bodone fuiſſe cultum et exſtructum, vtrobique eſt verum.

De villa Hambanhus in pago Nithega.

(q) Villa *Hambanhus* erat, teſte Sarachone, ſita *in pago Nithega*. Intelligimus ergo, deſignari vicum *Hampenſen*, in epiſcopatu Paderbornenſi inter vicos Rheer, Brakel, Erklen, Heinholte et Fronhuſen reperiundum. E ſitu huius villæ æſtimare licet, *Brunonem*, qui in eadem villa bona quædam largitus eſt, ad ſtemma Brunonianum pertinuiſſe. Supra enim vidimus, poſteros *Brunonis*, Angariorum ducis, et inprimis poſteros Luidolfi, Saxoniæ ducis, in eadem regione bona hereditaria poſſediſſe. Qui ergo *Bruno*, qui in villa *Hambanhus* bona quædam tradidit, alius eſſe poterit, quam *Bruno comes*, aduocatus Corbeienſis et filius *Ecberti* monoculi? Patet id euidentiſſime e Chronico noſtro MSpto et coætaneo, in quo hæc verba leguntur: anno M VIIII *pridie non. Martii obiit rethariuſ pathurbrunnenſiſ* ēpūſ. *cantauimuſ ei requiem, petente ita brunone aduocato* ñr̄ō *et cognato ſuo*. Hæc verba ſi attente conſideramus, ad credendum inducimur, 1) *Retharium* epiſcopum, in traditione noſtra occurrentem, fuiſſe ipſum Paderbornenſem, qui, teſte auctore Vitæ Meinwerci Tom. I. Leibn. p. 522, eodem anno et die *eductus eſt de ergaſtulo carnis et de valle huius miſeriæ et tribulationis, aſſumptus, vt credimus, ad gaudium ſempiternæ conſolationis*; 2) *Reth-*

2) *Retharium* fuisse cognatum *Brunonis*, aduocati Corbeiensis. Hæc itaque cognatio procul dubio *Brunoni* nostro animum addiderat, vt pro remedio animæ *Retharii* episcopi quædam traderet, et a Corbeiensibus nostris peteret, vt missarum commemoratione animam eius diuinæ misericordiæ commendarent. Cum vero Corbeienses nostri non expressérint gradum cognationis, quo *Retharius* episcopus cum *Brunone* nostro coniunctus fuit; coniecturæ probabiles in medium sunt arcessendæ. Cognati et agnati differunt in eo, vt agnati dicantur, qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt. Hi vulgo appellantur *die Schwertmagen*, habentque idem gentilitatis nomen easdemque imagines, qui vero per feminei sexus personas iunguntur adfinitate, agnati non sunt, sed dicuntur cognati, vocanturque vulgo *die Spilmagen*. Ita fororis meæ filia cognata mea est, quod ipsa mihi per feminam scilicet sororem meam coniungitur. Sic filius amitæ meæ cognatus meus est. Quamuis enim amita, qua soror patris mei, sit mea agnata, eius tamen filius cognatus meus est, quia per matrem suam, feminam, mihi coniungitur. Illi ad successionem feudorum admittuntur, hi autem legibus a successione feudorum excluduntur, nisi speciatim fuerit dictum, ad vtrosque feudum esse spectaturum. Per feminam ergo quandam *Retharium* episcopum coniunctum fuisse cum *Brunone* aduocato, nullum est dubium. Si patris *Brunonis*, id est, *Ecberti* monoculi vxor fuit e stirpe Sommerschenburgica et Walbeccensi, vti (§. 427) probabili coniectura statuimus, per matrem *Brunonis* eadem cognatio orta non videtur. Nullum enim *Retharium* vel *Rothardum* in tota genealogia Sommerschenburgica, quæ §. 188. adlata est, deprehendimus. Quodsi altius vellemus ascendere, auia *Brunonis* nostri fuisset Frederuna, reginæ Mathildæ soror e stirpe Widikindea originem ducens. Quamuis autem in Widikindea gente nomen *Rothardi* inueniamus; videntur tamen nobis hæc nimis longe petita. Ipsa ergo *Brunonis* vxor prima, quæ erat *Gisla de Werla*, refugio nobis erit, quæ, si filia *Thangmari* fuit, vti nobis probabilissimum videtur, ipsa habebat propatruum nomine *Rothardum*. Sit ergo *Rotharius*, episcopus Paderbornensis, filius *Hoionis III*, et frater *Bunichonis V*, ac *Thangmari II*. Tali enim modo *Retharius Gislæ de Werla* patruus fuit. Per feminam ergo *Gislam Retharius* episcopus cum comite *Brunone* fuit cognatione coniunctus, videturque ille episcopus nomen accepisse a patruo suo, possentque ad progenitores eiusdem *Retharii* episcopi referri comites *Reithard* et *Rothardus*, quorum ille anno 889 comes fuit in pago Huuetango, hic vero anno 940. in pago Auga comitatui præsedit, vti diplomata testantur, quæ supra §. 104. not. (u) et §. 167. adduximus. Neque rationem inuenire possumus, cur sit inficiandum, nomen Retharii, Retharii, Redharii et Rotharii esse vnum idemque, cum Nic. Schatenius in *Annal. Paderborn.* T. I. p. 327. affirmet, episcopum nostrum modo appellari *Retharium*, modo *Rethardum*, modo *Redharium*, modo *Rotharium* et modo *Ratarium*. De ipso *Rethario* episcopo multa dicere possemus, si id instituti nostri ratio permitteret. Intermittere autem nequimus, quin vnum tantum proferamus, quod ad scopum nostrum videtur pertinre. Produxerunt enim illustrissimus Ferdinandvs, episcopus Paderbornensis, in *Monumentis Paderborn.* p. m. 211. seqq. et Nicol. Schatenivs *Annal. Paderb.* T. I. p. 355. seq. et p. 366 seq. duo diplomata, in quibus *Rethario* episcopo Paderbornensi priuilegia confirmasse cæsares Ottonem atque Heinricum asseritur, quorumque vnum, quamuis ambo sint ficta, pace, lector, tua heic inserere volumus, vt de illo eo rectius iudicare possis: et gubernante Corbeiam Hosedo.

Jn nomine sanctæ et individuæ trinitatis. *Otto* superna fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si locum diuino cultui mancipatum igneque subitaneo cum ornatu et corroborationum paginis concrematum restaurare. ornare et iterum sublimare videbimur. scimus et certi sumus id non solum laude humana prædicandum. verum etiam diuina mercede remunerandum. Cunctis igitur Ecclesiæ Dei fidelibus nostrisque astantibus et succedentibus compertum fore volumus. quod de *incendio Paterbrunnensis Ecclesiæ* nimium condolentes. præcepta antecessorum nostrorum et ea quæ nos ibidem obtulimus me-

Ab anno 1001 vſque 1010 regnante Heinrico II.

moratæ ſedi hac præceptali pagina renovamus iterumque confirmamus. de quibus unum eſt de Epiſcopatus ſtatu. dehinc de tuitione atque mundiburdio eiuſdem Eccleſiæ. et de omni proprietate ad eandem Eccleſiam pertinenti. et de electione Epiſcoporum inter clericos eiuſdem Eccleſiæ. et de eius hominibus tam liberis quam et ſervis nulla iudiciaria perſona conſtringendis niſi coram Advocato quem ipſe Epiſcopus elegerit. Inſuper renovamus et confirmamus iam habitæ ſedi *comitatus ſuper pagos Paterga. Aga. Trevereſga. Auga. Soretfelt* dictos. pro decimis *novæ Corbeiæ* ad monaſterium pertinentibus. et de proprietate clericorum ſi quis ſine herede illorum obierit eidem Eccleſiæ conceſſa. et tribus manſis in *Tuiſpurg* et in *Trutmannia*. et de Foreſto quod incipit de *Dellina* flumine et tendit per *Ardennam* et *Sinede* uſque in viam quæ ducit ad *Heriſiam*. Hæc igitur omnia quæ ſupra ſcripta habentur et quæ illa die tenere et poſſidere videbatur. quando combuſta fuit. ſæpe nominatæ ſedi Paterbrunnenſi in ius proprietarium donamus. et firmiſſima traditione reſtauramus. Ea ſcilicet ſerie ut *Domnus Retharius* memoratæ ſedis venerabilis Antiſtes omnesque ſui ſucceſſores univerſa quæ ad Epiſcopum aliqua legali datione pertinent ſecuriter obtineant. noſtra omniumque noſtrorum ſucceſſorum et omnium mortalium contradictione remota. et ut hæc renovatio et confirmatio ſtabilior cunctis permaneat temporibus. hanc paginam manu propria corroboravimus et ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus.

Signum Domni Ottonis Cæſaris invictiſſimi.

Heribertus Cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovit. Data kal. Jan. Anno Dominicæ Jncarnationis MI. indict. XIIII. Anno tertii Ottonis regnantis XVI. Jmperii VI. Actum Romæ feliciter Amen.

Harum litterarum quamuis iam meminerit auctor Vitæ Meinwerci p. 520, non tamen ex eo ſequitur, eas eapropter eſſe genuinas, potius ex eo colligimus, illas ſub initium ſeculi XII. vel circa finem ſeculi XI. fuiſſe fictas, ad palliandos errores quoſdam, quos domini Paderbornenſes in Hiſtoria ſua commiſerunt. Primum in hoc diplomate titulus imperatoris non recte ſe habet. Otto enim III. in genuinis diplomatis ſe non *ſuperna favente Clementia* Romanorum imperatorem auguſtum ſcripſit, ſed *diuina*. Deinde dicuntur litteræ in vrbe *Romæ* ſcriptæ, et tamen Heribertus cancellarius vice *Willigiſi* archicancellarii eas recognouit. Falſarius neſciuit, *Heribertum* atque *Heinricum*, cancellarios Italicos, *archicancellarium* habuiſſe *Petrum epiſcopum de Cuma*. Tum vero data eſt charta Kalendis Ianuarii an. MI. *indict. XIV. anno regni* Ottonis *XVI* et *imperii VI*. Kalendis autem Ianuarii an. MI. non erat indictio XIV. ſed XIII. neque erat eo tempore annus regni Ottonis XVI. ſed XVIII. Hunc perlucentem errorem Schatenius agnovit. Propterea callide anno XVI annum XVIII ſubſtituit, *annum* vero *VI* imperii retinuit, qui tamen quintus eſſe debuiſſet. Ipſas res ſi porro expendimus, quæ in charta epiſcopo Paderbornenſi conceduntur, quædam in ea ita comparatæ ſunt, vt cæſar illas corroborare non potuerit. Confirmat cæſar *electionem epiſcoporum*, quaſi adtributam clericis eccleſiæ Paderbornenſis. Sed quando clerici Paderbornenſes electionem epiſcoporum habuerunt? Nonne, ipſo fatente auctore Vitæ Meinwerci p. 522, clerici Paderbornenſes *mortuo Rethario clementiæ ſolatium Heinrici regis de ſucceſſore idoneo ſuppliciter implorarunt?* Nonne Heinricus rex Meinwercum epiſcopum in locum *Retharii* ex liberrimo arbitrio conſtituit? Et quid ſibi volunt *comitatus ſuper pagos Patherga, Aga, Treuereſga, Auga* et *Sorethfeld* dati pro decimis, ad monaſterium nouæ Corbeiæ pertinentibus? Vbinam quærendus eſt pagus *Aga*? Diverſus ne Ahugo vel Ahagewe pagus fuit ab Auga pago? Nonne *Aga locus*

locus erat anno 1011 ad comitatum Haholdi ſpectans, teſtante diplomate regis Heinrici in Nic. Schatenii *Annal. Paderborn.* T. I. p. 394? Vbinam exſtitit pagus *Treueresga*, qui locus erat in comitatu Haholti, eodem diplomate teſte? Et quando vnquam epiſcopus Paderbornenſis comitatum ſuper *Auga* pagum poſſedit? Nonne hæc ficta ſunt ad palliandam epiſcopi Paderbornenſis iuriſdictionem ſuper territorium Corbeienſe? Bonum ſane eſt, falſarium meminiſſe *decimarum, ad monaſterium Corbeienſe* pertinentium. Eo enim prodidit ſcopum ſuum, qui erat poſteritati glaucoma obiicere, eique perſuadere, ſubfuiſſe Corbeienſes iuriſdictioni eccleſiaſticæ epiſcopi Paderbornenſis. Voluit enim, vt poſteri ita inde colligerent: ſi decimæ, in territorio Corbeienſi obuiæ, ſpectarunt ad epiſcopum Paderbornenſem, ſequitur exinde, ad eiuſdem epiſcopi iuriſdictionem pertinuiſſe quoque ipſum territorium Corbeienſe. Decimæ enim erant olim iuris epiſcopalis indicia. Carolus Magnus conceſſit epiſcopis Saxoniæ decimas, in diœceſibus ipſorum obuenientes. Sed ſalua res erit, ſimulac conſideramus, nunquam decimas in diœceſi Corbeienſi contributas fuiſſe Paderbornenſi epiſcopo, ſed eas iam antiquiſſimis temporibus tenuiſſe abbatiæ Corbeienſis potentiſſimos aduocatos. Litteras, quibus hæc dicta confirmantur, producemus in *Hiſtoria Corbeienſi*. Contrarium oſtendi non poterit e charta ficta, ſupra adducta. Porro in eadem charta *Retharius* epiſcopus appellatur *dominus*, inuito ſeculi eiuſdem more. Nullum enim genuinum diploma, hucuſque editum, repertur, in quo cæſares epiſcopos nominarunt *dominos*. Eis quidem titulum *venerabilium* et *dilectorum*, non *dominorum*, tribuunt. Otto cæſar ipſum germanum ſuum Brunonem archiepiſcopum nunquam appellauit dominum, multo minus ergo putandum eſt, ab Ottone III epiſcopum Paderbornenſem adpellatum fuiſſe *dominum*. Et ſi denique litteræ et ſcriptura diplomatis adducti cum autographo concordant, ſtupidus ſit oportet, qui non intelligat ſtatim, chartam eſſe confictam. Eadem hæc dicenda ſunt de altero diplomate regis Heinrici II, ſiquidem id ex Ottoniano procul dubio procuſum fuit. Eadem enim Ottoniana verba in eo repetuntur, excepto quod Egilbertus cancellarius vice Willigiſi archicancellarii recognouit, (quod ex genuino diplomate additum,) et data eſſe dicitur charta IV nonas Aprilis anno dominicæ incarnat. MIII indict. I. anno autem domni Heinrici reg. I. *actum Quidilingaburc*. In ea vero ſubſcriptione auctor iterum ſe falſarium prodidit. Quarto enim cum die ante nonas Aprilis, id eſt, cum 2 die Aprilis anni 1003 indictio XV erat coniungenda. Vt autem in viam, a qua paululum digreſſi ſumus, redeamus, patet ex ipſa traditione noſtra, ac e Chronico noſtro MSpto, *Brunonem*, aduocatum Corbeienſem, anno 1006 nondum vitam cum morte commutaſſe. Qui enim adhuc anno 1009 aliquid tradidit, anno 1006 nondum inter mortuos eſſe potuit. Diu autem poſt annum 1009 *Bruno* in viuis non fuit. Statuimus ergo ſupra §. 104. not. (n) *Brunonem* eſſe mortuum anno 1010, quo loco plura de *Brunone* diximus, quæ hic repetere nolumus. Illud tantum iam addimus, dicta hæc admonere nos de mutanda conſignatione annorum ad marginem adpoſita. Eodem enim anno, quo defunctus eſt *Bruno*, aduocatus Corbeienſis, obiit etiam *Hoſed*, abbas Corbeienſis, Chronico noſtro Corbeienſi et coætaneo teſte. *Hoſedo* autem abbati mortuo ſucceſſit *Walbo*, qui demum anno 1011 ordinatus eſt, eodem Chronico teſtante. Hunc *Walbonem* variæ fortunæ hominem, ſed *non inutilem abbatem*, optimo iure dixit Antonius de Schnackenburg in *Annalibus Corbeienſibus* T. II. S. R. B. Leibn. p. 303. Quamuis enim monaſterio noſtro bene præfuerit, depoſitus tamen eſt ab dignitate ſua, iubente cæſare Heinrico II, per Meinwercum epiſcopum Paderbornenſem anno MXIV, Chronico noſtro MSpto teſte. Meinwercus, Corbeiam tranſiens, et recordatus B. Stephani protomartyris eius loci patroni, pro ſe ſuiſque omnibus in memoriam eius hoſtiam ſalutarem Deo immolaturus eo diuertit. Miſſarum autem ſolemnia ibidem celebrandi cauſa Corbeiam non acceſſit, ſed, vti ex poſt ea actis eſt concludendum, animus ei erat cœnobii priuilegia et conſuetudines, quas cæſares et ſummi pontifices ei dederant, mutandi, tentandique, annon Corbeia noſtra, quæ exemtionis priuilegiis gaudebat et gaudet, ad iuriſdictionem eccleſiaſticam *Meinwerci* trahi poſſet, cui ſolemne erat, omni arte et modo amplificare ac ditare eccleſiam ſuam. Eius encomiaſtes ſeu *auctor Vitæ* eius illud tacere non potuit Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 554. referens, a cæſare Heinrico *Meinwercum*, cui iam opima prædia multa dederat, *curtem Ervete, ſitam in pago Weſtfalon*, repetitis vocibus inſtando

et gubernante Corbeiam Hoſedo.

Ab anno 1001 vsque 1010 regnante Heinrico II.

expetiuisse, cæsarem autem diu multumque reluctantem tandem Meinwerci perseuerantia flexum coactumque curtem Ervete ei tradidisse, et eo ipso episcopum summo gaudio episcopum completum exclamasse: *rex omnium sanctorum retribuat tibi*; Imperatorem autem auerso vultu occulte submurmurasse: *tu odium Dei omniumque sanctorum eius habeas, qui me bonis concessis cum detrimento regni spoliare non cessas.* Quid ergo a tali episcopo aliud metui magis poterat, quam desiderium aliena expetendi? Cum ergo postularet *Meinwercus*, vt sibi ius concederetur, in ecclesia Corbeiensi missarum solemnia celebrandi, procul dubio abbas totusque conuentus *Meinwerco* dixerunt, postulata eius pugnare cum priuilegiis et bullatis litteris cæsarum summorumque pontificum. In synodo enim Moguntina ad annum 888, et in bulla Papæ Iohannis XV ad annum 989, quorum autographa adhuc adseruantur in archiuo Corbeiensi, solemniter esse sancitum nouimus, *vt nullus episcopus* PATERBRVNNENSIS *vel in his quæ regiminis locum tenent, vel in ipsa congregatione vel in ipso cœnobio potestatem obtineat, neque ipsorum dominatione potiatur vlla neque in clericis neque in famulis aut* IN OMNIBVS, QVAECVNQVE AD MONASTERIVM IPSVM VIDENTVR HABERE POSSESSIONIS RESPECTVM. *Nam ipsius præfati monasterii abbati suisque successoribus licentiam dedisse papam iuxta altare sedendi populoque infra suum monasterium vel cellas verbum Dei prædicandi ac docendi, ita, vt nullus episcopus per se ad ipsum monasterium vel cellas eiusdem, vel œconomus eius, vel archipresbyter aut archidiaconus illius seu quælibet ex eius agentibus persona potestatem habeat accedendi, nisi forte necessitatis causa vel dilectionis gratia vocatus aduenerit, ne importunitate sui ministrorumque suorum inquietudine sacris locis fiat molestia.* Dixerunt sine dubio porro in autographis bullatis litteris Benedicti VII, ad annum 990 datis, esse sancitum, *vt monasterium Corbeiense sub iurisdictione sanctæ sedis apostolicæ constitutum nullius alterius ecclesiæ iurisdictionibus submittatur, summumque pontificem omnem cuuslibet ecclesiæ sacerdotem in suo monasterio dictionem quamlibet habere et auctoritatem præter sedem apostolicam prohibuisse ita, vt nisi ab abbate monasterii fuerit inuitatus, nec missarum ibidem solemnia quisquam præsumat celebrare.*

Sed surdo narrabatur fabula. Quidquid monstri alebat, in lucem protrudere *Meinwercus* malebat. Intrauit ergo ecclesiam, diuinam rem peracturus et celebraturus. Missus itaque fuit ab abbate *Walhone* Biso ecclesiæ custos, a præparato altari accurrens adparatum deiecit, atque episcopo missarum solemnia interdixit. Ira itaque accensus episcopus monasterium intrauit, conuocatisque monachis multum conquestus fuit de iniuria sibi illata, de violata reuerentia, quam Corbeienses suis antistibus sacris deberent, de læso honore, quem Corbeienses deberent sedi, in cuius consisterent diœcesi. Cum autem Corbeienses nostri ei reluctarentur et contradicerent, negarentque, monasterium suum in diœcesi consistere Paderbornensi, *Meinwercus* cathedram conscendit, et multa ad populum pro re ac tempore locutus, omnibus, quid factum sit, exposuit, inprimis autem Bisonem, quem iniuriam sibi feciisse credebat, ad satisfactionem sibi præstandam coram omnibus publice prouocauit. Cum vero is, iterum et tertium vocatus, non veniret, præcepit ei, vt quocunque die ipse de corpore exiret, Biso secum ad tribunal Christi, sibi responsurus de illata iniuria, migraret. Quibus dictis *Meinwercus* discessit.

Quid igitur mirum est, *Meinwercum* ira accensum et vindictæ cupidum imperatori persuasisse, vt, *Walhone* deposito, *Drutmarus* Corbeiæ præficeretur? Perhibuit *Meinwercus* apud cæsarem, se accessisse Corbeiam, ibidemque inuenisse collapsam cœnobii disciplinam, monachos deprehendisse regularem disciplinam perosos, atque in abbatem incidisse reformationi repugnantem. Omnes enim, qui de hac depositione abbatis nostri *Walhonis* scripsere, vt Auctor *Vitæ* MEINWERCI p. 543, *Annalista Saxo* p. 434, *Gobelinus Persona* p. 257. aliique, dicunt, abbatem episcopo, monasterium reformare studenti, restitisse. Sed testimonium in promtu est Ditmari episcopi Merseburgensis, vt antiquissimum, ita et grauissimum. Hic Chron. p. 403 ita scripsit: *Rege manente Immadeshusen, illic Val Corbeiensis* ABBAS PIVS *a sua suspensus deponitur et vnus ex Larsemensi*

ſemenſi (Laurisheimenſi) *monaſterio Drachtmer ſine fratrum conſenſu prædictorum aſſignatur. Quo ad ſedem ſuam in hac venienti hebdomada, omnis congregatio exceptis IX flens abiit, vt Luidulphus abbas prædixit, et locum hunc pene vacuum non ſponte reliquit* In hoc teſtimonio abbas noſter appellatur *pius*, nullumque ei crimen obiicitur. Et reuera ſtulte egiſſet abbas, ſi contra priuilegia et mandata ſummorum pontificum tantas impune tuliſſet *Meinwerci* inſolentias. Non neceſſitatis, non dilectionis gratia, non vocatus ab abbate veniebat *Meinwercus*. Cum ergo moleſtias turbaſque crearet et faceret eccleſiæ noſtræ, et veteres eccleſiaſticas conſtitutiones violauit, coactus *Walho* fecit id, quod fecit, iura et priuilegia eccleſiæ ſuæ ſarta tecta conſeruaturus. Omnes ſane actiones illæ *Meinwerci* reprehenſionem incurrunt, cum ceſſerint in Corbeiæ præiudicium, et aduerſus libertatem immunitatemque monaſterii Corbeienſis tentatæ fuerint, bullis quippe, præceptis atque auctoritati ſummorum pontificum e diametro contrariæ. Reuerentiam quidem prælatorum atque hoſpitum S. Benedictus monachis ſuis inſtillat et infigit in *regula* c. 53. At de animo immorigero tacet. Præterea negabant Corbeienſes, ſe ſubditos fuiſſe *Meinwerco*. Quis ergo iniuriam fecit? Quis aquam turbauit? Agnusne, an alius? Bene noſter Adam Sproling cecinit de noſtro Walhone. et gubernante Corbeiam Hoſedo.

Aurea libertas antiqua et carior auro
ergo palladium hoc tute tuere tuum.
Quorſum iura tibi, ſi non antiqua tuere,
aſt inuerſum hodie ius tibi vis fuerit.
Interea ne cede malis, antiqua tuere,
antiquum fas eſt obtinuiſſe ſuum.

In monaſterio ad ſedem apoſtolicam citra vllius interuentum ſeu *nullo medio* et *ſpecialiter pertinente*, vti bullatæ litteræ autographæ ſummorum pontificum habent, ſine ſpeciali pontificis licentia examen inſtituere, et nævos ordinaria auctoritate corrigere velle, ea omnino ruptæ libertatis atque arrogatæ iuriſdictionis indicia erant manifeſta. *Walhonem* eſſe depoſitum, et *Drutmarum* e cœnobio Laurisheimenſi inſciis inuitiſque fratribus adſcitum, negari non poteſt. Sed quis neſcit, optimum ius vi ſæpius obrui. Si *Walho* deponendus fuiſſet, id fieri non debebat præter canonicum et regularem examinandi modum. Sapiente papa Iohannes XV in bullatis litteris ſupra excitatis: *Quoniam vero multæ quæruntur ab importunis hominibus malignitatis occaſiones, ac neceſſe ſemper aduerſa tela clypeo protectionis refellere, quod apoſtolica decreuit auctoritas, nos quoque approbamus, vt qui ordinati fuerint ad regimen monaſterii Corbeienſis, nulla poteſtate præualente, deiiciantur, niſi criminis cauſa fuerint deprehenſi, cuius merito rectorum non debeant adminiſtrare officia. infamiæ vero maculis ſeu criminis alicuius denotatione ſi fuerint appetiti, non præter canonicam et regularem deponantur examinationem.* Hæc in vſum traducta eſſe inter deponendum *Walhonem*, nemo videt. Et fac, cauſam depoſitionis fuiſſe legitimam, ipſis tamen fratribus Corbeienſibus libera eſſe debuiſſet electio. Hludouuicus cæſar anno 823, Hludouuicus rex anno 854, papa Adrianus II anno 872, Benedictus VII. anno 981, Iohannes XV anno 989 Corbeienſibus id iuris indulſerunt, vti diplomata autographa teſtantur, *vt abbatem in hoc loco eligendi ſemper habeant poteſtatem, et eam perſonam eligant, quæ propoſitum conuerſationis in monaſterio et moribus et habitu profiteatur, non canonicum aut laicum neque alterius monaſterii monachum, neque præſiciant vllam perſonam prædicto monaſterio de quocunque ordine, niſi quæ per electionem probabilem ſumatur.* Sed addit auctor Vitæ Meinwerci l. c, Biſonem, quem epiſcopus *Meinwercus* ad tribunal Chriſti prouocauit, ea ipſa hora, qua obiit *Meinwercus*, fuiſſe mortuum et ſubitanea morte præreptum. Sed, qui Rhinocerotis naſum habere ſibi perſuadent, ea ſic accidiſſe non credent. Iuſſu Abbatis ſui, priuilegia monaſterii tuentis, fecit Biſo id, quod debuit. Si quam iniuriam feciſſet Biſo epiſcopo, ei ad Chriſti exemplum hic dicendum fuiſſet: *pater, dimitte illi, neſcit,*

Ab anno 1001 vsque 1010 regnante Heinrico II. et gubernante Corbeiam Hosedo.

nescit, quid facit. Non erat eius, illico ad tribunal Dei prouocare. Perhibet auctor Vitæ Meinwerci p. 544, a variis pro Bisone apud episcopum interposita imploratione sæpe et multum esse rogatum, sed ipsum non obtinuisse reconciliationem episcopi, dicentis, *decretum Dei non posse immutari.* Sed rectius egisset, credo, encomiastes, si hæc omnino tacuisset. Ineptus ergo est clamor, si ille ita ampullatus, *o sancta anima,* inquit, *o pura conscientia, quæ adhuc carnis adamicta velamine animas ligabat coram diuino examine!* An Deus exaudit peccatores? et nonne Siracides dixit cap. XXVIII. v. 3. *homo homini reseruat iram, et a Deo petit medelam, in hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur.* Inanite ergo ratione hæc ad propheticum *Meinwerci* præconium applicantur, quippe qui facto ipso violator Corbeiensium priuilegiorum erat. Ita potius edixit summus pontifex Benedictus anno 980 in bullatis litteris, iam supra excitatis: *Si quis* (verba refero ex autographo) *autem, quod non optamus, nefario ausu presumserit his, quę a nobis ad laudem dei pro stabilitate iam dicti monasterii statuta sunt, refragari, aut in quoquam ea transgredi, sciat se anathematis uinculo innodatum et cum diabolo et eius atrocissimis penis atq; cum iuda traditore* đñī ñr̄ī īħū Xp̄ī *ęternis incendiis et supplicio concremandum deputamus a* đñō. *qui uero pio intuitu in omnibus existerit custoditor huius* ñr̄ī āp̄*lici constituti ad cultum dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo* đñō *deo multipliciter consequatur et uitę ęternę particeps effici mereatur.*



TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA QVINTA,

QVAE DOCET

QVANTIS MVNERIBVS QVIDAM
ADELINGI ET COMITES

ORNAVERINT

ABBATIAM CORBEIENSEM

SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS

W A L H O N I S

AB ANNO 1010 VSQVE AD 1014.

REGNANTE

HEINRICO SECVNDO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 431.

Tradidit dodico comes in *reun* (r) VII. familias et quidquid ibi habuit.

§. 432.

Tradidit brun (s) in *rotholfeshus* et in *filehem* et in *smitherdeshus* et in *thesli* X. familias pro se et coniuge sua gherburg.

item

(r) Villa *Reun* ab abbate Sarachone collocatur *in pago Nithega*. Quem ad fluuium Neitam in episcopatu Paderbornensi et principatu Corbeiensi exstitisse, iam supra dictum fuit. Intelligi ergo putamus designari vicum *Reer* seu *Reher*, iter vnius horæ situm ab oppido Brakel, vbi nobiles domini de Mengersheim, vasalli Corbeienses, magnificum palatium atque alia iura possident. Distinguenda ergo hæc est villa 1) a *Reder* seu Reer, in dynastia Arrzen, 2) a *Redun* in pago Aringho, 3) a *Redhereshus* in pago Guddingo, 4) a *Rehon*, quæ et ipsa erat in pago Nithega posita 5) a *Reme* in dynastia Arrzen, 6) a *Rena* villa, quæ anno 1033 cum monte Vogilari et fluuio Wisera terminus erat *foresti*, ad episcopatum Mindensem spectantis, teste diplomate regis Conradi II. in I. C. Lunigs *Reichs-Archiv Spic. Eccles.* P. II. *im Anhang* p. 108, quæ villa fortasse est *Renne*, in qua anno 1259 comites de Perremunt decimam tenebant in feudo ab ecclesia Mindensi: 7) a *Rhede*, oppido, olim ad comites Lippiacos referendo, ad annum autem 1305 diruto, et 8) a *Rhene* in præfectura Eisenberg in principatu Waldeccensi. E situ villæ nostræ *Reun* animaduertimus, *Dodiconem* comitem nullum fuisse alium, nisi eum, quem supra §. 104. not. (n) deduximus ab Angariorum duce Brunone, et quem anno 1020 deprehendimus comitatu suo gauisum in pago Hessi Saxonico, atque anno 1021 bona possedisse hereditaria in Warborg, Reelse, Eringen, Rhoden, Wormel, Rothe, Germete, Rordehusen, Ilrehusen et Seilen. Hæ villæ partim ad pagum Hessi Saxonicum, et partim ad pagum Nithega relatæ fuerunt. At de hisce egimus pluribus l. c. De villa Reun in pago Nithega.

(s) *Brunonem* hunc caue confundas cum *Brunone aduocato* Corbeiensi, de quo pluribus differuimus supra (§. 420) adiicientes, eum anno 1019. obiisse. *Brunonis* aduocati vxores fuere Gisla de Werla, et Gisla, sueuica. Huius autem *Bru-* De Brunone eiusque bonis datis.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

item brun tradidit pro se in *thetmereshuf* III. iurnales et mansos totidem.

§. 433.

Tradidit raginheri pro domna sua gherberge I familiam in *balleuan* (t) et XXX. iugera.

§. 434.

Brunonis vxor appellatur *Gherburg*. Interim erit verisimillimum, *Brunonem* aduocatum, et *Brunonem* nostrum ex vno fuisse sanguine ortos. Tam enim *Bruno* aduocatus, quam *Bruno*, maritus *Gherburgæ*, bona tenuere in pagis Nithega atque Auga, e quo situ locorum iam supra §. 104. not (n) concluſimus, vtrumque spectasse ad Brunonianam stirpem. Id quod nomina amborum reddunt probabilissimum. *Brunonem* nostrum filium fuisse *Marcwardi*, patet e §. 397, vbi ille plane prorsus filius *Marcwardi* appellatur. Eundem vero *Brunonem* designari, comprobat primum villa *Smitherdeshus*, quæ, teste Sarachone, *in pago Auga* sita, et propterea eadem villa fuit, in qua *Marcwardus* pro hoc filio suo *Brunone* Corbeiensibus bona quædam tradiderat. *Rothollesbus* deinde tribuitur ab eodem abbate in Regiſtro laudato *pago Hessi Saxonico*. Illius situm nondum indicare valemus. Quamuis enim anno 942 Rotmershusen extiterit in Hessi pago in Osterbeunmarca, teste diplomate (§. 33.) adducto, atque præterea in comitatu Dodiconis præsto fuerint Rothalmingahusun et Rotwardeshusen, non tamen audemus statuere, vnam ex his tribus villam esse *Rothollesbus*. Doctiores Hessi, inter quos multi antiquam amant geographiam, in situm huius villæ studiosius inquirant, rogamus. Heic intermittere non possumus, quin indicemus, villam *Rothollesbus* probe discernendam esse 1) a *Rodingshusen*, cuius meminere Kuchenb. *Anal. Hass. coll.* IV. p. 405. et *coll.* VI. p. 447. 2) a *Rongshusen* l. c. *coll.* IV. p. 352. 3) a *Rudolfshusen* l. c. *coll.* IX. p. 149. 4) a *Reimershusen* in præfectura Heina, 5) a *Ruthehusen* in episcopatu Paderbornensi, quam anno 1155 habebant domini de Amelunchsen in principatu Corbeiensi, ab Heinrico Leone in beneficio seu feudo, 6) a *Rommershusen* in præfectura Treisa in Landgrauiatus Hassiæ terris, 7) a *Roredehusen*, in qua a. 1149 monasterium Wilbodessen in episcopatu Paderbornensi bona tenebat, 8) a *Roleffen* villa olim spectante ad dynastiam Stoppelberg, 9) a *Rollinghusen* in præfectura Sieck in comitatu Hoiano, 10) a *Rollinghusen* in præfectura Wintzenburg in episcopatu Hildesiensi, 11) a *Rollesen* in præfectura Stadhagen in comitatu Schaumburgico, et 12) ac 13) a villis *Roggelingebusen*, quarum altera erat in pago Aringho, atque altera in pago Suilbergi sita. Porro collocat abbas noster l. c. villam *Silihem in pago Hemeruelduu*, quæ videtur fuisse *Silen* vel *Silihem* in Landgrauiatu Hasso-Cassellano intra præfecturam Heckershausen. Tum *Thesli* erat *in pago Hessi Saxonico*, quæ est vicus *Deissel* inter Heristallum Saxonicum et Drengelborg in eodem Landgrauiatu. *Thetmereshus* denique, quæ, eodem teste Sarachone, *in pago Hessi Saxonico* obuia erat, est locus *Detmerssen* in episcopatu Paderbornensi non procul ab oppido lutulento Peckelsen situs. Ad progenitores nobilium dominorum de Sconenberg ergo referendum esse *Brunonem* nostrum, fit verisimillimum. De hoc argumento vide §. 104. not. (n).

De villa Ballevan in pago Westfalon.

(t) Villa *Balleuan* tribuitur a Sarachone l. c. *pago Westfalon*. Indicari videtur *Balve* in comitatu Arnesburgico seu Arensbergico. *Raginheri*, qui in eadem villa bona quædam tradidit, verisimiliter ad progenitores comitum de *Arensberg* spectauit, videturque filius *Herimanni* fuisse, de eius progenitoribus et familia egimus supra (§. 218 et 389). Sane communis est et peruulgata sententia, comites Arensbergicos e sanguine Widekindi Magni descendisse. Videtur omnino nomen Raginheri, Reinwerti, Raginwardi, Ranwardi, Reginberi et Reginberni esse vnum idemque. Veritati consentaneum videtur, Herimannum filio cuidam suo nomen indidisse, ab auo petitum. Pone igitur, *Raginherium* fuisse filium Herimanni, tunc vna tantum persona inter Raginherium nostrum et *Fride-*

§. 434.

et gubernante Corbeiam Walhone.

Tradidit enna pro se et fratre suo tadi VIIII. mansos et quidquid habuit in *uuatheri* (u).

§. 435.

Tradidit thatmarus pro proximo suo hogero in *frithegentigarothe* (v) II familias.

§. 436.

Tradidit maginharduf pro fratre suo tangmaro et illius coniuge II familias unam in *sickiunhus* (w) et unam in *bieranhus*.

§. 437.

Tradidit immed pro proximo suo thiadulfo I familiam in *holthus* (x).

§. 438.

Fridericum, primum comitem de Arnesburg, deficit, cuius inueniendæ fortasse nobis alio tempore occasio subministrabitur.

(u) Villam *Watheri* abbas noster Saracho sine pago memorauit. nescimus, quam ob causam id fecerit. Cum igitur ignoremus pagum, in quo hæc villa exstiterit, ideo non valemus indicare, an subsit vicus *Wetter*, hodie Wetterburg in principatu Waldeccensi, an *Wetter* in Landgrauiatu Hasso-Darmstadino haud procul Marburgo, an vero *Wetter*, in comitatu Marcano. Vltimum videtur nobis probabilius. Rationes, cur ita sentiamus, inuenies in *Clientela Corbeiensi* in cap. de nobilibus dominis de *Wolmenstene*. De villa Watheri.

(v) *Frithegenligarothe* villam itidem abbas noster l.c. sine mentione pagi adduxit. An ipsius tempore nulla hæc fuit villa? Hodie sane dubium est, an designetur *Vrestiero-de* in præfectura Gandersheim, an *Friderichero de* in Thuringia, vel *Fritherike-roth*, quæ olim in diœcesi Halberstadensi haud procul ab vrbe Brunsuiga exstitit. Probabiliter hæc vltima indicatur. De villa Frithegenligarothe.

(w) *Sickiunhus* et *Bieranhus* erant loca, teste Sarachone obuia, *in pago Almunga*. Ex quo momento apparet, denotari *Sinckhusen* et *Barhusen*, loca in dynastia Burana intra episcopatum Paderbornensem. Quantum itaque e situ harum villarum concludimus, arbitrari libet, *Maginhardum* et *Tangmarum* inter posteros Widekindi Magni esse referendos. Supra enim vidimus, eius posteros in eadem regione bona possedisse hereditaria. Quodsi igitur supra (§. 407) *Tangmarus* et filius *Hoiæ* et frater *Buniconis* appellatur, qui vti ex donis apparet, Widikindeæ stirpis fuisse videtur; statuamus, quæso, de eodem *Tangmaro* etiam memorari loco nostro. Quamuis enim quis perhibere possit, pugnare hoc cum chronologia, putamus tamen, fratrem eius, qui circa annum 960 filium et circiter annum ætatis XXX. habuit, adhuc in viuis esse potuisse anno MXII. De villis Sickiunhus et Bieranhus in pago Almunga.

(x) Villa *Holthus* reperiebatur olim, Sarachone l. c. teste, in *pago Hrittiga*. Hunc in principatu Gottingensi circa oppidum Northeim situm fuisse, nemo ambiget. Intelligimus ergo, denotari vicum *Holthusen*, locum præfecturæ Brunstein, quem probe discernere velis a villa Holthusan, in pago Marungo sita et infra (§. 466) memorata. Hæc vltima quondam erat sita iuxta Snetinghusen. Locus hic nunc vocatur Schnedighausen, situs in præfectura Moringen intra eumdem principatum Gottingensem. Situm vtriusque villæ docet sequens litterarum extractus: De villa Holthus in pago Hrittiga.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

Honorabili viro dñō suo *Paderburnensi* episcopo *godescalcus nobilis* dictus *de Plesse*. *Tidericus de Hardenberge*. *Lodewicus de Rostorp* paratum et debitum in omnibus famulatum. Vestra debet scire reuerentia et publice protestamur in his scriptis. quod nunquam intelleximus. nec etiam exstat memoria. quod ecclia *paderburnensis* aliqua bona habuerit in villa *Holthusen* sita apud *Snetmgehusen*. que ad ipsam pertinuerint titulo proprietatis vel aliquis possederit ab ea iure feodali. vel alio iure quocunq. . . . Sed ego *Godescalcus de Plesse* protestor et dico. vos et ecliam vestram plurima bona habere in *Holthusen* que vulgariter dicitur *Langenholthusen* et est *sita apud opidum Northeim* et ego G. nobilis teneo a vobis et ecclia vestra in eadem villa quatuor mansos et quasdam areas et molendinum iure feodi et sunt alii plures. qui in eadem villa a vobis et ab ecclia vestra tenent plurima bona. quedam titulo pignoris quedam iure feodi unde presumimus erratum esse de villa *Holthusen* sita apud *Snetmghusen* . . . . . MCCLXXXVI. V. kal. decemb.

De villa *Langenholthusen*, iuxta oppidum Northeim sita, fieri in paragrapho, qui præ manibus est et oculis, mentionem, non citra rationem arbitramur. Iam, quis *Immed* et *Thiadulfus* fuerint, videris e nobis quærere. Dicemus, quid sentiamus, et relinquamus eis, qui haud fauent, libertatem aliter sentiendi. Ad tribum clarissimam Immedingicam spectasse *Immedum*, per coniecturam auguramur. An vero per mares vel feminas coniunctus fuerit cum ea, res altioris videtur esse indaginis. Per mares eum cum eadem coniunctum fuisse, non audemus dicere. Fortassis *Immedus* frater fuit archiepiscopi Bremensis *Unwani*, quem supra (§. 229) ad Immedingicam tribum referri vidimus. Atque eam ob causam l. c. diximus, eundem fuisse natum e sorore *Immadi*, qui exstitit pater Paderbornensis episcopi *Meinwerci*. Iam si sumimus, *Immedum* nostrum fratrem fuisse *Unwani*, auus maternus *Immedi* nostri fuit *Immadus* pater *Meinwerci*. Hæc autem sententia nostra nititur prædiis ac bonis, quæ tam *Unwanus*, quam *Immedus* noster possedit. Bona ab *Unwano* archiepiscopo ecclesiæ tradita Paderbornensi erant Hoënstide in pago Rittiga, Morunga in pago Morungano, et Berneshusen in pago Lisga. Hoënstide villa ad Leinam haud multo interuallo infra Northemium sita eminet, agro pascuisque diues. Ephoriæ ecclesiasticæ ibi est sedes. Morunga oppidum a cœnoso situ nomen traxit. Sedes ibi est præfecturæ. Floret ibidem orphanotropheum procerum prouincialium Principatus Calenbergici, cuius pars est tractus Gœttingensis, quem ex veteri consuetudine vocare consueuimus Principatum Gœttingensem. Berneshusen villa dicitur nunc *Bahnhusen*, locus præfecturæ Staufenburg ad radices siluæ Herciniæ versus Osterodam ab occasu. In eodem pago Rittiga, quem Saracho abbas semper appellat Hrittiga, præterea *Immedus* noster bona hereditaria possedit. Nonne ex eo probabile redditur, *Immedum* nostrum consanguineum, et verisimilius, fratrem fuisse archiepiscopi *Unwani*? Parum vel nihil habebis, quod nostræ sententiæ opponere poteris. Cumque in eadem regione vicum quendam *Immedeshusen* reperiamus, fortassis et ille a nostro *Immedo* nomen accepit. Si id concoquere possis, statuere libet, huius *Immedi* patrem fuisse *Ottonem*, filium *Burchardi*, testante §. 384. *Bucco* enim siue *Burchardus* in pago Hlisgo quædam tradidit, qui *Burchardus* verisimillime est *Burchardus*, qui anno 965 comes erat in eodem pago Hlisgo. Hunc *Burchardum* si statuimus filium *Folchardi*, quem inter progenitores comitum de Lutterberg et Schartfeld retulimus supra §. 112; inter *Immedum* et *Sigebodonem*, quem primum comitem de Scartfelde appellant, quique anno 1134 seqq. vixit, tantum nobis vna vel duæ personæ deessent. Forsan ille, quo caremus, est comes Sigebodo, teste necrologio MSpto anno 1062. mortuus. Plura de illis dicturi sumus in *Clientela Corbeiensi*. Accipe interim schema genealogicum comitum de Schartfelt et Lutterberg. Reseruamus argumenta in aliud tempus, breuitate huius instituti sic suadente.

Deddi



Immed denique sororius esse potuit *Thiadulfi*, pro quo *Immed* vnam Corbeiensibus familiam largitus est in *Holthus*. Filiam et sororem fuisse *Thiadulfo*, docent §. 382 et 370. Cum vero *Thiadulfus* fuerit filius Sigefridi, probabiliter *Immedi* vxor prima fuit e stemmate Northeimensi procreata.

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

§. 438.

Tradidit bernharduſ pro filio ſuo uolcmaro XXX. iugera et mancipium in *ameleueſſen* (y).

§. 439.

Tradidit folcmaruſ pro filio ſuo hauuardo I mancipium et XXX iugera in *bernuuardeſhuſ* (z).

§. 440.

Tradidit ama . . . . . pro filio ſuo alfrico XXX iugera . . . . . (a).

§. 441.

Tradidit ludgeruſ pro filio ſuo egiloldo I familiam (b) in *ſiculithi*.

§. 442.

De villa Amelevesſen in pago Suilbergi.

(y) *Ameleueſſen* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Suilbergi*. Intelligitur deſignari vicus *Amelſen*, olim in comitatu Daſſelienſi, hodie autem in epiſcopatu Hildesheimenſi in præfectura Hundesruck, ſitus. Ex hoc ſitu loci concluſimus ſupra §. 104. not. (l) *Bernhardum* ad Northeimenſem familiam eſſe referendum.

De villa Bernwardeshus in pago Morungo.

(z) Villam *Bernwardeshus* collocat Saracho abbas in Regiſtro B. et P. A. C. *in pago Marungo*. Quem in principatu Gottingenſi exſtitiſſe, iam ſupra §. 418. docuimus. Putamus itaque, ſignificari vicum *Berwardshuſen* in præfectura Moringen, ad eundem principatum ſpectante. *Folcmarus* videtur fuiſſe filius *Bernhardi II*, de quo egimus ſupra §. 104. not. (l).

De villa Durpethe in pago Pathergo.

(a) Quædam in hoc loco diſtincte legi non potuerunt. Pro *Ama* videtur legendum *Amalungus comes*. Villa, in qua idem XXX. iugera tradidit, per vetuſtatem detrita eſt. Hæc autem ſuppleri poteſt e Regiſtro Sarachonis, in quo villam Bernwardeshus, de qua §. 439 actum eſt, ſequitur villa *Durpethe*, quam *in pago Patherga* exſtitiſſe, abbas memoratus l. c. refert. Hæc vero villa nunc vocatur *Turpe*, ſita in epiſcopatus Paderbornenſis tractu non procul a flumine Alma. Cum vero eiuſdem nominis duæ ſint villæ, quarum altera appellatur *overen-Turpe*, atque altera *niederen-Turpe*, alterutra procul dubio deſignata intelligitur. Dolemus, quod nomen traditoris diſtincte legi non poſſit. Alioqui perhibere e re eſſet, *Amalungum*, hic memoratum, fuiſſe *Amalungum*, qui in Vita Meinwerci p. 559 comes in Paterga pago, et p. 561. ſummus eccleſiæ Paderbornenſis *aduocatus* appellatur. Hic ſi filium habuit *Alfricum*, vti ex traditione noſtra videtur conſtare, probabiliſſime ad ſtemma Widikindeum eſt referendus, comitis *Bardonis I.* pronepos, atque archiepiſcopi *Bardonis*, *Widikindi* comitis, et *Herdagi* frater. Quemadmodum enim ipſe *Bardo* eiuſque poſteri, comites de Waldeck et Sualenberg, in eodem pago Patherga bona hereditaria ſatis multa poſſederunt, vti ſupra §. 104. not. (u) vidimus: ita ex donis traditis probabiliſſimum videtur, eundem *Amalungum* ad poſteros *Bardonis I.* ſpectaſſe, et filio ſuo *Alfrico* nomen indidiſſe, a propatruo ſuo petitum.

De villa Siculithi in pago Derlingo.

(b) *Siculithi* villam fuiſſe *in pago Derlingo*, docet nos abbas Saracho in Regiſtro B. et P. A. C. Pagum *Derlingo* olim exſtitiſſe in ducatu Brunſuicenſi in præfecturis Wolfenbuttel, Campen, Königslutter, Dalen, Schöningen, Heſſen, et confiniis, iam ſupra vidimus. Cum ergo inter oppidum Königslutter et caſtrum Supplinburg adhuc ſuperſit curtis quædam dicta der *Sickelſche-hof*, probabiliſſime exiſtimatur ibi villa *Siculithi* olim fuiſſe obuia. Quia autem hæc villa vix duo millia paſſuum a caſtro Supplinburg abeſt, optimo iure ſuſtentari putamus, *Ludgerum* progenitoribus cæſaris *Lotharii*, qui comes fuit Supplinburgicus, inſeren-

ferendum esse. *Ludgerum* fuisse comitem, negari non potest. Quamuis enim ille in traditione nostra non appelletur comes, nominatur tamen is Comitis nomine in Chronico nostro MSpto Corbeiensi iam sæpius excitato. In hoc leguntur verba: *anno MXII receptus est in monasterium egiloldus, filius luidgeri comitis.* Cum igitur ex diplomate S. Bernwardi episcopi Hildesheimensis pateat, anno 1022 comitatum suum habuisse quendam *Luidgerum* in pago Derlingo circa Schöningam, Kisleben, et Uhri intra præfecturam Fallersleben, arbitramur, doctos viros facile concessuros et credituros esse, nostrum *Luidgerum* eundem fuisse comitem, qui anno 1022 in eodem pago vixit. Nomen *Luidgero* nostro inditum videtur, a patruo suo petitum. Cum itaque *Theodoricus* comes frater fuerit *Luitharii*, *Athelberonis* atque *Asici*, qui in eodem pago Derlingo bona hereditaria habuit, vti supra §. 188 vidimus, probabilissimum esse censemus, *Luidgerum* nostrum fuisse filium *Theodorici* comitis. Bona id passim comprobant, nec chronologia repugnat. Si enim sumimus, *Egiloldum* receptum esse in monasterium Corbeiense XVIII anno ætatis suæ, tunc natus is fuerit necessum est anno 994, et pater eius *Luidgerus* consortem thalami adsciuit circiter anno 993. Si porro statuimus, *Luidgerum* matrimonium contraxisse anno ætatis suæ XXIV, *Luidgerus* suscipi in lucem potuit anno 969. *Thiadricus* comes, quem patrem *Luidgeri* fuisse credimus, vxorem hoc pacto duxerit circa annum 944. Anno 968 *Thiadricus* iam comes erat, vti l. c. vidimus. Quot liberos habuerit *Luidgerus* comes, est incompertum. Multam autem prolem ab eo progenitam fuisse, probabile videtur. Si enim nullo præterea alio filio gauisus esset, nisi *Egiloldo*, hunc verisimillime ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti Deo non obtulisset. *Geuehardum* eius fuisse filium, negari non potest. Apparet illud e diplomate quodam, hactenus inedito, quod in Historia Corbeiensi in lucem proferendi optima dabitur occasio, in quo *Geuehardus comes pro salute animarum patris sui Luitharii omniumque progenitorum suorum ad monasterium dictum Corbeia quædam tradidit in villis Kissunleue et Redepke in pago Derlingo*, consentiente eiusdem patruo *Thiadrico* anno MXLVI. Cum autem teste Annalista Saxone p. 409 comitis *Geuehardi* mater fuerit *Ida*, probabiliter eadem est *nobilis mulier*, *Idike* nominata, quæ prædium Essiki, et *Liutburgam*, quod ei vir *nobilis Thiedericus* in proprium delegauerat, per consensum filii sui *Roddachi* ecclesiæ tradidit Paderbornensi, teste *Vita Meinwerci* p. 537. Si enim villa Esieki esset vel Esshof in præfectura Campen in ducatu Brunsuicensi, vel Esbeck in præfectura Schœningen, vel vicus Esebek, qui teste Sam. Walthero in *Singul. Magdeb.* P. VII. p. 106. erat in præfectura Calvör et *Liutburgam*, esset castrum desolatum Linderburg, quondam situm in silua spectante ad vicum Utmoden sub præfectura Calvör, tunc statuere liberet, *Idikam* fuisse ipsam *Luidgeri* comitis vxorem, *Thiedericum* vero fratrem Luidgeri comitis, ac *Roddachum*, fratrem *Egiloldi* et *Geuehardi*. Qui *Geuehardus* eo tempore, scilicet anno 1018, vitales auras nondum videtur hausisse. Quidquid autem eius rei consentaneum vero sit, siue fuerit Idike vxor Luitharii siue minus, negandum tamen non erit, comitem *Geuehardum* adhuc habuisse fratrem *Thietmarum* nomine, ab abbate vel episcopo Thiatmaris ita dictum, cuius Annalista Saxo p. 588 mentionem iniecit, appellans eum patruum Lotharii imperatoris atque Halberstadensem episcopum.

et gubernante Corbeiam Walhone.

Hæc vero omnia stare non possent, si vera prædicasset Albericus in Chronico, in quo ad annum 1037 hæc verba leguntur: *Hermannus, Mathildis, sororis tertii Ottonis, filius, Coloniæ ordinatur archiepiscopus: sedit annos octodecim et habuit fratrem Ludolphum et Ottonem, ducem Sueuiæ, de cuius linea descendit ille Lotharius, qui fuit imperator.* His verbis demonstrare voluerunt eruditi quidam, auum paternum *Lotharii* cæsaris fuisse *Ottonem* Sueuiæ ducem. Cum enim *Mathilda* demum post mortem matris suæ *Theophaniæ* nupserit *Ezoni*, Thephania autem obierit anno 991, iidem docti statuerunt, *Mathildam* cum *Ezone* matrimonium contrahere potuisse anno 992, ex quo porro concluserunt, *Ottonem* ducem, quem auum cæsaris *Lotharii* dicunt, circa finem seculi decimi natum esse, atque patrem *Geuehardi*, anno 1075. mortui, esse potuisse. Sed verum non est, matrimonium, ex quo *Mathilda* nata est, demum anno 992 cœpisse. Monachus enim Brunwilrensis Tom. I. Leibnitii p. 315 luculente litteris memoriæ prodidit, matrimonium contraxisse *Ezonem* cum *Mathilda* matre haud

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

haud inuita. Eius verba hæc sunt: *Palatinus comes* (Ezo), *collectis suorum copiis*, *Amide* (hodie Essen) *properat*, *venerabilem puellam edicto regis* (Ottonis III.) *ad præsentiam vocat*: *fratre iubente*, MATRE VOLENTE, *eam suam fore sponsam enuntiat. Amita vero eius pertinaciter obsistit; sed siue eius potestate, siue regia maiestate territa, cedit.* Quemadmodum itaque certum est, *Mathildam* nupsisse *Ezoni* ante annum 991, ita porro discimus ex eodem monacho Brunwillerensi p. 319, *Ezonem* palatinum post obitum coniugis suæ *Mathildæ*, cum iam decimus annus instaret, LXXX. prope annos ætatis suæ habentem, e vita discessisse. Cum itaque obierit *Mathilda* anno 1024 eodem monacho teste p. 318, sequitur, *Ezonem* palatinum anno 1033 vitam cum morte commutasse. Ex quo sequitur porro, eundem *Ezonem* (si contraxisset marrimonium anno 992) iam annum ætatis egisse XLI, et natum fuisse anno 953. Cum igitur pater *Mathildæ*, id est, Otto II imperator, demum in lucem editus sit anno 955 et, Chronico nostro teste, *Mathilda* eius fuerit filia natu maxima; *Mathildam*, matre eius adhuc viuente, nupsisse *Ezoni* comiti palatino probabile est. Vt autem ex his accurate ostendamus, verisimile non esse, *Ottonem* palatinum fuisse auum *Lotharii* cæsaris patremque *Geuehardi*, ex monacho Brunwillerensi integram genealogiam *Ezonis* efformare debemus. Hæc est sic instituenda.



Ex his statim apparet, *Hermannum* archiepiscopum Colonienſem anno 1056 esse mortuum, quo cum diploma reperiundum in Lunigii *Reichs-Archiv Spic. Eccl.* P. I. p. 329 concordat, in quo iam anno 1057 eius successor Anno obuius est. Inde sequitur, errasse Albericum perhibentem, *Hermannum* in cathedra sedisse per duodeviginti annos. Diploma enim, supra (§. 229) allatum, iam anno 1036 meminit *Hermanni* Colonienſis archiepiscopi. Ex quo colligimus, *Hermannum* præsedisse suis ad minimum XXI annos. Cumque ille iam anno 1036 appelletur archiepiscopus, non tunc demum electus, concludas velim ex eo, eundem eo tempore iam pallium et confirmationem obtinuisse, ac probabiliter plures, quam XXI annos ecclesiæ suæ sedisse. Eius enim anteceſſor Piligrimus, qui anno 1020 electus, in diplomatibus vltra annum 1030 non reperitur, quo tempore *Hermannus* ei probabiliter successit. Cum in hoc Albericus tam grauiter errauerit, eius testimonium tanti non facimus, vt ei assensum nostrum præbere queamus, quum porro ne minimum in eo vestigium veritatis deprehendamus, si quis vellet perhibere, *Ezonem* eiusque filium *Ottonem*, palatinos, aliquid agrorum vel iuris in pago Derlingo tenuisse. Perhibent quidem viri iidem docti, *Ottonem* filium *Mathildæ* hereditario iure acquisiuisse bona Ottoniana, inter quæ etiam fuerit comitatus Supplinburgicus. Sed qua auctoritate id comprobaturi sunt, prorsus non intelligimus. Heinricum II cæsarem, vltimum masculæ stirpis Heinrici aucupis, anno 1024 obiisse, omnibus æque est notum. *Ezo*, *Ludolphus*, atque *Otto* eodem tempore adhuc in viuis erant.

Qua-

§. 442.

Tradidit bucco pro filio ſuo uuigheri XXX. iugera in *beuenhuſ* (c). et gubernante Corbeiam Walhone.

§. 443.

Quare non traditur, quæſo, eoſdem in bona Ottoniana ſucceſſiſſe? Propiores agnati erant comites Brunſuicenſes. Præterea ſatis grauem per errorem ſumunt hi docti, ad cæſares Ottonianos ſpectaſſe bona, ad Comitatum Supplinburgicum relata. Nihil eius rei ſcriptores coætanei ac diplomata prodiderunt. Colonus vnus in villa Lauingi, quem Bouo abbas Corbeienſis anno 888 dedit Ottoni illuſtri, certe totus Supplinburgicus non erat. Ad quosnam bona, circa caſtrum Supplinburgicum, ſita ſpectarint, hæ traditiones, cum diplomatibus egregie conuenientes, ſatis docent. Quemadmodum itaque ex falſis fictionibus falſus etiam ſequitur ratiocinandi modus, ita minus ſolide ſtatuitur, *Geuehardum* comitatum Supplinburgicum hereditario iure accepiſſe, quo nepotem *Mathildæ* filiæ cæſaris *Ottonis II. Geuehardus* ſane, ſi filius *Ottonis* fuiſſet ducis, in ducatum Sueuicum patris ſui ſucceſſiſſet, vel ſuccedere potuiſſet. Cum autem illud factum non ſit, merito, *Geuehardum* fuiſſe filium *Ottonis* ducis, negamus. Adiiciunt, inquis, *Ottonem* demum anno 1045 ſibi acquiſiuiſſe ducatum Sueuiæ, et fato conceſſiſſe anno 1047; *Geuehardum* autem, natum quippe anno 1046, puerumque vel potius infantem, patri ſuccedere non potuiſſe in ducatu Sed reſpondemus rurſum, ſumi citra rationem id, quod veritati haud conſentaneum eſt, ſcilicet, *Geuehardum* demum anno 1046 fuiſſe natum. Qui enim iam anno 1046 *comes* erat et tradere bona quædam, ſita in pago Derlingo, valebat, is anno 1046 demum natus non eſt. Hæc *Geuehardum* iam anno 1046 tradidiſſe, conſentiente patruuo ſuo *Thiadrico*, demonſtrat omnino diploma iam ſupra allegatum. Cum ergo *Otto*, comes palatinus, fratrem non habuerit, nomine *Thiadricum*, ſequitur exinde, *Ottonem* non fuiſſe patrem *Geuehardi*. Cumque monachus Brunwillerenſis quidem obitum *Ottonis* ducis, fratriſque eius *Ludolphi*, et huius *Ludolphi* filios referat, de liberis Ottonis autem taceat; putamus, *Ottonem* ducem ſine heredibus deceſſiſſe. Quid vero *Lothario* officiebat deeratque, quo minus recta prouolaret & progrederetur ad obtinendam regiam et imperatoriam maieſtatem, ſi is nepos *Luitharii* comitis, pronepos *Thiadrici*, ac abnepos *Luitharii ducis*, fuit? Nonne is erat potentiſſimus dominus? A patre habebat bona Supplinburgica, ab vxore bona Northeimenſium ac Brunſuicenſium comitum, a cæſare ducatum totius Saxoniæ. De eius virtute bellica teſtantur annales, et Chronicon noſtrum MSptum. Non autem is erat, inquis, e ſtirpe Caroli Magni? Sed quid inde? Nonne vnus progenitorum eius in matrimonio habuit Endam, neptem *S. Idæ* ducis, e ſanguine potentiſſimorum regum Francorum ortæ? Nonne Endæ mater erat Oda, Odæ porro Aeda ſeu Attala? Attala vero exſtitit filia Caroli Magni. Nonne ex eo clariſſime intelligitur, eius progenitores inter nobiliſſimas Saxoniæ noſtræ familias eſſe relatos? Nonne horum progenitor et ſator fuit Albio, potentiſſimus Saxonum princeps? Arbitramur itaque, nullo modo fieri probabile, *Ottonem* Sueuiæ ducem fuiſſe auum cæſaris *Lotharii*, ſperamus potius fore, vt credant eruditi, eiuſdem imperatoris originem, a nobis demonſtratam, ſolido ſatis niti fundamento. Conf. infra §. 448.

(c) Villam *Beuenhuſen* abbas Saracho in Regiſtro memorat, indicans, eam in pago exſtitiſſe Tilithi. Probabiliſſime ergo ſignificatur vicus *Bavenhuſen*, quem haud procul a vico *Biſcoperode* poſitum fuiſſe, noſtra docent diplomata. Vicum Biſcopeſrothe ſitum eſſe intra diœceſin Mindenſem, comprobauimus iam ſupra (§. 35) litteris Geuehardi comitis de Hoya. Nunc villa Biſchopincgerothe nominatur Biſperode, ſita circiter duo milliaria ab vrbe Hameloa, ad Wiſeram eminente. Si itaque intelligitur deſignari villa *Bauenhuſen*, non procul a Biſperode vico ſita, *Bucco*, qui in eadem villa XXX iugera donauit, exiſtimari poteſt fuiſſe *Burchardus*, filius Sifridi IV, et frater Thiatmari II atque Sigifridi V, qui filio ſuo *Wichero* nomen ita videtur impoſuiſſe, a patruo ſuo petitum. De hiſce vide §. 104. not. (l) De villa Beuenhuſen in pago Tilithi.

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

§. 443.

Tradidit luthardus pro patre ſuo godeſcalco XXX iugera in *huſleri* (d).

§. 444.

Tradidit uuirinbertus pro patre ſuo bernhario unam familiam in *denſum* (e).

§. 445.

Tradidit borcharduſ comeſ pro patre ſuo ſiberto I familiam in *hrothuuardeſhuſ* (f).

§. 446.

De villa Husleri in pago Logne.

(d) *Husleri* villa erat *in pago Logne*, annotante abbate Sarachone in Regiſtro. Procul dubio deſignatur oppidum *Usler* in principatu Calenbergico, ſiluæ Söllinge confine. De *Luthardo* eiuſque patre *Godeſcalco* vide ſupra §. 104. not. (l).

De villa Denſum in pago Guddingo.

(e) Villam *Denſum* collocat abbas Saracho *in pago Guddinge*. Significari intelligimus vicum *Deinſen* non procul a vico Bruggen, ad celebratiſſimos dominos liberos barones de Steinberg ſpectante. Hi et in villa *Denſen* bona tenent feudalia ab eccleſia Corbeienſi et Gandersheimenſi. De *Werinberto* eiuſque patre *Bernhario*, probabiliſſime ad progenitores dynaſtarum de Hoinboken referendis, vide ſupra §. 104. not. (n).

De villa Hrothwardeshus in pago Flotwita.

(f) Villam *Hrothwardeshus* exſtitiſſe *in pago Flotwita*, docet nos abbas Saracho in Regiſtro ſæpiſſime excitato. Pagum *Flotwita* fuiſſe in aliqua ducatus Luneburgici atque diœceſis Hildesheimenſis parte ad fluuium dictum die Aller, diximus iam ſupra §. 193. In eadem ergo regione quærendam eſſe villam *Hrothwardeshus*, nullum reſtat dubium. An autem indicetur *Roddenſen* vel *Rohrſen* haud procul ab oppido Burgtorf in Principatu Luneburgico, id in diſceptationem venit. Quicunque autem ſit ille vicus, ſtat tamen ſententia, circa annum 1013 comitem quendam *Burchardum* in pago Flotwita bona poſſediſſe hereditaria, quæ ille probabiliſſime a patre ſuo *Siberto* iure hereditario accepit. Hunc *Sibertum* fuiſſe illum, qui ſupra §. 399 appellatur filius *Thiadrici*, quem comitem palatinum nominat cæſar Heinricus in diplomate ſupra §. 104. not. (w) allato, negari non admodum poſſe, cenſemus. Quemadmodum enim *Sibertus*, teſte §. 399, in Aſtfala in pago Falhen bona hereditaria tenuit, ita quoque *Thiadricus*, palatinus comes, in pago Aſtvala circa caſtellum Mundburg in ripa Aleræ fluminis comitatum ſuum habuerat, teſtante diplomate l. c. adducto, e cuius ſitu colligendum videri putamus, eoſdem ex vno ſemine fuiſſe procreatos, vti oſtendimus ſupra §. 104. not. (w); *Burchardum* comitem fuiſſe eundem, qui palatinatum Saxoniæ tenuit, probabiliſſimum erit. Eius patruus *Thiadricus* eundem habuerat palatinatum, quo ad annum 995 mortuo, Fridericus, e domo Sommerſchenburgica natus, palatinatum Saxoniæ nactus fuit, teſte Ditmaro Tom. I. Leibn. p. 352, qui Fridericus adhuc anno 1002 in vivis erat, vti ex Ditmaro l. c. patet p. 368. Ipſe eodem anno vitam cum morte videtur commutaſſe. Anno enim primo regni Heinrici II, id eſt, 1003. denuo *Burchardus* comes palatinus erat, vti patet ex Maderi *Antiquit. Brunſuic.* p. 208. Cum autem idem *Burchardus* Comes Palatinus mortuus ſit anno 1016, Annaliſta Saxone teſte p. 441, ſequitur inde, bona, ad villam *Hrothwardeshus* ſita, eundem tradidiſſe ante annum 1016. Sed obiicere videris, ſi *Burchardus* noſter comes palatinus fuit, cur non idem in traditione noſtra appellatur palatinus? Reſpondemus cum illuſtri Grubero, palatinos comites in documentis et litteris, quæ non ſpectabant ad eorum negotia palatina, ſæpe tantum appellari *comites*, vti Anſfridus comes palatinus id exemplo ſuo docere nos poteſt.

§. 446.

et gubernante Corbeiam Walhone.

Tradidit aſger in *brunningtorpe* I iurnalem et quidquid ad eam pertinet (g).

§. 447.

Tradidit helmuuarduſ pro matre ſua adde in *ſneſla* (h) XX iugera et I iurnalem et quidquid ad eam pertinet.

§. 448.

(g) Villam *Brunmingtorpe* in Regiſtro abbatis Sarachonis non reperiri cum mentione pagi, in quo ea exſtiterit, valde dolemus. Neſcimus ergo, quorſum nos vertamus, ignorantes quippe, an villa *Brunmingtorpe* vna eademque ſit ac illa, quæ in diplomatibus noſtris modo appellatur *Brumenichtorp*, modo *Brumelinktorp*, modo *Brundorp*, quæque probabiliſſime olim exſtitit in dynaſtia Deſenberg in epiſcopatu Paderbornenſi non procul a villa Natzungen. Ea in regione adhuc reperiuntur campus *Brunenſieck*, et ſilua *Brunenholt*, veriſimiliter a Brunone quodam ita dicta, ſiue ille fuerit Bruno Angariorum dux, ſiue vnus ex eius poſteris, inter quos, quantum noſſe datur, XVIII Brunones fuere. Eapropter autem dolemus, quod Saracho non ſignificauit pagum, quia, ſi pagus Nithega ſubaudiendus fuiſſet, perhibere vellemus, *Aſgerum*, qui in villa noſtra quædam tradidit, fuiſſe Aſig ſeu *Eſiconem*, filium *Thiatmari*, de quo ſupra egimus §. 104. not. (n). Ex eo concludere porro voluiſſemus, nomina *Aſig* atque *Eſic* veteres Germanos noſtros proprie pronunciaſſe per *Aſge* ſeu *Aſche*, quod multis, prouti ſperamus, fuiſſet gratiſſimum. Quemadmodum enim olim inter veteres Germanos noſtros nomen Aſig, Eſich et Aſche fuit vſitatiſſimum, ita illi perhibere potuiſſent, nomen illud ad noſtros Germanos eſſe deriuatum ab eorum conditore, qui fuerit *Askenas*, nepos Iapheti et pronepos Noachi, teſtante Moſe, qui in rebus hiſtoricis eandem fidem meretur, quem merent hiſtoriographi exterarum nationum. Cum autem noſtræ ætatis ſpiritus ſortes, *eſprits forts*, a nobis argumenta petere poſſent, quibus comprobari poſſet, *Tuiſtonem*, quem Tacitus patrem et ſatorem nominat Germanorum, fuiſſe vel filium, vel nepotem, vel pronepotem *Askenaſi* pronepotis Noachi; putamus, melius eſſe, nihil certi ſtatuere, quam pro vero aliquid venditare lubrici. Inter coniecturas referendum eſſe illud, ſi pronunciamus, cenſuram non merebimur; ſi autem id pro certo adfirmate vellemus, eadem virgula cenſoria eſſemus digni, qua D. Lauenſteinius, perhibens in *Hiſtoria Hildesh.* ſeptem Iapheti filios iam anno mundi 1790 terras Europæ habitaſſe, et, hoc demonſtrandum eſſe, ſibi perſuadens, teſtimoniis fabuloſi Ioſephi, I. Nic. Hertii ac B. Sylveſtri Tappii vſus fuit. Dum autem ſibi idem perſuadet, eorum teſtimonia ad demonſtrationem rei eſſe ſatis idonea, facile etiam eodem modo demonſtrari poſſet, non dari antipodes. Nihil enim tam abſurdum eſt, quod non aliquando dictum ſit ab vno hiſtoricorum vel eruditorum. De villa Brunmingtorpe.

(h) Villa *Snesla* erat *in pago Tilithi* ſita, teſte abbatis Sarachonis Regiſtro. Eandem eſſe ſitam inter Oſen et Gronde, iam didicimus e litteris Franciſci abbatis Corbeienſis, ſupra (§. 257) adductis. Ex hiſce patet, eccleſiam Corbeienſem feudum contuliſſe quoddam in villa *Snesla* dominis de Haken. Eadem villa appellatur in litteris ſequentibus *Sneſele*. Id autographum non eſt in membrana, ſed charta, quam papirum vocant, ſcriptum. En litteras ipſas. De villa Snesla in pago Tilithi.

Wy *Ekhart* und *Cord van Oſen* bekennen und betugen in duſſen open verſeghelden breue de beſeghelt ys mit *Erenſtes Haken* inghheſegel des wy brukende ſyn um unſer twyer vorbenomet *Echarts* und *Cord van Oſen* bede willen went wy neyn eghen inghheſeghele en hebbet dat wy hebbet myd guden willen gheantwardet und gheſat den bref den wy hadden van dem van *Stockhem* de uns ſtant vor vyff *hannoverſch* pund dar uns de van Stockhem vorgheſetet hebbet Iant dat

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

dat beleghen ys twyſſchen *Gronde* und *Sneſele* like der wyſe ſo wy dat hadden uthghedaen. unde wy *Echarte van Vrencke* den bref und dat lant tubeſittende overgheven na uthwyſinghe des houet breues. duſſe Stucke de ſint gheſchen dor de *Johan van Vrencke Echartes Sone, Hinrick van Lenghede,* und eck *Erenſt Hake,* hebbe dor bede willen myn ingheſeghel henget tu eyner betughinge vor duſſen bref.

Datum anno domini M. CCC. LXXX. VII. feria ſecunda poſt miſericordias domini.

His litteris addimus alias, in quibus eadem villa nominatur *Sneſel*:

Eck *Borchard van Stockhem* knape bekenne openbar in duſſem breue vor my und myne eruen dath wy ſchuldich ſint rechter witlicken Schuld *Herman Haken* und ſynen rechten eruen und dem holder duſſes breues myt oren guden willen viffteyn gude vulle rinſche gulden hieuor hebbe wy on geſat und ſettet in macht duſſes breues unſen haluen hof tho *Sneſel* und anderthaluen houe land geheiten de *lintkof,* des de andere helffte *Tonnieges van Stockhem* unſe vedder hefft, alſo dat de gntn *Herman Hake* ſyne eruen ergntn haluen hof to *Sneſel* hebben ſchollen und eck und myne eruen on den antworden und latet in ore hebbende bruckende were myt aller ſlachte unde rechticheyt unde to behoringe alſe de gelegen is in dorpe in velde in water wyſchen und weyden daruan ſe up boren unde nomen ſchollen van welken alle iar wat daruan komen und werden mach ſo lange wente wy den gntn hof myt ſyner tobehoringhe wedder van on geloſt hebben mid witlicker vorkundinge in wiſſ na beſcreuen und duſſe ſate ſchal ſtaen twelff iar in de wy wandelt unde wanne de vorgeſcr. twelff iare na richte, duſſes breſes verlopen weren weret den wy duſſen ergntn haluen hoff mid ſiner tobehoringhe wolden wedder loſen edder ſe ore geld wollen wedder hebben dat mach unſe eyn den andern witlicken to voren vorkundigen edder verkundigen laten alle Jar twiſchen wynachten und lechtmiſſen und ſo denne up den erſt volgenden paſchen neiſt der vorkundinge war de ſo gedan were on ore viſteyn gude vulle rinſche gulden gutlicken wedder geuen und wol to dancke betalen und wol vornogen in eynen hope ſunder iennich hindernis effte lengeren vortoch unde ſo den unde nicht er ſcal uns unſe halue hof ergeſcr. wedder quit ledich unde los vallen unde werden. dut loue eck vor my und myne eruen deme vorgeſcreuen *Hermen Haken* unde ſynen eruen und dem holder duſſes breues mid oren guden willen in guden truwen und in eydes ſtadt ſtede und vaſte to holdende ſunder iennich argeliſt und hebbe deſſen to bekantniſſe der warheit myn ingheſegel vor my und myne eruen witlicken gehangen an duſſem bref. vortm̃ eck *Tonniges van Stockhem* knape bekenne openbar in duſſem breue vor my und myne eruen dat ſo dane ſate alſe *borchard van Stokhem* myn vedder vorgnt gedan hefft vor ſeck und ſyne eruen *Herman Haken* ſynen eruen unde mede beſcreuenen an den haluen hofe to *Sneſel* in aller wiſſ alſe vorgerort is is geſcheen und ſchut mid mynen und myner eruen witſchop vulborde und guden willen und ſcolen unde willen dat ſtede und vaſte ſo mede holen ſunder archliſt und hebbe des to kuntſchop myn Ingeſegel witlicken mede gehangen an duſſen bref. datum anno domini M. CCCC. LX. primo ipſo die matthie apoſtoli.

Eadem in villa vendunt anno 1491. *Otto* et *Jodocus* pater et filius, dicti *de Werder, Euerhardo de Monichuſen* quatuor manſos, teſtantibus litteris, quæ repe-

§. 448.

Tradidit oddo clericus pro matre sua symod (i) in *hamersleue* I mansum et I familiam. et quidquid ad eam pertinet. et gubernante Corbeiam Walhone.

§. 449.

reperiuntur in der *gründlichen Geschlechts-Historie des hochadelichen Hauses der Herren von Munchhausen* p. 104 seq. In eodem libro p. 129 documentum litterarium inuenitur, in quo fit indicium, dynastiam *Artzen* esse sitam ad vnum milliare ab vrbe Hameloa, eamque conterminam fuisse *marcæ* dictæ *Snellen*. Quemadmodum igitur hæc marca nomen suum accepisse videtur ante annum 1521, et a villa nostra denominata videtur; ita quoque patet e documento litterario quodam, quod in codice diplomatico monasterii Amelungesbornensis legitur, ad annum 1298 scripto, *Arnoldum de Embere eiusque vxorem Mechtildem donasse monasterio Amelungesbornensi curiam in villa Snesle, quam donationem confirmant Adolfus atque Albertus fratres et comites de Swalenberge consentientibus fratre suo præposito Gunthero et ecclesiæ Magdeburgensis canonico et sororibus suis scilicet Conegunde abbatissa in Valckenhagen, Ermengarde abbatissa in Herisia, et Mechtilde abbatissa in Molenbeke, nec non Jutta vxore Adolfi et filiis Gunthero et Henrico, ac filiabus Sophia, Jutta et Conegunde, porro Jutta vxore Alberti et liberis Henrico, Gunthero, Alberto, Lutgarde et Jutta, quam curiam cum IV mansis Arnoldus de Embere eiusque vxor Mechtild tenuerant in feudo a comitibus prædictis.* Porro ratam habet anno 1309 *Albertus comes iunior Alberti comitis de Swalenberge filius venditionem IV mansorum ad curiam dictam borghof in villa Snesle pertinentium recepta aliqua pecuniæ summa a cœnobio Amelungesbornensi, addideruntque sigilla Guntherus . . . . . Paderbornensis electus et confirmatus . . . . . patruus eius, præsentibus Alberto Alberti iunioris patre, Gunthero ecclesiæ Mindensis thesaurario ac Henrico comite fratribus Alberti iunioris, nec non Reinholto de Vornholte, Iohanne de Elwordessen militibus, Conrado de Oldenborg famulo, fratre Iohanne de Wrebecke cellerario et fratre Iohanne de Riuo monachis in Amelungesborne,* testantibus litteris in eodem codice diplomatico reperiundis. Quibus e documentis apparet, comites Sualenbergenses aliquid iuris possediisse in villa *Snesla*. Quam libenter itaque *Helmwardum*, qui ecclesiæ Corbeiensi bona quædam tradidit ad *Sneslam* villam sita, inter progenitores Sualenbergensium comitum referre vellemus, tam illibenter perspicimus, illud aliqua veritatis specie firmari non posse. *Helmwardos* scilicet in domo Widikindea non deprehendimus, quos potius deprehendimus in familia dynastarum de Artzen cognominatorum, quos e familia comitum de Euersteín descendisse, supra per coniecturam augurati sumus, qui cum eruditissimis viris statuimus, familias illustres nomina progenitorum suorum libenter et crebro inter se retinuisse. Potuerunt ergo Sualenbergenses comites bona, ad *Sneslam* posita, acquirere per feminas, e stirpe Euersteinensium comitum ortas. Cognatione enim eos inter sese fuisse coniunctos, diplomata comprobant, neque id negari potest.

(i) Villam *Hamersleue* fuisse *in pago Norththuringi* sitam, docuit nos abbas Saracho in præstantissimo Registro. Pagum Norththuringi in aliqua diœcesis Halberstadensis parte exstitisse, iam supra vidimus. Cum ergo in principatu Halberstadensi inter Helmstadium atque Halberstadium, vrbes, vno milliari ab oppido Schöningen inueniamus locum quendam *Hamersleben* dictum, statuendum esse omnino arbitramur, eundem locum designari. In vico *Hamersleben*, duo milliaria sito ab Halberstadio vrbe, nunc monasterium exstat monachorum ordinis D. Augustini, fundatum conditumque in honorem S. Panceratii a Thietburge nobili matrona eiusque filia Machtilda, testibus litteris ad annum 1112 reperiundis in Lunigs *Reichs-Archiv Spic. Eccl.* P. II. *im Anhang* p. 25. Hanc Machtildam Fridericus Lucæ im *Grafen-Saal* p. 1108. nominat vxorem Friderici I, comitis palatini de Sommerschenburg, fabricatus e nomine matris nomen familiæ, dum Machtildam appellat natam dominam de Theberg. Tradit idem, adhuc in ecclesia Hamerslebiensi apparere epitaphium eiusdem Machtildæ de Theberg. Est autem hæc villa *Hamersleue* primum probe discernenda De villa Hamersleue in pago Norththuringi.

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

da a monaſterio *Hadmersleben* intra eundem principatum Halberſtadenſem obuio, atque vnum milliare ſito a noſtro cœnobio Groninga, quod monaſterium hodie vulgus appellat *Hoimersleben* vel *Humersleben*. Ab hoc loco ſe quondam nobiles quondam domini appellarunt *de Hadmersleue*, quos membranæ noſtræ inter nobiles clientes abbatiæ Corbeienſis referunt. De his exponendum in *Clientela Corbeienſi* pluribus. Reperitur vero in eodem loco *Hadmersleben* monaſterium virginum ſacrarum O. S. Benedicti, fundatum in honorem S. Petri apoſtoli ſanctique Stephani anno 961 ab Halberſtadenſi epiſcopo Bernhardo. In eo ad annum 1727 Abbatiſſa Margaretha Blumen, cognata noſtra, virginibus præerat, et, quantum ſcimus, adhuc anno 1749 præeſt. Deinde diſtinguenda eſt villa *Hamersleue* ab *Hamersleben*, ſita in præfectura Hötensleben, quam S. Waltherus in *Sing. Magdeb.* P. V, p. 102. inter deſolatas villas Saxoniæ noſtræ recenſet. Hæc probabiliſſime eſt eadem, quæ anno 1178 in litteris Odalrici epiſcopi Halberſtadenſis appellatur *Lutken Hamersleue*, reperiundis in *I. G. Leuckfeldii Antiq. Michaelſt.* p. 37. Notatu porro dignum eſſe cenſemus, villam *Hamersleue* referri ad comitiam Sehuſanam, teſtante diplomate epiſcopi Halberſtadenſis *Volradi* in S. Waltheri *Sing. Magd.* P. III. p. 54. En verba quæ huc faciunt: *Cum debitorum onera nimium eum arctarent, comitiam in Sehuſen domino Rudolpho archiepiſcopo Magdeburgenſi et eccleſiæ ſuæ liberam et non infeodatam vendidit pro IV millibus et D. marcis cum omni iure et attinentiis ſuis. ſicut ipſam tenuit et habuit multis annis, excepto eo quod vulgariter Goſlaph vocatur in villis ſubnotatis, Oſtenleue, Beckendorp, Hornhuſen magnum, Emeringe, antiquam villam, Oſchersleue, Wegersleue, Andesleue, Brandesleue, Neindorp, Hamersleue, quas ſubeſſe voluit aduocatiæ ſuæ in Oſchersleue pleno iure, ita vt ne nomine comitiæ in his villis aliquid attemtetur.* E quibus apparet, comitiam *Sehuſen* non paruum fuiſſe comitatum. Goſlaph forraſſis legendum eſt *Goſcaph* ſeu Graueſcap. De hoc iudicio *Goſcaph* pluribus egit eruditiſſimus D. Grupe in *Diſcept. Forenſ.* p. 1072. ſeqq. ad quod annotare volupe eſt, in diplomate Roberti abbatis Corbeienſis ad annum 1326, ad quod idem prouocat p. 1076, et cuius autographum in noſtris manibus eſt, non legi Graſsſtab, ſed *Gravſcap*. Nugæ ergo ſunt, quicquid ſecretarius Bierbuchſe auctor *Deductionis iurium et Grauaminum Huxarienſium* profert, contendens, ciuitati Huxariæ fuiſſe ius quoddam ſpeciale, dictum *Groſtap* ſeu *das Graſsgerichte*, quod abbas vendiderit conſulibus Huxarienſibus ita, vt redimere potuerit: Graſsſtab enim et Gravſcap toto cœlo differunt. Sed mirum non eſt, hominem, prauis affectibus indulgentem, diplomata adulteraſſe, et maluiſſe, omnia perdi, quam ſua de praua mente deſiſtere, vti cauſa Huxarienſis oſtendit, cuius fax et tuba ille Bierbuchſius fuit, quæque ex hoc vnico diplomate aliam faciem induit, quam quæ hactenus cognita eſt. Vt lector beneuolus ipſe de hoc momento iudicare queat, diploma memoratum, æri inciſum, dabimus, quod eſt huius moduli:

Dei gratia Nos Roppertus abbas prior præpoſitus camerarius Totuſque conuentus eccleſie Corbyenſis Vniuerſis hoc ſcriptum intuentibus ſeu audientibus notum facimus quod dilectis noſtris conſulibus et uniuerſitati ciuitatis Huxarie ſi aliquis quicunque hic eſſet vellet emere iudicium in Huxaria quod vulgari nomine *eyn Grauſcap* appellatur contra voluntatem eorum et in dampnum ad aſſiſtendum ipſis aſtricti erimus et debemus eſſe ac firmiter contra illum emptorem apud eos permanere. Si vero quiſpiam propter predictum iudicium ipſos attemplaret diffamare incuſare ſeu infeſtare. contra illum ipſis volumus et non minus arbitrarium validum adiutorium preſtare et iuuamen nec non eoſdem perplacitare tenebimur proloqui fideliter et tueri. Preterea debemus permittere et ad hoc efficaci ſubſidio iuuare quod ſepedicti noſtri conſules et communitas debent per omnia in memorato iudicio eorum iure antiquo inuiolabiliter vti et gaudere. In premiſſorum euidens teſtimonium nos Roppertus abbas iam dictus duximus noſtrum ſigillum vna cum ſigillo noſtri conuentus antedicti preſentibus apponendum. Datum in vigilia natiuitatis beati Johannis Baptiſte anno domini milleſimo C.C.C. XXVI.

Vt

ad pag: 690.

Dei gratia Nos Roppertus abbas .. prior .. prepositus .. Camerarius Totusque .. Conventus Ecclesie
Corbyen .. Universis hoc scriptum intuentibus seu audientibus Notum facimus quod dilectis nostris .. Consu
libus et .. Universitati civitatis Hunarien si aliquis quicumque hoc esset vellet emere Judicium in huxu
quod vulgari nomine eyngrascap appellatur contra voluntatem eorum et in dampnum ad assistendum ipsis
astricti erimus et debemus esse ac permittere contra illum emptorem apud eos permanere et .. quispiam
propter predictum judicium ipsos acceptare diffidare .. incusare seu impestare contra .. illum ipsis
volumus et nominamus arbitramur validum adiutorium prestare et quiamen nunc eosdem
placitare tenebimur proloqui fideliter et tueri Preterea debemus permittere et ad hoc efficacia
subsidio iuvare quod sepedicti nostri .. Consules et .. Communitas debent pro ea memora
to judicio eorum jure antiquo inviolabiliter uti et gaudere. In premissorum evidens
testimonium Nos Roppertus abbas iam dictus duximus nostrum sigillum una cum sigillo nostri .. Conven
tus antedicti presentibus apponendum. Datum in vigilia Nativitatis beati Johannis Baptis
te Anno domini Millesimo .. c .. c .. xxvi .. z





§. 449.

Tradidit heſſi in *bennanhuſ* (k) quidquid illic habuit. et gubernante Corbeiam Walhone.

tradidit hunolduſ pro ſe et patre ſuo uulfario et pro filio ſuo egilmaro in *emſteki* VII. unam in *hareburgun* (l) et unam in *erelithe*.

§. 450.

Vt autem in viam, a qua paululum deflexímus, redeamus, illud animaduerti dignum putamus, ducem Saxoniæ et *cæſarem Lotharium* appellari *comitem de Sehuſen*, quod interpretari maluimus de *Sehuſen* in pago Norththuringi, quam de Sehuſen in pago Ambergo. Cum enim ſupra §. 188 et §. 441 oſtenderimus, cæſarem *Lotharium* cum Walbeccenſibus, Sommerſchenburgicis atque Anhaltinis, ex vno germine fuiſſe ortum, ex eadem quoque appellatione nouum pondus ſententiæ noſtræ accreſcit, et probabile redditur, *Oddonem* clericum in villa *Hamersleue*, ad comitatum Sehuſanum olim ſpectante, aliquid tradentem ad progenitores cæſaris *Lotharii* referendum eſſe. Probabiliſſime is comitis *Luidgeri* frater, ac filius *Thiadrici* comitis fuit, qui cum vxorem habuerit nomine *Symod*, eadem *Oddonis* mater, et proauia cæſaris *Lotharii* non eſſe non poterit. Veriſimillime idem *Oddo* ad noſtram acceſſit Corbeiam, luſtraturus & viſurus fratrem ſuum *Luidgerum*, filiumque *Egiloldum*, tunc temporis monachum Corbeienſem. Viuere autem potuit *Symod* prædicta vxor *Thiadrici* comitis, vſque ad annum 1013. Thiadricum enim anno circiter 968 vxorem duxiſſe, ſtatuimus ſupra §. 441. Pone enim, *Symodam* nupſiſſe *Thiadrico* anno XVI ætatis ſuæ, tum neceſſe eſt, nata illa fuerit anno 952, et annum ætatis habuerit oportet *Symoda* LXI annos anno 1013, quo vitam cum morte videtur commutaſſe.

(k) Villa *Bennanhus* erat ſita *in pago Nithega*, teſte Regiſtro abbatis Sarachonis. Nulla ergo alia villa ſubeſt, niſi ea, in qua olim illuſtris Saxoniæ dux *Luidolfus* manſum vnum tradiderat, vti docuimus ſupra §. 224, vbi vidimus, deſignari vicum *Benſen* haud procul a vico Erklen in Paderbornenſi epiſcopatu. Ad poſteros ducis *Luidolfi* ſpectaſſe *Heſſonem*, qui in eadem villa quædam donauit, videtur veroſimile. Cum itaque nomen *Heſſi*, Eſic, Aſich, atque Adalricus ſit vnum idemque, vti vidimus ſupra §. 104. not (v); *Heſſi* noſter veriſimiliter fuit *Eſic*, filius *Thiatmari*, de quorum vtroque ſupra egimus §. 104. not. (n). De villa Bennanhus in pago Nithega.

(l) Villas *Emſteki*, *Hareburgun* atque *Erelithe* fuiſſe *in pago Leri*, refert Saracho in Regiſtro B. et P. A. C. Pagum *Leri* exſtitiſſe circa monaſterium Wildeshuſen et fluuium Hunta, qui in Oſnabrugenſi oritur epiſcopatu, atque in comitatu Oldenburgico miſcetur Viſurgi, docuimus ſupra §. 35. Neminem ergo negaturum cenſemus, villam *Emſteki* eſſe *Emſteck*, et *Erelithe* eſſe Leete in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, *Hareburgun* autem *Herbergen*, in comitatu ſitum Oldenburgico. Atque ex eo probabiliſſimum fieri putamus, *Hunoldum*, *Wulfarii* filium ac patrem *Egilmari*, inter progenitores Oldenburgicorum comitum, a quibus nunc ſereniſſimi duces Holſatiæ ac Daniæ reges deſcendunt orti, eſſe referendum. *Egilmarus*, filius *Hunoldi*, veriſimiliter eo tempore, quo pater eius pro eo hæc bona tradidit, tantum puer ſeu adoleſcens fuit. Cum autem nomen *Hunoldi* contraheretur in *Huno*, quemadmodum dicimus pro Reinoldo Reino, et pro Geroldo Gero, probabiliſſime quoque huius *Egilmari* frater fuit *Huno* archicomes. Quamuis enim Io. Schiphouerus in *Chronica* T. II. S. R. G. Meibomii p. 151 huius *Hunonis* patrem appellauerit *Vdonem* marchionem atque archicomitem ac matrem *Idam*, contendens, illius *Hunonis* vxorem fuiſſe *Guillam*, et ſororem *Rixam*, matrem *Egilmari* comitis Oldenburgici; patet tamen ex eis, quæ ſupra §. 241 diximus, Schiphouero in eo non eſſe credendum. *Rixa* ſeu *Rikence* quidem erat filia *Idæ*, ſed non fuit *Ida* vxor *Vdonis*, neque *Ida*, mortuo *Vdone*, regi Ruſſorum copulata eſt, vti idem Schiphouerus l. c. atque auctor Chronici Raſtadenſis T. II. Meibomii p. 89 aſſerunt, confundentes filiam *Odam* cum matre *Ida*, vxore *Lippoldi*, *Dedonis* atque *Etheleri*, quod tamen Schiphouerus corrigere videtur p. 141. aſſerens, *Idam* fuiſſe vxorem *Lippoldi*, cui pepererit *Odam* ſacram virginem Rintelii, quæ in matromonium data ſit regi Ruſſo- De villis Emſteki, Hareburgun et Erelithe in pago Leri.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

§. 450.

Tradidit ibed pro ſoeru ſua berchet in loco *holtuſhuſ* (m) XVIII iugera uniuſq; familię ſeſſioniſ locum.

§. 451.

tradidit bernharduſ pro filio ſuo brun I familiam in *uuigbeke* (n).

§. 452.

Ruſſorum. Neque fuit *Rixa* ſeu *Rikence* vxor *Haionis*, vti idem auctor *Chron. Raſtad.* p. 92. ac Schiphouerus p. 41. perhibent, ſed *Egilmari I*, qui pater erat *Egilmari II*, comitis de Oldenburg, vti ſupra §. 241 diſtinctius oſtendimus. Quodſi autem *Egilmari I* frater fuerit *Huno*, qui cum filio *Friderico* circa annum 1059 conſtruxit monaſterium Raſtadenſe in comitatu Oldenburgico, teſte Schiphowero p. 132; *Egilmarus I*, filius *Hunoldi III*, vtique eſſe poterit pater *Egilmari II*. qui circa annum 1122 vixit, et ſator fuit Oldenburgicorum comitum, ducum Holſatiæ ac regum Danorum.

De villa Holtushus in pago Wikanauelde.

(m) Villa *Holtushus* tribuitur ab abbate noſtro Sarachone in Regiſtro B. et P. A. C. *pago Wikanauelde*, atque ex eo patet, intelligi vicum *Holthuſen* non procul a vico Eſchershuſen intra præfecturam Wickenſen in Wolferbuttelano Principatu. Cum autem in eadem regione ſpectarint prædia ad progenitores Northeimenſium, Daſſelenſium atque Homburgicorum comitum ac dominorum, eapropter quæritur, quisnam fuerit *Ibed*, qui ſpectantia ad eandem villam bona tradiderit. Supra §. 322. vidimus, *Sifridum* ſita in eadem villa bona quædam tradidiſſe eccleſiæ noſtræ, quem proauum *Ottonis* Bauariæ ducis ac comitis Northeimenſis fuiſſe ſtatuimus. Coniecturæ ergo interuentu auguramur, *Ibedam* fuiſſe coniugem vel *Borchardi* vel *Thiatmari*, filiorum eiuſdem *Sifridi*, et quantum e ſitu locorum collegimus, *Ibed* eſt eadem, quæ infra §. 458 quædam largita eſt, in Heinem villa ſita, pro filio ſuo *Bernhardo*. Quodſi autem ſtatuere malles, nomen *Ibed* non fuiſſe nomen mulieris ſed maris, quia ſupra §. 156 inter teſtes quidam reperitur nomine Aiber, tunc vtique non repugnamus. Supereſt alius coniecturæ porro locus. Poſſit hoc nomen fuiſſe contractum ex Ailberto, quemadmodum veteres pro Siberto interdum dixere Sibet. Hac conditione interpretandi admiſſa, *Ibed* fuit fortaſſe *Volcmari I* filius. Sic *Bernhardo* nomen fuiſſet inditum, vel ab auo ſuo comite palatino, vel a patruo ſuo *Bernhardo*, petitum.

De villa Wigbeke in pago Logne.

(n) Villa *Wigbeke* erat ſita *in pago Logne*, teſtante Sarachone in Regiſtro ſuo, ſæpiſſime excitato. Pagus *Logne* erat obuius in principatu Göttingenſi. Palam ergo erit, intelligi vicum *Wibbeke* in iudicio Adelipſen in principatu eodem. Eadem autem villa probe diſcernenda eſt primum 1) a *Willibechi*, quæ in eodem pago Logne exſtitit, et probabiliter eſt Wanbeck in præfectura Niennower, et deinde 2) a *Wabek*, quæ erat in terminis epiſcopatus Mindenſis ſita. In hac poſteriori villa *Wabeke* Rudolfus, de Oldendorpe dictus, curiam vnam ex ſuis ac aliorum eleemoſynis emit, et contulit xenodochio ad ſuſtentationem pauperum in Amelungesborne, teſtantibus litteris Henrici militis et Dei gratia domini in Homburgk ad annum 1260, quæ reperiuntur in libro Amelungesbornenſi diplomatario num. 267, ex quo inſerimus litteras ſequentes huic commentationi.

Volquinus dei grā *Mindenſis* eccle ēps.... cum incertum ſit et de veritate non conſtet ad quem proprietas curie in *Wabek* cum ſuis attinentiis de iure ptineat et religioſi viri abbas et monaſterium fratrum ordinis cyſtercienſis in *Amelungeſborne* dictā curiam dudum poſſederint nos ob anime ñrē remedium ambiguitatem omnem amputare volentes ut poſſidentium conſcientie ſint ſecure proprietatem et omne ius nobis et eccle ñrē competens. ſi tamen aliquod competebat in bonis huiuſmodi. damus ptato monaſterio propter deum et hoc tenore

nore p̃ñtium publice proteſtamur. Datum Minde anno dñi M. CC. LXXXIII. non. maii. o o et gubernante Corbeiam Walhone.

Hac vltima villa *Wabek* probabiliter ea eſt, quæ in præcepto Ludouici I imperatoris *ſuper terminatione et circumſcriptione finium diœceſis Hildesheimenſis* appellatur *Wabeki*, quæ ſita erat inter montem Fugleri, ~~haud procul ab~~ oppida Bodenwerder et Hlannia. Quod vt diſtinctius pareat cunctis, placet eoſdem terminos parochiæ Hildesheimenſis huic commentationi inſerere, cum id propoſito noſtro, ad illuſtrandam Geographiam Saxoniæ noſtræ antiquam directo, conſentaneum eſſe videatur:

Iſti ſunt termini epiſcopatus Hildenſemenſis eccleſiæ: Ab oriente flumen, quod dicitur Ovekera (hodie appellatur die Ocker) *de illo loco, vbi Scuntera* (die Schunter) *incidit, vſque ad fontem Rotanbiki* (Rotenbek, riuus in montibus Harzicis oriens, influens Ouekeram, quam ſupra in litteris protographis cæſaris Arnolfi nominatam deprehendimus Ouaccram) *et ſic vſque in ſiluam, quæ dicitur Aridadon* (procul dubio eſt pars quædam ſaltus Harzici, an ſit Jurgen a el haud procul ab vrbe Goslaria, perquirendum foret. Quodſi hæc ſilua intelligeretur, vti nobis probabile videtur, J. B. Lauenſteinius andabatarum more pugnaſſet contra obſeruationem in Nouis Eruditorum Actis ad annum 1741 p. 163 reperiundam) *Inde vero vſque in Furbiki, de Furbike videlicet vſque ad Widukindus Spockian.* (Spockia erat antiquis Saxonibus pons, fluuio vel riuo alicui impoſitus. Inter opiliones vocabulum illud adhuc in vſu eſt. Nominant enim pontem, e ceſpitibus aut crateribus confectum, eine Speke. Eundem pontem quondam fecerat Widukindus quidam. Quis ille Widukindus fuerit, quoque in loco eius ponticulus, procul dubio iam dudum putrefactus, iacuerit, non liquet. Magnus mihi profecto Apollo erit, qui locum, vbi pons iſte repertus eſt, oſtendere poterit.) *Inde quoque vſque in Briſan, et ſic ſuper Inderiſtan* (eſt fluuius, oriens in montibus Harzicis, hodie dictus die Innerſte) *vſque Lullenbrunnen. De Lullenbrunan vſque Crupiliggarothe.* (An Krupelrode, cuius meminit bulla Papæ Innocentii reperiunda in I. G. Leuckfeldii Antiquitatibus Michaelſteinenſ. p. 98?) *in auſtrali parte Raminadam.* (Iſte locus in diplomate cæſaris Heinrici appellatur Kaminada. Quænam lectio alteri præferenda ſit, prius inquirendum foret. Si prior eſt genuina, fortaſſis locus ipſe eſt villa Renimeinge, cuius anno 1269 mentionem iniecit in litteris ſuis Otto, epiſcopus Hildesheimenſis.) *Sic vero Wigberterdene vſque Wigbertesbuncian.* (Hæc duo loca a quodam Wigberto nomina accepiſſe, omni vacat dubio. Supra vidimus, pontem appellatum eſſe a quodam Widekindo. Widekindi Magni filius erat Wigbertus. An ab his, patre ſcilicet et filio, nomina impoſita ſunt locis illis? An itaque familia Widikindea in regionibus Harzicis bona poſſedit?) *et ſic per eandem Buncian* (Buncia magnam ſimilitudinem habet cum antiquo vocabulo Germanico Bönſe, adhuc in Weſtfalia vſitato, et ſignificante cameram, in qua matres familiæ lardum farcimen, oua ceteraque victus genera, adſeruare ſolent. Hoc etymo ſtante, Wigbertesbuncia teutonice reddenda erit per Wigberti promtuarium) *vſque ad fontem Eternæ* (Eterna riuus eſt inter Ilhuſen et Danhuſen ortus, defluens per Hachenhuſen et Seboldshuſen vicos, ſub monte Oſterberg prope vrbem Gandershemium ſe miſcens cum fluuio Gande, qui tum proprium nomen olim amiſit, et Eterne appellatus eſt). *Et ſic per Eternam vſque ad occidentalem plagam Heringgahuſin* (eſt vicus Harrihuſen in præfectura Weſterhoſe) *et vſque ad occidentalem partem, quæ dicitur Bekenhuſiadone* (an vicus Schachtenbeck intelligatur, dubitamus. Riuus, qui alluit vicum Schachtenbeck, appellatur quidem Beke. Sed nomen loci noſtri videtur compoſitum ex Bekenhuſen et done. Illud quidem denotare poſſet domum ad riuum, dictum Beke. Sed quis neſcit, quam infirmo nitantur talo denominationes locorum, a fluminibus riuis montibus et ſiluis petitæ. Quamdiu enim nomina propria hominum ſuperſunt, qui primi fundatores ſeu coloni locorum eſſe potuerunt, tamdiu ad flumina et montes et ſiluas recurrere neceſſe non eſt. Villæ Bekenhuſen nomen inditum eſſe videtur a quodam Bekone ſeu Buccone, quorum nomina quondam in Saxonia noſtra in vſu erant, vti Traditiones noſtræ paſſim demonſtrant. Nomen Beke generale erat multis aliis riuis, qui nomen non habebant, indi-

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

inditum. *Done* etiam quondam denotabat hypocauſtum, eine Stube oder Badſtube, quemadmodum ruſtici vſque in hodiernum diem hypocauſtum dicunt eine Dornſe. Fortaſſis itaque Done tepidarium erat ad villam Bekenhuſen ſitum.) *Inde vero vſque ad occidentalem partem vſque ad fontem, quæ diuidit Hrittingau* (id eſt, pagum Hrittiga) *et Flenithi* (ſeu pagum Fleithi. Diſcimus autem ex hoc, antiquos pagos ſuos habuiſſe olim accuratos et circumſcriptos limites) *Et ſic in flumen Audan, et ſic per Audan vſque Thiedulfeſſim.* (Audan fluuius hodie dicitur Aue, qui vicum alluit Sebexen, et tandem ebibitur a flumine Leina. Thiadulfeſſin autem villa deſolata eſt, olim haud procul a vicis Opperhuſen et Erichshuſen ſita. Villa Billerbeke vicina in Traditionibus noſtris refertur ad Flehtunun marcam) *in Hrisberg* (mons dictus der Erichhauſer Berg, ſitus inter Opperhuſen et Bentigerode vicos ſupra domaniale prædium ſeu Vorewerck dictum Oershuſen) *vbi Grem et Flenithi diuiduntur.* (Grem appellatur anno 1013 in diplomate Heinrici II Graem, et probabiliter intelligitur marca, a vico, hodie præfectura, Grene dicta. Flenithi autem erat pagus Fleithi.) *vſque ad Kaminadanberg.* (Eſt collis, hodie dictus Kemnabring, ſitus inter oppidum Gandersheim et vicum Orckshuſen) *in Eternam flumen* (hodie dictum *die Gande*) *et inde Leinam flumen* (id eſt, Leine fluuium, quo cum infra vicum Kreienſen flumen Eterna miſcetur) *et ſic per Lagimani* (quæ eſt villa deſolata, Manshuſen up der Lake, olim ſita non procul a vico Bölshuſen) *vſque in illum riuum, qui interalluit Edingahuſun* (quæ itidem villa deſolata eſt, quondam reperta haud procul a vico Ertshuſen, verſus Esbeke ad Leinam ſito. In diplomatibus noſtris Corbeienſibus illa appellatur Eddangichuſen,) *et Ertiſteshuſen* (id eſt, Ertshuſen intra præfecturam Grene, cuius Ertshuſen eccleſia ſpectat ad Grenenſem eccleſiam) *et per rubram Lecke* (An caſtrum ſubeſt, olim ad nobiles dominos de Luthorſt ſpectans, quod dictum eſt Lechtenſtein?) *in montem Salteri* (Mons iſte eminet ſupra villam maiorem Freden, ſub præfectura Winzenburg ſitam, quæ probe diſcernenda erit a ſuperiori Freden in præfectura Lichtenberg. Hodie mons ille appellatur *der Selter.*) *De monte Salteri vſque Eringaburg* (erat caſtrum lapideum quondam ſitum in monte intra Ammenſen et Wiſpenſtein villas, et iam dudum deſolatum eſt.) *Inde Hiliſesgrone* (id eſt, Hilſesgrund ad Dorshelve) *et ſic in Bokle* (locus olim non procul a vico Delliesen ſitus, probe diſcernendus a villa Bocla in pago Derlingo.) *Inde vero in Merkbiki* (eſt riuus ſcaturiens haud procul a villa Markeldiſſen in ſaltu Hils) *et ſic per illud caſtellum, quod dicitur Wikanafeldiſten* (id eſt, Wickenſen, hodie domus præfecti Brunſuicenſis, ſita infra caſtrum deſolatum Homborg, a quo nobiles domini de Homborg nomen accepere.) *Et ſic in Radbiki* (id eſt, riuum dictum Rohtbeck, qui ſupra vicum Scharfolendorp miſcetur fluuio Lenne, quem accolæ appellare ſolent Leine) *in Vorſtan* (eſt villa deſolata ſita olim non procul a vico Henrichshagen, probe diſcernenda a Vorſtan in pago Auga, quæ hodie appellatur Forſt, et ſita eſt ad Wiſeram. Hæc villa ſpectare debuit ad pagum Wikanauelde) *vſque Bunikanroth.* (Hæc villa procul dubio nomen accepit a quodam Bunicone, Bodikone ſeu Buccone. Fortaſſis vni e progenitoribus Brunonis Angariorum ducis hoc nomen inditum erat. Iam enim ſupra eadem in regione plures villas deprehendimus, quæ nomina ſua a quodam Bodikone acceperunt. Inter poſteros Brunonis ducis ſane nomen Bunikonis ſeu Bodikonis in vſu fuit, vti ſupra vidimus.) *Et ſic ad Holanberg.* (Eſt vicus Holenberg, haud procul a monaſterio Amelungsborn ſitus. Perperam hic vicus a I. B. Lauenſteinio collocatur ad Wiſeram. Vidi ſæpiſſime locum illum oculis meis, et teſtor incolarum et accolarum fidem. Inter Holenberg autem et Henrichshagen quondam erat ſita villa Bunikanroth.) *Sic vero ſuper montem Fugleri.* (Mons Fogler hodie appellatur der Fogler. Aliquando calcauimus eum, a Corbeia noſtra et a præfectura Forſt, ad Wiſeram ſita, tendentes ad oppidum Bodenwerder. Situs enim eſt ~~locus~~ inter præfecturam Forſt et Bodenwerder. Quodſi autem nobis ante oculos ponimus ſitum villæ Holenberg et montis Fogler, adfirmandum eſt, nullam villam, olim ad pagum Auga relatam, ſpectaſſe ad diœceſin Hildesheimenſem. Eccleſia in Holenberg filia eſt eccleſiæ monaſterialis in Amelungesborne, et Corbeiæ noſtræ propior, quam monaſterium Amelungesborn. Procul dubio igitur cœnobium illud ſitum erat intra limites diœceſeos Hildesheimenſes) *vſque Unabeki* (Fortaſſis legendum eſt Wabeki, hodie dictus die Wabeck, qui riuus ſe infra Olkerſem ſiue

Oehl-

Oehlkaſten miſcet cum flumine Lenne.) *Inde in Hluniam vſque Burgripi.* (Hlunia probabiliſſime eſt ipſe fluuius Lenne, neutiquam vicus Halle, qui reperitur ad riuum dictum die Speulkutte. Vicus Halle in Traditionibus noſtris §. 404 appellatur *Hallu*, et refertur ad pagum Tilithi. Spectabat eadem villa ad diœceſin Mindenſem, cuius epiſcopi iura patronatus quondam exercuerunt in eccleſiam Hallenſem. Hoc ipſo momento ſtante, locus Burgripi eſſe non videtur vicus Kreipke, ſeu, vti in diplomatibus noſtris ſcribitur *Krepke*, *Crepke* et *Krepę*. Illis traditur, eundum vicum ſpectaſſe ad dynaſtiam Homburgicam, et reperiri inter Halle et Heiſe vicos. In Traditionibus noſtris eadem villa nuncupatur *Criepan*, et ad pagum Tilithi refertur. Nihil fere videmus momenti, quo impediamur, quo minus ſtatuamus, villam Burgripi eſſe vicum Börge, quippe qui in litteris authenticis Heinrici II ad a. 1004 infra inter *Addenda* producendis, appellatur Bariegi. Situs eſt autem vicus Börge in Principatu Calenbergico non procul a vico Frenke, qui olim ſpectauit ad dynaſtiam Homburgicam. Id vnum videtur obſtare, quod locus Börge haud procul Viſurgi intra diœceſin Mindenſem fuit ſitus. Si hæc tibi itaque non placent, oſtende locum, in quo hæc deſolata villa quondam exſtiterit.) *Inde in ſummitatem montis, qui dicitur Igath.* (Hic nullus alius eſſe poteſt, atque mons ille altiſſimus, qui hodie nominatur der Ihdt ſiue Niedt, qui limitem conſtituit inter præfecturas Wickenſen et Lauenſtein, quarum hæc ad Hannoueranum, illa vero ad Wolfenbuttelanum Principatum ſpectat.) *Et ſic per eandem ſummitatem vſque ad Cobbanbrug.* (Seu vicum Coppenbrück Spiegelbergenſis comitatus, probabiliſſime a Cobbone quodam appellatum.) *A loco Cobbanbrug dicto in illo torrente vſque in orientem Kukesburg* (eſt locus deſolatus, olim non procul ab Oſterwalde ſitus.) *Inde in Crumbiki* (riuum inter Wulfinghuſen et Wittenberg defluentem) *vſque Bludan. Inde Sidenum, ſicut torrens defluit, via vna diuidit vſque Halereſprig* (ſeu Hallerſpringe.) *Inde Helere fluuius* (dictus die Haller) *nomine Legine. Ille vero fluuius Leine in lacum, qui dicitur Tigiflehe* (lacus iſte in diplomate Heinrici II nominatur Tigiflege. An ille apud villam Schlichen exſtitit, poſtea limo atque arena, crebris inundationibus fluuii Leinæ emiſſis, oppletus?) *Inde in locum Puttanpathu.* (Hunc eſſe vicum Pattenſen, mihi perſuadere non poſſum. Vicus enim Pattenſen in Traditionibus noſtris appellatur *Pathihus*, atque in Sarachonis Regiſtro B et P. A. C. *Pathihuſen.* Inter deſolatas ergo villas recenſenda erit Puttanpathu) *Inde Rudanſathim* (fortaſſe vicus Roleſſen) *inde Kananburg* (fortaſſis legendum eſt Rananburg, quæ poſſit eſſe vicus Ronnenberg, vnum milliare ſitus ab vrbe Hannouera) *inde Hrokke* (eadem villa in Regiſtro B. et P. A. C. Sarachonis reperitur atque appellatur Roccon. Refertur illa ad pagum Marſthem. Fuiſſe autem eandem villam Rocklingen, poſitam haud procul ab vrbe Hannovera, quam D. Arenholdus in Mappa epiſcopatus Hildeſienſis nominat Rockling, ſtatuere non audemus. Docti Hannouerani hæc viderint, qui hic habent, in quo ſe exerceant. Vicus Ricklingen in diplomatibus noſtris nuncupatur Rikkelinghen, Richlinghe, Riclinghe, Rickelinge, et tandem anno 1438 Rieklingen.) *Inde Meſanſtene. Inde Einbergoſſele; deinde ad Haingaburſtalle.* (Meſanſtene adhuc latet in obſcuro, itemque villa Einbergoſſele. Quidquid enim de loco Marſtein, in quo ab ethnicis Saxonibus idolum Martis ſit cultum, prope Hannoueram blaterat Lauenſteinius, parum fundamenti habere videtur. Fortaſſis locus exſtitit non procul ab vrbe Hannouera, ad quam quippe villam *Einbergoſſele* repertam eſſe referunt. Haingaburſtalle autem eſſe Engelboſtel ſub inſpectione eccleſiaſtica Ronnenburgenſi, dicunt. Fortaſſe autem in cenſum quoque Hohenboſtel in eadem inſpectione venit, vel Ogenboſtel ſub præfectura Preiling.) *Inde ad Eilwardingaburſtalle* (fortaſſis Beſterboſtel vel Wendeboſtel Prelingenſis præfecturæ.) *Inde ad Sandforti in Geveringa viam, per Elwardinga paludem, vſque Læmaria Hornan, inde in Runtershornan* (Runteshorna eſt ſilua Rundeshorn in præfectura Preiling.) *Inde ad Hedenes fontem, inde ad Willanſole, inde in Wiggena paludem*; (erat palus non procul a Wilekenberg in præfectura Winſen) *inde in Lakeveld, inde in lacum vnum ad occidentalem partem occidentalis Kiellu* (hodie appellatur Weſter-zelle, haud procul ab vrbe Zelle, ad flumen Aleram ſita. Quodſi autem ibi obuia fuit villa Weſter-Kiellu, ſequitur etiam, tum exſtitiſſe Oſter-Kiellu, quæ fuit ipſa vrbs Zelle, primaria ſedes Principatus Luneburgici.) *De illo lacu in Tadierleke* (Videtur Dieſten ſubeſſe ad fluuium Oertze, qui

er guber-
nante
Corbe-
iam
Walho-
ne.

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

§. 452.

Tradidit uuerinfridus comeſ pro fratre ſuo godfrido I. familiam in *diuernthal* (o).

§. 453.

Tradidit boda pro filio ſuo uualh I familiam in *uualingarothe* (p).

§. 454.

qui ab Alera ebibitur flumine) *inde Melere* (Milen vicus eminet ſub præfectura Muden ad fluuium Oertze, probe diſcernenda a villa Müden, ad Aleram ſita) *inde in Haianblik*, *inde in Manurbiki* (probabiliſſime eſt fluuius Angerbeck) *deinde Wliueresle*, *inde Hradebodanle*, *in Stutanle*, *in Dolle* (id eſt Dalle, villa ſita in præfectura Bargfeld) *Per Gewikeſſathas*. (An Kragen in præfectura Bargfeld) *Mekkrikes viam* (fortaſſis via prope Mezzingen) *et illam viam Meſpila in Grebanhag* (id eſt, Hagen in præfectura Gifhorn) *in Exuuite fontem*; *inde Adekina ſtege*. *Inde Elmanam* (fortaſſe Emmen in præfectura Iſenhagen) *vſque in Arumbiki*, *inde in Rumeſchap*, *inde in Iſundabrock* (erit ſilua in præfectura Iſenhagen) *et illa Iſunda* (id eſt Iſenhagen) *in Eſere* (id eſt, fluuius Iſe ſeu Iſer, qui in oppido Gifhorn cum Alera flumine ſe miſcet.) *Inde in Helde*, *inde in Druthtterbiki*, *vſque in Dudaroth*, *inde per viam vnam ad orientalem partem in locum*, *qui dicitur Weghani in Daſenek* (id eſt, Saſenbeck ſeu Zaſenbeck in præfectura Kneſebeck) *inde in Gefrine ſpekkiam*, (quæ erit pons ſuper Aleram eo in loco, quo eſt oppidum Gifhorn) *inde in Exuuite fontem*, *inde Meunreſſol* (id eſt, Meinerſen domus præfecti Luneburgici, olim ſedes nobiliſſimorum dominorum Saxoniæ noſtræ, ſita ad fluuium Ouaceram.) *Deinde in Wetanſpekkiam in flumen*, *quod dicitur Scuntera*. (Wetanſpekkia eſt probabiliſſime locus Neubruck, ſitus ad flumen Ouaceram; Scunteram autem hodie dici *die Schunter*, iam ſupra diximus.)

De villa Diuernthal in pago Auga.

(o) Villa *Diuernthal* erat teſte Sarachone *in pago Auga*. Deſignatur vicus *Derenthal* in præfectura Furſtenberg intra Principatum Wolferbuttelenſem, vix iter dimidiæ horæ a vico Meinbrexen, ſitus, quem Viſurgis diuidit a caſtro Blankenau, poſito intra principatum Corbeienſem. *Werinfridus comes*, qui in hac villa bona quædam tradidit, in nullo diplomate alio, quantum ſcimus, occurrit. Notatu igitur eo dignior hic locus eſt, cum e ſitu bonorum traditorum probabile fiat, eundem comitem quandam habuiſſe copulam cum familia vel Brunoniana vel Widikindea. Eadem enim villa vix iter vnius horæ diſtat a celebratiſſimo caſtro Brunonisburgo, et contermina erat villæ Thudanhuſon, in qua ſecundum ſententiam noſtram domini quidam, e familia Widikindea orti, bona quædam poſſederunt, vti ſupra §. 258 oſtendimus. Cum itaque *Werinfridus* comes appelletur frater *Godfridi*, probabiliter idem *Godfridus* intelligitur, cuius comitatus erat anno 1013. in pago Gudinge, quique filius erat *Bardonis*, teſte diplomate regis Henrici, ſupra §. 104. not (u) adducto et exhibito. Fortaſſe idem *Werinfridus* comes coniux erat Frederunæ, cuius filia fuit Anna. De horum vtroque egimus ſupra §. 104. not. (n).

De villa Walingarothe in pago Hliſgo.

(p) Villa *Walingarothe* erat, Sarachone teſte in Regiſtro B. et P. A. C. ſita *in pago Hliſgo*. Succurrit memoriæ vicus *Welrode*, dudum deſolatus, olim vero non procul a caſtro Allerburg conſpicuus, caſtro ſpectante ad nobiles de Minningerode dictos, qui inter vaſallos abbatiæ Corbeienſis referuntur. Ad quam vero familiam referenda ſit *Boda* cum filio ſuo *Walhone*, qui in eadem villa vnam familiam tradidit, prorſus non patet. Forſan is ipſius *Walhonis* Corbeienſis abbatis atque *Immedi* frater fuit, quem ſupra (§. 437) autorem ſatoremque comitum de Scartfelde ac Lutterberg, et filium *Ottonis*, diximus. Patrem abbatis *Walhonis* fuiſſe *Ottonem comitem*, referunt Corbeienſes in Chronico noſtro MSpto ſæpiſſime excitato. Ille *Otto* nobis videtur fuiſſe filius *Bernhardi* comitis in pago Hliſgo. Certiſſimum foret adfirmatu, Corbeienſes noſtros deſignaſſe eun-

§. 454.

Tradidit gherbert pro filio ſuo renoldo I familiam in *anhemathium* (q). et gubernante Corbeiam Walhone,

§. 455.

eundem *Ottonem*, filium *Burchardi*, dummodo Corbeienſes noſtri, patrem abbatis *Walhonis Ottonem* fuiſſe comitem in pago Hliſgo, vel bona tenuiſſe in eodem pago, addidiſſent et luculente memoraſſent. Interim nobis probabile videtur, abbatem *Walhonem* referendum eſſe ad familiam Scartfeldenſem. Cum enim *Boda* tenuerit bona in pago Hliſgo, et filium habuerit nomine *Walbonem*, cui veriſimiliter nomen inditum eſt, a patruo ſuo *Walhone* abbate petitum; *Bodo* eiuſdem abbatis frater non eſſe non potuit. Eadem hæc conſanguinitas probabiliter in cauſa erat, cur ſupra comes Dodico, Bruno, Raginheri, Maginhardus, Immed, Bernhardus, Amalungus atque alii bona quædam donarent Abbatiæ noſtræ. Hi enim omnes agnati et cognati fuerunt abbatis noſtri *Walhonis*, ſi is, vti videtur, *Immedi* frater fuit. Si hæc ita fuerint, auus maternus eiuſdem abbatis *Walhonis* fuit *Immed*, et *Walho* fuit conſanguineus Paderbornenſis epiſcopi *Meinwerci*. Seriem genealogicam tabula ſequens clarius ob oculos ponet. En illam.



Quodſi id obiicere velis, hæc non eſſe probabilia, eo quod ex eo conſequatur, *Meinwercum* epiſcopum in propria læuiiſſe viſcera, tunc reſpondemus, mortalia pectora trahi ſæpius honoris et auri ſacra fame. *Meinwercus* epiſcopus ſane eius erat indolis, vt credere queamus, illum perſuaſiſſe ſibi, offenſionem in cognatum et amicum ſuum admiſſam commodi cauſa, et in vſum eccleſiæ ſuæ expromtam, crudele factum non eſſe. Quicunque enim matrem et genetricem ſuam morti adiudicauit, atque aliis, eidem veniam culpæ et vitam poſtulantibus, diu multumque reſtitit, contendens, carnem, quæ peccauiſſet, temporali incommodo eſſe puniendam, vt ſpiritus ſaluus præſtaretur in die domini, vti refert de epiſcopo *Meinwerco* eiuſque matre *Athela* auctor Vitæ Meinwerci T. I. Leibn. p. 540, ille etiam alienus non fuit a voluntate lædendi cognatum, ſi auaritia atque ambitio rem ita expoſcere viſa fuit. Tantum valet ſæpe ſpecies eccleſiæ amplificandæ!

(q) *Anhemathiun* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Enterigawi*. Hic cum exſtiterit in comitatu Hojano, ſimul indicatur, villam *Anhemathiun* in comitatu Hojano olim fuiſſe repertam. Noſtra ætate in eodem comitatu et quidem in præfectura Stoltzenau inuenitur vicus quidam *Ahnemolten*. Hunc eſſe villam noſtram *Anhemathiun*, facile credimus. Hæc villa probabiliſſime eadem eſt, quæ in præſtantiſſima Hiſtoria dominorum de Munchhauſen p. 209. appellatur *Anewolten*, et in qua anno 1561 Albertus comes de Hoya et Brockhuſen, conſentien- De villa Anhemathiun in pago Enterigaui.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

§. 455.

Adolescens heinricus tradidit I familiam in *burfine* (r).

§. 456.

Tradidit gerolduſ pro filio ſuo geroldo LX. iugera et III. iurnales. (ſ)

tra-

tientibus eius fratribus Ottone, Erico et Frederico, duos manſos in feudum contulit Hilmaro de Monichauſen dicto eiuſque maſculis heredibus rectæ lineæ. Ex quo non inepte colligitur, *Gherbertum* noſtrum inter progenitores comitum de Hoja eſſe referendum. Quodſi igitur admittere ſententiam nolis arbitrantis, *Gherbertum* fuiſſe filium *Wulfarii* ac fratrem archiepiſcopi *Adaldaci* atque *Hunoldi III*, probabiliſſimum tamen erit, eundem *Gherbertum* fuiſſe filium *Walberti*, qui teſtante §. 392 in pago Enterigawi in villa Buriun quædam tradidit.

De villa Burſino in pago Scotelingo.

(r) Villam *Burſine* fuiſſe *in pago Scotelingo*, docet nos abbas Saracho in ſuo Regiſtro B et P. A. C. Intelligi ergo videtur vicus *Borſem* ſeu *Borſum* in epiſcopatu Hildeſienſi ſub præpoſitura cathedralis eccleſiæ. Ad quam familiam ſpectarit adoleſcens *Heinricus*, an ad nobiles dominos de Eſcherde, ſeu ad progenitores comitum de Poppenborg, videant alii.

De villa Manesrode in pago Heſſi Saxonico.

(ſ) Villa, in qua *Geroldus* LX iugera et III iurnales donauit, in codice noſtro diſtincte legi non potuit. Eam autem ſupplere poterit Regiſtrum abbatis Sarachonis, in quo hæc verba ſequuntur et leguntur: *In pago Heſſi Saxonico in villa maneſrode continentur ſalicę terrę LX. iugera et treſ iurnaleſ quę luider et ennicho habent et perſoluunt quotanniſ IIII. oueſ XL. modioſ ſiliginiſ et XXX modioſ auenę.* In quibus verbis mentio *ſalicæ terræ* notatu digna eſt. Vir quidam eruditiſſimus putat, terram ſalicam ſeu Seliland eſſe terram, in qua mares excludunt feminas a poſſeſſione; Frider. autem Gladouius arbitratur in *der Reichs-Hiſtorie von Teutſchland* L. II. p. 101. §. 23, terram ſalicam eſſe terram immediatam. Quemadmodum autem in vtramque ſententiam melius inquirendi occaſio erit in *Clientela Corbeienſi*, ita hic potius quærimus, quinam vicus deſignari intelligatur per villam *Manesrode?* Reſpondemus autem, procul dubio vicum *Manrode*, vnum milliare circiter diſtinctum ab oppido et monaſterio Helmershuſen ad Dimolam in Landgrauiatu Haſſiæ, in centum venire. A quodam *Manno* eundem vicum nomen accepiſſe, negari non poteſt. *Mannum* celebrabant olim Germani noſtri carminibus, Tacito teſte, tanquam filium *Tuiſtonis*, conditoris ſuæ gentis. Villæ noſtræ adpellatio docere nos poteſt, nomen *Manni* inter Germanos noſtros non fuiſſe poſtea inuſitatum. Quamuis enim perhibere non audeamus, ab eodem *Manno* villam noſtram nomen accepiſſe, ſiquidem *Mannus* filius *Tuiſtonis* nunquam in has regiones videtur penetraſſe; inficiaturum tamen neminem putamus, nomen *Manni* fuiſſe nomen, proprium viris, olim in noſtra Germania tritum et vſitatum, atque ab eo multa nomina compoſita fluxiſſe v. g. *Mainwere, Hrodman, Mainbred, Wilman, Heriman, Mainhard, Withman, Oſman, Redman, Maynbold, Mennio, Mainheri, Aldman, Mennic, Meindac, Mainric, Goderman, Wigman, Saluman, Maginbern, Homan, Tiadman, Reynman, Godeſman, Liudman, Lieſman, Maynward, Woldman, Radman, Mayndag, Magengod, Adiman, Foraman, Meingrim, Meynword, Adilman, Hademan, Folcman* et *Meginolt*, quæ nomina propria in traditionibus noſtris, ac Regiſtro abbatis Sarachonis deprehendimus. Forſan Germani noſtri hiſce nominibus compoſitis docere nos voluerunt, quantus vir fuerit *Mannus*, filius *Tuiſtonis*, ita, vt qui filium ſuum appellauerit *Mainwercum*, dicere voluerit, filium ſuum tantum opus (Were enim opus denotat) effecturum, quantum olim effecerit *Mannus*, et ſic in ceteris. In *lingua Hindoſtana*, qua vtuntur incolæ in imperio magni Mogulis, non ſolum ſunt multa vocabula, quæ magnam ſimilitudinem cum noſtra lingua Germanica habent, ſed etiam reperiuntur in ea nomina compoſita ex Man ſeu manno, voce, quæ in lingua Hindoſtana denotat

tradidit thiadricus pro filio suo thiadrico in *frithuardighus* (t) iugera XXXII.

et gubernante Corbeiam Walhone.

§. 457.

notat virum, germanice *einen Mann*, v. g. *Dutschman*, *Bereman* etc. Bereman significat virum ingenuum *einen braven Mann*. Fortassis *bere* originem duxit a Germanico *bar*, a quo fluxit *baarfuss* (pes nudus, nudipes,) et *baro* seu *ein Frei-Herr* vel liber dominus. Quid ergo significet Bereman seu vir ingenuus, ex his facile diiudicare poteris. Cum autem lingua Hindostana sit filia Scythicæ et mater multarum aliarum linguarum in India orientali; probabili coniectura ex his auguramur, *Mannum* nostrum, filium *Tuistonis*, populis orientalibus non fuisse incognitum, et Teutones nostros ortos esse ex India Orientali, certe ex Scytharum progenie seu Celtis. Scythæ a *tuguriis* dicuntur, dictis *Kode* et *Koje*. Inde Scoti et Gothi sunt dicti. *Celtæ* ex tentoriis, sub quibus olim degere soliti, sunt adpellati. Zelt, Gezelt, est tentorium. Turci vocarunt Dei filium *Teissan*. Ergo *Teis* inter Scythas fuit Deus, quasi *te eis*, vnus. *Tuiston* est Deus magnus et Tuiscon *Deus rex*. Illi Tartari, qui regnum Chinæ expugnarunt, proprie dicti sunt *Duitschari*, et horum patria, forsan etiam fuit patria Germanorum nostrorum communis. Multa hic habes, in quibus te exerceas, quæque, si voles, expendas. Nos intermittere non possumus, quin potius inquiramus, quinam *Geroldus* fuerit, qui pro filio suo *Geroldo* in *Manersrode* villa quædam largitus est. Docet id nos Chronicon nostrum MSptum, in quo Corbeienses nostri ad annum MXIII annotarunt hæc: *Gerolduſ filiuſ Marchioniſ Geroldi receptuſ eſt in monaſterium*. Ex hoc patet, quendam marchionem *Geroldum* filium suum tradidisse Deo ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti anno 1013. Ille *Geroldus* fuisse videtur *Geroldus*, qui in traditione nostra memoratur. Sed quis *Geroldus* fuit ille, quærimus, qui eadem hæc largitus est? et respondemus sine cunctatione: *Gero* ille fuit marchio orientalis, de cuius prosapia egimus supra §. 104. not. (c) et cum Ditmaro episcopo p. 405 significauimus, eundem esse occisum anno 1015 in pugna cum Bolizlauo Bohemiæ duce. Quamuis enim eundem marchionem Ditmarus nominauerit *Geronem*, atque idcirco quis possit perhibere, *Geronem* istum a *Geroldo* nostro fuisse diuersum, diximus tamen iam supra, nomen *Geroldi* contractum esse in *Gero*, quemadmodum veteres dixere pro Hunoldo Huno, et pro Reinoldo Reino. Cum itaque anno 1013 *Gero* marchio orientalis in pago Hessi Saxonico bona habuerit, eiusque filius *Thiatmarus* in monasterio Helmwardeshusen, intra eundem pagum Hessi Saxonicum olim obuio, sepultus sit, vti supra §. 318 vidimus; ex hoc ipso nullus non perspicit, originem marchionum orientalium, a nobis l. c. ostensam, optimo niti fundamento. Patet autem exinde, *Geroldum* seu *Geronem* marchionem hæc bona tradidisse adhuc tempore regentis suos Corbeiensis abbatis, Walhonis.

(t) *Frithuardighus* villa erat sita, abbate Sarachone teste, *in pago Hessi Saxonico*. Procul dubio denotatur vicus *Frederinghausen*, in principatu Waldeccensi sub præfectura Arolsen conspicuus. Quæritur ergo, ad quam igitur spectarint familiam *Thiadricus* eiusque filius cognominis? Respondemus, probabiliter eos esse referendos ad familiam Widikindeam, quippe quæ in eadem regione admodum multa bona hereditaria tenuit. In eadem gente nomen Thiadrici crebro repetitur. Quantum itaque coniectura auguramur, *Thiadricus* fuit nepos *Widekindi*, filius *Raginwardi* et pater *Walberti*, de quibus egimus supra §. 389. Probabile enim nobis videtur, *Raginwardum* huic filio suo *Thiadrico* nomen indidisse a patruo suo *Thiadrico*, patre reginæ Mahtildæ petitum. An *Thiadricus*, quem filium *Raginwardi* diximus, fuerit sator nobilium dominorum de *Horhusen*, id iam in medio relinquimus. Illi, qui de Horhusen nomen suum acceperunt, a vico dicuntur *Horhusen* in episcopatu Paderbornensi sito, non procul ab oppido nostro Stadberge ad Dimolam. Hic vicus non confundendus est cum *Herisi* loco, in quo monasterium virginum sacrarum floret. Confer indicem ad Scriptores Rer. Brunsv. Leibn. p. 114. Inter ministeriales Corbeienses quidem iam anno 1147 referuntur *Elvericus* et *Thidericus de Horhusen*, fuerunt-

De villa Frithuardighus in pago Hessi Saxonico.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

runtque eorum posteri pincernæ Corbeienses. Nec tamen videmus, quid rationis nos impediat, quo minus eorum progenitores inter nobiles dominos Saxoniæ nostræ referamus. Domini de Patberg, eis contermini, de quibus supra egimus, seculo XI et XII etiam erant comites et nobiles domini, tandem vero ad tantam adducebantur præcipitesque ruebant inopiam, vt inter ministeriales seu inferioris nobilitatis dominos se referri sint passi. Idem dominis de Horhusen accidisse fatum, probabile nobis videtur. Adiicere tamen liceat aliam porro rationem nominis diminuti. Episcopi et Abbates ab Imperatoribus sibi Comitatus petierunt eosque Comitibus extorserunt subinde precibus et ære interposito. *Thidericus comes de Horhusen* docere nos potest, se magnæ auctoritatis dominum, eiusque progenitores non inferioris auctoritatis dominos fuisse. De comite libero, id est, de eo Comite, quem dicunt *einen frei greven*, si hic aliquid monere velis, considerandum tibi est, nondum licuisse abbati Corbeiensi anno 1190 in villa Horhusen Comitem liberum creare, sed demum abbati nostro facultatem eam esse indultam datamque anno 1349 et 1364 et quidem ab imperatore Carolo IV, talem comitem in villa Horhusen constituendi, vti supra §. 147 et 289. vidimus. Inter ministeriales iam refertur ille *Thidericus comes* in litteris abbatis Widekindi, quæ quidem iam reperiuntur in *Historia Munchhusana* p. 6 seq.; cum autem has litteras ibi ita exhibuimus, vti in libro apographo membranaceo exstant, postea autem ipsum autographum in manus nostras peruenit; ex hoc illas huc inferere liber, in primis quoque eam ob causam, quia in libro excitato illæ loco plane alieno leguntur. En illas.

CJn nomine ſc̄e et indiuidue trinitatiſ. Widikinduſ dei gratia Corbeienſis ec̄clie abbaſ cunctiſ ſucceſſorib; ſuis in perpetuum. Cum noſ quibuſ eccleſiaſticarum rerum deo ordinante gubernatio creditur. ex iniuncto nobiſ adminiſtrationis officio ec̄cliarum rerum ſemper teneamur utilitatib; proſpicere in eccleſiaſticarum rerum diſtributionib; ac pheodalib; obligationib; ſollerter debeam⁹ ad mentem reducere. ne ea que magna ſunt expenſa & graui requiſita labore abſq;. magna deliberatione debeam⁹ rurſuſ obligare. īde eſt quod tam p̄ſentium quam futurorum memorie tranſmittim⁹. quod duo fratreſ Corbeienſ. ec̄clie miniſterialeſ *officium pincernatuſ intra muroſ urbiſ* a duob; propinquiſ ſuis *Godeſcalco* & *Walderico* ſub anteceſſore ñr̄ō d̄nō *Conrado* datiſ ipſi VIII marciſ ac p̄fatiſ cognatiſ ſuiſ XII in beneficio acquiſierunt. quibuſ utiq;. idem officium nulla hereditaria ſucceſſio ſed munerum contulit interuentio. in quo nimirum officio multa eidem anteceſſori ñr̄ō inferenteſ grauamina reſq;. ſibi creditaſ incircumſpecte diſſipanteſ nil effuſioni ſue ſufficere arbitrabantur. ipſum quoq;. officium multotieſ reſignare conati ſunt cum p̄fatum anteceſſorem ñr̄um tum comminiſterialeſ ſuos ſuper ipſius acquiſitionem ſollicitanteſ. cum ergo in huiº locum adminiſtrationiſ fuiſſemº deo ordinante conſtituti p̄dicti fratreſ in priori propoſito perduranteſ nobiſ attentiº ſupplicauerunt ut officium ſuum ab ipſiſ uellemº redimere. Noſ itaq;. anteceſſorum ñr̄ōr̄um damna ex eiuſdem officii uſurpata abuſione penſanteſ ñr̄ār̄mq;. ac ſucceſſorum ñr̄ōr̄um imo ec̄clie utilitatem ex eiuſdem redemptione ad animam reuocanteſ. ſolebant enim omnia uictualia uinum ſcilic& & mel & cereuiſiam & omnem annonam ad cellarium ñr̄um pertinentem ſub cuſtodia ſua habere & cui placuit eadem bona ſeruanda & paſſim diſtribuenda conferre totamq;. poteſtatem ſibi in iſto officio aſſerere conabantur ut nobiſ & anteceſſorib; ñr̄īſ palam intercederent ne clauеſ cellarii ñr̄ī debemº alicui comittere de rebº quoq;. ñr̄īſ propriaſ domuſ ac familiaſ alere & in ipſiſ diſpenſandiſ nullum omnino modum tenere. hec inquam conſiderenteſ idem officium pro XXX marciſ argenti redemimº ut noſ & ſucceſſoreſ ñr̄ōſ a tam grauis diſpendii abſolueremº laborinto. Cum ergo eandem pecuniam integre perſoluiſſemº. p̄dicti fratreſ *godeſcalcº* & *walidericº* cum patre ſuo *Heinrico* idem officium pro pecunia quondam. ſicut dictum eſt. acquiſitum. manu & lingua

gua resignauerunt omni in hoc iuri suo prorsꝰ abrenunciantes omnium heredum suorum adhibito consensu. nos uero. ne aliquid sufficientis cautele omitteremꝰ in sententia. q̄suimꝰ. si bona per emtionem acquisita absq; heredum possent resignari consensu ac *Heinricꝰ de Emberike* sententiam dedit. quod in hac resignatione & quorumlibet bonorum resignatione sic acquisitorum heredum conuenientia non esset necessaria. cui sententie omnes. quorum nomina infra ad testimonium scripta sunt. & alii quam plures. qui ibidem tunc affuerunt. unanimiter assenserunt. quod ut posteris nō̄ris liqueat & omnem dubitationis scrupulum possit resecare. p̄sentis pagine tenorem conscribi fecimꝰ sigilli nō̄ri impressione roboratum. Testes in quorum p̄sentia hec acta sunt iussimꝰ annotari. Sunt autem hi qui sententie consenserunt & huic facto interfuerunt. *Meinharduſ maior p̄positus. Reinheruſ camerariuſ. Conradꝰ portariuſ. Johanneſ capellanꝰ.* laici liberi. *Eſkewinuſ de Diſeldeſſen. Euerharduſ de brochuſen. Gerhardus frater eius.* ministeriales. *Erenbertuſ camerariuſ. Ludolfus dapifer. Tidericuſ comeſ de horhuſen. Waſtmodus marſcalcus. Bodo & Heinricuſ de horhuſen. fredericuſ comeſ de Huxaria. karoluſ de Nigenkerken. Helmwikuſ Reinerꝰ Arnoldꝰ fratreſ de porta. Heinricuſ Arnoldꝰ fratreſ de haſtenbike. Gerbertuſ heinricꝰ. caroluſ fratreſ de Liutmerſen. Widolo & Liudolfuſ fratreſ. conradꝰ de Amelungeſſen. Volcquinuſ rufuſ. Heinricꝰ de Emberike. Albertꝰ rimpo. Johanneſ de beringhuſen. Xpianus de Stale. Heidenricuſ de Widinchuſen. Herboldus de rumbike. Bertoldus de Kuribike* & alii quam pluresꝰ. Acta sunt autem hec anno dōm̄nē incarnationis M. C. XC. indictione VIII. anno p̄lationis nō̄rē primo.

er gubernante Corbeiam Walhone.

Sigillum vide in Tab. III. num. 2.

Probabilissime *Fredericus, comes de Huxaria,* idem fuit ac *Fredericus, comes de Perremont,* ad quem eo tempore spectabat ius aduocatiæ Huxariensis, vti patet ex aliis documentis nostris. Quemadmodum autem hic Fredericus non erat comes vulgo dictus *ein Freirichter*, sed comes, sensu proprio adpellatus: ita *Thidericum comitem de Horhuſen* dici eo sensu comitem, quo alii comites se a castris suis eo tempore appellabant comites, existimamus. Cur hic inter Corbeienses ministeriales ipse referatur, ratio non patet. Dominos de Horhusen iam anno 1190 tenuisse munus officiumque pincernatus, nondum alibi significatum esse, putamus. C. F. Paulini in *Chronico Orbergensi* p. 217. asserit, ab antiquissimo inde tempore nobiles Horehusanos fuisse pincernas Corbeienses, et contradicit Ioanni Letznero, in *Historia Ludouici* pii p. 68. et p. 121. affirmanti, iam cæsarem Ludouicum pium designasse pincernas Corbeienses nobiles Malsburgicos. Sed falli tam Paulinium, quam Letznerum, ex diplomate Widekindi hic inserto paresci. Ad quam vero familiam relati fuerint *Godeſcalcus* et *Waldericus* cum patre *Heinrico*, eorumque in opimo pincernatus officio antecessores v. g. Waldericus et Gero atque alii, quos diplomata nostra ostendunt, nondum est compertum. Resignantibus Godeſcalco et Walderico pincernatum Corbeiensem, acceperunt eumdem domini de Horhusen, atque, his exstinctis, demum domini de Malsburg, vti diplomata nostra comprobant. Vt autem pateat vniuerse, qualem inter se habuerint copulam genealogicam domini de Horhusen, filo diplomatum Corbeiensium vsi eos ita sistimus expressos.

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II.

§. 457.

Kippid tradidit pro priuigno ſuo hrothardo I. familiam (u).

§. 458.



Ex hac genealogia apparet, nomen Thiadrici in hac gente eſſe frequens ſæpiſſimeque repetitum. Vnde elucere et intelligi putamus, nobiles de Horhuſen ſatorem ſuum pro quodam Thiadrico habuiſſe. Cum ergo vna tantum perſona deſit inter Thidericum I. ac *Thiadricum*, qui loco hoc noſtro quædam tradidit in villa *Frithuardighus*, nemo non videt, aliqua probabilitatis ſpecie dici Thiadricum noſtrum ſatorem nobilium de Horhuſen.

De villa Bernestorpe in pago Itergowe.

(u) Villa, in qua *Kippid* pro ſuo priuigno *Hrothardo* vnam familiam dedit eccleſiæ Corbeienſi, in codice noſtro legi non potuit. In Regiſtro Sarachonis ſequitur villa *Berneſtorpe*, quam Saracho refert ad *pagum Itergowi*. Ita enim verba ſonant: *In pago Itergowe in uilla Berneſtorpe continentur XXX. iugera quę habet werinzo et perſoluet in uno anno XIII modioſ ſiliginiſ XVIII. auenę II pannoſ quemlibet uniuſ ſicli et III oueſ.* Cum pagus Itergowe ſitus ſuerit in Waldeccenſi tractu, nemo non intelligit, ſignificari vicum *Berndorf*, in principatu Waldeccenſi in præfectura Eiſenberg ſitum. *Kippid*, qui hæc bona tradidit, an fuerit mas vel femina, non liquet. Si femina fuit, potuit eſſe vxor vel *Folcridi* vel *Gherfridi*, vel *Hermanni* vel *Redulfi de Werla*, de quibus egimus ſupra §. 104. not. (†††) quoſque ad ſtemma Widikindeum l. c. retulimus. Si autem ſubeſt mas, dictorum dominorum vxor quædam nubere potuit ſecunda vice illi

Kippi-

§. 458.

Tradidit herimannuſ comeſ pro ſe et filio ſuo uuidekindo II familiaſ in *durpethe*. (w) et gubernante Corbeiam Walhone.

§. 459.

Kippido. Sic *Hrothardus*, *Kippidi* priuignus, nomen accepiſſet a patruo ſuo, epiſcopo Paderbornenſi. At in tenebris nolumus micare.

(w) Villa *Durpethe* erat poſita *in pago Patherga*, teſte Sarachone abbate. Intelligitur, ſignificari vicum *Turpe*, in epiſcopatu Paderbornenſi haud procul ab Alme fluuio ſitum. E ſitu huius villæ concluſimus, comitem *Herimannum* ad gentem ſpectaſſe Widikindeam, eundemque ad poſteros Bardonis I eſſe referendum. Hunc *Herimannum* fuiſſe fratrem *Godefridi*, qui anno 1013 comes erat in pago Guddinge et filius *Bardonis*, ſtatuimus ſupra not. (u). Quamuis vero dare nolis, eundem fuiſſe *Herimannum*, qui anno 940 comitatum ſuum habebat in pago Huuetigo, teſtante diplomate l. c. adducto, quippe qui *Bardonis II* frater fuiſſe videri poteſt, verum tamen id erit, ab *Herimanno* noſtro, patre *Widekindi*, deſcendiſſe comites ac principes, de Waldeck dictos. *Herimannus* enim noſter erat filius *Bardonis* et pater *Widekindi*, *Widekindus* vero appellatur pater *Heinrici*, atque *Heinricus* nominatur pater *Widekindi comitis de Sualenberg*, a quo procul omni dubio deſcendunt principes de Waldeck, vti l. c. demonſtrauimus. Quonam in pago hic noſter comes *Herimannus* anno 1014 comitatum ſuum habuerit, nondum patet. In pago Patherga illum tenere non potuit. Hoc enim tempore comitatus in pago Patherga ſpectabat ad comitem *Amalungum*, ſummum Paderbornenſis eccleſiæ aduocatum. Fortaſſis *Herimannus* comitatum ſuum in pago Huuetigo habuit, et ſucceſſit patruo ſuo *Herimanno*. Cum enim ad *Herimanni* noſtri filium *Widekindum* anno 1031 pertinuerit comitatus in pago Huuetigo, probabiliſſime idem *Widekindus* patri ſuo *Herimanno* in comitatu ſucceſſit. Comitem quendam fuiſſe anno 1014 in pago Huuetigo, nullum eſt dubium. Hic deprehendimus quendam comitem, et quidem, vti ex donis patet, ad ſtemma Widikindeum pertinentem. Hunc in nullum poſſumus alium pagum melius collocare, niſi in pagum Huuetigo. Ceteri *Herimanni*, comites dignitate ſplendentes circa initium ſeculi XI, comitatus ſuos habebant in aliis pagis. Nullus certe eorum pater *Widikindi* eſſe potuit. *Herimannus*, comes pagi Logne annis 1016, 1022, 1026, et 1032. videtur fuiſſe pater Heinrici, Conradi, Athelberti et Bernhardi, vti vidimus ſupra §. 104. not. (l) *Herimannus*, comes in pago Weſtfalon anno 1013, 1015, 1020, et 1024, erat filius Rudolfi et pater Heinrici atque Odæ, vti diximus ſupra §. 104. not. (†††). Idem, vt probabili coniectura adiuti opinamur, comes fuit in pago Dreini, qui pago Weſtfalon erat contiguus. Ipſe ad annum 1018, et 1019, memoratur. *Herimannus*, comes in pagis Auga, Netega et Heſſega, ad annos 1031 et 1017 comes in pago Heſſe, veriſimiliter comes Herimannus fuit pagi Logne. *Herimannus*, in cuius comitatu erant anno 1017 ſitæ *Dulmine*, *Nienhem*, *Serimne* et *Horlon* villæ, videtur fuiſſe idem comes *Herimannus*, ſi *Dulmine* eſt villa *Dölme* ad Wiſeram, et *Nienhem* eſt Nihem in epiſcopatu Paderbornenſi; ſed cum vicus *Dölme* ad Wiſeram in traditionibus noſtris appelletur *Telmeri*, et villa *Nihem* a. 1036 ab ipſo Meinwerco epiſcopo nominetur Nihem, *Dulmine* villa probabiliter eſt locus Dulmen ſitus in epiſcopatu Monaſterienſi, et reliquæ illæ villæ in eodem quærendæ ſunt epiſcopatu. Idem ergo Herimannus noſter *Herimannus* comes eſſe non poterit. Si noſter *Herimannus* eſſet *Herimannus* comes, qui iudicia exercuit in *pagis Auga*, *Netega* ſeu Nithega atque *Heſſi*, qui ſic ab Herimanno comite in pago Logne diuerſus fuiſſet; exinde ſequeretur, eundem magnæ fuiſſe auctoritatis dominum. Sed cum domini ex gente Northeimenſi poſt annum 1031 comitatum quoque ſuum habuerint in pago Auga, magna cum veritatis ſpecie dici arbitramur, eundem Herimannum ſtemmati Northeimenſium Comitum eſſe inſerendum. Nihil ergo nos impedit, quo minus coniiciamus, *Herimannum* noſtrum comitatum ſuum anno 1014 tenuiſſe *in pago Huuetigo*, eidemque filium ſuum *Widekindum* De villa Durpethe in pago Patherga.

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

§. 459.

Tradidit ibed pro filio suo bernhardo I familiam in *heinem* (x).

§. 460.

Tradidit uolcmarus laicus I familiam in *bennanhus* (y).

§. 461.

Tradidit bucco laicus XL iugera et I iurnalem . . . . . (z).

§. 462.

dum in eodem comitatu successisse, quippe qui anno 1031 comitatum suum tenuit in pagis Huuetigo et Tilithi, vti diplomata non vna sunt indicio.

De villa Heinem in pago Suilbergi.

(x) Villa *Heinem* erat, teste Sarachone abbate, *in pago Suilbergi*. Eam ob causam intelligimus designari vicum *Heina*, cuius, in praefectura Wickensen siti, ecclesia spectat ad ecclesiam in vico Deersen, qui est sub inspectione Beuerensi in Principatu Wolferbuttelensi. Probe ergo hanc villam discernere debes 1) a vico *Heinde*, dynastarum Walmodiorum loco, inter praefecturam Woldenberg in Hildesheimensi episcopatu, 2) ab *Heinsen* in episcopatu Paderbornensi non procul ab oppido Brakel 3) ab *Heinsen* ad Wiseram in praefectura Polle, 4) ab *Heinsen* seu *Heine* non procul a monasterio Lockum, 5) ab *Heisen* in praefectura Liebenburg in Hildesheimensi episcopatu, 6) ab *Heiningen* in eadem praefectura, vbi virginum sacrarum sedes et monasterium O. D. Augustini floret, 7) ab *Heiuholte* in episcopatu Paderbornensi, ad dominos de Druchtleben spectante, 8) ab *Heine* seu *Heineberg* villa desolata, olim in principatu Corbeiensi non procul a castro Blanckenau obuia, et 9) ab *Heina* in Landgrauiatu Hassiæ, vbi olim celeberrimum monasterium, regulæ S. Benedicti secundum ordinem Cistercienſem addictum, florebat. *Ibed*, qui in villa nostra *Heinem* bona quædam donauit, videtur esse *Ibed*, qui supra §. 450. bona quædam tradiderat in pago Wikanauelde, vti l. c. videre poteris.

De villa Bennanhus.

(y) Villa *Bennanhus* tribuitur ab abbate Sarachone *pago Suilbergi*. Significatur vicus desolatus *Benhusen*, qui olim exstitit non procul ab vrbe Einbeka in Grubenhagico Principatu versus meridiem. Haec villa eadem videtur, quam anno 1328 Ernestus dux Brunsuicensis appellat *Benneſen* in Addendis productis num. 286 seq. *Volcmarus* ergo laicus, qui in eadem villa familiam donauit, ad Northeimensem gentem spectasse, et filius Bernhardi III fuisse, videtur. De eo confer §. 104. not. (l).

De villa Euergoteshusen in pago Hlisgo.

(z) Sequitur in Sarachonis Regiſtro B. et P. A. C. villa *Euergoteshusen*, quam Saracho refert *ad pagum Hlisgo*. Ex ordine eiusdem Regiſtri apparet, villam *Euergoteshusen* fuisse eandem villam, quæ in codice nostro legi non potuit, et ad quam sita *Bucco* dona quædam tradidit. Putamus autem, per villam *Euergoteshusen* designari vicum *Ebergötsen* in principatu Gottingensi sub praefectura Radolfshusen, si eousque pagus Lisgo procurrit. Porro arbitramur, *Bucconem* ad progenitores comitum de Scartfeld et Lutterberg esse referendum, et fortasse ipsius abbatis Corbeiensis *Walhonis* vel fratrem vel nepotem fuisse. Cum enim *Walhonis* nostri abbatis auus probabilissime fuerit *Burchardus* comes in pago Hlisgo, *Bucconi* nostro nomen, quod est diminutiuum Burchardi, inditum fuisse videtur, ab auo suo *Burchardo* petitum. Confer supra §. 437.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 462.

et gubernante Corbeiam Walhone.

Tradidit herdaguſ pro matre ſua imman in *cathinghuſ* (a) iugera LX et II iurnaleſ.

§. 463.

Tradidit uffa pro filiiſ ſororiſ ſuę thadan et boſon XXX iugera et I mancipium in *holthuſ*. (b)

§. 464.

De villa Cathinghus in pago Suilbergi.

(a) Villa *Cathinghus* erat ſita *in pago Suilbergi*, teſte Sarachone in Regiſtro. In eadem regione, in qua olim pagus Suilbergi erat, hodie nullus exſtat vicus, qui maiorem ſimilitudinem habeat cum villa *Cathinghus*, quam vicus *Conhuſen* ſeu Coenſen, cuius eccleſia eſt filia eccleſiæ in *Hulderſen*. Ipſa olim ſita erat in comitatu Daſſel. In Traditionibus Fuldenſibus hic locus vocatur *Chuſinhuſon*. Forſan hæc villa quoque adnumerata fuit bonis Widikindeis, quorum quædam in eadem regione fuerunt conſpicua. Cum itaque *Herdegi* nomen inter Widikindeos dominos fuerit crebrum, propterea ſupra §. 104. not. (u) *Herdagum* ad ſtirpem Widikindeam retulimus.

De villa Holthus in pago Huuetigo.

(b) Villam *Holthus* fuiſſe partem *pagi Huuetigo*, in Regiſtro prodidit memoriæ Saracho. In ea ſupra (§. 293) Rothardus quidam vnam familiam tradidit. Ipſa eſt vel maior vel minor vicus *Holthuſen*, non procul a rupe picarum ſitus, quæ vulgo adpellari ſolet *Exterenſtein*. An vero bona, in hac villa Corbeienſibus tradita, ad *Uffonem*, ſeu potius ad maritum ſororis ſuæ, ſpectarint, id ipſum, non liquet. Supra (§. 157) *Uffo* quidam pro fratre ſuo *Boſone* quædam tradidit, in eodem pago Huuetigo ſita, ad Drohem villam, quæ a villa noſtra Holthus non procul abfuit. Hunc inter progenitores *Uffæ* eiuſque nepotum *Boſonis* et *Thadan* exſtitiſſe, nobis probabile videtur. Fortaſſe ſororius *Uffæ* erat *Herimannus*, qui in Vita Meinwerci p. 535. num. 58. nominatur *Herimannus de Holthuſun*. An hi domini ſtirpis fuerint Widikindeæ, nullo cum quoquam libet certare pignore, ſiquidem id ſatis eſt incompertum. Diploma Heinrici epiſcopi Paderbornenſis (§. 293) adductum docet, *Imiconem*, *Ottonem comitem* ac *Boſiconem fratres* inter Saxoniæ noſtræ nobiles relatos eſſe. Alioqui certe Otto dignitate comitis gauiſus non fuiſſet. Ad progenitores *Boſiconis*, *Ottonis* atque *Imiconis* ſpectaſſe *Thadan* et *Boſan*, Boſiconis nomen et villa *Holthuſen* nobis perſuadere poſſunt. Quamuis enim vinculum eorum genealogicum certo nondum oſtendere queamus, indicandum tamen id eſſe duximus, vt is, cui ſunt ſubſidia hiſtorica, de eo cogitet. Fortaſſis futuro tempore plura in lucem prodibunt documenta, quibus hæc dicta lucem vel lucrari vel afferre poterunt. Atque, vt quædam ad hæc contemplanda porro adiungamus, ſupra §. 2 *Boſo* et *Benno* appellantur fratres; ac §. 3. tradit *Buto comes* quædam ſita in pago Huuetigo; immo §. 26. memoratur quidam *Bozo* cum Ecberto, probabiliter duce Saxoniæ, inter teſtes. Adde, quod §. 35. tradit quidam *Uffico* bona quædam in pago Leri, in quo familia Widikindea bona hereditaria tenuit; et §. 52 eſt *Uffo* quidam inter teſtes, cum in pago Auga quædam traderentur; nec non §. 62 quidam *Uffed* bona quædam, in eodem ſita pago Auga, largitur; ac §. 92. *Uffo* inter teſtes apparet, cum quædam darentur in pago Heſſi Saxonico; quidam §. 100. *Uffic* bona tradit in pago Wikanauelde in villa Cogarden, in qua domini quidam e ſtirpe Widikindea quædam largiti ſunt, reperitur §. 104 villa Uffenleua, ab Uffone quodam probabiliter ita dicta; quidam §. 157. Luidolfus appellatus eſt *Uffo* et frater *Boſonis*, vt diſtingueretur a Luidolfo duce Saxoniæ. Memoratur §. 159. *Boſo*, et §. 161. *Bozo* cum *Offone* inter teſtes apparet, cum quædam traderentur ſita in pagis Lengi et Auga; porro §. 162. appellatur *Uffic* pater *Adi*, *Tadi* ac *Frederici*, qui bona tenuerunt in pago Logne; tum §. 192. teſtis eſt *Bozo* et §. 190. *Offo*, cum quædam traderentur in pagis Scotelingen et Thiadmelli; tandem §. 197. reperitur

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

§. 464.

Brun clericus tradidit I. familiam in *huuinni* alteram in *linthi* (c).

§. 465.

Uolcmar laicus tradidit pro se et pro coniuge sua . . . . . in *aesibiki* (d) iugera L. et in *odighus* (e) et in *gelighus* (f) alia iugera L.

§. 466.

Tradidit siboldus laicus in *karlasthan* (g) VII. mancipia et omnia quę habuit in eodem loco.

tra-

tur villa *Uffenhus* sita in pago Logne, ab Uffone quodam probabiliter sic dicta. Accedit, quod §. 244. et 287. *Offo* inter testes obuius est, cum quædam donarentur sita in pagis Wetereiba, Hessi et Patherga, et §. 280. tradit quædam *Uffo*, pater *Godescalci*, in Horohusen in pago Hessi Saxonico. Memoratur §. 383. largiens quædam in pago Logne *Biso* pro matre suo Ricberg. Biso autem et Boso vnum nomen est. Denique §. 395. appellatur *Bozo*, proximus Asici atque Ailberni, qui erant e domo Sommerschenburgica atque Anhaltina orti. Locus alius commemorat (§. 463) *Uffam*, nepotesque eius *Thadan* et *Boson*, nec non bona, in pago Huuetigo sita. Hos dominos cum familiis, tam Widikindea, quam Northeimensi, genealogice non audemus copulare. Negotium illud potius relinquimus lectori perspicaci.

De villis Hwinni et Linthi in pago Agrotingun.

(c) Villæ *Hwinni* et *Linthi* ponuntur ab abbate nostro Sarachone *in pagum Agrotingun*. Hic exstitit inter fluuios *Hasam* atque *Emisam*, et circa oppidum *Meppiam* in Monasterienſi episcopatu. Confer supra §. 202. Est villa *Hwinni* proinde *Wahn*, et *Linthi* est *Laten*, loca Emslandiæ, seu inferioris episcopatus Monasterienſis. De *Brunone* clerico vide supra §. 241.

De villa Aesibiki in pago Fleithi.

(d) Villam *Aesibiki* tribuit abbas Saracho in Registro *pago Fleithi*. Esbeke, prædium Schottelianorum, ad ripam Leinæ occidentalem supra Alfeldam positum, adnumerandum est pago Aringen. Hatichesbeke; Aesbeke, nunc Hekenbeke, vicus est præfecturæ Gandersheim, probe discernendus est 1) ab *Aesibiki* in marca Sturmithi, hodie dicta Esbeck, 2) ab *Esbeck* in præfectura Lauenstein, 3) ab *Eschenbeck* ad Aaram intra præfecturam Eisenberg in Waldeccensi principatu: 4) ab *Essebeck* in principatu Göttingensi sub præfectura Harste: 5) ab *Esebeck* sub præfectura Calvör in Principatu Wolferbuttelensi: 6) ab *Esebecke* in Landgrauiatu Hasso-Castelano spectante ad castrum Malsburg, et 7) ab *Erbeck* in Wolferbuttelensi Principatu sub inspectione Schöningensi.

De villa Odighus in pago Logne.

(e) *Odighus* erat situm *in pago Logne*, Sarachone teste. *Oedessen* villa olim obuia fuit, dudum desolata, ad saltum Sollinganum. Est *Oersthusen* villa diœceseos seu iudicii Iühnde in principatu Gottingensi. Est *Oederhusen* locus præfecturæ Fridland in principatu eodem. Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

De villa Gelighus in pago Logne.

(f) *Gelighus* itidem erat locus *in pago Logne* situs. *Gellejehusen* subest, locus tractus Gleichensis in principatu Gottingensi, subiectus Nobilibus, de Uslar dictis, vasallis Corbeiensibus. De *Volcmaro* egimus supra §. 104. not. (l).

De villa Karlasthan.

(g) Quonam in pago exstiterit villa *Karlasthan*, Saracho in Registro non refert. Nescimus ergo, quanam in regione hæc villa sit exquirenda. Carolstein, seu Carlstein, castrum, visitur in regno Bohemiæ. Sed quid nostris in Bohemia?

tradidit thiadharduſ in *holthuſan* (h) . . . . . et gubernante Corbeiam Walhone.

§. 467.

Tradidit folcharduſ XXX iugera et I iurnalem in *adololdeſhuſ* (i) pro coniuge ſuo ſuuanebergh.

§. 468.

(h) *Holthuſan* villam fuiſſe *in pago Marungo*, abbas Saracho annotauit. Procul dubio deſignari intelligitur *Holthuſen* villa deſolata, olim ſita iuxta Snetinghuſen in præfectura Moringen in principatu Göttingenſi. De hac villa vide litteras ſupra §. 437. et infra in Addendis num. 228, 229, 239, 263, et 264, adductas. De *Thiadhardo*, qui XL iugera et vnam familiam in eadem villa donauit, vti patet e Sarachonis Regiſtro, vide §. 104. not. (l). De villa Holthuſan in pago Marungo.

(i) Villa *Adololdeshus* ſita erat, Sarachone teſte, *in pago Hrittiga*. Videtur indicari *Ablshuſen*, vicus præfecturæ Stauffenburg in Wolferbuttelenſi principatu. Hic vicus probe diſcernendus eſt 1) ab *Albuſen* in præfectura Hoja in comitatu Hojano, 2) ab *Albuſen* in epiſcopatu Paderbornenſi non procul a caſtro Driborg, 3) ab *Alenhuſen* in pago Flothwitha, 4) in *Aleshuſen* in Rhetica in comitatu Vehringen, 5) ab *Allenhuſen*, ſeu Altenhauſen in ducatu Magdeburgico, et 6) ab *Althuſen* in epiſcopatu Oſnabrugenſi ſub præfectura Furſtenau. De *Folchardo* nonnihil egimus ſupra §.437, ſignificantes, eum fuiſſe fratrem abbatis Corbeienſis *Walhonis*. Pietas ergo in fratrem impulit *Folchardum* ad hæc bona Corbeienſi monaſterio tradenda, cui, quemadmodum ex hactenus dictis patet, bene præerat eius frater *Walho*. Diu autem poſt hæc præfuiſſe monaſterio non videtur *Walho*. Fortaſſe Meinwercus epiſcopus Paderbornenſis verebatur, ne omnia ſibi præriperentur, animaduertens et in dies reſciſcens cum admiratione, magnis muneribus amicos et conſanguineos ſuos exornare Abbatiam Corbeienſem. Hinc conſilium cepit amouendi ac detrudendi *Walhonem*. Quodſi autem, iudice auctore Vitæ Meinwerci p. 539, *in eo debita paſtoris idonei ſollicitudo conſiſtit, atque eo paſtor memoriam ſui digniſſimam dereliquit poſteris, ſi multa prædia precando et comparando acquirit atque vtilitatibus eccleſiæ ſuæ addit;* memoriam ſui iucundam et ſibi et nobis reliquit *Walho*, certe haud dignus, qui de gradu ſuo deiiceretur. Sed quod ſibi Meinwercus laudi, id aliis crimini, duxit. Occaſionem ergo ſibi, aptam ad depellendum *Walhonem*, oblatam eſſe, putabat, cum ille ſibi reſtitiſſet celebraturo miſſarum ſollemnia in templo Corbeienſi. E Vita Meinwerci ſit planum, fuiſſe hunc Heinrico regi familiariſſimum, et paullo audacius cum eo egiſſe. Nihil ergo deerat illi ad detrudendum *Walhonem* ab abbatiali dignitate. De facti iniuſtitia iam ſupra egimus (§. 430). Mirum ſane eſt, cum *Walho* habuerit conſanguineos et nobiliſſimos et ditiſſimos, illos hanc non auertiſſe vel propuliſſe iniuriam, *Walhoni* imminentem et illatam. Sed telum repellere procul dubio non valuerunt. Atque ex eo momento diſcere licet, quanta *Meinwercus* excelluerit auctoritate apud cæſarem Heinricum. Tempori ergo inſeruiendum eſſe, putabant amici *Walhonis*, offenſionem, Meinwerco intentatam, fore periculoſam propter eius grauiſſimam auctoritatem, exiſtimantes. De villa Adololdeshus in pago Hrittiga.

Depoſitus ergo eſt *Walho* gradu et faſtigio ſuo ad annum 1014. Eodem anno ab Heinrico rege ſurrogatus fuit Waloni *Drutmarus*, e Laurisheimenſi monaſterio adſcitus. Quod itaque mutare non poterant, id ferebant et Corbeienſes noſtri et noſtri *Walhonis* amici patienter, regis Heinrici et Meinwerci obſtante ipſis auctoritate. *Drutmarus*, vti in Chronico noſtro MSpto adpellatur, quamuis ſe ipſum in diplomatibus appellet Trutmarum, præfuit Corbeiæ, eodem Chronico teſte ab anno MXIV. vſque ad annum MXLVI, quo obiit XV. Kal. Martii. Huius abbatis *Drutmari* in codice traditionum noſtrarum mentio iniicitur infra (§. 484). Quilibet ergo facillime perſpicere poterit, iam eſſe mutandam annorum conſignationem, margini adiectam, et nouam inchoandam eſſe ſectionem.

Cuius ſtirpis fuerit ille *Drutmarus*, e Chronico noſtro MSpto et documentis coætaneis demonſtrare non licet. Annales MSpti in Archiuo Corbeienſi, ſed recentiores, eum ad gentem Kroppenſtedenſem referunt. Hinc etiam et nos in *Sciagraphia Hiſtoriæ Corbeienſis* appellauimus illum comitem *de Kroppenſted*, ſperantes eo tempore, illud documentis fide dignis comprobatum iri. Quamuis autem nullos comites, cognominatos *de Kroppenſted*, vſpiam inueniamus, inſeruire

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

uire tamen poterit hæc denominatio illustrandæ illustri controuersiæ, olim inter principes de Anhalt, et clerum Halberstadensem, *de comitatu Croppenstedensi* cum feruore magno agitatæ. Intermittere ergo non possumus, quin quædam e documentis nostris litterariis addamus, ad illum comitatum Croppenstedensem facientia, de quo domini Anhaltini contendebant, iudicio beneuolis lectoribus reseruato. Ac primo quidem quod ad situm eiusdem comitatus attinet, nomen procul dubio ductum est a villa *Croppensted*, vnum milliare sita ab vrbe Groninga in principatu Halberstadensi versus orientem. Huius villæ primam mentionem iniecere Corbeienses nostri in Chronico suo coætaneo, ad annum 936 referentes, comitem *Sifridum* fundatorem monasterii in Westergroningen *tradidisse quidquid habuerit in vtraque Croppenstide, uuendelingen, uuestergroningen, ostergroningen, heteborn, dalethorpe, et salitu hakel cum omnibus ad eadem loca pertinentibus.* Id quod ita interpretandum esse censemus, vt non tradiderit comes *Sifridus* tam magnum quam paruum *Croppenstide*, nulla villicatione excepta, sed tantum ea, quæ *Sifridus* in vtroque loco tenuit sita. Fratrem enim *Sifridi Geronem* marchionem bona quædam in villa *Croppenstede* sibi retinuisse, comprobat ipsius marchionis Geronis diploma, quod legitur in Beemanni *Histor. Anhalt.* P. III. p. 168, in quo ad annum 963 monasterio puellarum seu Parthenoni, in Gerenrode obuio, donauit vnum mansum, situm ad *Croppenstede*. E litteris Erkenberti abbatis sequentibus discimus, villicationem in Groninge, Croppenstide et Hammentorp, cum omni vtilitate obtigisse ditioni abbatis Corbeiensis. Easdem ergo huc inserere, ex autographo accurate descriptas, e re nostra fore intelligimus. En illas.

℣ In nomine dñi ñri ihũ Xpi Ego *Erkenbertus* corbeiensis abbas hanc cartam iussi conscribi & conseruari ut sciant tã ptẽtes quã futuri Qualiter *Heithenricus* & *Conraduss filii Thiethardi* cum essent homines liberi in ñrẽ ecclẽ se mancipauerunt seruitiũ. dederunt enim XI mansos in uilla quę uocatur *Eilenstidi* & se ipsos ecclię ut mererẽtur accipe beneficium & edificia patris sui excepta uillicatione in *Gronynge Croppenstide Hammentorp* & omni utilitate quę ptinent ad seruitium abbatis. hoc firma sponsione collaudantes. ut nunquam super hoc negotio aliquam inactitudinem ecclię facerent. Hęc autem acta sunt Corbeię sub aduocato *comite Sigifrido* corã omni congregatione aliisq;. testibus scilicet *Heinrico ppósito. Wernhero. Adelberone. Rutpto ac Hugone monachis. Eikone patruo eorum. Adelrado comite. Roderico. Anshelmo. Luttolfo. Heremanno. Ottone. Waldrico pincerna. Immone. Annone.* item *Annone. Redingo. Ratholfo. Hilderico. Erp. Wolmanno. Rutmundo. Brũigero pincerna. Heriboldo urbano precone. Godescalco dapifero.* item *Godescalco. Godescalco. Walberto. Wagone. Tiderico. Gerberto. Euerhardo. Cunrado. Waldrico Kamerario. Godefrido. Xpiano.* & aliis multis. Horum etiam in psentia *Reding* filium suum *Albericum* cum consensu attaui sui *Alberici* & auunculorum eius *Alberici* & *Adelberti* in seruitutem sco Vito tradiderunt cum quatuor mansis & dimidio in *Dalethorp* ut quę habuit pater eius in *Horsleun* ab abbate consequeretur beneficium. Dat. Corb. XV. kal. Iulii anno dñi M. C. X. IIII. indict. VI. regnante Heinrico V. Romanorum impatore augusto anno u ordinationis venerabilis Erkenberti abbatis VIIII.

Signum scī uiti mtris.

Sigilla vide in Tab. I. num. 8.

Cum

Cum, teste hoc diplomate, Redingus quidam cum consensu ataui sui Alberici (attende ad vitam prorogatam, qua Albericum viguerit oportet) quatuor mansos et dimidium tradiderit Corbeiensibus ad *Dalethorp* sitos. Vnde discimus, comitem *Sifridum* anno 936 ecclesiæ Corbeiensi non tradidisse totam villam *Dalethorpe*, dudum desolatam, olim vero non procul ab oppido Croppensted conspicuam. Villa *Horsleun*, in eodem diplomate memorata, videtur designare vicum *Harsleben* seu *Hersleben*, in episcopatu obuium Halberstadensi, quem Saracho abbas in suo Registro appellat *Horsleue* atque ad pagum refert *Hardego*. E quo momento conclusimus, dominum quendam circa annum 1040 hæc ad eandem villam referenda bona tradidisse Abbatiæ nostræ. Iacturam inter hæc dolemus foliorum quorundam, quæ temporum iniuria et hominum negligentia in codice traditionum nostro deleuit. Probabilissime existimandi sunt traditores bonorum in *Horsleue* fuisse e progenitoribus comitum de Regenstein procreati. Est enim diploma in manibus nostris, in quo anno 1351 Bernhardus senior et Bernhardus iunior, nec non Albertus, filius Alberti, comites de Regenstein, conferunt Alberto episcopo Halberstadensi, filio Alberti ducis Brunsuicensis, omnia bona sua in maiori ac paruo *Hersleuen*. *Reding* vero eiusque filius *Albericus* probabiliter inter progenitores dominorum de *Hersleue* referendi sunt. At vero, ad quam familiam spectarint *Heithenricus* et *Conradus* filii *Thiathardi*, non est in expedito. Fortasse referes illos ad nobiles dominos, de *Hakeborne* cognominatos, quorum castrum erat non procul a saltu Hakel positum, de quo supra diximus. Si de illo *Conrado*, filio *Thiathardi*, in litteris abbatis Folcmari, vti videtur, fit mentio, tunc, eundem *Conradum* tenuisse iurisdictionem quandam abbatum Corbeiensium, in *Groninge*, *Croppensted* et *Ammenthorp* obuiam. Vltimus hic vicus olim vocatus fuit Amendorf, non procul ab oppido Croppensted disiunctus. En diploma:

et gubernante Corbeiam Walhone.

¶ Jn ñōīē sc̄ē et indiuiduę trinitatis. *Folcmarus* dei gratia Corbeiensis abbas. Si ec̄c̄lę nobis cōmissę in rebus necessariis pro posse & nosse consulim⁹ & in p̄senti & in futuro p dei misericord. nobis ꝓfuturum confidimus. Unde nouerīt uniuersi fideles tam presentes quā futuri. quod quidam de familia ñr̄ā *Conradus* ñōīē qui officiale ñr̄m̄ in *Groninge* & *Croppenstede* seu *Ammenthorp* temere quodammodo sibi usurpare uolebat. eodem officiali se penit⁹ abdicauit. scilicet ut nulla latens occasio reposcendi uel spes iure alterius recipiendi tam ipsi quam heredibus suis remanserit. iubente hęc fieri dōno *Lothario* glorios. im̄p̄r̄e quem pro eadem causa sepius interpellauim⁹ nobis quoq;. ad ipsum iustitia fauente studiosius annitentibus. Quod ut in posterum ratum & stabile permaneat pręsentes litteras sigillo nr̄ō signari iussimus. huius rei testes sunt *Arnoldus prępositus*. *hugo* monachus. *reinoldus camerarius*. *Bardo*. *Thidericus*. *Heremannus* liberi homines. *Lenzico*. *conradus*. *Wago*. *Suauus*. *Thegenhardus*. *Heremannus*. *Wilmarinus*. *Sridericus* *Lendricus*. *Bosico*. *Reinerus*. *Tezelin⁹*. *Conradus*. *Helmwigus*. *Eppe*. *Adulfus*. *Brun*. *Arnoldus*. *herethēg*. *Bernhardus*. Actum *Groningę* anno incarnationis đm̄ī M°. C°. XXXI. indictione VIII. X. kal. may.

Sigillum vide in Tab. VI. num. 6.

Post hæc orat rogatque Sifridus, comes Blanckenburgicus, Corbeiensem abbatem *Hermannum*, vt sibi mansos, quos hucusque dominus *Thidericus de Croppenstede* ab ecclesia Corbeiensi in feudo tenuerat, in feudum conferret. Ipse, mansos istos ad officium sanctæ crucis spectasse, refert. Perhibent ciues Croppenstedenses, se olim archiepiscopum Magdeburgensem *Luidolfum*, quem natum et renatum in sua vrbe prædicant, in pugna contra Bohemos anno 1204 defendisse, in cuius rei memoriam illis indulta fuerint multa priuilegia, et inprimis crucem ad curiam locatam, cui adnexam esse haud modicam libertatis

Ab anno 1010 vsque 1014 regnante Heinrico II.

partem ferunt. Quanti autem ista crucis libertas æstimanda sit, docere videntur litteræ comitis *Sifridi de Blanckenburg* publicæ. Serenissimus interim elector Brandenburgicus Fridericus Wilhelmus anno 1651. d. 24 Iulii non solum hæc priuilegia crucis, adiuuante chiliarcha *Ioanne Christophoro de Burgdorf*, renouauit ac confirmauit, sed etiam Croppenstedenses equites, quorum semper magister est consul Croppenstedensis, qui, se ab hac cruce sua accepisse priuilegia, aiunt, ad auitam reuocauit consuetudinem. Accipe ergo ipsas has litteras comitis, *Sifridi de* Blanckenburg, sic habentes:

Reuerendo dñō suo *Hermanno* abbati Corbeiensi *Siffridus* dei grā *comes de blankenburgh* omnis possibilitatis sue obsequium indefessum. discretionem uestram obnoxius exoramus quatinus quartum et dimidium mansum et litonem. quos dñūs *thidericus de croppenstede* a uobis tenet in feodo. nobis feodum eorundem porrigere dignemini. seruicii uestri tum proni erimus ecclie uestre et uobis promtiores nos ac fideliores obligabimus tempore oportuno ad nos etiam respectum habere debeatis quod mansi *ad officium crucis* pertineant supradicti. Datum blankenburgh anno dñī M. CC. XLVIII. IIII. kal. maii.

Post hæc Corbeienses nostros anno 1253 orabat Halberstadensis ecclesiæ episcopus, Ludolfus, vt in fraternitatem S. Viti reciperetur. Hanc olim principes et nobiles certatim ambire et consequi cupiebant vehementissime. Exstat adhuc in tabulario Corbeiensi præstantissimus codex membranaceus, auro et variegatis coloribus varie distinctus, qui nomina fratrum S. Viti complectitur, dignusque est, qui edatur. Olim vt mandarentur recensus atque in album huius fraternitatis referrentur, dabant comites ac nobiles domini villas, mansos, iugera et mancipia Corbeiensibus eo fine, vti hæ, quas dedimus, traditiones, docere nos possunt. Tandem vero conuentum in has leges, quas e membrana traductas huic commentationi inserere ingratum non erit:

Leges fraternitatis sancti Viti late tempore Erkenberti Corbeiensium abbatis circa annum MVIII:

I. Admissus solidum unum pendat et in festo diui Viti Corbeię aut quocunq; alio in loco hęc congregatio instituta fuerit sacra frequentet.
II. Quidquid libere oblatum fuerit, in paupereſ erogetur, qui eo die pascentur.
III. Obitus dies renuncietur mittanturq; tres solidi, ex quibus per XXX. dies erogatio in paupereſ fiat.
IIII. Sacerdotes et monachi tenebuntur ex hoc pro fedele sacrificium offerre pro defuncti anima, ceteri diuinis interesse et precesſ pro defuncto persoluere.
V. Demum nomina defunctorum in certas tabulas referentur, ut eorum memoria repetatur.

Hisce itaque legibus parere se velle, sine dubio promisit Halberstadensis episcopus *Ludolfus*, cum ab abbate Corb. peteret, vt reciperetur in societatem sacram S. Viti seu fraternitatem. Cum autem plerumque fieri soleat, vt vnus frater alteri aliquid dono det, abbas *Hermannus*, qui erat e comitibus de Dassel natus, episcopo *Ludolfo*, quem e comitibus de Sladem fuisse ortum prædicant, dabat dono aduocatiam, obuiam in vtroque *Groninge* et in vtroque *Croppenstede*, in *Ammendorp*, atque in aliis villis illi annexis, quam habuerat *Heinricus comes de Blanckenburg* in feudo a Corbeia nostra. Vicissim et in doni gratiam donauit episcopus abbati huiusque successoribus integram partem redituum, *præbendam* ex bonis basilicæ Halberstadensis, nec non curiam, in castro *Amersleue* sitam. Halberstadenses episcopi tenuerunt eam aduocatiam vsque ad tempora pacis Westfalicæ, et nunc tenent eam Principes Halberstadenses. Principes autem Corbeienses harum rerum nihil possident. Interim e diplomate hic inserendo patescit primum, erraſſe *I. G. Leucktfeldium* in *Antiquit. Græningens.* p. 47. et cum eo alios viros doctos, perhibentes, *Meinhardum* episcopum Halberstadensem, Ludolfi antecessorem, anno 1255 esse mortuum, quo anno *Ludolfus* ei iterum successerit. Ipso enim, Ludolfo teste, primus eius prælationis annus

annus erat annus 1253. Si ergo Ludolfus episcopus Halberstadensis anno 1257 et gubernante Corbeiam Walhone. deposítus est, quod tamen falsum, vti patet e diplomate Volradi Halberstad. episcopi infra in Addendis sub num. 36. allato, aliæ causæ eius depositionis esse debuerunt, quam iuuenilis ætas. Porro in hoc diplomate notatu dignissimum esse censemus, anno 1253, in *Groningen* nondum fuisse castrum seu oppidum. Hoc enim facit ad detegendas Leuckfeldii atque aliorum fabulas, qui perhibuerunt, oppidum *Groningen* fuisse vrbem *Grona*, in qua Thiatmarus Comes delusit nuncios Conradi I regis, de quo egimus supra §. 104 not. (e); nec non eis, qui palatium regium *Gruona* nostram fuisse Groningam, sibi persuaserunt: immo, qui statuerunt, oppidum *Groningam* Heinrici aucupis, Ottonis M. eiusque filii ac nepotis heredium fuisse. Adde eos, qui affirmarunt, Sifridum comitem anno 940 castrum et ecclesiam in vrbe Groninga exstruxisse, atque idem castrum dedisse fratri suo Bernhardo, episcopo Halberstadensi, qui anno 968 rebus humanis fuerit exemtus. Alii perhibuerunt, Geronem marchionem ac comitem Sifridum habuisse Groningam ab imperatoribus Saxonicis beneficii loco. Quomodo autem ad Sifridum eiusque fratrem Geronem bona hæc, in pago Hardego sita, peruenerint, supra §. 163 e probabili coniectura significauimus, nec dum videmus rationem, quæ nos commoueat, vt eandem sententiam mutemus. Hinc intelligitur, opinor, quid de comitatu Croppenstedensi senserint sereníssimi principes Anhaltini. Accipe ergo, lector, tandem præstantissimum Ludolfi episcopi diploma, quo imponimus huic Sectioni decimæ quintæ colophonem. En illud.

In nomine ſc̄ē et indiuidue trinitatis: *Ludolfuſ* dī grā *Halberſtadenſis* ec̄clie electꝰ in ꝑpetuum. Iuſtum eſt et omni cōſentaneum rationi. ut facta rationabilia et honeſta. illa ꝑcipue que confraternitatis amorem et mutue karitatis augmentum generant et inducunt. auctoritatis munimine contra varios futuroꝝ incurſus gratuito et diligenti ſtudio inuiolabiliter muniamꝰ. ideoq; ad notitiā tam ꝑntiū quā futurorum cupimꝰ peruenire. quod uenerabilis et dilectus nobiſ *Hermannus Corbeyenſis* eccleſie abbas aduocatiam in utroq; *Groninge* et in utroq; *Croppenſtede* in *Ammēdorp* et in aliis villis ſibi annexis. reſignatam ſibi a comite *Heinrico de blankenborch* et uxore ſua Engelburgi fidelibus ſuis. ec̄clie ñr̄ē Halberſtad. non immemor conſolationis et gr̄ē ſibi exhibite ob ſpem defenſionis conſilii et auxilii. de pleno conſenſu totius ec̄clie ſue corbeyēn. dimiſerit perpetualiter poſſidendam retentam ſibi et nobis inpheodata adhuc aduocatia. quam pari manu una cum ipſo ne ab utraq; parte alienari ualeat. porrigemꝰ et monetam in *Croppenſtede* denarioſ cereuiſie theloneum fori in feſto Viti. licet modici ualoris ſint. amore familiaritatis nihilominus dimiſerit eidem ec̄clie ñr̄ē. hac ꝰditione ſtatuta. quod nūquā obligetur. nūquā inpheodetur. nec aliquo modo alienetur. ſed ſemp apud ec̄cliam Halberſtaden. immobilis ꝑſeueret. et quod bona ſua cum ec̄clia in *Groninge* et ſuiſ bonis et ꝑſonis tamquā ꝓpria bona pio zelo ec̄clia ñr̄ā et epiſcopi ꝓ tēpe ſuccedētes ꝓtegant. ſemp fideliter defendant. ſaluo iure ſuo et ſucceſſorum ſuorum. quod a ꝑdeceſſoribus ſuis in ipſa ec̄clia. uidelic& in libertate curie clauſtralis et hoſpitalis. in locatione et deſtitutione officiorum et correctione clauſtralis diſcipline. hactenus eſt ſeruatū. item quod homines ſui ſupra deputatam annuam penſionē aduocatie. uidelicet maldratā tritici et . . . fertones Halberſtadn̄. argenti ex actione indebita non grauentur. niſi quantū de caſualibꝰ iudiciis de iure ꝰpetit aduocato. item quod allodia ſua uidelicet *allodiū in Groninge* et *allodiū in Croppenſtede* cū ſuis ꝓtinentiis et molendinum in *Monckedorp* et ſtagna ultra *Bodam* ab omni iure aduocatie libera ſemp ꝓmaneant ut fuerunt. ſed ſemper multam et indiſſolubilem ꝰfraternitatis et familiaritatis dilectionē ad inuicem habitam et habendam libera uoluntate conceſſerit. quod ipſa ſtagna ec̄clie ñr̄ē Halberſtad. cōmunia ſint cum ipſo. adiiciens etiam quod ſi ec̄clia ñr̄ā et corbeiēn. *caſtrum aut oppidum in Groninge* edificare ꝓcedente tempore decreuerint. equaliter participent expenſas et fructꝰ. ſed ec̄clia ñr̄ā iudicium ſpecialiter obtineat ſicut in aliis cauſis ꝑſcriptis. Noſ de communi conſenſu totius ec̄clie ñr̄ē hec

Ab anno 1010 vſque 1014 regnante Heinrico II. et gubernante Corbeiam Walhone.

omnia. que ſuꝑſcripta ſunt. obligamus et aſtringim⁹ tam nos quam ſucceſſores ñr̄os firmiter ſeruaturos. et in recompenſam hui⁹ facti et argumentum maioris familiaritatis *integrā* ꝑbendam *in* ecc̄lia ñr̄ā *maiori* eidē uenabli dn̄o abbati Corbeyen. et ſuis ſucceſſoribus in futurum. quotienſcunq;. ipſos ad partes ñr̄as uenire contigerit. tempore ꝑntie ipſorum pcipiendam. contulim⁹ liberaliter et benigne. *curiam* in *caſtro Amersleue* ſibi et ſuis ſucceſſoribus. quam inpheodare uel alienare non poterunt. et in qua ꝑriiſ ſumptibus caſtrenſi ſuo in beneficio ꝑuidebunt. contulim⁹ nihilomin⁹ perpetualiter poſſidendam. Cui⁹ rei teſtes ſunt. *Hermannus maior* ꝑpoſit⁹. *Wigerus decanus. Burchardus* uicedn̄s. *Cono de Depholte. Rodolfus portenarius. Volradus de kircberge. Volradus* ꝑptus *Wallebicen. Euerwin⁹* ꝑptus *ſancti Bonifacii. Widekindus de Nuwenb'g. Henricus de drondorp. Hermannus de Cruceburgh. Bertoldus de Clettenb'g. Albertus de Aldenb'ch. Criſtianus* ꝑptus *Northuſen. Gerardus ſacerdos. Hermannus de Hodenhagen. Ludegerus de Lacu. Otto de Hartbeke. Otto de Vipech.* totumq;. maioris ecc̄lie ñr̄ē cāplm. Laici uero *Johannes dapifer. fredericus de Hersleue. Geuehardus de Slage. Henricus de Aſpenſtede. Ludolfus de Herſleue. Conradus de Lere. Henricus de Velthem. fridericus de Bertligge. Thiethmarus de* Orđħēn et alii quam plures ecc̄lie miniſteriales. Acta ſunt hec anno dn̄i M. CC. LIII. III. idus may. Et ut hec hinc inde firma ſemp pmaneant et quieta. hanc paginam duob⁹ ſigillis ñr̄ō uidelicet et ecc̄lie ñr̄ē maioris in teſtimonium ualidum duxim⁹ roborandā. Datam Halbſtat electionis ñr̄ē anno primo.

Noſ Halberſtadēn. ecc̄le capitlm huic pagine gratanti animo et aſſenſu ꝑ appenſionē ſigilli ecc̄lie ñr̄ē fideliter et publice in nōīē dn̄i obligantes nos ad omnia conſentimus.

Sigillum epiſcopi non eſt amplius integrum.

Sigillum Capituli Halberſtadenſis vide in Tab. VI. num. 7.



TRA-

TRADITIONVM CORBEIENSIVM
PARS DECIMA SEXTA,

IN QVA

ENVMERANTVR

BONA TRADITA

SVB ABBATE

DRVTMARO

AB ANNO 1014 VSQVE AD ANNVM 1037

REGNANTIBVS

ATQVE

IMPERANTIBVS

HEINRICO II

ET

CHVONRADO II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



§. 468.

Tradidit uuerdeg IIII. manſoſ et I . . . in *pykuleſun* (k).

§. 469.

Tradidit amulung II. manſoſ et IIII. mancipia . . . . . (l).

§. 470.

(k) Villa *Pykuleſun* tribuitur ab abbate Corbeienſi Sarachone *pago Heſſi Saxonico*. Indicatur *Peckelſen*, oppidum in epiſcopatu Paderbornenſi, ad iura hodie ſpectans nobilium dominorum de Spigel, qui ſe nominant dominos de Spigel in Peckelsheim. An *Werdeg* inter progenitores nobilium de Spigel referendus ſit, diſpexerint alii. De villa Pykuleſun in pago Heſſi Saxonico.

(l) In Regiſtro Sarachonis ſequuntur hæc verba: *In Bechi in pago Weſſaga continentur CXX. iugera abbigo habet XX. iugera et perſoluet XX modioſ auenę III. ſiliginiſ et II oueſ redir habet XX iugera et perſoluet tantum quantum abbigo gherward habet XX. iugera et perſoluet eadem quę abbigo dedo XXX. habet iugera et perſoluet XXX. modioſ auenę III. ſiliginiſ II. oueſ thiedbarn XXX. habet iugera et perſoluet tantum quantum dedo et inſuper utroq; eorum VI. denarioſ.* Cum itaque ordo Regiſtri noſtri poſtulet, vt ſtatuamus, villam *Bechi* eandem fuiſſe, quæ in codice traditionum noſtrarum legi non potuit, et in qua *Amulungus* duos manſos et IV mancipia dedit, quæritur porro, vbi villa *Bechi* fuerit ſita? Pronuntiamus, pagum *Weſſaga* olim exſtitiſſe in comitatu Rauensbergico. Id abbatia *Sceldice* demonſtrat, quæ ad annum 1019 erat *in pago Weſſaga* et *in comitatu Friderici* ſita, teſte diplomate cæſaris Heinrici II. in N. Schatenii *Annal. Paderborn.* T. I. p. 433. Deſignatur abbatia Schildſche, non procul ab oppido Bileſeld in comitatu Rauensbergico olim ſita. Ab hac abbatia iter circiter trium horarum viſitur locus *Becke*, in epiſcopatu Mindenſi inter Lohne, Gohfeld, Menninghuſſen, Lengern, Bunde et Hiddenhuſen ſitus. Hunc locum *Becke* noſtram De villa Bechi in pago Weſſaga.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Heinrico II.

§. 470.

Tradiderunt duo fratres raginholdus et adalbirin in *sipestorpe* (m) . . . . . .

§. 471.

nostram villam *Bechi* fuisse, censemus. Id si ita est, porro quæritur, quinam ille fuerit *Amulungus*, qui in villa *Bechi* II mansos et IV mancipia donauit ecclesiæ Corbeiensi. Videtur subesse comitis, de quo diximus, *Friderici* frater. Est enim diploma cæsaris Chuonradi autographum, quod æri incisum dabimus in *Historia Corbeiensi*, in manibus nostris, in quo ad annum 1028 *Friderici* frater appellatur *Amelungus comes*. Hic *Fridericus* videtur fuisse anno 1019 comes fuisse in pago Wessaga. An vero *Amelungus* iste fuerit idem, quem supra diximus aduocatum summum ecclesiæ Paderbornensis, præfracte quidem affirmare non audemus. Id si autem sic esset, et statueretur, *Amelungum* fuisse comitem in pago Patherga, et *Fridericum* in pago Wessaga, in originem comitum de *Rauensberg* ita incidisse videremur. A Widekindi Magni posteris descendisse *Rauensbergicos* comites, sane erit verisimillimum. Supra enim vidimus, Widekindi Magni posteros bona hereditaria possedisse, in pago Wessaga, eique contiguis Thiatmelli et Patherga, passim sita.

De villa Sipestorpe in pago Derlingi.

(m) Villam *Sipestorpe* refert Saracho *ad pagum Derlingi*, memorans, in ea abbatiam nostram tres mansos possedisse. Pagus *Derlingi* erat in diœcesi Halberstadensi, et in aliqua Brunsuicensis ducatus parte situs. In toto autem illo tractu, in quo Derlingicus pagus olim exstitit, nullus nunc vicus exstat, cui vlla nominis similitudo cum villa nostra intercedit. *Sipestorpe* ergo villa fuit desolata. Cum autem olim intra partem oppidi Helmsted villa quædam exstiterit, appellata *Sedorp*, a castro Sommerschenburg quondam vix vnam milliare sita, quæ iam anno 1199 intercidit, hæc villa *Sipestorpe* videtur huius esse loci. Eam probe discernendam esse a vico *Sedorp*, intra præfecturam ac comitatum Schaumburgicum sito, censemus. Hic autem villæ nostræ *Sipestorpe* situs persuadere nobis et nos adducere, potest, vt statuamus, *Raginholdum* atque *Adalbirinum* seu *Adelbertum* inter progenitores palatinorum Sommerschenburgicorum, qui eodem in tractu amplam possedere ditionem, esse referendos. Inde simul intelligitur, *Adalberinum* fuisse patrem *Friderici*, *comitis palatini Sommerschenburgici*, qui anno 1120 vitam cum morte commutauit. Hoc ita esse, adfirmauimus iam supra §. 188. Heic nihil addimus, nisi quod dicimus, hanc *Adalberinum* videri fuisse filium comitis palatini *Athelberonis*, ac patrem *Friderici* palatini comitis. Huius *Friderici* comitis palatini patrem omnes appellant *Adelbertum*. Hic *Adelbertus* ante annum 977 vitam ingressus fuerit oportet. Eodem enim anno comes palatinus *Athelbero* e vita discessit. Ponamus ergo, *Adelberinum* nostrum fuisse natum anno 970. Ita egisset ipse annum ætatis quinquagesimum circa annum 1020, quo ille hæc bona in *Sipestorpe* tradidisse videtur. Iam porro ponamus, *Fridericum* filium *Adelberini* in lucem vitalem prodiisse anno 1042. Id fieri potuit. *Odam* enim, sororem archiepiscopi Hamburgensis Adelberti, demum nupsisse *Adelberino*, regnante Heinrico IV. et quidem, vt volunt, eo tempore, quo summa rerum penes dictum archiepiscopum erat, e Pauli Langii Chronico Citicensi, vtpote demum seculo XVI scripto, demonstrari non posse, credimus. *Fridericus* ille hac ratione anno 1120, quo exiit e vita, annum ætatis egit LXXVIII. Comes ergo palatinus *Athelbero* auus esse potuit comitis palatini *Friderici de Sommerschenburg*. Quid autem causæ erat, videris e nobis quærere, cur *Raginholdus* atque *Adelberinus* tres mansos in *Sipestorpe* tradidere abbati Drutmaro eiusque ecclesiæ? An *Raginholdus* atque *Adelberinus* consanguinei fuerunt abbatis *Drutmari*? Ita, respondemus, videtur esse. Iam enim supra (§. 467) indicauimus, Annales Corbeienses MSptos, in Archiuo Corbeiensi exstantes, *Drutmarum* referre ad Croppenstedensem gentem. Recentiores id e vetustioribus chronicis deperditis hausire potuerunt. Fratrem germanum *Drutmari* abbatis fuisse *Heinricum*, patescit e documentis nostris litterariis, in *Historia Corbeiensi* producendis. Hunc

Heinri-

§. 471.

Tradidit hogerus pro filio suo Xpōtero I familiam in *disilesḥus* (n) et iugera LVIII. et II. iurnales. et gubernante Corbeiam Drutmaro.

§. 472.

Heinricum fuisse illum, quem fratrem suum appellat Merseburgensis episcopus Ditmarus, perhibere vellemus, nisi auctoritas eiusdem Ditmari episcopi nobis obstaret. Hac enim stante, *Drutmarus* noster ipsius episcopi Ditmari frater fuit. Illud Ditmarus, qui mentionem iniecit depositi abbatis *Walhonis*, atque intrusi *Drutmari*, certe factum silentio non texisset. Fortassis itaque *Drutmarus* noster comitis *Esici* filius, et frater *Esici II, comitis de Ballenstede*, erat. Id indicare voluisse videntur Corbeienses nostri, dum *Drutmarum* suum appellarunt Croppenstedensem. Si hoc concesseris, statuendum est, *Raginholdum* atque Adelberinum fuisse agnatos Corbeiensis abbatis *Drutmari*.

(n) *Disileshus* villam exstitisse *in pago Wikanauelde*, refert Saracho in Registro. Probabilissime ergo nullus intelligitur alius vicus, nisi *Dellieſen*, in præfectura Grene in Brunsuicensi ducatu situs. Ad quam familiam *Hogerus* eiusque filius *Christoferus* spectarint, nondum liquet. Inter progenitores comitum *Woldenbergensium* referendos esse illos, probabili coniectura auguramur. *Christoferus* forsan est ille, cuius frater *Benno* fuit, et cuius filii *Ditmarus* et *Benno* anno 1062. nominantur a cæsare Heinrico IV. in litteris in *I. M. Heineccii Antiq. Goslarienſ.* p. 69. reperiundis, in quibus cæsar, *Dietmarum* eiusque fratrem *Bennonem*, filios *Christophori*, prædium, quod fuerat dicti *Christophori* comitis eiusque fratris *Bennonis*, regii capellani, quodque situm erat in villa *Partunlep in pago Nortduringun in comitatu Vtonis* tradidisse perhibet altari, dicato dictoque S. Petri, quod est in orientali plaga villæ Goslariensis in monte, qui dicitur mons S. Petri. In hoc diplomate sine dubio designatur villa *Partunlep* vicus *Barleip* seu *Parleip* ad siluam Thrimminina, hodie dictam *Drömling* sub præfectura Calvör in Wolferbuttelano Principatu. *Bennonem*, fratrem *Christophori*, et capellanum Heinrici IV fuisse *Bennonem*, qui, teste Lamberto Schaffnaburgensi, ex Goslariensi ecclesia ad Misnensem episcopatum transiit, prædicant, et, eundem *Bennonem* ex illustri Woldenbergensium comitum prosapia ortum esse, credunt. Auctor *Chronici cœnobii Montis Francorum* Goslariæ, qui est *Christianus Ludov. Kotzebue*, p. 3. huius episcopi *Bennonis* patrem appellat Wernerum. Eum secutus est I. M. Heineccius l. c. Vnde hoc habuerint ipsi, nescimus. In illo documento, quod exhibet *I. C. Lunig im Reichs-Archiv Sp. Eccl. Cont. III. im Anhang* p. 43 seqq. pater *Bennonis* episcopi nominatur *Fridericus*, Buttenbergensis nobilis, et mater *Bezela*, asseriturque, *Bennonem* fuisse mortuum anno 1106, episcopatus eius anno XL. Id si conceditur, *Benno* ad episcopatum Misnensem promotus non esset anno 1060, vti Kotzebue l. c. affirmat, sed anno 1066. Si pater Bennonis fuit Buttenbergensis nobilis, *Benno* e Woldenbergensibus comitibus ortus esse non potuit. Fortasse autem latet vitium in vocabulo *Buttenberg*, a descriptore vel typotheta commissum, et legi debet Woltenbergensis. De Buttenbergensibus nobilibus in documentis veterum Saxonum nihil reperimus mentionis. Est quidem in Saxonia nostra mons prope Amelungsbornense monasterium, dictus *Buttesberg*. Obuius est in Saxonia vicus *Buddenbeck*, non procul a vico Hemelschenburg. Est in Saxonia occidentali *Buddenbrock* in Paderbornensi episcopatu. Situm est in Saxonia *Bodenburg* oppidum, ad liberos *Barones de Steinberg* spectans in Wolferbuttelano Principatu, duo milliaria distans ab vrbe Hildesia, sed ab illis se quosdam nominasse nobiles dominos de Battenberg, non constat. De *Bodenburgo* quidem appellatur Meinfridus quidam comes de Bodenburg in litteris Bernhardi episcopi Hildesiensis ad annum 1142. At rei exitum haud luculente dispicimus. Res est altioris indaginis. Incertum est, an iste Meinfridus e progenitoribus Woldenbergensium comitum originem traxerit, et an *Benno* episcopus Misnensis ad Bodenburgenses nobiles dominos seu comites sit referendus. *Bennonem* episcopum e comitibus Woldenbergensibus fuisse procreatum, nondum

De villa Disilesḥus in pago Wikanavelde.

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Heinrico II.

§. 472.

Tradidit heppid pro propinquo suo rokiero in *pisussun* (o) XXX iugera et I. iurnalem.

§. 473.

In *haildein* (p) LX. laneos pannos et quinq;. omni anno tradidit brun

esse demonstratum censemus diplomate quodam vel testimonio scripti coætanei. Pone autem, id ita esse, atque in diplomate excitato Heinrici IV. mentionem fieri de S. *Bennone*, postea episcopo Misnensi, tum quæritur, quomodo bona in pago Norththuringi sita in manus peruenerint Woldenbergensium comitum. Widekindum Magnum, a quo Woldenbergenses deducimus, aliquid bonorum possedisse in pago Norththuringi, nondum demonstratum esse credimus. Nostra enim ex sententia bona, in pago Norththuringi sita, spectarunt ad progenitores Anhaltinorum, Supplinburgicorum, Sommerschenburgicorum et Walbeccensium comitum. Sed facile ex his nos extricare possumus adfirmantes, *Bennonem* episcopum appellari consanguineum S. *Bernwardi*, episcopi Hildesheimensis, a quo ille traditus est disciplinæ cuiusdam Wigeri. Ex huius disciplina Benno tam repente doctrinæ laudibus florere cœpit, vt omnes æquales suos et condiscipulos eruditione anteiret. Iam vero S. *Bernwardus* erat nepos e filia palatini comitis *Athelberonis*, vti supra §. 104. not. (w) et §. 188 docuimus. Si ergo Benno episcopus filius non fuit *Friderici*, comitis palatini, quod tamen dubitamus, quia idem palatinus anno 1002 mortuus est, probabilissime *Benno* fuit nepos vel pronepos *Athelberonis*, Comitis palatini, e femina. Fortasse *Bezeba*, mater Bennonis, erat filia vel *Friderici*, vel *Raginholdi*, vel *Alberti*, filiorum comitis palatini *Athelberonis*. Id si ostendi posset, dicere liceret, bona, in pago Norththuringi sita, in manus peruenisse Woldenbergensium per feminas. Hisce dictis in mentem quoque nobis reuocare debemus, quæ supra §. 355. et 401. de *Bunicone*, *Ricdago* ac *Tancmaro* diximus. E quibus patet, hos dominos, e stirpe Widikindea ortos, bona tenuisse, in pago Ambergo sita, et in primis in villa Upstedi, vix iter vnius horæ a castro *Woldenberg* obuia. Vnde fieret porro probabile, Woldenbergenses comites ex eadem stirpe Widikindea fuisse ortos. *Hogerus* ergo *pater Christophori* si existimatur fuisse filius *Buniconis V.* Widikindei, *Bennoni* episcopo Misnensi nomen fuisset inditum, ab auo suo petitum. Plura de his expositurі sumus in *Clientela Corbeiensi*.

De villa Pisussun in Germare marca.

(o) Villam *Pisussun* exstitisse *in Germare marca* refert abbas Saracho in Registro. Germare marcam olim fuisse ad Werram fluuium in Landgrauiatu Hassiæ, et in aliqua parte Thuringiæ probare videntur villæ *Eskenetweg* (Eschwege ad Werram) *Frioda*, *Mulenhusa*, *Tutinsoda* et *Sletheim*, de quibus confer celeb. Harenbergii *Histor. Gandersh. diplom.* p. 621. His locis iam Registrum Sarachonis addit *Pisussun* villam. Illam esse vicum Bishusen non procul ab oppido Witzenhausen in Landgrauiatu Hassiæ, nondum statuere audemus. Quod si autem res ita esset, ille marcus spatiosa fuisset regio, olimque diuisisset Thuringiam, Hassiam, Franconicam et Saxoniam. Ad quam familiam referendus sit *Hepid*, nondum patet. Forsan inter progenitores eius numerandi sunt duo fratres *Heppid* et *Borchter*, qui, testante §. 86, acquisierunt bona quædam in Wellithi villa pagi Hessi.

De villa Haildein in pago Leri.

(p) *Haildein* villa tribuitur ab abbate Sarachone *pago Leri*. Designari ergo putamus vicum *Halten*, in comitatu Oldenburgico haud procul a vico Wivelstede situm. Ad *Angariam* eandem spectasse villam, discimus ex eodem Sarachonis Registro. Scripsit enim is ita: *In Angeri in pago Leri in Hailden hiligo Wodi et Wenigo omni anno persoluunt LXV. pannos laneos*. Ex quo loco concludimus, eandem regionem olim fuisse relatam ad Angariam, in occidentali regione sitam. Necessum igitur non erit, vt in eodem tractu specialem statuamus pagum nomine *Ammeri*, de quo loquuntur diplomata Ottonis II. et III, quæ, ex protographis litteris accurate descripta, exhibemus. En illas.

In

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator augustus omnium fidelium nostrorum presentium scilicet atq;. futurorum pie deuotioni pateat quomodo *liudulfus corbeiensis* ecclesiae uenerabilis abbas per fidelem suum legatum *aeilberhtum* nomine nobis conquestus est quod predecessores sui eiusdem ecclesiae uidelicet abbates per negligentiam perdidissent quandam preceptionem quam *bludouuicus* quondam rex prefato monasterio dedit in qua continebatur qualiter ipse *bludouuicus* rex ad monasterium iam dictum in honore scī stephani protomartyris consecratum tradidit quendam locum *ponteburg* nominatum et omnem decimationem *in pago ammeri* in episcopatu *adaldagi* bremensis ecclesiae archiepiscopi sitam et sua preceptione traditionem ipsam confirmauit pro rei tamen firmitate petiit nostram celsitudinem ut nos omnem rem quam prefatus rex preceptione sua prelibato monasterio tradidit de nouo eidem ecclesiae traderemus. Nos uero ob petitionem dilectae contectalis nostrae *theophanu* uidelicet consortis imperii nostri et interuentum fidelium nostrorum *uuilligisi* scilicet moguntine sedis archiēpī et *gisilharii* magadaburggensis uenerabilis scēdī archiepiscopi piam petitionem prefati abbatis *liudulfi* benigne suscipientes nostrae dominationis et preceptionis auctoritate prescriptum locum *ponteburg* uocatum omnemq;. decimationem in predicto pago *ammeri* sitam sicut prefatus rex *bludouuicus* precepto suo donauit tradidit ac confirmauit denuo ac nouiter donamus tradimus atq;. confirmamus et omnibus regia et imperiali potentia ne aliquam controuersiam prefato abbati suisq;. successoribus in predicto loco et decimatione faciant omnino interdicimus. Et ut haec nostrae donationis traditio ac confirmatio per futura temporum curricula a cunctis fidelibus firmior habeatur hoc nostre magnitudinis preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari iussimus manuq;. nostra propria ut infra uidetur corroborauimus.

et gubernante Corbeiam Drutmaro.



Signum domni ottonis inuictissimi imperatoris augusti.

Hildibaldus ēpūs et cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Sigillum est fractum, adfuisse autem verum Sigillum, apparet ex frustis.

data XV. kl. iulii anno dominicae incarnat. DCCCCLXXXIII. indictione XI. anno uero regni secundi ottonis XXV imperii autem XV. actum ueronae ~~febr. mcn.~~ *feliċ. amen.*

Alterum diploma huius est moduli. En illud.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. otto diuina fauente clementia rex omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum piae deuotioni pateat quomodo uir uenerabilis *thietmarus corbeiensis* ecclesiae abbas nostris obtutibus praesentauit praeceptum domni

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Heinrico II.

genitoris noſtri beatae memoriae *ottonis* imperatoris auguſti in quo continebatur qualiter ipſe quendam locum *ponteburg*. nominatum a rege *hludouuico* traditum ad praelibatam eccleſiam in honore ſcī ſtephani protomartyris conſecratam omnemq;. decimationem *in pago ammeri* dicto et in epiſcopatu *adaldagi bremenſis* eccleſiae archiepiſcopi ſitam ab eodem rege illuc condonatam ſua praeceptione a nouo conceſſit ac confirmauit pro rei tamen firmitate petiit celſitudinem ñōrām ut noſ denuo traditionem ac genitoris noſtri confirmationem praeceptione noſtra confirmaremuſ. cuiuſ uero petitionem pro amore dilectae genetricis ñōrae *theophanu* uidelicet imperatricis auguſtae et interuentione fidelis noſtri *vvilligiſi* moguntinae ſedis uenerabilis archiepiſcopi benigne ſuſcipientes praeſcriptum locum *ponteburg* uocatum omnemq;. decimationem in praedicto pago *ammeri* ſitam ſicut praefatuſ rex *hludouuicuſ* antea praecepto ſuo donauit tradidit ac confirmauit ac poſtea ſuperiuſ iam dictuſ genitor nōēr bonae commemorationis *otto* imperator auguſtuſ nouiter per ſuam praeceptionem donauit ac corroborauit noſ hac ñōrae dominationis ac praeceptionis moderna auctoritate ad praedictam corbeienſem eccleſiam donamuſ tradimuſ atq;. confirmamuſ unde et regia omnibuſ maioribuſ et minoribuſ firmiter interdicimuſ potentia ut praenominato abbati *thietmaro* fideli ñōro ac ſuis ſucceſſoribuſ nullam in praedicto loco *ponteburg* nuncupato et decimatione ſupra ſcripta controuerſiam faciant ſi ñōrae pietatis regiae commodo frui deſiderent. et ut haec ñōrae donationis traditio ac confirmatio per futura temporum curricula a ñōris fidelibuſ firmiter habeatur hoc ñōrae magnitudinis praeceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignare iuſſimuſ manuq;. propria ut infra uidetur corroborauimuſ.

ſignum domni ottonis glorioſiſſimi regis

Hildibalduſ ēpſ et cancellariuſ uice uuilligiſi archiepiſcopi recognoui et *ſſſ.*
data VI. kl. iunii anno dominic. incarnat. DCCCCLXXXVII indictione XV anno autem tertii ottonis regnantis quarto. actum corbeia feler amen.

In his diplomatibus locus *Ponteburg* eſt *Potenburg* in comitatu Oldenburgico. Ab hoc loco ſe olim comites Oldenburgicos, ante quam dicti ſint de Oldenburg ac de Hoja, nominaſſe dominos de *Potenburg*, recentiores hiſtorici aiunt, dicunt, ferunt, perhibent. Sed inter nugas id eſſe recenſendum, quilibet facillime perſpicere poterit. Eiuſdem loci *Ponteburg* iam meminit Hludouuicuſ imperator in diplomate ſequenti, quod, ex autographo accurate deſcriptum, huic commentationi inſerere volupe eſt, quodque, qûia characteres litterarum more veterum elegantiſſimæ et plane ſingulares ſunt, dignum eſſet, quod æri inciſum daretur: En illud,

 In nomine dñī dī et ſaluatoris noſtri ihū Xpī hludouuicuſ diuina ordinante prouidentia imperator auguſtuſ ſi ſacerdotum ac ſeruorum dī petitiones quaſ nobiſ pro ſuis neceſſitatibuſ innotuerint ad effectum perducimuſ non ſolum imperialem exercemuſ conſuetudinem. uerum etiam ad beate retributionis mercedem talia nobiſ facta profutura confidimuſ. Quapropter notum ſit omnium fidelium noſtrorum ſolertiae pre-

presentium scilic& & futurum. quia uir uenerabilis *castus* abba ecclesiae quae uocatur *fischechi* cum subiectis ecclesiis *in* eodem *pago leriga* & cum decima de silua *ammeri* & *ponteburg* & ceteris ecclesiis in *hesiga* & *fenkiga* excepta una ecclesia in *saxlinga* quā cnceſſimus ad parrochiā scī pauli reuerti ad locum qui uocatur *mimigernaford* ubi *gerfredus* ēps preesse videtur. ueniens ad nos petiit celsitudinem ñrām ut ipsum scm locum pro mercedis nostre augmento sub nostra defensione & emunitatis tuitione reciperemus. cuius petitioni pro diuino amore adsensimus et ita in omnibus qui iuste et rationabiliter petiit per hanc ñram auctoritatem confirmare studuimus. praecipientes ergo iubemus ut nullus iudex publicus neque quislib& ex iudiciaria potestate seu aliquis ex fidelibus scāē dī ecclesiae ac nostris in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore iuste & rationabiliter possidere uidetur in quibuslib& pagis & territoriis sitas uel quicquid etiam deincepſ propter diuinum amorem conlatum fuerit. ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut homines ipsius ecclesiae tam ingenuos quam et seruos iniuste distringendos aut ullas redibitiones uel inlicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat vel exactare presumat. quidquid autem de rebus praefate ecclesiae fiscus sperare potuerit totum nos pro diuino amore concedimus ut perennibus temporibus in alimonia pauperum et stipendia seruorum dī ibidem dō famulantium proficiat in augmentum. quatenus ipsis seruis dī qui ibi dō famulari uidentur pro nobis & coniuge proleque ñrā & stabilitate totius imperii ñrī a dō nobis concessi atque conseruandi iugiter dñī misericordiam exorare delectet. & praedictam uero abbatiam illius circumquaque per diuersos pagos sitam. nemo fidelium nostrorum ei exinde aliquid abstrahere aut prohibere praesumat. quin ei liceat per hanc ñram auctoritatem uerbum praedicationis domno auxiliante exercere et ministerium suum pleniter peragere. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domno protegente ualeat inconuulsa manere manu propria subscripsimus et anuli ñrī impressione signari iussimus.

et gubernante Corbeiam Drutmaro.

signum  hludounici serenissimi imperatoris.

durandus diaconus ad uicem helisachar regnoui et *sss*

Sigillum simillimum est ei, quod exhibuimus supra in Tab. I.

data V. non. sept. ann. imperii nostri VIII. indictione XIIII. actum aquisgrani palatio regio in dī nomine feliciter amen.

Pagum *Leriga*, qui in hoc diplomate memoratur, esse *Leri*, iam supra (§. 35) indicauimus, testimonio regis Hludouuici præmuniti. Ex eo perspicitur, pagum *Ammeri* idem denotare, quod *Angeri*. Idem enim locus *Ponteburg*, qui in Ottonum diplomatibus tribuitur pago *Ammeri*, in Hludouuici litteris refertur ad pagum Angeri. Id factum non esset, si pagus *Ammeri* fuisset pagus specialis. Diu autem eadem regio nomen retinuit. Heinricus IV. saltum *Eschenbrock*, in pago *Ammeri* situm, concedit archiepiscopo Bremensi, atque in eodem pago *Amnini* (lege Angeri seu Ammeri) anno 1059 basilicam, in loco *Rastede* sitam, exstruxerunt Hugo (lege Huno, quod est contractum ex Hunoldo, qui vel Reginholdi vel Bernhardi filius fuisse videtur, ab auo ita dictus) eiusque vxor Guilla, testantibus litteris Hamburgensis archiepiscopi in *Lunigs Reichs-Archiv Spic. Eccles.* P. I. *Anhang* p. 84. Patet autem inde, auctorem Chronici Rastadensis T. II. S. R. G. Meibomii p. 89 minus vero congruentia prædicasse, perhibentem, eodem tempore, quo nobilis homo et generosus comes *Huno* cum herede suo *Frederico* monasterium in Rastede fundarunt, nullam basilicam in tota Ambria siue terra Ammirorum, præterquam in Wiuelstede, obuiam fuisse. Diplo-

Registro abbatis Sarachonis

eodem Registro

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Heinrico II.

brun clericus et pro fratre suo bernhardo mansum et XXX iugera in uilli[s] *uuerellidde* (q) et *sugila*.

§. 474.

Tradidit franco pro fratre suo immed in *asikinthorpe* (r) LX. II iurnales et unum mancipium.

§. 475.

ma enim Hludouuici iam mentionem fecit ecclesiæ in Saxlinga. Credimus ergo, eundem auctorem fidem decoxisse, dum l. c. asseruit, *Hunonis* patrem fuisse *Udonem* marchionem et matrem *Idam*, nec non sororem *Hunonis* fuisse *Rixam*, ex qua natus sit *Egilmarus*, fator comitum de Oldenburg. Marchiones Stadenses, ad quos referendus est *Udo*, in Rustringia, Stedingia, Laringia atque Ambria bona sua hereditaria possedisse, licet sic auctor Chron. Rastad. l. c. prædicet, omnino negamus, necdum a quoquam demonstratum esse censemus. Quamuis enim Heinricus IV Adalberto Hemmaburgensi archiepiscopo in diplomate apud Lindenbrogium n. 27. p. 142. obuio et ad annum 1062 Ratisbonæ promulgato, tradiderit, *Udonis* marchionis comitatum in *Angeri* fuisse situm; ex eo tamen non sequitur, designari *Angariam in occidentali regione* nostramque Ambriam. Procul dubio sita erat *Angaria* illa *in orientali regione*, ad quam v. g. spectabat Wimodia pagus. Perperam ergo *Udonem* historici hactenus nominarunt *archicomitem Rustringiæ* atque *Ambriæ*. Pagus enim *Riustri* quamuis ad Bremensem relatus fuerit episcopatum, ipse inter Fresonam pagos tamen recensetur ab auctore vitæ Hludouuici pii. In Fresia autem marchionatum fuisse vllum, e veterum chartis et documentis nondum licuit vlli demonstrare.

De villis Werelidde et Sugila in pago Emisgo.

(q) *Werelidde* et *Sugila* villas collocat abbas noster Saracho in *Emisgo in pago Agrotingun*. Sine dubio designat vicos *Werlte* et *Sogel*, in inferiori episcopatu Monasterienſi, vulgo dicto das Emsland sitos. *Emisgo* poni ab abbate pro pago maiori, qui pagum specialem *Agrotingun* sub se comprehenderit, res ipsa loquitur. Patet autem ex his donis, *Brunonem* clericum eundem fuisse, qui supra (§. 464) bona quædam tradidit in pago *Agrotingun* in villis Hwinni et Linthi sita, eundemque e familia quadam illustri ortum traxisse, cum in diuersis pagis atque in meditullio comitatus Oldenburgici bona hereditaria tenuerit. Ad quam ergo aliam familiam eundem referamus, quæso, quam ad Oldenburgensem? Magna itaque cum veritatis specie nos illum filium dixisse *Hunoldi III*, omnino arbitramur.

De villa Asikinthorpe in pago Emisgo.

(r) Teste Sarachone in Registro B. et P. A. C. villa *Asikinthorpe* erat posita *in Emisgo in pago Laingo*. Patet ex hoc primum, *Emisgo* fuisse pagum maiorem, et deinde in Emslandia obuium fuisse pagum *Laingo*. Diuersus itaque hic *pagus Laingo* esse debuit primo a pago *Logne* in principatu Göttingensi, deinde a pago *Lagingo* in præfectura Wolpe, tum a pago *Laingo* in ducatu Luneburgico circa locum Soltow, et denique a pago *Laginaegowe* in Landgrauiatu Hassiæ ad flumen Lanam. Per *Asikinthorpe* designari vicum *Aschendorp* in Monasterienſi episcopatu non procul ab Herbirum ad Emisam fluuium, est probabilissimum. Ad quam vero familiam spectauerint *Franco* eiusque frater *Immed*, id nondum patet. *Immedi* tamen nomen indicare videtur, eos ad tribum Immedingicam et stirpem Widikindeam pertinuisse. Fortasse illi *Gerberti*, qui circa annum 950. præfectus erat in Frisia, filii fatoresque fuerunt comitum de *Vechta*, de quibus vide supra §. 392. *Aschendorpe* enim olim spectasse, dicunt, ad comitatum Vechtensem, quem Bremam inter et Osnabrugam vrbes in tractu finitimo oppidi et præfecturæ Wildeshusen et Cloppenburg, et in terminis diœceseos Osnabrugensis et comitatus Diepholtani situm referunt. Eidem aiunt, præfecturæ *Vechte* subesse XV parochias, et sub vna præfectura sæpe comprehendi X vel XII villas, atque in eadem præfectura XXXI deprehendi structuras nobilium, qui germanice appellantur *Burgmänner*. Conf. *Monumentorum Monast. Decuriam primam I. H. Nunningi* p. 94 seqq.

§. 475.

Tradidit folcharduſ pro ſe et coniuge ſua exſuit in *hemmeteſhuſ* (ſ) et *icanrode* (t) omnia quę habuit. et gubernante Corbeiam Drutmaro.

§. 476.

(ſ) Villa *Hemeteshus* erat, Sarachone teſte, ſita *in pago Nithega*. Procul dubio deſignatur vicus *Hemſen*, ſitus inter oppidum Brakel in epiſcopatu Paderbornenſi, et vicum Brokhuſen ad Netham fluuium in principatu Corbeienſi. Decimam in villa *Hemſen* tenuit ab eccleſia Corbeienſi in feudo Hermannus de Nygenkerken, teſtantibus litteris ad annum 1413. In litteris autem Olrici de Weſthem eadem villa appellatur *Hemdeſſen*. Bona quædam in ea adquiſiuit abbas et capitulum Corbeienſe anno 1311 Parthenoni in Brenckhuſen ſpectabili, quod erat olim ordinis Ciſtercienſis, hodie autem D. Benedicti, ſitumque eſt in territorio Corbeienſi. En ergo ipſas tabulas publicas: De villa Hemeteshus in pago Nithega.

Uniuerſis ꝑncia uiſuris ſeu audituris ego *Olricus de Weſthem* miles cupio publice notum eſſe quod de pleno ⁹ſenſu *Gertrudis* uxoris mee *Alberti* et *Olrici* filioꝝ meorū ceteroꝝq;. omniū heredū meoꝝ. in recōpenſacionē bonorum in *Hemdeſſen* et in *Heygenhuſen* que dñs abbas et cāplm corbeyēn. ad ꝑces meas eccl̄ie in *Beringehuſen* ꝓpetauerunt īpī dñō abbati et capitulo Corbeiēn. quinq;. manſos in *Aſpe* quatuor manſos in *Weſthem* et octauum dimidiū manſū in *Vehēberg* cum uniuerſis dcōꝝ. māſoꝝ. appendiciis in ōī ꝓpetate et iure que in dcīs māſis et ſuis appendiciis habui dedi in ꝑpetuū ꝓpetarie poſſidendos in cui⁹ rei teſtimoniū ſigillū meū ꝑſentib⁹ ē appenſum. Et nos *Herbold⁹* ꝑꝑt⁹ tot⁹q;. conuentus eccl̄ie *montis martis* in firmitatē ampliorē ꝑmiſſorū eccl̄ie ñr̄ē ſigillū appoſuim⁹ huic ſcripto. nos etiam *Hermann⁹ de Nutlon* iudex *Hermann⁹ de Huxaria* ꝓconſul. *Hinric⁹ de Storembrock. Thideric⁹ de Starman. bodo de Dodinchuſen. Thideric⁹ Hildebern Sifridus de Buren. Gotfridus Snarman. Ludolfus de Driborgh. Hermanus Udonis. Conradus de Elinge. Hermannus de cōñ.* et *Henricus de Boldyken*. Conſules montiſ martis ad maiorē euidentiā ꝑdtorum ñr̄ē ciuitatis ſigillū ꝑſentib⁹ dignū duxim⁹ apponendū. Datum anno dñī M. CCC. XI. feria quinta ante feſtum ꝺti galli confeſſoris.

Sigillum eccleſiæ montis martis
vide in Tab. VII. num. 1.
Sigillum conſulum et ciuitatis montis martenſis vide in Tab. VII. num. 2.
Olrici vero de Weſthem eſt fractum.

In his litteris *Heygenhuſen* eſt Hogenhuſe villa, quæ in his traditionibus §. 62. appellatur *Higenhus*, probe diſcernenda ab Heygenhuſen villa, quæ occurrit, in litteris Bernhardi Paderbornenſis epiſcopi, anno 1336 datis et editis in *Nic. Schatenii Annal. Paderb.* T. II. p. 281 ſeqq. quippe quæ videtur eſſe villa *Heinſen* vulgo dicta *der Heinſche Hof*. Villa *Aſpe* in litteris adductis ſita erat in dynaſtia Deſenberg, dicta dudum Eſpe. Hæc probe diſcernenda eſt ab *Aſſapa* in pago Logne in traditionibus noſtris obuia §. 302; *Weſthem* adhuc reperitur in epiſcopatu Paderbornenſi ad Dimolam, non confundenda 1) cum vico et præfectura Weſten in comitatu Hojano 2) cum Weſtheim quondam loco pagi Grapfelde, 3) cum Weſtheim in diœceſi Moguntina, 4) cum Weſten, loco epiſcopatus Verdenſis.

(t) *Icanrode* erat, Sarachone teſte, ſita *in pago Auga*, dudum autem deſolata eſt. Anno 1439 recepit bona quædam in villa *Ykenrode* Didericus de Menſe in feudum ab eccleſia Corbeienſi. Hanc autem villam olim exſtitiſſe in ſilua S. Spiritus, vulgo dicta *das Heilige Geiſt Holz* in principatu Corbeienſi, comprobat diploma Dieterici Corbeienſis abbatis, in quo anno 1585. terminos ponit inter ſiluam Bramberg, referendam ad monaſterium Berinkhauſen, et inter ſiluam S. Spiritus, quæ eſt vrbis Huxariæ. Hinc apparet, eundem locum, quem Traditiones appellant *Ikenrode*, exſtitiſſe inter Bramberg ſiluam, et locum, dictum Stoteſſen. De *Folchardo*, qui in hac villa bona ſua tradidit, vide ſupra §. 104. not. (n) copioſius propoſita. De villa Icanrode in pago Auga.

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Heinrico II.

§. 476.

Tradidit bernhariuſ pro ſe et filio ſuo bernhario in *balleri* (u) LXXXIII. iugera et I iurnalem.

§. 477.

De villa Balleri in pago Suilbergi.

(u) Villam *Balleri* fuiſſe poſitam *in marca Suilbergi*, refert Saracho abbas in Regiſtro. Facile iudicatu eſt, deſignari villam, quæ ſupra §. 393 nominatur *Balgeri* et dudum eſt deſolata. Ab hac villa *Balleri* non procul abfuit locus *Hechi*, in quo Corbeienſes noſtri primum ædificare cœperunt monaſterium ſuum. Inde autem ipſi, quia locus minime aptus erat fructibus ferendis, migrarunt in pagum Auga ad Wiſeram, vbi templum et habitationes fratrum anno 822 condi cœperunt, locumque nouam appellarunt Corbeiam. Perhibet auctor *Translationis S. Viti et inſtitutionis nouæ Corbeiæ* T. I. S. R. G. Meibomii p. 765. locum *Hechi* ad diœceſin ſpectaſſe Paderbornenſem. Cum enim *Adalardus iunior* anno 815 acceſſiſſet ad imperatorem Ludouicum, qui comitia habebat in Saxonia et quidem in loco, qui dicitur Patherbrunna: eumque rogaſſet, vt in incrementum chriſtianæ religionis in eadem prouincia monaſterium monachorum conſtrui iuberet; Cæſari placuiſſe refert, arceſſere epiſcopum Hathumarum, ad cuius diœceſin locus, vbi conſtruendum videbatur monaſterium, fuerit relatus, vt id *cum eius* fieret *imperio et voluntate*. Sed hæc ita comparata ſunt, vt in eis prorſus fide indignus ſit auctor, qui illam S. Viti translationem compoſuit. Anno enim 815 nullus abbas *Adalardus iunior* in veteri Corbeia erat. Non ergo Adalardus ad imperatorem accedere potuit Paderbornam, neque ab eo petere, vt mandatum daret cuiquam de conſtruendo monaſterio in prouincia Saxonica. *Hathumarus* epiſcopus eodem tempore amplius in viuis non erat, vti ex ipſis Paderbornenſium ſcriptis in *Hiſtoria Corbeienſi* demonſtratum iuimus. Quamobrem conſenſione ſua laudare non potuit Hathumarus conſtructionem monaſterii Corbeienſis, *in partibus Saxoniæ* ſiti. Moguntini itidem non contendent, locum, in pagis Suilbergi et Logne ſitum, fuiſſe diœceſeos Paderbornenſis. Finge tamen, eos conceſſuros eſſe, locum *Hechi* ſpectaſſe ad Paderbornenſem diœceſin, inde tamen non ſequitur; villam *Hucxori*, in qua *Adalardus ſenior* anno 822 nouam Corbeiam conſtruxit, ad Paderbornenſem diœceſin fuiſſe relatam. Paderbornenſium eſt, genuinis diplomatibus, vel teſtimoniis ſcriptorum coætaneorum demonſtrare, Carolum Magnum vel Hludouuicum pium Paderbornenſem diœceſin circumſcripſiſſe, terminiſque ſeu limitibus ſuæ diœceſeos incluſam eſſe abbatiam Corbeienſem. Hoc non demonſtrato credimus, abbatiam Corbeienſem cum territorio, ad eam adiuncto, nunquam fuiſſe diœceſios Paderbornenſis. Ex auctore Translationis S. Viti id, quod volunt, demonſtrare non poterunt Paderbornenſes. Iſte auctor omnino ſuppoſititius nullaque fide dignus. Perhibet idem l. c. p. 766. Corbeienſes noſtros anno 822 die 25 Sept. a loco *Hechi*, vbi eouſque habitauerint, cum omni ſuppellectili ſua ſurrexiſſe, et demum die 26 eiuſdem menſis veniſſe ad Corbeiam nouam. Idem p. 768 refert, ſe corpus S. Viti, e Francia in Saxoniam translatum, comitatum eſſe, et cum multitudine vtriuſque ſexus eaque nobiliſſimi Saxonum generis tandem ad monaſterium, quod noua Corbeia dicitur, perueniſſe. Eo ipſo nobis idem perſuadere voluit, ſe fuiſſe Corbeienſem. Homo Corbeienſis ſine vllo dubio, *Corbeiam* nouam ad flumen Wiſeram ab *Hechia* in ſaltu Sollingano ſita, tantum abfuiſſe iter vnius horæ, nouiſſet. Locus ille vſque in hodiernum diem ſatis notus eſt. Monſtratur ibi *pratum Abbatis*, dictum die Abtswieſe, die Munchebreite, der Cloſterteich, das Cloſterholtz i. e. *pratum*, *Monachorum campus*, *piſcina* et *ſilua monaſterii*. Atque hæc ficta non eſſe, demonſtrat diploma Bernhardi atque Heinrici ducum Brunſuicenſium ac Luneburgenſium, in quo adhuc anno 1416 meminere *prati abbatis*. Auctor vero Translationis S. Viti nobis perſuadere auſus eſt, *Corbeiam* nouam abfuiſſe a loco *Hechi* duorum iter dierum. Scribere an hæc potuiſſet monachus Corbeienſis? Nonne credamus oportet, eum fuiſſe impoſtorem? In eo fuit, vt ſcripto ſuo glaucoma obiiceret poſteritati, ac perſuaderet aliis, Corbeiam nouam fuiſſe ab initio ſitam intra Paderbornenſem diœceſin. Nonne autor ille Corbeienſium inimicus fuit? Plura de eo diximus in Hiſtoria Corbeienſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 477.

et gubernante Corbeiam Drutmaro.

Tradidit arnald pro fratre ſuo ludolfo L iugera in *ociſſelde* et V mancipia et I iurnalem (w).

§. 478.

Tradidit hogeruf in *dikeſſen* (x) X. iugera.

§. 479.

Tradidit thiadricuf pro filio ſuo bern in *rothe* (y) XXX. iugera et I. mancipium et VI. mancipia.

erp tradidit pro filio ſuo frederico in *ſulugun* (z) LX iugera et I iurnalem.

§. 480.

Tradidit ſiuuard pro filio ſuo thiadmaro I manſum in *aeuuerlan* et I in

(w) *Villam Ociſfelde* inſertam fuiſſe *pago Norththuringi*, indicat Saracho abbas in Regiſtro. Deſignari oppidum *Obisfeld* in ducatu Magdeburgico ad Aleram fluuium neminem facile negaturum putamus. *Arnaldum* eiuſque fratrem *Ludolfum* inter Saxoniæ noſtræ nobiles eſſe referendos, patet ex eo, quod *Arnaldus* tenuit *mancipia, id eſt, homines*, quos tradidit eccleſiæ Corbeienſi *ad annuum cenſum dandum*, quemadmodum ex Regiſtro Sarachonis ſæpius laudato patet. Hæredum fuiſſe *Arnaldi* illa L. iugera Corbeienſibus data, nemo non perſpicit. Allodia tempore regum Francorum poſſeſſa fuiſſe ab *Adelingis* ſeu nobilibus, et ab ipſis monaſteriis, id ipſum e chartis noſtris pateſcit. *Liberi*, qui non erant adelingi ſeu nobiles, a ſtatu autem ſeruorum ſeu mancipiorum exemti, tenuere quidem poſſeſſiones hereditarias. An autem eæ fuerint ab omni nexu ita liberæ vt liberi homines eas pro arbitratu aliis tradere potuerint, tantiſper dubitamus. Inſuper hi non raro in chartis appellantur homines *liberi, qui proprium non habent*, item *liberi pauperes, qui propriam terrarum poſſeſſionem non habent*. Nec, quantum ſcire datur, vllum exſtat documentum literarium, quo demonſtrari poſſit, homines liberos poſſediſſe mancipia, id eſt, ſeruos et ancillas. *Arnaldum* itaque habemus pro Adelingo Saxoniæ noſtræ. Videtur eius pater fuiſſe Ranwardus, de quo confer §. 394 dicta. De villa Ocisfelde in pago Norththuringi.

(x) *Ad pagum Leri* ſpectaſſe villam *Dikeſſen*, docet nos abbas Saracho. Circa monaſterium Wildeshuſen exſtitiſſe pagum *Leri*, iam ſupra oſtendimus. Quonam autem in loco reperiunda ſit villa *Dikeſſen*, nondum indicare videmus. *Hogerus* an fuerit filius Bardonis, de quo ſupra §. 392 comites Hojanos deduximus, id in medio relinquimus. De villa Dikeſſen in pago Leri.

(y) *Thiadricum* bona quædam, ad villam *Rothe* ſitam tradidiſſe anno MXXIII ipſe cum filium ſuum Deo ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti offerret, patet e Chronico noſtro MSpto et coætaneo. In eo ad d. a. hæc verba leguntur: *receptus eſt in monaſterium Bern filius Thtadrici nobilis*. Ad quam autem familiam relatus fuerit ille *Thiadricus*, pateſcit e villa *Rothe*, quam Saracho abbas refert *ad pagum Auga*. Hæc dudum deſolata eſt; olim vero exſtitit vix duo millia paſſuum a noſtra Corbeia in loco, vbi adhuc appellatur campus, a villa noſtra dictus *am Rohr* ſeu *Rodenwege*. Multa hic haberemus, quæ dicere poſſemus, ſi eſſet locus. Eadem villa poſtea fuit in monaſterium conuerſa. Reſeruatis autem illis ad Hiſtoriam noſtram Corbeienſem, putamus, neminem fore, qui neget, *Thiadricum* ad progenitores Euerſteinenſium comitum ſpectaſſe, fratremque fuiſſe comitis *Chuonradi*, de quo vide ſupra §. 104 not. (n) expoſita. De villa Rothe in pago Auga.

(z) *Sulugun* villam refert abbas Saracho in Regiſtro *ad pagum Almunga*. Hunc in epiſcopatu Paderbornenſi ad flumen Almam exſtitiſſe, iam ſupra indicauimus. Quinam autem locus denotatus ſit, id latet in obſcuro. Interim confer, quæ ſupra ſunt dicta §. 400, vbi mentem noſtram aperuimus de *Erpone* eiuſque filio *Frederico*. De villa Sulugun in pago Almunga.

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Chuonrado II.

in *hiadanoſon* (a) et I locum ſiluaticum et II. mancipia.

§. 481.

uuermũd tradidit pro filio ſuo conrado I manſum in *radirinhuſ* (b)
uuermũd tradidit pro filio ſuo branthor I mancipium in *aeneſi* (c).

§. 482.

balding tradidit pro filio ſuo reginmaro I manſum in *uuitmeri* (d) et V mancipia.

§. 483.

De villis Æwerlan et Hiadanoſon in pago Logne.

(a) *Æwerlan* et *Hiadanoſon* villæ erant *in pago Logne* ſitæ, teſte Sarachonis Regiſtro B. et P. A. C. *Hiadanoſon* eſſe videtur *Heddenhuſen*, in præfectura Hardeſen, locus in principatu Gottingenſi; an vero ſit *Æwerlan* et Elkershuſen ſint idem locus, ſitus in præfectura Fridland: An *Ellershuſen* ſubaudiatur in præfectura Munden, vel Eljehuſen in præfectura Harſte, vel Elueſe in dynaſtia Hardenberg, vel Elúernhuſen in dynaſtia Adelipſen, id in medio relinquimus. *Siwardum*, qui hæc bona tradidit, fuiſſe comitem Sifridum de Northeim, patet e Chronico noſtro MSpto, in quo ad annum M XXIIII. hæc verba leguntur: *Thiatmaruſ, filiuſ Sigefridi comitiſ, receptuſ eſt in monaſterium* confer de illo ſupra §. 104. not. (l).

De villa Radirinhus in pago Itergowe.

(b) *Radirinhus* fuiſſe locum *pagi Itergowe*, refert Saracho in Regiſtro. An vero deſignetur Rhene, vel Ratler, vel Renegge in præfectura Eiſenberg, vel Radern in præfectura Lichtenfels in principatu Waldeccenſi, vel Rengershauſen, vel Ronnekauſen, vel Reueringhauſen in ducatu Weſtfaliæ in terminis Waldeccenſibus, id nondum definire licet.

De villa Æneſi in pago Itergowe.

(c) *Æneſi* erat, eodem Sarachone teſte, locus *pagi Itergowe*. Intelligimus, deſignari vel oberen, vel niederen Enſe in præfectura Eiſenberg in principatu Waldeccenſi. *Wermund*, qui hæc bona tradidit, probabiliter videtur fuiſſe *Verthumundus*, qui, teſte Vita Meinwerei p. 535. n. 54. in marca Calriki bona quædam largitus eſt eccleſiæ Paderbornenſi. De eo vide ſupra §. 216. An ipſe fuerit ſator nobilium dominorum de Itter, id in medio relinquimus. Interim reperimus haud procul a Franckenberg in Haſſia quendam vicum, appellatum Viermunt ad fluuium Adrinam, hodie dictum *die Eder*, qui niſi eſſet villa *Fiermini* in pago Haſſia, a Verthumundo noſtro, ſeu a quodam progenitore eius nomen accepiſſe videretur. Id vero aliis perſcrutandum volumus reſeruatum.

De villa Witmeri in pago Heſſi Saxonico.

(d) *Witmeri* villa erat, Sarachone teſte, ſita *in pago Heſſi Saxonico*. Procul dubio ſignificatur vicus *Witmerſen* haud procul a monaſterio Wormel, quod eſt in Paderbornenſi epiſcopatu. De hac villa loquuntur procul dubio litteræ, quas maioris perſpicuitatis gratia e membrana addimus, ſequentes. En illas.

Nos Johannes dei grã p̃ptus Jutta abbatiſſa et conuentus monaſterii in *Wormlon* tenore p̃ntium recognoſcim⁹ publice proteſtando quod nos de duob⁹ mãſis ſitis in *Witmare* et vulgo dc̃īs haſenhoue ab honorabilibus viris p̃poſito et ⁹uentu ec̃c̃ie Corbeyẽñ. in nos et ec̃c̃am ñr̃am tranſlatis cum omnibus ſuis iurib⁹ et ꝑtinentiis ꝓ ut in lr̃īs eorundem ſup hoc editis et ⁹fectis ac aput nos depoſitis pleni⁹ continetur annuam dabim⁹ et debitam penſionem ꝑſoluem⁹ p̃poſito et conuentui ante dc̃īs videlicet ſingulis annis in feſto michaelis unum talentum leuium denariorum et duos ſolidos grauium denariorum huxãr̃. uſualium et hi duo ſolidi *vochet pennynge* dici ſolent. in hui⁹ rei facte teſtimonium p̃ñs ſcriptum eiſdem dedim⁹ ñr̃ō ſigillo roboratum. Datum anno dñī M°. CCC. II°. in vigilia lucie.

Ad quam familiam ſpectauerit *Balding* eiuſque filius *Reginmarus*, qui in hac villa bona ſua largiti ſunt Corbeienſibus, non patet. Cum autem interim Widekindus, comes de Waldekke, in eodem loco bona poſſederit, vti intelligitur e diplomate eiuſdem Widikindi, ſupra §. 104. not. (u) adducto, ad Waldeccenſem ſeu Widikindeam familiam videntur ſpectaſſe, licet vinculum genealogicum nondum accurate oſtendi queat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 483.

et gubernante Corbeiam Deutmaro.

uolcmar tradidit pro ſe et filio ſuo uolcmaro II manſoſ in *uuicbeke* (e) et quidquid poſſedit in *pepenghuſ* (f) culta et inculta in pratiſ ſiluiſ aquiſ aquarumq;. decurſibuſ cum mancipiiſ utriuſq;. ſexuſ remiſitq;. *beneficium* omne quod habuit de ecclia noſtra.

§. 484.

Anno incarnationiſ dominicę MXXXVII indictione V. ſĉñſl. abb. D. eccleſiam quandam in *boda* (g) cum omnibuſ ad ſe pertinentibuſa domno cui hereditario iure proueniebat obtinuit nomine reginholdo inſuper et preſ biterum ipſiuſ eĉĉlię nomine adimannuſ quam eĉĉliam dodo (h) uenera-

De villa Wicbeke in pago Logne.

(e) Villa *Wicbeke* erat, Sarachone abbate teſte, ſita *in pago Logne*. Eadem ergo villa eſt, de qua egimus ſupra §. 451.

De villa Pepenghus in pago Ruricgao.

(f) Villa *Pepenghus* tribuitur ab abbate Sarachone *pago Ruricgao*, quem circa imperialem abbatiam Werden ad flumen dictum *die Rur*, et in aliqua parte comitatus Marcani, olim exſtitiſſe, iam ſupra §. 178. ſignificauimus. Intelligimus autem deſignari per eandem villam *Pepenghus* vicum *Pepinchuſen* in comitatu Marcano vnum milliare, et quod excurrit, diſcretum ab vrbe imperiali Tremonia ſeu Dortmund. Hic ſitus locorum, quorum alter in pago Logne, atque alter in pago Ruricgao, tam longe diſiunctis, exſtitit, et in quibus vnus dominus bona hereditaria poſſedit, nos diu vexauit. Si noſtrum *Volcmarum* coniungere liceret cum familia Brunoniana, facile poſſet oſtendi, quomodo bona, in pago *Ruricgao* ſita, in manus eius peruenerint. Cum enim illuſtriſſimus Saxoniæ dux, Ecbertus, in pago Dreini, qui pago Ruricgao eſt contiguus, bona quædam poſſederit, perhibere poſſemus, eadem hæc bona in *Pepenghus Volcmarum* acquiſiuiſſe hereditario iure. Sed villa *Wicbeke*, in pago *Logne* ſita, obſtare videtur, quo minus *Volcmarum* ad ſtirpem Brunonianam referre queamus. E ſitu enim huius villæ iam ſupra §. 104. not. (l) ſuſpicati ſumus, eundem *Volcmarum* ſpectaſſe ad Northeimenſem gentem, eiuſque patrem fuiſſe *Bernonem* ſeu Bernhardum, comitem palatinum Saxoniæ. Hunc autem nodum poſſumus ſoluere, ſi ſtatuimus, *Frithuburgam* vxorem comitis palatini *Bernhardi* fuiſſe ſtirpis Brunonianæ. Cuiuſnam vero filia fuerit ea, an *Luidolfi IV*, an eius fratris Brunonis, id in obſcuro latet. Quodſi autem ſumimus, *Frithuburgam* fuiſſe filiam *Luidolfi IV*, frater eius fuit *Bruno*, maritus *Frederunæ*, ſororis reginæ *Mahtildæ*. *Berno* ergo ac *Sifridus* cognati erant cæſarum Saxonicorum, vti ex ſchemate genealogico adiecto clarius patet. Atque hæc cognatio probabiliter in cauſa erat, vt *Berno* a cæſare palatinatu Saxoniæ noſtræ donaretur. En ſeriem genealogicam.



De villa Boda in pago Agrotingun.

(g) Tandem aggredimur vltimum penſum noſtrarum traditionum, in quo quædam ſunt per vetuſtatem detrita. Diploma enim Dodonis epiſcopi Oſnabrugenſis non eſt amplius integrum. Vt autem quædam, ad explicandum locum noſtrum facientia, addamus, e Sarachonis Regiſtro memoramus, villam *Boda* fuiſſe *in pago Agrotingun* ſitam, quam, ſi aliquid coniectando aſſequi poſſumus, eſſe putamus vicum, poſtea dictum *Bidem* et hodie *Bipen* ſeu *Bippen*, in epiſcopatu Oſnabrugenſi in præfectura Furſtenau poſitum, cuius inſignis parochiæ collatio vſque in hodiernum diem ſpectat ad principem Corbeienſem.

De Dodone epiſcopo Oſnabrug.

(h) Inter epiſcopos Oſnabrugenſes fuere duo *Dodones*. Primus obiit, teſte Erdwino Erdmanno in *Chron. Oſnab.* T. II. Meib. p. 203. anno 938, nactus ſucceſſorem *Drogonem*,

Ab anno 1014 vsque 1037 regnante Chuonrado II. et gubernante Corbeiam Drutmaro.

nerabilis ēpūs Osnabrugensis sicut suppositę litterę continent dedicauit. Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris qualiter *dodo* uenerāl. ēps Osnabrugēn. ecclię ob amorem domni nr̄ī ihū Xpī et scī petri benedicebat ecclìam in *boda* in assumptione sc̄ę marie semper uirginis in libertate . . . . . istis locis ad illam pertinentibus (i) *huuenni bernsium* item *bernsium apulderiun derigun* item *derigun helerithi boclithi hallithi tehtlingi stauerreuar hlareshuthun* . . . . . cetera desunt.

gonem, cuius nomen in diplomatibus occurrit ad annos 950, 952, 962, 965. *Drogonem* esse mortuum anno 969, idem Erdmannus refert l. c. Huic *Drogoni* successit in pontificali sede Osnabrugensi *Luidolfus*, consanguineus cæsaris Ottonis, qui vitam cum morte commutauit anno 983, eodem Erdmanno teste p. 204. Eo cœlitibus adscripto, Osnabrugensem ecclesiam obtinuit *Dodo II*, qui anno 996. 2 id. Aprilis in domino obdormiuit, vti quoque Erdmannus l. c. testatur. An *Dodo* I, an II. in traditione nostra intelligatur designari, non satis est extra dubitationis aleam collocatum.

De villis quibusdam in diuersis pagis.

(i) Loca, in quibus bona quædam ad ecclesiam, in *Boda* sitam, spectabant, ab abbate nostro Sarachone collocantur sequentem in modum. *Huenni* erat *in pago Agrotingun*. Subest vicus *Wahn*, in inferiori episcopatus Monasterienſis tractu situs. *Bernsium* et *Bernsiun* referuntur *ad pagum Agrotingun*. Designari videntur *Borsen* in inferiori episcopatu Monasterienſi. *Apulderiun* erat *in pago Enterigawi*. Designatur *Abbentheren* in præfectura Ehrenburg in comitatu Hojano, ni locus antiquus Apelderen seu Apelern denotetur in Comitatu Schaumburgico, cuius meminerunt diplomata cœnobii Lammespringensis, sæculo XII et XIII exarata. *Derigun* et *Derigun* loca referebantur ad *pagum Leri*. Incurrit in animum similitudo nominis cum vico *Daren* in inferiori episcopatu Monasterienſi. *Helerithi*, *Boclithi* atque *Hallithi* spectabant *ad pagum Agrotingun*. Videntur subesse *Heren*, *Boekel* et *Holte*, in eodem inferiori episcopatu Monasterienſi sita. *Tehtlingi* villa, quæ erat *in pago Enterigawi* sita, esse videtur vel *Deblinghusen* in præfectura Steigerberg, vel *Dilte* in præfectura Stoltzenau in comitatu Hojano. *Stauerrevar* villam memorat Saracho quidem, sed non indicat, quonam in pago eadem exstiterit. In medio ergo relinquere debemus situm loci, dubii, an designatus sit locus *Stavaron*, olim in pago Grindiriga et in comitatu Magni ducis situs, vel *Scoveren*, in episcopatu positus Osnabrugensi, Tom. II. S. R. G. Meibomii p. 211. vel *Stavern* in Frisia occidentali, vel alia villa, iam pridem desolata. Fortasse illa æque sita erat in pago Enterigawi, vti *Tehtlingi* et *Hlareshuthun*, quam vltimam probabiliter esse putamus vicum *Labre* in principatu Mindensi. Hunc situm locorum si nobis ante oculos ponimus, statuere debemus, *Reginholdum*, qui in his villis, per pagos diuersos sitis, bona sua, quæ hereditario obtinuit iure, donauit, magnarum diuitiarum vitum satisque potentem dominum fuisse. Probabilissimum ergo esse censemus, eundem *Reginholdum* fuisse illum, qui supra §. 454 appellatur *Renoldus* et filius *Gherberti*, qui bona quædam *in pago Enterigawi* sita tradebat ecclesiæ Corbeiensi. Autorem et conditorem generis comitum de Hoja illum fuisse, arbitrari liberet, dummodo comprobare possemus, eundem fuisse vxori iunctum. Cum autem id fieri adhuc nequeat, *Reginholdus* noster probabiliter videtur frater fuisse *Brunonis*, *Bernhardi* et *Bardonis*, cuius vltimi vxor erat Oda. De hisce plura dicturi sumus in *clientela Corbeiensi*. *Gherbertum*, patrem *Reginholdi*, satorem fuisse comitum de Hoja, approbant nobis eius bona, comprobant *Bardonis* nepos et pronepos eodem nomine insigniti. *Bardonis* posteros adduximus supra (§. 392), quo Lectorem beneuolum delegamus. Iam riuos nostros claudimus, totique operi addimus diplomata quædam, ex originum litteris accurate descripta, quibus abbatiæ nostræ Corbeiensi bona, a viris nobilissimis hactenus tradita, a summis pontificibus atque imperatoribus confirmantur, et dicta nostra nec non loca ipsa, quorum mentio passim fuit iniecta, illustrantur.

S. D. G.

)o(

Venit

I. C. H.

** **
**

Venit ex pago Nisin ad Multam *Vredeber* apud Corbeiam nostram anno 1069, miles admodum strenuus, ibi ab hostibus expulsus, magnitudinem corporis habens vt gigas. Is in bello Saxonico ecclesiam nostram acriter et sæpe defendit. Galea, quam capiti imponebat, erat instar late rotundi aheni. Inde dictus fuit *Ketelhoot*. Tradidit ille mansos suos in villis pagi Nisin ecclesie nostre et in feodo accepit mansos sex ville Brungerinchusen, hodie dicte Brokhusen. Filius suus vnus eos habuit porro. Nomen ei Gerhardus. Nicolaus alter filius abiit et bellauit ad Rhenum, multos mansos apud Scheim per vxorem Hildegardem hereditans et ibi manens. Georgius, patri equiuocus, cum Ordulfo Duce iuit aduersus Sclauos maris septemtrionalis accolas. Mercedem laboris ibi accepit predium *Ketelhodtesdorp* iuxta Veterowe. Vnus Georgii patris frater mansit in pago Nisin et in feodo accepit, que frater ecclesie nostre obtulerat.

Addemus commemorationem copiosiorem ex scriptis recentioribus ad gentem Ketelhodtianam illustrandam.

Quanta generis Ketelhotiani sit vetustas, ex notitia in medium adlata intelligitur. Videntur aliqui, ex ea gente exorti, se *de Pileis* cognominasse. Floruit certe sæculo XIV Nicolaus de Pileis, Episcopus Verdensis, cuius imagini hi versiculi fuerunt adscripti:

Iste vir insignis, quo vix prudentior alter,
Præfuit huic sedi, culturæ reddidit agros,
Collegit nummos et prædia multa redemit,
Pacificus, moriens multum dat fratribus auri.

Progenies Mansfeldensis intercidit et exstincta fuit a. 1738, in *Hedersleuen* intra Comitatum Mansfeldensem commorata. Progenies Meclenburgica viget in vnico *Christiano Vlrico*, dynasta de Cambs et Lichstedt dicto, nato a. 1701, Rudolfistadii in Thuringia consiliario aulico, regiminis, et ecclesiastico, et tandem Principis Serenissimi 1749 Vicecancellario. Ex hac progenie nonnulli gloria meritorum in Dania Sæculo XIV effloruerunt. Consiliarium enim regni Daniæ egit Matthias circa annos 1360 - 1365. *Gerhardus Ketelhot*, miles, qui Matthiæ videtur fuisse filius, subscripsit a) Constitutioni sancitæ de conuiuio corporis Christi in Lalandia a. 1388. Quorsum referendus sit *Dominicus Ketelhud*, qui Stetinensibus ciuibus in gratiam Stargardensium denuntiauit b) hostilia, adhuc ignoro. Videtur is certe e Meclenburgica progenie prognatus. In terris rhenanis floruerunt Sæculo XV *Kesselhutii de Scheim*. Deprehendimus eos inter c) vasallos Hanouio - Münzenbergicos. *Wilhelmus Kesselhut de Scheim*, Vicedominus Ringauiæ, anno 1345 datus fuit d) fideiussor Henrico, Domino in Saltra, siquidem hic Archiepiscopo Moguntino oppidum Saltra vendiderat. *Iohannes Kesselhut de Scheim* constitutus est 1426 *præfectus violentiarum* e), expensis 1000 florenis, addito redemtionis pacto. *Wilhelmus Kesselhut de Scheim* fuit præfectus violentiarum 1461 Kirchdorfii Moguntinus, anno autem 1471 præfectus violentiarum et aduocatus fuit Cassellis. Fuit ei vxor Catharina f). *Wendelinus Kesselhut de Scheim* creatur præfectus violentiarum

a) Pontoppidanus *Annal. eccles. Danicæ diplomat.* P. II. p. 234.
b) Frideb. *Chron. Stetin.* L. I. p. 97.
c) Io. Georg. Estor in Antenprobe p. 394.
d) De Gudenus Vol. I. *Cod. diplomat. Mogunt.* p. 962.
e) Idem Vol. II. p. 502.
f) Idem Vol. II. p. 503.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum ſeu Walpodius Moguntiæ a. 1492 g). *Adamus Keſſelhut de Scheim* paullo poſt eodem munere ibi functus eſt. Dimiſit illud a. 1497, ſuſceptus h) in Archiepiſcopi Electoris miniſterialem. An ſuperſint ex hac progenie viri ad Rhenum Moguntinum, reſciſcere nondum licuit. De progenie Mansfeldica expoſuerunt Valentinus König i), Ioh. Henricus de Falckenſtein k), Ioh. Fridericus Gauhe l), et ante hos Spangenbergius m). Progeniem Meclenburgicam illuſtrarunt Matthias Iohannes a Bæhr n) et Hans Henricus Clüver o). Inſigne gentilitium non fuit ab omni viciſſitudine liberum, licet id, quod caput eſt et ſumma, perpetuo perſtiterit. Ineunte Sæculo XIV p) ſcutum Ketelhodtianum heraldicum idque argenteum exhibuit tres galeolas (caſquettes). Sæculo illo medio q) aream ſcuti ornarunt argenteam tres mitræ nigræ orientales. Vſum hiſce in hanc vſque diem fauere, non eſt r) obſcurum. Keſſelhutiana progenies Mansfeldica ſupra galeam vſa fuit tribus pauonum pennis. Progenies Meclenburgica, quæ adhuc læto ſe effert flore, hoc vtitur inſigni. Scutum eorum offert viſentibus virum dimidiatum, cui infima deſunt, nigra orientali mitra indutum, nigro veſtitu eximium, brachio caſſum, myſtace magno inſignem. Galea ſcuto impoſita eſt apertâ, coronata, et adnexa dependentibus inde nigris argenteiſque galeæ tegumentis. Arma hæc gentilitia ſignificant, viros generoſiſſimos, de Kotelhodt adpellatos, inter *Nobiles nominis et armorum* s) eſſe referendos. Beniamin Schmidt t) eapropter cecinit de hiſce inſignibus haud incompoſite:

Sein Wapen zeigt ein Feld gedritter Eiſenhüte,
die man der Bildung nach in Keſſelformen ſieht:
Sie dienten bey der Koſt und wieſen ihre Güte,
Im Fall der tapfre Muht in einen Sturm gerieth;
Das Wapen läſt die Welt den theuren Namen kennen,
Und beyde lehren uns des Adels Alterthum.
Denn wo ſich Stamm und Bild mit gleichen Sylben nennen,
Da blühet auch zugleich der Zeiten grauer Ruhm.

Gerhardus Ketelhodt, expeditionis cruciatæ pars et quidem quartæ in Palæſtinam ſuſceptæ, videtur in Palæſtina Mauros nonnullos profligaſſe vel trucidaſſe ac mitras orientales nigras u) pro more tunc vſitato x) inſignibus ſuis ſuorumque ſucceſſorum inſeruiſſe. Nomen vero genti non inhæſit ab inſignibus, ſed inſignia a Gerhardo, galea ampliſſima induto, olim originem ceperunt. Prædia auita fuerunt generoſiſſimis Ketelhotiis in pago Niſin ac Comitatu Mansfeldico, in Principatu Corbeienſi, ad Moguntiam ac Rhenum, et in Ducatus Meclenburgici regionibus. De vltimis iam dicemus pauca. *Ketelhodtesdorp*, in Ducatu Megalopolitano ſitus locus, prædium fuit eorum antiquiſſimum, finitimum oppido Feterow, ac in præſens adpellari ſolitum *Kötel*. Tenet illud iam gens generoſa, de Oldenburg cognominata. Tenuerunt ibi quondam Ketelhodtii maximam oppidi Feterow partem, ſed quoque prædia *Raden*, *Wattmannshagen*, *Hermannshagen*, *Warnekenhagen*, *Leſten*, *Alvesdorf* et *Harmsdorf*, nec non *Campſe* et partem *Carboviæ* bonorum. Duæ poſſeſſiones poſtremæ ſunt adhuc in ditione

g) Idem l. c.
h) Idem l. c.
i) *Adelshiſtorie* P. III, p. 225, ſ.
k) *Töüringiſche Chronicke* L. II, P. II, p. 1375, ſ. *Analecta Thuring. Nordgav.* Nachleſe IX, XI, XII.
l) In *Adels Lexico* in voce *Ketelhodt.*
m) *Mannsfeld. Chronic.* c. 354. p. 411. *Adels-Spiegel* P. I, L. I, c. 18. p. 116.
n) De *rebus Meclenburg.* VIII, 14. p. 1623 et in *Indice conciſo familiarum Nobilium Ducat. Megapol.* n. 71. p. 26.
o) *Beſchreibung des Herzogthums Meclenburg* P. I. p. 621.
p) Ioach. de Weſtphalen *Monument. ined. rerum Germanic.* Tom. IV, p. 1260. Tab. XIX. n. 28.
q) Ibid. Tab. XIX, n. 47.
r) König l. c.
s) Cel. Cramer *de Iuribus et Prærogatiuis Nobilitatis auita* c. 1. §. 6. not. c. p. 20.
t) *Gedichte* p. 560.
u) Io. H. de Falckenſtein l. c.
x) Cramer l. c. c. 5. not. f. n. p. 362. 369, ſ.

tione Viri Perill. Chriſtiani Ulrici de Ketelhodt. Subeſt huic præterea prædium equeſtre Lichſted, cui innexum eſt cenſuum haud parum ex diſtracto prædio equeſtri Volkſted. Dabimus partem genealogiæ, ex tabulariis, præcipue Swerinenſi et Islebienſi, ac fide dignis commemorationibus deſumtam, quæ ad Ill. Vicecancellarium procurrit. Non dubitamus, quin gentis Keſſelhut de Scheim ſeries genealogica ſucceſſu temporis perinde in lucem ſit proditura. Nobis certe haud conſtat, an ea ad ætatem noſtram perſtiterit nec ne. Memoratur centurio, *Hövetman*, ordinis Mariani Teutonici, quem virum Conradus de Iocke, magiſter ordinis enſiferorum, a. 1307 ſibi contra Ruſſos auxilio miſſum admodum inuenit fortem et probatum. Vocatur ille centurio nude Ketelhodt y). Rem ipſam adtingit z) Petrus de Dusburg, nomen vero Ketelhodtii omittit; ſignificans tamen, milites ordinis Teutonici multos paullo ante aduenisſe in Pruſſiam ex terris rhenanis. Inter primos reformatores euangelicos eminuit Strahlſundæ *Chriſtianus Ketelhodt*, quem poſteritas dignum iudicauit, cuius memoriam ſæcularem a) ipſa celebraret. Roſtochii inter academiæ ciues receptus fuit 1509, 20. Iul. *Ioachimus Ketelhoet de Stolpe*. In litteris feudalibus ad a. 1603 memoratur *Stephanus Ketelhodt*, e terris ortus Cellenſibus Saxoniæ inferioris. Anno 1606 in ſenatu Camini cauſam ſuam egerunt contra reos *Balthaſar* et *Martinus Ketelhodt*, accuſatores. M. Iohannes Keſſelhud, Rector ſcholæ Brunſuicenſis, verſiculis græcis concinnauit γαλεωμυομαχίαν. Videntur hi poſtremi nobiles animo et virtute fuiſſe, haud quaquam genere equeſtri. Quæ genealogicam fundunt ſeriem, ea ſic concinnata exhibebimus:

TAB. I.



TAB.

y) Balthaſar Ruſſow in *Liefländiſcher Chronic.* p. 31.

z) *Chron. Pruſſiæ* P. III. c. 289.

a) *Acta hiſtorico-eccleſ.* IV P. Beyträge p. 610, ſqq.

TAB. II.

Georgius in Cambs † 1570.
vx. Elisabeth de Linstow.

- Georgius in Teterow † 1479.
- Ioachimus in Campse. vx. Polita de Grabow.
- Gerhardus, in Cambs et Carbov, † 1612. vx. Dorothea de Wildberg 1591. † 1637. Regiomonti.
- Hans. vx. Catharina de Swerin.
- Henricus in Teterow, n. 1553. † 1631. vx. Margareta de Bassewitz 1604.

Georg n. 1593. — Gerhard, in Cambs n. 1597 † 1688. Regis Suec. centurio secundar. vx 1) Eua de Barold 1632 † 1638. 2) Anna Maria de Horn 1640 † 1689. — Daniel n. 1599. — Lütke, Ludeco, in Cambs, n. 1602. vx. Hedewig de Rohr, f. magistri equ. Brand. — Ioachim n. 1604. — Hasso & Wenzlow n. 1606. — Wilhelm. n. 1610. — Ioachimus, magister stabuli Holsato-Gottorp. † Paris.

Gerhardus Fridericus, n. 1643. ducal. Brunsuic. Luneb. centurio secundar. ad Treviros in prælio occisus.

Gustavus Ioachimus in Cambs n. 1654 † 1732. magister supr. stab. Ducis Meclenburgo Gustrou. vx. Anna Catharina de Hunemörder 1689 † 1736.

Gustavus Carolus n. 1699 † 1702.

Christianus Vlricus, Dominus Cambsi et Lichstedi, n. 1701. Vicecancellarius et Præses Consistorii Rudolfstad. 1750. Vx. Maria Catharina de Beulwiz 1729.

Gustavus Ioachimus n. et † 1708.

Frid. August. n. 1734 † 1735. — Ioh. Georg n. 1736 † 1738. — Carolus Gerh. n. 1738. — Ludeuicus n. 1739. — Ernestus n. 1741. — Ioh. Frid. n. 1744. — Christina Sophia, — Wilhelmina, — Henrietta.




SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
PARS SAXONIAE
ANTIQVAE SIVE WESTFALIAE
NEC NON
ANGARIA
IN
OCCIDENTALI REGIONE
IN PAGOS DISTRIBVTA
Per
Joh: Frid: Falken
PAGI FRESIA PARS
PAGVS WESTRACHA
PAGVS RIVSTRI
PAGVS NORDGO
PAGVS OSTERGO
PAGVS FIVILGA
PAGVS TYELLE
PAGVS LEOMERIKE
PAGVS LAINGO
PAGVS LERI
PAGVS WIMODIA
PAGVS STHVRMIDI
PAGVS LAINGA
PAGVS ENTERIGAWI
PAGVS GRINDIRIGA
PAGVS LANGINGA
PAGVS SELESEN
PAGVS AGROTINGVN
PAGVS EMISGAO
PAGVS BVRSIBANT
PAGVS TWENTE
PAGVS GRAINGA
PAGVS SCAPEVELDEN
PAGVS BVKKI
PAGVS MARSTEM
PAGVS LIDBETEGOWI
PAGVS ASTERBVRGI
PAGVS TILITHI
PAGVS WIKANAVELDE
PAGVS TOCHINGEN
PAGVS SCOPPINGO
PAGVS HRECWITHI
PAGVS WESSAGA
PAGVS THIADMELLI
PAGVS HVVETIGO
PAGVS AVGA
PAGVS NITHEGA
SVILBERGI MARCVS
PAGVS SVDERGO
PAGVS DREINI
PAGVS WESTFALON
PAGVS ALMVNGA
PAGVS ITERGOWE
PAGVS HESSI
PAGVS HIMMERFELDVN
PAGVS LOGNE
PAGVS HESSI FRANCONICVS
ASTONHOLTE MARCVS
MARCA SIVRMETHI
OSTERBVN MARCA
SAXONICVS

MONIMENTA HISTORIAE GERMANICAE,

QUAE EXHIBENT
DIPLOMATA, ACTA PVBLICA,
ET
ABBATIS SARACHONIS
REGISTRVM,
PAGOS MEDII GERMANORVM AEVI QVAMPLVRIMOS
COMMEMORANS,
AD FIDEM
TRADITIONIBVS CORBEIENSIBVS
FACIENDAM PORRO
ET
CONFIRMANDAM.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BENEVOLE LECTOR,



Offero TIBI exempla veterum *diplomatum* generis varii variique vsus.

Adiunxi eis *translationem reliquiarum S. Perpetuae*, quibus, ex Britannia in Germaniam traductis, iam anno 1709 tertia sedes, Corbeia ad Visurgim, obtigit.

Adieci genus illustris *Ketelhodtiadarum* progeniei, quorum gens vna quondam in Abbatiae Corbeiensis territorio, in loco *Brokhusen*, sedem habuit, et saeculi xv in *Scheim*, nunc praefecturae Darmstadiensis domicilio, exstincta.

Secunda eorum gens in terris Mansfeldicis hoc ſaeculo intercidit.

Tertia viget in Procancellario et Propraeſide dicaſterii eccleſiaſtici Rudolfiſtadienſis admodum Illuſtri.

Succedit tandem hiſce monimentis *Regiſtrum*, *Abbatis* Corbeienſis, *de bonis et proventibus Abbatiae Corbeienſis*, quo medii aevi Germania eiusque pagi et loca ſic illuſtrantur, ut *Chronici Gottwicenſis* Beſſeliani *Prodromus* inde ſexcenties augeri et locupletari poſſit.

Tabularia, vnde diplomata ſunt deſumta, ſunt ubique fere indicata.

Indices Operi ſubiectos, adornavi ſumma cum cura et diligentia.

Poteramus plura ex adparatu noſtro dare et Tibi ſubminiſtrare.

At ratio habenda erat voluminis, et, ne illud nimis excreſceret, providendum.

Sic vale et rebus perpetuo vtere ſecundis.

ADDENDA

ADDENDA AD TRADITIONES CORBEIENSES.

I.

Præceptum cæſaris Hludouuici I. de conſeruandis bonis traditis abbatiæ Corbeienſi circa a. 840 vel ſeqq.

In nomine domini dei et ſaluatoriſ noſtri ihū Xpī Hludouuicuſ diuina ordinante prouidentia imperator auguſtuſ Badurado epiſcopo et miſſo noſtro. Noſſe te non dubitamuſ qualiter noſtra iuſſione *Adelharduſ* quondam abba quoddam monaſterium in Saxonia a nouo opere conſtruxit quod noſ et aliqui boni hominef de quibuſdam rebuſ ſolemni donatione dotauimuſ. de quibuſ omnibuſ rebuſ noſtrae auctoritatiſ praeceptum circa idem monaſterium fieri iuſſimuſ ut perpetua ſaluatione in iure eiuſdem monaſterii eaedem reſ conſiſterent ſed ut relatione *uuarini* uenerabiliſ eiuſdem monaſterii abbatiſ cognouimuſ quidam comiteſ memoratum praeceptum noſtrum infringere et conuellere uelint in eo uidelicet quod hominef tam liberoſ quam latoſ qui ſuper terram eiuſdem monaſterii conſiſtunt in hoſtem ire compellant et diſtringere iudiciario more uelint. quod nolumuſ ut faciant et ideo per haſ litteraſ noſtraſ tibi praecipimuſ ut tu illud praeceptum quod ſicut diximuſ eidem monaſterio fecimuſ aſſumaſ et in praeſentia eorundem comitum in cuiuſ miniſteriiſ reſ praedicti monaſterii eſſe noſcuntur relegi faciaſ et noſtra auctoritate eiſ praecipiaſ ut ulteriuſ noſtrae auctoritatiſ praeceptum uiolare non praeſumant ſed pociuſ ſicut in eodem praecepto continetur illud conſeruare ſtudeant ſi gratiam noſtram habere uelint.

Nullus his quidem litteris annus, quo datæ ſunt, adſcriptus eſt; intra autem annum 826, et annum 840 eſſe eas exaratas patet ex eo, quod in illis mentio iniiciatur Corbeienſis abbatis *Warini*, qui anno 826. ſuſcepit regimen abbatiæ Corbeienſis, cumque eæ datæ ſint a cæſare Hludouuico I, qui obiit anno 840, nemo negare poterit, illas eſſe ſcriptas ante annum 840. Eluceſcit vero ex

illis, ſolemni donatione dotaſſe præter cæſarem aliquos bonos homines, abbatiam Corbeienſem, quos bonos homines nobis oſtendunt traditiones noſtræ Parte I. et II. quos inter præcipui erant dux Saxoniæ Ecbertus eiuſque uxor Ida, eiuſque fratres, liberi ac nepotes. Fabuloſum ergo eſt, quod hactenus a multis creditum, bona abbatiæ Corbeienſi anno 822 et ſeqq. tradita ſolum ſpectaſſe ad cæſarem Hludouuicum. Ecbertus dux Saxoniæ eiuſque conſanguinei potius fundatores ſunt abbatiæ noſtræ, quam Hludouuicus pius, de quo in Hiſtoria Corbeienſi egimus pluribus.

II.

Diploma Adriani II. pontificis maximi datum anno 873, ex quo inter cetera apparet, monaſterium Corbeienſe munificentia principum in prædiorum facultatibus eſſe dotatum.

Ex autographo.

Adrianuſ epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei *adalgario* religioſo abbati uenerabiliſ monaſterii ſanctorum martirum ſtephani atque uiti. quod nuncupatur *noua corbeia* et per te eidem uenerabili monaſterio in perpetuum. Conuenit apoſtolico moderamini pia religione pollentibuſ beniuola compaſſione ſuccurrere et poſcentium animiſ alacri deuotione congruum impertiri aſſenſum. Ex hiſ enim lucri potiſſimum praemium a conditore omnium domino promeremur dum uenerabilia oportune ordinata ad meliorem ſiue firmiorem fuerint ſine dubio ſtatum producta. Et ideo cum conſtet religionem tuam noſtrae ſollicitudiniſ pontificio ſatiſ humiliter ſuggeſſiſſe quatenuſ praefatum monaſterium ſub perenni defenſione ſanctae ſediſ apoſtolicae cui licet indigni praeeſſe dignoſcimur recipere dignaremur decernenteſ ſcilicet atque apoſtolica auctoritate modiſ omnibuſ ſtatuenteſ ut et idem monaſterium priuilegii noſtri decore finetenuſ uigeat et monachi qui illic domino cotidianiſ laudibuſ famulantur de propriae congregationiſ collegio poſt tuum deceſſum deinceps quem diuinitate ſumma annuente omneſ concorditer elegerint ordinandi abbatem habeant facultatem et quia aſſeriſ nomin. ipſum monaſterium *munificentia principum* in praediorum facultatibuſ dotatum fuiſſe petiſ et ſuggeriſ ut tam hoc quod nunc poſſidet quam etiam quod a fidelibuſ illic fortaſſiſ oblatum ſiue collatum fuerit emiſſa preceptione confirmare nihilominuſ dignaremur ſuper quibuſ non ſolum in domino gauiſi ſumuſ uerum etiam quia pia eſſe conſpeximuſ ut moriſ eſt apoſtolici ad tibi hec impendenda amore dei illecti uotiſ tuiſ fauere decreuimuſ quapropter a preſenti ſexta indictione iam dictum monaſterium in apoſtolicae auctoritatiſ defenſionem imo perpetuam recepimuſ tuitionem et omnia praedia illiuſ tam ea ſcilicet quae a glorioſiſ principibuſ uel aliiſ Xpī fidelibuſ ibi collata ſunt et conceſſa quam illa quae deincepſ praeſtante domino conferri poterunt et concedi ibidem ſiue mobilia ſiue immobilia confirmamuſ. Et ut a quolibet non uſurpentur inuadantur aut rapiantur auctoritate apoſtolica promulgamuſ iubemuſ ac definimuſ nihilominuſ inuiolabiliter apoſtolica cenſura ad noſtrae mercediſ augmentum decernimuſ ut omne faſ atque omnem licentiam habeant monachi eiuſdem monaſterii talem de ſuiſ ſemper abbatem eligere qualem omnium uota concorditer poſtulauerint et ſibi praeficiendum fore uno animo gratia ſancti ſpirituſ ſuffragante illic domino famulanteſ uoluerint nec quiſquam praeſumat alienum ſiue extraneum illic unquam abbatem conſtituere aut introducere ſed ſicut diximuſ taleſ de ipſa congregatione qui eidem monaſterio regulariter praeſint cum uel tu de hac uita uocatuſ ad dominum demigraueriſ uel tempore ſuccedente ab unanimitate omni eligantur qui uitam et omnem monaſterialem ordinem teneant et cuncta cum timore dei et reuerencia regulariſ diſciplinae diſpenſare fiant ſtatuenteſ apoſtolica cenſura ſub diuini iudicii atteſtatione et anathematiſ interdictu. ut nulli unquam paruo uel magno homini cuiuſcunque ſit dignitatiſ uel ordiniſ liceat hanc noſtrae auctoritatiſ quam pio intuitu promulgauimuſ ſanctionem infringere aut flocci pendere uel in toto ſiue in parte quoquo modo uiolare et ſi quod non credimuſ temerario auſu quiſquam uel nunc uel unquam tranſgredi contemnere uiolare aut hanc noſtram praeceptionem infringere praeſum-

sumserit et non in omnibus obseruauerit sciat se anathematis uinculis innodandum et a regno dei penitus sequestrandum qui autem uerus custos huius apostolicae presanctionis studiosus obseruator extiterit benedictionem et misericordiam uitamque eternam a domino deo nostro consequi mereatur.

Scriptum per manum stephani notarii camerae sanctae romanae ecclesiae imperante domno nostro piissimo perpetualiter augusto hludouuico a deo coronato magno imperatore anno XVIII et post consulatum eius anno XXIIII mense octobris indictione sexta bene uale dat. id⁹ octobris per manus sergii primicerii defensorum sanctae sedis apostolicae.

III.

Diploma Caroli crassi cæsaris, in quo anno 882. abbatiæ Corbeiensi iura, bona et possessiones, quas eo tempore in quibuslibet pagis habebat, confirmantur.

Ex autographo.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Karolus* diuina fauente clementia imperator augustus cum petitionibus seruorum dei iustis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus superni muneris donum largiri non diffidimus idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum sagacitas quia adiens serenitatem culminis nostri uir reuerentissimus *Pubbo* abba ex monasterio *corbeia* quod est super fluuium, uuisera in uilla regia in loco nuncupato dudum *hucxori* dicatum in honorem sancti stephani protomartyris suggessit mansuetudini nostrae ut idem monasterium et monachos ibidem per tempora degentes cum rebus et hominib. non solum sub nostra tuitione et defensione constitueremus uerum etiam et talem immunitatem fieri iuberemus qualem omnes ecclesiae in francia habent cuius petitioni dignum et proficuum iudicantes hanc auctoritatem immunitatis erga praedictum monasterium *corbeiae* eiusque rectores fieri iussimus per quam decernimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quilibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memorati monasterii quas praesenti tempore in quibuslibet pagis et territoriis habet uel deinceps ibidem conlatae fuerint ad causas iudiciario modo audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fide iussores tollendos aut homines ipsius monasterii tam ingenuos quam latos distringendos aut ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat sed liceat memorato abbati suisque successoribus praedicti monasterii sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine uiuere et residere et quidquid exinde ius fisci exigere poterit totum et ad integrum nos pro aeterna retributione ad pauperes alendos et luminaria eidem monasterio concinnanda concedimus qualiter monachi ibidem degentes pro nobis proleque nostra atque stabilitate totius imperii nobis ad regendum commissi domni misericordiam attentius exorare delectet. Sed et hoc placuit nobis huic inserere auctoritati ut licentiam habeant rectores huiusce monasterii cum quibuslibet hominibus liberis res et mancipia legaliter commutare uidelicet ut quidquid iuste et rationabiliter pars alteri contulerit parti per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneant atque possideant et quidquid exinde facere uoluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quidquid elegerint. et ut haec auctoritas immunitatis atque confirmationis nostrae per futura tempora inuiolabilem obtineat firmitatem manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione signari iussimus.

Signum  domni karoli ſereniſſimi auguſti.

uualdo cancellariuſ ad uicem liutuuardi archicancellarii recognoui et ſſſſ.

Sigillum vide in Tab. I. num. 4.

data VIII id. nouembr. anno incarnat. dñi DCCCLXXXII. indictione XV anno uero imperii piiſſimi imperatoriſ Karoli II. actum uuormatia ciuitate in dī nomine feliciter amen.

IV.

Diploma regis Conradi I. in quo non ſolum priuilegia ab anterioribus regibus abbatiæ Corbeienſi data confirmantur, ſed etiam manſi eiuſdem a decimis, dandis epiſcopo liberi, et coloni eius ab omni iudiciaria poteſtate, excepta aduocati monaſterii, immunes pronunciantur.

Ex autographo.

℄ Jn nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ chuonraduſ diuina largiente clementia rex conuenit noſtrae regali celſitudini ut petitioneſ fidelium noſtrorum haſ precipue quaſ pro eccleſiarum ſibi commiſſarum utilitatibuſ ſuggerunt ad effectum perducamuſ quoniam hoc et ad preſentem uitam proſpere peragendam et ad futuram beatitudinem promerendam profuturum liquido credimuſ unde nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentiſ quam futuri temporiſ induſtria quod uenienteſ ad monaſterium ſanctorum martyrum ſtephani atque uiti noua *corheia* nuncupatum rogante eiuſdem coenobii uenerabili abbate *huobone* una cum fratribuſ ſibi commiſſiſ omneſ conceſſioneſ quaſ priorum regum temporibuſ habuerunt firmiter eidem loco conceſſimuſ. Praecipue ut poteſtatem habeant inter ſe cum neceſſitas uenerit abbatem eligendi et ut a nullo epiſcopo de dominicalibuſ manſiſ eiuſdem monaſterii decimae exigantur neque a comite uel ex qualibet iudiciaria poteſtate coloni eorum et liti ad iuſtitiam faciendam aliquo banno conſtringantur ſed coram aduocatiſ eiuſdem loci iuſtitiam facere cogantur ſicut anteriorum francorum regum temporibuſ praefato monaſterio conceſſum fuiſſe cunctiſ fidelibuſ noſtriſ. liquido patet. Et vt haec auctoritaſ noſtrae largitioniſ firmiter habeatur atq; per futura tempora a fidelibuſ noſtriſ ueriuſ credatur noſtra propria manu ſubter eam firmauimuſ atq; anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimuſ.

Signum  domni chuonradi ſereniſſimi régiſ

Salomo cancellariuſ ad uicem Piligrimi archicapellani recognoui et ſſſ.

Sigillum vide in Tab. VII. num. 3.

data

data III. non. febr. anno ab incarnatione domni DCCCCXIII regni autem domni chuonradi ſereniſſimi regiſ anno II. actum in ipſo monaſterio corbeia in dei nomine feliciter amen.

Sigillum diplomati innexum quam accuratiſſime delineatum hic damus. Illud quod exhibuit J. M. Heineccius in ſyntagmate de Sigillis Tabula IV. num. 18. ab artifice non ſatis perito eſt delineatum. Inſcriptio eſt manca, corona, cuius veſtigia euidentiſſima ſuperſunt, cuiusque eadem, quæ in ceteris Francorum regum ſigillis eſt ratio, plane omiſſa, magnitudo eſt alia, vultuſque et lineamenta tam diuerſa, vt vix quicquam ſimilitudinis inter originale et formam ab Heinneccio probatam appareat.

V.

Diploma regis Heinrici I. ſiue aucupis, in quo abbatiæ Corbeienſi omnia vetera iura et priuilegia ſolemniter confirmantur.

Ex autographo.

℄ In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ Heinricuſ diuina fauente clementia rex conuenit noſtrae regali celſitudini ut petitioneſ fidelium noſtrorum haſ praecipue quaſ pro eccleſiarum ſibi commiſſarum utilitatibuſ ſuggerunt ad effectum perducamuſ quoniam hoc et ad praeſentem uitam proſpere peragendam et ad futuram beatitudinem promerendam profuturum liquido credimuſ unde nouerit omnium fidelium noſtrorum tam praeſentiſ quam futuri temporiſ induſtria quod rogatu coniugiſ noſtrae domnae reginae *mahtildiſ* una cum prole et equiuoco noſtro nec non epiſcopi *adaluurti* qui legatuſ fuit ad noſ miſſuſ ab abbate uenerabili *folcmaro* fratribuſque Chriſto in nouo *corbeue* militantibuſ et ſacrum martiribuſ noſtriſ aduocatiſ et interceſſoribuſ ſtephano atque uito fideliter ſeruientibuſ omneſ conceſſioneſ quaſ priorum regum temporibuſ habuerunt firmiter eidem loco id eſt praedicto abbati et fratribuſ conceſſimuſ praecipue ut poteſtatem habeant inter ſe cum neceſſitaſ uenerit abbatem eligendi. Et ut a nullo epiſcopo de dominicalibuſ manſiſ eiuſdem monaſterii decimae exigantur neque a comite uel ex qualibet iudiciaria poteſtate coloni eorum ac liti ad iuſtitiam faciendam aliquo banno conſtringantur ſed coram aduocatiſ eiuſdem loci iuſtitiam facere cogantur. Sicut anteriorum francorum regum temporibuſ praefato monaſterio conceſſum fuiſſe cunctiſ fidelibuſ noſtriſ liquido patet: Et ut haec auctoritaſ noſtrae largitioniſ firmiter habeatur atque per futura tempora a fidelibuſ noſtriſ ueriuſ credatur et ne deincepſ hinc aliqua dubietaſ fiat noſtra propria manu ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimuſ.

Signum domni heinrici  ſereniſſimi regiſ

Simon notariuſ ad uicem herigeri archicappellani recognoui

Sigillum vide in Tab. VII. num. 4.

data X kl. mai anno incarnat. domni DCCCCXX.II: indict. X. anno autem regni glorioſiſſimi regiſ Heinrici III. actum in uilla quae dicitur quitilingaburg in dei nomine feliciter amen.

Adaluurtus episcopus, qui teste diplomate nostro legatus fuit Folcmari abbatis, absque dubio erat Verdensis episcopus, filius Richardi atque abnepos Brunonis Angariorum ducis, atque ita agnatus ipsius regis Heinrici. *Fardensem episcopum* et *olim commonachum* suum nominant illum Corbeienses nostri in Chronico nostro MSpto, nullumque dubium esse poterit, eundem fuisse illum, qui in traditionibus nostris §. 341. appellatur *Adalwardus*. Merito is ergo genere illustris nuncupatur in Chronico Episc. Verdens. T. II. S. R. B. Leibnitii f. 219. Ad ipsum diploma Heinrici quod attinet, intrinsecus est illud adhuc in omnibus partibus suis illæsum ac mundum, extrinsecus autem cruore maculatum. Cum anno 1634 a Gottfridto Huyn de Geleen, barone de Wachtendonckh, ordinis Teutonici equite et Cæsaris generali campi Mareschallo, vrbs Huxaria violentiæ impetu die Jouis post festum paschatis caperetur, dominus Johannes Christophorus a Brambach, abbas et princeps Corbeiensis, in monasterio fratrum minorum O. S. Franciſci a militibus cæsareis deprehensus vix mortem effugit, omnibus, quæ secum portauerat, documentis, privilegiis, reliquiis aliisque rebus pretiosioribus a militibus spoliatus. Multa prece et pretio magno multa documenta ægerrime redemit, multa autem plane amissa, et quædam a ciuibus Huxariensibus clanculum abscondita, in manus nostras tandem venere. Diploma insertum gloriosissimi regis *Heinrici*, cuius merita erga rempublicam tota Germania semper laudibus in astra feret, eo tempore in platea Huxariensi est repertum, quod annotasse eruditis eo gratius erit, quia diplomata *Heinrici* aucupis non solum rarissima sunt, sed quia etiam nostrum fuit vnicum, quod Heineccius indagare, atque ex eo Sigillum *Heinrici* delineatum dare potuit. Dolemus autem iterum, virum optimum vsum esse artifice non satis perito. Nullam enim similitudinem habet sigillum Heineccianum cum originali. Magnitudo capitis in illo Heinecciano non bene se habet, crines non sunt crispi, scutum et vexillum sunt nimis parua, et, quod maximum, in capite nulla corona apparet, quæ tamen in originali euidentissime cernitur. Ectypum ceræ infusum, ex originali fecimus, quod destinauimus alicui bibliothecæ publicæ, vt id semper instar testimonii publici sit, delineationem nostram quam accuratissime respondisse originali. Notatu autem dignissimum esse censemus in sigillo nostro apparere *Heinricum* aucupem coronatum. Refert Widekindus noster Annal. Lib. I. f. 637, *Heinricum* vnctionem cum diademate illi ab archiepiscopo Moguntino Herigero oblatam non suscepisse, sed dixisse: *satis mihi est, vt præ maioribus meis rex dicar, et designer diuina annuente gratia ac vestra pietate, penes meliores vero nobis vnctio et diadema sit: tanto honore nos indignos arbitramur*, additque Widikindus, *hunc sermonem placuisse vniuersæ multitudini, et, dextris in cœlum eleuatis, nomen noui regis cum clamore valido salutantes frequentasse.* Videtur autem id post hæc non placuisse *Heinrico*, se eo tempore recusasse vnctionem cum diademate. Displicuisse factum *Heinrici* eo tempore summis sacerdotibus et clericis e Chronico nostro coætaneo concluſimus, in quo annotatum deprehendimus, eum *sine pontificali benedictione suscepisse regnum.* Optimam de vnctione sua sacrorum antistites ea ætate habuisse opinionem, negari non potest. Cum ergo interdum aliquid dandum sit vulgi opinionibus, minus prudenter contra maiorum statuta actitasse *Heinricum*, fatendum erit cunctis, a partium studio alienis. Quid? si fortuna non semper risisset *Heinrico* vultu sereno, nonne eum cauillandi arripuissent homines viliores ansam ob sacrorum religionem, omissam? Fortasse ergo *Heinricus* vel opinionibus vulgi, vel posteritati satisfacere voluit, dum mandata dedit de corona, in sigillo capiti suo imponenda.

VI.

Ottonis I Regis diploma, quo ecclesiæ Corbeiensi omnia ab antecessoribus suis concessa priuilegia confirmat An. 936.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina largiente clementia rex: Conuenit nostrae regali celsitudini ut petitiones fidelium nostrorum haſ precipue quaſ pro ecclesiarum sibi commissarum utilitatibus suggerunt ad effectum





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctum perducamuſ. quoniam hoc et ad preſentem uitam proſpere peragendum. et ad futuram beatitudinem promerendam profuturum liquido credimuſ. unde nouerit omnium fidelium noſtrorum induſtria quia adienſ excellentiam culminiſ noſtri *folcmaruſ* uenerabiliſ abbaſ nouae *corbeiae* rogauit ut eidem monaſterio talem concederemuſ libertatem qualem ab anteceſſorib. noſtriſ francorum regibuſ accepiſſe dinoſcitur cuiuſ petitioni aſſenſum prebenteſ interuentu coniugiſ noſtrae reginae *Eadihi* ſimulque filii noſtri *Liudulfi* in ſupradicto monaſterio fratribuſ deo ſeruientibuſ eiuſque martiribuſ STePHANO atque UITO omneſ conceſſioneſ quaſ anteriorum regum temporib. habuerunt conceſſimuſ praecipue ut poteſtatem habeant inter ſe cum neceſſitaſ uenerit abbatem eligendi et ut a nullo epiſcopo de dominicalibuſ manſiſ eiuſdem monaſterii decimae exigantur neque a comite ex qualibet iudiciaria poteſtate coloni eorum et liti ad iuſtitiam faciendam aliquo banno conſtringantur ſed coram aduocatiſ eiuſdem loci iuſtitiam facere cogantur ſicut anteriorum francorum regum temporibuſ praefato monaſterio conceſſum fuiſſe cunctiſ fidelibuſ noſtriſ liquido patet. Et ut haec noſtrae largitioniſ auctoritaſ firmiter habeatur atque per futura tempora a fidelibuſ noſtriſ ueriuſ credatur manu propria noſtra ſubter eam firmauimuſ et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimuſ.

Signum domni ottoniſ ſereniſſimi regiſ

adaldat notariuſ ad uicem hildibertti archicapellani recognoui et *ſſſ*

data XVI kalendas nouembriſ. Anno incarnationiſ domni DCCCCXXXVI indictione VIIII. anno autem ſereniſſimi regiſ ottoniſ I. Actum apud uuerla in dei nomine feliciter AMEN.

VII.

Diploma Benedicti VII, pontificis maximi, datum anno 980, ex quo apparet, abbatiam Corbeienſem ſedi apoſtolicæ immediate eſſe ſubiectam, et poſſeſſiones eius a regibus vel ducibus atque aliis chriſtianis ad locum eundem eſſe largitas atque oblatas.

Ex autographo.

Benedictuſ epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei *liudolfo* religioſo abbati ſanctę corbeienſiſ eccleſię noſtroque dilectiſſimo filio ſuiſque ſucceſſoribuſ in perpetuum. Cum ſummae apoſtolicae dignitatiſ apex in hoc diuini profectuſ nitore dinoſcitur praefulgere cum in exercendiſ dei laudibuſ ſui impenſiuſ ſtuduit laboriſ exhibere certamen ob hoc debita noſ eiuſdem apoſtolicae paſtoraliſ compulit ſollicitudiniſ cura quidquid ad ſtabilitatem piorum pertinere dinoſcitur locorum ubertim promulgari et apoſtolicę inſtitutioniſ cenſura confirmari.

Igitur quia poſtulaſti a nobiſ quatenuſ monaſterium ſanctorum martyrum protomartyriſ ſtephani atque viti martyriſ in loco qui dicitur *corbeia* priuilegiiſ ſediſ apoſtolicę et inſuliſ ita decoretur ut ſub iuriſdictione ſanctę noſtrę ſediſ cui deo auctore deſeruimuſ eccleſiae conſtitutum nulliuſ alteriuſ eccleſię iuriſdictionibuſ ſubmittatur. pro qua re piiſ deſideriiſ fauenteſ ac noſtra auctoritate id quod poſtulaſ effectui mancipamuſ et omnem cuiuſlibet eccleſiae ſacerdotem in prefato monaſterio ditionem quamlibet habere et auctoritatem preter ſedem apoſtolicam prohibemuſ ita ut niſi ab abbate monaſterii fuerit inuitatuſ nec miſſarum ibidem ſolemnia quiſquam preſumat celebrare. omnino ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub diuini iudicii obteſtatione et ualidiſ atque atrocibuſ anathematiſ interdictionibuſ ut nulluſ unquam preſumat quacunque dignitate ſit preditus uel poteſtate uel etiam quęcunque magna paruaque perſona in eodem monaſterio uel eiuſ cauſis incumbere aut de rebuſ et poſſeſſionibuſ uel quidquid ad illud monaſterium pertinere uidetur quoquo modo auferre uel alienare promulgante nempe et hoc auctoritate beati Petri apoſtolorum principiſ coram deo et terribili eiuſ futuro examine per hoc noſtrum apoſtolicum priuilegium atq. conſtitutum

ſan-

ſancimuſ atq;. decernimuſ ut loca quę ab abbate quolibet in eodem monaſterio commutata uel etiam conceſſa ſunt nec non et aliae laicorum poſſeſſioneſ quę a *regibuſ* uel *ducibuſ* et *a ceteriſ Chriſtianiſ* ad eundem locum ſanctum largite atque oblatę ſunt aut in poſterum illiſ conceſſę fuerint firma ſtabilitate predicto monaſterio exiſtenda atq;. in perpetuum ſtatuimuſ permanenda. Concedimuſ etiam et confirmamuſ apoſtolica auctoritate ut de alio monaſterio abbaſ ibi non conſtituatur ſed ipſi ſerui dei ſecundum regulam beati benedicti uiuenteſ ex ſua propria congregatione poteſtatem eligendi abbatem habeant inſuper etiam concedimuſ ut in precipuiſ feſtiuitatibuſ id eſt in natali domni atque in epiphania et purificatione ſanctę marię die reſurrectioniſ et aſcenſioniſ pentecoſte et feſtiuitate ſancti Iohanniſ baptiſtę in natalitiiſ apoſtolorum in feſtiuitatibuſ ſanctę marię et ſanctorum quorum meritiſ iam dictum monaſterium dedicatum eſt abbaſ ipſiuſ loci iuxta miſſarum ſolemnia dalmatica et ſandaliiſ utatur. Si quiſ autem quod non optamuſ nefario auſu preſumſerit hiſ quę a nobiſ ad laudem dei pro ſtabilitate iam dicti monaſterii ſtatuta ſunt refragari aut in quoquam tranſgredi ſciat ſe anathematiſ uinculo innodatum et cum diabolo et eiuſ atrociſſimiſ peniſ atque cum iuda traditore domni noſtri ihū Xpī eterniſ incendiiſ et ſupplicio concremandum deputamuſ a doño qui uero pio intuitu in omnibuſ exſtiterit cuſtoditor huiuſ noſtri apoſtolici conſtituti ad cultum dei reſpicientiſ benedictioniſ gratiam a miſericordiſſimo domno deo multipliciter conſequatur et uitę eternę particepſ effici mereatur.

Scriptum per manum Ioanniſ notarii noſtri et ſacro ſanctae romanae eccleſiae non. april. indict. VIIII.

Dat. per manum ſtephani epiſcopi et bibliothecarii ſanctae ſediſ apoſtolicae anno domno propitio imperante domno noſtro *ottone* a deo coronato anno imperii eiuſ XII. IIII. non. april. indict. VIIII.

VIII.

Diploma Heinrici III cæſaris, in quo bona et priuilegia Corbeienſis ac Heriſordenſis abbatiarum anno 1039 confirmantur.

Ex autographo.

℣ Jn nomine ſanctae et indiuiduae trinitatiſ: Heinricuſ diuina fauente clementia rex. Si petitioneſ ſeruorum dei iuſtaſ et rationabileſ ad effectum perduxerimuſ. et ad hanc uitam feliciuſ tranſigendam et ad perpetuam faciliuſ promerendam procul dubio nobiſ profuturum ſperamuſ. Quapropter notum eſſe uolumuſ. quoniam uenerabiliſ abbaſ TRVCHTMARVS adiit excellentiam noſtram ſuppliciter oranſ. ut noſtra munificentia proſpiceremuſ monaſteriiſ ſibi commiſſiſ. quorum unum eſt noua CORBEIA nuncupatum. ubi et ille regulari conſtitutione abbaſ exſtitit & alterum eſt ſanctimonialium HERIFORT dictum & proprię abbatiſſę cuiuſ nomen GOTESDIV ſubiectū. ſed iuxta conſuetudinem qua ancillarum dei congregationib. procurari ſolent praepoſiti ex eccleſiaſtico ordine. iam dicto abbati commendauimuſ. ut tam in diſciplina abbatiſſa loci iuuetur quam in cunctiſ negotiiſ quę famulę Xpī pro ſexu et profeſſione ſua exequi non poſſent. ipſarum prouiſor & patronuſ exiſteret. Iſ ergo petiit celſitudinem noſtram recordari quod pię memorię anteceſſor noſter Hludowicuſ imperator ambo haec monaſteria conſtrui iuſſit ad normam uidelic& praecipuorum in regno monaſteriorum nouam Corbeiam in Saxonia ad ſimilitudinem antiquę Corbeię. Heriſordenſe uero coenobium ad exemplum monaſterii ſanctimonialium in Sueſſionenſi ciuitate conſtructum & ut in eleemoſinam ſuam ac totiuſ generiſ ſui inſtitutionum earundem perfectio compleretur abbatiolam iuriſ ſui quę uocatur *Meppia* cum decimiſ & poſſeſſionibuſ ſuiſ aliiſque ad eam pertinentib. & eccleſiam *Ereſburc* quam karoluſ imperator conſtruenſ in ſaxonia decimiſ ditauit circumquaque habitantium per duaſ ſaxonicaſ raſtaſ praefatuſ Hludowicuſ ad nouam tradidit Corbeiam. Ad Heriſordenſiſ autem monaſterii adiumentum dedit in epiſcopatu oſnabruggenſi eccleſiam *buginithi* cum ſubiectiſ ſibi eccleſiiſ in parochia uero mimigernaſordenſi eccleſiam *hreni* cum hiſ quę ad eam pertinent eccleſiiſ. ita ſane. ut decimarum aliorumque

rumq;. redituum prouentuſ omneſ praefatiſ cederent monaſteriiſ & ab hiſ uiciſſim procurarentur ſubiectę plebeſ in baptiſmate. in euchariſtia. in ſepultura. in confeſſione peccatorum audienda. & preſbyteri qui principaleſ ex his eccleſiaſ tenerent archipreſbyterorum officio fungerentur ad omnia facienda quae ſolent fieri ab archipreſbyteriſ epiſcoporum. Cum autem ipſi epiſcopi circuitioneſ ſuaſ ibi agere deberent ad eorum manſionatica daretur quod in capituliſ anteceſſorum noſtrorum praeſcriptū habetur. Ille igitur rata eſſe uolenſ cetera omnia tantū expenſaſ ad miniſterium epiſcopi propter ęgritudinem & ſenectutem eiuſ qui tunc fuit *gauzberti* augere debuit. quod iuxta petitionē primi eiuſdem loci abbatiſ *Warini* ita moderari placuit ut deſcripto quantum ſatiſ ſit ad ſeruitium epiſcopi hoc nullo modo ſubtrahatur & epiſcopuſ uiciſſim ampliora non querat. nec cum pluribuſ ueniat quam ut eiſ ſufficere poſſint. In quib. ſatiſ eſſe conſenſit praefatuſ epiſcopuſ corā anteceſſore noſtro *Hludowico* & archiepiſcopo *brabano* ceteriſq;. cum eo in ſynodo agentibuſ. id eſt ut dentur ad ſingulaſ eccleſiaſ porci IIII. ualenteſ ſinguli denarioſ XII. aut VIII. arieteſ tantundem ualenteſ porcelli IIII. aucę. IIII. pulli. VIII. ſitulę XX. de medone. de mellita ceruiſia XX. & de non mellita LX pmeſ CXX. de auena modii C. manipuli DC. ſitq;. in poteſtate epiſcopi utrum haec per ſingulaſ eccleſiaſ ad unum manſionaticum an ad duo uelit habere. Ne autē in ſumma debiti hiſ pluſ minuſ compleretur hoc auctoritatiſ ſuę decreuit atque iuſſit. Hiſ etiam adiungere placuit liberā utriq;. loco conceſſionem eligendę de propria congregatione in regimen ſui per futura ſemper tempora congruę perſonę quod & noſ confirmamuſ & corroboramuſ. Et ut omniſ hinc dubietaſ tollatur manu propria ſubtuſ roboranteſ ſigilli noſtri impreſſione ea ſignari iuſſimuſ.

Signum domni Heinrici tertii



regiſ inuictiſſimi.

Theodoricuſ cancellarius uice bardoniſ archicapellani recognouit.

Sigillum vide in Tab. IV. num. 1.

Data III. non. Sept. indict. VII. anno dominice incarnat. M. XXXVIIII. anno aut. domni Heinrici tertii ordinationiſ XII. regni uero I. actum Goſlare feliciter amen.

IX.

Bulla pontificis maximi Lucii III, in qua omnia priuilegia & poſſeſſiones abbatiæ Corbeienſis confirmantur. a. 1184.

Luciuſ epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei dilectiſ filiiſ *Conrado* corbeienſi abbati eiuſq;. fratribuſ tam preſentibuſ quam futuriſ regularem uitam profeſſiſ in perpetuum. Juſtitię ratio exigit & apoſtolice ſediſ benignitas depoſcit ut perſoniſ & lociſ beato Petro ſpecialiuſ adherentibuſ & in ſanctę Romanę eccleſię fidelitate atq;. obedientia deuotiuſ permanentibuſ protectioniſ noſtrę manum abundantius extendamus atq;. illiſ ſua iura & collataſ dignitateſ benignitate debita conſeruemuſ. Ea propter dilecte in Xpō fili *Conrade* Corbeienſiſ abbaſ deuotionem

quam erga sedem apostolicam geris diligentius attendentes dignitatem predecessoribus tuis per nostrorum predecessorum Romanorum pontificum priuilegia tradita nos quoq;. propitiante domno inconuulsam uolumus conseruari. Quocirca presentis decreti auctoritate concedimus te in precipuis solemnitatibus sandaliis & dalmatica uti. iuxta altare sedere. populum infra commissum tibi monasterium uel prioratus conuentuales que pertinent ad anime salutem docere: preterea usum mitre & anuli in iisdem solemnitatibus tam tibi quam tuis successoribus dei & apostolice sedis clementia perpetuis temporibus indulgemus sicut predecessoribus tuis a nostris predecessoribus Roman. pontificibus est concessum. Ipsum preterea Corbeiense monasterium cui deo auctore preesse dinosceris. sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus statuentes ut quascunq;. possessiones quecunq;. bona idem monasterium in presentiarum iuste & canonice possidet aut in futurum concessione pontificum. largitione regum vel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante domno poterit adipisci. Firma uobis uestrisq;. successoribus illibata permaneant. in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. decimam uidelicet de curia *Luithardessen*. decimam de curia *Beueringen*. decimam de curia *Dasborg*. decimam de curia *Mulenhusen*. decimam de curia *Heldorp*. decimam de curia *Munden*. decimam de curia *Boderike*. decimam de curia *Munichusen*. decimam de curia *Bederinkhusen*. decimam de curia *Wluelage*. decimam de curia *Homburstelde*. decimam de curia *Nienstede*. decimam de curia *Volkmarese*. decimam de curia *Luithmaressun*. decimam de curia *Luitheressen*. decimam de curia *Erclen*. decimam de curia *Brumelinktorp*. decimam de curia *Leziaci*. decimam de curia *Castinaci*. decimam de curia *Hottepe*. decimam de curia *Nuthlon*. decimam de curia *Kestike*. decimam de curia *Nen*. decimam de curia *Croppenstide*. decimam de curia *Hemmenthorp*. decimam de curia *Holthusen* decimam de curia *Gruninge*. in *Fresia* quandam possessionem que vocatur *Nerthen*. & in eodem loco ecclesiam de *Linguord* insulam *Rumenam* & piscationem *Hocwar*. Concedimus etiam ut omnia quecunq;. in tui memoriam vel iam constituisti vel in posterum et constituruf uel alii ante te constituerunt uel post te constituti sunt. nullus immutare uel auferre presumat sine communi fratrum consensu. Statuimus quoq;. ut quicunq;. abbas castrum *Wildborg*. quod tu ad defensionem Corbeiensis ecclesie muniuisse uideris in beneficium alicui concesserit anathematis uinculo donec resipuerit teneatur. Sancimus etiam ut ipsum monasterium nulli omnino persone in beneficium quibuslibet occasionibus aliquando concedatur. sed semper sub protectione Romanorum pontificum atq;. imperatorum uel regum defensione permaneat. adiicientes. quod monasterium *Herefburg* cum decimis circa montem per duas saxonicas rastas sicut a beate memorie *Leone* PP. ex petitione *Karoli* magni imprimis qui ipsum montem expugnauerat collate noscuntur. monasterium quoq;. in *Groninga* & monasterium in *Keminata* nunquam ab eodem Corbeiensi alienentur cenobio. sed per ipsius loci abbatem semper regantur. & salubriter sub monastice disciplinę regula ordinentur. nec alicui facultas sit quidquam de bonis eorundem trium monasteriorum ad usus & prebendam domno inibi famulantium pertinentibus commutare. in beneficium concedere. uel alienare sine assensu fratrum in eisdem cenobiis manentium. fauore corbeiensis capituli. uolumus etiam ut prepositura clericorum *ecclesie sancti Pauli* que uocatur *noua ecclesia* sub eiusdem corbeiensis abbatis ordinatione sicut hactenus semper consistat nec abbati uel prepposito liceat canonicorum prebendas abscq;. clericorum conniuentia in beneficium conferre seu commutare atq;. distrahere. Preterea constituimus ut infra ambitum muri sepe memorati corbeiensis monasterii nemo clericorum uel laicorum iure proprietatis uel beneficii mansionem aliquam ullo tempore habeat. sed totus ipsius loci ambitus abbatis. monachorum. & aliarum religiosarum personarum usibus & habitationibus pateat. Prohibemus autem ut in eodem monasterio *nulli episcoporum preter Romanum pontificem* liceat *quamlibet iurisdictionem* habere. ita ut nisi ab abbate illius monasterii fuerit inuitatus nec missarum solemnia ibidem celebrare presumat. Ut igitur hec omnia que supra diximus plenum in posterum robur obtineant. sicut in autenticis predecessorum nostrorum priuilegiis continentur. tam tibi quam successorib. tuis ea fauoris nostri auctoritate confirmamus. decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed illibata omnia & integra conseruentur eorum pro quorum gubernatio-

nationę & sustentatione concessa sunt usibus omnino profutura. salua sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostrę constitutionis paginam scienș contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonita. nisi presumtionem suam digna satisfactione correxerit. potestatis honorisq. sui dignitate careat. reamq. se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & a sacratissimo corpore & sanguine dei & domni saluatoris ihū Xpī aliena fiat. atq. in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus. sit pax domni nostri ihū Xpī. quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant. & apud districtum iudicem premia eternę pacis inueniant amen.



Ego Lucius catholicę ecclę ēps *ſſ.*



✠ Ego Johannes pbr tt. scī marci card. *ſſ.*
✠ Ego Laborans pbr cārd. tt. scē marie trans tiberim *ſſ.*
✠ Ego Hubi pbr cārd. tt. scī Laurentii in Damaso *ſſ.*
✠ Ego Pandulphꝰ pbr cārd. tt. basilice XII. āplorum *ſſ.*
✠ Ego Cunraduș sabinensis & moguntinę sedis archiēps *ſſ.*
✠ Ego Theodinꝰ portuensis & scē Rufinę sedis ēps *ſſ.*
✠ Ego Henricꝰ Albanensis ēps *ſſ.*
✠ Ego Theobaldꝰ Hostiensis & Velletrensis ēps *ſſ.*
✠ Ego Arditio diac. card. tt. scī Theodori *ſſ.*
✠ Ego Gratianꝰ tt. scōrum cosme & Damiani diac. card. *ſſ.*
✠ Ego Soffredꝰ tt. scē marię in uia lata diac. card. *ſſ.*
✠ Ego Albinus tt. scē marię nouę diac. card. *ſſ.*

Data Veronę per manum Hugonis scē Romanę ecclę notarii IIII. Kal. nouemb. indict. III. anno incarnat. dnicē M. C. LXXX. IIII. pontificatꝰ Lucii PP. III. anno IIII.

Bullam Lucii III. vide in Tab. VII. num. 5.

X.

Diploma imperatoris Caroli V. confirmans omnia priuilegia abbatiæ Corbeiensis. a. 1521.

Ex autographo.

Carolus quintus diuina fauente clementia electus Romanorū imperator semper augustus ac rex Germanię Castellæ Arragonię Legionis utriusq. Siciliæ. Hierusalem Hungarię Dalmacię Croacię Nauarrę Granatę Sardinię, Corsicę, Murcię, Gyemis, Algaronię, Algezire, Gibraltaris, ac Insularum Balearum, Insularum Canarię & Indiarum ac terrę firmę maris oceani Archidux Austrię Dux Burgundię Lotharingię, Brabantię. Stirię. Carinthię, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Wir-

tembergię, Gheldrię, Calabrię, Athenarum Neopacrie &ct. Comes Flandrię, Habspurgi, Tirolis, Barchinonę, Oriſtani, Gorziani & ſacri Romani imperii princeps Sueuię, Cathalonię, Aſturię &ct. dominus Phryſię, Marchię, Sclavonicæ, Portus Naonis, Biſcaię, Molinę, Salmarum, Tripolis, Mechlinie &ct. credimus firmiter ad ſalutem eterneq;. vitę gaudia nobis conducere, cum eccleſiaſticarum perſonarum, quę diuinis ſunt obſequiis deputatę, profectibus & commodis intendimus, atq;. eiſdem ſauorem cæſareum impendimus liberalem. Sane cum nobis Venerabilis *Franciſcus* abbas Corbeien. princeps deuotus noſter dilectus, ordinis Sancti Benedicti Padeborn. dioceſis, humillime ſupplicauerit, ut ſibi & aliis monaſteriis eidem eccleſie Corbeien. commiſſis & annexis, videlicet *Heruordenſi, Montiſmarten. Groningen, Viſbecken, Kemenaden, Schaken,* & *Werſen*, priuilegia, libertates, honores, exemptiones, iura & indulta, gratias, immunitates, vſus, laudabiles conſuetudines, & conceſſiones eiſdem ſeu cuilibet eorum ſiue coniunctim ſiue diuiſim, per felicis memorię anteceſſores noſtros Romanorum imperatores & reges & preſertim Ludouicum pium, Caroli Magni filium fundatorem, Ludouicum iuniorem filium eius, Lotharium, Carolum iuniorem, Arnolfum, Conradum primum, Conradum ſecundum, Heinricum primum, Heinricum ſecundum, Heinricum tertium, Heinricum quartum, Ottones, Conradum, Rodolphum, Hermannum, Fridericum primum & nonnullos alios principes ſeculares & dominos conceſſa & conceſſas ex innata cæſarea beneficentia, confirmare, approbare innouare, & quatenus opus eſt, de nouo & quod ipſum monaſterium Corbeien. omniū bonorū ſuorū, iuriū & iuriſdictionum in oppidis, caſtris, villis, nominatim *Huxer*, cum libertate domorum & moneta & omnium iurium ibidem, *Beuerungen, Haddenberge, Holteſmynne, Amolunxen*, cum terminis circumſtantiis & circumiacentibus, *Voltzen, Koterbergh*, ac aliis ceteris caſtris, villis, & nemoribus, ac aliis rebus & bonis vbicunq;. locorum exiſtentibus ad prefatum monaſterium Corbeien. ſpectantibus ſeu pertinentibus in decimis noualibus venationibus & etiam in nemore, quod dicitur *Soligo* vſum venandi, qui dicitur Wiltban cum ceteris ibidem dicti monaſterii iuribus piſcation. in *Wiſera. Neta.* & ceteris fluminibus in *Beuere, Sulbecke, Ereſburg.* & *Volckmerſſen*, cum iudiciis occultis ſiue vetitis & ceteris iuribus & iuriſdictionibus auri & argenti fodinis, auri & argenti fluentis, nec non ſuper libertate & exemptione telonii, de bonis monaſterii Corbeien. dandis facultatem, & poteſtatem redimendi libereq;. impignoratis redemptis fruendi, & poſſidendi, concedere atq;. ex ſpeciali gratia ipſum monaſterium Corbeien. cum predictis ſibi commiſſis & annexis in noſtram & ſacri imperii protectionem & defenſionem ſuſcipere dignaremur. Nos igitur precibus prefati abbatis, ut puta rationi conſonis inclinati, tum etiā quod iuſta petentibus non ſit denegandus aſſenſus non per errorem aut improuide, ſed ex certa ſcientia omnia & ſingula priuilegia libertates, exemptiones, iuriſdictiones gratias immunitates, vſus, laudabiles conſuetudines & conceſſiones quaſcunq;. tam per prefatos Romanorum imperatores & reges quam alios quoſcunq;. prefato monaſterio Corbeien. & ſuis annexis vt ſupra conceſſa & conceſſas indulta & indultas prout hec omnia rite proceſſerunt, & hactenus introducta ſunt tenta & poſſeſſa & in preſenti tenentur & poſſidentur, prout in ſuis articulis clauſulis & ſententiis verborum expreſſionibus atq;. punctis plenius deſignantur, ac ſi preſentibus nominatim & de verbo ad verbum forent expreſſa & expreſſę authoritate noſtra cęſarea approbauimus ratificauimus, innouauimus, & confirmauimus, & approbamus, ratificamus, innouamus, & confirmamus tenore preſentium, ac quatenus opus eſt de nouo concedimus, nec non eidem abbati eiuſq;. ſucceſſoribus quantū de iure poſſumus, damus, impartimur, & concedimus, facultatem & poteſtatem, quęcunq;. impignorata & diſtracta pertinentia & ſpectantia ad ipſum monaſterium redimendi & recuperandi illiſq;. & illorum iuribus, vt premiſſum eſt vtendi, fruendi & potiendi, Porro, quo præfatus abbas ſe a noſtra cæſarea Celſitudine vberiori beneficentia ſentiat proſecutum ſcientia & authoritate quibus ſupra, eundem Abbatem ſuosq;. conuentus atq;. monaſteria annexa ſinguloſq;. fratres & perſonas, nec non ſubditos cum eorum bonis iuribus corporalibus ſiue incorporalibus & iuriſdictionibus preſentibus & futuris in noſtram & ſacri imperii tuitionem ſalua guardiam, defenſionem & protectionem aſſumimus preſentium per tenorem. Mandantes vniuerſis & ſingulis principibus eccleſiaſticis & ſecularibus marchionibus, comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Baliuis, Vniuerſitatibus, Comunitatibus, cæterisq;. noſtris

&

& imperii ſacri ſubditis diſtricte præcipientes ne præfatum abbatem eiuſq;. conventum & monaſteria eorumq;. ſubditos in confirmatis per nos priuilegiis, iuribus, gratiis, libertatibus, immunitatibus, conceſſionibus, & indultis impediant, moleſtent, aut perturbent, aut impedientibus aut impedire volentibus auxilium conſilium aut fauorem preſtent, directe vel indirecte, quouis quæſito ingenio vel colore. Noſtris tamen & ſacri imperii iuribus in premiſſis ſemper ſaluis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre ratificationis innouationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario contraire, ſub pena indignationis noſtre graviſſime & ducentarum marcharum auri puri, quas contrafacientes, totiens quotiens contrafactum fuerit, ſe nouerint irremiſſibiliter incurſuros, quarum medietatem cæſarei erarii noſtri reſiduam vero partem iniuriam paſſorum vſibus decernimus applicandam. Harū teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. in Ciuitate noſtra imperiali Wormatia die tertia menſis martii. Anno domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo. Regnorum noſtrorum Romani ſecundo ceterorum vero ſexto.

CAROL

ad mandatum dñi imperatoris ppriū albertus
card. mogn. archicancellarius mppt.

XI.

Otto rex fundationem monaſterii Scildice in pago Weſſaga, hodie dicti Schilſche & ſiti in comitatu havenſbergico, confirmat anno 940.

E membranaceo codice.

In nomine ſancte & indiuidue trinitatis Otto diuina fauente gratia rex. notum ſit omnibus fidelibus noſtris tam preſentibus quam futuris quod uenerabilis matrona *mereſuit* uocata noſtram adierit ſublimitatem poſtulans ut pro dei amore animeq;. noſtre remedio monaſterium quod eadem *mereſuit* noſtro conſultu noſtraq;. licentia in loco *Scildice* nuncupato in honore ſancte dei genetricis marie conſtruxit in noſtram reciperemus tuitionem cuius petitioni intercedente pro ea dilecto preſule noſtro *dudone* in cuius parochia idem prelibatus locus eſt ſitus nos obtemperantes ſub immunitatis noſtre tutela illum ſuſcepimus licentiam ei dantes ibidem congregationem uirginum deo famulantium faciendi & congregationi hoc tribuentes ut licentiam habeat abbatiſſam quando neceſſum fuerit ex ſe eligendi quam uoluerit. de prediis autem & mancipiis atq;. omnibus rebus eius talem ei damus poteſtatem qualem habent cetera monaſteria noſtro credita patrocinio. Et ut huiuſmodi traditionis auctoritas inuiolabilis perduret atq;. uerius credatur firmaq;. per futura ſucceſſionum temporum curricula ab omnibus ſucceſſoribus noſtris obſeruetur iuſſimus ei hoc preceptum conſcribi manu noſtra roboratum anuliq;. impreſſione ſignitum.

Signum a) domni Ottonis inuictiſſimi regis.

Bruno cancellarius ad uicem Frederici archicancellari recognauit.

Data VII. Kal. Octobris anno dominice incarnationis DCCCCXL. indictione XIII. regnante Ottone inuictiſſimo rege anno eius regni V. actum in ciuitate corbeia in dei nomine feliciter amen.

a) Signum regis Ottonis membranæ adiectum omiſimus, quia originale non vidimus. Interim indictio & annus regni Ottonis bene ſe habent. Fuiſſe etiam eo tempore Ottonem Corbeiæ e Chronico noſtro patet. Non ergo dubitamus, authenticum quondam diploma exſtitiſſe tenoris eiuſdem.

XII.

Ottonis II. imperatoris confirmatio permutationis inter Folcmarum Paderbornensem episcopum atque Emmam Schildecensem abbatissam super bona quædam, ad a. 974.

Ex codice membranaceo.

℣ Jn nomine sancte & indiuidue trinitatis *Otto* diuina fauente clementia imperator augustus nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum qualiter *folcmarus* a) patherbrunnensis ecclesie uenerabilis episcopus & *emma* b) Scildecensis ecclesie uenerabilis abbatissa nostram rogauere serenitatem ut illis concederemus concambium quoddam in locis sibi commodis facere. nos itaq;. quia pie rogabant dignum duximus uoluntati illorum consentire predicta uero abbatissa quoddam predium in comitatu *regennuerci* comitis & in pago *itbergo* in uilla *sarramanninhusen* c) cum omnibus appendiciis suis mancipiis utriusq;. sexus terris cultis & incultis pratis siluis aquis aquarumq;. decursibus quesitis & inquirendis exitibus & reditibus ad hec VX equas prelibato episcopo & sue ecclesie per manum aduocati sui *liutherti* in perpetuam proprietatem donauit e contra prefatus episcopus similiter per manum aduocati sui *thiderici* abbatisse & sue ecclesie concessit quantam decimationis habuisset in suo episcopatu uidelicet in octo uillis huiusmodi nuncupatis *scildece aldanscildice burighike pauenhusen luitbrechteshusen selihusen edishusen gerinctorp* & omnia que ad curtes eiusdem abbatisse & earum sanctimonialium pertingere uidentur earum dominio & ecclesie in perpetuam proprietatem donauit concessit & largitus est eo tenore ut liberam etiam habeāt potestatem dandi uendendi cōmutandi vel quidquid sibi libuerit faciendi & ut hoc a scildecensis ecclesie nostrisq;. fidelibus eo melius credatur presens preceptū conscribi iussimus anuliq;. nostri impressione sigillari manuq;. propria subtus firmauimus.

Signum domni Ottonis imperatoris augusti.

Willigisus cancellarius ad uicem roberti archicapellani notaui.

Data XIII Kal. maii anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII indictione II anno vero domni Ottonis regni XIII imperii VII. actum quidelingaburg.

a) *Folcmarus* Paderbornensis episcopus antea fuerat monachus Corbeiensis.

b) *Emma* erat, teste *Vita* manuscripta *S. Mersuidis*, prima abbatissa Scildecensis & soror *Hogeri* Patherbrunnensis ecclesiæ canonici, qui in eadem Vita *patruelis* appellatur S. Mersuidis, Fundatricis Scildecensis monasterii. Cognati huius *Mersuidis* nuncupantur l. c. *potentes & virtuosi domini, quorum assensu ex hereditate sua cellulam. Scildecensem construxit & fundauit.* Quinam hi viri potentes maximaque virtute præditi alii esse potuerunt, quam domini e splendidissima Brunoniana & Widikindea orti, ad quam eandem Mersuidem quoque supra in Notis ad Traditiones Corbeienses retulimus, quod bona eius monasterio Scildecensi tradita latius probant.

c) *Sarramanninhusen* villa in diplomatibus authenticis archiui Corbeiensis appellatur Sarmandigehusen & pago Itergowe tribuitur. Procul dubio ergo vna eademque est villa. Pagum Itergowe exstitisse in principatu Waldeccensi negari non potest. An vero intelligatur Smilinghusen sub præfectura Aroldsen, vel Sassenhusen sub præfectura Waldeck, vel alius locus videant docti Waldeccenses.

XIII.

Otto rex fundationem monasterii Angariensis a sereniſſima eius matre Mahtilda confirmat anno 950.

E membrana.

℣ Jn nomine sanctae & indiuiduae trinitatis *Otto* diuina fauente clementia rex nouerint omnes fideles nostri tam praesentes quam etiam futuri qualiter nos ob amo-

amorem dei omniumq. Sanctorum rogatu domnae ac matris nostrae *Mahtildae uenerabilis reginae* in elemosina domni ac genitoris nostri *Heinrici* serenissimi regis illius quoq. ut & nostra monasterium quod ipsa in honorem sanctissimae dei genetricis mariae sanctiq. dionisii martiris in loco *angari* a) nuncupato construxit in nostram recepimus tuitionem hoc sancientes ut nullus episcoporum aliquam super illud monasterium exerceat potestatem uenerabilem quoq. prepositum *adelgerum* nomine cum consilio episcoporum *dudonis* b) *hildeboldi* c) *drogonis* d) ceterorumq. fidelium nostrorum congregationi inibi deo seruienti praeferentes praecepimus ut ipsa iam congregatio prefata libere deo seruiat nulli alii subiecta nisi suo preposito insuper etiam inter se liberam eligendi prepositum ulterius potestatem concessimus. usui namq. praelibatae congregationi quasdam res nostrae proprietatis contulimus in locis subnotatis *agilmari in pago Uelue* in comitatu *lingeri* comitis *bobbontenini in pago logni* in comitatu *alboni hoianusini in pago aikesfelt* e) in comitatu *uuychardi* comitis cum omnibus appendiciis & adiacentiis suis illic legaliter aspicientibus curtilibus aedificiis familiis mancipiis agris pratis siluis molendinis piscationibus uiis & inuiis mobilibus & immobilibus iussimus quoq. hoc preceptum nostrae largitionis conscribi regiae auctoritatis nostrae praecepto firmiter iubentes ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate ullam ingrediendi aliquidue exercendae potestatis iudiciariae in uillis aut aliquibus locis praefatae collatis ecclesiae aut in futuro conferendis habeat potestatem nisi *aduocatus* quem praepositus praefati monasterii ad hoc opus elegerit manu nostra subter firmatum anuliq. nostri impressione roboratum.

Signum domni Ottonis Serenissimi regis.

Bruno cancellarius ad uicem uuicfridi f) archicapellani recognoui.

Data XVII Kal. maii anno dominicae incarnationis DCCCCL indict. VII anno uero domni Ottonis inuictissimi regis XIIII actum quitilingaborch in dei nomine feliciter Amen.

a) Reginam Mahtildam fundasse monasterium in Angari anno 950, patet e Chronico nostro Corbeiensi msto. Adelgerus præpositus primus assumtus e choro Corbeiensi. Consentit quoad priora Annalista Saxo Tom. I. Eccardi p. 316.

b) *Dudo* fuit episcopus Paderbornensis mortuus anno 954, teste Vita Meinwerci T. I. S. R. G. Leibnitii p. 518.

c) *Hildeboldus* probabilissime erat Hildeboldus Monasterienſis episcopus.

d) *Drogo* præfuit ecclesiæ Osnabrugensi. Vixit adhuc testantibus aliis diplomatibus a. 952. 962. 965.

e) De Agilmari villa in Inferiori terra reperiunda vide notas nostras ad Traditiones Corbeienses p. 420. Bobbontenini in pago Logni verisimiliter est locus Boventen in principatu Gottingensi. Hoianusini in pago Aikesfelt videtur Hoheneche non procul ab oppido Eschwege ad Werram sito. Comes Wichardus inter progenitores Ottonis Bavariorum ducis & comitis in Northeim referendus videtur.

f) Bruno cancellarius monachus Corbeiensis, Wicfridus autem archiepiscopus Colonienſis fuit, mortuus teste Chronico nostro Corbeiensi anno 954. Annalista Saxo T. I. Eccardi p. 288 perperam retulit mortem Wicfridi ad annum 953, & mortem Brunonis, Wicfridi successoris, p. 309 ad annum 965. Bruno enim anno XXX regni Ottonis, & quidem XI die octobris a. 966 vitam cum morte commutauit.

XIV.

Gertrudis Herifordensis abbatissa cuidam ministeriali beneficium ad dies vitæ concedit.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. Gertrudis dei gratia Herevordensis ecclesie abbatissa. Universitatem fidelium Christi tam futurorum quam presen-

sentium scire desideramus. quod Jppo quidam noster ministerialis. tres domos videlicet Gagerne. Rothe. Hartbike. quas a nobis acceptas. in beneficio possidebat. tali interposita condicione. quatenus in usum congregationis nostre id est sanctimonialium & IIII prebyterorum & IIII diaconorum ordinaremus. nobis resignauit. Cuius petitioni acquiescentes. easdem predictas tres domos. cum omni utilitate que ullo modo villis vel agris cultis. vel incultis. vel silvis vel pascuis. vel aquis. aquarumq. decursibus. vel in mancipiis utriusq. sexus. vel in quibuscunq. rebus ad eas pertinentibus: exquiri poterunt. in usum predicte congregationis. integraliter assignamus. & perpetualiter possidendas concedimus. hoc tamen excepto privilegio abbatisse quecunq. pro tempore fuerit canonice post nos electa & ordinata ut in eisdem predictis domibus cum consilio fratrum & sororum. habeat ordinare & collocare colonos eisdem domibus necessarios & utiles. His tali modo pactis propter fidem & devotionem quam congregatio nostra in predicto J. & vxore eius Germode in pluribus sepe experta est. meruerunt & obtinuerunt ut officio villicationis. easdem reciperent & possiderent. Quibus viam universe carnis ingredientibus in usum congregationis universa redibunt. Huius rei veritas ut a futuris generationibus agnoscatur. neue ab aliquo infringatur. hanc inde paginam scribi scriptam sigilli nostri impressione signari signatam in testimonium fieri voluimus. Anno domihice incarnat. M. C. tricesimo VIIII a) indict. secunda.

a) Hanc cartam exhibuit *C. Fr. Paulini* in *Herfordia* sua *Glorioſa* manuscripta, quam beneuole nobiscum communicauit illustris Dominus Christ. Ulr. Grupenius consiliarius ecclesiasticus Regis Magnæ Britanniæ & consul meritissimus Hannoveranus. Post accepimus eandem e manibus dilecti amici ex autographo quam diligentissime descriptam retentis etiam abbreuiaturis seu compendiis scribendi minutissimis. Docere nos voluit vir ille egregius, nos omisisse in catalogo nostro Abbatissarum Herisordensium abbatissam Gertrudem, illam scilicet, quæ ad annum 1139 vixisset. Sed pace viri optimi monere debemus, illud, quod voluit, his litteris demonstrari non posse. Compendia enim scribendi, littera v, absentia litteræ ſ longæ in fine vocabulorum, atque alia, quæ in hac carta reperiuntur, dubia nobis mouerunt, an carta exhibita ad seculum duodecimum referri queat. Neque anno 1139 indictio secunda, sed sexta vel septima erat. Anno 1229 esse potuit indictio secunda, & probabilissime ad eundem annum diploma nostrum referri debet. Nondum deteximus, licuisse Herisordensi abbatissæ anno 1139 absque consensu principis Corbeiensis ministerialibus suis beneficia siue feuda conferre. Rogamus ergo illum doctum amicum nostrum, ut autographum accuratius inspiceat. Fortassis vna littera C vetustate detrita est, & pro tricesimo legi debet vigesimo.

XV.

Ego *Henricus comes Aldenborg Eliſabeth* comitissa . . . diuina inspirante gratia communicato consilio locum quendam, qui dicitur antiquum castrum in *Ulotouwe*, cui nomen inditum Vallis benedictionis abbatisse *Hetewigi* et suis consororibus cistercienſis ordinis Mindenſis diecesis in nomine domini Ieſu Christi crucifixi ad honorem beate marie & glorioſe Anne eiusdem virginis genetricis libere contulimus possidendum, ita ut predicte domine et earum posteritas perpetuo inibi domino famulentur. Preterea ut a nobis aliqua sustentatione gauderent ecclesiam in *Valdorpe* cum omnibus suis attinentiis molendinum quod vicinius adiacet clauſtro curiam *Helmesburg*. . . . libere contulimus in nostrorum peccaminum remissionem . . . . . sigilli nostri appensione . . Testes canonici *Wilteshusani* decanus *Nicolaus magnus*. Joseph Scholasticus. Ludovicus. *Sifridus de Locken*. Henricus prepositus de *Laden*. Henricus Budde. Laici. *Johannes Gallicus*. *Johannes de Gaderſem*. Lutgerus. Ludolfus iudex in ciuitate *Vlotouwe*. Gerhardus officialis et alii quam plures. Acta sunt hec anno dñi M. CC. LVIII. XVII. Kal. aprilis.

Nota. Hanc traditionem bonorum & hominum, quam comes *Henricus de Aldenburg* pie memorie cum loco, quem inhabitant ancille Christi apud oppidum *Ulotouwe* conuentui ibidem pro salute anime sue erogauit, gratam

&

et ratam habent *Otto comes in Rauenſberg* et *Henricus* aduocatus *de monte*. Datum Ulotouwe anno domini M. CC. LXX. XIII. Kal. Sept.

XVI.

Pinnoſa Heriſordenſis abbatiſſa litem dirimit inter quoſdam clericos Heriſordenſes ad an. 1268.

Ex autographo.

Pinnoſa dei gratia *abbatiſſa* prepoſita decana totusq;. conuentus eccleſie *Hervordenſis*. Uniuerſis ad quos preſens pagina peruenerit perhennem rei geſte memoriam. Scriptura autentica ſuſcitatas ſopit diſcordias ignorantiam amouet & ſuggerit ueritatem. hinc eſt quod tam preſentibus quam futuris tenore declaramus preſentium quod orta queſtione inter *Iohannem* dictum *Kiſilinc* rectorem *capelle noui operis heruordenſis* ex parte una et *Reynardum* dictum *de Ebingenhuſen* ex altera ſuper redditibus quondam *cappelle ſancti Michaelis in monte* iuxta Heruordiam talis inter partes nobis mediantibus et conſentientibus amicabilis compoſitio interuenit. quod quocunq;. caſu dicto Iohanne cedente de memorata rectoria noui operis uel decedente redditus predicte capelle ſancti Michaelis ſcilicet una domus in *Bec* a) agri iuxta montem qui duo campi vulgariter appellantur et quicquid ad eandem cappellam a parentibus *Reynhardi* cum iure rationabiliter eſt collatum ad beneficium rectoris *monaſterii montis ſancte marie* perpetuo pertinebunt. Et dictus rector miſſas ſingulis ſeptimanis ad remedium animarum illorum quorum bona fuerunt faciet celebrari. Teſtes autem qui interfuerunt hy ſunt. Hermannus *Conradus* et *Arnoldus* ebdomedarii Heruordenſes Reynardus Hermannus et Hermannus plebani *Gerhardus de Sunich* Iohannes et *Florentius de Quernhem* milites in cuius rei teſtimonium ſigillis noſtris hoc ſcriptum dedimus roboratum. datum anno dñi M. CC. LX. Octauo III nonas aprilis.

a) Bec probabiliſſime eſt locus Becke in comitatu Ravenſbergico uno circiter milliari ſito ab vrbe Herfordia Septentrionem verſus.

XVII.

Alheidis abbatiſſa Viſbeccenſis manſum vnum ſub annuo cenſu locat ſcabinis & conſulibus Heriſordenſibus ad a. 1277.

Ex autographo.

Omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſcabini et conſules veteris et noui oppidorum *Hervordēn*. rei geſte perennem memoriam ſciant uniuerſi tam preſentes quam futuri quod venerabilis abbatiſſa *Alheidis* et conuentus eccleſie *Viſbecenſis* mindenſis dioceſis nobis manſum unum in *Selinctorpe* ſub annuo cenſu locauerunt ab eis perpetuo poſſidendum ita quod ſingulis annis dabimus eis unam marcam denariorum hervord. monete de eodem manſo omni dubio poſtpoſito ſemper in die beati Michalis. in cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus preſentibus apponenda. Datum *Hervordie* preſentibus domno Engelhardo plebano in *Wulen* Arnoldo et Hermanno hebdomadariis Hervordenſibus. Segenando capalano domne abbatiſſe hervordenſis Godofrido plebano noui oppidi. *Iohanne de Hagen. Rothero de Quernheim. Henrico de inferno. Iohanne de Radewig. Friderico de Lengern. Arnoldo de Londen.* et *Friderico de Rivo* et aliis quam pluribus probis viris et honeſtis. d. anno domni M CC LXXVII. XVIII. Kal. octob. in exaltatione ſancte crucis.

XVIII.

Ex autographo.

Otto comes de Dalem omnibus presentia uisuris salutem in domino. nouerint uniuersi quod nos *Sophiam* nostram ministerialem *Filiam Bernhardi de Cordbeke* damus in ministerialem uenerabilis abbatisse de *Heruorde* recipientes ab ipsa pari concambio *Hadewigim* ut nobis in iure ministeriali perpetuo sit annexa presentium testimonio literarum. datum apud *dipenhem* a) anno dñi M. CC. LXXX. in festo decollationis Iohannis baptiste.

a) Dipenhem locus situs est in Inferiori terra et quidem in Transisalania haud procul a terminis comitatus Zutphaniensis.

XIX.

Mechtildis Heriſordenſis abbatiſſa villicum quendam in numerum miniſterialium ſuorum recipit ad annum 1284.

Ex autographo.

Nos *Mechtildis* dei gratia *abbatiſſa Heruordenſis*. notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris quod *Gerhardus* quondam villicus in *Hyddenhusen* a) et *Alheydis* relicta *Henrici de Lypinchusen* dederunt nobis decem marcas denariorum pro herwardio quod vulgo dicitur *herwedhe* et pro hereditate *Henrici* defuncti. insuper emerunt nobis censum annuum uidelicet unam marcam denariorum Heruordensis monete in loco certo et nomine specificato . . . nos uero occasione huiusmodi census nobis dati et de consilio et consensu nostri capituli et ministerialium ecclesie nostre predictum *Gerhardum* et omnes pueros suos utriusq. sexus in ministeriales nostre ecclesie recepimus dantes eis omne ius quod ministeriales ecclesie nostre antiquitus habuerunt fratre suo *Hermanno de Buscenstedhe* et sororibus suis et aliis ab eis genitis a iure ministerialium penitus exclusis et eis remanentibus in eo statu condicionis quo prius fuerunt. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testibus annotatis qui sunt hi. *Arnoldus de Wers* Seghenandus capellanus nostri clerici. Ioh. *de Busco*. *Hermannus* iunior dictus *Gogravius*. Ioh. *de Oldenheruorde*. *Fredericus de Arnholte*. milites. *Ioh. de Haghen*. aliiq. Acta sunt hec anno dñi M. CC. LXXXIIII. Klas aprilis feria secunda post ramos palmarum.

a) Hyddenhusen hodie etiam appellatur Hiddenhusen locus situs non procul ab urbe Herfordia.

XX.

Nos scabini & consules oppidi *Heruordenſis* omnibus presentia visuris et audituris notum facimus et presentibus publice protestamur quod *Wernerus de Asschen* concivis noster cum voluntate et consensu *methchildis* uxoris sue ac omnium heredum suorum vendit *Bertradi* dicte buckesschen *baggine* in domo siue in area sua pensionem sex solidorum legalium denariorum singulis annis in festo beati Michaelis dicte *baggine* quoad viuit persoluendam. Ea uero defuncta et viam uniuerse carnis ingressa dictam pensionem quam prefata *baggina* titulo emptionis videlicet sex solidorum sibi compararat *fratres heremite ordinis beati Augustini* ciuitatis Heruordensis recipient et ad ipsos ob salutem anime prefate *Bertradis baggine* perpetuo deuoluetur. Testes sunt *Conradus de Cleycampe*. Hermannus Crethel. *Iohannes de Oldenscilsche* tunc temporis consules et Gerwinus

ciuis

ciuis Heruordenſis cum aliis multis fide dignis. Datum Heruordie anno dñi M. CC. LXXXVIII. d. Ieronimi p̄bř.

XXI.

Otto comes de Tecklenburg profitetur ſe eſſe vaſallum abbatiſſæ Heriſordenſis ad annum 1290.

Ex autographo.

Otto *comes de Tekeneborg*. omnibus preſencia viſuris. notum eſſe cupimus quod nos honorabili domne abbatiſſe in *Hervorde* de curte noſtra dicta uphof in *Ibbenburen* quam de manu eius poſſidemus. annualem debemus ſoluere penſionem. preterea in tercio anno quando prefacta abbatiſſa circuitionem facit per officiatas curtes ſuas. nos eandem in curte noſtra prenominata procurare tenemur iuxta conſuetudinem antiquitus obſeruatam. a) ut hec rata et inconuulſa predicte abbatiſſe permaneant nos eidem hanc litteram ſigillo noſtro dedimus communitam. Datum anno dñi M. CC. nonageſimo ſexta feria poſt feſtum agathe virginis.

a) Abbatiſſarum Heriſordenſium conſuetudinem antiquam viſitandi curtes ſuas officiatas diſcere poteris ex inſtrumento Irmegardis abbatiſſæ, ad annum 1290, quod erit digniſſimum eruditorum oculis ſubiicere ex autographo ſub

XXII.

Anno ab incarnatione dñi M. CC. nonageſimo feria quinta poſt feſtum beati Michaelis archangeli. Nos *Irmegardis* dei gratia abbatiſſa ſecularis eccleſie *Heruordenſis* dicta *de Widigenſten* circationem in villicationibus *Weſtfalie* diu neglectam innouauimus et circuiuimus hoc modo. quatuor curie que dicuntur vorwerc videlicet *Hatlage Didiſſen Stighorſt* et *Milſe* procurauerunt nobis primum hoſpicium in clauſtro *Klaholt* monaſterienſis dyoceſis et bene ſeruiuerunt. nos vero fecimus expenſas pro curia *Milſe* et pro curia *Stighorſt* quia tunc temporibus deſerte fuerunt. Johannes miles dictus *de Buſche* ſeruiuit pro curia *Hatlage Bernhardus Top* ſeruiuit pro curia *Didiſſen*. de nocte pabulati fuerunt ibidem centum equi et quinque. feria ſexta poſt feſtum beati Michaelis archangeli villicationem de *Stochem* intrauimus et per tres noctes et tres dies *Godefridus de Hovele* et *Hermannus* filius ſuus milites nos in lauta procuratione benevole receperunt. in ipſa prima commeſtione dicti milites contradixerunt noſtris officiatis videlicet dapifero camerario pincerne marſcalco et coco qui tenentur ex debito auctoritate noſtra nobis in omnibus miniſtrare. facta autem commeſtione aſſumſimus omnes amicos eccleſie noſtre *Juttam decanam* dictam *de Lon Cunegundim de Hardenberge* cuſtodem *Albeydim de Wildenberge* concanonicam noſtram. uenerabilem *Albertum* abbatem eccleſie ſancti *Pauli Paderburnenſis* ordinis ſancti Benedicti Sigenandum rectorem eccleſie montis ſancte marie *Gerhardum de Dehem* ebdomadarium eccleſie noſtre et Iohannem preſbyterum de *meleberge Iohannem de Buſche Florentium de Quernhem* et *Ekehardum de Lodere* milites *Wernherum fratrem noſtrum de Widigenſten Iohannem* dictum *gograuium* et plures eccleſie noſtre miniſteriales et alios viros diſcretos qui aſtiterunt et interfuerunt quod ſolummodo noſtri officiales dapifer camerarius pincerna marſcalcus et cocus a nobis ad hoc deputati nobis in omnibus curiis per totam circationem noſtram debeant ſeruire et ad velle noſtrum neceſſaria properare et in hoc *Godefridus* et *Hermannus* milites dicti *de Hovele* conſenſerunt quoniam ex antiqua et approbata conſuetudine ſic fuit approbatum et hoc omnes villici per ſingulas curias fauorabiliter admiſerunt ex antiqua conſuetudine et a iure contractum. Ipſos ad preces proborum virorum bonis ſuis infeodauimus ibidem *iure herwadio* nobis ſaluo. et quia hoſpicium quarte noctis nobis ab eis fuit denegatum ipſos ad noſtram preſenci-

ſenciam *Heruordiam* citauimus ſuper hoc et obiiciendis aliis reſponſuros. In ipſa curia *Stochem* nobis iudicio preſidentibus omnes litones dicte curie nobis et eccleſie noſtre ſingulariter fidelitatem iurauerunt requiſitum a nobis fuit in ſententia. quot equos quilibet villicus nobis pabulare tenetur. villicus vero eiuſdem. curie nobis per ſententiam obtinuit. quod qualibet nocte. ſexaginta et quatuor equi nobis deberent pabulari. litones etiam omnem exceſſum quem eorum villicus in bonis eccleſie noſtre fecerat ad noſtram audientiam detulerunt et quicquid aliquis villicorum vel litonum exceſſerit nobis per vadia emendabunt talentum piperis ibi recognouit et dedit talentum vero thuris cuſtodi noſtre eccleſie recognouit et dedit que longo tempore detenta fuerunt ſuper eo quod expenſas non facit cum navis non aſcendit *Ludenſtorpe* et quia litones dicte curtis vinum noſtrum et noſtre eccleſie nimis inepte bibunt et pro dimidia marca que pertinet ad portam eccleſie noſtre et pro ſeptem ſolidis pertinentibus ad cuſtodis officium que longo tempore detinuit. ipſi villico de *Stochem* prefiximus terminum peremtorie ad ſex ſeptimanas ſuper caminatam noſtram *Heruordie* ut ibi in forma iuris ad quelibet reſpondeat. per ſententiam approbatum fuit ibidem quod litones eiuſdem curtis annuatim dare tenentur denarios *monete Tremonienſis* et fuit ab omnibus approbatum quod in unaquaq; curia tempore circationes noſtre in figura iudicii coram nobis tam de villicis quam de litonibus de eorum exceſſibus omnia vadia tantummodo nobis attinerent. feria ſecunda hoc eſt ipſo die beati dyoniſii epiſcopi facto prandio cum comitatu noſtro receſſimus et circa horam veſpertinam venimus *Monaſterium* et ad preces magiſtri *Borchardi* canonici eccleſie monaſterienſis rectoris eccleſie noſtre in *Ibbenburen* et aliorum amicorum ſuorum hoſpicium de prefata eccleſia *Ibbenburen* in domo ſua monaſterienſi recepimus et in lauta procuratione nobis ſeruiuit et omnes expenſas familie noſtre et eorum hoſpitibus ſoluit. facto prandio in craſtino diui dyoniſii receſſimus a *monaſterio* et poſt horam veſpertinam venimus *Schopingen* in curiam noſtram et ibi *Theodoricus de Lere* miles villicus noſter hoſpitauit nos per duas noctes. rector eccleſie in *Schopingen* nobis iure ſolito non ſeruiuit ſuper quo ipſum habebimus accuſatum. facto prandio feria quinta poſt Dyoniſium ante veſperas venimus *Wateringen* et ibi relicta *Conradi* dicti *Stric* militis bone memorie per unam noctem et per duas commeſtiones ex parte eccleſie nobis hoſpicium procurauit licet aliquod hoſpicium vel ſeruicium minime requiſiuimus ab eadem et coram noſtris clericis miniſterialibus aliis iuris diſcretis aſtantibus quare puer ſuus de noſtra eccleſia *Weteringen* ſe intromiſerit ſibi mouimus queſtionem. *Luthertus de Aſbeke* de curia in *Weteringen* redemit hoſpicium duarum noctium et ibidem recepit bona ſua a nobis. *Hermannus frater ſuus* fecit fidelitatem quia noſtre eccleſie miniſterialis eſt et bona ſua in noſtras manus reſignauit et *iunior frater ſuus* a nobis eadem bona recepit et *accipitrem* nobis dedit. feria ſexta poſt dyoniſii facta commeſtione tranſiuimus *Rene* et ibi Rembertus plebanus eccleſie nobis per unam noctem hoſpicium procurauit. villicus curie in *Rene* hoſpicium duarum noctium a nobis redemit. facta commeſtione ſabbato poſt dyoniſii receſſimus et propoſuimus ire in curiam noſtram *Ibbenburen*. ſed preces *comitis de Tekeneborg* et aliorum amicorum ſuorum et quia ex parte domne comitiſſe nobis familiaris eſt et maxime tum nobis recognoſceret ex parte curie *Ibbenburen* nobis eſſe ſeruicium faciendum a nobis eſſe habendum titulo feodali et cum litteras ſuas patentes ſuper hoc receperimus ab eodem predictum comitem amicum noſtrum ſpecialem de hoſpicio duarum noctium ſupportauimus iſta vice. Et circa horam veſpertinam venimus in curiam *Oldentorpe* ibi nihil preparatum nobis fuit nec *Lambertus Budde* villicus ibidem comparauit. illo per ſententiam requiſito receſſimus et venimus *Lengerike* et ibi Wilhelmus plebanus eccleſie hoſpicium unius noctis nobis procurauit et ſatis ad velle noſtrum ſeruiuit. ibidem etiam villicus in *Oldentorpe* a nobis fuit requiſitus. die dominica poſt dyoniſii hora veſpertina venimus *Linem* et *Alradus de Voys* villicus noſter ultra poſſe ſuum benigne nos recepit et ibi manſiones per unam noctem et per duas commeſtiones et ex affectu vere pietatis de alia nocte et de duabus commeſtionibus ſibi pepercimus quia fuit debitis obligatus. interim iudicio nobis preſidentibus ibidem villicum de *Oldentorpe* fecimus requiri. *Hermannus* plebanus predicte eccleſie de *Linen* hoſpicium unius noctis pro velle noſtro a nobis redemit. feria ſecunda hoc eſt in octaua beati dioniſii tranſſiuimus ad curiam noſtram *Oſtenvelde* et *Iohannes* villicus dicte curtis ex

per-

pertinacia sue temerarie voluntatis in eadem curia nos non hospitauit. ibidem presedemus iudicio et ipsum Iohannem pro forma iuris *Heruordiam* citauimus super caminatam ut ibi super obiiciendis nobis personaliter respondeat. in *Ostenvelde* in fundo nostre proprietatis villicus in *Oldentorpe* iterum a nobis fuit requisitus et sic recessimus et insecutus fuit nos. *Lambertus Budde* cum suis amicis et sub tilia iuxta *Iburgh* expurgauit se iuramento coram nobis quod non obmisisset propter aliquam contumeliam quod nos non hospitauit sed quia pro discordia domni sui *comitis de Tekeneborg* cuius tunc temporis dapifer erat fuit maxime prepeditus unde recepto iuramento suo et ad preces amicorum suorum ipsum gratie nostre restituimus et ibidem ad velle nostrum hospicium duarum noctium redemit et ipsum infeodauimus bonis suis sub tilia memorata. Iohannes vero *de Rene* villicus in *Ostenvelde* cum amicis suis terminum citationis preueniens in camenata nostra *Heruordie* iuramento affirmauit quod non in contumeliam nostri sed propter impedimentum legitimum obmisisset quod nos non more solito hospitauit et cum amicis suis humiliter supplicauit ut eum dignaremus nostre gratie restituere quod ad preces proborum virorum fecimus illa vice et ipse ad velle nostrum hospicium unius noctis de sua curte redemit et tunc bonis suis infeodatus fuit a nobis. duas curias in quibus circationes facere tenemur videlicet in *Notenstede* et in *Estorpe* in unaquaq;. per duas nostes propter labores quos fecimus ad presens distulimus ista vice iure nostro quandocunq;. voluerimus nobis saluo. nec omittendum quod omnes litones curiarum per quas circuiuimus nobis et nostre ecclesie fidelitatem super reliquis singulariter iurauerunt. alii vero litones quorum curtes redemtionem dederunt venerunt Heruordiam et fidelitatem nobis et nostre ecclesie similiter iurauerunt. dubitatum fuit de seruicio et diffinitum quod quilibet villicus omnes expensas faciet preter quod litonibus datum est per sententiam quod unusquisq;. illorum litonum suo villico debet singulis noctibus ministrare duos modios auene duobus equis duos pullos unum caseum. in uniuerso omnes litones ligna sufficienter ministrabunt ad coquinam et sicca ligna ad camenatam. litones vero vigilabunt circa hospicia noctibus contra fures ne restituere cogantur ablata per furtum. facta est hec conscriptio circationis anno dñi M. CC. nonagesimo. III idus octobris.

(L. S.)

XXIII.

Ex autographo.

Uniuersis presens visuris et audituris nos *Johannes comes in Benthem* cupimus notum esse presentibus publice profitendo quod *Stephanum* dictum *Hake* quondam nostrum ministerialem emisimus a iure ministerialitatis quo nobis fuit hactenus obligatus tradentes eum honorabili domine domne abbatisse et ecclesie *Heruordensi* in ministerialem litteras per presentes nostri sigilli robore communitas. datum anno dñi M. CCC. duodecimo in octava beati Iohannis apostoli et evangeliste.

XXIV.

Ex autographo.

Nouerint uniuersi presencia uisuri vel audituri quod ego *Henricus Gograuius* miles una cum meis heredibus coram uenerabili domina domna *lutgarde abbatissa* secularis ecclesie *Heruordensis* constitutus obligaui et obligo per presentes cum consensu eorundem heredum meorum *commendatori* et fratribus *domus sancti Johannis Heruordensis* domum in *Soltufflen* quam *Euerhardus* dictus *Schutte* inhabitat cum omnibus suis attinentiis et uniuerso iure quod dicitur mit aller

ſchlachter nut pro quindecim marcis denariorum *heruorde* uſualium donec ego uel mei heredes ipſam domum redimam pro pecunia prenotata. In cuius teſtimonium ſigillum meum una cum ſigillo uenerabilis domne abbatiſſe predicte preſentibus eſt appenſum. Nos uero abbatiſſa predicta in teſtimonium omnium premiſſorum coram nobis actorum ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. datum anno domni M.CCC.XXVI ipſa dominica quaſimodogeniti.

XXV.

Excerpta ex Teſtamento Hermanni Dwerg ſive Nani quondam Protonotarii apoſtolici ad a. 1430. Scripto Romæ.

Domine qui dixiſti nolo mortem peccatoris miſerere etc. Cum nihil ſit certius morte et incertius eius hora ab hoc ſeculo non inteſtatus decedam . . . . Ego *Hermannus Dwerg* protonotarius ordino et facio teſtamentum meum . . . . . deſcendens autem ad diſtributionem rerum inprimis lego et relinquo ſanctiſſimo domino noſtro domno *Martino Pape quinto* cuius multis annis familiaris fui *decretum* meum *magnum* et librum beati *Auguſtini de Ciuitate Dei* . . item volo et ordino quod ſingulis annis ſoluuntur per ipſa duo collegia ſancti Petri et ſancte Marie infra feſta natiuitatis Chriſti et epiphanie dñi XXXta ducati auri de camera pro ſubſidio dotis unius virginis ſingulis annis maritande . . item quantum ſuppetent facultates mee volo et deſidero fieri et inſtitui pro ſtudentibus ordine infra ſcripto. volo igitur et deſidero inprimis ut in *Heruordia* loco natiuitatis mee in domo quam ſoror mea nunc inhabitat inſtituatur unum collegium pro duodecim perſonis et uno eorum rectore ſiue gubernatore et aptentur pro eis commoda et camere qui ibidem morentur nutriantur et veſtiantur ſemel in anno cum *Tatarda Jopula* et *caligis* et quotidie ad ſcholas vadant et ille rector collegii curam de eis habeat ut honeſte vivant. Et volo quod ipſi ſcholares et eorum rector omnibus diebus dominicis et feſtiuis in decantandis horis aſſiſtant in eccleſia ſancti Iohannis et Dionyſii Heruordenſis. Et volo quod nullus eorum excepto rectore ultra quadrigemium poſſit ibi remanere. quo elapſo habitis litteris teſtimonialibus a rectore de legalitate et virtutibus ſuis aſcendat ad *Coloniam* . . . . . aſſumptio autem iſtorum ſcholarium et rectoris correctio et totalis excluſio ubi exceſſus eorum hoc requirerent ſpectabit perpetuo ad ebdomadarios *Hervordenſes* pro tempore exiſtentes. Et volo quod iſtorum ſcholarium duo ſint de *Hervordia* duo de *colonia* duo de *Leodio* duo de *wratiſlavia* duo de civitate *Lubicenſi* et duo de *daventria*. ubi autem tales non venierunt nec inſtarent aſſumantur aliunde et ſemel aſſumpti maneant ad completum et ſtatutum tempus eorum. Et ad complendum et perficiendum predicta lego et relinquo IIII milia florenorum renenſium ad emendum poſſeſſiones et alia . . . Jtem do et relinquo VI flōr. de Reno cum quibus emantur poſſeſſiones aut uſufructus in oppido *Hervordenſi* aut aliis locis propinquis ad ſubſidium et pro ſubſidio dotis unius pauperis puelle in ipſo oppido oriunde ſingulis annis maritande . . . item ordino et diſpono ut aptetur horreum ſiue ſtabulum quod in domo in Hervord. conſtruxi et ibidem fiant commoda et ſi ille locus non ſufficeret ematur aliqua domus contigua quia intentio mea eſt ut ibidem aut in alio loco apto acceptentur nutriantur et morentur ſex perſone valetudinarie ad laborandum amplius inhabiles de *Hervordia* nate . . . . . Et pro completione iſtorum relinquo VI flōr. Reñēñ. cum quibus aptentur requiſita et ſint executores ſupra memorati. . . . . Item deſidero et ordino ut in *ciuitate Colonienſi* fiat et inſtituatur unum aliud collegium pro duodecim ſcholaribus et uno eorum rectore quibus prouideatur et vite neceſſariis et una veſte pro quolibet in anno et habeant ſtudere in ſacra pagina aut in iure canonico aut ciuili et ibidem quinq. annis ſinguli poſſunt permanere et non plus. Et intentio mea et voluntas eſt ut iſta duo collegia in *Heruordia* et *Colonia* modo ſucceſſiuo ſiue progreſſiuo ſe habeant. ita quod primo in *Heruordia* in rudimentis grammaticalibus imbuantur. et demum ibidem completo curſu ad *Colonienſem* aſcendent. Nullus tamen

men in *Colonia* de illis ascendentibus recipiatur nisi litteras testimoniales de bonis moribus et vita ab illis executoribus in *Heruordia* ordinatis exhibeat. Et volo quod illi duodecim sint de eisdem locis prout prius collegium in *Heruordia* instituendum nominat et describit. illis non instantibus recipiantur aliunde. Et istos studentes habebunt eligere et assumere *Prepositus sancti Andree Colonienſis decanus sancti Seuerini Colonie* una cum duobus ex ciuibus ciuitatis *Colonienſis* quos Scabini et Consules pro tempore regentes in ciuitate *Colonienſi* ad hoc duxerint ordinandos . . . . Et ad predicta complenda in *Colonia* relinquo sex millia florenor. Renensium cum quibus aptentur aptanda . . . . . item do et relinquo sexcentos flor. graues de Reno cum quibus emantur possessiones reditus aut usufructus in subsidium dotis unius virginis annis singulis perpetue maritande in oppido *Dauentrienſi* que sit de oppido illo oriunde . . . . . item relinquo omnes libros meos ubicunq; existentes tam in curia quam extra de quibus specialiter non dispoſuero ad ecclesie sancte *Pusinne Heruordenſis*. Et volo quod ibidem fiat una libraria super armarium iam inceptum et ibidem ponantur in catenis ferreis sic quod alienari aut permutari non possint . . . . item desidero ut in ipsa ecclesie sancte *Pusinne Heruordenſis* in loco ubi Ebdomadariis et executoribus meis predictis videbitur dicatur singulis diebus de mane tempestive una missa ad notã de beata virgine maria per ebdomadarios et vicarios et volo quod ordinetur quod omnibus interessentibus decantationi illius misse ebdomadariis singulis dentur tres panes quorum unus sufficiat pro esu unius hominis tota die similiter celebranti missam totidem et cuilibet vicariorum in-

C

teressentium duo similes panes. Et ad hoc perficiendum relinquo IIII flõr. de Reno cum quibus emantur possessiones ut perpetuo dicti panes ut prescriptum est ministrentur. Eodem modo cupio et volo fieri in ecclesia sancti Iohan. et dionysii *Heruordenſis* quod omni mane in aurora dicatur missa ad notam de domina nostra et interessentibus videlicet Preposito decano et celebranti tres similes panes singulis vero canonicis aliis et vicariis duo panes ministrabuntur. Et

C

ad hoc perficiendum relinquo alios IIII flõr. de Reno et sint executores in *Heruordia* nominati . . . . item do et lego ad perficiendam turrim ipsius eccle-

C

sie sancti Iohan. et dionysii ab olim inceptam II flõr. de Reno . . . item do et

C

lego dilecte sorori mee si ultra in humanis permanserit IIII flõr. de Reno . . . . item lego et relinquo ad complementum turris diu incepte apud ecclesiam

C

sancti severini *Colon.* V flõr. de Reno . . item lego et relinquo quingentos flor. de Reno ad emendum possessiones census siue usufructus in ciuitate *Colonienſi* aut in propinquo in subsidium dotis unius puelle maritande in ciuitate Colonienſi. . . . . Jn cuius voluntatis mee iudicium et probationem predicta manu mea propria conscripsi sub anno domni millesimo quadringentesimo tricesimo indict. octaua die vero Jovis quarta decima mensis decembris hora tredecima secundum quod horologium *in urbe Romana* pulsabatur, in capitolio XIII.

XXVI.

Unio quatuor domorum fratrum in ciuitatibus Monasterienſi, Colonienſi, Hervordienſi et Wesalienſi ad a. 1406.

Ex copiali.

D. *Henricus de Abuss* rector domus presbyterorum et clericorum fontis salientis in ciuit. *Monasterienſi* in parochia beate marie virginis prope *Bisscoppinkhove* situate Dn. *Nicolaus Denk* rector domus presbyterorum ad latum rivum id est to *Wydenbach* in ciuitate *Colonienſi* in parochia sancti Mauritii apud monasterium beati *Panthaleonis* situate. dn. *Conradus Westerwolt* rector domus clericorum in oppido *Hervord*, Paderbornensis diocesis prope pavam molam super Hol-

Hollant in parochia ſancti Iohannis baptiſte ſituate. Dñus *Hermannus Wernerus de Gudeſberch* rector domus clericorum in oppido *Weſalienſi* inferiori in parochia beati Willibrordi ſituate . . . . publice proteſtati ſunt et recognoverunt, ſe talem iniiſſe unionem et confederationem ut ſi alicui de dictis domibus infortunium contingeret videlicet incendii perſecutionis ſeu peſtilentie ut aliquis domus ſeu aliqui domorum predictarum perſonis privarentur. quod alie domus ſolicite debent eſſe cum ſuis perſonis ita, quod domus deſolata maneat in vigore et perſonis adiuvetur. . . . . Acta ſunt hec *Colonie* in ſtupha dicta domus ad latum rivum ſive to *wydenbach* anno a nativitate dñi MCCCCVI indict. quinta decima ſecundum ſtilum et conſuetudinem ſcribendi civitatis et dioceſis Colonienſis menſis octobris die nona.

XXVII.

Inſtitutio et fundatio trium vicariarum facta Angariæ et confirmatio earundem per Gotfridum Oſnabrugenſem epiſcopum ad a. 1322.

Ex copiario.

Reuerendo in Chriſto patri ac domino domno *Gottfrido* dei gratia eccleſie *Oſnabrugenſis epiſcopo* decanus et capitulum eccleſie *Angarienſis* cum obſequio ſuo debitam obedientiam in quibuſlibet et honorem. Reuerende nobis paternitati veſtre liqueat, quod nos de uniformi omnium noſtrorum conſenſu pro cultu diuino in noſtra adaugendo eccleſia quodq;. ipſa ratione abſentie quorundam noſtrorum debito non defraudetur miniſterio tres vicarias perpetuo duraturas in eadem de nouo creare cenſuimus unam videlicet ſacerdotalem ſecundam diaconalem et tertiam ſubdiaconalem ſub hac forma. quod perſone que vicariis eiſdem a nobis preficiantur ſingulis diebus in ſuis miniſtrabunt officiis ſolenniter in eccleſia noſtra ſubſeruabuntq;. correſpondenter tribus gradibus in eadem exiſtentibus quilibet gradum ſui ordinis. ita. quod habens vicariam ſacerdotalem pro primo gradu quatuor ſcilicet ſacerdotum miſſam ſingulis decantabit diebus. diaconalem habens pro ſecundo gradu quatuor diaconorum evangelium leget qualibet die ſicq;. ſubdiaconalem habens pro tertio gradu quatuor ſubdiaconorum epiſtolam legere debebit. Verum quia ut cenſuerunt ſacrorum canonum conditores ſpiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere nequeunt ullatenus, oſq;. bouis triturantis ligari non debet reſpicientes preterea dictum apoſtoli refricatum in canonibus, qui altari ſeruit de altari vivere debet, dotes certas huiuſmodi vicariis duximus annectendas. hoc modo. quod quilibet ſacerdos de primo gradu dabit ſingulis annis vicario ſibi ſubordinato quatuor modios, qui Schepel vocantur, ſiliginis quatuor medios ordei et quatuor modios havene. eodem modo et tantum quilibet perſona graduum diaconalis et ſubdiaconalis dabit vicario ſuo gradum ſubſervanti quouis anno. et hoc omnes et ſinguli ſolvent de bonis, ex quibus groſſum corpus ſiue prebendam recipere conſueuerunt. Si vero in ſolutione illiuſmodi annone annuatim faciende caſibus fortuitis ſupervenientibus aliqualis defectus occurreret puta propter bonorum, ex quibus huiuſmodi dari conſueuerunt, deſolatione illud ſibi ſupplebitur in toto de granario noſtro quemadmodum uni ex nobis hoc fieri deberet. Aſſignabit preterea unaqueque perſona dictorum trium graduum vicario ſuo gradu ſubordinato tres agros et ſic quilibet vicariorum duodecim agros habeat excolendos ac perpetuo ſeruandos. Huic igitur ſalutari ſtatuto et ordinationi noſtre que de multa effluxiſſe videtur prouidentia et maturitate manus diligenter ac humiliter confirmationis a vobis petimus impertiri.

Nos vero *Gotfridus* dei gratia eccleſie *Oſnabrugenſis epiſcopus* predictus cum deceat nos deſideriis ſubditorum noſtrorum iuſta petentium grato affectu concurrere prefato ſtatuto excluſione negligentiarum circa officia diuina minitanti noſtrum adhibemus conſenſum ipſumque auctoritate noſtra ordinaria ex certa noſtra ſcientia in dei nomine confirmamus. Actum et datum ſub ſigillo noſtro et capituli eccleſie *Angarienſis*. Anno incarnationis dominice M. CCC. XXII ſabbato proximo poſt feſtum beati Martini epiſcopi.

XXVIII.

Quomodo Præbendæ in illustri abbatia Herisordensi distribui debeant, e Codice membranaceo *Seculi XIII.*

Hoc ordine amministratur prebenda dominarum in *Heruordia* per circulum anni sicut antiquorum institutio constituit obseruari. Primo de prebenda cotidiana tali modo. a festo Michaelis usq;. ad ascensionem domini dabuntur porcine carnes videlicet dominica die et III feria et Vta feria omnibus septimanis. preter festa sanctorum que interueniunt. ad prebendam unius diei pertinent III porci de quibus porcis diuiditur prebenda dominabus. quatuor septimanariis. domino *Woldero.* beate *Pusinne.* ad nouum opus. ad hospitale. duobus diaconibus. tertio diacono dantur carnes de curia abbatisse. Notandum vero est. si prebenda istarum carnium redimitur. de ipsa redemptione conuentus nichil dabit tertio diacono. Datur etiam uni subdiacono. mulieribus que seruiunt dominabus datur una caro. duobus campanariis I caro. Ad refectorium dantur stomachi III et *Salsucia* XV. de assaturis dantur dominabus coquinariis III. videlicet die dominica. et feria Vta capellano datur I. telenario I. coco qui est in coquina dominarum qui et vigil est earum I. ceteris diebus dantur carnes. datur dominabus coquinariis cuilibet una assatura et cellerarie I. Deinde cuilibet domine cotidie panem I et dimidium . et duas prebendas que vocantur *umme prevende.* que equaliter inter dominas diuiduntur. Jste panis pistabitur in quantitate tali. ut X fiant de uno modio granari siligenis. Ad ceruisiam que dabitur singulis septimanis per annum. apponuntur IIII molcia bracii avenatici. per mensuram ad hoc deputatam. duabus mensuris minus. exceptis illis ceruisiis que meliores debent esse. que loco suo et tempore inuenientur. duobus *campanariis* VII magne propinationes ceruisie dabuntur ad septimanam. *Mulieribus* duabus que seruiunt dominabus tantum. *Vigili* dominarum qui est in coquina earum VII minores propinationes. a festo vero Martini usque Pusinne idem vigil calefaciet refectorium dominarum. unde habebit omni septimana VII panes VII magnas propinationes ceruisie et I carnem quotiens prebenda carnium datur. Igitur a festo Martini usque ad ascensionem domini omnibus diebus laticiniis tam VIta feria quam vigiliis sanctorum et quatuor temporum dabitur cuilibet domine. et beate *Pusinne.* et officio decanie dimidius magnus caseus et due *umme prevende.* dabitur etiam unum maldrum et XVIII *casei* qui vocantur *regales.* Jn die itaque nativit. domini seruiet *abbatissa* dominabus in refectorio cum VIIII perfectis ferculis. cum purissima simile. ita sane ut VII modii heruordñ. apponantur ad XII similes. cum bona ceruisia et cum bono vino ministrabitur istud seruicium. Lectrici dabit I crateram medonis. I album panem. et I assaturam. Cellerarie et dapifere II crateras medonis. I album panem. et I assaturam cum magna carne. Mulieribus que seruiunt dominabus II crateras medonis. II panes albos et duas carnes. Facto prandio propinabitur I magna propinatio vini. de qua bibent omnes domine. si quid remanserit. mulieres seruientes tollent. Ante refectorium dominarum ministrabitur una urna cum vino. VII magnas capiens propinationes. et cuilibet domine una cratera cum medone. Hic ordo seruicii similiter in die pasche seruabitur. Ad cantum dominarum quem cantant ante natiuitatem in refectorio dabit abbatissa I urna cum uino. VII capiens magnas propinationes. Ad cantum ante pascha. et in die pasche. et beate Pusinne in eadem quantitate. Triginta porci qui dicuntur *bacsvin* sive *specsvin.* debent esse dati in festo Andrea. que dare neglexerint vadiabunt in festo Thome. Jste perne prebabantur in purificatione sancte marie. et habebunt tres digitos pure pinguedinis. De his porcis dabuntur cuilibet domine. II tibie. I *scapula* et dimidia. I *slopebrade.* III salsucia. Ad prebendas que vocantur umme prevende. dabuntur. IIII tibie et III *scapule.* II *slopebraden.* et VI salsucia quodlibet habens III ulnas in longitudine. dantur etiam IIII ebdomedariis cuilibet. V scapule. et II tibie. III salsucia et I *slopebrade.* cellerarie dantur V salsucia. Jn carni priuio mittetur dominabus tantum ab abbatissa una magna *scutella* cuilibet. VIIII fercula continens. impletos pullos XVI. qui dicuntur *Wolfhinken.* Ad impleturam istorum pullorum debetur quarta pars unius perne. et IIII uncie ovorum. insuper IIII uncias ovorum inter

se distribuendas. Jn capite ieiunii abbatissa dabit dominabus. VIII solidos ad allecia emenda. Jn palmis dabuntur. IIII *esoces* dominabus et diuidentur hoc modo. Duo dorsa ebdomadariis. IIII beato Waldero. sancte Pusinne. duabus vacantibus prebendis. officio dapifere. dorsum tertium dabitur eunti pro crismate. dorsum quartum diaconibus et subdiac. Et notandum quod quecunque dominarum in die palmarum de vacantibus prebendis recipit panem. recipiet et de *esoce*. Jn cena domini. et in vigilia pasche. dabuntur pisces. Item in cena domini in vigilia pasche feria II. quasimodogeniti et inde usque ad ascens. omnibus diebus quibus non dantur carnes. dabuntur cuilibet domine. sacerdotibus. ebdomad. beato Waldero. sancte Pusinne. prebendis vacantibus. officio decanie. et dapifere. noui operi. hospitali. singulis IIII ova.

Jn die pasche abbatissa seruiet in refectorio. eo ordine ut in die natalis domini taxauimus. Per septimanam pasche dabuntur ad prebendam XXIIII porci de Westfalia. Jnde usque ad ascensionem omnibus diebus carnium dabitur porcina prebenda. Jn ascensione unum *escocem* dominabus tantummodo. Jn die ascens. et deinceps usq;. Michaelis omnibus diebus carnium ministrabitur ovina probenda. dominabus. beato Waldero. sancte Pusinne. officio decanie et dapifere. novo operi. hospitali: coco. prebende magistri Heinrici. scilicet unum ferculum posterius. mulieribus que deseruiunt refectorio. quatuor oues ad quemlibet diem pertinent. Et notandum quod in hoc tempore de cotidiana prebenda non administrantur dominis carnes ouine. sed in quarta prebenda dabitur duobus ebdomedar. et duobus diaconibus continuatim una integra ouis. A feria IIda rogationum usque in vigiliam Martini omnibus diebus quibus non dantur carnes dabuntur casei parui vaccines. hoc modo. Queuis domina recipiet caseum. et dimidium. officium decanie tantum. dapifera unum. sancta Pusinna caseum et dimidium. beatus Wolderus unus. tres vacantes prebende tres caseos. Ebdomed. quatuor quiuis dimidium caseum. quiuis diaconus et unus subdiaconus dimidium caseum. prebenda magistri Heinrici unum. Dabitur etiam regalis caseus. qui diuiditur hoc modo feria IIda duobus diaconibus. feria IIIIta similiter duobus diaconibus et feria VIta integer dabitur prebende magistri Heinrici. Et notandum si vigilia alicuius sancti in diem carnium occurrerit. idem caseus dimidius cedet ebdomedario sacerdoti et dimidius diacono. Dabuntur etiam de supradictis caseis. duobus campanariis duo. mulieribus que deseruiunt refectorio dimidius.

XXIX.

Fundatio monasterii, Sancto Laurentio sacrati, prope oppidum Scheningen, anno 1120. confirmata.

Ex autographo.

In nomine dei omnipotentis *Reinhardus* beati stephani protomartyris deuotus famulus sancte *Halberstadensis* ecclesie diuina gratia antistes in instituendis ac confirmandis sancte ecclesie iustitiis et religionis incrementis episcopale precipue decet prouidere uigilantia. Unde quamuis matris ecclesie ruinas frequenter multiplicari uideamus et eis peccatis nostris exigentibus pro debito nostro ad occurrendum minime per omnia sufficiamus diuina tamen fauente gratia susceptum in his officii nostri ministerium pro posse nostro recogitare studebimus. Notum itaq;. facimus presentibus et cunctis retro futuris sancte ecclesie fidelibus filiis quod nos in ecclesia nobis credita inordinata corrigere et correcta fideli deuotione persequi cupientes quandam *sanctimonialium congregationem apud uillam Schenigge* institutam sed inutiliter ac sine fructu sancte religionis omniq;. honestatis dies suos deducentem communicato fidelium ecclesie nostre consilio remouimus et *fratres iuxta traditionem regule beati augustini communem uitam ducentes illuc substituimus* quia vero prioris claustri loca ad construenda domicilia congregationis inconuenientia uidimus fidelibus ecclesie nostre consulentibus in curiam nostram quam in superiori parte eiusdem uille habuimus ipsum claustrum uti-

utilitatiſ et commodorum gratia tranſtulimuſ antiqua tamen eccleſia cum boniſ prediiſ omnibuſq;. iuſticiiſ ſuiſ in poteſtatem et ſubiectionem ipſiuſ congregationiſ perpetua ſtabilitate cedente. dei igitur omnipotentiſ auctoritate ſacreq;. ſcripturę preceptiſ informati ſtatuimuſ et firmando precipimuſ ut regulariſ profeſſioniſ ordo ibidem diuina fauente gratia incommutabiliter perſeueret nulluſq;. poſt factam ibi profeſſionem ſine prepoſiti tociuſq;. conuentuſ licentia abcedere ſeu ad aliam uitam uel ordinem preſumat tranſmigrare. patre quoq;. eiuſdem eccleſię obeunte uel deſcendente nemo ibi uiolenter ſeu alio quolibet modo conamine preficiatur ſed unanimitate et concordia fratrum ſana integraq;. perſiſtente electioniſ eiſ firma permaneat libertaſ uidelicet ut de eodem clauſtro aut aliunde ſi opuſ eſt eiuſdem tamen profeſſioniſ in paternitatiſ officium idonea perſona ſumatur. ceterum pro remouenda omniſ inueſtationiſ moleſtia decernimuſ ut omnia eiuſdem eccleſię predia in uilliſ agriſ ſiluiſ pratiſ ac molendiniſ ſalua ſemper et illibata permaneant deo ibi famulantium uſibuſ debita commoditate prouentura. treſ quoq;. manſoſ noſtri iuriſ in eadem uilla ſitoſ omnemq;. *decimam* eorum poſſeſſioniſ ex eadem *Scheniggenſe* uilla ad noſ pertinente in eorum ſuſtentationem obtentu diuine indulgentie concedimuſ ſtatuenteſ ut tam hęc quam omnia quę uel per noſ noſtroſue ſucceſſoreſ aut per alioſ fideleſ congrua et iuſta acquiſitione quoquo modo in futurum conſecuti fuerint ſine omni grauaminiſ inportunitate ſub eorum ditione permaneant. apoſtolica itaq;. traditione pro auctoritate patriſ et filii et ſpirituſ ſancti ſtatuimuſ ut eandem eccleſiam ad officium diuini cultuſ informatam nemo unquam hominum temeraria fatigacione aut exactione inquietare uel eiuſ poſſeſſioneſ diripere aufferre uel ablataſ retinere ullo modo preſumat ſed in pace et tranquillitate eccleſiaſticę religioniſ ſecura ſemper et libera conſiſtat. Si quiſ igitur huic noſtrę inſtitutioniſ ſcripto pertinaciter obuiare preſumpſerit niſi celeri et digna correctione reſipuerit a uiſceribuſ matriſ eccleſię ſine dilatione ſequeſtratuſ diuino iudicio plectenduſ ſubiaceat. omneſ autem eandem eccleſiam in pace et quiete fouentes eiuſq;. profectum fideli congratulatione proſequenteſ pretioſa beati Laurentii martyriſ oratio et gratuita domini dei noſtri benedictio ſemper tueatur AMEN. Hęc itaq;. ſtatuta et decreta ut firma ſemper et illibata permaneant in uerbo dei omnipotentiſ et beati petri apoſtoli auctoritate uinculo anathematiſ interpoſito precipimuſ et ſigilli noſtri impreſſione inuiolabiliter conſolidamuſ. In huiuſ condonationiſ teſtimonium interfuerunt *Elferuſ maioriſ eccleſię prepoſituſ. Fridericuſ decanuſ. Conraduſ camerariuſ. Elferus abbaſ de* a) *Hugeſborg. Martinuſ abbaſ de* b) *Hileſineborg. Thietmaruſ* eiuſdem *ſceniggenſiſ eccleſię prepoſituſ. Fridericuſ comeſ palatinuſ* eiuſdem loci *aduocatuſ* cum aliiſ quam plurimiſ fidelibuſ.

Data in *Halberſtad* XV. kal. nouembriſ in publico concilio incarnationiſ dominicę anno M. C. XX. indict. XIII. preſulatuſ domni *calixti*. PP. anno II. ordinationiſ uero domni *Reinhardi* epiſcopi XIII. feliciter. AMEN.

Sigillum eſt membranæ innexum.
Exhibuimus illud in Tabula VIII. num. I.

a) Hüisburg, cœnobium Benedictinum in Principatu Halberſtadenſi ac eius monte Hü.
b) Ilſenburg in Comitatu Wernigerodenſi ad radices Herciniae.

XXX.

Reinhardi epiſcopi Halberſtadenſis diploma, quo fundationem monaſterii S. Laurentii, prope Scheningam ſiti, confirmat, eiuſdemque coenobii poſſeſſiones enumerat, ad annum 1121.

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Reinharduſ* dei gratia ſancte *Halberſtadenſiſ* eccleſię dictuſ epiſcopuſ beati ſtephani protomartyriſ humiliſ et deuotuſ famuluſ

luſ omnibuſ Chriſti fidelibuſ tam futuriſ quam preſentibuſ in perpetuum gratia uobiſ et pax adimpleatur. Officii noſtri debitum expoſtulat noſ religioſoſ uiroſ fratres noſtroſ regulam beati auguſtini profeſſoſ in contemplatione uite dulcedine quieſcenteſ et cum maria ad pedeſ domini ſedenteſ et uerbum illiuſ audienteſ optimam etiam partem eligenteſ paterno karitatiſ affectu diligere et cum martha in actiue uite labore piam pro eiſ ſollicitudinem gerere et eoſ per omnia in ſuiſ oportunitatibuſ pro poſſe noſtro confouere et cum per apoſtoli preceptum operari bonum ad omneſ doceamur maxime tamen domeſticiſ fidei apoſtolice utiq;. uite imitatoribuſ aſſiſtere informamur. Ea propter notum eſſe cupimuſ omnibuſ Chriſti fidelibuſ qui coequalem nobiſcum ſortiti ſunt fidem quod *Sceningenſis cenobii* nouellam plantationem et quarundam ſanctimonialium ob inutilem earum conuerſationem remotionem loci etiam in quo manebant neceſſariam mutationem et cetera que litteriſ prioribuſ adnotauimuſ et poſterorum memorie tranſmiſimuſ rata eſſe cenſemuſ nec aliquid eorum que ſcripta ſunt immutamuſ. ut uidelicet regule beati auguſtini canonica profeſſio in eodem loco in perpetuum permaneat nulluſq;. poſt factum inibi uotum abſq;. licentia capituli recedere audeat. in ſtatuendiſ etiam prepoſitiſ canonice electioniſ libertaſ firma perduret predia fratrum que priuſ ſanctimonialeſ illę poſſederant et que poſtmodum adiecimuſ nulluſ temere inuadat ipſoſ et bona eorum tuenteſ dei omnipotentiſ gratia cuſtodiat et perſequenteſ eoſ ultio diuina percellat. preſentem etiam paginam poſteritati fidelium ſcribimuſ in qua locum qui *Caluo* dicitur *iuxta ſalam uerſuſ aquilonem* ſitum in quo feliciſ memorię *Oda comitiſſa regia ſtirpa orta* ſanctimonialium congregationem pio uoto collocauerat ſed peccatiſ exigentibuſ malorum hominum depredatione ſepiuſ deſolatuſ eſt cum uniuerſiſ allodiiſ que illi attinebant *Scheningenſium* fratrum utilitati epiſcopali auctoritate delegamuſ. eundem etiam locum et omnia ad ipſum aliquando attinentia omnium hominum poteſtati et uſui anathemate interpoſito abdicamuſ diuina quoq;. illic celebrari locumq;. ipſum ab aliquo incoli niſi uoluntate *Scheningenſiſ* prepoſiti et fratrum eiuſ nulliuſ preſumcioni aſſenſum damuſ. nulluſ etiam ſucceſſorum noſtrorum nec aliqua prorſuſ eccleſiaſtica ſeculariſue perſona annuum eorum cenſum et *iuſ litonum* qui eiſ ſeruiunt et antiqua traditione uſq;. ad noſ ſtatutum pro decimiſ addere uel minuere uel mutare preſumat. preterea quem uulgato nomine *aduocatum* uocant prepoſituſ et fratreſ eligant et ſi pluſ iuſto forte inportunuſ eſſe uoluerit epiſcopali auctoritate alium magiſ idoneum illi ſubſtituant. Hec autem ſunt predia que uenerabiliſ matrona et eiuſdem loci abbatiſſę aliquę illi cenobio contulerunt. In uilla que dicitur *Hergrimeſtorp* XVIII. areę cum decem et nouem manſiſ. in *Helmerichesiorp* XV. areę cum duodecim manſiſ. in *Suammere* XII. manſi et dimidiuſ et XV. areę. in *Luckeſtorp* XI. areę et octo manſi. in *Rodeneſleue* XII. manſi et XVI. areę. in *Geroldeſtorp* VII. areę cum V. manſiſ. in *Iggerſleue* II. et totidem manſi. in *Helleſſe* III. manſi et VII. areę cum adiacente ſilua. in *Badinſtedi* I. manſuſ et I area. in *Daluuerſleue* I manſuſ et area. in *Edendorp* manſuſ et area. in *Ballinge* VI. manſi et X. areę. in *Suardeleſe* VII. areę cum tot manſiſ. in *Bulſteringe* II. areę et II. manſi. in *Bindorp* III. aree et duo manſi et dimidiuſ. in *Buoga* manſuſ et area. *Eſteſtede* et *Akendorp* iuxta *Gardeleue* cum omni utilitate et in ſilua que *Heineiſſe* dicitur et hiſ contigua eſt participatio. *Oroploge* cum omnibuſ attinentiiſ. *Liuduine* dimidia cum omni utilitate. *Schirinbiche* a) ex integro exceptiſ duobuſ manſiſ noſtri iuriſ quoſ etiam beato Laurentio in *Scheninge* contulimuſ. in *Thierinrode* manſus et area. in *Allende* treſ manſi et dimidiuſ et duę areę. in *Baniſleue* manſuſ et area. in *Uodenheim* III. manſi et dimidiuſ cum tot areiſ. iuxta *Bardenuick* in *Mettenhuſen* unum panſtale et dimidium in *Beckenhuſen* que ſoluunt XXIIII. ſolidoſ. in uilla *Schanigge* XXII. areę et VII. manſi cum pratiſ et uſibuſ ſiluarum et utilitate ſaliſ et molendinum in ſuperiori parte eiuſdem uillę. preterea omnia predia parochialiſ eccleſię beati Stephani protomartyriſ in eadem uilla que fratrum uſibuſ aſſignauimuſ. Haſ itaq;. poſſeſſionef quaſ preſenſ pagina continet quaſ uidelicet *ſupradicta nobiliſ femina* et alię abbatiſſę vel reliqui fideleſ iuſta donatione priori loco delegauerant in uilliſ et lociſ deſertiſ in campiſ et ſiluiſ in agriſ cultiſ et incultiſ in uineiſ et uinetiſ in arbuſtiſ et arboribuſ in pratiſ et paſcuiſ in aquiſ et aquarum decurſibuſ in moliſ et molendiniſ in piſcationibuſ et uenationibuſ in exitibuſ et reditibuſ in uiiſ et inuiiſ in adquiſitiſ et adquirendiſ uel etiam eaſ que aliquorum uiolentia cenobio ſubtracta ſunt in ipſo ſub patrocinio beati Laurentii deo famulantium

uſi-

uſibuſ hoc teſtamento aſſignamuſ. Et ne inpoſterum inquietorum temerariâ preſumptione auferri debeant ſigillo noſtro que ſcripta ſunt roboramuſ. in nomine etiam patriſ et filii et ſpirituſ ſancti auctoritate apoſtolorum petri et pauli poteſtate quoq;. domni *Kalixti* ſumme ſediſ pontificiſ et banno noſtro *Schaningenſi* monaſterio et omnibuſ in eo merita beati Laurentii deuote uenerantibuſ et eorum poſſeſſionibuſ quaſ in preſenti iuſte poſſident et in futurum conceſſione pontificum largitione regum liberalitate principum oblatione fidelium ſeu quibuſlibet iuſtiſ modiſ adipiſci poterunt eterna pace firmamuſ et hanc ab omnipotentiſ dei miſericordia perpetuam eiſ imprecamur et optamuſ. Si quiſ igitur hec ſtatuta noſtra ſcienſ contraire temptauerit et fratreſ noſtroſ et bona eorum in aliquo infeſtare preſumſerit non ſit ei hereditaſ in regno Chriſti et dei ſed abſciſuſ ab unitate corporiſ eccleſie nec reſurgat in concilio iuſtorum ſi non agnoſcenſ reatum ſuum reſipuerit et pro temeritatiſ auſu patri cenobii et fratribuſ ſatiſfecerit. omneſ autem eidem loco et deo in ipſo ſeruientibuſ que iuſta ſunt deferenteſ et tam ipſoſ quam bona eorum pace proſequenteſ et defendenteſ gratuita dei omnipotentiſ miſericordia preueniat et ſubſequatur et glorioſa beati Laurentii incliti martyriſ interceſſio tueatur AMEN. Huiuſ pagine teſteſ ſunt hii. *Elferuſ maioriſ eccleſie prepoſituſ. Gerharduſ decanuſ. Martinuſ cuſtoſ. Conraduſ camerariuſ. Martinuſ abbaſ Hilſiniburgenſiſ. Alfriduſ abbaſ Zugeſburgenſiſ. Gerharduſ prepoſituſ ſancti Johanniſ in ciuitate* b). *Thidmaruſ prepoſituſ Scheningenſiſ cenobii. Fridericuſ palatinuſ comeſ iunior. Ruodolfuſ marchio. Adaelbertuſ comeſ de Ballenſtide. Adelbertuſ comeſ de Werniggerode. Beringeruſ aduocatuſ maioriſ domuſ. Willeruſ prefectuſ in ciuitate. Engilmaruſ uice dominuſ. Euerharduſ aduocatuſ Schaniggenſiſ cenobii* et alii quam plureſ nobilium et miniſterialium. Actum *Zalberſtad* anno dominice incarnationiſ milleſimo centeſimo uigeſimo primo indictione quarta decima in publica ſynodo in feſto beati luce ewangeliſte preſulatuſ domni *kalixti* pape III . . . . regnante *Heinrico V.* romanorum imperatore auguſto anno ordinationiſ domni *Reinhardi* epiſcopi quarto decimo feliciter AMEN.

a) Schirmke in Marchia veteri Brandenburgica.
b) Halberſtad.

Sigillum eſt membranæ innexum, eique ſimillimum, quod exhibuimus Tab. VIII. num. 1.

XXXI.

Papæ Innocentii II. bulla, qua ad annum 1135. priuilegia monaſterii Scheningenſis confirmat.

Ex autographo.

Innocentiuſ epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei dilectiſ filiiſ goteſcalco prepoſito et fratribuſ in *Scheningenſi* eccleſia beati laurentii canonicam uitam profeſſiſ tam preſentibuſ quam futuriſ in perpetuum. Officii noſtri noſ hortatur auctoritaſ. religioſoſ uiroſ fraterna caritate diligere et que a fratribuſ noſtriſ rationabiliter inuenerimuſ conſtituta. apoſtolice ſediſ munimine roborare. Significaſtiſ ſiquidem nobiſ quod frater noſter. *Reinharduſ.* bone memorie *alberſtadenſiſ* epiſcopuſ *Scheningenſem* locum in quo priuſ quedam ſanctimonialeſ nequiter conuerſanteſ. cum neque in ſpiritualibuſ neq;. in temporalibuſ aliquem fructum inibi facerent ſed potiuſ utpote abſq;. regula et ratione uiuenteſ per diuerſaſ terraſ huc illucq;. diſcurrerent. propter inutilitatem perſonarum et earum malam conuerſationem. communicato fratrum ſuorum conſilio. exinde ipſaſ amouerit et ibidē regulares canonicoſ eſſe decreuerit. ſed quia idem locuſ conſtituendiſ fratrum officiniſ incongruuſ exiſtebat. eidem fratri noſtro ſaniori conſilio uiſum eſſe. clauſtrum ipſum de priori loco in quandam curiam ſuam quam habebat in *Scheningenſi uilla* utilitatiſ intuitu tranſmutare. ea tamen conſideratione habita ut eccleſia illa antiqua cum omnibuſ ad eam pertinentib; ſub eorundem fratrum poteſtate maneret. et perpetua ditione ac diſpoſitione conſiſteret. Noſ igitur dilecti in domno filii ueſtriſ rationabilib; deſideriiſ annuenteſ quo a predicto fratre noſtro

Reinardo. bonę recordationiſ epiſcopo ſuper eadem re factum eſſe cognoſcitur auctoritate apoſtolica confirmamuſ et futuriſ temporib; ratum eſſe ſancimuſ. ſtatuimuſ etiam ut ordo canonicuſ qui ſecundum beati auguſtini regulam in ueſtra eccleſia noſcitur inſtitutuſ. ibidem cooperante domno inuiolabiliter obſeruetur. quęcunq;. preterea bona quaſcunq;. poſſeſſioneſ in-preſentiarum iuſte et canonice poſſidetiſ. quecunq;. etiam in futurum conceſſione pontificum. liberalitate regum uel principum. ſeu oblatione fidelium ſeu aliiſ iuſtiſ modiſ poteritiſ adipiſci. apoſtolice ſediſ patrocinio munienteſ. eadem uobiſ firma et illibata in perpetuum manere decernimuſ. Prohibemuſ etiam ut nulli fratrum ueſtrorum. poſt factam in eodem loco profeſſionem. abſq;. libera prepoſiti et fratrum licentia eccleſiam ueſtram relinquere. et ad alium locum liceat pertranſire. nec aliquiſ epiſcoporum. abbatum. priorum uel aliqua perſona eum retinere preſumat. ſed tanquam ſuę profeſſioniſ preuaricator. redire ad locum proprium compellatur. porro fratreſ ſeculareſ uiuenteſ et ueſtro collegio ſociari uolenteſ. petita priuſ a propriiſ epiſcopiſ uel prelatiſ licentia. ſuſcipiendi facultatem liberam habeatiſ. obeunte te nunc eiuſdem loci prepoſito. uel tuorum quolibet ſucceſſorum. nulluſ ibi qualibet ſurreptioniſ aſtutia ſeu uiolentia preponatur. niſi quem fratreſ communi conſenſu. aut fratrum parſ ſanioriſ conſilii. ſecundum dei timorem. de ueſtra congregatione. aut de alia eiuſdem profeſſioniſ ſi neceſſe fuerit ſecundum beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum. nulli ergo omnino hominum faſ ſit ueſtram eccleſiam temerariiſ uexationibuſ ſiue exactionibuſ fatigare. aut eiuſ poſſeſſioneſ auferre. uel ablata retinere minuere. ſeu quibuſlibet moleſtiiſ infeſtare. ſed omnia integra et illibata ſeruentur. eorum pro quorum gubernatione et ſuſtentatione conceſſa ſunt. uſibuſ profutura. ſalua nimirum *alberſtatenſiſ epiſcopi* iuſtitia et reuerentia. Si qua impoſterum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtrę conſtitutioniſ paginam ſcienſ. contra eam temere uenire temptauerit. ſecundo tertioue commonita. ſi non reatum ſuum congrua ſatiſfactione correxerit. poteſtatiſ honoriſq;. ſui dignitate careat. reamq;. ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domni ac redemptoriſ noſtri ihū Xpī aliena fiat. atq;. in extremo examine diſtrictę ultioni ſubiaceat. cunctiſ autem eidem eccleſię ſua iura ſeruantib; ſit pax domni noſtri ihū Xpī. quatenuſ et hic fructum bonę actioniſ percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia ęterne paciſ inueniant. AM. AM. AM.



Ego *Innocentiuſ* catholice eccle ēps SS.



✠ ego *Guilielmuſ* pneſtinuſ ēps SS.
✠ Ego *Matheuſ* albanenſiſ ēpſ SS.
✠ Ego *Lucas* p̄br card. ſcōz. Johīs et Pauli SS;
✠ Ego *Gerarduſ* p̄br card. tt. ſce cruciſ in hierlm SS.
✠ Ego *Gregoriuſ* diāc. card. Scorum Sergii et bachi SS.
✠ Ego *Guido* Card. diac. ſci adriani. SS.

Data

Data *Pisis*. per manum. *Aimerici*. Sēē Romane eccle diaconi cardinalis et cancellarii. V. Kl. februarii. indictione. XII. incarnationis dñicę anno M. C. XXX. V. Pontificatus domni Innocentii. PP. II. anno quinto.

Filum, e quo sigillum plumbeum dependet, est sericum.
Bullam seu sigillum vide in Tabula VIII. num. 2.

XXXII.

Diploma Rudolfi Halberstadensis ecclesiæ episcopi, quo in ille anno 1137. monasterio Scheningensi tradit vallem cum luco Mercedal.

Ex autographo.

E PS RVDOLFVS

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Rodolfus* sancte *Halberstadensis* ecclesie per gratiam dei uocatus *episcopus*. Zelus domus dei et cottidiana sollicitudo sanctarum ecclesiarum cogit et hortatur ecclesie pastores iuxta officium et facultatem episcopalis debiti fideles quosq. cum sua possessione ut quietam et tranquillam uitam agere possint paterna defensione tueri. quod cum ita sit ego quoq. predecessorum meorum fidelium benefacta fideli deuotione imitari desideranſ omnibus fidelibus Christi modernis et posteris in perpetuum notum facio. quod ego ad promerendum respectum diuine gratie pro karitate dei genitricis et uirginis marie et beati Laurentii martyris pia intercessione sancto *Scheningensi* cenobio contuli uallem quandam in qua lucus. qui uulgari more *Mercedal* uocatur. situs est. quam *Fridericus palatinus comes* mihi resignauit cum consensu *Friderici de Summersenburch* et *Rodolfi de Twistigge*. qui eodem prius inbeneficiati fuerant. ea conditione et pacto. ut eamdem uallem predicto monasterio contraderem. ex hoc ergo tempore in omnia secula ut hec traditio firma et inconuulsa eidem cenobio permaneat. in uirtute spiritus sancti sub anathematis interpositione corroboramus et inuiolabiliter. Actum anno millesimo centesimo XXXVII. indict. I. in magna synodo in festo beati lucę euangeliste presidente sancte et uniuersalis ecclię PP. *Innocentio II.* et regnante *Lothario II.* imperatore augusto in gloria. anno *Rodolfi* episcopi uenerabilis II. electionis et ordinationis illius feliciter. AMEN. Nomina testium qui huic traditioni interfuerunt hec sunt. *Martinus maioris ecclesie prepositus. Hildebodo canonicus eiusdem ecclesię. Bruno sancte marie canonicus. Godescalcus prepositus Scheniggensis. Fridericus palatinus comes. Manegoldus. Hugo. Fridericus. Rethere ministeriales eiusdem comitis. Conradus ministerialis prepositi maioris* aliiq. quam plurimi fideles aderant. feliciter in Christo AMEN.

Sigillum est membranæ innexum.
Vide illud in Tabula VIII. num. 3.

XXXIII.

Rudolfi, episcopi Halberstadensis, confirmatio possessionis bonorum monasterii Scheningensis ad annum 1137.

Ex autographo.

E PS RVDOLFVS....

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Rudolfus Halberstadensis ecclesie episcopus* licet indignus tamen secundum dispensationem mihi a Christo creditam sola hoc illius gratia operante sum id quod sum unde ne gratia

tia in me uacua siue otiosa ab ipso requiratur necessarium mihi est non solum pro mea uerum etiam pro aliorum conseruorum meorum salute et utilitate inuigilare si beati serui consortium me oblectat quem cum uenerit domnus inueniet uigilantem. instant enim tempora periculosa in quibus ut ait apostolus homines se ipsos amant. cupidi. superbi. elati et ideo tanto operosius est salus tuenda religio firmanda et ecclesiarum facultas ne inposterum dilabatur celestibus loris munienda. iam enim habundante iniquitate refriguit karitas iam omnia iniquitatis mysteria manifestata sunt et tanto periculosius uiuitur quanto omnium uirtutum uocabulis se uicia palliare ceperunt. perfidia namq;. prudentię fraus diligentie et cetera que finem nesciunt uicia sic uirtutum nomina usurparunt sic exuberant sic insolenti huic ętati complacent. ut nemo sapientum neget hęc esse certissima uestigia, per que antichristus ingressurus est in mundum. Unde beatus Iob ecclesię modernę figuram in hoc loco gerens hecq;. tempora execrans et antiqua commendans et optans ait. utinam fuissem sicut fui in diebus adolescentię meę. itaq;. contra tot et tam inopinata pericula contra insolentiam et temeritatem contra faudem et uiolentiam. si non merito tamen eodem sensu et karitate beati et cum Christo regnantis REINHARDI episcopi uestigia calcans omnia que ecclesię Christi et beati Laurentii titulo insignitę in *Scheninghe* collata sunt ab ipso et clauibus coeli confirmata. siue que prepositorum industria siue quorumlibet fidelium deuotione acquisita sunt huius testamenti donatione confirmo sigilli imagine notifico et adhibitis coeli clauibus banno concludo. Quicunque ergo uel fraude uel uiolentia deincepsh hęc cassare attemptauerit. sit reus maiestatis diuine sit exclusus a regno quia celestium clauium temerauit auctoritatem. seruorum siue pauperum Christi illic degentium sit super eum iudicium nec resurgat nisi forte quod optamus penitens satisfecerit. nec solum fratres ea que fundator inibi sacre religionis prefatus episcopus quia hęc ipse eidem contulerit et confirmauerit confirmo. uerum etiam quia a beato papa *Innocentio* eadem ecclesia et regularis professionis religio cum omnibus ad se pertinentibus bonis et reditibus cum anathematis edicto post-modum confirmata est AMEN. AMEN. Hec sunt predia ecclesię beati Laurentii. in *Scheninghe* XXII. aree cum utilitatibus suis et X. mansi et dimidius singuli VIII. solidos soluentes cum pratis et reliquis utilitatibus. III. molendina cum piscinis duo in uilla unum in agro. in ualle que dicitur *merdsidal* lucus unus et tria panstalia. decime noualium que per omnem *Scheniggensem* parrochiam sita sunt. in uilla que dicitur *Asbbike* a) VI. aree cum sex mansis singulis VIII. solidos soluentibus cum pratis et usibus siluarum. in uilla que dicitur *Welle* b) I area et unus mansus persoluens IX. solidos. in uilla que dicitur *Sulincghe* c) VIII. aree et X. mansi et dimidius cum pratis et usibus siluarum. in uilla que dicitur *Geroldestorp* d) VII. aree cum quinq;. mansis qui soluunt L. solidos. in uilla que dicitur *Debbenheim* e) V. aree et V. mansi et VII. iugeres et unum molendinum cum usibus pratorum et siluarum. in uilla que dicitur *Wardegestorp* f) due aree cum II. mansis qui soluunt XIIII. solidos. in uilla que dicitur *Wobicke* g) I area et VIII iugeres cum usibus siluarum. in uilla que dicitur *Udenhem* tres mansi due aree et decima totius uille cum pratis et usibus siluarum. *Banesleue* h) I area et I mansus VIII. solidos persoluens cum usibus pratorum et siluarum. in uilla que dicitur *Iggersleue* i) II. aree et II. mansi. in uilla que dicitur *Badenslide* k) I area et I mansus. in uilla que dicitur *Geterote* l) I area et I mansus VII solidos persoluens cum usibus pratorum et siluarum. in uilla que dicitur *Daluersleue* I area et I mansus persoluens IX solidos. in uilla que dicitur *edentorp* I area et I mansus. in uilla que dicitur *Hergrimestorp* XVIII aree cum XVIIII mansis. in uilla que dicitur *Ballige* X mansi. in uilla que dicitur *Swarthelose* VII. aree cum VII. mansis. uilla que dicitur *Akentborp* tota est huius ecclesie. in uilla que dicitur *Helmerickestorp* XVI. aree cum XIII. mansis. in uilla que dicitur *Bulsterigge* II. aree cum II. mansis. in uilla que dicitur *Boga* I. area et I mansus. in uilla que dicitur *Bintorp* III aree et duo mansi et dimidius. uilla que dicitur *Droplogo* cum omni utilitate sua. uilla que dicitur *Schirimbike* tota est huius ecclesie exceptis tribus mansis cum omni utilitate sua. in uilla que dicitur *Allende* III mansi et dimidius et due aree. in uilla que dicitur *Thietmerrothe* I mansus et I area. in *Machtenbusun* unum panstale. in *Beckenbusun* dimidium que exsoluunt XXIIII solidos. in uilla que dicitur *Suammere* XII. mansi et dimidius et XV. aree. in uilla que dicitur *Luckestorp* VIII mansi et XI. aree. in uilla que dicitur *Bardewic* quedam predia quatuor solidos soluunt. in uilla que dicitur *Helleste* III. mansi et VII. aree et I silua. in uilla que dicitur *Rothenesleue*

VIII.

VIII, manſi et XII. aree. Actum anno M. C. XXX. VII, indictione I. in magna ſinodo in feſto beati luce euangeliſte preſidente ſancte et uniuerſali eccleſie D. PP. INNOCENTIO II et regnante LOTHARIO III. imperatore auguſto in gloria. anno II. Rodulfi epiſcopi uenerabiliſ ſecundo electioniſ et ordinationiſ illiuſ feliciter AMEN.

a) Esbek præfecturæ Scheningenſis in Pincipatu Wolferbuttelano.
b) Wale in præfectura Wolferbuttelana prope fines præfecturæ Peinenſis huc haud congruit, ſed locus Marchiæ veteris.
c) Söllingen intra præfecturam Ierxenſem ad Scheningam.
d) In veteri Marchia Brandenburgica.
e) Dobbeln villa præfecturæ Ierxenſis.
f) Locus deſolatus.
g) Waubke, villa præfecturæ Scheningenſis.
h) Banzleven, villa præfecturæ Wolferbuttel.
i) Ingersleben in præfectura Ierxen.
k) Wadenſted in præfectura eadem.
l) Götjerode ad Harlingerodam & Goslariam.

Sigillum eſt membranæ innexum.
Vide illud in Tab. VIII. num. 8.

XXXIV.

Diploma Rodolfi Halberſtadenſiſ epiſcopi, quo is ipſe ad annum 1140. tradidit monaſterio Scheningenſi nemus quoddam.

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ ego *Rodolphuſ* ſola dei miſericordia diſpenſante ſancte *Halberſtadenſiſ* eccleſie epiſcopuſ. tradidi ob caritatem beate genetriciſ marie et beati Laurentii martyriſ ſacro cenobio in *Scheninghe* nemuſ quod *Geuehardus ſenior* et *filiuſ ipſiuſ* michi reſignauerunt eo pacto quatenuſ illud prefato cenobio contraderem. preterea eiuſdem nemoriſ terminum de noſtro quodam contiguo illi adauximuſ deniq. ex hoc et in omne tempuſ in eadem uilla et eiuſ terminiſ prefato cenobio cum agriſ ſuiſ et pratiſ et areiſ que nunc poſſident uel deincepſ ibi adepturi ſunt decimam concedimuſ. ita ut nulluſ ſuper hoc illi cenobio ſit moleſtuſ et iniurioſuſ. nec exiſtimandum eſt quicquid cenobiiſ traditur eſſe amiſſum ſed cum grandi foenere ſalutiſ et memorie eterne in celo repoſitum dicente Chriſto. quod uni ex minimiſ iſtiſ feciſtiſ mihi feciſtiſ et quicunq. potum dederit uni ex minimiſ iſtiſ calicem aque frigide tantum non perdet mercedem ſuam. Quatenuſ etgo hec rata et inconuulſa in omne euum permaneant clauibuſ celi firmamuſ in terra ut firmentur in celo. ſit ergo anathema maranatha quicunq. caſſare temptauerit quod piiſ conteſtibuſ geſtum eſt epiſcopi tradentiſ eccleſie conſentientiſ cenobii ſuſcipientiſ et poſſidentiſ. Actum anno dominice incarnat. M. C. XL. indict. IIII. tempore II. *innocentii* PP. ſancte et uniuerſaliſ eccleſie. Data *Halberſtad* XV. Kal. nouembriſ. Per manū *Rudolfi* Halberſtadenſiſ eccleſie epiſcopi.

Sigillum eſt membranæ innexum, idemque quod exhibuimus in Tabula VIII. num. 3.

XXXV.

*Rudolfi epiſcopi Halberſtadenſis confirmatio permutationis inter monaſterium Thrubicenſe *) & Scheningenſe ſuper quatuor manſis in Oudenheim & dimidio in Suligge ad annum 1141.*

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ ego *Rodolfuſ* dei gratia ſancte *Halberſtadenſiſ* eccleſie *epiſcopuſ*. Religioni et utilitati eccleſiarum uolenſ conſu-

lere in omnibuſ quę gerenda ſunt ſic auctoritate Chriſti et eccleſię teſtimonio agere ſatago ut quę in preſenti confirmantur in ſecuro permaneant. itaq;. huiuſ ſacri concilii notitiam et teſtimonium ſuper hac re requiro ut nouerint qualiter confrater noſter *Bodo Scheniggenſiſ* monaſterii *prepoſituſ* quatuor manſoſ in uilla *oudenheim* a) dimidium in *ſuligge* triginta duabuſ libriſ a monaſterio *Thrubicenſi* b) ſolita cambia commutauerit annuente prepoſito *Henrico* et abbatiſſa *Iuthita*. actionem uero huiuſ permutationiſ utriuſq;. monaſterii aduocati *Athelbertuſ comeſ* et *Geuehardus* pari conſenſu et more legitimo perfecerunt. preterea uenerabilium perſonarum quę huic negotio aderant teſtimonium ſuffragatur et auctoritaſ. ut iuſte conuelli nunquam poſſit quod eorum preſentia et reuerentia confirmatum fuiſſe ſuffecerit etiamſi ſi nulla teſtamenti confirmatio adhiberetur. Aderat namq;. *Eckebertuſ abbaſ Huuiſburgenſiſ. Sigebodo abbaſ Hilſeneburgenſiſ. Burchardus abbaſ Wimedeburgenſiſ. Conraduſ prepoſituſ niuuenburgenſiſ* c). *Bodo prepoſituſ Scheniggenſiſ*. et ceteri quam pluref uiri religioſi. quoſ ſub occaſione ſacrę ſollempnitatiſ Viti martyriſ Chriſti ad laudem nominiſ ſui in monaſterio *Thrubicenſi* aggregauerat. aderatq;. quoq;. quę de tota prouincia ſollempnitatiſ gracia confluxerat copioſa populi multitudo a qua noticia et teſtimonium rei geſtę requiſitum eſt. nec fuit qui refragaretur cum per omnia iuſte et legitime factum fuerit. hanc ergo commutationem clauibuſ celi confirmamuſ teſtimonio Chriſti et eccleſię roboramuſ ut deincepſ nulluſ temerare audeat quod tali auctoritate confirmatum eſt. nulli namq;. tutum eſt temerare quod eccleſia ligauerit in terra quoniam teſte Chriſto ligatum eſt et in celo. Actum eſt in magna ſynodo in feſtiuitate Lucę ewangeliſte anno dominicę incarnationiſ milleſimo centeſimo quadrageſimo primo indictione quinta feliciter Amen. *Godefriduſ* et *Samſon* ſacerdoteſ eccleſie noſtrę. *Hubertuſ* et *Heinricuſ* conuerſi eiuſdem eccleſię. *Hartmannuſ* et *Berthcheruſ* conuerſi *Thrubicenſiſ* eccleſię. *Richiho aduocatuſ noſter de Detligge. Athelbertuſ comeſ de Wereningerothe. Geuehardus de Horneburg* d). *Herimannuſ de Rimbeke* e). *Giſelbertuſ de Silſtide* et alii quam pluref aderant.

*) Thrubicenſe monaſterium olim ſitum erat non procul ab oppido Werningerode. Athelbertus comes et aduocatus videtur eſſe Athelbertus, comes de Wereningerothe. Aduocatus Geuehardus fuit indubie ille Geuehardus, de Horneburg dictus.

a) Oudenheim eſt locus deſolatus prope Eilem ſub præfectura Wolferbuttel; Suligge nunc vocatur Söllingen, vicus præfecturæ Ierxheim in Principatu Wolferbuttelenſi.

b) In terris Comitatus Wernigerode, nunc Drübeck.

c) In Principatu Anhaltino.

d) Oppidum Hornburg in Principatu Halberſtadenſi reſtat.

e) Rimbek et Silſted ſunt villæ Comitatus Wernigerodani.

Sigillum eſt membranæ innexum, idemque eſt, quod exhibuimus in Tabula VIII. num. 3.

XXXVI.

Rodolfi Halberſtadenſis epiſcopi confirmatio ſuper bonis in Wadenſtide, oblatis monaſterio Scheningenſi anno 1147.

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ ego *Rodolphuſ* ſancte *Halberſtadenſiſ* eccleſie epiſcopuſ licet indignuſ. Notum eſſe cupimuſ omnibuſ Chriſti fidelibuſ tam preſentibuſ quam futuriſ quia *Frithericuſ palatinuſ comeſ* et *filiuſ eiuſ Athelbertuſ* ad altare ſancti Laurentii in *Schenigge*. ob pia eiuſdem precioſi martyriſ patrocinia et ſpem eterne retributioniſ treſ manſoſ cum omnibuſ pertinentiiſ et utilitatibuſ eorum in *Wadenſtide* a) ſitoſ et dimidietatem terrę uidelicet unum manſum ad dotem eccleſie eiuſdem uille pertinentem cum omnibuſ utilitatibuſ ſuiſ. ſiluiſ. pratiſ. et decimiſ. terriſ cultiſ et incultiſ prudenti diſpoſitione obtulerunt. ad hęc uenerabiliſ matrona *Irmingardiſ marchioniſſa* in cuiuſ pectore dominuſ templum

ſuum

ſuum miſericorditer inchoauit et *filia eiuſ oda* benignum aſſenſum prebuerunt quia eadem predia priuſ ad eas quadam de cauſa hereditario iure ſpectauerunt. poſtea quidam *Liuthardus inter nobilioreſ terre noſtre non infimuſ* b) diuino inſtinctu commonituſ pro remedio animarum defuncte *uxoriſ* ſue *Hathewige* et duorum *filiorum* ſuorum defunctorum *Ymiconiſ* et *Anſelmi* prefate eccleſie *Wadenſtide* manſum in eadem uilla ſitum pietatiſ ſtudio tradidit. deinde ut cunctiſ ſane ſapientibuſ ſe imitabilem redderet et confidentiam ſuam que magnam habet remunerationem non amitteret hoc datum karitatiſ intuitu copioſe adaugenſ alteram dimidietatem terre que ſui iuriſ erat unum uidelicet manſum ad dotem eiuſdem prefate capelle pertinentem cum omnibuſ utilitatibuſ ſuiſ. ſiluiſ. pratiſ. et decimiſ. terriſ cultiſ et incultiſ. conſentiente domno *Ottone Hildeneſhemenſe canonico* et duobuſ eiuſdem *Liuthardi filiiſ Rodolpho et Theoderico* futuriſ heredibuſ ſi idem *Otto* ſuperſteſ non eſſet deo et beato laurentio in *Schenigge* deuote obtulit eo pacto ut quamdiu ipſe uiueret eiuſdem partiſ quam dederat aduocatuſ et defenſor exiſteret poſt mortem uero ſuam filii eiuſ deinde proxima conſanguinitatiſ linea eiſ coniuncti laudabili diligentia cum defenderent inſuper prepoſituſ eiuſdem loci in pretacta uilla diuinum officium perpetualiter prouideret et omnia iſta deo pie oblata in uſuſ canonicorum inibi domino ſeruientium cederent. placuit etiam nobiſ memorie poſterorum ſalubriter commendare quia domnuſ *Bodo prepoſituſ Scheniggenſiſ* fidelibuſ ſuiſ commoditatiſ gratia conſulentibuſ duoſ manſoſ in *Wadenſtide* ſitoſ IIII. ſolidoſ perſoluenteſ et ad eccleſiam *orientaliſ Eileſloue* antea pertinenteſ beato laurentio uice concambii adquiſiuit concedenſ eidem eccleſie uidelicet *orientaliſ Eileſloue* dimidium manſum in *occidentali Eileſloue* ſitum IIII. ſolidoſ et IIII. denarioſ reddentem et ad eccleſiam *Wadenſtide* pertinentem *Gerardo* eiuſdem uille ſcilicet *orientaliſ Eileſloue* preſbytero et populo ſibi commiſſo unanimem aſſenſum prebente nec non utriuſq. eccleſie aduocatiſ et tutoribuſ *Liuthardo* et *Fritherico caſtellano palatini comitiſ Fritherici.* firma ſtabilitate collaudantibuſ et rationabiliter conſentientibuſ. Itaq. quoniam inſtant periculoſiſſima tempora in quibuſ ſeneſcente mundo frigeſcit equitaſ intolerabiliſ ſuperhabundat iniquitaſ. rogatu eiuſdem *Liuthardi* per omnia prouidi duo priuilegia ob longam memoriam unum ſibi alterum *Scheniggenſi* cenobio ſigilli noſtri impreſſione ſignata contra fraudem et uiolentiam iniquorum fieri iuſſimuſ. et ne quiſ temerario auſu hoc quod predictum eſt impugnare infringere uel euacuare preſumat. ex auctoritate dei et beati petri apoſtolorum principiſ ſanctiq. Stephani protomartyriſ ſub interminatione excommunicationiſ et perpetue damnationiſ prohibuimuſ atq. ut hoc ratum et inconuulſum in perpetuum permaneat decreuimuſ et ſtabiliuimuſ. AMEN. Acta ſunt hec *Halberſtad* XV. Kal. nouembriſ anno dominice incarnationiſ M. C. XL. VII. indictione XI. pontificatuſ domni *Eugenii* P. P. anno III. amminiſtrante romanum imperium *Conrado* III. anno regni eiuſ X. ex quo uero *Saxonum genſ* ad fidem conuerſa eſt anno CCC. LX. VI. ordinationiſ quoq. domni *Rodulphi* pii preſuliſ anno XII. feliciter AMEN. Nomina teſtium *Fritherici palatini comitiſ* et *Irmingardiſ marchioniſſe* et *filie eiuſ ode*. *Adelbertuſ diaconuſ* et *canonicuſ* ſancte *marie in ciuitate. Baldewinuſ preſbyter de Weſterrothe. Hugolduſ de Anfrideſloue. Willehelmuſ de Amerſloue et frater eiuſ Othelricuſ. Frithericuſ caſtellanuſ* palatini. *Richiho aduocatuſ* noſter et alii multi. nomina teſtium domni *liuthardi Otto Hildeneſheimenſiſ canonicuſ. Liudolffuſ comeſ de Waltiggerothe. Teodoricuſ gener eiuſ. Uerneruſ conſobrinuſ eiuſ. Frithericuſ de Anfrideſloue. Ludolfuſ de Sliztide* c). *Baldeuuinuſ aduocatuſ de Bruneſuuich. Frithericuſ frater eiuſ. Bruno de Sigerſloue. Bruno de Winnigſtide. Leinmaruſ de Flechtorpe et filiuſ eiuſ iunior Liemmaruſ Tiemmo et frater eiuſ Luidolfuſ de Eileſloue. Gerarduſ de Waterſdale* et alii multi.

a) Wadenſtedt vicus præfecturæ Ierxheim intra terras Principatus Wolferbuttelenſis.

b) *Liuthardus* hic videtur fuiſſe *Liuthardus de Meineriſcheim*, qui ad annum 1154 inter proceres noſtræ Saxoniæ reperitur in diplomate Henrici Saxoniæ & Bawariæ ducis apud Jo. Mich. Heineccium in *Antiquitatibus Goſlarienſibus* p. 149. ſeqq. Nomen Liuthardi inter nobiles dominos de Meinerſheim ſiue Meinerſen, quorum caſtrum hodie eſt præfectura, exſtitit in terris Luneburgicis ad fluuium Ouaeram, crebro legitur. Ad aliam gentem *Liuthardum* noſtrum vix refer-

referre poteris, quam ad Meinerſheimenſem, quæ probabiliſſime, æque ac nobiles domini de Depenowe & Borgtorp, ex nobiliſſima ſtirpe Billingana originem traxit. Uxor eius, *Hathewigis*, fuiſſe videtur filia *Fritherici*, comitis palatini de Sommerſchenburg. *Irmingardis* marchioniſſa fuit uxor *Udonis*, comitis Stadenſis & marchionis aquilonalis, ad annum 1106 mortui, ipſa mortua anno 1154. Hæc erat filia *Theodorici* comitis plozezenſis & *Mechtildis*. Hæc porro erat filia *Conradi*, Burggrauii Magdeburgenſis, hæredis Walbeccenſium comitum. Jure ergo hæreditario ſpectabunt bona Wadenſtidenſia ad *Irmengardem* eiuſque filiam *Odam*, & quidem potius, quam ad comitem palatinum Frithericum. Hæc dicta egregie faciunt ad confirmandam ſententiam noſtram de una eademque origine comitum palatinorum Sommerſchenburgicorum & comitum Walbeccenſium, quam fruſtra refellere adgreſſus eſt dominus *Caſp. Abelius* in præfatione ad Chronicon Walbeccenſe Heinrici Meibomii. Momenti plenum ergo atque utiliſſimum eſt diploma, quod iam oculis tuis ſubiecimus. Confer tabulas noſtras genealogicas, & comitum palatinorum Sommerſchenburgicorum & comitum Plozezenſium, ſupra a nobis exhibitas. *Oda*, marchioniſſæ *Irmengardis* filia, fuiſſe videtur illa, quæ nupta Heinrico Jleburgico marchioni Miſniæ mortuo ad annum 1123, cuius autem nomen architecti genealogiarum reperire nondum potuerunt.

c) Sliztide hodie appellatur Sliſted. Sita eſt hæc villa iter unius horæ ab oppido Scheppenſted verſus orientem, atque iter dimidiæ horæ a palatio regio Werla verſus ſeptentrionem in principatu Wolfenbuttelano. Quondam eadem erat prædium equeſtre dominorum de Badendorf, hodie autem ſpectat ad illuſtrem Schraderianam gentem, inprimis autem ad illuſtr. ac generoſum dominum *Heinricum Bernhardum de Schrader*, Sereniſſimi Brunſuicenſium & Luneburgenſium Ducis Conſiliarium aulicum, quem multa Pallas inſignem reddidit arte, quemque ſuum auxilium, ſeruatoremque fatetur Clio geſta canens & cunctis tempora reddens.

Sigillum eſt membranæ innexum, idemque, quod exhibuimus in Tabula VIII. num. 3.

XXXVII.

Odhelrici epiſcopi Halberſtadenſis confirmatio permutationis quorundam manſorum, ſitorum ad Geroldeſtorp, Dalwerſloue & Welle, pro manſis in Heregrimeſthrop, & eccleſia in Valethorp, anno 1151.

Ex autographo.

In nomine dei omnipotentiſ *Odhelricuſ* dei gratia *Halberſtadenſiſ* eccleſię epiſcopuſ. notificamuſ omnibuſ eccleſię fidelibuſ preſentiſ et futuri temporiſ quod noſ rogatu dilecti fratriſ noſtri *Bodoniſ* Scheniggenſiſ eccleſie prepoſiti et eiuſdem congregationiſ pro declinandiſ multiſ iniuriiſ quaſ eadem eccleſia ſepe ſuſtinuit quedam predia eccleſie illiuſ V. uidelicet manſoſ in *Geroldeſtorp* ſitoſ. item in *Daluuerſloue* duoſ et dimidium in uilla que dicitur *Welle* cum areiſ et omnibuſ pertinentiiſ eorum *Ottoni comiti de Hildeſloue* per noſtram manum dedimuſ et uerſa uice iure concambii alia predia in uſuſ predicte *Scheniggenſiſ* eccleſię ab eo recepimuſ uidelicet XI manſoſ ſimul omneſ in uilla que *Heregrimeſthrop* dicitur ſitoſ cum areiſ et omnibuſ pertinentiiſ eorum. ſed quia hec predia plura erant et ſimul ſita pro duobuſ manſiſ et dimidio qui ſuperfuerunt in commutatione et pomerio et aliiſ utilitatibuſ eorundem prediorum prefatuſ prepoſituſ predicto *comiti Ottoni* de reditibuſ eccleſię ſuę XXX. et duaſ libraſ pro ſupplemento perſoluit. eccleſiam etiam unam ad eadem predia pertinentia idem *Otto comeſ* cum conſenſu *filię ſuę* pro remedio animę ſuę prefatę Scheniggenſi eccleſię *in prouinciali placito* in uilla quę *Valethorp* dicitur una cum preſcriptiſ prediiſ perpetuo iure contradidit et regio banno confirmauit, ubi teſteſ erant *T. gener comitiſ. Marquarduſ de Banethorp. Benno de Oluenſtide. T. Geuehardus* et *Menhardus* miniſterialeſ comitiſ. *Brun de Jrixleue* a). *Hobetricuſ de Hokkenthorp. Frithericuſ de Daluuerſleue. Hæwolfuſ de Snardeſleue. Ericuſ*

de

de Welle. Brun de Gerſleue. cum multiſ aliiſ. Hanc autem commutationem ut nulla moleſtia ſequeretur iure polium iure fori ſepe iterari ſepe firmari ſecimuſ. ſemel uidelicet coram *marchione A.* et *filio eiuſ Ottone marchione* in uilla, que *Luenthorp* dicitur, ubi tunc preſenteſ aderant *Otto comeſ* et *T. gener eiuſ. Adolfiuſ comeſ. Zugolduſ de Amfritheſleue. Thedericuſ de Zakenſtede* et multa multitudo fidelium. ſecunda uice in preſentia noſtra *Taggeremunde* ubi aderat *iunior marchio* et *comeſ Otto. Thidericuſ de Taggeremunde* et *Burchharduſ Marquarduſ de Baninthorp* cum multiſ aliiſ eadem actio iterata et confirmata eſt. rurſuſ in ciuitate *Magdeburch A.* prefatuſ *marchio* et *filiuſ eiuſ* cum predicto *comite Ottone* rogante et monente predicto fratre noſtro *Bodone* prepoſito eandem actionem renouanteſ confirmauerunt. iterum in ſynodo hoc factum coram eccleſia noſtra publice in *Gatheſleue* b) confirmauimuſ. poſtremo ut nulluſ unquam error hoc benefactum obnubilaret et ne fratreſ prefate Scheniggenſiſ eccleſie aliqua in futurum turbatio ſuper hoc facto offenderet diligenter hec omnia retractanteſ in aperta ſynodo noſtra *Zalberſtad* coram uniuerſitate eccleſie noſtre in feſto beati Luce preſentibuſ et fauentibuſ *marchione A.* et *Ottone comite* epiſcopali auctoritate firmiſſime roborauimuſ. quapropter ut nulla iniquitaſ et iniuſtitia aliqua maligna ſurreptione hoc bonum opuſ fatigare preſumat interpoſito anathemate et banno auctoritate dei omnipotentiſ et beati petri apoſtoli confirmamuſ in perpetuum. AMEN. Actum *Zalberſtad* in publica ſynodo XV. Kal. nouemb. anno incarnationiſ dominice M. C. LI. indictione XV. in magna ſynodo in feſto beati luce preſidente uniuerſali eccl̃ie papa *Eugenio* anno II *Odalrici* ep̃i uenerabiliſ ſecundo electioniſ et ordinationiſ illiuſ feliciter. AMEN.

a) Erksleben in ducatu Magdeburgico.
b) Gadersleben ad reliquias lacus Aſcherslebienſis.

Sigillum eſt membranæ innexum, quod vide in Tabula VIII. num. 4.

XXXVIII.

Bulla Papæ Alexandri III. *confirmans fundationem, donationes & priuilegia monaſterii Scheningenſis ad annum 1180.*

Ex autographo.

Alexander epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei dilectiſ filiiſ *Bodoni prepoſito* eccleſie ſancti laurentii *in Schenige* eiuſque fratribuſ tam preſentibuſ quam futuriſ regularem uitam profeſſiſ noſtram pacem in PPM. Officii noſtri noſ hortatur auctoritaſ religioſoſ uiroſ paterna karitate diligere et que a fratribuſ noſtriſ rationabiliter inuenerimuſ conſtituta apoſtolice ſediſ munimine roborare. ſignificanteſ ſiquidem nobiſ quod bone memorie *Reinharduſ Zalberſtadenſiſ* epiſcopuſ *Scheniger* locum in quo priuſ quedam ſanctimonialeſ erant nequiter conuerſanteſ cum neq̃. in ſpiritualibuſ neq̃. in temporalibuſ aliquem fructum inibi facerent utpote abſq̃. regula et ratione inuente per diuerſaſ terraſ huc illucq̃. diſcurrerent propter inutilitatem perſonarum et earum malam conuerſationem communicato conſilio fratrum ſuorum mutauit et eiſ amotiſ ibidem regulareſ canonicoſ eſſe decreuit. ea tamen conſideratione habita. ut fratreſ eccleſiam antiquam in fundo. qui *Caluo* a) dicitur. ſitam cum omnibuſ ad eam pertinentibuſ perpetuo poſſiderent. inſuper bona matriciſ eccleſie ſub eorum poteſtate conſiſterent. noſ igitur dilecti in domno filii ueſtriſ rationabilibuſ deſideriiſ annuenteſ. quod a predicto epiſcopo ſuper eadem re et in eadem mutatione factum eſſe dignoſcitur. ad exemplar feliciſ memorie *Innocentii PP.* predeceſſoriſ noſtri auctoritate apoſtolica confirmamuſ et futuriſ temporibuſ ratum manere ſancimuſ. inprimiſ ſiquidem ſtatuenteſ ut ordo canonicuſ qui ſecundum domni et beati auguſtini regulam in eccleſia ueſtra inſtitutuſ eſſe dinoſcitur perpetuiſ ibidem temporibuſ inuiolabiliter obſeruetur. preterea quaſcunq̃. poſſeſſioneſ quecunq̃. bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte et canonice poſſidet et in futurum conceſſione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium ſeu aliiſ iuſtiſ modiſ preſtante

ſtante domno poterit adipiſci. firma uobiſ ueſtriſq;. ſucceſſoribuſ et illibata permaneant. in quibuſ hec propriiſ duximuſ exprimenda uocabuliſ. locum ipſum in quo prefata eccleſia ſita eſt cum omnibuſ pertinentiiſ ſuiſ. in uilla quę dicitur *Hergrimiſtorp* b) decem et octo areaſ cum decem et nouem manſiſ. in *Helmirichreſtorp* quindecim areaſ cum duodecim manſiſ. *Schirinbike* ex integro cum omni utilitate ſua. in *Suammere* duodecim manſoſ et dimidium et quindecim areaſ. in *Luckeſtorp* undecim areaſ et octo manſoſ. in *Rodeneſleue* duodecim manſoſ et ſedecim areaſ. in *Geroldeſtorp* ſeptem areaſ cum quinq;. manſiſ. in *Iggerſleue* duaſ areaſ et totidem manſoſ. in *Heleſſe* treſ manſoſ et ſeptem areaſ cum adiacente ſilua. in *Badinſtedi* unum manſum et unam aream. in *Daluuerſleue* unum manſum et aream. in *Edendorp* manſum et aream. in *Ballinge* ſex manſoſ et decem areaſ. in *Swardeloſe* ſeptem areaſ cum tot manſiſ. in *Bulſteringe* duaſ areaſ et duoſ manſoſ. in *Bindorp* treſ areaſ et duoſ manſoſ. et dimidium. in *Buoga* manſum et aream. *Eſleſtede* et *Akendorp* iuxta *Gardeleue* cum omni utilitate et in ſilua quę *Hemeiſſe* dicitur et hiſ contigua eſt eiſ participatio. *Oroploge* cum omnibuſ pertinentiiſ ſuiſ. *Odendorp* duoſ manſoſ *Luidune* dimidia cum omni utilitate ſua. in *Thoetmerothe* manſum et aream. in *Allende* treſ manſoſ et dimidium et duaſ areaſ. in *Baneſleue* manſum et aream. in *Oudenebeim* c) nouem manſoſ et decimam cum tot areiſ. iuxta *Bardawic* in *Mechtenhuſen* unum panſtale d) et dimidium qui ſoluunt uiginti quatuor ſolidoſ. in uilla *Schenigge* uiginti duaſ areaſ cum utilitatibuſ ſuiſ et decem manſoſ et dimidium octo ſolidoſ ſoluenteſ cum pratiſ et reliquiſ utilitatibuſ duo molendina cum piſciniſ unum in uilla unum in agro. in ualle quę dicitur *merſidal* lucum unum. in oriente quattuor panſtalia et duaſ areaſ. in occidente decem panſtalia et treſ areaſ. in *Aſbike* ſex areaſ cum ſex manſiſ ſinguliſ octo ſolidoſ ſoluentibuſ cum pratiſ et uſibuſ ſiluarum. in *Suliggen* octo areaſ et nouem manſoſ et dimidium cum pratiſ et uſibuſ ſiluarum. in *Debbenehem* ſex areaſ et ſex manſoſ et ſeptem iugereſ et unum molendinum cum uſibuſ pratorum et ſiluarum. decimaſ noualium quę per omnem *Scheniggenſem* parochiam ſunt et in futurum fient. in *Wobike* duaſ areaſ duaſ iugereſ cum uſibuſ ſiluarum. *Watenſtede* octo manſoſ cum omnibuſ utilitatibuſ ſuiſ ſiluiſ pratiſ et decimiſ terriſ cultiſ et incultiſ et capellam: *Barduwick* quedam predia IIII ſolidoſ ſoluent. *Mulbike* e) quatuor manſoſ cum areiſ. *Gerdeleue* unum manſum et aream. *Wodenſtorp* duaſ areaſ cum duobuſ manſiſ. *Timbere* unum manſum. *Hratenſtede* manſum et aream. *Gethune* unum manſum et aream. *Geuenſleue* f) unum manſum et aream. *Beierſtede* g) duoſ manſoſ et duaſ areaſ. *Eileſleue* h) treſ manſoſ et dimidium. *Stuterliggen* unum manſum et dimidium. *Lukkenheim* i) dimidium manſum et molendinum. *Geldeſſe* unum manſum et aream. ſane noualium ueſtrorum quę propriiſ manibuſ aut ſumtibuſ colitiſ ſiue nutrimentiſ ueſtrorum animalium nulluſ a uobiſ decimaſ preſumat exigere. preterea liceat uobiſ clericoſ et laicoſ e ſeculo fugienteſ liberoſ et abſolutoſ abſq;. alicuiuſ contradictione ad commiſſionem recipere et in eccleſia ueſtra retinere. prohibemuſ inſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem abſq;. prioriſ ſui licentia de eodem loco liceat niſi obtentu arctioriſ diſciplinę diſcedere. diſcedentem uero abſq;. communium litterarum cautione nulluſ audeat retinere. cum autem generale interdictum terrę fuerit liceat uobiſ clauſiſ ianuiſ et pulſatiſ campaniſ. excluſiſ excommunicatiſ et interdictiſ ſummiſſa uoce diuina officia celebrare. Obeunte uero te nunc eiuſdem loci prepoſito uel tuorum quolibet ſucceſſorum nulluſ ibi qualibet ſubreptione aſtutia ſeu uiolentia preponatur niſi quem fratreſ communi conſenſu uel fratrum parſ conſilii ſanioriſ ſecundum dei timorem et beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum. et ſepulturam quoq;. ipſius loci liberam eſſe decernimuſ ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui ſe iſtic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati uel interdicti ſunt nulluſ obſiſtat. ſalua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum a quibuſ mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimuſ ergo ut nulli omnino hominum liceat eccleſiam ueſtram temere perturbare aut eiuſ poſſeſſioneſ auferre uel ablataſ retinere minuere ſeu quibuſlibet uexationibuſ fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione et gubernatione conceſſa ſunt uſibuſ omnimodiſ profutura ſalua ſediſ apoſtolice auctoritate et dieceſani epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtre conſtitutioniſ paginam ſcienſ contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita niſi preſumtionem ſuam digna ſatiſfactione correxerit poteſtatiſ honoriſq;. ſui

digni-

dignitate careat reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine domni redemtoris nostri ihū Xpī aliena fiat atq; in extremo examine districte ultioni subiaceat. cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domni nostri ihū Xpī. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicium premia eterne pacis inueniant AMEN. Amen. Amen.



Ego *Alexander* catholice eccliē episcopus SS.



Ego *Hubalduſ* Hostiensis epus SS.
Ego *Theodinus* portuensis et scē Rufine sedis epus SS.
Ego *Johannis* scōrum Johannis et Pauli presbyter Card tt. Pamachii SS.
Ego *Viuianus* presb. Card. tt. scī stephani in celio monte SS.
Ego *Matthias* presbyt. Card. tt. scī marcelli SS.
✠ Ego *Gratianus* diac. Card. scorum cosme et Damiani SS.
✠ Ego *Matthias* sce marie noue diac. card. SS.
✠ Ego *Paulus* diac. card. scōrum Sergii et Bacchi SS.

Datum *Velitris* per manum *Alberti* scē Romane eccliē presbyteri Cardinalis et cancellarii VIII. Kal. martii indictione XIII. incarnationis dominice anno M. C. LXX. nono. Pontificatus uero dñī alexandri PP. III. anno XX.

a) Calwe, oppidum haud procul Gardelebia in Marca veteri Brandeburgica.
b) Loca veteris Marchiæ.
c) Locus præfecturæ Wolferbuttelanæ.
d) Panstale est pars vna vnius tugurii, in quo sal coquitur. Tugurium eiusmodi vocatur *Salzkode*. Ahenum maius, in quo sal coquitur, vocatur *Panne*, *Salzefanne*.
e) Mülmke prope Regensteinium.
f) Gebbensleben in praefectura Ierxen Princip. Wolferbuttel.
g) Ibidem.
h) Eilsleben in Principatu Halberstadensi.
i) Alias Lukkenem, Luckeln, sedes Commendatoris primarii Baliuiatus Saxonici Equitum Teutonicorum Marianorum. Locus situs est ad siluam Elm in Principatu Wolferbuttelensi, unum milliare Wolferbuttela distans.

Filum, e quo sigillum plumbeum dependet, est sericum. Sigillum vide in Tabula VIII. num. 5.

XXXIX.

Bulla Papæ Lucii III, confirmans donationes & privilegia monasterii Scheningensis ad annum 1182.

Ex autographo.

Luciuſ episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito ecclesie sancti laurentii scheningensis eiusq; fratribus tam presentibus quam futuris canonice sub-

ſubſtituendiſ IN P. P. M. Quotienſ a nobiſ petitur quod religioni & honeſtati conuenire dinoſcitur animo noſ decet libenti concedere & petentium deſideriiſ congruum ſuffragium impertiri. eapropter dilecti in domno filii ueſtriſ iuſtiſ poſtulationibuſ clementer annuimuſ & prefatam eccleſiam ſancti Laurentii Scheningenſiſ in qua diuino mancipati eſtiſ obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimuſ & preſentiſ ſcripti priuilegio communimuſ in primiſ ſiquidem ſtatuenteſ ut ordo canonicuſ qui ſecundum deum & beati regulam in eadem eccleſia inſtitutuſ eſſe dinoſcitur perpetuiſ ibidem temporibuſ inuiolabiliter obſeruetur. preterea quaſcunq;. poſſeſſioneſ quecunq;. bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium ſeu aliiſ iuſtiſ modiſ preſtante domno poterit adipiſci firma uobiſ ueſtriſq;. ſucceſſoribuſ et illibata permaneant. in quibuſ hec propriiſ duximuſ exprimenda uocabuliſ. locum ipſum in quo prefata eccleſia ſita eſt cum omnibuſ pertinentiiſ ſuiſ. in uilla que dicitur *Hergrumeſtrorp* triginta manſoſ cum tot areiſ & eccleſiam cum omni utilitate ſua. in *Schirenbike* fundum ex integro exceptiſ pauciſ manſiſ quoſ etiam *Reinharduſ* quondam epiſcopuſ beato Laurentio ſeruientibuſ in *Scheninge* tradidit & omnia alia que iuriſ ſui in predicte uille fundo erant in pratiſ paſchuiſ & ſiluiſ agriſ cultiſ & incultiſ. Jn *Scheninge* uiginti duaſ areaſ cum omnibuſ utilitatibuſ ſuiſ et decem manſoſ & dimidium ex quibuſ bone memorie *Reinharduſ* epiſcopuſ in conſecratione Scheningenſiſ monaſterii & maioriſ altariſ collato etiam banno parochiali ipſam dotauit. in uilla *Helmerikiſtorp* quindecim manſoſ & dimidium & quindecim areaſ ex quibuſ empti ſunt duo manſi & pauci iugereſ a prepoſito & ab abbatiſſa de *Hekelingge* cum conſenſu totiuſ congregationiſ cum uiginti duabuſ marciſ. in uilla que dicitur *udenon* VIIII. manſi ex quibuſ unuſ emtuſ eſt pro VII. marciſ a prepoſito de *Hennigngе* cum conſenſu congregationiſ. totam decimam quę per concambium mutata eſt a quodam *Marquardo de Guarmeſtorp* quatuor manſiſ huiuſ eccleſie *Rodeneſoweſinſ* confirmante *Ottone* quondam *Alberſtadenſi* epiſcopo. in uilla que dicitur *Sopling* unum manſum. *Delſize* treſ manſoſ. *Geroldeſtorp* ſeptem manſoſ cum area quam willeruſ beato Laurentio contulit. in *Heilliſloue* quatuor manſoſ & dimidium cum totidem areiſ. *Gericſſlowe* dimidium manſum. *Tymbere* unum manſum quem *Haygeruſ comeſ* beato Laurentio contulit. unum molendinum *Luckenen* ſitum quod Anſſriduſ beato Laurentio contulit. *Wadenſtide* nouem manſoſ & eccleſiam & unum molendinum. *Sulinge* nouem manſoſ & eccleſiam cum omni utilitate ſua. *Wobike* eccleſiam cum omni utilitate ſua. *Siſſinſleue* eccleſiam cum omni utilitate ſua. *Eſbike* eccleſiam cum omni utilitate ſua. decimaſ noualium per totam parochiam beati Stephani in *Scheninge*. eccleſiam in paruo *Hoſineſloue* cum omni utilitate ſua. in *ualdiſtorp* eccleſiam cum omni utilitate ſua & in *Rodelſtide* eccleſiam cum omni utilitate ſua cum quibuſ *Rodulphuſ* epiſcopuſ beati ſtephani eccleſiam in conſecratione dotauit. ſane noualium ueſtrorum que propriiſ manibuſ aut ſumptibuſ colitiſ ſiue de nutrimentiſ animalium ueſtrorum nulluſ a uobiſ decimaſ exigere preſumat. liceat quoq;. uobiſ clericoſ uel laicoſ e ſeculo fugenteſ liberoſ & abſolutoſ ad conuerſionem recipere & eoſ abſq;. contradictione aliqua retinere. prohibemuſ inſuper ut nulli fratrum ueſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem faſ ſit abſq;. prepoſiti ſui licentia niſi arctioriſ religioniſ obtentu de eodem loco diſcedere. diſcedentem uero abſq;. communium litterarum cautione nulluſ audeat retinere. Cum autem. generale interdictum terre fuerit liceat uobiſ ianuiſ clauſiſ & excluſiſ excommunicatiſ & interdictiſ non pulſatiſ campaniſ ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare. & ſepulturam quoq;. ipſiuſ loci liberam eſſe decernimuſ ut eorum deuotioni & extreme uoluntati qui ſe iſtic ſepeliri deliberauerint niſi forte excommunicati uel interdicti ſint nulluſ obſiſtat ſalua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum a quibuſ mortuorum corpora aſſumuntur. obeunte uero te nunc eiuſdem loci prepoſito uel tuorum quolibet ſucceſſorum nulluſ ibi qualibet ſubreptione aſtutia ſeu uiolentia preponatur niſi quem fratreſ communi conſenſu uel fratrum parſ conſilii ſanioriſ ſecundum dei timorem & beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum. Decernimuſ ergo ut nulli omnino hominum liceat eccleſiam ueſtram temere perturbare aut eiuſ poſſeſſioneſ auferre uel ablataſ retinere minuere ſeu quibuſlibet uexationibuſ fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibuſ omnimodiſ profutura ſalua ſediſ apoſtolice auctoritate & dieceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſti-

ſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtre conſtitutioniſ paginam ſcienſ contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita niſi reatum ſuum digna ſatiſfactione correxerit. poteſtatiſ honoriſq;. ſui dignitate careat reamq;. ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine domni redemtoriſ noſtri ihū Xpī aliena fiat atq;. in extremo examine diuine ultioni ſubiaceat. Cunctiſ autem eidem loco ſua iura ſeruantibuſ ſit pax domni noſtri ihū Xpī quatenuſ & hic fructum bone actioniſ percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne paciſ inueniant AMEN.





✠ Ego Chunradᵘˢ ſabinenſis ēps et ..... SS.
✠ Ego Theodinus portuenſis et ſcē Rufine ſedis ēps SS.
✠ Ego Petrᵘˢ Tuſculanᵘˢ epiſcopus SS.
✠ Ego Paulᵘˢ preneſtinus ēps SS.
✠ Ego Petrus tt. ſce Suſanne p̄br cardinalis SS.
✠ Ego Viuianus tt. ſcī Stephani in celio monte p̄br Card. SS.
✠ Ego Arduinus preſbyter card. tt. ſcē crucis in Jeruſalem SS.
✠ Ego Laborans p̄br card. ſce marie trans Tiberim tt. calixti SS.
✠ Ego Jacintus diac. card. ſcē marie in coſmydin SS.
✠ Ego Ramerius diac. card. ſcī georgii ad uelum aureum SS.

Datum Velletris per manum Alberti ſcē Romane ecclie preſbyteri card. & cancellarii. nonis maii indict. XV. incarnationis dominice anno M. C. LXXXII. pontificatus uero dñī LUCII PP. III. anno primo.

Filum, e quo ſigillum plumbeum dependet, eſt ſericum.

XL.

Bullatæ Lucii III. *pontificis maximi litteræ, quibus ad annum* 1184. *omnia priuilegia & poſſeſſiones eccleſiæ corbeienſis confirmantur.*

Ex autographo.

Luciuſ epiſcopuſ ſeruuſ ſeruorum dei dilectiſ filiiſ *Conrado Corbeienſi abbati* eiuſq;. fratribuſ tam preſentibuſ quam futuriſ regularem uitam profeſſiſ in P.P. M. Juſtitie ratio exigit & apoſtolice ſediſ benignitaſ depoſcit ut perſoniſ & lociſ beato Petro ſpecialiuſ adherentibuſ & in ſancte Romane eccleſie fidelitate atq;. obedientia deuotiuſ permanentibuſ protectioniſ noſtre manum abundantius extendamuſ atq;. illiſ ſua iura & collataſ dignitateſ benignitate debite conſeruemuſ. Ea propter dilecte in Chriſto fili *conrade Corbeienſiſ abbaſ* deuotionem quam erga

 ſedem

ſedem apoſtolicam geris diligentiuſ attendenteſ dignitatem predeceſſoribuſ tuiſ per noſtrorum predeceſſorum Romanorum pontificum priuilegia tradita nos quoq;. propitiante domno inconuulſam uolumuſ conſeruari. Quocirca preſentiſ decreti auctoritate concedimuſ te in precipuis ſolemnitatibuſ ſandaliis & dalmatica uti. iuxta altare ſedere. populum infra commiſſum tibi monaſterium uel prioratuſ conuentualeſ que pertinent ad anime ſalutem docere. preterea uſum mitre & anuli in eiſdem ſolemnitatibuſ tam tibi quam tuiſ ſucceſſoribuſ dei & apoſtolice ſediſ clementia perpetuiſ temporibuſ indulgemuſ ſicut predeceſſoribuſ tuiſ a noſtriſ predeceſſoribuſ Romañ. pontificibuſ eſt conceſſum. ipſum preterea *corbeienſe monaſterium* cui deo auctore preeſſe dinoſceris. ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimuſ & preſentiſ ſcripti priuilegio communimuſ. ſtatuenteſ ut quaſcunq;. poſſeſſioneſ quecunq;. bona idem monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium ſeu aliiſ iuſtiſ modiſ preſtante domno poterit adipiſci. firma uobiſ ueſtriſq;. ſucceſſoribuſ illibata permaneant. in quibuſ hec propriiſ duximuſ exprimenda uocabuliſ. decimam uidelicet de curia *Luithardeſſen*. decimam de curia *Beueringen*. decimam de curia *Daſborg*. decimam de *mulenhuſen*. decimam de curia *Zeldorp*. decimam de curia *Munden*. decimam de curia *Boderike*. decimam de curia *Munichuſen*. decimam de curia *Bederinkhuſen*. decimam de curia *Wluelage*. decimam de curia *Zomburſtelde*. decimam de curia *Nienſtede*. decimam de curia *Volkmareſe*. decimam de curia *Luithmareſſun*. decimam de curia *Luithereſſen*. decimam de curia *Erclen*. decimam de curia *Brumelinktorp*. decimam de curia *Leziaci*. decimam de curia *Caſtinaci*. decimam de curia *Zottepe*. decimam de curia *Nuthlon*. decimam de curia *Keſlike*. decimam de curia *Nen*. decimam de curia *croppenſtide*. decimam de curia *Zemmenthorp*. decimam de curia *Zolthuſen*. decimam de curia *Gruninge*. in *Freſia* quandam poſſeſſionem que uocatur *Nerthen*. & in eodem loco eccłam de *Linguord*. inſulam *Rumenam*. & piſcationem *Zocwar*. concedimuſ etiam ut omnia quecunq;. in tui memoriam uel iam conſtituiſti uel in poſterum eſ conſtituruſ uel alii ante te conſtituerunt uel poſt te conſtitituri ſunt nulluſ immutare uel auferre preſumat ſine communi fratrum conſenſu. Statuimuſ quoq;. ut quicunq;. abbaſ caſtrum *Willborg*. quod tu ad defenſionem *Corbeienſis* eccleſie muniuiſſe uideriſ in beneficium alicui conceſſerit anathematis uinculo donec reſipuerit teneatur. ſancimuſ etiam ut ipſum monaſterium nulli omnino perſone in beneficium quib⁹lib& occaſionib⁹ aliquando concedatur ſed ſemper ſub protectione Romanorum pontificum atq;. imperatorum uel regum defenſione permaneat adiicienteſ quod monaſterium *Zereſburg* cum decimiſ circa montem per duaſ Saxonicaſ raſtaſ ſicut a beatę memorię *Leone* P̄P̄. ex petitione *Karoli magni* imprimiſ qui ipſum montem expugnauerat collate noſcuntur. monaſterium quoq;. in *Groninga* et monaſterium in *Keminata* nunquam ab eodem Corbeienſi alienentur cenobio. ſed per ipſiuſ loci abbatem ſemper regantur. & ſalubriter ſub monaſticę diſciplinę regula ordinentur. nec alicui facultaſ ſit quidquam de boniſ eorundem trium monaſteriorum ad uſuſ & prębendam domno inibi famulantium pertinentibuſ commutare. in beneficium concedere. uel alienare ſine aſſenſu fratrum in eiſdem cenobiiſ manentium. fauore corbeienſiſ capituli. uolumuſ etiam ut prepoſitura clericorum eccleſię *ſancti Pauli* que uocatur *noua eccleſia* ſub eiuſdem *Corbeienſiſ* abbatiſ ordinatione ſicut hactenuſ ſemper conſiſtat. nec abbati uel prepoſito liceat canonicorum prebendaſ abſq;. clericorum conniuentia in beneficium conferre ſeu commutare atq;. diſtrahere. Preterea conſtituimuſ ut infra ambitum muri ſepe memorati *Corbeienſis* monaſterii. nemo clericorum uel laicorum iure proprietatiſ uel beneficii manſionem aliquam ullo tempore habeat. ſed totuſ ipſiuſ loci ambituſ abbatiſ monachorum & aliarum religioſarum perſonarum uſibuſ & habitationibuſ pateat. Prohibemuſ autem ut in eodem monaſterio *nulli epiſcoporum preter Romanum pontificem liceat quamlibet iuriſdictionem habere*. ita ut niſi ab abbate illiuſ monaſterii fuerit inuitatuſ nec miſſarum ſolemnia ibidem celebrare preſumat. ut igitur hec omnia que ſupra diximuſ plenum in poſterum robur obtineant. Sicut in autenticiſ predeceſſorum noſtrorum priuilegiiſ continentur. tam tibi quam ſucceſſorib. tuiſ ea fauoriſ noſtri auctoritate confirmamuſ. decernimuſ ergo. ut nulli omnino hominum liceat prefatum monaſterium temere perturbare. aut eiuſ poſſeſſioneſ auferre. uel ablataſ retinere minuere ſeu quibuſlibet uexationibuſ fatigare. ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatio-

tatione conceſſa ſunt uſibuſ omnino profutura. ſalua ſediſ apoſtolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtrę conſtitutioniſ paginam ſcienſ contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita. niſi preſumtionem ſuam digna ſatiſfactione correxerit. poteſtatiſ honoriſq;. ſui dignitate careat. reamq;. ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine dei & ſaluatoriſ ihū Xpī aliena fiat. atq;. in extremo examine diſtrictę ultioni ſubiaceat. cunctiſ autem eidem loco ſua iura ſeruantibuſ ſit pax domni noſtri ihū Xpī quatenuſ & hic fructum bonę actioniſ percipiant. & apud diſtrictum iudicem premia eternę paciſ inueniant AMEN.



Ego *Lucius* catholice eccle ēps SS.



✠ Ego *Johanneſ* p̄br card. tt. ſcī marci SS.
✠ Ego *Laboranſ* p̄br cārd. tt. ſcē marie tranſ tiberim SS.
✠ Ego *Hubi* p̄br card. tt. ſcī Laurentii in damaſo SS.
✠ Ego *Pandulphꝰ* p̄br cārd. tt. baſilice XII. āp̄lorum SS.
✠ Ego *Cunraduſ* ſabinenſis & moguntinę ſediſ archiēps SS.
✠ Ego *Theodinꝰ* portuenſis & ſcē Rufinę ſedis ēps SS.
✠ Ego *Henricꝰ* Albanenſis ēps SS.
✠ Ego *Theobaldꝰ* Hoſtienſis & velletrenſis ēps SS.
✠ Ego *Arditio* diac. card. tt. ſcī Theodori SS.
✠ Ego *Gratianꝰ* tt. ſcōrum coſme & damiani diac. cārd. SS.
✠ Ego *Soffredꝰ* tt. ſcē marię in uia lata diac. Card. SS.
✠ Ego *Albinꝰ* tt. ſcē̄ marię noue diac. card. SS.

Data *Veronę* per manum *Hugoniſ* ſanctę Romanę eccleſię notarii IIII. Kal. nouemb. indict. III. anno incarnat. dn̄icę M. C. LXXX. IIII. pontificatꝰ *Lucii* PP. III. anno IIII.

XLI.

Teſtamentum Heinrici Leonis quondam ducis Saxoniæ & Bavariæ ad annum 1196.

Ex manuſcripto.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis *Heinricus* dei gratia *dux*. pietatis opera non ſolum in uita preſenti promouenda ſunt. ſed etiam poſt mortem ſi fieri poteſt extendenda. ne ergo hereditatis mee teſtimonium inter filios meos non equa portione diſtrahatur. ego precauens in futurum filio meo *Heinrico* ſeniori *Brunſuik* aſſigno cum patrimonio attinenti. *Wilhelmus* habeat *lauenburg* et *luneborg* cum prediis attinentibus. *Otto* habeat *Haldeſleue* et omnia attinentia. miniſteriales mei ſecundum quod plus uel minus digniores habentur inter filios ad eorum officium adſcribantur. Hec conſcripta anno domni M. C. XCV. indict. XII. Kalend. ſeptemb. die exitus mei apropinquante. ne autem extrema ordina-

tionis mee uoluntas uel extreme uoluntatis ordinatio habeatur ambigua. hanc paginam sigilli mei impressione signari iussi.

XLII.

Heinrici ducis Saxoniæ & comitis palatini Rheni diploma, quo profitetur, Heinricum de Twiflinge dedisse monasterio Scheningensi molendinum, intra Scheningam situm, anno 1196.

Ex autographo.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Heinricus* dei gratia *dux Saxonie* et *palatinus comes reni.* dignitatis nostre debitum exigit. ut ecclesiis dei omni qua possumus diligentia prouidere studeamus. Notum igitur esse uolumus tam presentis quam futuri temporis fidelibus. quod *Heinricus de Twiflinge* ex permissione nostra et *fratrum nostrorum Willehelmi* et *Ottonis* cum consensu heredum suorum molandinum quoddam de predio suo in *Shceminge* situm ecclesie beati Laurentii in eadem uilla pro anima patris sui et matris sue et fratris sui uxoris quoq. sue et filiorum suorum cum omni integritate cōtulit. hac conditione. ut custos iam dicte ecclesie censum molandini cum omni utilitate annuatim recipiat et inde luminaria ecclesie prouideat. hoc ergo propositum suum rationabile approbamus. et quicunq. contra hoc factum in posterum uenire temptauerit offensam dei omnipotentis et nostram se nouerit incurrisse. Huius ordinationis testes sunt. *Thidericus prepositus eiusdem loci. Conradus prior* fratres eiusdem ecclesie *Wernerus. Udo. Aldagus. Edelerus. Otto* cum uniuerso conuentu. Laici *Bertoldus Scultetus. Bertoldus de longa curia. Henricus Gogreue* et alii quam plures tam clerici quam laici.

Factum est hoc anno domni M. C. LXXXX. VI. indictione XIIII. VI. id. Septembris. presidente sancte Rom. ecclesie *PP. celestino.* regnante *Heinrico* Rom. imperatore. ut autem hoc factum et inconuulsum permaneat hanc paginam sigilli nostri impressione signauimus.

XLIII.

Diploma Conradi episcopi Halberstadensis, quo ipse donationes bonorum, ad Baddenloue, Asbike & Denckhe villas sitorum, monasterio Scheningensi ad annum 1202. confirmat.

Ex autographo.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis ego *Conradus* dei gratia *Halberstadensis* episcopus uniuersis Christi fidelibus in ppetuum. quoniam attestante apostolo non habemus hic manentem ciuitatem ad supernam illam habitationem que stabilis est et nullo fine clauditur tota auiditate properemus ut post huius uite terminum consortium adipisci mereamur angelorum. mundus itaq. iste uelut carcer est tenebrosus in quo nullus nascitur ut non moriatur. quidnam aliud est uita ista nisi quedam exilii habitatio in qua uelut in carcere constituti peregrinamur a domino unde beatus Paulus in lutea habitatione carnis adhuc degens optans ait cupio dissolui et esse cum Christo igitur cum uita ista ut ex premisso liquet instabilis sit et transitoria atq. ut ita dixerim uerna incertior aura. unicuiq. consultum esse uolo. ut ita semina sua germinare hic faciat operando quatenus post messis consummationem fructum eterne remunerationis percipiat a domino. nisi enim hic larga seminum prius exuberet plantatio omni spe frugum cassata nulla de premio sequitur certitudo. unde domnus *Hermannus de Werberg* et *frater suus* domnus *conradus* uiri ambo *nobiles* et beate memorie ut metere dignentur celestium manipulos premiorum non parce hic seminauerunt. dum de bonis suis ecclesiarum reditibus adauctis cetera Christi pauperibus erogauerunt. quorum laudabilis memoria

ria ut in perpetuum maneat illabefacta contulerunt eccleſie ſancti Laurentii in in *Scheninge* manſum unum in *Baddenloue* X. ſolidoſ ſoluentem pro remedio animę *patriſ ſui* domni *Ekkehardi*. de profectu etiam ſalutiſ ſuę agenteſ unanimi conſenſu et uoto obtulerunt eidem eccleſię treſ manſoſ et dimidium in *Aſbike* ſitoſ et treſ areaſ cum omni utilitate. huiuſ donationiſ diſpenſatio facta fuit biennium ante obitum domni *Hermanni* promittentibuſ utriuſq;. *fratribuſ* ſub fideli teſtimonio in manuſ miniſterialium ſuorum domni uidelicet *Stephani de Helmenſtad conradi Vogel de Aſbike Jordaniſ de Waltestorp Arnoldi de Kiſſenloue Tiderici de Rode* ut dum unuſ preueniat alium in morte ille qui ſuperſteſ eſſet nullo modo pactum hoc infringeret ſed pro fideli ſponſione ratum haberet . . . . . quaſi ſub firmo uinculo quieuit hec felix conſpiratio. poſt duoſ itaq;. annoſ domnuſ *Hermannuſ* aſſumptuſ eſt ab hoc ſeculo et continuo ceſſerunt predicta bona cum uiginti quinq;. marciſ quaſ in obitu ſuo obtulit in uſum eccleſie domno *Conrado* fratre ſuo conſentiente et tam pro ſe quam pro fratre ſuo in preſentia eccleſie Halberſtadenſiſ offerente. quam oblationem ego *Conraduſ* eiuſdem eccleſie epiſcopuſ de manu ſua recepi ad uſum et proprietatem beati Laurentii et ei famulantium in *Schenigge* preſentibuſ iſtiſ teſtibuſ. *Wernhero maioriſ eccleſie prepoſito. Liudolfo de Heſſenem. Friderico uicedomino. abbate Roberto de Huiſborg. abbate Sigfrido de Wimedeborch. Teoderico eiuſdem eccleſie prepoſito. comite Alberto de Werniggerod. comite Burchardo de Valkenſtein. Teoderico de Heſſenem. Ceſario de Halberſtat* et aliiſ quam pluribuſ. Omnibuſ etiam notum fieri uolumuſ domnum *Theodericum* beatę memorię *epiſcopum noſtrum predeceſſorem* et *patruum* unum manſum eidem eccleſię contuliſſe in eadem uilla ſitum, quem fratreſ ipſiuſ cenobii a domno *Ceſario* et *Vaſmodo* et *Liudolfo de Bunede* qui eum in beneficio habebant pro X marciſ redemerunt. domnuſ etiam *Widikinuſ de Eueſheim* a) pro ſorore ſua eidem eccleſię contulit manſum et dimidium et domnuſ *Fridericuſ de Urede* b) pro ſua ſorore unum manſum dimidium uero manſum comparauerunt ab ipſo *Fridrico Teodoricuſ* prepoſituſ et fratreſ iſtiuſ loci pro ſex marciſ et dimidia. hec autem bona pariter ſita ſunt in uilla quę dicitur *Denethe*. huic oblationi et comparationi aſſenſerunt heredeſ cum domniſ ſuiſ domno ſcilicet *Heinrico duce de Bruneſwic* et fratrum ſuorum domno *Ottone* et domno *Willehelmo* preterea domnuſ *Heinricuſ de Twiſſlige* pro anima patriſ et matriſ et fratrum et uxoriſ et filiorum ſuorum obtulit ipſi eccleſię unum molendinum XII ſolidorum in *Schenigge* ſitum et domnuſ *Aluericuſ marſcalcuſ* pro nepte ſua eidem cenobio duaſ areaſ et quinq;. panſtalia XII. ſolidoſ ſoluentia *Wernhero* et *Eilberto* ipſiuſ puelle fratribuſ cum ceteriſ heredibuſ conſentientibuſ in proprium legauit. Hec igitur omnia a predictiſ hominibuſ ſancto Laurentio in *Schenigge* collata ut in perpetuum maneant inuiolata ſigilli noſtri impreſſione et auctoritatiſ noſtre banno confirmamuſ. Si quiſ etiam hanc confirmationiſ paginam infringere attemptauerit reum ſe diuine maieſtatiſ et anathematiſ uinculo obligatum certiſſime nouerit. Acta ſunt hec anno dominice incarnationiſ M. CC. I. I. ordinationiſ autem noſtrę anno primo indictione quinta . . mai.

a) Eueſen haud procul Wolferbuttela.
b) Vhre, villa æque præfecturæ Wolferbuttelenſis.

Sigillum eſt fractum.

XLIV.

Diploma Conradi epiſcopi Halberſtadenſis ad annum 1202, quo permittit obligari monaſterio Scheningenſi tres manſos & dimidium, ad Eſbeke ſitos, a Conrado de Werberge.

Ex autographo.

Conraduſ dei gratia Halberſtadenſiſ epiſcopuſ omnibuſ ad quoſ preſenſ ſcriptum deuenerit perpetuam in domino ſalutem. quoſcunq;. contractuſ in eccleſiiſ nouimuſ rationabiliter celebratoſ ut contra malignantium calumpniaſ illibati per-

maneant auctoritatiſ noſtrę iuſte debemuſ robore communire. nouerit igitur fidelium uniuerſitaſ, quod dilectuſ *noſter conſanguineuſ Conraduſ de Wereberge* treſ manſoſ et dimidium in *Eſbeke* ſitoſ, quoſ de manu noſtra iure poſſidet feodali, ut eccleſie beati Laurentii in *Scheninge* eoſ ſibi foret libitum obligare, noſtrę requiſiuit uoluntatiſ conſenſum. quod cum noſ libenter admitteremuſ. quoniam ipſum deo uocante ſi decedere contingeret. cum heredeſ non habeat. ipſa bona libere nobiſ uacare inciperent. de petitioniſ ſuę inſtantia tandem permiſimuſ. ut bona predicta obligaret eccleſię in *Scheninge* dilectiſ fidelibuſ noſtriſ *Tiderico* et *Wolrado fratribuſ de Zeſnem* in manu noſtra pro ipſo fideliter promittentibuſ quod ſi ipſe diuina uocatione ſine herede deceſſerit ipſi bona pretaxata quę pro XXV. marciſ iam dictę eccleſię obligauit nobiſ uel legitimo ſucceſſori noſtro ſine contradictione qualibet liberabunt. Cuiuſ rei teſteſ ſunt *Fridericuſ* noſtrę maioriſ eccleſię *canonicuſ* et *vice dominuſ*. *Burchardus archidiaconuſ*. *Sifriduſ Wimodeburgenſiſ abbaſ*. laici. *Burchardus comeſ de Valkenſtein*. *Jordanuſ dapifer de Brunewik*. *Tidericuſ de Sumeringe Conraduſ de Eſbeke* et alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno incarnationiſ uerbi M. CC. II. indictione V. preſidente ſcē Romanę ecclię dnō *Innocentio PP. III.* ordinationiſ nr̄ę anno primo. ne ergo in poſterum ſuper hoc habeatur ambiguitaſ hanc paginam noſtram conſcriptam impreſſione noſtri ſigilli fecimuſ inſigniri.

Sigillum eſt fractum.

XLV.

Diploma Heinrici ducis Saxoniæ & comitis palatini ad Rhenum de partitione patrimonii paterni ad annum 1203.

Ex manuſcripto.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Henricus* dei gratia dux *Saxonie* et *palatinus comes reni*. prudentia veterum conſuluit ut res aut rerum contractus qui teſtimonio poſterorum uel modernorum indigent ſcriptis et memorie committerentur. notum ſit igitur tam futuris quam preſentibus uniuerſiſq. Chriſti fidelibus qui hoc ſcriptum adierint. quod ex conſilio domni noſtri *Ottonis Romanorum regis* inuictiſſimi et ſemper auguſti et conuenientia noſtra et *fratris noſtri Wilhelmi* partitionem patrimonii noſtri fecimus. hec eſt autem pars que *fratrem noſtrum Wilhelmum* contingit *Luneborg* et tota prouincia a *Luneborg* uſq. ad fluuium *Seuena* et ab eo loco. ubi Seuena influit *Albiam*. quidquid eſt ultra *Albiam* uſque ad mare et uſq. ad *Slauiam* proprietatis et citra *Albiam* et ab eo loco. ubi *Seuen.* propius eſt uſque *Daulo*. et a *Daulo* uſq. *Wittinghe*. a *Wittinghe* uero Swibecke uſq. Wadenberge. a *Wadenberge* uſq. *Wagerſleben*. a Wagerſleben uſq. in montem qui dicitur *Hariz* et *Reymbecke* omnes termini predicti parti *Wilhelmi* ceſſerunt. quidquid autem proprietatis eſt a terminis predictis uerſus orientem *Wilhelmi* eſt. hec ſunt nomina urbium *Lauwenberg* a) *Blanckenburg Reghenſtein Zeimenburgh Zideſackere Dalenburgh Brome* et *Nienwalde*. preterea omnis proprietas *Zaldeſleue* et proprietas tota in *Nendorp* et omnes miniſteriales qui intra iſtos terminos commorantur. preter Jordanem Iuſarium et Annonem. hec omnia ceſſerunt parti *Wilhelmi* et ſuis heredibus in ius proprietatis. Huius rei teſtes ſunt *Bernardus padelburnenſis* epiſcopus. *Zeribertus hildenſemenſis* epiſcopus. *Widekindus corbeienſis* abbas. *Zeribertus* Werdinenſis abbas. laici. *Simon comes de Tekeneborg*. *Bernhardus comes de Welipa*. *Zeinricus comes de Stumpenhuſen*. *Zerimannus comes de Lippia*. *Conradus de Dieka*. *Zeinricus de Danne*. *Conradus de Wilbere*. *Simon Aquenſis*. Miniſteriales quoq. noſtri *Ludolfus de Aſibeke* et *Balduinus frater eius*. *Baſilius de Oſterode*. *Fridericus de Volckmarode*. *Eilardus de Zoberge*. *Ludolfus de Bortfelde*. *Octauius de Rotdorp*. *Zardeuicus de Willeſtorp*. *Zartungus de Rodenkerken*. *Zerwicus de Uttenſen*. Acta ſunt hec apud *Padelburne* anno dominice incarn̄. M. CC. III. indict. quinta. preſidente ſancte Romane eccleſie *Innocentio* huius nominis tertio regnante ſereniſſimo

mo domno noſtro *Ottone* quarto Romanorum rege ſemper auguſto. Ut autem hec partitio que amice et rationabiliter facta eſt rata et inconuulſa omni permaneat tempore et nulli prorſus ſit ambigua preſentem paginam huius rei teſtimonium ferentem ſigilli noſtri impreſſione muniuimus.

a) Locus euerſus prope Quedlinburgum.

XLVI.

Diploma Friderici Halberſtadenſis epiſcopi, quo ille ad annum 1212. *approbat tranſactionem, a monaſterio Scheningenſi atque Alberto comite de Oſterburch factam ſuper villa Scerenbike* (Schirmke) *& ſilua adiacente.*

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Fridericuſ* dei gratia *Halberſtadenſiſ* eccleſie *epiſcopuſ* in perpetuum. Ut contractuſ qui rationi et concordie innituntur robur obtineant et uigorem et ope teſtium et uiuaci littera tam ualide duximuſ perhennare. ne in poterum diductu temporiſ in irritum reuocentur ſed firma permaneant et perpetualiter inconuulſa. Eapropter notum eſſe uolumuſ uniuerſiſ Chriſti fidelibuſ tam preſentiſ temporiſ quam futuri. quod cum inter dilectum filium *Tidericum ſceningenſis* eccleſie prepoſitum et conuentum eiuſdem eccleſie ex una et *comitem Albertum de Oſterburg* ex parte altera ſuper uilla quadam prope *Ochterſburc Scerenbike* *) nomine et ſilua adiacente longa diu diſceptatio verteretur nec potuiſſet *eiſ uiuentibuſ* complanari. eiſ tandem uniuerſe carniſ uiam ingreſſiſ et nouiſ ſuccedentibuſ hinc inde perſoniſ *Ottone* uidelicet prepoſito et *Sifrido comite prefati Alberti filio* liſ eadem habetur prepoſito una cum conuentu ſuo predicta bona ipſiuſ eccleſie attinere. comite autem in contrarium allegante et affirmatiue hinc inde dicentibuſ bona ſibi ſpiritualiter pertinere. tale medium inter eoſ de conſilio prudentum uirorum acceſſit. ut *comeſ Sifriduſ* ſuiq. heredeſ duoſ manſoſ in uilla habeant memorata et ſiluam dimidiam teneant in futurum. Uillam autem ex integro hiiſ duobuſ manſiſ exceptiſ et ſiluam dimidiam eccleſia Scheningenſiſ perpetualiter poſſidebit. et ſic in bono paciſ liſ diu habita eſt ſopita et placuit utrobiq. *uxore comitiſ domna Sophia* et *eiuſ filio Wernero* compromittentibuſ et conſentientibuſ in hoc facto. huiuſ rei teſteſ ſunt. *Johanneſ prior de Scheninge. Edeleruſ. Johanneſ.* ſacerdoteſ. *Kunemunduſ* et *Fridericuſ de Badeſleue. Zermannuſ de Merica. Zermannuſ de Barterſtide. Bertolduſ de Grafhorſt. Stephanuſ* et *Wigarduſ de Veltheim. Wolbertuſ de Uſuelde. Wolbertuſ de Germerſleue* et alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno dñice incarnationiſ M. CC. XII. indictione XIIII. Ne ergo ſuper ipſo contractu aliquid impoſterum ambiguum habeatur duaſ paginaſ inde conſcribi ſigilliq. noſtri impreſſione fecimuſ inſigniri unam eccleſie Sceningenſi et alteram comiti in teſtimonium erogenteſ et ſub interminatione anathematiſ diſtrictiuſ inhibenteſ ne quiſ contra id quod prouide de conſenſu partium eſt contractum preſumtione temeraria uenire preſumat. Datum per manum Tiderici notarii noſtri anno conſecrationiſ noſtre III.

*) Schirmke nunc villa & præfecturæ domicilium in Marchia veteri Brandenburgica.

Sigillum eſt fractum.

XLVII.

Papæ Honorii III. *mandatum de bonis quibuſdam, monaſterio Scheningenſi ablatis, circa annum* 1220.

Ex autographo.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis. Decano. cantori et ſcolaſtico *Ildeſemen.* ſalutem et apoſtolicam benedictionem ſua nobis *Scenigneſe*

nense capitulum querela monstrarunt. quod *nobilis uir. comes de Aldenhusen Alberstadensis diocesis* eorum ecclesiam quibusdam possessionibus contra iustitiam spoliauit. super hoc et aliis dampna eis grauia inferendo. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus. quatinus comitem ipsum ut eidem ecclesie. possessiones predictas restituat et de dampnis satisfaciat. omni seria admonitione premissa per censuram eccliasticam appellatione remota mediante iustitia compellatis. Testes autem qui fuerant nominati si se gratia. odio. uel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione cessante cogatis ueritati testimonium perhibere. quod si non omnes hiis. exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilo minus exequantur Datum Laterani III kalendarum nouembris pontificatus nostri anno quinto.

XLVIII.

Papæ Honorii III. confirmatio emtionis possessionum quarundam cum iure aduocatiæ dato per quendam Onargum circa annum 1221.

Ex autographo.

Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito et capitulo ecclesie Sceningensis salutem et apostolicam benedictionem. iustis petētiū desideriis dignum est nos facile prebere assensū et nota que a rationis tramite don discordant affectu prosequente complere. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. possessiones quas dudum a quodam Onargo et filiis eius laicis proponitis uos emisse cum iure aduocatie ipsarum uobis a uenerabili fratre nostro episcopo Alberstadensi de capituli sui consensu prouida deliberatione concessa ac alia bona uestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit indignationem omnipotentis dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani V id⁹ decembris pontificatus nr̄i anno quinto.

XLIX.

Diploma Heinrici ducis Saxoniæ et comitis palatini ad Rhenum, quo ipse ad annum 1222 ratam habet emtionem novem mansorum, ad Snetingehusam sitorum.

Ex membrana.

In nomine sancte et iudiuidue trinitatis *Heinricus dux Saxonie et comes palatinus reni* tam presenti quam generationi omnique uentura est in perpetuum. Notū esse uolumus. quod *iutta de clawenberge* ministerialis nostra defuncto marito suo ministeriali nostro urgentibus eam creditoribus bona sua in *Snetingehusen* nouem videlicet mansos cum omnibus attinentiis. pratis. siluis. aquis. piscatura. agris cultis et incultis consensu et uoluntate nostra. filie sue tunc maritate et aliorum coheredum suorum assensu ecclesie beate marie in *Amelungesborne* cum omni iuris plenitudine et ab omni exactionis grauamine libera uendidit et absoluta. Sed quia tres filii sui ad perfectam discretionis etatem nondum peruenerant. duodecim posuit fide iussores quorum nomina sunt hec. *Thidericus de Woldershusen. Heidenricus Reme. Heinricus Hoie. Heinricus de Suse. Heinricus de Clawwenburg frater domne. Heinricus de Bonikenhusen* et *frater eius Johannes. Heinricus de Aldentorp. Olricus de Oldendorp. Thidericus de Aldendorp. Heinricus de Medehem.* a) *Lippoldus filius Heinrici Hoien.* ex quibus si quis forte moritur. alius substituetur. qui fide data in manus *comitis ottonis de Euer-*

ad pag. 775.

Honorius epʒ ſeruus ſeruoꝝ dei . Dilecꝯ filiis . Decanꝯ . Camoꝝ ⁊ . Scolaſtico Sſſe ſemēſ. Salt ⁊ apſtīcam bēn. Sua nob Scenigneſ Capitulum querela monſtrarunt. qd nobilis uir . Comes de Aldegusen Albſtadēſ dioc eoꝝ eccliam quibꝫdam poſſeſſionib. contra uſtitiam ſpoliauit. ſup hoc ⁊ aliis dampna eis grauia inferendo Quocirca diſ cretioni uře p apſtica ſcripta mandam quatꝯ Comitem ipm ut eidem eccie poſſeſſiones pdictas reſtituat ⁊ de dampnis ſatisfaciat omi ſeria admonitione pmiſſa p cenſuram eccliaſticā appllone remota mediante uſtitia compellatis. Teſtes aut qui fuīt notāti ſi ſe gra . dio . ut timore ſubtraxerit p cenſurā eandem appllone ceſſante legatis ueritati teſtimoniū phibe. Qđ ſi non omes huis exequcōis poſtu rus mere duo uīm ea nichominꝰ exequant Dat Laterani . iij Kl Nouemb. pontificatus iiij anno Quinto .



assin

Litteræ Ekehardi Merſburgenſis epiſcopi, quibus inungit ſuæ diœceſeos plebanis, vicariis et ceteris, ut in ſubſidium monaſterii Scheningenſis eleemoſynas conferant, ad annum 1235.

Ex autographo.

Ekehardus permiſſione diuina *Merſeburgenſis eccleſie epiſcopus* uniuerſis plebaniſ ac uicariis et omnibus Chriſti fidelibus per *merſeburgenſem dioceſin* conſtitutis ſalutem in eo qui ſolus eſt omnium uera ſalus, quoniam ut ait apoſtolus omnes aſtabimus ante tribunal iudicis. recepturi prout egimus in corpore, ſiue bonum fuerit ſiue malum. oportet noſ diem meſſionis extreme. miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare debemus in terris. reddente domno cum multiplicato fructu colligere debeamus in celis firmam ſpem fiduciamq. tenentes. quoniam qui parce ſeminat parce etiam metet. et qui ſeminat in benedictionibus. de benedictionibus et metet uitam eternam. cum ut audiuimus monaſterium Beati Laurencii in *Schiningen* non adhuc penitus ſit perfectum. et prepoſitus loci eiuſdem. huic conſummacioni feliciter et ardenter omnimodis innitatur ac prebendula dominorum ibidem deo militancium adeo te-

tingehuſam ſitorum.

Ex membrana.

In nomine ſancte et iudiuidue trinitatiſ *Heinricuſ dux Saxonie et comeſ palatinuſ reni* tam preſenti quam generationi omnique uentura eſt in perpetuum. Notū eſſe uolumus, quod *iutta de clawenberge* miniſterialiſ noſtra defuncto marito ſuo miniſteriali noſtro urgentibuſ eam creditoribuſ bona ſua in *Snetingehuſen* nouem videlicet manſoſ cum omnibuſ attinentiiſ. pratiſ. filuiſ. aquis. piſcatura. agriſ cultis et incultiſ conſenſu et uoluntate noſtra. filie ſue tunc maritate et aliorum coheredum ſuorum aſſenſu eccleſie beate marie in *Amelungeſborne* cum omni iuriſ plenitudine et ab omni exactioniſ grauamine libera uendidit et abſoluta. Sed quia treſ filii ſui ad perfectam diſcretioniſ etatem nondum peruenerant. duodecim poſuit fide iuſſoreſ quorum nomina ſunt hec. *Thidericus de Wolderſhuſen. Heidenricus Reme. Heinricus Hoie. Heinricus de Suſe. Heinricuſ de Clawwenburg frater domne. Heinricuſ de Bonikenhuſen* et *frater eius Johanneſ. Heinricuſ de Aldentorp. Olricuſ de Oldendorp. Thidericuſ de Aldendorp. Heinricuſ de Medehem.* a) *Lippolduſ filiuſ Heinrici Hoien.* ex quibuſ ſi quiſ forte moritur, aliuſ ſubſtituetur. qui fide data in manuſ *comitiſ ottoniſ de Euer-*

Euerſtein. comitiſ Adolfi iunioriſ de Niennouere. utriuſq; Bodoniſ de Homborg. Hermanni et *Erneſti de Uſlaria* fiducialiter et conſtanter eadem promittet. ſi autem filii domne predicte ad annum uenerint diſcretionif et predictā uenditionē ratam habere noluerint. prenominati fideiuſſoreſ *Huxariam* ingrediantur inde non egreſſuri niſi predicto contractui uoluntarium prebuerint conſenſum et aſſenſū. Adiectum eſt etiam. ut prenominati fideiuſſoreſ *Huxariam* ſimiliter ingrediantur. ſi iuſtitia uel amicabili compoſitione noluerint amouere. ſi forte in poſterum in eiſdem boniſ quippiam iuriſ ſibi preſumpſerit uindicare. Ne autem hec a memoria exciderent futurorum paginam hanc conſcribi fecimuſ et ſigilli noſtri impreſſione firmari. facta ſunt hec in *Gottingen* nobiſ ibidem exiſtentibuſ anno incarnat. dñice M. CC. XX. II. regnante *Frederico* Romanorum imperatore et ſemper auguſto predicti cenobii uiro uenerabili *abbate Godeſcalco*.

a) Locus deſolatus ad Northemium & Leinam in Principatu Calenbergico.

L.

Conuentio inter eccleſiam marievallenſem et mariebergenſem ſuper tribus manſis in Mammenthorp.

Ex autographo.

Fr. H. dictus *abbas vallis ſancte marie F.* dei gratia *prepoſitus eccleſie ſancte marie in monte Helmſtat* omnibus hanc litteram inſpecturiſ ſalutem in eo qui eſt omnium ſalus et uirtus. Quia neceſſe eſt. ut ſcripto firmentur ea. que ab hominibus racionabiliter et utiliter ſtatuuntur. notum eſſe uolumus omnibus Chriſti dilectiſ et fidelibuſ. quod de beneplacito et conſenſu utriuſq; eccleſie talem inter noſ celebrauimuſ conuentionem. quod videlicet eccleſia *valliſ ſancte marie* pro tribuſ manſiſ qui ſiti ſunt in *Mammenthorp* annuatim ſoluet quatuor choroſ tritici *eccleſie ſancte marie in monte Helmſtat*. quod uero adeo firmiter compromiſſum eſt. quatenus per neutram partem ulla occaſione mutari poſſit aut infringi. niſi de maturo et communi conſilio utrarumq;. eccleſiarum. Data anno dominice incarnationis M. CC. XX. II. epocha VI. indictione X. concurrente V. munientes litteram et factum auctoritate Sigillorum noſtrorum.

LI.

Litteræ Ekehardi Merſburgenſis epiſcopi, quibus inungit ſuæ diœceſeos plebanis, vicariis et ceteris, ut in ſubſidium monaſterii Scheningenſis eleemoſynas conferant, ad annum 1235.

Ex autographo.

Ekehardus permiſſione diuina *Merſeburgenſiſ eccleſie epiſcopuſ* uniuerſiſ plebaniſ ac uicariiſ et omnibus Chriſti fidelibus per *merſeburgenſem dioceſin* conſtitutiſ ſalutem in eo qui ſolus eſt omnium uera ſaluſ. quoniam ut ait apoſtolus omnes aſtabimus ante tribunal iudiciſ. recepturi prout egimuſ in corpore. ſiue bonum fuerit ſiue malum. oportet noſ diem meſſionis extreme. miſericordie operibuſ preuenire ac eternorum intuitu ſeminare debemuſ in terriſ. reddente domno cum multiplicato fructu colligere debeamuſ in celiſ firmam ſpem fiduciamq;. tenentes. quoniam qui parce ſeminat parce etiam metet. et qui ſeminat in benedictionibuſ. de benedictionibuſ et metet uitam eternam. cum ut audiuimuſ monaſterium Beati Laurencii in *Schiningen* non adhuc penituſ ſit perfectum. et prepoſituſ loci eiuſdem. huic conſumacioni feliciter et ardenter omnimodiſ innitatur ac prebendula dominorum ibidem deo militancium adeo tenuiſ

nuiſ eſſe ſciatur. ut de ipſiuſ ſubtractione nullatenuſ opuſ huiuſmodi ualeat inſtaurari ſitq;. pium ut de fidelium eleemoſiniſ eidem loco ſubſidium impendatur. caritatem noſtram cariſſimam uoſ Chriſti fideles rogandam duximuſ et monendam. ac in dño ihū Xpō fideliter et ſalubriter exhortandam. quatenuſ ob illiuſ reuerentiam qui in promiſſiſ non fallit ſed cum lato fructu ea que pro ipſo expenduntur reſtituet in futuro. qui eciam dat omnibus affluenter et non improperat. de boniſ uobiſ a deo collatiſ in ſubſidium monaſterii pretaxati. pro peccatorum expiacione ueſtrorum grata elemoſinarum ſuffragia conferre curetiſ. ut per hec et alia bona que domno feceritiſ inſpirante. gaudia felicitatiſ eterne mereamini cum angeliſ poſſidere. ſane uobiſ plebani nec non vicarii. iniungimuſ diligenter ut nuncios monaſterii ſepefati cum ad uoſ peruenerint recipiendo benigne ſauorabiliter pertractetiſ. apud plebeſ uobiſ commiſſaſ. in petitionis officio. prout ſcitiſ et poteſtiſ efficaciter eoſdem ac fideliter promouendo ex eorum enim promocione nobiſ obſequium preſtabitiſ ſpeciale et a deo non dubitamuſ uoſ mercedem in futuro immarceſſibilem promereri. Data Zalzſleue anno domini M. CC. XXXV. pontificatus noſtri anno XX. pridie kal. iunii.

Sigillum membranæ appendet, et filium eſt ſericum. Illud exhibuimus in Tab. VIII. num. 6.

LII.

Diploma Meinhardi epiſcopi Halberſtadenſis, quo ad annum 1244. permutationem quinque manſorum in Eſbike et trium in minori Dhenchte pro aliis bonis in villa Scheningen ratam habet.

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Meynharduſ* dei gratia *Zalberſtadenſiſ epiſcopuſ* im perpetuum. quia modernorum uerſutiiſ quiſ ad plenum uix ſufficit obuiare dignum fore cenſemuſ et congruum ut ea que in noſtra preſentia ad commodum et utilitatem eccleſiarum nobiſ in domno commiſſarum finem debitum ſortiuntur contra uarioſ futurorum incurſuſ et ope teſtium et uiuaci littera inuiolabiliter muniantur. proinde notum eſſe uolumuſ tam preſentibuſ quam futuriſ. quod cum eccleſia beati Laurentii in *Scheningen* quinq;. manſoſ in *Eſbike* et treſ manſoſ in *minori Dhenchte* ſitoſ haberet et dilectus fideliſ noſter *uir nobiliſ conraduſ de Dorſtat* IIII. manſoſ et dimidium in campo *Scheningen* et V. areaſ in ipſa uilla et cenſum ſaliſ ibidem de manu noſtra teneret. dilectus in Chriſto filiuſ *Zeinricuſ prepoſituſ* eccleſie memorate intendenſ eccleſie ſue utilitatibuſ et commodiſ ſagaciter prouidere ipſa bona cum dicto milite commutare decreuit. Super quo uterq;. ipſorum uoluntatem noſtram petiit et aſſenſum. quo optento idem C. prefata bona cum areiſ et ſale et ſiluiſ et paſcuiſ et omnibuſ attinentiiſ tam in uilla quam in campo de conſenſu heredum ſuorum nobiſ in manuſ noſtraſ libere reſignauit. que omnia eccleſie beati Laurentii in *Scheninge* ſicut premiſſum eſt contulimuſ perpetualiter poſſidenda et receptiſ prefatiſ octo manſiſ ab eccleſia liberiſ et ſolutiſ dicto C. cum omni utilitate iure pheodali porreximus in reſtaurum. et placuit utrobiq;. quam et commutationem gratam et ratam habenteſ auctoritate noſtra epiſcopali in nomine domni duximuſ confirmandam. Zuiuſ rei teſteſ ſunt. *Giuehard comes de Werningerod. Zeinricuſ comeſ de Sladhem. Tidericuſ de Meinherſhem. Zermannuſ de Ulleſſen. Johanneſ de Gaterſleue. Johannes dapifer* et *filiuſ eiuſ Johanneſ. Aluericuſ de Donſtide. Fridericuſ de Eſbike* et *filius ſuus F. Tidericuſ de Zardefrod. Fridericus de Zerſleue. Bernardus de Zorneburch. Zenricus de Volcmerod* et alii quam plureſ.

Acta ſunt hec anno gratie M. CC XLIIII. VI. kl. iunii. Et ut hec commutatio ſimulq;. noſtra donatio hinc inde firma permaneat et quieta hanc paginam inde conſcriptam ſigilliq;. noſtri impreſſione munitam prenotate eccleſie in teſtimonium ualidum erogamuſ ſub interminatione anathematuſ diſtrictiſ inhibenteſ ne quiſ

quiſ contra eiuſ continentiam quocunq;. ingenio uenire preſumat. Datum *in obſidione caſtri Aluenſleue* pontificatuſ noſtri anno tertio.

Sigillum ex cera rubra appendet, & filum eſt ſericum.
Illud vid. in Tabula VIII. num. 7.

LIII.

Diploma Meinhardi Halberſtadenſis epiſcopi, quo ad annum 1244. permutationem quinque manſorum in Eſbike pro totidem manſis in campo Scheningen confirmat.

Ex autographo.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis *Meynharduſ* dei gratia *Halberſtadenſis epiſcopus* im perpetuum. cum ex paſtoraliſ officii noſtri debito eccleſiarum nobiſ in domino ſuffragantium curam gerere teneamur. iuſtum eſt et congruum rationi ut ſi qua ad earum commodū et profectum per fideleſ quoſlibet fuerint ordinata tam ualido noſtre firmitatiſ munimine roboremuſ quod in poſterum recidiuam aut calumpniam non incurrant. Eapropter notum eſſe uolumuſ uniuerſiſ Chriſti fidelibuſ tam preſentiſ temporis quam futuri. quod cum eccleſia beati Laurentii in *Scheningen* quinq;. manſoſ in *Eſbike* ſitoſ habeat et dilectuſ fideliſ noſter *Fridericus de Eſbike* in campo *Scheningen* totidem manſos de manu noſtra teneret dilectus in Chriſto filiuſ *Heinricus prepoſitus* eccleſie memorate uolenſ eccleſie ſue utilitatibuſ et commodiſ ſalubriter prouidere ipſa bona nomine eccleſie cum dicto milite commutare decreuit ſuper quo uterq;. ipſorum uoluntatem noſtram petiit et aſſenſum. quo optento idem *Fridericus* prefatoſ V. manſoſ in manuſ noſtras de conſenſu et aſtipulatione *F. et F. filiorum ſuorum* nobiſ libere reſignauit quos eccleſie in *Scheningen* cum omni iure et utilitate contulimuſ perpetualiter poſſidendoſ tam in paſcuis quam in ſiluis et in duobus panſtaliis ſaliſ et areiſ pertinentibus ad eoſdem. et receptiſ eius quinq;. manſis ab eccleſia liberis et ſolutiſ ipſos ſepe dicto F. iure pheodali porreximus in reſtaurum. et placuit utrobiq;. quam et confirmationem gratam et ratam habentes. ipſam auctoritate noſtra epiſcopali ob reuerentiam beati Laurentii in nomine domni duximus confirmandam. Huius rei teſtes ſunt. *Giuehardus comeſ de Wernigerod Tidericus de Meynherſhem. Johannes de Gaterſleue. Alucricus de Donſtide. Anno de Heimburg aduocatus eiuſdem eccleſie* et *Heinricus filius eius. Fridericus de Herſleue. Johanneſ dapifer* et *filius ſuus Jo. Johannes de Brunſrode. Bernardus de Horneburch. Heinricus de Dingelſtide* et alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno dominice incarnationiſ M. CC. XLIIII. VI. Kl. iunii et ut hec commutatio ſimulq;. noſtra donatio hinc inde firma permaneat et quieta hanc paginam inde conſcriptam et tribus ſigilliſ noſtro uidelicet et eccleſie nec non antedicti *Friderici* munitam prenotate eccleſie ad tocius firmitatiſ habundantiam erogamus ſub interminatione anathematis diſtrictius inhibenteſ ne quiſ contra illius quocunq;. auſu temerario continentiam aliquatenus uenire preſumat. Datum *in obſidione caſtri Aluenſleue* pontificatus noſtri anno tertio.

Tria Sigilla appenſa ſunt e cera rubra, et fila ſunt ſerica.

Sigillum epiſcopi Meinhardi vide in Tabula VIII. num. 7.

Sigillum eccleſiæ Halberſtadenſis vide in Tabula VI. num. 7.

Sigillum Friderici de Eſbike vide in Tabula VIII. num. 8.

LIV.

Litteræ Heremanni de Wereberch, quibus ipſe donauit monaſterio Scheningenſi, quidquid iuris habuit in eccleſia Wolleſtorp.

Annus, quo datæ ſunt litteræ, non eſt adiectus; at e forma earum, illas eſſe ſcriptas circa annum 1250, pateſcit.

Uniuerſiſ Chriſti fidelibuſ preſentiſ pagine lectoribuſ *Heremannuſ de Wereberch.* ſalutem ſalutis eterne. in obſtinatam uergit conſuetudinem auſus fragilitatiſ huma-

humane temerariuſ. niſi teſtimonio teſtium probatorum aliquod datum roboretur. quod attendenſ ego *Heremannuſ* et *filiuſ meus Heremannuſ de Wereberg* quicquid iuriſ in eccleſia *Wolleſtorp* nobiſ addiximuſ. eccleſie beati Laurencii libere reſignanteſ ſubſcriptiſ teſtibuſ hiſce *Benedicto prepoſito. Petro celerario in Sceningen. Richardo de Schuſen. Bertoldo de Sceninge. Heinrico de Eileſleue. Heinrico de Jngerſleue. Heinrico de Baddeleue. Heinrico de Edekerſleue. Heinrico de Kiſſeleue. Geldolfo ſacerdote in Wolleſdorp.* Preſenſ datum ne a poſteris noſtriſ caſſetur ſigillo noſtro roboramuſ.

Sigillum eſt fractum.

LV.

Litteræ Hermanni de Wereberch, quibus monaſterio Scheningenſi aſſignauit quaſdam panſtalias (ſortaſſe Scheningenſes) *acceptis ab eodem bonis quibuſdam, ſitis iuxta Helleſen.*

Annum, quo datæ ſunt litteræ, non habet diploma. Apparet autem e characterum forma, litteras ſcriptas eſſe circa annum 1140. Quamuis in eis ſint multa a blattis & tineis corrupta & viſum fugientia, placet tamen ea, quæ adhuc legi poſſunt, adducere & cum lectore communicare.

Jn nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ amen. Ego *Hermannuſ* dictus *de Wereberch* cū uniuerſis heredibuſ meiſ Omnibuſ preſentibuſ et ſucceſſuriſ utriuſq; ſexuſ perſoniſ ad quos hoc ſcriptum peruenerit tam in preſenti quam in futuro beatitudinem. notū eſſe deſideramuſ quod *Henricuſ prepoſituſ in Sceninge* cum omni conuentu ſeu familia . . . . . quendam apud *Helleſen* . . . . . omnibuſ heredibuſ meiſ racionabiliter . . . . . feodaliter porrexit et aſſignauit perpetualiter obtinendum pro quo . . . . . decet . . . . . ditate mea omniū conſenſu et uoluntate meorum heredum feci remuniri . . . . . quaſdam uidelicet panſtaliaſ . . . . . cum omnibuſ fructibuſ ex eiſ . . . . . legitim . . . . . ſign . . . . . ſunt aſſignaui teſteſ huiuſ rei ſunt domnuſ *Heindericuſ de Engerſleue* et *domnuſ Berhardus de Welſleue domnuſ Ford. de Horinhuſum domnuſ Jordanuſ de Schenige* et *domnuſ Arnolduſ de Kiſſenleue.* et *Thidericuſ de Wolterſtorp* et *Hermannuſ pappe.* et ne aliquiſ in poſterum hoc factum infringatur hanc cedulam ſigilli noſtri munimine iuſſimuſ roborari.

Sigillum, quo uſus eſt Hermannus, triangulare fuit. Inſcriptio legi non poteſt. Scutum adhuc eſt integrum, in quo eandem figuram apparere, quam in ſigillo Ludolfi de Werberge, infra ad annum 1299. adducendo, deprehendimus, ſignificamus.

LVI.

Litteræ Echerti de Aſſeborch, quibus aduocatiam allodii in Odhenem eccleſiæ Scheningenſi liberam dimittit anno 1258.

Ex autographo.

Echertus ſenior *de Aſſeborch* omnibus hoc ſcriptum intuentibus. Quoniam omnium habere memoriam potius eſt diuinitatiſ quam humanitatis. que per noſ aguntur conſcribi fecimus ne obliuioni tradantur aut inportunitate ingenii malignancium infringantur. notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris quod noſ aduocaciam *allodii* in *Odhenē* *) ad manus domni *Halberſtadenſis epiſcopi* reſignantes eccleſie in *Sceninge* liberam dimittimus. Ut ergo hoc factum firmum permaneat et ſtabile perſeueret litterarum noſtrarum et ſigilli noſtri munimine duximus firmandum. Huius rei teſtes ſunt *Ludolfus prior. Johannes de Riuo. Ludolfus Baſcardus Ludolfus Bernigus. Hermannuſ filius domne Azete. Fredericus Plebanus*

banus de Debbenē. Albertuſ plebanus dominorum Dalem. Acta ſunt hec anno dñi M. CC. LVIII.

*) Odhenem videtur eſſe locus euerſus, villa præfecturæ Wolferbuttelanæ.

Sigillum eſt vetuſtate detritum.

LVII.

Diploma Volradi epiſcopi Halberſtadenſis, quo ad annum 1260 ædiculæ ſitæ in Eſbeke, confert unum manſum, eidem villæ adiacentem, vulgariter dictum Eilwardeſhofe.

Ex autographo.

Volraduſ dei gratia Halberſtadeñ. *eccleſie epiſcopus.* Jn perpetuum. Eorum que fiunt in breui periret memoria niſi ſcripto et teſtibus reciperent munimenta. nouerint proinde tam preſentes quam futuri. quod cum dilectus fidelis noſter *Ludolfus miles de Eſbeke* unum manſum qui uulgariter *eilwardeſhoue* dicitur eidem uille adiacentem nobis liberaliter reſignaſſet. noſ ob reuerentiam omnipotentis dei et beati Iohannis baptiſte nec non dicti militis L. precibus inclinati predictum manſum ab omni aduocacie exactione et impetitione liberum et exemtum capelle *caſtri noſtri* in *Eſbeke* de conſenſu capituli noſtri unanimi duximus conferendum pacifice et quiete perpetuo poſſidendum. huius rei teſtes ſunt *Hermannuſ prepoſitus. Wiggerus decanus. Burchardus uice dominus. Cuno de Diefolt Rodolfus portenarius. Hermannus ſcolaſticus. Albertus de Aldenburg. Bertoldus de clettenberg* noſtre maioris eccleſie canonici. *Fridericus comes de Kircberg. Wernerus de Scherembeke* nobiles. *Aluericus pincerna. Guncelinus de Berewinkele. Hinricus Yſemborde* et alii quam plures. Et ne ſuper premiſſis dubium aliquod oriatur tempore procedente preſentem paginam inde conſcribi fecimus et tam ſigillo noſtro quam eccleſie noſtre Halberſtadenſis fideliter communiri eam ſepe dicte capelle in *Eſbeke* fauore gratuito in perpetuum teſtimonium erogantes. Datum Halberſtat per manum Gerardi noſtri notarii anno dñī M. CC. LX. XV. Kal. Septemb. pontificatus noſtri anno quinto.

Sigilla appendent membranæ & ſunt fila ſerica.

Sigillum Volradi epiſcopi vide in Tabula VIII. num. 9.

Sigillum eccleſiæ Halberſtadenſis idem eſt, quod exhibuimus in Tabula VI. num. 7.

LVIII.

Litteræ Ludolfi de Eſbeke, quibus vendit monaſterio Scheningenſi aduocatiam unius molendini iuxta Hotzenſleue ad annum 1285.

Ex autographo.

Uniuerſis hanc audituris literam uel uiſuriſ. *Ludolphus miles* dictus *de Eſbeke* ſalutem in domno ſempiternam. Recognoſco ad ueritatis euidentiam preſentibus proteſtando quod eccleſie ſancti Laurentii in *Scenigge* cum conſenſu *fratris* mei *domni Erici* et omnium heredum meorum uendidi aduocatiam unius molendini iuxta Hotzenſleue a) et VIII. manſorum eidem uille adiacencium ab omni impetitione meorum heredum ad quos bona mea poſſent deuolui liberam et ſolutam ſuper quo ne preſentibus aut futuris dubium oriatur preſens ſcriptum prefate eccleſie erogaui in teſtimonium tam meo quam fratris mei ſigillo fideliter communitum. Emtionis huius teſtes ſunt ſacerdotes. *bertoldus quondam plebanus in caſtro Eſbeke. Ludolfus plebanus in uilla ibidem. Hinricus plebanus in caſtro Eſbeke. Jordanis clericus de Scenigge.* milites. *Udo de Blanckenborch. Thitmarus de Scenigge. Bertoldus de Scenigge. Fridericus de Benieſtorp.* ſatellites. *Hinricus de Hornebuſen. Jordanis*

danis Tupeke et quam plures alii fide digni. Datum anno dñi M. CC. LXXXV. idus aprilis.

a) Hötensleba, vicus Ducatus Magdeburgensis, in feudum datus Landgrauiis Hassiæ Homburgicis, disiunctus dimidio milliari a Scheninga.

LIX.

Resignatio nouem mansorum et dimidii, sitorum in campo Hergermstorp, ad a. 1294.

Ex autographo.

Nos *Al.* dei gratia *prepositus B. camerarius Magd. W.* p̄p̄tus *Beueracensis* recognoscimus presentibus et testamur quod per dominum . . . . prepositum et conuentum in *Scheninge* comparatam emptam et absolutam aduocatiam nouem mansorum et dimidii sitorum in campo uille *Hergermstorp* a) a *Bernhardo milite de Wardenberg* et suis famulis et a *Hermanno de Werderden* milite et ab omnibus ab ipso impheudatam et a nobili uiro domno *Henrico comite de Blankenborg* ab ipsis resignatam uenerabili domno . . . . *Halberstadensi* episcopo et per ipsum nobis collatam in feodo tenebimus et resignabimus ad uoluntatem dicti domni . . . . prepositi et conuentus. et quandocunq;. idem prepositus. et conuentus de *Scheninge* proprietatis titulo uel quocunq;. modo dictam aduocatiam comparauerint ab ecclesia *Halberstadensi* quod nos sine qualibet contradictione ad requisitionem ipsius . . . . . prepositi et conuentus dictam aduocatiam libere resignabimus et ex nunc post huiusmodi requisitionem ut ex tunc presentibus resignamus ita tamen quod interim nullam exactionem uel petitionem in predictis bonis aliquatenus faciemus sed ad uoluntatem sepe dicti . . . . . prepositi et conuentus tenebimus et resignabimus ut est dictum. In cuius rei testimonium presentes litteras reuerendi domni nostri *Erici archiepiscopi* et capituli *Magd.* impetrauimus et nostris fecimus sigillis fideliter communiri. Datum *Magd.* anno dñi M. CC. XCIIII. XVIII. Kal. augusti.

a) Villa Höierstorp intra præfecturam Scheningensem.

Sigilla sunt vetustate detrita.

LX.

Litteræ Annonis de Heimburg, quibus ad annum 1299. *donat monasterio Scheningensi aduocatiam duorum mansorum in Begerstede & unam aream in villa Hotzensleue* 1299.

Ex autographo.

Nos *Anno* miles dictus *de Heimburch* una cum nostris legitimis heredibus tenore presentium recognoscimus publice protestantes quod ecclesie conuentuali sancti Laurentii in *Schenighe* aduocaciam duorum mansorum sitorum in campis *Begerstede* et unam aream sitam in uilla *Hotzensleue* dedimus cum omni iure quo nos habuimus pro remedio animarum omnium parentum nostrorum et simpliciter propter deum. Huius rei testes sunt *Heidenricus de Jeresem. Fridericus* prefectus. milites. *Wedekindus conemannus* castrensis in *Twislinge. Hinricus Hutize* et *Hermannus* frater suus et plures alii fide digni. in cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini M. CC. XC. nono. in die beati mauritii martyris.

Sigillum vide in Tabula IX, num. 1.

LXI.

LXI.

Declaratio Ludolfi de Werberghe & aliorum de eo, quod Conradus de Debbenem vendiderit monaſterio Scheningenſi manſum, ſitum in campo Soligghe 1299.

Ex autographo.

Nos *Ludolfus* dictus *de Werberghe Anno* dictus *de Zeymborch* et *Boldewinus Zinricus fratres* milites dicti *de Dalem* a) tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes. quod *conradus* dictus *de Debbenem* cum conſenſu fratrum ſuorum et aliorum heredum honorabili uiro domno *Zermanno prepoſito* et eccleſie ſancti Laurentii in *Schenigghe* uendidit pro quinq;. marcis examinati argenti unum manſum ſitum in campo *Soligghe* cum proprietate et uniuerſo iure attinente tam in paſtu quam in uillis perpetuo poſſidendum. preterea recognoſcimus ſi aliquis propinquorum ſuorum uel heredum utriuſq;. ſexus dictā uenditionē ratū habere non uoluerit et ſi predictus C. prepoſito et eccleſie in Schenigghe warandiā dicti manſi dare non potuerit . . . . . memoratam. in cuius rei teſtimonium preſentem litteram noſtrorum ſigillorum munimine roboratam dedimus anno dñi M. CC. XCVIIII.

a) Vogtsdalem, ſedes præfecturæ intra Scheningenſem Principatus Wolferbuttelani dioeceſin.

Ludolfi de Werberge Sigillum vide in Tab. IX. num. 2.

Annonis Sigillum idem eſt quod exhibuimus in Tab. IX. num. 1.

L. S. veruſtate detriti.

L. S. detriti.

LXII.

Ludolfus de Werberge componit litem, ſeſe inter, ac Præpoſitum Scheningenſem, ſuper agris Solingenſibus exortam, a. 1304.

Ex membranaceo autographo.

Nos *Ludolfus nobilis de Werberghe* omnibus hanc litteram uiſuris ſeu audituris dilectionis et obſequii integritatem. quoniam que aguntur in tempore ne ſimul labantur cum lapſu temporis poni ſolent in lingua teſtium et ſcripture memoria perhennari. hinc eſt quod publice recognoſcimus proteſtantes quod unione ſeu amicabili compoſitione cum domno *Zermanno prepoſito* in *Scheningen* ac eius conuentu placitauimus in hunc modum. quod nos una cum noſtris heredibus renunciamus omni iuri ſeu inpetitioni in bonis uidelicet nouem manſorum in campo *Solinge*, itaq;. quod nil iuris nec proprietatis nobis potuerimus attribuere in eiſdem. tali additione adiecta. quod prepoſitus ac predictus conuentus in *Scheningen* perpetue ſingulis annis nouem quadrantes tritici in feſto beati martini in caſtro *Werberghe* ſeu ad tria milliaria a clauſtro iam dicto ubi noſtre fuerit voluntatis omni occaſione poſtpoſita ac ſine aliquo impedimento nobis preſentent et miniſtrent. ut autem hec omnia per nos et heredes noſtros inuiolabiliter obſeruentur ſigillo domni *Annonis de Zeimburch militis, ſororii noſtri*, una cum noſtro preſentem litteram fecimus inſigniri. Datum et actum anno dñi M. CCC. IIII. in die beati matthei apoſtoli et ewangeliſte. Teſtes huius rei ſunt domnus *Anno dictus de Zeimborch. olricus dictus de Nindorp.* nec non *Jordanus* dictus *Tupeke* milites. domnus *Segherus et Bertramus plebanus in Rode* clerici. *Zericus* dictus *de Eſbeke. Conradus* dictus *Buſchekeſte* nec non alii fide digni.

Sigilla ſunt eadem, quæ exhibuimus in Tab. IX. num. 1. & 2.

LXIII.

LXIII.

Litteræ Annonis de Heimburch, quibus anno 1305. confirmat traditionem alicuius manſi eccleſiis Hamerſleuienſi & Scheningenſi.

Ex autographo.

Nos *Anno de Zeymborch* miles recognoſcimus et publice proteſtamur quod *Olricus* miles dictus *de Nendorp* emtum et comparatum manſum . . . . . pro . . . . . ſtendalienſis argenti pro remedio anime ſue et uxoris ſue . . . . . duabus eccleſiis ſcilicet ſancti pancratii in *Hamerſleue* et ſancti Laurentii in *Schenighe* fideli deuotione tradiderit ut annuatim memoria eorundem in miſſarum celebratione pro defunctis et orationibus habeatur . . . . . damus et dedimus prefatis eccleſiis proprietatem eiuſdem manſi et poſſeſſionem legitimam renunciantes etiam perpetue in his ſcriptis . . . . . jn cuius teſtimonium rei ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno dñi M. CCC. quinto in die marie magdalene.

LXIV.

Diploma Alberti Ducis de Bruneſwich, quibus ad annum 1307. donat Annoni de Heynborch omnem proprietatem villæ Hoherſtorp. 1307.

Ex autographo.

Dei gratia *Albertus dux in Bruneſwich* omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in domino. notum fieri uolumus uniuerſis tam preſentibus quam futuris quod intuitu multorum obſequiorum a *domno Annone milite de Zeymborch* nobis fideliter preſtitorum dedimus ac per preſentes damus ſibi ac ſuis ueris heredibus omnem proprietatem quam habuimus tam in uilla *Zoherſtorp* a) quam in agris campis cultis et incultis paſcuis et pratis ibidem eodem proprietatis iure ac dominii ſicut eam poſſedimus uniuerſaliter ac libere poſſidendam. ita eciam quod ipſe et heredes ſui ſine omni obſtaculo et conditione ex parte noſtri et liberorum noſtrorum predictam proprietatem quibuscunq. modis et contractibus ipſis conuenientibus transferre poſſint in quemcunq. uoluerint locum et perſonam. Jn quorum omnium euidens teſtimonium preſentem litteram predicto domno *Annoni* et ſuis heredibus dedimus ſigillo noſtro patente roboramus. cuius eciam donationis teſtes ſunt fideles noſtri *Bertoldus de Zomlaghe* noſter notarius et *Johannes frater ſuus. Zenricus de Werle* b). *Fredericus de Ampeleue. Ecbertus de Aſſeborch. Bertramus de Veltem* milites et plures alii fide digni. Datum in caſtro *Wulfſlebutle* anno dñi M. CCC. ſeptimo XII. Kal. iunii.

a) Villa Höierſtorf prope cœnobium S. Laurentii Scheningenſe.
b) Werle nunc Warl locus Principatus Wolferbuttelani, ſitus iter unius horæ Schepenſtadio.

Sigillum ducis Albertii vide in Tabula IX. num. 3.

LXV.

Permutatio bonorum monaſterii Scheningenſis, ſitorum ad Hergrimſtorp et Bredenſtede pro XIV. *manſis in Hoygerſtorp, iure patronatus eccleſiæ & curia eiuſdem villæ ad annum 1311.*

Ex autographo.

Uniuerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum uiſuris ſeu audituris *Zenricus* et *Fridericus* milites *fratres* dicti *de Aluenſleue* ſalutem in dñō. ne ea que fiunt in tempore

pore simul cum lapsu temporis elabantur expedit ipsamet testibus et scriptis autenticis perhennare. Jtaq;. uniuersis notum esse uolumus protestando. quod nos pensata utriusq;. partis utilitate quatuordecim mansos liberos ab omni exactione et grauamine sitos in campis uille Zeygerstorp cum iure patronatus ecclesie eiusdem uille et una curia sita in occidentali parte eiusdem ecclesie sicut eam sepis exterior protractio includit accedente. cum pratis pascuis siluis et agris et omni iure et utilitate honorabilibus uiris domno prepositо et conuentui monasterii in *Schenighe* ordinis sancti Augustini dedimus et assignauimus et iure quo melius possumus assignamus perpetue possidendos. recipientes ab eisdem prepositо et conuentu monasterii in *Schenighe* . . . . . proprios et dimidium soluentes quatuor solidos sitos in campis uille Zergrimstorp cum iure patronatus eiusdem uille . . . . . mansos sitos in campis uille *Bredenstede* annuatim quatuordecim solidos soluentes sicut hactenus possederant . . . . : facientes in restaurum. Ut autem hec nostra permutatio predictorum bonorum a nobis nostrisq;. heredibus infringi et mutari nequeat. nostrorum heredum consensu et uoluntate de prefatis mansis et iure patronatus ecclesie et curia et de omnibus ad eos pertinentibus promittimus firmam prestare warandiam quotiens et quando fuerimus requisiti ab omnibus impetitionibus et repetitionibus . . . . . dum penitus dis brigare. nihil etiam nobis nostrisq;. heredibus in sepe dictis bonis . . . . . posset in futurum iuris usurpando reseruare. Zuius rei testes sunt domnus *Anno de Zeymborg*. Lude . . . . . *Olricus de Nendorp* et *Fredericus filius suus. Ericus de Esbeke. Thidericus de Gropen* . . . . . *Jordanus de Scheninghe. Zinricus Zermannus fratres* . . . . . satellites et quam plures alii fide digni. Jn cuius testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum anno domni M. CCC. undecimo in die beati michaelis archangeli.

Sigilla sunt vetustate detrita.

LXVI.

Diploma Alberti ducis in Bruneswich, quo ad annum 1312. superiorem permutationem confirmat.

Ex autographo.

Henricus ſenior & *Ericus*, fratres Duces Brunsvico-Luneb. a. 1494 tertio Paſchatis die oppignorarunt Iohanni Præpoſito Scheningenſi eiusque monaſterio decimam Twieflingenſem *im dörpe und velde, aſſe he to der Borgh Scheningen horet, unde eine hove landes unde twelff morgen in einem iegliken Velde, alle tegetfri belegen vor Scheningen, unde ein Holtblek twiſchen des Cloſters unde den Eſbecker holte belegen vor* 1000 *rinſche Gulden.* Henricus Dux idem a. 1497 coenobio illi oppignoravit die Jovis poſt Oculi piſcinam novam ad novem annos, *den nien diek an der Steinforde belegen in der Esbeker, Bodenſtidder und Alveſtorper felt und Marckſcheidung, vor* 500 *rinſche Gulden.*

CXC.

Iohannes Epiſcopus Hildeneshemenſis tradit ac committit Præpoſito S. Laurentii tanquam commiſſario ſuo parochiam a) Orslebienſem, ſibi reſervans tamen

suisque successoribus ius conferendi ac denominandi. 1512 die Martis post Quasimodogeniti Stürwaldae. Confirmationem addidit Papa Leo X Romae 1513.

a) Berwardus Episcopus Hildeneshemensis eam instituit, Orsleben est villa Ducatus Magdeburgici.

CXCI.

Balthasar Episcopus Hildeneshemensis commendat 1528 feria quinta post Brixii Episcopi Praepositо coenobii S. Laurentii in ecclesiasten *Orslebiensem* Henricum Heinemann Secretarium Hildeshemensem, quem Praepositus nisi in possessionem redituum intromitteret, poenam excommunicationis ei comminatur.

CXCII.

Dux Henricus iunior abiturus in Italiam ad Imperatorem in usum Imperii Romani eiusque Germanici mutuatur a coenobio S. Laurentii numos - - - 1528 die Lunae in Paschali festo. Mutuatus fuerat idem 1524. 700 florenos rhenanos, soluturus Adolfo de Hagen 1700 florenos. Senatus Scheningensis 700 illos florenos pro Duce solvit.

CXCIII.

Hinricus de Schlistidde vendit anno 1412 die palmarum, consentiente *Hinrico de Aluensleue*, domino Ambrosio canonico ecclesiae sancti Laurentii Scheningae aream casatam, *de belegen is in deme Ostendorpe vor Scheyningh vor veer pund older brunswikescher pennynghe.*

CXCIV.

Bartholdus Pynnigh eiusque mater Alheyt vendunt anno 1412 die purificationis Mariae Jano Uplinge et Jano de Zelle, et his mortuis monasterio S. Laurentii Scheningensi annuum censum ut der nedderen molen to groten *Vrelstidde*, et pratum ibidem situm vor teyn pund brunswikscher pennige. Confirmat venditionem *Hinricus et Anno fratres dicti de Heymborch.*

CXCV.

Bosso de Jercsen anno 1422. die apostolorum Petri et Pauli vendit *Hinrico de Heymborch* atque *eius uxori Margaretae* seste halve hove Landes teghetvry, de belegen sin uppe dem velde to *Esbeke* unde sess hove ok tegetvry dalsulves in dem dorpe vor dre hundert gude Rinsche gulden.

CXCVI.

Bosso de Jerxen eiusque *filius Herman* anno 1422 die S. Martini episcopi vendunt *Hinrico de Heymborch* et eius *uxori Margarethae* unde to truwer hand Heren *Bossen, Bernde, Corde Broyderen alle geheten von der Asseborch* dat Slot to *Esbecke* unde teyn houe tegetvry uppe dem felde to *Esbecke* unde ses unde twintich houe in dem dorpe darsulves med alle syner tobehoringe wu me dat benomen kan vor seven hundert ghude Rynsche ghulden.

CXCVII.

Consentiente *Hinrico de Heymborch* vendit anno 1422 die omnium sanctorum *Bosso de Jercxen* monasterio S. Laurentii prope Scheningam dridde halven unde twintich Schillinge in deme *Meygerdinge to Scheyninghe* vyff Schillinge an einer halven houe landes belegen up den velden darsulues un seven unde twyntich

tich penninghe an einer houe landes belegen up den velden to *Orfleve* iarlickes Tinzes older Brunſhwickiſcher Pennige, vor twintich Pund der vorſcreuenen pennige.

CXCVIII.

Anno MCCCCXXIII. dominica Eſto mihi tradunt *Ludolfus* et *Hans de Velthem* domini *Hanſi filii* capellæ beatæ Mariæ Virginis et S. Mariæ Magdalenæ et S. Godehardi in villa *Hotenſleuen*, pro ſuæ et parentum ſuorum Animarum ſalute tres manſos ſitos in campis villæ *Orſleuen*.

CXCIX.

Himricus de Slyſtidde tradit anno 1423. dominica prima poſt feſtum Viſitationis B. Mariæ virginis monaſterio Scheningenſi achte ſchillingh older Brunſwikſcher Pennige iarlikes Tinſes unde achte hoive beleghen in dem *Weſtendorpe vor Scheyninghe*.

CC.

Litteræ Johannis præpoſiti et capituli Scheningenſis ſuper anniuerſario Conradi Konnynghi, ad annum 1424.

Ex autographo Monaſterii Scheningenſis.

We *Johan proueſt Johan* prior unde dat gantze capitel gemeinliken des Goddeshuſes to ſunte Laurentius vor *Scheyninghen* bekennen openbar mit deſſen breue vor uns unſe nakomelinghe unde vor als weme dat *Cord Konnyngh* ſeliger dechtnyſſe dorch goddes ſyner unde ſyner eldern Zeyle ſeligkeit willen uns unde unſe goddeshus gemeinlicken heft begiftiget mit ſynen almoſen dewyle he leuede unde vulmechtig was unde ok en ſynen leſten darvor ſchullen we unde unſe nakomelinghe ome naholden unde don eyne ewighe dechtniſſe unde one de ewighen maken by unſen heren uppe dem koere one alle iarlikes eyns to beghandende to ewighen tyden alſe des donnersdages in der pingſtweken up den avend myt vigilien des frydaghe morgens myt ſeelmiſſen unde lyknniſſe ſetten unde lecht darby brennen alſe he darſulues lyfliken ieghenwordig were. unde to derſuluen ewighen dechtniſſe hebbe we gemaket unde gelegen neghen ſchilling goldes brunſwicſcher penninghe iarliker gulde ut unſer proueſtige de unſe heren up dem koere alle iar upnehmen ſchulle unde de to derſuluen dechtnyſſe under ſeck deylen na Wonheyt unſes goddeshuſes alſe ſe dat ok mit andern dechtnyſſen plegen to holdende. ok nemen we den vorb. *Corde Konninghe Ludolf ſynen vader naten ſyne moynen* in unſe unde in unſes cloſters broderſchop kraft deſſes breues unde don unde maken ſe deylhaftig aller guden werck de da geſcheen in genomden unſen goddeshuſe dach unde nacht an vaſtende an bedende an vigilien an myſſen unde an allen guden wercken to ewighen tyden. unde dat we vorgenomde probſt unde prior unde dat capittel gemeynliken des vorgenomden goddeshuſes unde alle unſe nakomen ſulkes ſtede faſt unde unverbroken holen ſchullen unde willen to ewigen tyden ſunder ieniger-ley vorſumeniſſe effte nalatend des to eyner openbaren bekantniſſe hebben we unſer proueſtyge unde unſes capittels ingeſeghele vor uns unde all unſe nakomelinge gehenget laten an deſſen breff de gheven na goddes bord verteynhundert iar darna in deme veer unde twintigſten iare in unſes heren himmelfart daghe.

CCI.

Litteræ Himrici de Heymborch ad annum 1427.

Ex autographo.

Ek *Himrik von Heymborch* bekenne myt deſſen breue vor meek vor myne eruen unde vor als weme dat de ehrſamen heren er *Johan proueſt to Scheyninghe*

onde dat capittel gemeinliken mek dorch leue unde fruntſchop willen hebben to geſendet unde gedan einen hof belegen in der ſtad to *Scheyminghe* hart an mynen hofe de *Himricus von Sliſtidde ſeliger* geweſt hadde by der ſtadmuren geheiten de *Abbeyl* ſo dat ek one den gē hof . . . . . ſchal unde wil bewaren unde one den neren an ergheren unde dat ek mek des hofes mach bruken edder neyten wes ek kan mit deſſen underſcheide dat ek ſchal uñ wille one dar alle iarlikes von gheuen twelff ſchilling penninghe brunſwicſcher waringe up ſunte michaelis dach de wile ek mek des hofes gebruke uñ ſe mek dene myt willen laten willen edder ek ſchal unde wil one alle iarlikes andere wedderſtadig darvor don unde gutliken oren willen darvore hebben. unde de vorgeñ heren unde ore nahkomeling de hebben de macht dat ſe den geñ oren hof alle iar unde welke tyd iahrs ſe willen moghen wedder . . . . dder . . . . wedder aff . . . unde verkopen edder anders wene to tintze don uñ mogen id . . . . dar midde maken wu id one leueſt unde bequemeſt is ſunder myne unde alle myner eruen inſage eſte vorbedinge. deſſes to bekantnyſſe hebbe ek *Hinrick von Heymborch* myn ingeſegel vor mek uñ vor myne eruen gehenget laten an deſſen bref ſo gheuen is na goddes bord verteynhundert darna in deme ſeuen unde twintigſten iare in ſunte michealis dach.

CCII.

Litteræ compoſitionis ad annum 1406, e quibus patet, quosnam terminos habeat Ducatus Brunſuicenſis non procul ab oppido Scheninga.

Ex autographo.

In nomine domini dei eterni amen anno natiuitatis eiuſdem. M CCCC VI. in dem daghe des hilgen apoſteln barnabe weren de erſamen geſtrengen vorſichtigen heren *hinrik proueſt herwich* prior ſunte Laurentii cloſters to *Scheningh* de geſtrenge *hinrik van Velthem* olden *hinrikes ſone* woner up der borch *hoitenſleue* herman homeſter cord berndes heyne eggheſteyn alteke ians borghermeſter uñ raths hern der ſtadt *Scheningh* unde de oldſeten ghemeynen buren des dorpes *hoygerſtorp* to ſamende vor dem *Orſleue ſtegen* uppe dem *hoygerſtorper felde* uñ vordreghen ſek eindrechtigliken dat ſe umme des gemeinen beſten unde not willen der waterfloyt de ſchaden mochte den velden *Scheningh hoygerſtorpe* unde *rolſtidde* wolden grauen ouer de van *hoygerſtorpe* wiſche einen grauen oſten unde weſten negeſt den *Orſleue ſtegen* be norden dem rechten olden *awgang de van older geſcheden heft de land brunſwyk* uñ *magdeborch* alſo dat darnah twiſchen dem grauen uñ dem *awgange* blyuen ſcholde eyn graf bleck in welken grauen de *mollenbeck* de dar ſcheidet ſcheninghe uñ hoyerſtorper veld ſine vloyd mochte hebben wente an den vorſcreuen *awgang der miſſaugen.* deſſes to einer dechtniſſe uñ bewyſinghe hebben we vorbenomeden *proueſt hinrik van velthem* uñ de rad to ſcheningh deſſen breff myt unſem angehengden inghefegelen verſeghelet in dem iare uñ daghe alſe bouen geſcreuen ſteyd.

CCIII.

L*ūdelef de Wenden* vendit anno 1428. die S. Galli Johanni præpoſito et capitulo monaſterii S. Laurentii prope Scheningam *veer kothove teghet vry in dem dorpe to Eſbeke mit all orer tobehoringhe de geweſen hadden Boſſen van Jerxem,* teſtantibus litteris Ludolfi autographis.

CCIV.

H*inricus de Adenſtidde,* civis Brunſuicenſis, vendit anno 1429. die S. Eliſabethæ monaſterio Scheningenſi *twe houe landes belegen up den velde to Eſbeke mit aller nud vryheid rechtigkeit unde tobehoringhe vor drittich lodige mark brunſwicſcher wichte unde witte.*

CCV.

CCV.

Borchardus de Esbeke et eius filius *Hans*, commorantes in villa *Aluensleuen*, vendunt anno 1466 monasterio Scheningensi twelf schilling tinse alle vertel iahr uptonehmen von einem werk sole vor *Scheningh* dat to der tid Herman Hosang von den hertogen to Brunswik to leene hadde.

CCVI.

Boldewinus von dem Berghe abbas monasterii Regio-Lothariensis concedit anno 1475 dominica invocauit ad dies vitæ Laurentio Schütten et eius uxori Gesken, commorantes in villa *Ossendorp*, agrum et pratum situm ad villam *lutken Stemeke*, *davor iarlikes to gewen drey verdinge brunswikscher penninge unde ein fuder hewes nah orer beider dode awer solle de acker unde wese wedder an dat sticht komen sunder iemands insage.*

Nota. Sufficiant diplomata hæc monasterii S. Laurentii ad Scheningam. Omitte supra p. 760. lin. 21. vocem *Salam*, & lege p. 802. lin. 5. *Osslove*, lin. 8. *Ouslove* lin. 15. *Osslove* & p. 804. lin. ult. *Osleve*. Adde vocem *non* p. 786. lin. 28. & lege *Non villa Höjerstorp*. Lege praeterea p. 744. lin. 20. *Ravensbergico* pro *bavensbergico*. Nota, fundatum fuisse coenobium S. Laurentii ab Oda Comitissa in Calwe ad Mildam amnem in Marchia veteri, & in membrana nomen amnis esse deletum; Osleve vero villam nunc vocari *Ausleve* & sitam esse in Magdeburgico Ducatu.

CCVII.

Diploma Imperatoris Ottonis ad annum 974, quo basilicæ Mindensi prædium Nandradi presbyteri in pago Lidbekegowe situm, tradit.

Ex autographo Mindensi.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis *Otto* diuina praeordinante dispositione *imperator* augustus. Cum celsitudinis nostrae dominatui condignum uideatur honestis ac piis benigniter obsequi monitionibus ac petitionibus et maxime quando ob diuinae augmentum culturae nostram supplicauerit aliquis ac monuerit serenitatem omnium cupimus patefieri industriae fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum qualiter nos commonente ac suppliciter rogante fideli nostro *Nandrado* presbitero talem proprietatem qualem ipse *in pago Lidbekegouue* et *in comitatu Bernhardi comitis* sitam quoquo modo sibi in proprium acquisiuit quod lege in nostrum ius ac ditionem imperatoriam redit nostrae potentia auctoritatis ad ecclesiam *Mindonensem* sancti petri apostolorum principis honori dicatam in proprium ac perpetuum usum pro animae nostrae remedio ac imperii stabilitate tradidimus firmiterq;. donauimus cum utriusq;. sexus mancipiis aedificiis terris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus rebus etiam ecclesiasticis uiis et inuiis exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis et cum omnibus iure legaliterq;. ad idem praedium pertinentibus tali ratione et tenore ut haec omnia ad eandem ecclesiam sancti petri apostoli uti caeterae res ad ecclesias dei a regibus et imperatoribus datae deseruiant. Et ut hoc nostrae iurisdictionis praeceptum firmius stabiliusq;. cunctis perpetim credatur hanc litteram conscribi iussimus et anuli nostri impressione signatam manu propria subtus eam corroborauimus.

Signum domni Ottonis magni  imperatoris augusti.

Folgmaruſ cancellariuſ uice uuilligiſi archicappellani notaui data XIIII K MAR anno dominicae incarnationiſ DCCCCLXXIIII indictione II anno regni domni Ottoniſ XIIII imperii VII. actum Nouiomago in dō.

CCVIII.

Diploma Imperatoris Conradi II, quo ad annum 1029 *Sigiberto eccleſiæ Mindenſis epiſcopo bona quædam acquiſita confirmat.*

Ex autographo Mindenſi.

In nomine ſanctę et indiuiduae trinitatiſ *Chuonraduſ* diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtuſ; ſi bona quae ad aeccleſiaſ dei ab anteceſſoribuſ noſtriſ regibuſ imperatoribuſ et ab epiſcopiſ abbatibuſ uel aliquibuſ beatae memoriae uiriſ data inuenimuſ. ea ibidem imperialiſ noſtri praecepti diſtrictu ſtabiliri ſtuduerimuſ pro hoc ſtudio noſtrum regnum ſtabiliuſ fieri et noſ aeternam requiem promereri minime ambigimuſ. Unde dei noſtrīq;. fidelium praeſentium ſcilicet ac futurorum uniuerſitati notum eſſe cupimuſ qualiter dilectuſ noſter *ſigibertuſ mindenſiſ epiſcopuſ* cum fideli noſtro *Brunone auguſtenſi* uenerabili epiſcopo ſerenitatiſ noſtrae clementiam adiit humiliter obſecranſ ut talia bona qualia ipſe in prediiſ in mancipiiſ utriuſq;. ſexuſ in decimationibuſ nec non in ceteriſ utilitatibuſ habet quaeſita ad *monaſterium* a) *Minda* et in uſum fratrum ſub canonica regula inibi ſeruientium *nouiter* ab illo in honore ſcī martini confeſſoriſ conſtructum per imperiale noſtrum praeceptum ſtabiliremuſ atq;. confirmaremuſ quorum petitioni pium ſicut iuſtum erat aſſenſum praebenteſ ob interuentum ac petitionem dilectae coniugiſ noſtrae *Giſilae* imperatriciſ auguſtae et amantiſſimae noſtrae proliſ *Heinrici regiſ* nec non fidelium noſtrorum *Aribóniſ moguntinae* ſediſ *Piligrimi Colonienſiſ* aeccleſiae uenerabilium archiepiſcoporum haec predia *Egiſberen Kemmin Niginburch Suueuerden Hiltiuuardingahuſen* in uilliſ uero *Bracha* et *Folchardeſdorfa* II. manſoſ cum omni ſiluatica utilitate et eccleſiam unam in uico *Gretini* et manſoſ quinq;. *Ungilibach* manſum unum et *Ratheresdorfa* omnem decimationem uini duoſ manſoſ in *Ubbuſon* in *uuoluatingahuſon* V. manſoſ in *Drthura* I. manſum in *Stocheim* II. manſoſ in *Bon* I. manſum a praefato fideli nr̄ō *Sigiberto* ep̄ō quaeſita uel quae poſt modum diuina adiuuante clementia acquiſierit exceptiſ hiſ prediiſ quibuſ antea aeccleſiaſ dei locupletauit ad monaſterium quod ipſe *Minde* in honore ſancti praelibati confeſſoriſ M. a fundamento locauit et in uſum fructum ſub canonica uita inibi deo famulantium per huiuſ noſtri imperialiſ ſcripti tenorem ſtabiliuimuſ et confirmauimuſ ea uidelicet ratione ut nec ipſe nec ulluſ ſuorum ſucceſſorum poteſtatem habeat haec aeccleſiae bona data uel in poſterum danda a praetitulato monaſterio alienare uel militeſ ſuoſ inde beneficiare uel in aliquod aliud niſi in commune fratrum commodum commutare. Si quiſ autem epiſcopuſ abſq;. noſtro conſenſu et conlaudatione aeccleſiae bona abalienare uel militibuſ in beneficium dare uel in proprium uſum tranſferre uoluerit ipſi fratreſ ad noſ noſtroſq;. ſucceſſoreſ refugium habeant. Et ut haec noſtrae confirmationiſ auctoritaſ ueriuſ credatur diligentiuſq;. per futura annorum curricula obſeruetur hanc kartam inde conſcriptam manu propria confirmanteſ et corroboranteſ ſigillo noſtro iuſſimuſ inſigniri.

Signum domni Chuonradi  inuictiſſimi Romanorum imperatoriſ auguſti :

Vdalricuſ cancellariuſ uice Aribóniſ archicapellani recognouit; Data. ID. APR indict XII. anno dominicae incarn̄. mill. XXVIIII. anno autem domni Chuon-

Chuonradi ſecundi regni V. imperii uero III. actum Regeneburch feliciter AMEN.

a) Nunc baſilica, olim epiſcopalis, Mindenſis in urbe Minda ad Viſurgim.

CCIX.

Philippi archiepiſcopi Colonienſis diploma, quo ad annum 1181 dirimit controſiam inter eccleſiam Mindenſem, & fratrem Fordiuum.

Ex autographo Mindenſi.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. *Philippuſ* dei gratia ſancte *Colonienſiſ* eccleſie *archiepiſcopuſ*. Jnnoteſcat omnibuſ in Xp̄o fidelibuſ futuris & preſentibuſ qualiter cauſa que habebatur inter eccleſiam *Mindenſem* & fratrem Fordiuum coram nobiſ in eccleſia Colonienſi conſilio piorum determinata eſt. Cum frater Fordiuuſ pro querimonia ſua a *Mindenſi* eccleſia pro X marciſ a dn̄o Papa annuatim ſibi conſtitutiſ L. marcaſ accepiſſet ne de cetero *Mindenſem* eccleſiam moleſtaret iuramento ſuper ſacra euangelia confirmauit deniq. prefatuſ Fordiuuſ reuerentia ſacramenti poſtpoſita aliquid a predicta eccleſia ſecundo extorquere propoſuit & litteraſ ſummi pontificiſ in quibuſ noſ ſibi iudicem preelegit optinuit noſ uero pro firmitate pacii & concordie conſilio piorum X marcaſ ei dari ſtatuimuſ quaſ coram nobiſ Gerimannuſ eiuſdem eccleſie canonicuſ & magiſter ipſi ad manus dedit. ille uero pacem illi eccleſie tam in capite quam in membriſ ſecundo ſuper ſancta euangelia ſacramento confirmauit. Ut autem modus huiuſ compoſitioniſ conſtanter ſeruetur preſentem paginam noſtri ſigilli impreſſione ſignauimuſ & teſtibuſ ſubſcriptiſ communiuimuſ. Teſteſ huius rei ſunt: *Bruno maioriſ eccleſie in Colonia prepoſituſ. Theodoricuſ* eiuſdem eccleſie *decanuſ. Johanneſ ſubdecanuſ* & *prepoſituſ de ſeſtike. Ulricuſ prepoſituſ de Reſe. Geribertuſ. Alexiſ. Rudolfuſ. Albertuſ. Johanneſ chori epiſcopuſ. Becelinuſ. Cuno cuſtoſ. Symon prepoſituſ ſc̄i Gereoniſ. Godefriduſ decanuſ. Pyramuſ magiſter ſcolarum. Theodoricuſ prepoſituſ ſc̄orum ap̄lorum. Gerimannuſ decanuſ. Juo magiſter ſcolarum. Cunraduſ ſc̄i ſeuerini prepoſituſ. Walteruſ decanuſ. Sifriduſ decanuſ ſc̄i Kuniberti. Wolframuſ decanuſ ſc̄e Marie ad graduſ. Arnolduſ. Gerimannuſ de Ellenere. Gerimannuſ iuds. Jffriduſ decanuſ ſc̄i georgii. Godeſcalcuſ. Galteruſ Leodicenſiſ. Johanneſ. Egidiuſ comeſ de duraz. Reineruſ de Jaz. Willelmus de Byrbaiſ. Heinricuſ de Marbaiſ. Thomaſ de Curt. Tirricuſ de p̄t. Gerarduſ colonie aduocatuſ. Gerimannuſ camerariuſ. Conſtantinuſ monetariuſ* et alii quam plureſ tam clerici quam laici. Acta ſunt hec colonie anno dominice incarnctioniſ M. C. LXXXI. indict .... regnante Friderico Romanorum imperatore feliciter AMEN.

CCX.

Thetmarus, Epiſcopus Mindenſis, ſuſcipit et tradit feuda oblata dominis de Landeſberg anno 1196.

Ex autographo Mindenſi.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Thetmaruſ* dei gratia *Mindenſiſ* ep̄us. Notum eſſe cupimuſ tam p̄ſentibuſ quam futuriſ Xp̄i fidelibuſ qualiter *Heinricuſ de Landeſberg* canonicuſ ecc̄lie n̄r̄e & *frater ſuuſ Euerharduſ* laicuſ *nobileſ* beatum petrum & ſc̄um Gorgonium ſibi patronoſ conciliantes quicquid hereditatiſ in epiſcopatu *Mindenſi* habuerunt cum omni utilitate eccleſie noſtre delegauerunt deinde uero *patrueleſ ipſorum Otto cuſtoſ* eccleſie noſtre cum *Annone* fratre ſuo laico *nobili* quicquid & ipſi in epiſcopatu iam dicto hereditatiſ poſſederunt conſenſu predictorum patruelium H. & E. eccleſie contulerunt. noſ autem conſilio familiarium noſtrorum eadem predia cum aliiſ prediiſ que ante a nobiſ in feodo habuerunt perdictiſ tam clericiſ quam laiciſ conceſſimuſ ea condicione ut ſinguliſ anniſ in feſto beati martini ſex talenta eiſ daremuſ donec beneficio uacan-

uacante unde ipſam ſummam perciperent infeodarentur. & ſi quiſ ſucceſſorum noſtrorum hec prelibata infringeret poteſtatem haberent ſua reſumendi ſi uero unuſ aut plureſ obirent quicunq. ex hiiſquatuor eſſet reſiduuſ eadem bona teneret heredibuſ autem deficientibuſ eccleſia omnia libere poſſideret. Et ut hec donatio & noſtra ordinatio rata & inconuulſa permaneret banni noſtri obligatione firmauimuſ ſcripturiſ inſigniuimuſ ſigilli noſtri impreſſione muniuimuſ idoneoſ teſteſ adnotauimuſ quorum hec ſunt nomina. *Wernheruſ maior prepoſituſ. Leſharduſ decanuſ. Reinharduſ preſbiter. Conraduſ diaconuſ. Hermannuſ preſbiter. Liudolduſ diaconuſ. Hildeboldus diaconuſ. Leſharduſ ſubdiaconuſ. Reinboldus preſbiter. Heinricuſ ſubdiaconuſ. Widekinduſ ſubdiaconuſ. Ramwarduſ preſbiter. Godefriduſ preſbiter. Thidericuſ ſubdiaconuſ. Thidericuſ decanuſ ſancti martini. Nobileſ eccleſie. Widekinduſ aduocatuſ. Hermannuſ de Arnheym. Rembertuſ de Slon & frater eiuſ Liudigeruſ. Volcuuinuſ de Redeſe. Thidericuſ de Se.* Miniſterialeſ. *Thetharduſ Wichgrauiuſ. Liudolfuſ dapiſer. Arnolduſ camerariuſ. Heinricuſ pincerna & frater eiuſ Liudolfuſ. Volcmaruſ de Herſe. Harbertuſ de Mandeſle. Erneſtuſ Heinricuſ Conraduſ de Luthike. Engelbertuſ & Albertuſ* fratreſ. *Thetharduſ Wolframuſ Meinharduſ de Stromberge. Heinricuſ de Boeſile* & alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno incarnationiſ dñi M. C. LXXXX VI.

CCXI.

Litteræ indulgentiarum Papæ Clementis IV, *ſpectantes ad baſilicam Mindenſem, datæ anno* circiter *1264.*

Ex autographo Mindenſi.

Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei uniuerſis Xpī fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem et aplicam benedictionem. Splendor paterne glorie qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate pia uota fidelium de clementiſſima ipſius maieſtate ſperantium tunc precipue benigno fauore proſequitur cum deuota ipſorum humilitas ſanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cum itaq. *cathedralis eccleſia Mindenſis* in honore beati Petri principis apoſtolorum et Gorgonii Martiris prout accepimus ſit conſtructa. Uniuerſitatem ueſtram rogamus et hortamur in domino in remiſſionem uobis peccaminum iniungentes quatenus ad eandem eccleſiam imploraturi a domino ueſtrorum ueniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim ut Xpī fideles quaſi per premia ſalubriter ad merita inuitemus de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus uero penitentibus et confeſſis qui ad eccleſiam ipſam in feſtiuitatibus dicti principis apoſtolorum et prefati martiris ac etiam glorioſe uirginis marie et in anniuerſario die dedicationis eiuſdem eccleſie cauſa deuotionis acceſſerint annuatim centum dies de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Viterbii X Kal. Septembr. Pontificatus noſtri anno tertio.

CCXII.

Litteræ Johannis de Bruninchuſen, nobilis viri, quibus anno 1260 bona quædam tradit eccleſiæ Mindenſi.

Ex autographo Mindenſi.

Uniuerſis Xpī fidelibus in perpetuum. *Johannes de Bruninchuſen* et *Hathewigis ſoror ſua de Ganderſem nobiles.* Quoniam apoſtoli exhortatione commonemur bonum operari ad omnes maxime autem ad domeſticos fidei noſtra et omnium qui ſpiritu dei reguntur intereſt eccleſias et eccleſiaſticas perſonas que domeſtici fidei dicuntur prediis et bonorum largitionibus dilatare ut a deo mercedem oportuno tempore recipiamus. Ea propter notum eſſe uolumus tam preſentibus quam ſucceſſoribus future poſteritatis quod nos pro remedio animarum noſtrarum bona noſtra in *Bruninchuſen* cum ſuis attinentiis *miniſteriales ac Vaſſallos*

ſallos cum mancipiis ac litonibus noſtris uniuerſis nec non omnia bona noſtra propria libera et infeodata et omnem proprietatem quam in ſiluis agris pratis paſcuis aquis et aquarum decurſibus a flumine *Bordenou* et *Minda* verſus partem orientem retinemus iuſta et legitima donatione ex certa ſcientia *eccleſie Mindenſi* poſſidendam in perpetuum donauimus cum premiſſis. item dominium quod Holtgraueſcap dicitur de ſeptem parochiis inter *Hamelem* et *Mundere* conſtitutis cum Hermanno Pracken in *Baſſen* commorante eccleſie donauimus ſupradicte. Unde ne ego *Johannes* ex iſta ſalubri donatione in temporalibus deficiam cum ſoror mea Hathewigis ſupradicta *canonica* ſit *in Ganderſem* et honeſtam ac debitam habeat procurationem a uenerabili patre ac domino *W. epiſcopo mindenſi* decem marcarum redditus ex conſenſu capituli Mindenſis ſex de curia *Alethen* et quatuor de *Mandeſlo* quamdiu uixero michi ſunt rationabiliter aſſignati que pecunia ſingulis annis et certis temporibus michi dabitur quibus conſuetum fuerat domino epiſcopo dictam pecuniam preſentari. quam penſionem etiam per integrum annum. poſtquam de medio ſublatus fuero. retinebo. ut autem omnia predicta rata permaneant et inconuulſa preſens ſcriptum feci ſigilli mei munimine roborari. Teſtes huius rei ſunt. *Ludolfus comes de Wunſtorpe. Conradus de Hamelſpringe. Bernhardus de Lo.* Henricus de Hodenberege nobiles. Hinricus aduocatus de Saſſenhagen. Hartbertus de Mandeſlo. *Conradus de Etcere.* Hartmannus luſcus. *Reineke frater ſuus. Wilbrandus* Holle. *Thedeke de Steden* milites. *Johannes aduocatus. Arnoldus iudex. Ludolfus de* Hiddeſen. *Geroldus de Landeſberge. Johannes* et *Bertoldus* fratres *Pincken.* Hinricus Cnigko. *Johannes de Mandeſlo. Thidericus de Scoobey.* Hermannus de Polo. Olricus Thodinc. *Conradus* Hornetauel. *Lolman de Molendino* famuli et alii plures. Datum et actum *Wunſtorpe* anno dñi M. CC. LX. in die Marcii euangeliſtae.

Nota. Uſus eſt Johannes de Bruninchuſen ſigillo propendente, quod cordis figuram præ ſe fert. In ſcuto apparent duo cornua bubula, in parte infima connexa. Inſcriptio hæc eſt: ✠ S. JOHANNIS DM. BR . . . . . VS.

CCXIII.

Diploma Ludolfi, Epiſcopi Mindenſis, quo ad annum 1296 permutat bona cum altari S. Johannis Mindenſi, & vendit decimam Leſſenſem.

Ex autographo Mindenſi.

Ludolfus dei gratia *mindenſis* eccleſie epiſcopus. Omnibus hoc ſcriptum uiſuris ſalutem in domino. Noueritis quod urgente nos et eccleſiam noſtram onere debitorum decimam in *Leſſe* que pertinebat ad altare ſancti Johannis euangeliſte intra eccleſiam noſtram mindenſem uendidimus pro quinquaginta marcis bremenſis argenti. unde nos eidem altari in recompenſam debitam facere cupientes cenſum trium manſorum pertinentium quondam ad officium *Wigrauii.* quorum duo ſiti ſunt in campo *Waluen* tertius in *Merteſlo* ſepedicto altari tribuimus permutationis titulo pro bonis uenditis quibus fuerat ante dotatum. cenſus autem manſorum in *Waluen* eſt unus manſus uidelicet Johannis quondam filii Jordani ſoluit ſedecim modios uſuales ſiliginis ſex ordei et ſex auene et tres modios cum dimidio auenatici bracei dimidiam marcam denariorum uſualis monete quo dimidio porco qui dicitur ſpecſuin tres ſolidos pro oue ſedecim denarios et tres denarios. manſus uero otberti decem modios ſiliginis tres modios cum dimidio auenatici bracei dimidiam marcam tres ſolidos pro oue ſedecim denarios et tres denarios. Manſus uero in *Merteſlo* duodecim modios ſiliginis tres cum dimidio auene unum porcum de tribus ſolidis et tres ſolidos pro oue ſedecim denarios et tres denarios. conditionem tamen hanc adiicimus quod liceat nobis et noſtris ſucceſſoribus eumdem cenſum ſi recuperare uoluerimus cum cenſu equiualente uel bonis aliis in poſterum permutare uel dare quinquaginta marcas bremenſis argenti ad bona equiualentia comparanda. Hec facta ſunt ex conſenſu et uoluntate noſtri capituli et tam noſtrum quam ipſius capituli ſigilla in teſtimonium preſentibus ſunt appenſa. Datum ad uincula beati petri apoſtoli anno M. CC. XC. ſexto.

Nota. In hoc diplomate villa *Leſſe* eſt Leſe, locus præfecturæ Stoltzenau. Merteſlo autem eſſe videtur Marklo, locus olim ſitus in media Saxonia prope flumen Wiſeram, ubi quondam Saxones noſtri generale concilium annuum exercebant, teſte Huebaldo in *Vita Lebuini*, uti vidimus ſupra §. 3. not. (d) Locus hodie deſolatus eſt, olim vero ſitus non procul a vico Leſe. Conf. ill. C. Vlr. Grupenii *Diſcept. Forenſes* p. 876. ſeqq.

CCXIV.

Diploma Thetmari, epiſcopi Mindenſis, quo ille teſtatur, dediſſe anno 1197 Albertum, comitem de Euerſtein, bona quædam monaſterio Amelungiſborne.

Ex apographo Amelunxborn.

In nomine ſanctę et indiuidue trinitatiſ. *Thetmarus* dei gratia ſancte *Mindenſis* eccleſię *epiſcopus*. Quanto fratres ciſtercienſis ordiniſ per contemptum mundanorum propriiſ renunciunteſ et nudi Xp̃um ſequenteſ deuotiuſ in arce contemplationiſ deo famulantur tanto iuſtiuſ eſt eoſ qui mundi ſubſtantiaſ habent eorum utilitatibuſ intendere ut abſq;. graui defectu neceſſariorum curſum ſuum faciliuſ explere ualeant. Unde noſ promptioreſ eſſe decet ad ea complenda quibuſ ipſiſ conſulitur nec tamen eccleſia noſtra leditur. Sciant itaq;. preſenteſ et ad memoriam peruenient futurorum quod fideliſ noſter *comeſ Albertuſ de Euerſtene* cum conſenſu *Alberti filii ſui* pro remedio animę ſuę et heredum ſuorum quinq;. manſoſ qui parſ hereditatiſ fuerant treſ uidelicet in *Zaſtenbeke* et duoſ in *Northoſen* cum omni integritate et appendiciiſ ſuiſ in iuſ et proprietatem cenobii ſanctę Marię uirginiſ in *Amelungiſborne* tranſtulit. Noſ itaq;. et utilitatibuſ fratrum eiuſdem cenobii conſulenteſ et poſtulationibuſ comitiſ inducti cum conſenſu capituli noſtri et miniſterialium eccleſię noſtrę predictoſ V manſoſ ab *abbate Zoykone* qui tunc preſenſ fuit in iuſ et proprietatem eccleſię noſtrę ſuſcepimuſ et comiti in pheodum conceſſimuſ pro quorum commutatione duaſ decimaſ in duabuſ uillulis *Zolenberch* uidelicet et *Nienhagen* quaſ a nobiſ comeſ in pheodo habuerat nobiſ reſignataſ abbati et fratribuſ predicti cenobii *Amelungiſborne* iure perpetuo tradidimuſ et utramq;. donationem interpoſitiſ ſententiiſ banno noſtro confirmauimuſ et ſigilli noſtri appoſitione communiuimuſ. huiuſ rei teſteſ ſunt *Walbertuſ prior* predicti loci. *Hartmoduſ ſubprior. Eilharduſ cantor. Lambertuſ cellerariuſ. Bodo de Zonburch. Bertolduſ de Zonburch.* Arnolduſ *de Zaſtenbeke. Florentiuſ de Euerſtene. Conraduſ de Euerſtene.* Acta ſunt hec anno incarnationiſ dominicę M. C. LXXXX. VII. indictione XV.

CCXV.

Bulla Coeleſtini III, *pontificis maximi, confirmans anno 1197 bona, iura & privilegia monaſterii Amelungeſbornenſis.*

Ex autographo.

Celeſtinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis *Zoikoni* abbati monaſterii in *Amelungeſborne* eiuſq;. fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſſis in P P M. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium. ne forte cuiuſlibet temeritatiſ incurſus aut eos a propoſito reuocet. aut robur. quod abſit. ſacre religionis eneruet. eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. et prefatum monaſterium in *Amelungeſborne*. in quo diuino mancipati eſtis obſequio ſub b. Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. et preſentis ſcripti priuilegio communimus. in primis ſiquidem ſtatuentes. ut ordo monaſticus. qui ſecundum deum et b. Benedicti regulam atq;. inſtitutionem ciſtercienſium fratrum in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. preterea quaſcunq;. poſſeſſiones. quecunq;. bona. idem monaſterium in preſentiarum iuſte

et

et canonice possidet. in futurum concessione pontificum largitione regum uel principum. oblatione fidelium. seu aliis iustis modis. deo propitio. poterit adipisci. firma uobis uestrisq;. successoribus illibata permaneant. in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. locum ipsum. in quo prefatum monasterium situm est. cum omnibus pertinentiis suis fundum uel dotem monasterii vestri in *Elersen* a) in *Adololdesse* b) in *Oderkese* c) in *Erdeshuse* d) in *Grene*. ad *longam indaginem*. in *Suthe*. in *Gese*. in *Luderdesse*. in *Aldentheeb*. in *Waltenstidde*. in *Oodenhusen*. in *Swalenhuse* in *Salinis*. in *Zachem*. in *Volenberge*. in *Nienbachem*. in *Osterse*. in *Reinleuessen*. in *Reinwardesse*. in *Guddingen*. cum pratis. uineis. terris. nemoribus. et uirgultis. usuagiis et pascuis. in bosco et plano. in aquis et molendinis. in uiis et semitis. et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. sane laborum uestrorum. quos propriis manibus aut sumtibus colitis. tam de terris cultis quam incultis. siue de ortis et uirgultis. et piscationibus uestris. uel de nutrimentis animalium uestrorum nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoq;. uobis clericos uel laicos. liberos et absolutos. e seculo fugientes. ad conuersionem recipere. et eos absq;. contradictione aliqua retinere. prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in uestro monasterio professionem fas sit absq;. abbatis sui licentia de eodem loco discedere. discedentem uero absq;. communi literarum cautione nullus audeat retinere. quod si quis forte retinere presumpserit. licitum sit uobis in ipsos monachos siue conuersos sententiam regularem proferre. illud districtius inhibentes. ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum liceat alicui personaliter dari. siue alio modo alienari absq;. consensu totius capituli uel maioris partis et sanioris. si que uero donationes uel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint. eas irritas esse censemus. ad hec etiam prohibemus. ne aliquis monachus siue conuersus sub professione domus uestre adstrictus sine consensu et licentia abbatis et maioris partis capituli uestri pro aliquo fide iubeat uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat. ultra pretium capituli uestri prouidentia constitutum. nisi propter manifestam domus uestre utilitatem. quod si quis facere presumpserit. non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere. licitum preterea sit uobis in causis propriis. siue ciuilem siue criminalem contineant questionem. fratrum uestrorum testimoniis uti. ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus. ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad sinodos uel conuentus forenses uos ire uel iudicio seculari de uestra propria substantia uel possessionibus uestris subiacere compellat. nec *ad domos uestras* causa ordines celebrandi. causas tractandi. uel aliquos publicos conuentus conuocandi uenire presumat. nec regularem electionem abbatis uestri impediat. aut de instituendo uel remouendo eo. qui pro tempore fuerit. *contra statuta cisstercienſis ordinis* se aliquatenus intromittat. si uero episcopus. in cuius parochia domus uestra fundata est. cum humilitate ac deuotione qua conuenit requisitus. substitutum abbatem benedicere. et alia que ad officium episcopale pertinent. uobis conferre renuerit. licitum sit eidem abbati. si tamen sacerdos fuerit. proprios nouitios benedicere et alia. que ad officium suum pertinent. exercere. et uobis omnia ab alio episcopo percipere. que a uestro fuerint indebite denegata. illud adiicientes. ut in recipiendis professionibus. que a benedictis uel benedicendis abbatibus exhibentur. ea sint episcopi forma et expressione contenti. que ab origine ordinis noscitur instituta. ut scilicet abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant. et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu consuetudinis uel alio modo. quicunq;. audeat extorquere. sed omnia gratis uobis episcopus diocesanus impendat. alioquin liceat uobis. quemcunq;. malueritis catholicum adire antistitem. gratiam et communionem sancte sedis Rom. habentem. qui nostra fretus auctoritate. uobis. quod postulatur. indulgeat. Quod si sedes diocesani episcopi forte uacauerit. interim omnia ecclesiastica. sacramenta a uicinis episcopis accipere. ac sine contradictione possitis. sic tamen. ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum episcoporum copiam non habetis. si quem episcopum Romane sedis ut diximus. communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis. per uos transire contigerit. ab eo benedictiones uasorum et uestium. consecrationes altarium. ordinationes monachorum. auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis. Porro si episcopi uel alii ecclesiarum rectores in monasteria

uestra uel personas inibi constitutas excommunicationis uel interdicti sententiam promulgauerint. siue etiam in mercenarios uestros. pro eo quod decimas non soluitis. uel aliqua occasione eorum. que ab apostolica benignitate uobis indulta sunt. seu benefactores uestros pro eo. quod aliqua uobis beneficia uel obsequia ex caritate prestiterint. uel ad laborandum adiuuerint. in illis diebus. in quibus uos laboratis. et alii feriantur. eandem sententiam protulerint. ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. nec litere ille firmitatem habeant. quas tacito nomine cistercienſis ordinis et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrari. paci quoq; et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes. auctoritate apostolica prohibemus. ut infra clausuras locorum seu grangeorum uestrorum nullus rapinam seu furtum facere. ignem apponere. sanguinem fundere. hominem temere capere. uel interficere. seu uiolentiam audeant exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus ordini uestro concessas. nec non libertates et exemtiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas. auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. minuere. seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo tertioue commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisq; sui carere dignitate. reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri ihū Xpī aliena fiat atq; in extremo examine diuinæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihū Xpī. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN a —— AMEN.



Ego Celestinus catholice eccle Eps ſſ.



✠ Ego Octauianus hostiensis et velletrensis ēps ſſ.
✠ Ego Petrus Portuensis et stē Rufine Eps. ſſ
✠ Ego Johannes tt sc̄ī Clementis cardinalis Viterbiensis et Tuscanensis ēps ſſ
✠ Ego Guido presbyter card. sc̄ē Marie trans tiberim tt Calixti ſſ
✠ Ego Hugo p̄bt̄ Cardin sc̄ī Martini tt cesti'ī ſſ
(*Hic uni cardinalium relictus locus*)
✠ Ego Johannes tt sc̄ī Stephani in celio monte presb. card ſſ
(*Hic iterum cardinali absenti relictus locus*)
✠ Ego Soffredus tt sc̄ē Praxedis presb. cardin. ſſ;
✠ Ego Bernardus sc̄ī Petri ad vincula presb. Card. tt Eudoxie ſſ;
✠ Ego Gerardus sc̄ī Adriani diac. cardin. ſſ;
✠ Ego Gregorius sc̄ē Marie in porticu diac. Card. ſſ;
(*Hic relictum absenti spatium*)

✠ Ego

✠ Ego Gregorius sc̄i Sergii ad velum aureum diac. Card. *ſſſ*
✠ Ego Lothariuſ sc̄ōr Sergii et bachi diac. card. *ſſ*;
(*Hic abſenti diacono datus locus.*)
✠ Ego Gregorius angeli diac. card. *ſſ*
✠ Ego Bobo sc̄i theodori diac. card. *ſſ*;

Datum Laterani per manum Gentii ſancte Lucie in orchea Diac. Cardin dn̄i Pape Camerarii VI. Kl Auguſti indictione XV. incarnationis dominice anno MCXCVII. Pontificatus uero dn̄i Celeſtini PP̄. III. anno ſeptimo.

a) Allerſeni ad Holtesminnam & Viſurgim.
b) Arolzen præfecturæ Allerſen villa.
c) Oelkaſſen in præfectura Wickenſen intra Principatum Wolferbuttel.
d) Erzhuſen villa ad Leinam in prætectura Grene.

Nota. Exaratum eſt diploma in pelle ouina, patente ad latitudinem XXVIII polli cum. Pendet inde ad filum ſericeum flavum, tricies contortum, plumbum, quod magnitudinem nummi uncialis æquat In eius facie antica expreſſi ſunt duo vultus barbati cum epigraphe: SPA SPE. In poſtica plumbi facie expreſſa ſunt verba: *Celeſtinus* PP. III. Apparet autem ex Bulla allata, Jo. Geor. Leuckfeldium, quondam apud Groeningenſes paſtorem primarium, in *Antiquitatibus Amelunxbornenſibus* p. 32. erraſſe, ſi perhibet, abbatem Amelungeſbornenſem Hoikonem iam anno 1190 eſſe mortuum. De cetero inter domos Amelungeſbornenſes, ad quas epiſcopis, cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel alios publicos conventus convocandi, venire vetat ſummus Pontifex, numeranda quoque eſt domus Amelungeſbornenſis, vulgo appellata *der Amelunxbornſche Hof*. Huxariæ illa eſt ſita, et quidem in ea regione urbis, quam dicunt die Rodewik ad plateam diabolicam, vulgariter nominatam *die Teufels Straſſe*. Nomen ſuum accepit illa platea a caſu quodam tragico, cuius meminit Chronicon noſtrum Mſctum. Obviam ſcilicet in ea regione ibat noctu petulans quidam iuuenis cuidam netrici, cui ludos facere tentabat iuuenis. Percontabatur illa eum: quis eſſet, et iuuenis reſpondebat: ſe eſſe diabolum. Netrix virgo arripiebat partem quandam rhombi ſui, dicens; ſi es diabolus, ego te in nomine diaboli occido. Exſpirans igitur iuuenis luit petulantiæ ſuæ ſuo ſanguine poenas. *Amelungeſbornenſem* domum, quæ fuit Huxariæ, iam anno 1197 ſpectaſſe ad monaſterium Amelungeſbornenſe, patet e *Chronico* noſtro *Corbeienſi Mſcto*. In eo enim hoc ad annum 1180 refertur, *Blaſium Burgel domum ſuam cum amplo horto in Huxeri exiſtentem tradidiſſe abbati et eccleſiæ Amelungeſbornenſi*, ipſumque *Blaſium in Monaſterium Amelungeſbornenſe intraſſe, atque inter laicos fratres receptum eſſe*. Ab eo tempore uſque in hodiernam diem Amelungeſbornenſes in quieta poſſeſſione iſtius domus verſantur, et olim conſtruxerunt in ea templum, quod veteres capellam vocabant, cui præerat unus atque alter e monachis Amelungeſbornenſibus. Huius domus cum ceteris mentionem iniecere conſules Huxarienſes in litteris ſequentibus, quas ex autographo adducere volupe erit.

CCXVI.

Domus Huxariæ in uſum Amelunxb. monaſterii ab exactionibus eximitur 1307.

Nos *Lambertus de Luchteringen Johannes de Deſſeld* magiſtri conſulum ceteriq; conſules recognoſcimus manifeſte ſub ſigillo noſtre ciuitatis huic appenſo quod libertauimus domos conuentus de *Amelunxborn Huxarie* ſitas ab omni exactione et onere ciuili et *pecunia* a) *potabili*, quam conuentus coniunctim et diuiſim dare non debent. exceptis uigiliis communibus. que de domibus fieri debent pro quindecim marcis argenti nobis prompte pagatis . . . . . Datum anno dn̄i M. CCC. VII.

a) Trinkgeld noſtris, Saufgeld. Hoc loco *Weinkauf*.

Nota. Dependet e membrana ſigillum ciuitatis, cuius typum exhibuimus in Tabula V. num. 3.

CCXVII.

Bulla Papæ Nicolai IV *ad annum* 1288, *qua Abbates Amelungesbornenses monasterio & monialibus in Valle Dei, hodie Brenckhusen dicto, & in dioecesi Corbeiensi sito, dati sunt visitatores & curatores in spiritualibus.*

Ex autographo.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio . . . . . abbati in *Amelungesborn* salutem et apostolicam benedictionem. Cum abbatissa et moniales cistercienses in *ualle dei* prope Corbeiam Saxonicam consentiente *Heinrico abbate corbeiē*. humiliter nobis supplicarint quatenus curā earum in spiritualibus tibi specialiter et personaliter cōmittere dignaremur. nos de tua religione. uite munditia. probitate et circūspecta prouidentia plenam in domino fiduciam habentes et sperantes per te spirituales sorores profuturas. discretioni tue per apostolica scripta mandamus. ut curam earum sollicite gerens. semel in anno circa festū sci michaelis archangeli officiū religiose uisitationis iis impendas et professioni monialiū istius monasterii semper interfis. easq;. in monachas benedicente domino benedicas. monachalem habitum eis largiendo. Datum Laterani VII. idus Septembris pontificatus nostri anno primo.

Nota. Ad filum sericum dependet inde plumbeum sigillum, in cuius postica facie verba expressa sunt: NICOLAUS P̃P̃. IIII. In facie antica apparent duo vultus barbati, cum inscriptione S̃P̃A S̃P̃E̅. In medio utriusque vultus Petri gladius apparet. Cum papa Nicolaus IV electus sit anno 1288, et in festo S. Petri pontificalem cathedram ascenderit, teste Theoderico de Niem in Viris Pontificum Romanorum T. I. Eccardi p. 1462, perperam asseruit J. G. Leuckfeldius in Antiq. Amelunxb. p. 34, bullam allatam esse exaratam anno 1179. Ex inferendis porro diplomatibus apparebit, quinam fuerint possessores domus Amelungsbornensis, Huxariæ olim obuiæ, et quinam fuerint visitatores monasterii nostri Brenckhusani.

CCXVIII.

Breve apostalicum, indulgentiis instructum, cum formula NON OBSTANTE, *a Gregorio* XIII 1577 *datum altari Anagnienſis basilicæ cathedralis privilegiato.*

Ex autographo Anagnino.

Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, Patri consubstantialis & coaeterni, qui pro redemptione generis humani de summo coelorum solio ad huius mundi infima descendere et carnem nostram ex utero virgineo assumere dignatus est, vices licet immeriti gerentes et eius exempla sectantes, animabus Christi fidelium defunctorum in Purgatorio existentibus, *quae per charitatem Deo unitae ab hac luce decesserunt et piorum suffragiis iuvari meruerunt*, oportuna de *thesauris ecclesiæ subsidia* subministrare studemus, ut illae, quantum divinae bonitati placuerit, adiutae, ad coelestem patriam facilius pervenire valeant. De divina igitur misericordia confisi, tenore praesentium perpetuo concedimus, ut quoties quicumque Sacerdos, sive saecularis sive regularis, missam ad altare per dilectum filium nostrum Benedictum S. Sabinae Presbyterum Cardinalem Lomellinum nuncupatum in sua Ecclesia Anagnina, cui ex concessione et dispositione apostolica praeesse seu eius administrator esse dignoscitur, semel tantum nominandum et eligendum pro anima cuiuscunque fidelis in purgatorio existentis celebraverit, ipsa *anima* per huiusmodi celebrationem easdem Indulgentias, & peccatorum remissiones consequatur, et ad ipsius liberationem, pro qua celebrabitur dicta missa, operetur, quas consequeretur & operaretur, si praedictus sacerdos hac de causa missam ad altare, situm in eccl sia b. Gregorii de Vrbe, ad id deputatum, personaliter celebraret *non obstante* nostra

de

de non concedendis Indulgentiis *ad instar* & aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3 Septembris 1577 Pontificatus nostri anno VI.

Memento, Lector, diplomata, quae porro Breve hoc excipiunt ad finem 387, descripta esse a. 1738 e Diplomatarii Abbatiae Amelunxbornensis Voluminibus duobus, ante secula duo ex membranarum fide descriptis. Diplomata ipsa, exceptis litteris bullaris Pontificum, quae sunt in bibliotheca Ducali Wolferbuttelana, incendio belli tricennalis, sic fama vulgavit, conflagrarunt. Pauca tamen praeterea diplomata desumta sunt ex autographis Corbeiensibus & unum ex tabulario ecclesiae Beverensis. Addimus heic extra ordinem ob mentionem pagi, prorsus alias incogniti, *Cirimunde*, id, quod sequitur, diploma, quod indicat originem coenobii Walsrode Principatus Luneburgici atque gograviatum Biwendensem prope Wolferbuttelam ad amnis Cire ostia, Okaram influentis. Ibi exstat adhuc locus Remlingen, olim Remnige adpellatus.

In nomine domini et indiuidue Trinitatis. Otto divina fauente gratia Rex omnibus fidelibus - - desiderium fidelis nostri Wal. Comitis Saxonie adimplentes ad monasterium suum *Rode* nominatum - - quod ipse et coniux eius Odiline nominata - construxerunt, curiam quamdam in *Remnige*, *) quam ipsis de nostra proprietate hactenus beneficiario usu sibi a nobis hinc concessam, in *pago Cirimundi* dicto et in Comitatu Geronis Comitis sitam - - dedimus - -

Signum Domni Ottonis gloriosissimi Regis

Hildeboldus Episcopus et Cancellarius vice Willigisi Archicapellani recognovi.

Data - - - Non. Maji - - anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVI. Indict. XIV. - -

*) Remlingen, villa gograviatus Biwendensis in praefectura Wolferbuttelensi.

CCXIX.

Litterae Godescalci, Abbatis Amelungesbornensis, quibus profitetur, se emisse ab ecclesia Northeimensi IV mansos, ad Snetingehusen sitos, anno 1226.

Ex apographo.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego frater *Godescalcus* dictus abbas cenobii sancte marie in *Amelungesborn* notum . . . esse cupio . . . . . quod quatuor mansos sitos in *Snetingehusen* a) quorum proprietas ad ecclesiam in *Northeim* pertinebat. cum omnibus usibus et appenditiis suis a domino *Alexandro* eiusdem loci *abbate* cum unanimi cōuentus sui cōsensu triginta marcis dimidia minus cōparaui. liberos ab omni aduocatia et ab omni grauaminis exactione expeditos. prefatam uero pecuniam dictus abbas de *Northeim* cōsensu et uoluntate sui capituli in signum et memoriam restauri in tribus mansis et medietate decime in uilla *Medem* collocauit. supradictos autem quatuor mansos de manu *comitis Adolfi de Niennouere*. qui eorundem aduocatus exstiterat. et suorum heredum. datis sibi decem marcis. perpetua libertate redemit. si quis igitur factum hoc tam rationabiliter contractum quoquomodo in posterum cōuellere aut eidem quacunq. temeritate uel ausu temptauerit cōtraire. auctoritate dei omnipotentis excōmunicationis uinculo se nouerit innodatū. Ut autem debitam et perpetuam obtineat firmitatē. presenti scripto tam nostri quam predicti abbatis et sue ecclesie nec non domini ℌ. *ducis de Brunswik* et domini *Adolfi* memorati *comitis de Niennouere* sigillis communito. ipsum duxi inuiolabiliter roborandum. Actum est hoc anno dominice incarnationis M. CC. XXVI.

a) Villa prope Moringam urbem in Calenbergico Principatu, dicta Sneddihusen. Nota. Villa *Medem*, cuius charta meminit, quondam sita erat ad flumen Leinam non procul ab oppido Northeim versus austrum, Orienti viciniorem. Hodie est desolata. Ipsa omnino est eadem, quae appellatur ad annum 972 *Medenheim* et pago tribuitur Hrittiga. Praeterea patet ex diplomate, J. G. Leuckfeldium

dium erraſſe, qui in *Antiquit. Amelunxborn.* p. 33. ſcripſit, abbatem Godeſcalcum eſſe mortuum anno 1223.

CCXX.

Compoſitio litis inter eccleſiam Amelungeſbornenſem & Dominum, de Eſcherſhuſen, ſuper bonis, ad Odenrode ſitis, & ad Cogroue, & Butthorpe, ad annum 1228.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. *Adolfuſ* et *Ludolfuſ comiteſ de Niennouere* omnibuſ ad quoſ preſens ſcriptum peruenerit in perpetuū. Notū facimuſ quod diſcordia. que inter eccleſiam *Amelungeſborne* et *Heinricum de Eſcherſhuſen* et patrem eiuſ *Echertū* diu habita eſt ſuper quibuſdam boniſ. quinq;. uidelicet manſiſ in *Odenrode* et quarto dimidio in *Cogroue* et duobuſ in *Butthorpe*. a *Theodorico* et *Winmanno de Eſcherſhuſen* eccleſie predicte collatiſ. quoſ predicti laici de manu noſtra in feudo tenuerunt. tali tandem modo diffinita eſt. quod ſepe dicta eccleſia de proborum uirorum conſilio eidem *Heinrico* ſuiſq;. heredibuſ legitime ſibi ſuccedentibuſ ſinguliſ anniſ pēſione decem ſolidorum *hildenſemeñ* monete ſoluant. ita ſane. ut nihil iuriſ ampliuſ in predictiſ boniſ idem *Heinricuſ* ſibi ualeat uſurpare preter eorundem bonorum decimā. ſi ea forte uoluerit eccleſia ſeminare. quod ſi uoluerit in eiuſ ſit poteſtate . . . . . teſteſ autem hujuſ rei ſunt *Bodo de Homburg ſenior. Theodoricuſ de Embere. Udo Ricquinuſ. Hermannuſ de Oſterode* militeſ caſtellani in *Homburch* et alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno dominice incarnat. M. CC. XXVIII.

CCXXI.

Amelunxbornenſes acquirunt manſos, prope Snetigehuſam ſitos, 1233.

Ludolfus et *Godeſcalcus de Pleſſe fratres* uendunt eccleſiæ Amelungeſbornenſi XX marcis duos manſos in *Henigehuſen* ſitos, liberos ab omni iure et exactione. Data ſunt hæc in caſtro *Pleſſe* anno MCC XXXIII. menſe Junio præſentibus *Godeſcalco eccleſiæ abbate*, Henrico cellerario, Heidenrico eiuſdem caſtri ſacerdote, item viris nobilibus et honeſtis *Thitmaro* et *Bodone fratribus de Adeleueſſen, Hermanno* et *Erneſto de Uſlaria, Bernhardo* et *Gunthero fratribus de Hardenberge, Gunthero de Bouenten iuniore, Hermanno de Gladenbeke, Henrico Poſtock*, et *Engelfrido de Reddigehuſen.*

CCXXII.

Conſentiunt hæredes Pleſſenſes 1236.

In nomine domini. Ego *Heilwich Bernhardi de Pleſſe filia* una cum domino et domeſtico meo *comite Borchardo de Bilſten, Poppone de Pleſſe* et *uxore* ſua *Mechtilde* preſentis ſcripti atteſtatione et ſigilli domini *Popponis*, quia tunc aliud non habuimus, appoſitione recognoſcimus. quod cum fratres de *Amelungeſborne* duos manſos et partem tertii in uilla *Heyningehuſen* ſitos a Ludolfo fratre Iohannis Tertlingi cum conſenſu heredum ſuorum XXV marcis emiſſent. nos unum eorundem manſorum et alterius partem, quorum proprietas ad me *Heylwigin* pertinebat. prefato cenobio donauimus propter deum iure proprietatis perpetuo poſſidendum. hec autem donatio *Pleſſe* facta eſt *Ludolfo* ibidem bona ipſa reſignante et *Gunthero de Bohenten*. qui hoc apud nos promouerat . . . . . anno dominice incarnat. M. CC. XXXVI. hoc actum eſt.

CCXXIII.

Adquirunt Amelunxbornenſes manſos, ad Henigehuſam ſitos, 1238.

Godeſcalcus *de Pleſſe* profitetur in tabula publica, ſe conſenſu uxoris ſue et *filiorum* ac heredum ſuorum duos manſos, ad uillam *Henigehuſen* ſitos, quorum

rum alterum a *fratre* suo *Ludolfo*, consensu filii ex hoc nati *Ludolfi* iure permutationis possederit, assignato eidem alio manso ad villam *Rotwigesḥusen*, ecclesiae *Amelungesḥornensi* tradidisse pro XXII marcis, quas soluerit creditoribus suis in *Brunsuic*, ubi filius ipsius *Hermannus* ob hoc es alienum manu praetoria fuerat detentus. Fide iussores erant ipse *Godescalcus* uxor eius *Benedicta*, filii utriusq. *Hermannus*, *Godescalcus* et *Otto*. Testes *comes Widekindus de Bilstein*, *Guntherus* et *Henricus* milites *de Bouenten*. *Lippoldus de Bernerhusen*. *Widekindus* et *Nodinchus de Bernesem fratres*. Acta sunt hec in castro *Plesse* MCCXXXVIII. indict. XI. mense Augusto regnante Frederico glorioso Romanorum imperatore.

CCXXIV.

Amelunxbornenses obtinent advocatiam in nomihil bonorum in Holthusen ad Moringam 1247.

In nomine domini. Ego *Ludolfus iunior* dictus *de Plesse* . . . . . constare facio quod aduocatiam meam in *Holthusen* super bona Euerhelmi fratri *Thiderico de Snetingehusen* ad manum ecclesie de *Amelungesborne* receptis ab eodem XII. marcis puri argenti uendidi. nihil in eadem aduocatia retinens mei iuris sed in omni causa pensiones et seruitia integraliter ecclesie resignaui. porro ab eisdem bonis Euerhelmi quicunq. colonus exstiterit marcam puri argenti iure aduocatorio annuatim perpetuo persoluere tenebitur ecclesie memorate. Actum anno domini M. CC. XXXXVII.

CCXXV.

Ludolfus de Plesse mansum unum, ad Holthusen situm, ecclesiæ Amelungesḥornensi, VIIII *receptis marcis, vendidit*, et *renunciauit bonis venditis anno* M. CC. LVI. dominica *circumdederunt*:

CCXXVI.

Ludolfus de Plesse, receptis ab ecclesia *Amelungesḥornensi* duabus marcis examinati argenti renuntiat omni iuri in bona ad *Holthusen* sita que cenobium Amelungesḥornense a *patre suo Ludolfo* emerat. Addidit *Godescalcus de Plesse cognatus* ipsius suum quoque sigillum. Actum et datum anno MCCLXVIIII.

CCXXVII.

Ludolfus et *Godescalcus fratres*, et *Poppo* dicti *de Plesse* testantur scripto publico *Theodoricum de Bergoldesḥusen* dimidium mansum in uilla *Bergoldesḥusen*, receptis ab Amelungesḥornensibus duabus marcis, a quo eum in beneficio tenuerat, resignasse *Obrechto de Medehem*, qui ipse ab eisdem dimidiam marcam receperat, et *Otrauenum de Hildesse*, a quo ipse infeudatus fuerat, similiter resignasse, qui eum a Plessensibus dominis in feudo tenuerat. Actum anno M. CC. XXXX. indict. XIII. mense Iulio.

CCXXVIII.

Poppo miles de Plesse declarat inter se et cenobium Amelungesḥornense ita conuenisse, ut partem agri in *Hildesse* et iuxta grangiam coenobitarum in *Snetingehusen* sitam permutauerit parte agri sita in campo *Risnove*. Testes *Johannes de Esbeke*, *Crachto de Angerstein*, *Ludolfus* aduocatus Popponis aliique. Actum anno M CC XXXV.

CCXXIX.

Amelunxbornenses a dynasta Plessensi obtinent mansos ad Snetinghusen 1239.

Godescalcus *de Plesse* duos mansos in *Snetingehusen* sitos, sibi resignandos et fratri suo *Ludolfo*, ita permutauit, ut pro altero dederit fratri unum in villa

Suthem prope Northeim, ipsosque Amelungesbornensibus marcis XX puri et examinati argenti libere vendiderit, quibus filium *Hermannum Brunsuici* detentum redemit. Facta sunt ea in villa *Angerstene* presentibus *Theodorico abbate de Amelungesborne*, *Godescalco de Plesse* et *filio eius Godescalco*, *Ludolfo de Plesse iuniore*, *Gunthero de Hardenberge*, *Gunthero de Bobenten*, *Henrico de Bobenten Helwico de Bodenhusen* aliisque. Fideiussores *Ludolfus iunior de Plesse*, *Hermannus de Gladebeke*, *Bertoldus de Assche*, *Waltherus filius Burchardi de Holthusen*, et *filii Godescalci Hermannus*, *Godescalcus* et *Otto*. Actum anno M CC XXXIX.

CCXXX.

Poppo dynasta Plessensis confert Amelunxbornensibus agros 1241.

In nomine domini. Ego *Poppo miles dictus de Plesse* omnibus in Xpō fidelibus litteras has uisuris in perpetuum. Quicquid nostro in tempore rationabiliter fuerit actitatum, propter fragilitatem humane memorie necesse est scriptis authenticis commendare, ut sic ad posteros transmissum debitam obtineat firmitatem. Nouerint igitur tam presentis quam futuri temporis fideles, quod uiro honesto *Henrico milite de Osdagessen* . . . tres mansos, in eadem uilla sitos, iure proprietatis ad nos spectantes, quos ecclesie in *Amelungesborne* . . . . pietatis intuitu assignauit et a nobis iure feudali obtinebat in manibus nostris resignante cum omnibus attinentiis suis . . . . cum eo commodo et iure, quod uulgo dicitur *achtwort*, absolutos ab omni iure secularium id est aduocatorum uel comitum, de consensu iustorum heredum ecclesie iam memorate proprietatem eorundem mansorum iure perpetuo contulimus pacifice possidendam. Sed quia *filius Helmoldus* in annis existens puerilibus idem fecit, pro eo fideiusserunt *filii patrui mei Godescalcus et Otto* . . . . supradicte autem ecclesie fratres . . duas marcas puri argenti dederunt *filie fratris nostri Mechtildi* ad supplementum necessitatis ipsius, que cum aliis ancillis Xpī seculum nequam fugiendo in claustro *Lammespringe* iugo se domini mancipauit . . . . Testes . . . Facta sunt hec in castro *Plesse* in capella ibidem anno dominice incarnat. M. CC. XXXXI. mense iunio regnante *Frederico* Romanorum imperatore et semper Augusto.

CCXXXI.

Godescalcus, *Fridericus*, *Widekindus fratres de Plesse* declarant *Giselerum*, *Bertoldum*, *Henricum*, *Johannem* et *Helmoldum fratres de More* renuntiasse coram ipsis actioni aduersus curiam *Snetingehusen*. Testes Johannes cappellanus Plessensis, Ludolfus Tethardi filius, Henricus Brelore aliique. Datum in *Plesse* VI. non. iunii, (Annus non additur).

CCXXXII.

Poppo de Plesse declarat litteris publicis, fratres de *Amelungesborne* duos mansos sitos in *Snetingehusen* iure proprietatis ad ipsum pertinentes emisse. Testes dominus *Widekindus de Bernesseln*, *Theodoricus conuersus de Snetingehusen*, *Johannes paruus* et socer suus *Albertus*, *Gerenbertus* et *Hildewardus omnes de Moringen* aliique. Actum anno M CC XXXXIIII. indict. II.

CCXXXIII.

Comites Woldenbergenses Amelunxbornensibus tradunt sua novalia Brokfana.

B. *et H.* dei gratia *fratres* et *comites de Woldenberge* uniuersis Xpī fidelibus in salutis autore salutem. Notum esse uolumus omnibus ad quos presens litera peruenerit quod nos ob reuerentiam domini nostri ihū Xpī et sue matris et ad petitionem bonorum hominum in *Amelungesborne* omne ius, ad nos pertinens, in bonis, que de nouo eradicata sunt de curia, que dicitur *Brokhoue* *), post-

poni-

ponimus et conferimus eccleſie et conuentui *Amelungeſborne*, ut orationum et laborum totius conuentus participes eſſe poſſimus. et ut nullus e nobis uel noſtris ſucceſſoribus hec poſſit infringere literam preſentem fecimus roborari teſtibus preordinatis qui uiderunt et audierunt quorum nomina hic ſubſcripta ſunt. *Comes C. de Euerſtein* et ſui *fratres L. et H. de Euerſtein* et *comes Otto* et *H. aduocatus de alta fago* et alii quam plures. (Ante annum 1244).

*) Villa præfecturæ Grene ad Leinam.

CCXXXIV.

Conſentiunt alii Comites Woldenbergici 1244.

In nomine domini. *Borchardus* et *Henricus* dei gratia *comites de Woldenberg* omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, in perpetuum. Nouerint cuncti fideles tam preſentis quam futuri temporis, quod actionem habuimus in fratres de *Amelungeſborne*, eo quod octo iugera, in *Brockhoue* ſita, noſtre pertinentie uendicauimus in campo pene *Hoſterſen*, ubi interuenientibus *nobilibus de Euerſtein Ottone* uidelicet et *Ludeuico* omni querele renunciauimus nos et poſteri noſtri pro remedio animarum noſtrarum nec non et *patris noſtri bone memorie comitis Hermanni*. Ut autem hec noſtra rationabilis actio rata permaneat et inconuulſa paginã hanc ſigilli noſtri munimine roborandam duximus et firmandam. Teſtes horum ſunt. *Otto* et *Ludeuicus comites de Euerſtein*. *Johannes ſubprior*. *Johannes camerarius*. *Georgius*. *Sifridus monachi*. *Henricus aduocatus de Altafago* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini M. CC. XXXX. IIII.

CCXXXV.

Venduntur manſi Bergoldeshuſani Amelungbornenſibus 1244.

In nomine domini. Ego *Ludolfus iunior dictus de Pleſſe* omnibus tam preſentis quam futuri temporis fidelibus in perpetuũ. cum in uniuerſis contractibus ſeu uenditionibus debita firmitas exigatur. proinde nouerint uniuerſi. quod duos manſos ſitos in *Bergoldeſhuſen*. quos quidam *Helmoldus* ex eadem uilla dictus. in beneficio tenuerat. et reſignauit unum domino *Popponi de Pleſſe*. alterum duobus fratribus *Johanni* uidelicet et *Henrico de Witeſhuſen*. qui et ipſi domino *Godeſcalco de Pleſſe* et *fratri ſuo domino Ludolfo patri meo*. a quibus in beneficio tenuerant. reſignauerunt. eoſdem itaq;. manſos ab omni onere aduocatie ſeu cuiuslibet exactionis grauamine liberos et libere reſignatos. cum omnibus attinentiis. pratis. ſiluis. aquis. agris. cultis et incultis. receptis uiginti marcis puri argenti. a domino *Theodorico* tunc temporis *abbate de Amelungeſborne*. eidem eccleſie ſue contuli iure proprietatis perpetue poſſidendos. in quorum recompenſatione. memorato *Helmoldo*. qui eoſdem poſſederat. tres manſos in *Redingeſhuſen* cum tribus areis. obligaui et porrexi eo iure feodali. ut cum a me uiginti marcas puri argenti receperit. bona eadem ad uſus meos libere redeant et abſolute. firmata ſunt hec in caſtro *Pleſſe*. ubi iam dictos manſos. quos eccleſie contuli. reſignauerunt. et proprietatem ſinguli. ſecundum quod ad eos pertinebat. eccleſie recognouerunt. Dominus *Poppo* uidelicet cum *uxore ſua Michtilde* et *filio Helmoldo* et *filia ſua Mechtildi* proprietatem unius manſi. dominus *Godeſcalcus* una cum *uxore ſua Benedicta* et filiis ſuis *Hermanno*. *Godeſcalco*. *Ottone*. et dominus *Ludolfus* cum uxore ſua *Albeydi filio ſuo* et *filia ſua Mechtildi* alterius manſi proprietatem in preſentia domini *Theodorici abbatis* eidem liberaliter contulerunt. qui et eadem bona cum fratre *Conrado* ſacerdote dicto *de Kaminaden* ad manus eccleſie recepit. ſub teſtimonio probabilium uirorum quorum nomina ſubnotantur. quod factum. ne quis unquam hominum uelit aut ualeat in irritum reuocare. domini *Popponis*. domini *Godeſcalci* et fratris ſui domini *Ludolfi patris mei* ſigillorum appenſione. preſentem paginã inde conſcriptam confirmari uolui et muniri. Teſtes huius rei ſunt iam dictus dominus *Theodoricus de Amelungeſborne*. dominus *Poppo de Pleſſe*. dominus *Godeſcalcus* et *frater ſuus Ludolfus* dicti *de Pleſſe*. *Guntherus* et *Henricus de Bobenten*. *Johannes de Roduuingeſouſen* et alii quam plures. Actum anno dominice incarnationis M. CC. XXXX. IIII. indict. II.

Nota. Patet ex hoc diplomate *J. G. Leuckfeldium* in *Antiquit. Amelunxfborn.* p. 33. Theodoricum abbatem Amelungesbornensem omisisse.

CCXXXVI.

Ludolfus nobilis de Plesse aduocatiam Holthusensem confert Amelunxbornensibus 1247.

In nomine domini. Ego *Ludolfus iunior* dictus *de Plesse* uniuersis tam presentis quam eui futuri fidelibus in perpetuum . . . . . innotesco. quod aduocatiam meam Holthusen a) super bona *Euerhelmi fratris Theodorici de Snetingehusen* ad manum ecclesie de *Amelungesborne* in fossato *Plesse* pro XII marcis puri argenti uendidi. cum omni iuris mei integritate. contractum fideiussoribus. qui una mecum contra prauorum audaciam warandiam prestent ecclesie conueniens et confirmans. et quia memoratam aduocatiam de manu domini episcopi *Moguntini* iure tenui feodali. ab eius iurisdictione sua fretus litterarum copia ecclesie liberam facere polliceor et absolutam. porro quiscunq. colonus bonorum extiterit. Euerhelmi. marcã puri argenti aduocatorio iure ecclesie persoluere perpetuo tenebitur annuatim . . . . . verum fideiussores. qui mecum compromiserunt. hi sunt. *Godescalcus senior de Plesse patruus meus* et tres *filii sui Hermannus Godescalcus* et *Otto*. qui fideiussores et testes erunt ydonei quoad uixerint ad huius contractus perpetuum firmamentum. Actum anno domini M. CC. XXXXVII.

a) Vicus Langenholthusen prope Northemium & Leinam, vulgo dictus *Holzen*, hoc loco non designatur, sed Holthusa ad oppidum Moringam.

CCXXXVII.

Basilius de Osterrode confirmat Amelunxbornensibus bona Snetinghusana 1244.

Ego *Basilius dictus aduocatus de Osterrode* . . . . nouerin . . . . . fideles quod ecclesia de *Amelungesborne* in usus fratrum ibidem famulantium comparauit quatuor mansos in *Snetingehusen* siros cum omnibus attinentiis . . . . . piscatura. ab omni onere aduocatie nec non et omni exactionis grauamine liberos et expeditos. quos quatuor filii. domini *Hartungi de Medehem* uidelicet *Hartungus* et *Hermannus Theodoricus* et *Johannes* in beneficio tenuerunt receptisq. *Hartungus* et *Hermannus* duodecim marcis et dimidia. *Theodoricus* octo et *Iohannes* tribus marcis resignauerunt. quorum uero mansorum proprietas dominum *Iohannem filium Alexandri de Stoufenborgk* et dominum *Theodoricum* filium *Herenberti* contingebat. qui receptis ab ecclesia nouem marcis proprietatem eidem contulerunt. tertium mansum in beneficio tenuerunt a domino *Alexandro* et *Ghisone de Gethelde* cognomento Ouerbein. et ad *cognatum suum Basilium* spectabat. Idem *Basilius* et cognatus suus iam dictus quatuor marcas et dimidiam receperunt. *Hermannus* uero et *Ghiso*. ut auxilio se domini *Gunzelini* tuerentur. dederunt proprietatem in manus eius. qui etiam dimidia marca recepta eandem proprietatem ecclesie assignauit. quidam *Theodoricus* et *Herenbertus Henricus* et alter *Herenbertus*. hi quatuor receperunt unusquisq. dimidiam marcam. ut omni iure. quod in supra dictis mansis habere uidebantur. plane renuntiarent. Ut autem hec inconuulsa permaneant rogatu fratrum de *Amelungesborne* sigilli mei testimonio communiui. Testes sunt ego *Basilius* et *dominus Henricus de Bonikenhusen*. *Henricus* et *Ernestus de Northeim* et alii quam plures. Actum anno domini M. CC. XXXXIIII. indict. II.

CCXXXVIII.

Nobilibus viris dominis suis *C. O. H. et L. comitibus de Euerstein H.* et *L. fratres de Oltwordesbusen* resignant decimam super uiginti mansos nouem scilicet

licet in *Luthardeſſen* et undecim in *Hildewardeſſen* ſitos ea lege, ut ea Amelungeſbornenſi eccleſiæ conferatur anno domini M CC LXVI.

CCXXXIX.

Jidem domini, receptis octo marcis puri argenti et octo ulnis *clauſtralis panni* decimam illum reſignant eodem anno, vocantes ſese *Hermannum et Ludolfum*.

CCXL.

Confirmat bona Henricus de Homburg 1245.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ego *Henricus dictus de Homborg* uniuerſis preſentis pagine inſpectoribus et auditoribus notum facio. quod *Ecbertus filius Henrici dicti de curia* eccleſiam de *Amelungeſborne* ſuper dimidio manſo in *Aldendorpe*. quem a patre ſuo ſe ſperauerat emptione legitima contraxiſſe. impetens et moleſtans . . abbatem et fratres inquietare multis querelis et variis placitis non ceſſauit. tandem placito in *Iſcherſhuſen* conſtituto. ubi me preſente ac mediante utreq;. partes in arbitros promiſerunt. quorum arbitrio cauſa tali forma et fine amicabiliter eſt deciſa. quod idem *Ecbertus* ipſa bona cederet eccleſie perpetuo poſſidenda. inſuper omnibus cauſis et querelis. quas in eccleſiam habere uidebatur. cum matre plene renuntiaret et decimam de *Butteſtorpe* liberam reciperet. quam pro duobus talentis et dimidio obligatam eccleſia uſufructuario in pignore obtinebat. porro cum predicta bona in *Oldendorpe* eſſent feodalia iure proprietatis ad *comites de Niennouere* pertinentia: ſuper acquiſitione proprietatis ad manus eccleſie ex parte *comitis Adolfi ſoceri mei* et filiorum eius ſpoſpondi. promittens nihilominus amouere. ſi quis ſorte inpoſterum in eiſdem bonis quippiam iuris ſibi preſumpſerit uendicare. in huius rei memoriam et firmamentum preſentem paginã cum ſubſcriptione teſtium conſcribi et ſigilli mei appenſione feci communiri. Teſtes ſunt *Theodoricus abbas* eiuſdem eccleſie. *Conradus cellerarius. Philippus plebanus in Eſcherſhuſen. Hermannus laicus. Hunoldus. Lambertus de Hunzenhuſen. Henricus de Brach.* et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini M. CC. XXXXV. in Eſcherſhuſen.

CCXLI.

Renuntiatio dynaſtarum Hardenbergicorum in bona Siburghuſenſia, 1245.

In nomine domini. Ego *Guntherus de Hardenberge* nos quoq;. fratres *Hermannus Bernhardus* et *Theodoricus filii domini Bernhardi de Hardenberge* uniuerſis has litteras uiſuris uolemus eſſe notum et publice proteſtamur, quod quidquid iuris ſeu beneficii feodalis habuimus in decima uille *Syburgehuſen*, *Amelungeſbornenſi eccleſie* contulimus, receptis ſeptem marcis puri argenti a domino *Theodorico* eiuſdem eccleſie abbate tunc temporis exiſtente. Ego uero *Guntherus* eandem decimam de conſenſu coheredum meorum *Godeſcalco de Perrimont*, a quo in beneficio receperam, reſignaui ea de cauſa, ut iam dicto monaſterio conferretur . . . . Actum et datum *Rodhe* anno incarnationis domini M. CC. XXXXV.

CCXLII.

Renuntiatur liti in bona Snetinghuſana 1262.

Ego *Theodoricus* miles dictus *de Hartenberg* omnibus tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum uiſuris notum eſſe cupio. quod *Johannes de Snetingehuſen* omni actioni. quam habuit in fratres de *Amelungeſborne*. ſuper uniuerſis bonis. que quondam pater ſuus et ipſe poſſederant in *Snetingehuſen*. receptis ab ipſa eccleſia duabus marcis et dimidia ac moldero ſiliginis filio ſuo conſentiente coram ciuibus in *Moringen* penitus renuntiauit. hoc idem fecerunt tres filii *patrui* ſui *Suetheri*. recepto fertone et dimidio. qui et ipſi ſuper loco molendini olim ibidem conſtituti. memoratam eccleſiam ſimiliter impetebant. ut autem hec

eorum renuntiatio etiam coram me facta firma permaneat et in posterum omnis super hoc calumnia sit exclusa presentes litteras inde confectas et inde conscriptas de uoluntate utriusq;. partis sigillo meo utile duxi communire. Datum et actum anno domini M. CC. LXII.

CCXLIII.

Transactio de lignatione in silua Hildessensi a. 1303.

Scripti presentis declaratione pateat uniuersis. quod nos *Hildebrandus* fratres dicti de *Hardenberge* et *Johannes* ac *Borchardus fratres* dicti *de Saldere* unanimi consensu et uoluntate heredum nostrorum cum reuerendis uiris domino *Bertramo abbate* et Henrico Priore totoq;. conuentu in *Amelungesborne* super quadam dissensione habita de portione lignorum in silua uille nostre *Hildessen* *) que cedit dominis prefatis ex parte agrorum suorum ad uillam *Bercholtesbusen. que nunc destructa est.* pertinentium. reformati et concordati sumus amicabiliter in hunc modum . . . . . Testes sunt uiri nobiles dominus *Otto de Bouenten senior.* dominus *Fredericus de Rostorp.* *Hermannus* miles *de Hardenberge.* et *Engelbertus. Wernherus* et *Gerhardus filii sui* et alii quam plures. Datum et actum anno dominice incarnat. M. CCC. III. in uigilia beate catharine uirginis.

*) Locus prope Leinam et Northemium.

CCXLIV.

Sigfridus Æpiscopus Moguntinus decimam confert Amelunxbornensibus 1239.

Sigfridus dei gratia sancte *Maguntine sedis archiepiscopus* sacri imperii per germaniam archicancellarius. nouerint uniuersi . . . quod decimam uille de *Sithmannesbusen.* quam nobiles uiri *comites de Euerstein* a nobis et ecclesia Maguntina titulo feodali obtinebant. in manibus nostris per dictos comites libere resignatam monasterio de *Amelungesborne* intuitu pietatis nec non ad supplicationem dilecti fidelis nostri *Hermanni de Uslaria* proprietatis iure concessimus possidendam. Pro restauro autem decime . . . . predictus *Hermannus* assignauit duos mansos sitos in *Dransueld* nobis et ecclesie Maguntine. quos eundem Hermannum iure feodali uolumus obtinere . . . . Datum *Erfordie* anno M. CC. XXXVIIII. VI. kal. iun. pontificatus nostri anno nono.

CCXLV.

Emtio prædii Siddemannesbusani circa 1245.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Lodewicus* dei gratia *Thuringie landgrauius et Saxonie Comes palatinus* omnibus. ad quos presens peruenerit. scriptum in perpetuum. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris. quod ecclesia de *Amelungesborne* predium quoddam nomine *Siddemannesbusen* a quodam libero uidelicet *Ottone de Balinbusen* et filiis suis consensu heredum suorum emptione legitima contraxit et illud aliquot annis quiete possedit. clericus autem quidam *Bertoldus* nomine pro pecunia. quam ante ad emenda bona eidem ecclesie contulerat. penitentia ductus. eadem bona eo iure. quo iam dictum claustrum possederat. dari sibi petiuit et obtinuit. cum itaq;. eadem bona ecclesie nostre in *Manenberge* pro anime sue remedio post mortem suam cedere uoluisset. modico tempore quieta possessione gauisus est. nam miles quidam nomine *Lodewicus de Rorimberg* falso dicens predicta bona ad se iure hereditario pertinere. predicto clerico uiolentiam intulit et eum bonis spoliauit. predictus itaq;. clericus nil emolumenti uidens se in predictis bonis posse habere. nec ab ecclesia predicta warandiam sufficientem posse obtinere. militi cuidam *Roderico.* nomine *de Hoinhamelen* et filiis suis querimoniam et causam. quam in eandem ecclesiam habere uidebatur. conferre presumpsit. qui cum eandem ecclesiam coram *Hildensemeñ*

semeñ episcopo traxisset in causam. de prudentum uirorum consilio tandem diffinitum est. ut ecclesia de *Amelungesborne* predicta bona sua reciperet et eidem clerico in bonorum recompensationem LV marcas restitueret. de quibus miles predictus cum filiis suis XXX marcas acciperet et ecclesia nostra cum clerico XXV obtineret. facta sunt hec cum consensu et uoluntate nostra procurante hec uiro uenerabili . . . in *Manenberge* tunc temporis preposito et Egilolpho eiusdem loci cellerario et Bertoldo clerico ex parte uero aduersa hoc etiam agente *Godescalco* uenerabili uiro tunc temporis in *Amelungesborne abbate* consentiente conuentu. sed et ut hec rata in posterum et inconuulsa permaneat . . . . et a memoria hominum temporis diuturnitate non recedat. presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri et ecclesie impressione communiri . . . . . .

CCXLVI.

Henricus dei gratia *prepositus in Heiligenstat* declarat, *Ottonem de Balenhusen Arnoldum fratrem* eius et *Mechtildem* matrem ipsorum receptis sex marcis puri argenti iuribus suis in bona *Sedemanneshusana* renuntiasse. Inter testes eminent *Guntherus de Hardenberge* et *filius Hermannus*, *Hermannus*, *Bernhardus* et *Thidericus filii* domini *Bernhardi de Hardenberge*, et *Gunterus de Bouenten*. Actum anno M. CC. XXXXV.

CCXLVII.

Hermannus aduocatus in *Cigenberge* declarat, *Bertramum* et *Florentium fratres de Cigenberge* æque renuntiasse iuribus suis in bona prædicta *Sidemannesbusana*. Actum anno domini MCCL. coram castrensibs in *Gemunde*.

CCXLVIII.

Vendit Ludolfus Plessensis dynasta mansum Holteshusanum Amelunxbornensibus 1247.

In nomine domini ego *Ludolfus iunior* dictus *de Plesse* uniuersit tam presentis quam futuri temporis fidelibus in perpetuum. quia factis hominum plerumq;. obliuio refragatur humane memorie fragilitas litteris utiliter adiuuatur. ne quod certum esi fiat dubium. aut quod rationabiliter gestum est per obliuionem forsitan destruatur. uniuersis igitur notum facio esse, scriptum hoc inspecturis. quod mansum unum in *Zolthusen* situm. quem *abbas de Steine* ab *Zermanno de Zardenberge iuniore* contractum mihi uendidit fratri *Theodorico de Snetingehusen* ad manum ecclesie de *Amelungesborne* decem marcis puri argenti uendidi. mei iuris nihil retinens in eodem. huius rei testes sunt dominus *abbas de Steine*. ego *Ludolfus de Plesse*. *Zermannus senior de Zardenberge*. *Guntherus* et *Zenricus de Bouenten*. item pensionem alterius mansi in prescripta uilla siti et quinq;. marcis puri argenti emptam ab *abbate de Steinem* cum aduocatia eiusdem mansi mihi pertinente predicto fratri pro decem marcis puri argenti uendidi cum omni iuris mei integritate. porro ipsum mansum ab *henrico henrici filio de Snetingehusen*. cui proprietas pertinebat. pro septem marcis et dimidia puri argenti idem frater emptione legitima comparauit. Ut autem utriusq;. mansi contractus in statu solido perseueret. et ecclesia perpetuo tranquilla possessione gaudeat. presentem paginã inde conscriptã sepe dicte ecclesie dedi sigilli mei munimine roboratam. huius rei testes sunt *Zenricus* de*Snetingehusen*. *Johannes paruus*. et *Bertoldus de Moringen*. Actum anno domini M. CC. XXXXVII.

CCXLIX.

Permutat idem mansos 1248.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ego *Ludolfus* miles *de Plesse* omnibus hanc paginã inspecturis tam presentibus quam futuris innotescere cupio.

cupio. quod quatuor manſos in campo *Zolthuſen apud Moringen* ſitos. cum *comite Burchardo conſanguineo meo de Scartueld* hactenus in proprietate habui. in quibus manſis ipſe *Burchardus* iam dictus nihil iuris habuit preter tertiam partem tantumq;. ipſum contingit. mihi autem relique due partes ex debito iuſtitie cedebant. quas partes et proprietatem meam intus habitam cum totius queſtus utilitate in concambio pro aduocatia in *Uolporgehuſen* domino abbati et conuentui eccleſie *Steinenſis* in perpetuum poſſidendam et ipſorum uſui profuturam contuli. hoc itaq;. factum ut ratum et inconuulſum permaneat. preſentē literam impreſſione ſigilli mei roboratam ipſe communiui. Teſtes huius rei ſunt dominus abbas de *Amelungeſborne*. *Conradus* cellerarius eiuſdem loci. *Johannes de Utrecht* confrater ibidem. *Thidericus* conuerſus de *Snetingehuſen* dictus. *Hermannus* cognomine *inſtitor*. *Bernhardus aduocatus de Northene* et alii quam plures qui huic concambio interfuerunt. Acta ſunt hec anno gratie M. CC. XXXXVIII XI kalendas februarii.

CCL.

Reſignat idem bona Æpiſcopo Moguntino 1251.

Honorabili domino *G.* ſancte *Moguntinenſis ſedis archiepiſcopo Ludolfus de Pleſſe* tam debitum quam paratum in omnibus famulatum. tenore preſentium proteſtamur quod quidquid in uilla *Zolthuſen iuxta Moringen* in aduocatiis in manſis uel quacunq;. utilitate de manibus ueſtris in feodo tenuimus reſignamus. eo pacto ut eccleſie de *Amelungeſborne* conferantur. conſanter promittentes. quod id quod per literam fecimus. manu et lingua faciemus cum oportunitatem habuerimus ad ueſtram preſentiam accedendi. Datum anno domini M. CC. LI.

CCLI.

Ludolfus de Pleſſe bonis omnibus in *Holthuſen* ſitis cedit vel hereditario iure poſſeſſis vel ex *matre ſua de Lutterberge comitiſſa* ad patrem translatis, eaque donat eccleſie *Amelungeſbornenſi*. Teſtes ſunt *nobiles de Pleſſe Hermannus* et *Otto fratres*, *Hermannus ſenior de Hardenberge* et *frater eius Theodericus*, Johannes ſacerdos de *Pleſſe* aliique. Facta eſt hæc renuntiatio et traditio ante caſtrum in coemiterio anno M. CC. LIIII.

CCLII.

Parthenon Wunſtorpienſis cedit manſis ad Lantwerdinghuſam ſitis 1248.

Ego *Adelheydis* diuina miſeratione *abbatiſſa in Wunneſtorp* totumq;. eiuſdem eccleſie capitulum cum miniſterialibus ſuis . . . . . .nouerint omnes . . . . . quod nos omni iuri actioni et omni querele. quam habuimus in bonis quibusdam in uilla *Landwerdingehuſen* *) ſitis. uidelicet IIII manſis cum hominibus. qui eoſdem manſos colunt et in beneficio tenent. item de IIII manſis ibidem ſitis. quos domina *Lutgardis* uidua defuncti *Bodonis ſenioris de Homburg* libere adhuc poſſidet nec ulli hominum iure feodali porrexit. item de *Kaminata* iuxta eccleſiam ſita et de ipſa eccleſia IIII manſis dotata in ſupra dicta uilla et quinto manſo in *Bobere* ſito. qui ad eiuſdem eccleſie lumen eſt aſſignatus. item de hominibus domine *Lutgardis* in noſtro confinio reſidentiam habentibus. de hiis omnibus. ſi quid iuris habuimus. plane renunciamus. promittentes firmiter et fideliter perſoluere cupientes. quod eccleſie de *Amelungeſborne*. que nobis in hiis bonis ſuccedit. neq;. per nos neq;. per alium de parte noſtra in bonis ſupra dictis ullum grauamen ſeu moleſtiam inferemus. recepimus autem in recompenſationē a prefata domina L. uiginti ſeptem marcas bremenſis argenti. cum quibus fratres de *Amelungeſborne*. ſuper addita pecunia quantum in ipſius domine gratia poterant inuenire. ab ea ſupra memorata bona libera ab omni onere aduocatie et a quolibet exactionis grauamine cum omnibus attinentiis . . . . . cum omni etiam com-

commodo et iure. quod vulgo dicitur *achtwart* et cum omni iuris plenitudine contraxerunt in perpetuum pacifice possidenda. huius rei testimoniū perhibemus sigillo . . . . . Testes emptionis supradicte sunt ego *Adelheydis abbatissa. Henricus Senior. Ludegerus. Henricus iunior* sacerdotes. *Gertrudis decana. Eylica celleraria*, et totus conuentus. ministeriales *Jordanus de Eckere. Hartmannus iunior de Emplethe. Henricus de Eckere. Conradus de Eckere. Ludolfus hircus. Hoyerus hircus. Henricus hircus.* domina *Lutgardis de Homborg* et *filia sororis eius Alechisa* et alii quam plures. Actum anno gratie M. CC. XXXXVIII indict. VI.

*) Nunc Landrinkhusen ad milliare circiter unum Wunstorpio procul.

CCLIII.

Sophia consensu *filii Bertoldi* consensit sorori suæ *Lutgardi* de bonis in *Landwerdingehusen*, et sigillum adhibuit domini abbatis de *Hasungen*.

CCLIV.

Bertoldus de Velsberg ad preces *materteræ* suæ *Lutgardis de Homborg* cum matre *Sophia* renuntiat bonis in *Landwerdingehusen*, usus sigillo suo et cognati *Volguini de Nuenburg*. datum eodem anno 1248.

CCLV.

Vidua Theodorici a) liberi (baronis) *de Depenowe* b) renunciat æque bonis prædictis, ac aliis.

a) Thiderici uxor erat Alienora, Henrici Leonis filia.

b) Castrum olim euersum haud procul Burchtorpio ad fluen Aue.

CCLVI.

Henricus de Homborg, quia bona illa erant redemta denariis *patrui* sui *Bodonis* per manum *uxoris suæ* dominæ *Lutgardæ*, perinde iuri suo renuntiat, receptis XV marcis examinati argenti et equo constante quinque marcis. actum anno M. CC. LIII.

CCLVII.

Johannes Gerhardus et *Arnd*, famuli *de Weltberge*, ab Amelungesbornensibus ad tempus vitæ receperunt sex mansos ad *Lantwardinghusen*, quos tenuerat *Johannes de Stockem.* sigilla adiunxerunt *Mauritius nobilis comes de Speigelberge, Henricus de Osen, Ludolfus de Afferde.* Datum anno M. CCC. LXXXI. die Margaretæ.

CCLVIII.

Margareta, Abbatissa Gandersheimensis, cedit mansos, ad Brunsen et Grene sitos 1272.

Margaretha dei gratia *abbatissa* totusq. conuentus *Gandersheimensis* ecclesie omnibus Christi fidelibus. ad quos presens scriptum peruenerit. Salutem in uero ac perpetuo salutari. que geruntur in tempore. ne simul labantur cum tempore. poni solent in lingua testium uel scripture memoria plenari. Notum igitur esse uolumus tam presentibus quam futuris. quod nos unanimi consensu unam curiam cum tribus mansis sitam in *Brunsen*. a) ac octo areas cum duobus mansis sitis in *Grene* nec non molendinum ac piscaturam ibidem. ualentem tres denarios in ebdomade. a *comite Henrico de Woldenberg* et *filiis suis Henrico* uidelicet et *Hermanno* quos ipsi in feudo ab ecclesia nostra tenuerant. recipientes in nostris manibus resignatos. proprietatem dictorum bonorum . . . . . miserationis ac retributionis respectu cum pascuis aquis siluis ecclesie *Amelungesborne* contulimus in perpetuum libere possidendam. Vt autem indemnitati nostre ecclesie caueatur.

septem mansos in Zenade sitos. a prefatis comitibus. quos ipsi a nobis iure tenebunt feodali. recepimus in restaurum. Ne autem hanc donationem nostram alicuius calumnia in posterum in irritum uocare audeat uel presumat. presens scriptum ecclesie memorate de *Amelungesborne* nostrorum sigillorum munimine dedimus roboratum. Testes huius rei sunt. *Henricus comes de Woldenberg. Bruningus aduocatus noster. Johannes miles de Dalem. Johannes aduocatus cognomento longus. Johannes cellerarius. Fridericus camerarius. Johannes magister in Zerdeshusen.* Datum anno domini M. CC. LXXII.

a) Locus præfecturæ Grene in Principatu Wolferbuttel.

CCLIX.

Dynastae Hardenbergenses tradunt Amelunxbornensibus dimidium mansum Holthusensem 1251.

In nomine domini *Hermannus senior de Hardenberg* uniuersis presentem paginam inspecturis in perpetuum. ne querele sopite reuiuiscant ex calumnia malignorum. prouide res gesta scripture testimonio et fide testium confirmatur. ideo est. quod presentes scire cupimus et memorie transmittimus futurorum. quod cognati mei *Hermannus* et *Conradus* dicti *de nouali* *) itemq;. *Bernhardus* filius patrui ipsorum. actioni. quam habuerunt in fratres de *Amelungesborne* super dimidio manso sito in *Holthusen*. nec non duobus nocturnalibus calceis. quos annuatim ab eis acquisierunt. receptis ab eisdem quatuor marcis examinati argenti et dimidio fertone finaliter renuntiauerunt cum omni posteritate eorum in perpetuum. Ut autem hoc factum in dubium nulli ueniat. rogatu renuntiantium presens scriptum sigilli nostri patrocinio. simul et subscriptione testium roboramus. Testes sunt. *Guntherus de Bouenten. Johannes de Moringen. Conradus* monachus et sacerdos. *Theodoricus* conversus in *Amelungesborne*. et alii quam plures. Datum anno M. CC. LI.

*) Nunc Grösenrode ad Leinam infra Hardenbergam.

CCLX.

Cedunt dynastæ Hardenbergenses alia bona Amelunxbornensibus.

Nos *Theodoricus* et *Thetmarus. pater* et *filius* dicti *de Hardenberge* et nos *Fredericus* dictus *de Rostorp* . . . . protestamur. quod decimam in *Holthusen iuxta Morungen*. quam resignauerunt *comites de Scarduelte* et *comites de Lutterberge* cum heredibus suis ecclesie *maguntine* et decimam in *Wettesen*, quam *comites de Swalenberge* . . eidem ecclesie resignauerunt. preterea VIIII mansos sitos in dicta uilla *Holthusen* a comitibus de *Scartuelde* et nobili uiro *Ludolfo de Plesse* . . dicte ecclesie cum omnibus attinentiis resignatos. quas decimas et mansos *Abbas* et conuentus ecclesie *Amelungesbornensis* a iam dictis *nobilibus* emtionis titulo comparauerunt . . . . ut autem dicta ecclesia *moguntina* in huiusmodi donatione maneret indemnis. decem mansos in uilla *Lhudingehusen* ad nos *Theodericum de Hardenberge* cum proprietate spectantes. tres uero et dimidium ad nos *Fredericum de Rostorp* proprietatis titulo pertinentes. receptis ab abbate et conuentu dicti loci *Amelungesborne* XX marcis argenti cum consensu uxorum et omnium heredum nostrorum domino nostro *Maguntinensi* archiepiscopo antedicto et sue ecclesie in recompensationem predictorum bonorum dedimus in restaurum et ab eo cum heredibus nostris in feudum recepimus in perpetuum libere possidendos. Quanquam donatio proprietatis sepedictorum bonorum ac ipsorum recompensatio per uenerabilis domini nostri *Maguntini* patentes litteras nobis presentibus solenniter sit firmata nihilominus ad maiorem cautelam sigillis hoc scriptum fecimus communiri . . . . . .

CCLXI.

CCLXI.

Consules ciuitatis *Eimbecenſis* teſtantur, *Lippoldum*, *Georgium* et *Giſelbertum fratres de Wetſen* decimam *Holthuſanam*, quam a comitibus *Burchardo de Scartuelde* et *Burchardo de Lutterberge* tenuerant in feudo, eis reſignarint, ut ea adſignaretur coenobio Amelungeſbornenſi LXXXII marcis argenti vendita. Datum anno M. CC. LXIIII.

CCLXII.

Comites Scartfeldenſes tradunt bona ſua Holthuſenſia Amelunxbornenſibus 1254.

Nos *Burchardus* et *Erneſtus* et *Sigebodo fratres de Scartuelde*. uniuerſis Chriſti fidelibus preſentem litteram inſpecturis in perpetuum cupimus eſſe notum. quod eccleſia de *Amelungeſberge* emtione legitima comparauit bona in *Holthuſen*. uidelicet VIIII manſos cum aduocatia. cenſu et redditibus cum omni iure et commodo. in ſiluis. aquis. pratis. prout ab antiquo *progenitores noſtri comites dicti de Lutterberge* ab eccleſia Maguntinen in feudo tenuerunt. ſane eccleſia de *Amelungeſborne* tres de nouem manſis a nobis emit et ſex a nobili uiro *Ludolfo de Pleſſe nepote noſtro*, qui eos ratione *matris* ſue *amite noſtre* tenuit. eo quod eſſent eidem aſſignati. cum matrimonio traderetur. Nos igitur et omnis cognatio noſtra iam nata et adhuc naſcitura cum uiris et mulieribus renunciamus omnibus bonis. que in *Holthuſen* poſſedimus cum omni utilitate predicta. que eccleſia prenominata de *Amelungeſborne* ſiue a nobis ſiue a cognato noſtro *L. de Pleſſe* contraxit. ut in perpetuum gaudeat in eis poſſeſſione libera et quieta. Et hoc cum ſigillo noſtro tenore preſentium proteſtamur. Actum anno domini M. CC. LIIII.

CCLXIII.

B. et E. et S. fratres de *Scartuelde* reſignant archiepiſcopo maguntino nouem manſos, ad *Holthuſen* ſitos, ut eccleſiæ *Amelungeſbornenſi* aſſignentur anno M CC LIIII.

CCLXIV.

Renuntiatio in bona Siburghuſenſia 1285.

Nos *Conradus Dominus in Sconenbergk* et *Hermannus dictus Speigel* miles tenore preſentium proteſtamur. quod conſtituti coram nobis *Johannes* et *Ludolfus de Ramorſhuſen* *) *fratres* publice recognouerunt. ſe nihil iuris habere in bonis in *Syburgehuſen*, ſuper quibus aliquamdiu eccleſie et conuentui in *Amelungeſborne* mouerunt materiam queſtionis. acceptis igitur dicti fratres *Io. et L.* XX. ſolidis grauium denariorum et quatuor ulnis panni griſei. iidem fratres pro ſe ſuisq. heredibus renuntiauerunt omni cauſe et querele. quam aduerſus conuentum et eccleſiam predictam inceperunt promouendam . . . . . Teſtes huius rei ſunt *Fredericus camerarius. Johannes de Riuo.* monachi ibidem. *Johannes de Gladebeke. Fredericus de Yſtendorp. Herboldus de Meingozen* milites. *Henricus* dictus *Rebock. Bertoldus Schuue. Fredericus de Metzenhuſen. Ludolfus Sagittarius* famuli et alii quam plures. Datum anno domini M. CC. LXXXV. in octaua beatorum apoſtolorum petri et pauli.

*) Retmarshuſa iuxta Glicham & Gottingam.

CCLXV.

Confirmat Abbas Amelunxbornenſis piam traditionem Alheidæ Huxarienſis 1254.

In nomine domini frater *Arnoldus* dictus *abbas in Amelungeſborne* totuſq. ibidem conuentus uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris cupimus

mus esse notum, quod domina *Alheydis* de *Huxaria uxor* quondam bone memorie domini *Lodewici de Uslaria* elemosinam suam in ecclesiam nostram locauit, prout ei potens fuit dominus inspirare. Si quidem inter alia misericordie opera ordinauit, ad portam nostram omni anno et perpetuo dari pauperibus in festo beati Martini nouem calceos unius *marce huxariensis* et griseum pannum duarum marcarum *huxariensium* pro remedio anime sue nec non domini *Lodewici* progenitorumq̃. suorum et omnium fidelium defunctorum. nos igitur . . . . ordinationem premissam ratam habentes . . . . auctoritate autem domini . . . anathematisamus et damnamus omnem hominem; qui tam piam actionem minuere uel immutare presumpserit ullo modo, nec in presenti communicet bonis scē matris ecclesie nec in hereditate filii dei nectatur ei funiculus in futuro.

Testes sunt monachi et *conuersi*. Acta sunt hec anno domini M. CC. LIIII. II. kal. Iulii.

CCLXVI.

Margareta Abbatissa Gandirshemensis confert Amelunxbornensibus mansos duos Grenenses 1257.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Margaretha* dei gratia *Gandersemensis* abbatissa omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Que geruntur in tempore de facili euanescunt in tempore. nisi causa memorie obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris. quod nobilis uir *comes Lodeuicus de Euersteine* de consensu fratrum suorum duos mansos sitos in *Grene*, quos a nobis et ecclesia *Gandersemensi* in feudo tenuerunt, in manus nostras resignauit, tali uidelicet conditione, quod eorundem mansorum proprietatem. cum omni iuris integritate et attinentiis uniuersis ecclesie in *Amelungesborne* conferemus iure perpetuo pacifice possidendam. nos itaq̃. de communi consensu et uoluntate capituli nostri dictis comitis petitionibus annuentes. dictorum mansorum proprietatem secundum prescriptam libertatem ecclesie contulimus memorate. uolentes etiam nihilominus ecclesie nostre indemnitati precauere. duos mansos sitos in *Budendale* et ad ipsum comitem iure proprietatis spectantes. ab eodem recepimus in restaurum. quos eodem iure feudali ipsum habere uolumus. quo prememoratos duos mansos a nobis et a nostra ecclesia obtinebat. In huius ergo facti memoriam et debitam firmitatem presens scriptum inde confectum nostro sigillo fecimus communiri. Testes sunt clerici *Theodoricus de Calchem*. *Hermannus* capellanus. Herbordus sacerdos de *Emca*. Ketherus tunc temporis prior in *Amelungesborne*. milites *Gerhardus* et *Henricus* dicti *de curia*. Datum anno domini M. CC. LVII.

CCLXVII.

Margareta eadem addit donationi duos alios mansos Grenenses 1270.

Margaretha dei gratia *Gandersemeñ ecclesie abbatissa* omnibus presentem literam inspecturis salutem in domino. Testimonio presentium innotescat uniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos de bona uoluntate et consensu nostri conuentus proprietatem duorum mansorum in *Grene* religiosos uiro fratri *M. abbati* et conuentui monasterii in *Amelungesborne* de procuratione et prece nobilium *comitum Henrici de Waldenberg* et filiorum suorum *Hermanni* et *Henrici* contulimus perpetuo possidendam. et prefati comites *Henricus* et sui filii *Hermannus* et *Henricus* de consensu heredum suorum similiter uersa uice proprietatem trium mansorum in *maiori Eluethe* Gandersemensi ecclesie contulerunt in perpetuum. huius rei testes sunt. *comes Burchardus de Waldenberg* et *Hermannus filius suus*. et castrenses in *Waldenberg Lippoldus de Luttere* et *Andreas filius suus*. *Conradus de Eluede*. *Henricus de Herre*. milites. *Theodoricus* plebanus sancti Georgii Gandersemeñ. *Johannes de Wunstorp* canonicus ibidem. *Waltherus de Gandersem*. *Henricus camerarius*. *Gerhardus de curia*. Bruningus noster aduocatus et

et plures alii. Ut autem ea robur obtineant firmitatis. presentem paginam sigillo nostro et ecclesie sigillo fecimus communiri. Datum *Ganderſem* anno domini M. CC. LXX. die beati Benedicti abbatis.

CCLXVIII.

Renuntiatio in bona Snetingehuſana 1270.

Fridericus aduocatus in Embeke : . . . notum esse cupimus. quod cum *Lippoldus Giſolbertus* et *Georgius fratres de Wetſen* super nouem mansis in *Snetingehuſen* sitis. quos mater eorum ecclesie in *Amelungeſborne*. sicut litere principum *Henrici* uidelicet *ducis Saxonie comitis palatini* et *Ottonis ducis de Brunſwick* super eo confecte euidenter ostendunt, legitime uendiderat, eandem ecclesiam impeterent. estimantes, quod quia ipsi pueriles adhuc annos, cum idem contractus celebratus esset, agebant, ex eo in premissis bonis posse sibi iuris aliquid uendicare. cum tamen iam altera uice semel iuxta uillam *Hollenſtat*. secundo in ciuitate Embicensi, receptis tunc a memorata ecclesia septem talentis, eisdem bonis et querele renuntiauerunt . . . . . presens scriptum inde confectum sigillorum domini *Theodorici de Hardenberge*, ciuitatis Embicensis. Henrici Gruben . . . nostri quoq; sigilli munimine ad ampliorem cautelam placuit communire. Testes sunt dominus *Mauritius abbas in Amelungeſborne* . . . *Georgius miles de Wetſen* . . . . *Gerhardus de Luthardeſſen* . . . Acta sunt hec anno domini M. CC. LXX.

CCLXIX.

Resignant Pirmontani Comites mansos duos Grenenses monasterio Gandersheimensi 1270.

Hermannus et *Hildeboldus fratres nibiles de Perremunt*, et *Conradus ipsorum cognatus* duos mansos in *Grene* sitos ecclesiae Gandersheimensi resignant. Testes dominus *Bernhardus Kanne*, dominus *Henricus Ruffus*, dominus *Henricus de Abbenhuſen*, *Johannes de Huckenhuſen Albertus* et *Hermannus fratres de Dedenbroke*, *Bernhardus iudex* atque alii quam plures. Acta sunt haec anno domini M. CC. LXX. in die chrysogoni martyris.

CCLXX.

Præpositus Northunensis 1271 decimam Grenensem tradit.

Lippoldus dei gratia *prepositus* ecclesie *Northunensis* ex consensu decani et capituli sui ius proprietatis decimæ suæ in villa *Grene* confert ecclesiæ *Amelungesbornensi*, pactus suo collegio tres fertones in festo Michaelis soluendos. Testes comes *Ludewicus* et *filius eius comes Albertus de Euerſteine*, *comes Henricus* et *sui filii Hermannus* et *Henricus comites de Woldenberge*, *Theodoricus de Hardenberg*, *Engelhardus de Nanekeſſen*, milites, aliique. Actum anno domini M. CC. LXXI.

CCLXXI.

Henricus dei gratia *comes de Waldenberg* ex consensu *filiorum* suorum *Hermanni*, *Henrici* et *Ottonis* vendit ecclesiæ Amelungesbornensi molendinum cum piscatura et prato, duos mansos et VII areas ac nemus ad *Grene*, traditque ecclesiæ prædictæ. Testes *Mauritius abbas in Amelungeſborne*, *Johannes de Dalem*, *Bruningus officialis dominæ abbatiſſæ de Ganderſem*, *Bertoldus de Grene* milites, *Theodoricus* et *Waltherus fratres dicti de Grene* famuli. Datum anno M. CC. LXXII.

CCLXXII.

Henricus Homburgi Dominus confert Amelunxbornenſibus cenſum annuum 1270.

Henricus diuina permiſſione *Dominus in Homburg* omnibus . . . . . notum ſit . . . . . quod nos de uoluntate et conſenſu uxoris noſtre et *filiorum* noſtrorum, *Johannis* uidelicet et *Bodonis* ac omnium heredum noſtrorum, cenſum in *Negenborn* tredecim ſolidorum grauium et quatuor denariorum, quem Dominus *Hermannus* dictus *laicus* de manu noſtra iure tenuit feodali, ab eodem *Hermanno* libera reſignatione recepta, eccleſie ſancte marie uirginis in *Amelungeſborne* contulimus . . . . . huius rei teſtes ſunt dominus Iohannes in *Oldendorpe iuxta Homborg* plebanus, henricus parochianus in *Grene*, *Erneſtus de Rothe*, *Johannes de Rodenberge*, milites, *Thidericus Bock filius prenominati domini Hermanni laici*, *Albertus de Elue*, *Henricus de Wenthuſen* famuli et alii quam plures. Datum et actum anno domini M. CC. LXX. in *Oldendorpe* in die dominica inuocauit.

CCLXXIII.

Bodo dynaſta Homburgicus confert eis dimidiam decimam Negenborn 1271.

Ego *Bodo* dictus *de Homborg* . . . . . ſignifico . . . quod donatione dimidie decime in *Nigenborne*, quam *patruus meus Henricus* de *Homborg* pro anima uxoris ſue fratribus de *Amelungeſborne* contulit, nec non et concambium ab eiſdē fratribus ex una parte et henrico plebano de *Grene* ex altera cum dimidio manſo pro iure, quod *achtwort* dicitur, in palude prope *Grene* factum, omnimodis ratum gero, preterea ius meum, quod in predictis habui, eis confero una cum meis heredibus perpetuo poſſidendum, hec agens pro quinq; marcis argenti, quas prelibatis fratribus ſoluere tenebar, in reſtaurum damni, quod quondam in *Oderkeſen* *) eorum *grangie* irrogaui, et non minus pro remedio anime mee et *uxoris mee mechtildis*, ut omnium bonorum, que in cenobio eorum aguntur, tā in uita quā in morte ſimus participes et conſortes. Ut autem facti huius memoria certior habeatur, preſentem paginam ſigillo noſtro et ſigillo *comitis Lodewici de Euerſteine* feci firmiter communiri. Teſtes ſunt *Heinemannus* et *Conradus* fratres dicti dapiferi et *Henricus de Luthardeſſen* milites, *Henricus Rebock* et *Florentius frater eius* famuli et alii quam plures. Datum anno domini M. CC. LXXI.

*) Nunc villa Oelkaſſen prope Eſchershuſam in præfectura Wickenſen Principatus Wolferbuttelani.

CCLXXIV.

Idem renuntiat cenſui annuo Negenbornenſi 1281.

Ego *Bodo* dictus *de Homborg* . . . . . cupio eſſe notum . . . . quod pro ſalute mea nec non et meorum parentum uoluntarie renuntio a iure cenſus in *Negenborne*, quem dominus *Hermannus* miles dictus laicus cum conſenſu et uoluntate domini *Henrici de Homborg patrui mei*, de cuius manu ipſum in feudo tenuerat, et eccleſie *Amelungeſbornenſi* aſſignauit . . . . . et ut hec donatio mea firma libertate fortiatur, preſens ſcriptum ſigillo meo et *comitis Lodewici ſenioris* roboratum . . . . Teſtes huius ſunt, *comes Albertus* et comes *Lodewicus iunior filii comitis Lodewici* iam dicti *de Euerſteine* et dominus Thidericus cappellanus in *Oldendorpe*. Actum anno domini M. CC. LXXXI. VI. Kal. Octobr.

CCLXXV.

Sex manſi, ad Stockem ſiti, conferuntur Amelunxbornenſibus 1305.

Bodo dominus in *Homborg* ex conſenſu *Agnetis uxoris ſuæ* et *Bodo filius eiuſdem Bodonis* æque ex conſenſu *Agnetis* ſex manſos in campo uillæ *Stockem* ſitos, ab

ab *Alberto* et *Gunthero comitibus de Swalenberge* per nexum feudalem poſſeſſos, reſignant eiſdem Comitibus, ut eos conferant coenobio *Amelungeſbornenſi*, nec non decimam in *Hollenſtede* ac decimam in *Stockem*, quarum utramq; comites ab archiepiſcopo *Moguntino* tenuerant. Teſtes *Mauritius comes de Speigelberge, Lippoldus Holtgreue* et *Lambertus filius* eiuſdem, *Wuluerus de Inſula, Gerhardus de Eleze, Bruno de Vrencke, Henricus de Oſen* milites, *Erneſtus Hake, Hugo de Hallis, Arnoldus de Hauerſuorde* famuli. Datum anno MCCCV.

CCLXXVI.

Bodo Homburgicus manſum Osdageſſenſem confert Amelunxbornenſibus 1305.

Bodo dominus in Homburg conſenſu *Henrici de Homborg*, canonici Hildenſemenſis, *fratris ſui*, *Sophiæ ſororis* ſuæ et dominæ *Agnetis uxoris* ſuæ, nec non *Henrici, Bodonis, Hermanni filiorum* ſuorum et *Alheydis, Sophiæ* et *Agnetis filiarum* ſuarum, præterea *Agnetis uxoris Henrici filii* ſui, manſum unum dictum. *Letgaſteshoue*, ſitum in campo villæ *Oſdageſſen*, *) XLV. iugera continentem, receptis quinque marcis puri argenti contulit coenobio *Amelungeſbornenſi*. Teſtes cognatus *Mauritius comes de Speigelberge* et *nepos* ſuus *Henricus de Homborg, Gerhardus* et *Hartungus* de *Eletſe, Bruno de Vrencke, Waſmodus de Haſtenbeke* milites. Datum anno M CCC V. X. Kal. iunii.

*) Nunc Audagſen prope Embecam.

CCLXXVII.

Henricus Comes Woldenbergicus Amelunxbornenſibus reſignat tres manſos, ad Brunſen ſitos 1271.

Nos *Henricus* dei gratia *comes de Woldenberge* in hac littera proteſtamur et tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe notū. quod receptis uiginti quatuor marcis examinati argenti a domino *abbate Mauritio* et conuentu ſancte marie in *Amelungeſborne* ciſtercienſis ordinis tres manſos in uilla *Bruneſſen*, quos de manu uenerabilis domine abbatiſſe *Ganderſemenſis* eccleſie *filiorum* noſtrorum *Hermanni* et *Henrici comitum de Woldenberg* et *Ottonis* filii noſtri et omnium heredum noſtrorum preſentium et futurorum liberaliter reſignauimus. et de dictis manſis et omni iure dictorum manſorum, tam in uilla quam extra uillam, nihil iuris nobis attribuimus ullo modo. ipſa uero *Ganderſhemenſis* abbatiſſa proprietatem ſupradictorum manſorum cum omni utilitate eorum eccleſie et conuentui in *Amelungeſborne* predictis ad inſtantiam interuentus noſtri et pro remedio anime ſue contulit et donauit perpetuo poſſidendam, conſenſu totius conuentus ſui cōmuniter accedente. ut igitur preſens factum noſtrum perpetuo ſtet et maneat inconuulſum. preſentem paginam inde conſcriptam et ſigilli noſtri munimine roboratam ſepe dicte eccleſie in *Amelungeſborne* in teſtimonium ualidum duximus erogandam. huius rei teſtes ſunt. frater noſter *Burchardus comes de Woldenberg* et monachi dominus *Nicolaus cuſtos* et dominus *fridericus camerarius* in Amelungeſborne. milites. *Andreas* dictus *de Luthere. Wernherus de Dolgen. Henricus* dictus *Raſehorn. Henricus de Here. Conradus de Eluede.* Elugerus et alii quam plures tam clerici quam laici fide digni. Actum et datum *Woldenberg* anno gratie M. CC. LXXI. in die Iohannis ante portam latinam.

CCLXXVIII.

Comes ſpeigelbergenſis confert Amelunxbornenſibus ius Achtwert ad Grene 1277.

Nos *Mauritius comes dictus de Speigelberge* . . . . . notum eſſe cupimus . . quod nos de conſenſu et uoluntate filiorum noſtrorum ac omnium heredum et coheredum noſtrorum quoddam ius, quod vulgariter dicitur *achtwort*, quod in palude apud *Grene* habuimus et pratis adiacentibus, eccleſie de *Amelungeſborne* pro remedio anime noſtre et ad petitionem domini *Burchardi de Werdinghuſen* con-

contulimus perpetuo possidendum. Ne autem hoc factum successu temporis in dubium ueniat, presentem paginam inde conscriptam nos una cum *filio nostro Nicolao* figillis nostris fecimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M. CC. LXXVII. Datum *Lewenstene* in die Urbani pape et martyris.

CCLXXIX.

Dimidius mansus Grenensis Amelunxbornensibus confertur 1279.

Nos *Henricus de Homborg* ac uniuersitas consulum et ciuium ciuitatis *Embicensis* omnibus presentem paginam inspecturis presentibus et futuris notum esse uolumus publice protestantes. quod *Johannes* et *Henricus fratres de Grene* cum consensu et bona voluntate sororum suarum *Margarete* ac *Bertradis* atq. omnium coheredum suorum ecclesie de *Amelungesborne* dimidium mansum in *Grene*, cuius proprietas ad eamdem spectabat ecclesiam, receptis octo marcis argenti examinati. uendiderunt libere possidendum . . . . . Huius rei testes sunt *Hermannus luscus. Ludolfus de Mackenhusen. Johannes de Ettessen. Wernherus de Northem. Johannes* de *Gandersem. Hermannus Nonenrath* et *Hermannus de Gandersem*, consules ciuitatis Embicensis cum aliis pluribus fide dignis. Datum anno domini M. CC. LXXVIIII in die sanctorum Tiburtii et Valeriani.

CCLXXX.

Amelunxbornensibus confirmatur unus mansus Brukhofensis 1309.

Nos *Bodo* miles *dominus in Homburg* litteris presentibus protestamur quod *Riquinus Theodoricus* et *Johannes* fratres dicti *de Wenthusen* *) in nostra presentia. receptis quatuor marcis examinati argenti. renunciauerunt omni actioni. quam habuerunt aduersus dominum Abbatem et conuentum monasterii *Amelungesborne* de uno manso in uilla *Brockhofen*. quem mansum idem dominus Abbas et suus conuentus a Theodorico dicto Halfscherf pecunia sua rationabiliter compararunt perpetuo possidendum. et commemoratus *Riquinus* iam dictum mansum illustri principi domino H. *duci de Brunswik*. a quo tenuit in feudo. ad utilitatem et fructum sepe dicti domini abbatis et sui conuentus in eisdem proprietatem et libertatem eiusdem mansi conferat de consensu fratrum suorum *Theoderici* et *Johannis* predictorum plenarie. quemadmodum ab ipso tenuerat. in his scriptis libere resignauit. Testes qui aderant dominus *Gerhardus de Gandersem*. dominus *Henricus Trubo* milites. *Arnoldus de Hauersuorde. Bruno de Rodenberg* famuli et alii quam plures fide digni. Et quia sepe dicti *Riquinus Theodoricus* et *Johannes fratres de Wenthusen* sigillo caruerunt. ad petitionem eorum presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in castro *Homburg* anno M. CCC. in die sylueştri pape.

*) *Wenzen*, villa præfecturæ Grene ad Leinam.

CCLXXXI.

Adquisitio mansorum Grenensium 1305.

Lippoldus miles *Dominus in Homboke* nec non *Lippoldus* miles, *Beseco*, et *Thidericus* famuli *fratres*, *Lippoldi* prioris *filii*, pro remedio animarum dederunt *Amelungesbornensibus* duos mansos cum una area in villa *Grene* et campo ibidem sitos cum iuribus et prædialibus et personalibus, excepta curia ad dictos mansos spectante et *iure in siluis, quod vulgo Achtwort* dicitur. Testes *Gerhardus de Gandersem* et *Thidericus de Tsellenstede* milites, *Henricus* et *Gerhardus* famuli ex *Gerhardo* priori nati, *Henricus* famulus *Thiderici* illius filius, *Henricus de Reden*, *Albertus de Wallenstede*, *Hermannus de Holthusen*. Datum anno domini M. CCC. V. postridie beati Nicolai Episcopi.

CCLXXXII.

CCLXXXII.

Henricus dominus *de Homborg* teſtatur, Fredericum Scherike renuntiaſſe omni actioni, quam intentauerat coenobitis in *Amelungeſborne* ratione omnium bonorum in *Grene*, receptis ab eiſdem IIII marcis argenti examinati et octo ulnis panni griſei in ciuitate *Oldendorp*, ſigilla quoque addiderunt *Lodewicus iunior comes de Euerſtein* et *Albertus iunior de Amelungeſſen* a). Datum anno M. CCLXXXI.

a) Amelunxen in Principatu Corbeienſi.

CCLXXXIII.

Hermannus miles *de Scardenberge*, et *Stephenus*, *Johannes*, *Thidericus* et *Albertus fratres*, nepotes eiuſdem *Hermanni*, declarant, progenitores ſuos renuntiaſſe liti ſuper *Syborgehuſana*. Teſtes erant *Henricus electus abbas Corbeienſis*, *Ludewicus Senior comes de Euerſtein*, *Henricus de Homborg*, *Betencannus aduocatus ducis de Brunſwick*, *Conradus* et *Ludewicus iunior comites de Euerſtein*. Actum *Huxariæ* anno M CC LXXVIII. Confer infra num. 365. ſeqq.

CCLXXXIV.

Controverſia finita fu per duobus manſis Holthuſanis 1280.

Ego *Lodewicus* dictus *de Roſtorp* . . . notum eſſe uolo . . quod *Conradus* et *Bertoldus* filii *Henrici* et *Bertoldus* ac *Hermannus filii Conradi de Moringen* predictorum *Conradi* et *Bertoldi patrui* omni actioni et querele. quam aduerſus eccleſiam de *Amelungeſborne* habuerunt ſuper II manſis in *Holthuſen* b) *prope Moringen*, in quibus ſe aliquid iuris habere eſtimabant, coram me renuntiauerunt finaliter et perfecte. ipſos manſos et quicquid iuris in eis habere uiderentur in manus eccleſie memorate libere reſignantes. porro quia huic reſignationi in *Moringen* coram me facte *Henrici* predictorum *Conradi* et *Bertoldi* fratris preſentia perſonalis non potuit intereſſe. eo quod in *Goſlaria* moraretur. prenominati fratres ſui ac filii patrui ſui publice promiſerunt. quod et ipſi quoq;. renuntiare deberent. cum facultas temporis ſe offerret. preterea *Thidericus* frater Conradi fabri de Moringen, *Thidericus Hartwici filius* et *Henricus filius Bertoldi de Holthuſen*. pro ante dicto *Henrico*, quo uſq;. ipſe renunciaret manu ad manum, mihi et Frederico camerario de Amelungeſborne promiſerunt. preſentibus Gerhardo . . . . de Amelungeſborne et Hartmanno magiſtro de ſnetingehuſen nec non de *Moringen* et *Holthuſen* ciuibus uniuerſis. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras dedi ſigilli mei robore communitas. Actum in *Moringen* anno domini M. CC. LXXX. (Confer infra num. 379.)

b) Locus euerſus.

CCLXXXV.

Tradit Otto Epiſcopus Paderbornenſis manſos tres Holthuſanos 1303.

Otto epiſcopus Paderbornenſis ad petitionem nobilis viri domini *Dethardi de Roſtorpe amici*, *fratrumq;*. eius *Conradi* et *Lodewici* unam curiam cum tribus manſis ſitam in villa *Holthuſen apud Moringen*, ab illis poſſeſſam iure feudali, donat et tradit eccleſiae Amelungeſbornenſi. Traditionis huius teſtes ſunt. *Simon de Rotberg præpoſitus*, *Hermannus decanus*, *Amelungus de Driborch*, *Bertoldus præpoſitus orientalis*, *Ludolfus Marſcalcus*, *Fredericus de Herfordia*, *Arnoldus de Honſtat*, *Jordanus Slavus*, *Georgius Theſaurarius*, *Heidenricus Cantor*, *Wernerus de Uchneſtene cellerarius*, *Thidericus de Ttere*, *Conradus Bulemaſt*, *Bertoldus de Suſato*, *Wernherus de Vrencke*, *Reynerus cancer*, *Wernherus de Patberg*, *Conradus de Deifholte camerarius*, *Wilhelmus de Buren*, *Conradus de Papenheim* canonici eccleſiæ Paderbornenſis. Actum et Datum Paterborne anno domini M CCC III. IIII non. May.

CCLXXXVI.

Traditio duorum manſorum Berenſenſium 1356.

Nos *Henricus* dei gratia *comes in Swalenberge filius beate memorie domini Henrici* . . . . . uolumus eſſe notum, quod ad inſtantiam . . . . . ſtrenuorum famulorum *Johannis filii Thiderici ſenioris* et *Henrici filii* et *Thiderici iunioris* dictorum *de Uppenbroke* uaſallorum noſtrorum . . . . . donauimus . . . . religioſis uiris domino abbati et conuentui in *Amelungeſborne* . . . . proprietatem duorum manſorum in campis uille *Berenſen prope Beſinghuſen* Mindenſis dioceſis . . . . . Datum anno domini M CCC LVI.

Nota. Hoc litterarum compendium ſumtum eſt ex copiario membranaceo, alias optimæ notæ. In annum autem irrepſiſſe errorem, negari non poteſt. Anno enim 1351 Henricum comitem de Swalenberge, ultimum ſuæ ſtrirpis, iam fuiſſe mortuum, ex aliis documentis fide digniſſimis conſtat. Fortaſſis in autographo reperiebatur annus M CCC XLVI. et deſcriptor omiſit numerum X.

CCLXXXVII.

Didericus et *Henricus fratres* dicti *de Wallenſtede* bona ſua in *Berenſen* ſita tradunt eccleſiæ Amelungeſbornenſi. Actum anno domini M. CCC. LXXI.

CCLXXXVIII.

Milites, de Naneſſen dicti, renuntiant iuri Achtwort in paludem Brokhoſenſem 1288.

Uniuerſis Chriſti fidelibus, quibus exhibitum fuerit preſens ſcriptum, *Henricus dominus in Homborg* ſalutem in uero omnium ſalutari. Temporalia geſta ne cum tempore defluant et excidant a memoria proborum uirorum et ſcripturarum teſtimoniis permanentiam ſortiantur. tenore itaq;. preſentium litterarum uobis uniuerſis, quibus monſtrate fuerint, recognoſcimus publice proteſtantes, quod cum *Engelbertus* miles dictus de *Naneſſen*; cauſans ſuper quodam bono, ſito in uilla *Naneſſen* iam predicta, et ſuper hereditate quadam, que uulgariter *achtwort* a) dicitur, ſita in palude pertinente grangie ſiue allodio *brockhoue*, impeteret eccleſiam *Amelungeſborne*. ad quam libere pertinent et integraliter bona eadem iam predicta. ipſa eccleſia, quamuis bona hec ſunt et fuerint eius poſſeſſio libera, nec in hac parte de iure teneretur ipſi militi in aliquo reſpondere, cupiens tamen inde orituras fortaſſe inpoſterum potius moleſtias precauere pro bono pacis, et ut omnem impetitionem ſedaret, dedit eidem triginta ſolidos grauis monete et unum equum pretio ſeu ualore denariorum grauium totidem ſolidorum. compoſitionem contentioni, quamuis damno ipſius eccleſie hoc fieret, anteferens. Unde ipſe miles, compoſitionem hanc admittens, renuntiauit omni impetitioni, quam haberet ad preſens aduerſus eccleſiam ſepe dictam, uel quacunq;. occaſione ſe offerente eſſet in poſterum habiturus. preterea *Iohannes* et *Engelhardus*, b) *filii eius, Engelhardus, Raueno, Iohannes, filii Rauenonis defuncti filii ſui*, item *Raueno, filius Iohannis filii ſui* memorati, ceteriq;. ſui heredes uniuerſi, renuntiationi paterne conſentientes, renuntiauerunt et ipſi omni actioni, qua ad preſens poſſent uel in poſterum eccleſiam ipſam impetere uel etiam in aliquo moleſtare. In cuius compoſitionis et renuntiationis facte ſecundum formam iam prehabitam euidens teſtimonium et noſtro et ipſius militis ſigillo ſcriptum preſens ſuper ipſis confectum fortius eſt munitum.

Actum et datum anno domini M. CC. LXXXVIII. preſentibus *Hermanno de Gelren* priore, *Ludolfo* camerario, *Iohanne* infirmario, monachis ipſius eccleſie, et aliis quam pluribus fide dignis.

a) Ius uniuerſitatis in lignando, paſcuis, &c.

b) Hi milites de Naneſſen agros tenuerunt in villa Nahnſen, quæ eſt præfecturæ Grenenſis. Nahnſen dicitur alibi Nanekeſſen.

CCLXXXIX.

Comites Woldenbergici promittunt Amelunxbornenſibus defenſionem Anno 1284.

Nos *Hermannus Henricus* et *Otto* dei gratia *comites de Woldenberg.* recognoſcimus et preſentibus noſtrorum munimine ſigillorum firmatis publice proteſtamur, nos Abbatem, qui pro tempore fuerit et conuentum eccleſie ſancte marie uirginis in *Amelungeſborne* in omnibus poſſeſſionibus ipſis et eccleſie ſue, a nobis ſeu a parentibus noſtris beate memorie uenditis, iugiter defenſuros nec in perſona propria nec familiarium noſtrorum aliquod ius aduocatie aut exactionis inpredictis eorum poſſeſſionibus aliquatenus exercere. non permiſſuri quoq. ipſos et eccleſiam ſuam ab aduocato *domini noſtri ducis Brunſwicenſis*, ſiue *ſororis noſtri* domini *Henrici de Homborg* in bonis inquietare aliquo exactionis grauamine. ueruntamen, ſi ſecus euenerit, quod abſit, perdolebimus tamquam ſuper iniuria et inſolentia, in bonis propriis nobis illata. preterea ſciendum, quod eidem conuentui et eccleſie ipſius in omni tempore et loco, quibus eis opus fuerit et nobis quoquo modo oportuum, ſuper poſſeſſionibus ſepe dictis ad warandiam tenebimur ſufficienter preſtandam. Datum anno domini M. CC. LXXX. IIII.

CCXC.

Traditio decimæ Brunſenſis 1298.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. nos *Hermannus comes de Woldenberg* et *Bodo dominus in Homborg* ſcripti preſentis tenore coram intuentibus uniuerſis recognoſcimus, publice proteſtantes, quod *Iohannes* dictus *molnere*, et *conegundis* uxor eius, *Raueno* et *Iohannes* filii ſui, ac *Walburgis*, *Conegundis*, *Sophia*, *Hedewigis*, et *Hildegundis*, eorum filie, ſed et *Eliſabeth*, relicta *Rauenonis* fratris ſui defuncti, *Engelhardus* et *Iohannes* Rauenonis eiuſdem relicti filii, et *Hereburg* eius filia, ceteriq. eorum heredes, conſenſu et aſſenſu unanimi et concordi decimam uille *Bruneſſen*; quam ad ſe iure hereditario deuolutam quiete et iuſte hereditatis titulo iam diu poſſederunt, domino Abbati et conuentui monaſterii in *Amelungeſborne* ordinis cyſtercienſis Hildenſemenſis dyoceſis pro ſeptuaginta et tribus marcis examinati argenti poſſidendam perpetuo quiete et libere, rationabiliter uendiderint, recipientes ab ipſo monaſterio in parato ſexaginta marcas huius ſumme, aliis tredecim marcis ſimiliter eis detaliatis de quadam eorum curia, ſita in *Ratgodeſſen*, quam obligatam ſibi pro totidem marcis, donec eas exciperent, de anno in annum ex hac curia idem dominus Abbas et conuentus ſolutam eis et liberam demiſerunt. Reſignantes igitur ipſam decimam et utilitatem et fructum et omnem uſum monaſterio cum omni fructu ſuo omniq. renunciantes iuri, quod in ea hactenus habuiſſe noſcuntur, nihil ſibi iuris eorum poſteris teſtamur eos amplius reſeruaſſe, ſed et pro quodam ipſius *Iohannis* filio, quamuis ſupra ſcripto, qui adhuc annos diſcretionis non impleuit, ipſi ſimul omnes et *Leſcho*, *gener Conegundis* prefate, manu unanimi et ſub fide data compromiſerunt, ut, cum requiſiti fuerint ex parte monaſterii, Iohannem iuuenem predictum, annos diſcretionis implentem, ſub fide data teneantur inducere, ut, omni contradictione ceſſante, uenditioni predicte plene conſentiens ipſe ſimul cum eis decime renunciet et dominio atq. iuri, quod ad eum de ea poterat pertinere, inſuper et ipſius decime ſe ueros warandos ſtatuentes, ſi qua forte in poſterum a quacunq. perſona uel loco uel quacunq. occaſione querimonia uel impetitio de ea contra predictum monaſterium emerſerit, tenentur omnimodis ueram warandiam preſtare et ipſum monaſterium ab impetitione huiuſmodi ſeu perturbatione abſoluere et eripere libere et indemne. In huius igitur decime uenditionis reſignationis et renunciationis facte ſecundum formam prelibatam euidens teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis nec non ipſius Johannis ſepedicti ad cautelam maiorem duximus roborandum. Teſtes, qui nobiscum preſcriptis aderant, ſunt *Thidericus de Derpſe*, *Waſmodus de Haſtenbeke*, milites, *Conradus de Halle*, *Reinerus de Barde*, *Henricus de Wallenſtede*, *Alberto de Brack*, *Bertoldus de Uppenbroke*, *Arnoldus de Walebrok*, *Spango*, *Albertus Buſch*, *Bernhar-*

hardus de Eynem, et alii quam plures fide digni. Datum *Oldendorpe* anno domini M. CC. LXXXXVIII. in die beati Gregorii pape.

CCXCI.

Repetita eadem traditio 1298.

Nos *Hermannus comes de Woldenberge* et *Bodo dominus in Homborg* ſcripto preſenti recognoſcimus, publice proteſtantes in decima uille *Bruneſſen*, quam *Iohannes* dictus *Molnere* et *Conegundis uxor eius*, *Raueno* et *Iohannes* filii ſui, ac *Walburgis*, *Conegundis*, *Sophia*, *Hedewigis*, et *Hildegundis* ſue filie ſed et *Eliſabeth* relicta *Rauenonis* fratris ſui defuncti. *Engelhardus* & *Iohannes*, Rauenonis eiuſdem relicti filii, ac *Hereburg* eius filia, conſenſu et aſſenſu unanimi et concordi domino abbati et conuentui monaſterii in *Amelungeſborne* uendiderunt rationabiliter poſſidendam perpetuo in eorum poſſeſſionem fructum et utilitatem cum omni iure et uſufructu tranſiret ſeu perueniret proprie et libere. ſecundum tenorem literarum uenerabilis in Chriſto Domini *Archiepiſcopi Moguntinenſis* datarum ipſi monaſterio ſuper libertate huiusmodi ipſe *Johannes* et *Conegundis* uxor ſua predicta quia ſimul ipſam decimam receperunt in feudo. eam liberam ueris omnibus coheredibus ſupra dictis ſibi conſentientibus reſignantes. remiſerunt ad manus dominorum ſuorum uidelicet nobilium uirorum *Hermanni*, *Conradi*, et *Hildeboldi*, *comitum de Piermunt*, a quibus eam in feodo tenuerunt, et huius negotii actor fuit idem *Iohannes*, qui eam pro ſe et uxore ſua predicta de conſenſu ceterorum heredum nominatorum ore et manu liberam predictis Comitibus conditione preſcripta nullatenus obmiſſa iure debito reſignauit. In huius reſignationis euidens teſtimonium preſens ſcriptum noſtris ſigillis et ipſius *Johannis* ſigillo firmatum dedimus monaſterio memorato. Teſtes nobiſcum ſunt *Theodoricus de Derpſe*, *Waſmodus de Haſtenbeke*, milites, *Conradus de Luthardeſſen*, *Arnoldus de Hauerſuorde*, *Bruno* et *Johannes* dominici *de Rodenberge*, aduocatus noſter: *Conradus de Halle*, *Reinerus de Barde*, *Henricus de Wallenſtede*, *Albero de Brack*, *Bertoldus de Uppenbroke*, *Arnoldus de Valebrok*, *Spango*, *Albertus Buſch*, *Bernhardus de Eynem*, et alii quam plures fide digni. Datum *Oldendorp* a) anno Domini M. CC. LXXXX VIII. in die beati Gregorii pape.

a) Vrbs Oldendorf prope domicilium præfecturæ Wickenſen.

CCXCII.

Conradus miles de Lauenſtein renuntiat decimæ Brunſenſi 1298.

Nouerint uniuerſi, preſentem litteram uiſuri, quod ego *Conradus* dictus de *Berenrode*, *miles in leuenſtene*, una cum uxore mea ſuper medietate decime, uille uidelicet *Bruneſſen*, omni cauſe, ſi quam in eadem habui, et querele renuntio tam iuris feudalis quam quolibet genere obligationis plena uoluntate et aſſenſu. preterea omnem tenorem litterarum de predicta decima ab eccleſia de *Amelungeſborne* poſſidenda ſub ſigillo *comitis* domini *Hermanni de Woldenberge* nec non domini *Bodonis in Homborg* confectarum gratum et ratum ſeruare decreui ſicut in preſentibus ſub ſigillo meo dignum duxi proteſtandum. Datum anno domini M. CC. LXXXX VIII.

CCXCIII.

Ego dei gratia *nouæ eccleſiæ prepoſitus H.* eiuſdem eccleſie *decanus* totumq. capitulum tradunt abbati et conuentui monaſterii in *Amelungeſborne* prædium ſuum ſitum in *Ellerſen* acceptis XXXVII. marcis. Teſtes ſunt *abbas Corbeienſis* et prior, cellerarius et camerarius in Amelungeſborne. Actum Huxariæ anno M CC XXXVII.

CCXCIV.

CCXCIV.

Willikinus a) aduocatus in *Gottingen* . . . . . notum facio, quod *Henricus Zoge* et *Lippoldus* frater suus actioni et querele, quam super molendino quodam, olim in *Snetingehusen* sito, in fratres et ecclesiam *Amelungesborna* habuerunt, receptis . . . marca una argenti et quatuor ulnis panni, plene et concorditer renunciauerunt . . . . Datum et actum anno M CC LXIII.

a) Solet is plerumque haberi pro dynasta Kerstlingerode, invitis eius temporis diplomatibus.

CCXCV.

Willekinus aduocatus in *Gottingen* cum consulibus de *Northeim* testantur, *Johannem de Gladebeke*, b) receptis a coenobio Amelungesbornensi IIII marcis et fertone argenti, renuntiasse iuri quæsito in molendinum, prope *Holthusen* situm. Testes *Theodoricus prior in Northeim*, *Conradus de Kaminatis* sacerdos et monachus in *Amelungesborne*, *Gerhardus de Gandersem* aliique. Datum anno M CC LXIII. indict. VI.

b) Villa nunc adpellatur Glake, Gladebek, sita intra tractum Gottingensem, Visurgim inter et Leinam.

CCXCVI.

Albertus de Wuluingen, *Johannes de Wuluingen*, *Theodoricus de Reden*, *Conradus de Eluede*, milites testantur, *Crachtonem filium* domini *Wedegonis de Bruneſſe* renuntiasse controuersiæ super uno manso in *Grene*, aduersus ecclesiam *Amelungesbornensem* motæ, receptis XX solidis Hildensemensis monetæ. Actum anno domini M. CC. LXXXV.

CCXCVII.

Johannes, miles dictus *de Dalem*, et *Engelbertus* ac *Rudolfus*, *eius filii*, renuntiant iuri suo in mansum unum et dimidium situm iuxta *Grene*, quem tenebat ecclesia Amelungesbornensis. Testes *Henricus Grubo* miles, *Lippoldus* et *Andreas* fratres de *Hedegersusen*. c) Datum anno domini M CC LXXXXII.

c) Haiershusen, villa præfecturæ Poppenburgensis in terris Episcopatus Hildesiensis.

CCXCVIII.

Guntzelinus, *filius* strenui militis *Henrici de Gittelde*, d) renuntiat cum suis veris heredibus *Henrico* ac fratribus eius, dictis *de Redderſen*, omni actioni, quam super bonis, in campis *Redderſen* sitis, intenderat *Amelungesbornensi* monasterio. Testes sunt *Bruningus de Wolderſhusen*, e) *Hermannus de Hoye*, f) et *Hermannus de Honſtat* g) famuli, *Hermannus de longa domo*, *Johannes de Honſtat* et alii. Datum anno domini M CCC VII in octaua martini.

d) Gittel vicus in radicibus Hercyniæ in præfectura Stauffenburg Wolferbuttelensi.
e) Woltershusen villa præfecturæ Wincenburg Hildesiensis.
f) Villa Haie ad Visurgim cis Gronam.
g) Hohnstat ad Leinam flumen infra urbem Northemium.

CCXCIX.

Conradus nobilis de Sconenberg quartam partem decimæ in campo *Dedenhusen prope Luthardeſſen*, h) quam *Rudolfus* dictus *de Eſcherſhusen* in feudo tenuerat a *patre Conradi*, *Conrado nobili de Sconenberg*, denuo impertitur *Rudolfo* prædicto. Actum anno domini M CCC XX in die beatorum Martyrum Johannis et Pauli.

h) Lütharssen in præfectura Rotenkirch ad Embecam.

CCC.

Rudolfus de Eſcherſhusen quartam decimæ partem in campo *Dedenhusen prope Luthardeſſen*, quam a *Conrado nobili de Sconenberg* in feudo tenuit, cedit Abbati et monasterio *Amelungesbornensi* anno M CCC XX in die beatæ ceciliæ virginis.

CCCI.

Permutat coenobium Höckelenſe agros cum Amelunxbornenſibus 1301.

Nos *Henricus* dei gratia *prepoſitus. Lutgardis abbatiſſa.* totumq. collegium ſanctimonialium *in Hocklem* a) . . . . . cupimus eſſe notum. quod cum domino abbate et conuentu monaſterii *Amelungeſbornenſis* . . . quorundam agrorum permutationem fecimus in hunc modum, videlicet quod ſedecim iugera inſimul, ſita verſus auſtrum iuxta decurſum riuuli, qui vocatur *Crummele*, pro aliis eque ſedecim iugeribus, quorum quatuor ſita ſunt inter dictum locum *Hocklem* et *Bercholteſ huſen*, ubi diſtractiones terminorum conueniunt; duodecim uero inter *Rudolfeſ huſen* et rivum, qui *Winke* vocatur, cauſa commoditatis et maioris conuenientie dedimus et aſſignauimus prefato monaſterio . . . . . Huius rei teſtes ſunt *Baldewinus quondam abbas*, *Conradus de Amelungeſſen*, et alii. Datum in *Hokelen* anno domini M CCCI. in die egidii abbatis.

a) Höckeln, dynaſtiæ Pleſſenſis locus, prope Northemium iuxta Leinam.

CCCII.

Margareta Abbatiſſa Gandersheimenſis confirmat Amelunxbornenſibus manſos Edinghuſenſes 1303.

Nos *Margaretha* dei gratia *Ganderſemenſis* eccleſie *Abbatiſſa* tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe notum, quod ueniens ad noſtram preſentiam *Albertus piſcator de Edingehuſen* b) una cum domino *Hermanno de Getren* et fratre Geroldo monachis in *Amelungeſborne* petunt inſtanter, ut uenditionem unius aree et nouem iugerum ſitorum in *Edingehuſen* factam religioſis uiris domino *Bertramo abbati* et conuentui monaſterii *in Amelungeſborne* cum omni iure et pertinentiis ſuis nihil ſibi iuris uel proprietatis aut poſteris ſuis in dicta uilla uel campo reſeruans, de conſenſu unanimi dilecte coniugis ſue *Jutte Alberti* et *Johannis* filiorum ſuorum *Alheidis Eliſabeth* et *Margrethe* filiarum ſuarum et omnium heredum et coheredum ſuorum receptis proinde nouem fertonibus puri argenti, prout coram nobis publice proteſtabatur, dignaremur noſtris literis in teſtimonium omnium commendare. Nos eiuſdem precibus inclinate preſentem literam inde confectam ſigillo noſtro muniri fecimus, aduocando etiam in teſtimonium dominos *Henricum Bruninge*, Danielem plebanum ſancti Georgii magiſtrum, *Fridericum de Warmeſtorpe* capellanum noſtrum, *Conradum de Mackenhuſen*, *Gerhardum de Billerla*, eccleſie noſtre canonicos, in teſtimonium ueritatis. Datum anno domini M CCC III in die beati Brixii epiſcopi et confeſſoris.

b) Eddihuſen, villa everſa ad Leinam in præfectura Grene.

CCCIII.

Richardus miles, dictus *Vos*, ex compromiſſo definit litem, inter *Abbatem Amelungeſbornenſem* et *Henricum comitem de Swalenberge* exortam ſuper ſex manſos et decimas in campis villæ *Stöckem*, c) quos *Henricus* in filios ſuos tranſferre laborabat, et pronuntiat pro Amelungeſbornenſibus. Teſtes dominus *Johannes abbas*, *Herbertus* monachus, frater *Arnoldus* conuerſus in *Betzingerode*, *Floreco de Holthuſen*, *Wulfhardus de Wetberge*, et alii. Actum *Hanovere* anno domini M CCC XIIII.

c) Villa prope Embecam urbem ad Leinam.

CCCIV.

Traditio Reineri de Vornholte 1305.

Ego *Rinherus* miles dictus *de Vornholte* preſentibus recognoſco quod decimam in *Lotheke* d) et duos manſos ibidem cum omnibus iuribus tam predialibus quam perſonalibus ad dicta bona pertinentibus in agris ſiluis pratis et paſcuis domino abbati et conuentui in *Amelungeſborne* rite et iuſte uendidi et pecuniam ex integro percepi et corporalem poſſeſſionem aſſignaui et omni iuri canonico et ciuili in eiſdem bonis renunciaui et dominis meis *comitibus de Eureſtein*, a quibus in feudum tenui ſicut *Margareta uxor mea* una cum eadem renunciaui. inſuper fide

fide data permisi de uera warandia prestanda et de impeticione qualibet exuenda predictorum bonorum, ubi et quando a predictis uiris religiosis fuero requisitus. Insuper renuncio omni cause et controuersie, que orta fuit inter religiosos uiros memoratos et me ex contractu predicto. In quorum omnium testimonium perpetuum sigillum meum presentibus est appensum. Testes etiam sunt *Bernhardus de Halle*, canonicus hamelensis, *Conradus marscalcus* miles, *Burchardus de Saldere*, *Bertoldus de Godensstede*, e) famuli, et alii quam plures fide digni. Et nos testes iam dicti sub sigillis domini *Bernhardi* et domini *Conradi* predictorum, omnia supra dicta esse uera, publice protestamur. Datum et actum anno Domini M. CCC. V. II. Kal. ianuarii.

d) Villa Lohpke, Lobach, ad rivum Lob, haud procul Bevera castro & Visurgi flumine.

e) Gadenstät villa haud procul oppido Peine.

CCCV.

Consentit eius uxor 1305.

Consentit seorsim *Morgareta, uxor Reinberi* militis *de Vornholte*, et resignat decimam in *Lotbeke* nobilibus viris *Lodewico* et *Ottoni, Comitibus in Euerstein.* Testes sunt iidem, qui in litteris sub num. 291. adhibiti. Datum anno domini M CCC V in vigilia circumcisionis domini.

CCCVI.

Nos *Gerhardus* dei gratia *de Halremunt comes* recognoscimus presentibus, publice protestando, quod in causa, que inter religiosos uiros dominum abbatem et conuentum monasterii in *Amelungesborne* ordinis cisterciensis ex una et *Albertum seniorem* et *Henricum* et *Albertum filios suos* nec non ipsius *Henrici* heredes *comites de Swalenberge* super impeticione quorundam bonorum, quorum perprietas quondam ad ipsos comites de *Swalenberge* spectabat, parte ex altera mouebatur, de communi ipsarum partium consensu in nos, tamquam in arbitrum et decisorem ipsius cause, sub pena fidedationis exstitit compromissum, unde nos communicato dominorum et militum plurimorum maturo consilio eamdem causam arbitrando pronunciamus et decidimus sub hac forma, quod iidem domini de *Swalenberge* comites eorumque heredes in dictis bonis a religiosis uiris predictis legitime emtis et comparatis nihil iuris sibi poterunt vindicare iuxta suarum continentiam literarum. unde iidem Comites omnes nec non uniuersa et singula dampna per eos religiosis supra dictis insolenter illata reddere et refundere de iure integraliter tenebuntur nec sepe dictos religiosos in quieta possessione ipsorum bonorum de cetero perturbare. In cuius pronunciacionis et decisionis robur et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Huic autem pronunciacioni interfuerunt uenerabilis dominus *Rupertus ecclesie Corbeiensis Abbas*, *fredericus* Prepositus ibidem, *Godfridus decanus ecclesie sancti petri in Huxaria*, *Ludewicus comes de Euerstein*, *Johannes de Dotessen*, *Ludolfus camerarius*, *Conradus de Lutbardessen*, *et Albertus dictus Bock gener suus*, milites: *Hermannus de Germersen*, *Hermannus Hake*, *Conradus* et *Iohannes* fratres dicti *de Euerstein* et *Bernhardus de Eynem*, famuli, et alii quam plures fide digni. Et nos Dominus *Rupertus* dei gratia ecclesie Corbeiensis Abbas predictus in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum etiam presentibus duximus apponendum. Datum sabbato proximo post diuisionem apostolorum anno Domini M. CCC. XV.

CCCVII.

Nos dei gratia *Ernestus dux in Brunswik* uniuersis Christi fidelibus. Recognoscimus publice et fatemur, quod bona et mansi religiosorum domini Abbatis et conuentus in *Amelungesborne* sita in *Bennesen* f) cum omnibus pertinentiis suis nobis ac posteris seu successoribus nostris ad seruitia non tenentur nec aliquid iuris aduocatie precarie exactionis seu cuiuscunq. grauaminis nobis in eisdem uindicare uolumus aut debemus, sed cuicunq. prefati religiosi dicta bona uendiderint

derint siue locauerint aut ad colendum tradiderint, etiam de ciuitate *Embeke*, libere ea colere et possidere poterit absq;. omni grauamine et absq;. ullo genere seruitutis. Datum sub sigilli nostri testimonio anno MCCCXXVIII.

f) Bennigsen in Principatu Calenbergico ad orientem Hannoveræ.

CCCVIII.

Ernestus dux in Brunswik idem priuilegium denuo repetit, et consensu heredum suorum corroboratum testatur in diplomate abbati et ecclesiæ Amelungesbornensi dato anno MCCCXXXIIII in crastino beati Gregorii papæ.

CCCIX.

Otto dux Brunsuicensis donat ecclesiæ Amelungesbornensi sex mansos, unum molendinum in *Embeke*, duos et dimidium mansos in *Elueſſen*, unum ad *Holthusen* et unam aream in *Hildesem*. Testes sunt *Luthardus de Meinersem*, *Bernhardus de Dorstat*, *Jordanus dapifer*, *Ysarius pincerna*, *Theodoricus de Monte*, *Hermannus de Jerleueshem*, *Alexander de Boseleshusen* a) atque alii. Datum anno M. CC. XXXI.

a) Böhlshusen villa præfecturæ Gandershemensis ad Leinam fl.

CCCX.

Otto dei gratia *dux de Brunswic* testatur, tres filios *Giselberti de Wersen* ministeriales sui, nempe *Lippoldum*, *Giselbertum* et *Georgium*, III mansos et dimidium, sitos in *Bergoldeshusen*, ab aduocatia liberos et hereditarios, donauisse *Abbati Theodorico* et monachis in *Amelungesborne*, receptis XXXV marcis *Eimbeke*. Testes *Johannes de Hegere*, *Rikwinus*, *Ludulfus de Drubere*, *Alexander Stern*, *Witzelo de Wetzen*, *Bartoldus de Bortuelde*, *Ulricus de Aldendorp*, *Henricus de Holthusen*. Datum anno dominicæ incarnationis M CC XXXVIII.

Nota. Patet ex hoc diplomate, J. G. Leuckfeldium in *Antiq. Amelunxb.* p. 33. errasse, ubi perhibet, Theodoricum abbatem Amelungesbornensem esse mortuum anno 1236.

CCCXI.

Albertus dux de Brunswik fauet in eo Abbati et conuentui *Amelungesbornensi*, quod tres mansos et quatuor iugera, in campis oppidi *Eimbike* sita, ab omni exactionis iugo eximit. Datum *Huxariæ* anno domin. incarnat. M CC LXXVII in die beatæ Margaretæ virginis.

CCCXII.

Henricus dux de Brunswik ratam habet venditionem duorum mansorum sitorum ad *Brockhusen*, quos *Ludewicus comes de Euerstein* a Duce in feudo tenuerat, in gratiam coenobitarum Amelungesbornensium. Datum Brunsuici anno M CC LXXXIII. feria tertia proxima post dominicam Esto mihi. Resignauerant autem eosdem mansos duci *L. Senior* et *E. comites de Euerstein*.

CCCXIII.

Illustri principi domino *H. duci de Brunswick Lentfridus* et *Ludolfus de Mackenhusen*, a) ciues Embecenses, resignant quinque mansos in *Drubere* b) ut tradantur illi abbati et monachis Amelungesbornensibus. Datum anno M CC LXXXIIII.

a) Villa Comitatus Dasselensis.

b) Drüber prope Embecam.

CCCXIV.

Henricus dux in Brunswik consensu *fratrum suorum Alberti, Wilhelmi* et *Luderi* pro damno, quod intulerat ecclesiæ Amelungesbornensi *in obsidione castri Euerstein*, donat tres mansos, sitos in campo ciuitatis *Eimbeke* et quinque mansos, sitos ad villam et in campis *Drubere*, quos ipsi *Lentfridus* et *Ludolfus de Mackenhusen* cum eorum uxoribus *Mechtilde* et *Gertrude* ad manus coenobitarum Amelungsbornensium resignauerant. Testes *Heidenricus Comes de Lutterberg*, *Waltherus de Dorstat nobi-*

nobilis, *Henricus de Heimborg*, *Ecbertus de Asseborg*, *Ludolfus de Weuerlinge*, *Godefridus de Barsuelde*, *Hilmarus de Oberge*, *Willikinus* aduocatus, *Bertoldus de Werle*, milites. Datum *Brunsuici* per manum notarii *Hermanni* anno domini M CC LXXXIIII. II Kal. octobr.

CCCXV.

Henricus dux Brunsuicensis confirmat proprietatem mansi cuiusdam in campo *Brockhusen, iuxta villam Borie* a) siti, coenobio Amelungesbornensi. Actum in castro *Hertesberge* anno M CC LXXXX in vigilia pentecostes.

a) Börje, Berge, vicus præfecturæ Gronensis ad Visurgim.

CCCXVI.

Henricus dux Brunsuicensis maturo consilio proprietatem suam IIII mansorum, sitorum in campo villæ dictæ *Goltbeke*, b) et dimidii mansi ac molendini ibidem, quam consanguineus ipsius vir nobilis *Lodewicus comes de Euerstein* sibi obtulerat, monasterio *Amelungesborne* pro suæ et Comitis animæ salute titulo donationis confert. Testes *Ludewicus comes de Euerstein*, *Grubo de Grubenhagen*, c) et *Trobo* milites. Datum et actum anno domini M CCC II. in die Luciæ virginis.

b) Golmke, Goldbach, villa præfecturæ Forst versus Visurgim in Principatu Wolferbuttelano.

c) Castellum versus silvam Solling haud procul Embeca urbe.

CCCXVII.

Henricus dux Brunsuicensis confirmat venditionem, per quam *Bodo dominus de Homborg* et *Henricus filius* eiusdem decimam in *Hollenstede*, et sex mansos cum areis annexis in *Stockem* transtulerant in coenobium *Amelungesborne*. Datum anno domini M CCCV. Kal. ap̄r̄.

CCCXVIII.

Albertus dux Brunsuicensis donat coenobio Amelungesbornensi aduocatiam super quatuor mansos, sitos in campo ad villam *Bergoldeshusen*. Testes *Ecbertus de Asseburg*, *Bertramus de Veltheim*, *Florentius de Dalem* milites, *Henricus de Honstat*, *Henricus Burmester* et *Johannes de Werdinghusen* famuli. Actum anno domini M CCC VIII.

CCCXIX.

Albertus dux Brunsuicensis spondet coenobio Amelungesbornensi defensionem, et eidem confirmat nonnulla priuilegia. Datum anno domini M CCC VIII.

Albertus dux Brunsuicensis renuntiat iuri aduocatiæ in bona coenobii Amelungesbornensis. Datum *Campe* in vigilia beati Laurentii martyris.

CCCXX.

Renuntiat in iura quaedam Wilhelmus Dux Br. Lun. 1322.

Dei gratia nos *Wilhelmus* domicellus incliti principis Domini *Henrici ducis in Brunswigk filius* recognoscimus presentibus publice protestando, quod renunciauimus libenti animo pie propter deum omnibus impeticionibus et iuribus, si que habuimus uel habere possemus in personis seu bonis religiosorum uirorum Domini Abbatis et conuentus monasterii in *Amelungesborne* cisterciensis ordinis Hildensēm̄ dyōc̄, tam mobilibus quam immobilibus, sitis in uillis et campis scilicet *Hollenstede*, d) *Stockem*, *Drubere*, *Osdagessen*, *Syberhusen*, *Reynersen*, *Volchardessen*, *Benhusen*, *Tydexen*, *Huldesen*, et *Wettessen*, tam decimis quam mansis et pensionibus, ipsis religiosis per dictum dominum *Henricum ducem* patrem nostrum quondam arrestatis, ac uniuersis et singulis bonis dictorum religiosorum, ubicunq; sitis, cum pertinentiis eorundem: ipsos etiam religiosos per nos et nostros cum effectu promouere uolumus et debemus. In quorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum presentibus inclito domicello *Ernesto fratre nostro*, domino *Ottone Comite in Lutterberge*, *Wernhero de Brakeuelde* milite,

Conrado de Molendino canonico de *Eimbike*, *Henrico Hegere* famulo et aliis quam pluribus fide dignis. Et nos teſtes ſupra ſcripti recognoſcimus nos predictis placitis interfuiſſe. Datum anno domini M CCC XXII. in uigilia beati iacobi apoſtoli.

d) Villæ circa Embecam conſpicuæ. Tidexen deſiit pridem.

CCCXXI.

Erneſtus dux Brunſuicenſis renuntiat omni iuri in decimas noualium prope *Drubere*, *Stockem*, et *Wetteſſen* et in ſalicto prope *Hollenſtede* easque donat monaſterio Amelungeſbornenſi. Datum anno M CCC XXXII. in vigilia feſti corporis Chriſti.

CCCXXII.

Erneſtus dux Brunſuicenſis ob ſalutem animæ ſuæ et progenitorum ſuorum eccleſiæ Amelungeſbornenſi impertitur priuilegium, eique confirmat poſſeſſiones, a *patre ſuo Henrico* aliisque donatas et confirmatas. Teſtes adfuerunt *Theodoricus* et *Johannes de Oldendorp Hermannus de Oltwerdiſhuſen* milites aliique. Datum *Eimbecæ* anno domini M CCC XXXII. II id. dec.

CCCXXIII.

Erneſtus dux Brunſuicenſis teſtatur, ſeſe centum marcas puri argenti, quas in redemtionem caſtri ſui *Euerſtein* locauerat, ab Amelungeſbornenſi eccleſia ſumſiſſe mutuas, cuius ſimul priuilegia confirmat, idque inprimis, quod Amelungeſbornenſes in ducali iudicio nequeant accuſari. Teſtes *Thidericus* et *Johannes de Oldendorpe*, *Hermannus de Oldershuſen*, milites, aliique. Datum anno domini M CCCXXVII. pridie idus decemb.

Nota. Ex diplomate patet, iam tum duci fuiſſe aduocatum in Euerſtein.

CCCXXIV.

Helena domina de Lunenborgk uniuerſis ad quos hoc ſcriptum peruenerit ſalutem. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod nos cum conſenſu heredum noſtrorum pro ſalute anime noſtre contulimus eccleſie in *Amelungeſborne* ſingulis annis unam marcam nummorum in ſalina in domo, que *Ekebrechtinge* uocatur. Ne igitur hoc factum noſtrum rationabile a ſucceſſoribus noſtris inpoſterum poſſit irritari hanc preſentem paginam iuſſimus ſigillo noſtro muniri.

CCCXXV.

Wilhelmus et *Fridericus duces* Brunſuicenſes publico ſcripto declarant, *Sanderum* Abbatem Amelungeſbornenſem ex ſuo conſenſu agros ad villam inferiorem *Luderdiſſen* ſpectantes aſſignaſſe ad ſuperiorem villam *Luderdiſſen*. Datum anno M CCCC XLVIII. die ſaturni poſt ſancti marci.

Nota. Abbatem Sanderum J. G. Leuckfeldius in Amelungeſbornenſium abbatum Chronologia plane omiſit.

CCCXXVI.

Fridericus dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis diplomate teutonico evulgat Albertum Stich a nobilibus viris de *Homborg* villam *Holtenſen*, *iuxta urbem Oldendorp* ſitam, pro hypotheca poſſidere interventu argenti et domum in urbe *Oldendorp*. Conſentit ad dimidiam partem poſſeſſionis dux. Datum anno M CCCC LXXXIII. proxima die dominica poſt Nicolai.

CCCXXVII.

Wilhelmus dux Brunſuicenſis conſentit in poſſeſſiones eaſdem, anno M CCCC LXXXV. die ſancti Vincentii martyris.

CCCXXVIII.

CCCXXVIII.

Wilhelmus dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis oppignorat nonnulla ſexcentis florenis, quos *dux Fridericus frater eius* mutuatus erat. Datum anno M CCCC LXXXVI. domin. reminiſcere.

CCCXXIX.

Henricus ſenior dux Brunſuicenſis et Luneburg. conſenſu *fratris ſui Erici* confirmat donationem *patris ſui Wilhelmi*, qui abbati et eccleſiæ Amelungeſbornenſi contulerat *templum parochiale oldendorpienſe infra Homborg*. Datum anno M CCCC XC. die ſanctorum Petri et Pauli apoſtolorum.

CCCXXX.

Henricus ſenior dux Brunſuic. et Luneburgenſis tradit abbati *Wernhero* et coenobio *Amelungeſbornenſi* villam deuaſtatam *Negenborne* receptis DCC florenis renanis. Datum anno M CCCC XCIIII in die Matthiæ apoſtoli.

Nota. Patet ex hoc diplomate J. G. Leuckfeldium l. c. iterum cum J. Lerznero erraſſe, qui perhibet, Wernherum de Inſula abbatem Amelungeſbornenſem obiiſſe anno 1488.

CCCXXXI.

Henricus iunior dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis confirmat Amelungeſbornenſibus priuilegia a patre ſuo anno domini MDII indulta et ius aduocatiæ intra ſepta monaſterii. Datum anno MDLXI. d. 12. Septembris.

Idem dux determinat fines Amelungeſbornenſis coenobii per conſiliarios *Johannem de Bevern*, *Erneſtum de Wriſberg*, et *Franciſcum Muzeltinum* iurium licentiatum, gubernante abbate *Andrea* coenobium prædictum anno MDLI.

CCCXXXII.

Henricus Iunior Dux Brunſuic. et Luneburgenſis permutat varia bona et iura cum coenobio Amelungeſbornenſi, et repetit permutationem villicationis *Allerſen*, iam anno 1549 peractam. Datum anno domini 1555.

Idem dux edictum promulgat de bonis et iuribus coenobii Amelungeſbornenſis non imminuendis nec labefactandis. Anno 1559.

Idem edictum repetit et confirmat *Julius dux Brunſuicenſis* et Luneburgenſis anno 1571.

CCCXXXIII.

Henricus Julius poſtulatus *epiſcopus Halberſtadenſis dux Brunſuicenſis et Luneburgenſis* permittit *Vito abbati* Amelungeſbornenſi, ut peculiarem aduocatum in villa *Laubec* conſtituat, eiuſque villæ incolas abſoluit ab onere ſervitii, præfecto *Allerſenſi* præſtandi. Datum anno domini 1594. die 6 Junii.

CCCXXXIV.

Alexander miles et *Alexander* famulus pater et filius dicti *de Gundelſen* teſtantur, abbati et monachis in *Amelungeſborne* venditum et donatum eſſe dimidium decimæ in inferiori villa *Beverungen*, ipſosque addidiſſe reliquum dimidium eiuſdem decimæ oppignoratum *Lamberto de Luchteringen*. Feudi domini fuerant *Adolfus* et *Albertus* comites *de Sualenberge*, qui iuri ſuo renuntiant. Datum Huxariæ anno domini M. CC. LXXXIII. IIII. id. Iulii.

CCCXXXV.

Henricus abbas Corbeienſis, a quo comites prædicti decimam præfatam feodali nexu tenuerant, iuri ſuo quoque renuntiat, receptis a coenobio Amelungeſbornenſi ſex marcis argenti. Teſtes erant *Mauritius abbas*, *Adolfus* et *Albertus comites de Sualenberge*, *Henricus de Homborg* et *Bodo filius eius*, *Bodo filius fratris*

tris sui, Sigfridus de Halle et *Conradus de Uslaria.* Datum per manum Ludolfi notarii abbatialis anno M CC LXXX IIII. non. Iulii.

CCCXXXVI.

Johannes et *Henricus*, ac *Stephanus eorum patruelis*, famuli dicti *de Schardenberg*, contradicebant traditioni supradictæ. Sed iuri suo renuntiarunt, et *Ludolfum abbatem in Amelungesborne* pro possessore agnouerunt legitimo anno M CCC XXXVIII. X. Kal. aug.

CCCXXXVII.

Johannes abbas et conuentus *Bursueldensis* cedunt ius suum in bona ad villam *Bergoldeshusen, apud Snetinghusen* sita, coenobio Amelungesbornensi, consentientibus *Hermanno de Moringen* eiusque uxore civibus Gottingensibus. Testes *Johannes de Roringen* miles aliique. Datum *Bursvelde* anno M CCC XI.

CCCXXXVIII.

Janus de Uppenbroke, Didericifilius, Henricus et *Wasmodus fratres*, agnati *Jani* illius, donant ecclesiæ Amelungesbornensi duos mansos et aream in *Bernsen*, a) quos in feudo habuerant a *comite Burchardo de Schwalenberge* ane vogedie ane bede und ane unplicht uñ ane iennigerleie deinste iemede tho donde. Anno M CCC LVIII.

a) *Pabrnsen* in præfectura Haste in Principatus Calenbergici parte Gottingensi.

CCCXXXIX.

Henricus de Osen famulus advocatus et præfectus *Homburgi* nomine sereniſſimi *Bernhardi ducis Brunsuicensis* confirmat donationem Uppenbrokiorum anno M CCCC XIIII.

CCCXL.

Thidericus abbas Corbeiensis donat ecclesiæ Amelungesbornensi XL iugera in campis villæ *Bredenbeke*, quæ antea in feudo tenuerant a Corbeiensi ecclesia *Johannes* et *Hartungus de Vrencke.* Datum anno domini M CCC LV.

CCCXLI.

Hermannus episcopus Hildesbemensis confirmat ecclesiæ in *Amelungesborne* commoda et iura salinarum quarundam iuxta *Hemmendorpe* consistentium, et donat ei decimam salis, ex salinis eisdem prouenientem, quam *Beringero comite, qui eam beneficii nomine possederat tam pro sua et uxoris eius, sororis scilicet Hermanni episcopi, quam filiorum eius incoluminate*, eo fine resignante, receperat. Testes erant *Comes Beringerus* b) et *frater eius Comes Fredericus*, ministeriales autem *Ecbertus camerarius, Lupoldus de Insula* et *frater eius Hugo, Hermannus Marscalcus.* Actum anno M. C. LXVIIII. indict. III. Data in ciuitate *Hildenesbemensi* in palatio episcopi.

b) Vterque Comes de Poppenburg ad Leinam.

CCCXLII.

Athelbogus episcopus Hildesbemensis abbati et fratribus Amelungesbornensibus confirmat parvum fontem salinarum in *Swalenhusen*, eisdemque insuper donat decimam annexam ac domum unam salis, *que (verba sunt diplomatis) nostri iuris est, nam in allodium nostrum, quod est ELETSE, seruit que de predicto fonte haurire consueuit*, immo alteram domum salis, quam *Beringerus comes de Pappenburg* episcopo resignarat, ab *Hermanno de Wuluingen* huic pariter resignatam. clausula diplomatis hæc est: *qui predictos fratres super prescriptis bonis aliquatenus disturbare aut inquietare presumpserit, eterne maledictioni subiaceat et legitime commonitus si non resipuerit anathematis gladio feriatur atq; tam diu corporis et sanguinis*

guinis domini noſtri Ieſu Chriſti participatione priuetur, donec eiſdem in quos peccauit cum digna uenie poſtulatione ſatisfecerit. Teſtes erant *Bertoldus ſummus prepoſitus, Conradus decanus. Beringerus prepoſitus de ſancta cruce, Johannes frater eius* canonicus. Laici liberi. *Conradus vice dominus, Beringerus comes de Poppenborg* et *tres filii eius, Fridericus comes.* Miniſteriales. *Lippoldus aduocatus, Sigfridus* et *filius eius de Aldendorp, Henricus de Malentern, Lippoldus de Eſcherte, Gerungus de Toſſem* a) et frater eius. Actum anno dom. incarnat. M. C LXXV. indict. VIII.

a) Villa haud procul Hildeneshemio verſus ſilvam, everſa dudum.

CCCXLIII.

Widekindus, dei gratia *Corbeienſis abbas*, donat monaſterio in *Amelungeſborne* manſum unum in *Aroleldeſſen.* Teſtes ſunt *Conradus prepoſitus, Fredericus prior*, dominus *Fredericus de Bochere, Euerhardus de Godenberg, Conradus de Diſildiſſen, Waſmodus* marſcalcus, *Ludolfus* dapifer, *Arnoldus* pincerna, *Hereboldus*, Rabanus et Ludolfus fratres, Karolus. Actum anno dom. incarnat. MCLXXXVI.

CCCXLIV.

Sigfridus epiſcopus Paderbornenſis legat decimationis prouentum in *Adelloldeſſen* b) parocho Aldendorpenſi, monacho Amelungeſbornenſi. Inter teſtes eminent *Albertus comes de Euerſtein, Widekindus de Sualenberge, Widekindus de Waldekke, Conradus de Schowenburg, Bodo* et *Bertoldus de Homborg, Amelungus Comes de Padelborne.* Datum anno incarnat domin. MCLXXXVI.

b) Arolzen, villa præfecturæ Allerſen haud procul Viſurgi.

CCCXLV.

Diploma abbatis Amelungeſbornenſis et Rudolfi de Dalem de permutandis VIII et dimidio manſis et decima cum tribus areis ac molendino pro bonis ſalinarum in Hemmendorpenſibus, anno 1197.

Ex autographo Bever.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Anno dominice incarnationis M. C. XC VII. Abbas et fratres de *Amelungiſborne* cum *domino Rodolfo de Dalem* permutationis inierunt contractum. dantes ei bona et reditus apud ſalinas *Zemendorph* cum decima eorundem bonorum et omni commodo attinente. et ab onere aduocatie libera. decem quoq; marcas ad equandam permutationem addiderunt. receperunt autem a *domino Rodolfo* bona, que habuit in uilla *Luderſkem* c) VIII et dimidium ſcilicet manſos, cum omni commodo attinente, in uilla, in agris, in pratis, in paſcuis, in ſiluis, in aquis, et decimam ipſius uille predicte. tres quoq; areas in *Eſcherſhuſen*, et molendinum ſitum in una trium arearum, et omnia hec ab onere aduocatie libera. Quia uero de predictis manſis tres impediti ſunt, eos uſq; ad feſtum ſancti michahelis proxime futurum *Dominus rodolfus* expediet. quod ſi non fecerit, dimidiam marcam nomine penſionis eccleſie ſoluet, ſiue uſq; ad feſtum cathedre ſancti Petri omnino eos reddet expeditos. de molendino quoq; predicto, quia et ipſum impeditum eſt, annuatim dimidiam marcam ſoluet in feſto ſancti michahelis. donec molendinum expediat, ſiue de expediendo finaliter tempus non eſt conſtitutum. faciet quoq; *dominus Rodolfus* uxorem ſuam et filios, qui ad annos diſcretionis peruenerunt, ratam habere et compromittere hanc permutationem, et pueri, qui minoris etatis ſunt, ad idem faciendum, poſtquam annos pubertatis attigerint, inducentur. Ad confirmandum autem hunc tranctatum quia neceſſaria auctoritas domini epiſcopi, cum primum habebitur ipſius copia, ut commode poſſit conueniri, partes huius tractatus, hinc ſcilicet abbas et fratres, hinc *dominus Rodolfus*, bona fide ac diligenti precum inſtantia Epiſcopi laborabunt optinere conſenſum et auctoritatem. Quodſi preces minus fuerint efficaces. et aliquo donationis impendio domini epiſcopi benignitas huic fuerit concilianda negotio, ſolum *dominum Rodolfum* hoc onus reſpiciet; ſi uero nec precum inſtantia nec rerum impenſa euinci pote-

rit dominus episcopus, ut consentiat tractatui, partes permutationem rescindent, bona sua utrobiq;. recipientes, et *dominus Rodolfus* pecuniam appensam, scilicet decem marcas intra sex septimanas abbati ac fratribus rependet atq;. restituet. Pendente autem negotio, si quid ab utraq;. parte nomine meliorationis fuerit impensum bonis, in commutationem datis, eius quoq;. ratio habebitur, ut restituatur, quod necessario aut utiliter putabitur impensum, quod *dominus Rodolfus* secundum formam prescriptam omnia persoluat, que ipsum contingunt in hoc negotio. Fideiussores dedit *Harbertum maiorem prepositum, Ludolderum prepositum sancte crucis, Huogonem aduocatum* et *fratrem eius Heinricum.* Ab ipso *domino Rodolfo* et fideiussoribus promissionem receperunt *Hylarius decanus* et *Bertoldus custos.* Testes negotii sunt *Johannes cantor, Lodewicus canonicus, Johannes de forensi ecclesia, Helmbertus canonicus, Tidericus de Totisen, Arnoldus Kouoth, Walterus de Forsaten.* d)

c) Lürdissen in præfectura Wickensen.

d) Förste vicus ad Leinam fl. prope Alveldam.

CCCXLVI.

Henricus miles et *dominus in Homburg* nec non et *Lodewicus iunior* profitentur, litem ab *Arnoldo, filio Arnoldi* militis *de Hauersuorde*, super decima paludis in *Hauersuorde* aduersus coenobium Amelungesbornense agitatam coram se esse compositam, datis *Arnoldo* XII marcis, computatis singulis per XII solidos, nec non cognatis eiusdem *Arnoldo* et *Brunone* filiis domini *Brunonis* militis *de Hauersuorde.* Acta anno M. CC. LXXXVI. in die Georgii martyris.

CCCXLVII.

Tradito decimæ Hollenstedensis 1305.

Bodo dominus in Homborg et *Henricus filius eius* consensu *Henrici de Homburg canonici Hildesbemensis fratris* sui, et venerabilium *uxorum* suarum *Agnetis* et *Agnetis*, et filiorum *Bodonis* et *Hermanni*, filiarumque *Alheidis, Sophiæ* et *Agnetis* vendunt coenobio Amelungesbornensi decimam in *Hollenstede*, receptis CVII marcis puri argenti. Loco euictionis ponitur ius obstagii in *Hamelem* vel *Insula* e) exercendum. Sigilla adiunxerunt *Henricus de Homborg* canonicus Hildesbemensis, *Mauritius comes de Speigelberge* cognatus, *Guntherus comes de Swalenberge* gener, et *Henricus de Homborg* nepos. Fideiussores et testes erant *Henricus de Homborg* canonicus Hildesbenensis, *Mauritius comes de Speigelberge* cognatus, *Guntherus comes de Swalenberge* gener, *Henricus de Homborg* nepos, *Wulverus de Insula, Hartungus de Eletse, Conradus de Berenrode, Hartmannus de Dudingen*, f) *Wastmodus de Hastenbeke, Albertus de Hupede, Henricus de Osen, Bruno de Vrencke, Henricus de Halle* milites aliique. Actum præsente abbate Bertramo anno MCCCV in vigilia purificationis mariæ virginis.

e) Bodenwerdera urbs inter alveos Visurgis.

f) Nunc Dujen, vicus præfecturæ Lauenstein in Principatu Calenbergico.

CCCXLVIII.

Nos *Johannes* sacerdos, *Bertoldus*, *Thidericus* et *Henricus* dicti *de Negenborne* fratres . . . . volumus esse notum, quod . . . . . de consensu matris nostre *Conegundis* bona nostra, que in *Aderoldessen* a domino *Arnoldo de Hauersuorde* in feudo tenuimus, religiosis viris domino abbati et conuentui in *Amelungesborne* vendidimus cum omnibus suis pertinentiis . . . . . Datum anno M. CCC. II. ipso die viti martyris.

CCCXLIX.

Lodewicus de Uslaria, ciuis Huxariensis, tradit bona quædam sua coenobio Amelungesbornensi anno 1235.

Arnoldus abbas Amelungesbornensis eandem traditionem repetit anno 1254.

Fri-

Fridericus aduocatus ducis de Brunſwigk et conſules ciuitatis *Uſlariæ* eandem donationem confirmant anno 1271.

CCCL.

Borchardus de Cigeberg ac conſules ciuitatis in *Wicenhuſen* a) ſcripto publico profitentur, *Henricum de Hunede* fratremque eius *Gerlacum* ceſſare ab omni lite, Amelungeſbornenſi coenobio ſuper bonis quibuſdam in *Bergoldeſhuſen* ſitis mota, receptis ab eo tribus marcis et panni griſei quinque ulnis. Datum anno M CC LXX.

a) Vrbs ad Werram in Haſſia.

CCCLI.

Adquiſitio decimæ Erteshuſanæ 1159.

Arnoldus archiepiſcopus Moguntinus confirmat permutationem bonorum, quæ Amelungeſbornenſes, nempe duos manſos cum area et VIIII iugeribus, eccleſiæ in *Grene* dederant, eorumque loco receperant decimam in villa *Erdiſhuſen.* b) Teſtes *Reinaldus cancellarius*, *Ekkehardus præpoſitus in Eimbeke*, *Hartmannus præpoſitus de Hameln*, *Adelbertus comes de Euerſtein*, *Reimbertus de Ricklinge*, *Poppo de Blanckenborg*, *Burchardus de Valkenſtein*, *Haoldus de Bornem*, *Gerungus de Schiltberg*, c) miniſteriales *ducis Heinrici*, *Heinricus de Wida*, d) *Lippoldus de Herteſberg*, e) *Arnoldus aduocatus de Eimbike.* f) Datum *Helgenſtat* anno dominicæ incarnationis M. C. LVIII. XIIII. Kal. maii.

b) Nunc Ertshuſen, villa præfecturæ Grene ad Leinam.
c) Caſtrum deſtructum prope oppidum Seſam ad radices Herciniæ.
d) Wide vicus Comitatus Blankenburgici.
e) Herzberg oppidum in radicibus Herciniæ verſus Oſterodam.
f) Ergo urbs Eimbeca fuit iam in poteſtate Henrici Leonis.

CCCLII.

Frater *Theodoricus abbas in Amelungeſborne* declarat, viduam Ermentrudem manſum unum in *Snetingehuſen* ſitum comparaſſe, eumque eccleſiæ *Amelungeſbornenſi* penitus tradidiſſe ad anniuerſariam fratrum refectionem. Datum anno M CC XL. menſe decemb.

CCCLIII.

Gerhardus dei gratia *Abbas* totusque conuentus *in Ringelem* vendunt duos manſos in *Eſbeke Henrico de Steinberg* talentis decem. Datum anno M. CC. LVIII.

CCCLIV.

Albertus dei gratia *Cellæ montis* g) *abbas* reconciliationem inter *Hermannum de Billerla dictum Bock*, et Amelungeſbornenſes, certantes ſuper molendino de *Grene* et piſcatura annexa et II. manſis ad *Erdeſhuſen* ſitis, factam confirmat. Datum anno M CC LXXXIII. in die beati Thomæ apoſtoli.

g) Urbs Hercinica Cellerfelde in vicinia Cellæ fuit exſtructa.

CCCLV.

Henricus dei gratia præpoſitus in *Hokelem*, *Mettildis abbatiſſa* totuſq. eiuſdem loci conuentus dant quinque iugera Amelungeſbornenſi eccleſiæ loco decimæ ſuper duobus manſis. Datum anno M CC LXXVI.

CCCLVI.

Adquiſitio manſi Eddihuſenſis 1283.

Sigfridus dei gratia *prepoſitus* prioriſſa totuſq. conuentus eccleſie in *Lammeſpringe.* uniuerſis hoc ſcriptum uidentibus aut uiſuris orationes in domino ſalutares. ſciant preſentes et futuri temporis poſteritas, quod nos unum manſum, ſitum

situm in *Edingehuſen*, qui titulo donationis a domino *Aſchwino de Steinberg* pro remedio anime *generi* ſui *domini Henrici de Achem* ad nos pertinuerat, domino Abbati et conuentui in *Amelungeſborne*, eo quod inter alia bona eorum ſitus eſt, dimiſimus perpetuo iure poſſidendum, tali forma, ut ſingulis annis XII ſolidos eccleſie noſtre perſoluere teneantur. Actum anno domini M. CC. LXXXIII. in die ſancti bartholomei apoſtoli.

CCCLVII.

Adquiſitio decimæ Eddihuſanæ 1286.

Conradus et *Volcmarus fratres*, *dicti Klot*, renuntiant iuri ſuo in decimam *Edinghuſenſem*. Sigilla addiderunt *Godefridus de Elze*, *Hermannus de Haſtenbeke*, *Johannes de Bernſen*. Teſtes ſunt *Theodoricus de Reden*, *Borchardus de Werdinghuſen*, *Sigebodo de Bernſen*, milites, *Johannes de Soderen*, a) *Johannes* et *Arnoldus fratres*, dicti *de Holthuſen*, ceterique caſtellani in *Leuenſtene*. Datum anno M CC LXXXVI feria III poſt palmarum.

a) Sottern villa præfecturæ Woldenberg & Epiſcopatus Hildeſienſis.

CCCLVIII.

Adquiſitio decimæ Eddihuſanæ 1271.

Theodoricus, miles de *Stockem*, decimam *Edingehuſanam* donat eccleſiæ Amelungeſbornenſi acceptis ab ea XXX talentis. Teſtes ſunt nobilis vir *Bodo de Homborg*, *Henricus* miles dictus *de Brakeuelte*, *Egehardus* miles *de Rotſingen*, *Henricus* dictus *Spade*, *Arnoldus de Holthuſen*, *Hermannus Hircus*. Datum *Aluel-dæ* anno M CC LXXI. in die ſanctorum Marci et Marcellini martyrum.

CCCLIX.

Engelberto *comiti de Euerſtein* reſignat *Thidericus de Stochem* conſenſu uxoris ſuæ *Rickeke* quinque manſos in *Drubere*. Anno domini M CC LXXXV.

CCCLX.

Ceſſio aliquot manſorum Arolſſenſium 1380.

Ego *Aſſchwinus de Steinberge* miles preſentibus publice recognoſco, quod ego de unanimi conſenſu et bona uoluntate *Richardis uxoris* mee *Conradi filii* mei et *Sweneken filie* mee ac aliorum heredum meorum, quorum conſenſus ſuper hoc fuerat merito requirendus. donaui religioſis uiris Domino Abbati et conuentui in *Amelungeſborne* pro aliquibus damnis, per me ipſis uiolenter illatis, III partem V manſorum in *Aderoldeſſen* cum ſuis pertinentiis et omnia alia, que ibidem ex ſucceſſione hereditaria ad uxorem meam predictam ex parte *Henrici de Luthardeſſen patris* ſui beate memorie deuenerunt. In cuius . . . . . Teſtes horum ſunt religioſi uiri fratres . . . . . Datum M. CCC. XXXX. in craſtino beati Martini epiſcopi et confeſſoris.

CCCLXI.

In manſos duos Arolſenſes renuntiatio iurium 1342.

Aſchwinus *de Steinberge* miles ſignificat, ſe renuntiare iuri ſuo in illos duos manſos, quos b. memoriæ *Henricus de Lutbardeſſen* pater uxoris ſuæ *Richardis* coenobitis Amelungeſbornenſibus vendiderat, conſentientibus uxore et *filio ſuo Conrado*. Teſtes *Johannes* Burſarius, *Ludolfus* infirmarius *de Berzingerode*, b) *Bertoldus de Goſlaria* de ordine minorum conuentus *Hildenſemenſis*, *Otto* rector capellæ ſancti Lamberti martyris aliique. Datum anno M CCC XLII. die beati Martini epiſcopi et confeſſoris.

b) Locus Blankenburgici Principatus.

CCCLXII.

CCCLXII.

Venditio bonorum nonnullorum 1487.

Stephanus de Stockhuſen famulus teſtatur ſcripto publico, ſe vendidiſſe ex conſenſu *filiorum* ſuorum *Georgii* et *Dethmari* coenobio Amelungeſbornenſi villam liberam intra *Oldendorp*, ex feudo poſſeſſam a *Friderico duce Brunſuicenſi*, et pomarium ante *Dieckdore*, decimam ad *Holthuſen ad Oldendorp*, totamque villam *Brockhof* cum duobus manſis, liberam villicationem in *Scharfoldendorpe*, receptis, villa *Settmanſhuſen ad Gottingam*, 500 florenis renanis, nigro equo pretii XXXIII florenorum renanorum, et promiſſo de memoria anniverſaria pro ſuis celebranda. Teſtes ſunt ſtrenui famuli *Bertoldus de Adeleueſſen Bertoldi filius*, *Pil de Benckenvelde*, *Cort Kalenberg quæſtor in Moringen*. Datum anno domini M CCCC LXXXVII. in domo loci *Schnetinghuſen* die aſſumptionis Mariæ.

CCCLXIII.

Adolfus et *Albertus comites de Swalenberge* reſignant *Simoni epiſcopo Paderbornenſi* decimam *Negenbornenſem* a) ea lege, ut ea conferatur eccleſiæ Amelungeſbornenſi. Datum anno domini M. CC. LXXIII. Kal. febru.

a) Negenborn villa infra Amelunxbornam haud procul Viſurgi.

CCCLXIV.

Adolfus et *Albertus* dei gratia *comites de Swalenberge* de conſenſu matris ſuæ, fratrum et fratruelis, vendunt *Arnoldo de Emberne* curiam ſuam in *Sneſle* cum omnibus prouentibus, exceptis tantum hominibus, qui ex debito dictæ curiæ erant annexi, et eidem *Arnoldo* dictam curiam iure conferunt feodali. Teſtes erant caſtellani Comitum. Datum anno domni M. CC. LXXIIII. in vigilia beati Johannis baptiſtæ.

CCCLXV.

Guntherus de Swalenberge Mindenſis eccleſiæ theſaurarius ratam habet peculiari ſcripto *Alberti iunioris filii Alberti comitis de Swalenberge* venditionem quatuor manſorum ad curiam dictam Borghof in villa *Sneſle* pertinentium, nec non donationem duarum decimarum in *Hollenſtede* et *Stockem* et quinque manſorum ibi ſitorum, quas decimas et quos manſos *Bodo dominus de Homborg* vendiderat religioſis fratribus in *Amelungeſborne*. Teſtes ſunt *Henricus comes de Swalenberge frater* eius, dominus *Bertoldus Pil* ſcholaſticus, dominus *Thidericus de Swalenberg*, dominus *Fredericus de Werdinghuſen*, canonici Hamelenſes. Datum anno M CCC VIIII. VIII. id. april.

CCCLXVI.

Nobilibus viris dominus ſuis *A.* et *A. comitibus de Swalenberge Henricus* dominus *de Homborg* reſignat decimam in *Wetteſſen* ſitam, ut ea conferatur eccleſiæ beatæ mariæ virginis in Amelungeſborne.

CCCLXVII.

Adolfus et *Albertus comites de Swalenberge* reſignant decimam, in *Wetteſſen* ſitam, *Wernero archiepiſcopo Moguntino*, ut proprietas eiuſdem decimæ adſignetur eccleſiæ beatæ Mariæ virginis in *Amelungeſborne*. Datum anno M. CC. LXXX.

CCCLXVIII.

Bodo miles et dominus in Homborg conſenſu *fratris* ſui *Henrici canonici* maioris eccleſiæ *in Hildenſem* bona ſua in villa *Nanekeſſen*, quæ ab *Aſchwino* dicto *de Oldendorp* emerat, videlicet tres manſos et dimidium liberos ab omni ſeruitio petitione et exactione atque ab omni iure ſecularis poteſtatis tam dominorum quam aduocatorum coenobio *Amelungeſborne* vendidit receptis XXXI. marcis

puri argenti. Fideiuſſores ſunt *Hermannus de Woldenberge avunculus ipſius, Albertus de Oldenborg, Th. de Derſpe, H. Steincoppe Henricus de Hallis, Albertus de Hupede, Bruno de Vrencke* milites, *Conradus de Luthardeſſen, Arnoldus de Hauerſvorde, Erneſtus de Embere, Bruno de Rodenberge, Hermannus Bock, Henricus de Luthardeſſen* famuli. Teſtes *Balduinus abbas de Amelungesborne, Ludolfus* prior, *Arnoldus* cellerarius, *Giſelbertus* camerarius, *Johannes de Rivo, Henricus* infirmarius monachi ibidem. Datum anno domini M CC LXXXXVIII in ciuitate *Oldendorpe* in vigilia purificationis beatæ mariæ virginis.

CCCLXIX.

Wy iuncherr *Siverd ein edell herr tho Homborgk* bekennen dat wy und unſe eruen nein recht enhebbet in alle dem gude datt dat ſtichte van Amelungſborne tho *Luthardeſſen* hefft . . . . . unde wy Juncher *Roloff* des vorbenombdenn juncherrn Siverdes ſohne bekennet alle duſſe dingk . . . . 1350 tho Paſchen.

CCCLXX.

Nos *Sygfridus nobilis dominus de Homborg* omnibus ad quos preſentes littere peruenerint. uolumus eſſe notum. quod ſtrenuus famulus *Thidericus Hake* de conſenſu uxoris ſue et *Erneſti filii* ſui ac omnium heredum ſuorum . . . . . unum manſum cum dimidio in campis uille *Bredenbeke* Mindenſis diōc̄ ſitos. quos a nobis in feudo tenuit. religioſis uiris abbati et conuentui monaſterii in *Amelungeſborne* ciſtercienſis ordinis Hildenſēm diōc̄ pro remedio anime ſue dedit et nobis libere reſignauit. nos igitur de conſenſu filiorum noſtrorum *Rodolfi Henrici Alberti Geuehardi Borchardi* et omnium heredum ac coheredum noſtrorum quorum ad hoc conſenſus fuerat requirendus proprietatem et poſſeſſionem dicti manſi cum dimidio cum omnibus ſuis attinentiis . . . . . liberos ab omni aduocatia precaria exactionibus et ab omni genere ſeruitutis donauimus et donamus dictis abbati et conuentui per preſentes perpetuo poſſidendos. promittimus et ipſius proprietatis warandiam preſtare. ubi quando et quotiens fuerimus requiſiti. in cuius rei teſtimonium ſigilla noſtrum et filii noſtri *Rodolfi* preſentibus ſunt appenſa. et ego *Rodolfus* predictus in ſignum conſenſus omnium premiſſorum meum ſigillum duxi preſentibus apponendum. et nos *Henricus Albertus Geuehardus* et *Borchardus* predicti in ſignum conſenſus noſtri quia propriis ſigillis caremus patris et fratris noſtri premiſſorum ſigillis utimur in preſenti. Datum anno domini M. CCC. LIIII. in uigilia beati matthei apoſtoli et euangeliſte.

CCCLXXI.

Balduinus abbas in Amelungeſborne ſcripto publico notum facit, Conradum canonicum eccleſiæ *Eimbeccenſis*, quatuor manſos ſitos in *Luthardeſſen* comparaſſe ſibi 50 marcis examinati argenti, et donaſſe Amelungeſbornenſi eccleſiæ receptis quotannis quinque marcis ad tempora vitæ, ut ſingulis annis poſt eius obitum ex bonis illis adornaretur plenum ſeruitium videlicet in albo pane piſcibus et vino dandum. Idem *Conradus* ex bonis in *Drubere* eccleſiæ Amelungeſbornenſi contulit XXX marcas ad ſeruitium in piſcibus quotannis dandum in die ſancti Petri martyris et celebrandam ſui memoriam. Datum anno M CC XCV. quinto id. jun. Teſtes fratres *Ludolfus* prior, *Johannes* infirmarius, *Alexander* magiſter conuerſorum et alii monachi.

CCCLXXII.

Henricus de Luthardeſſen famulus ex conſenſu uxoris ſuæ dominæ *Sveneken* et ſororum *Drudeken* ac *Juttæ*, et *Thiderici de Eluede* mariti *Drudeken*, ac *Henrici* filii ſui ac *Ricke* filiæ ſuæ vendidit religioſis viris abbati et fratribus in *Amelungeſborne* duos manſos, quorum unum manſum, qui continebat quadraginta et duo iugera, ſitum in campo villæ *Deddenhuſen* cum prato ibidem et area, de

de villa *Luthardeſſen* tranſtulerat, decem et octo marcis argenti puri et probati, manſum alterum ad villam *Luthardeſſen*, qui continebat triginta et unum iugera cum area et prato ibidem, XIIII marcis examinati argenti, ac eos in corporalem poſſeſſionem miſit. Fideiuſſores exſtiterunt *Bruno de Vrencke*, *Gerhardus de Eletſe*, milites, *Arnoldus de Hauerſuorde*, *Bruno de Rodenberge*, *Henricus* et *Albertus fratres de Luthardeſſen* famuli. Teſtes erant *Bodo dominus in Homborg*, *Giſo* cellerarius, et *Johannes de Webeke* monachi in Amelungeſborne, *Hermannus comes de Woldenberge*, *Henricus de Wenthuſen*, et *Henricus* dictus *Trube* milites. *Hermannus de Dunchole*, *Henricus* dictus *Rebock*, et *Olricus* dictus *de Piſcina* famuli aliique. Datum anno domini M CCC V. ſabbato proximo poſt feſtum annuntiationis beate virginis.

CCCLXXIII.

Nos *Bodo* dei gratia *dominus in Homborg* prepoſitus montis ſancti mauritii prope *Hildenſem* per dominum abbatem in *Amelungeſborne* et ego *Hartungus de Vrencke* per *Wilbrandum Bock de Northolte* famulum arbitri et compromiſſarii electi ſuper omnibus diſſenſionibus, que inter eos tunc temporis uentilabantur, ipſos concordauimus et unanimi conſenſu pronunciauimus in hunc modum, quod ipſe *Willebrandus* nihil iuris habet in uilla *Bodendal* et omnibus bonis ad eam pertinentibus, quocunq; nomine cenſeantur, et litteram ſigillis ſtrenui militis *Hermanni Bock fratris ſui* et ſuo ſcilicet *Willebrandi* predicti ſuper eadem uilla ſigillatam ſecundum totum tenorem . . . . debet inuiolabiliter obſeruare . . . . . Teſtes ſtrenui milites *Hermannus Heger*. *Hermannus de Bredenrode*. *Hermannus Bock* predictus aliiq; quam plures. Actum anno domini M CCC XXXVI. ipſo die beati Sixti pape et martyris.

CCCLXXIV.

Bodo nobilis dominus in Homborg præpoſitus S. Mauritii montis extra ciuitatem *Hildenſem* et *Sigfridus* ac *Bodo fratres nobiles domicelli in Homborg* ex conſenſu *Ottonis* fratres horum domicellorum aſſignant Amelungeſbornenſibus permutationis lege decimas ſuas in *ſtrut* et agros qui *Borchvelt* dicuntur, in villis *Grene* et *Wigerdeſhagen* cum minuta decima dicta *Ochtuma*, recipiuntque V manſos in campo *Grene* et areas dictas *Kotworde*, exceptis quatuor: aſſignant porro eis X manſos in *Dedelmiſſen* et II manſos ad villam *Oldendorpe* et II in *Holthuſen prope Rodenſtein* ac recipiunt XIIII manſos in campis *Grene* et *Brochove* præter curiam *Brochof*, quæ funditus deſtruenda videbatur. Fideiuſſores erant *Johannes comes de Speigelberge*, *Henricus comes de Halremunt*, *Borchardus de Steinberg*, *Lippoldus de Vreden*, *Fridericus Schultetus*, *Eilhardus de Doteſſen*, *Johannes de Saldern*, *Bertoldus de Reden*, *Johannes de Herberge*, *Hermannus de Bernrode*, *Hermannus de Hegere*, *Johannes de Borie* milites aliique pro domicello *Ottone* fratre domicellorum *Sigfridi et Bodonis*, ac *Rudolfo* et *Henrico* filiis domicelli *Sigfridi* commemorati. Datum anno domini M CCC. XXXX. VI non. Jul.

CCCLXXV.

Johannes dictus *Rebock* famulus conſenſu dominæ *Konegundis uxoris* ſuæ, *Florentii* et *Henrici filiorum* ſuorum vendidit coenobio Amelungeſbornenſi duos manſos et quatuor areas in campo et villa *Lotheke* cum proprietate et dominio utili et directo acceptis XIIII. marcis puri argenti, ac monachos eiuſdem coenobii in corporalem poſſeſſionem duxit, renuntiauit quoque iuribus heredum ſuorum, et damni præſtationem inde euenturi ſuſcepit. Fideiuſſores erant vir nobilis *Henricus de Homborg dictus de Retberg*, *Thidericus de Bernhuſen*, *Henricus de Luthardeſſen*, *Bruno de Rodenberge*. Teſtes ſunt *Lodewicus vir nobilis comes de Euerſtein*, dominus *Lippoldus de Rotſingen*, *Henricus Trobo* milites, *Hermannus Hake* famulus aliique. Datum anno domini M CCC X. poſtridie beati Thomæ apoſtoli.

CCCLXXVI.

Lodewicus de Rindehuſen conſenſu fratris ſui *Conradi* monachis Amelungeſbornenſibus bona ſua in *Heſledal*, nempe ſex manſos cum dimidio et areas eodem ſpectantes cum aduocatia ac omni iure, bonorumque cultoribus tradit, renuntians ſimul liti ſuper bonis in *Sedmanſhuſen* et *Heſledal* abbati in Amelungeſborne intentatæ, receptis ab eo VII marcis puri argenti Gottingenſis ponderis. Acta hæc ſunt præſentibus illuſtri principe domino *Ottone duce de Brunſwick*, et viris nobilibus domino *Simone comite de Daſle*, *Hermanno domino in Pleſſe*, *Conrado de Roſtorp*, et viris ſtrenuis *Henrico de Bouenten*, *Statio de Gladenbeke*, *Johanne de Hardenberge* militibus aliisque. Datum anno domini M CCC XVIIII. poſtridie aſſumptionis beatæ virginis Mariæ.

CCCLXXVII.

Conradus et *Lodewicus fratres de Roſtorp*, *Lippoldus* et *Theodoricus fratres de Rotſingen* teſtificantur, Johannem cellerarium Amelungeſbornenſem coram ſeſe pleniſſime renunciaſſe, duos villicos in *Lutbardeſſen* et duos in *Eſbeke* eſſe liberos a ſeruitio epiſcopis Hildenſemenſibus, et dominis de Homburg præſtando, inimicis Roſtorpiorum. Jubent igitur, ne quis ſuorum eoſdem villicos conturbet. Datum anno domini M CCC XII. dominica lætare.

CCCLXXVIII.

Johannes ſenior *Conradus* et *Johannes* iunior *fratres* dicti *de Wenthuſen* famuli profitentur, ſe nihil iuris habere in duobus manſis ſitis in campo villæ *Lotheke*, quos *Henricus de Wenthuſen* miles vendiderat *Reinhero de Vornholte*. Teſtes erant *Heinemannus* et *Johannes fratres dicti de Euerſtein*, *Henricus Rebock*, *Johannes de Bokenem* famuli atque alii. Datum anno M CCC XX. poſtridie beati Viti Martyris.

CCCLXXIX.

Wy *Iohann vann Guſtede Herman* unde *Hinrik* ſine vedderen hern *Brunes Sohne vann Guſtede* knapen dohn witlich allen denn de duſſen breif ſehen eder horen dat wy mitt willen unnd fulbordt all unſer eruen . . . . hebbet gegeuenn unnd geuen inn duſſeme iegenwordigen breue vor unſer unnd uſer elderen unnd miner vorgenomeden *Iohannis* broderer ſeele herrn *Brunes Hinriks Rottgers* unnd *Daniels* gehetem ock vann *Guſtede* unde vor herrn *Hermanns hegers* ſeele denn geiſtliken ludenn dem abbete unnd conventte des ſtichtes tho *Amelungsborne* . . . . . alle uſe gudt dat dar liedt in dem velde tho *Aderoldeſſen* dat wy tho lehne hadden vann dem erſamen herrn dem *Abbete vann Corbeia* . . . . . mit alme rechte . . . . . ahne vogedie ahne bede ahne ſchattinge unnd ahne ienigerleye deinſt unnde ſettet deſuluen geiſtliken lude inn de wehre deſſuluen gudes mitt duſſeme breue. ouch ſo hebbe wy myt duſſem ſuluen gude einen altar bewedmet in demſuluen ſtichte tho *Amelungeſborn* in denn engen kohre dar me uſer unde uſer elderen ewigliken dencken ſchall . . . . . degedinges lude hierouer geweſt ſindt duſſe erbaren lude herr *Werner vann Olderſhuſen* ridder, herr *Brun vann guſtede* kerckhere tho *ſehehuſen* unnd herr *Ludloff* Kerckherr tho *Oldendorp* unnde *Homborg*. Gegeuen na goddes bort drutteynhundert iahr darna im drey unnde feſtigeſten iare an ſunte marcus dage des hilgen euangeliſten.

CCCLXXX.

Prædium Brokhof ad triennium comiti Speigelb. & Bodoni, Homborgenſi viro nobili, traditur a. 1386.

Wy herr *Hinrick en edel herr tho Homborgk* un wy iuncker *Mauritius eingreue tho Speigelberge* bekennet openbar in duſſem breue vor uns unde vor unſe eruenn dat de geiſtliken lude de abbet unnd de conuent des ſtichtes tho Amelungeſborn hebbet uns gelaten ore gut dat de *Brockhof* hedt tho dren iharenn mit

mit aller thobehoringe ann houen unnde lande unnd ann wiſſchenn umme ſunderliker frundſchop willen eſt ienig twidracht edder unnwille hebbe wi twiſchen unns unnd denn vorſchreuen geiſtlicken ludenn. deren wille ſchall hier mede weſenn gerichtet und all bygedahn unnd watt wy ock ohn willet geuenn datt we ohr gutt tho dem *Brockhoue* hebbet datt ſchall ahn uns ſtahn unnd ſe enſcholt vann uns dar nicht wat van eſchenn binnen duſſen negeſten dren Iharen. wan auer duſſe vorſchreuen drey Ihar ummekomen ſind ſo ſchole wy unnd willet effte unnſe eruenn duſſeme vorbenomeden abbete unnd conuente ohre gutt dat de *Brockhoff* hett mitt aller thobehorunge in aller wies wedder dohn unnd wedder andtwordenn. tho etc. gegeuen na goddes bort dritteynhundert iahr darna in den ſes und achtigeſten iare.

CCCLXXXI.

Prædium Sedmanshuſen traditur Amelunxbornenſibus 1410.

Wy *Gering vann Grone* hochſte Richter unnd Gogreue *uppe dem Leinberge vor Gottingenn* unnd Tile Kornzenwichte vann Mundenn ſchultete inn der ſtad *Gottingen* des durchluchtigenn furſtenn unſes gnedigenn Juncherenn Zertogen *Ottenn* Zertogenn *tho Brunſchwigk* bekennet inn duſſem breue unnd betugett openbar, datt vor uns quam inn einen gehegeden richte de erbar man herr *Johann vann Schedenn* canonick der kerckenn tho *Ganderſem* Zildenſheimſches Biſchopdomes geſund unnd wolmechtig ſiner ſinne unnd ſiner vornunſt und bekande mitt guden willen unbedrungenn datt he hebbe vorkofft denn erbaren geiſtlicken herrn Abbede unnd conuente des cloſters *Amelungſborne* . . . . . vor eine ſummen geldes de ohme all unnd woll bethalett ſy alſe he bekande ein ſyn Vorwerck mitt veer houen landes gelegen in dem dorpe *Sedmanſhuſenn nicht gar ſehr vann Gottingen* mitt allem rechte unnd mitt alle ſiner thobehorunge alſe de gelegen ſindt binnen und en buthenn dem dorpe inn holte velde watere weide ackere gefruchtiget unnd ungefruchtiget alſe herr *Iohann* de gekofft hadde vann *Brune* unnd *Corde broderen* gehetten *vann Reinoldeſhuſenn* unnd *Alheyde* unnd *Metteken* ohren ſuſterenn unnd vann *Zartmanne Mengerſhuſen* unnd ohren eruen unnd hefft dat vorwerck mit den veer houenn unnd kottſteden mit alle oren thobehorungenn vor uns upgelathenn und des eine rechte vortticht gedahn mitt hande unnd mitt munde alſe recht is unnd mitt guden willen geandtwordet den geiſtliken herrn herrn *Zenricke Abbede tho Amelungſborne* . . . unde wy Geringk und Tile vorgeſchreuenn hebbet dem vorſchreuenn abbede de benombden guder geandtwordet unnd ohne dar inngeſaht unnd inngewiſett alſe des landes unnd der gude recht is. Des tho kuntſchop unnd tho einer openbaren bewyſunge hebbe wy duſſenn breff beſeggelt mitt unnſen Inngeſeggelenn unnd is geſchein im gerichte na goddes bort im veerteynhundert unnd teynden Jare des mandages vor ſunnte Vites dage des hilligenn Martelers.

CCCLXXXII.

Hermannus dei gratia abbas Amelungeſbornenſis duas villas et ſex manſos ſitos ad *Landrihuſen*, quinque caſas et aduocatiam ibidem, in quibus Wetbergii vitalitium tenebant, permutauit cum *Gerhardo* et *Antonio de Wetberg*, ac recepit *ad oppidum Oldendorf Olrikshagen*, decimam ibidem, decimam ad *Wangliſt* et *bona hegermannica* ibi ſita, quæ octo libras nummorum ſeu penningorum quotannis ſoluebant, conſentiente magiſtro generali ordinis ciſtercienſis, et *Franciſco abbate Corbeienſi*. Datum anno MDXXI.

CCCLXXXIII.

Aſchwinus de Kampen exſtinctis patris ſui fratribus *Johanne* et *Godehardo de Kampen* elocat villam *Brack* Hermanno abbati Amelunxbornenſi. Datum anno MDXXIII.

CCCLXXXIV.

Florianus de Weihe ab abbate Amelunxbornenſi receperat infeudationem in quinque manſos et ſeptem caſas ad et in *Landrihuſen*. *Jobſtius de Weihe* ſucceſſit eoque defuncto *Fridericus, Petrus* et *Eberhardus de Weihe*.

CCCLXXXV.

Gothardus de Campe ab abbate *Wernero* Amelungſbornenſi duos et dimidium manſos, in *Landribuſen* ſitos, in feudum ſuſcepit.

CCCLXXXVI.

VII. manſi Siburgehuſenſes traduntur Amelunxbornenſibus a. 1210.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. *Bernhardus tertius* domini gratia *Paderburnenſis eccleſie epiſcopus* omnibus preſentibus et futuris notum eſſe cupimus. quod *Hermannus* et *Stephanus fratres de Scardenberghe* ſeptem manſos. quos a nobis in beneficio tenuerunt. in *Syburgehuſen* conſenſu heredum ſuorum in manus noſtras reſignauerunt et eoſdem cum ſalinis et pratis et ſiluis et omnibus attinentiis ſuis abbati et fratribus in *Amelungesborne* contulimus ſub hac forma conſilio prepoſiti maioris *Lamberti* et *Thiderici* decani et totius capituli. quod prefati fratres *Hermannus* et *Stephanus* in recompenſationem dictorum agrorum decem alios manſos de allodiis ſuis cum molendino attinente ſitos in uilla. que dicitur ſuperius *duuerberge*. eccleſie noſtre contradiderunt et eoſdem a nobis in feodo receperunt. . . . . Teſtes huius rei ſunt *Lambertus maior prepoſitus. Thidericus decanus. Conradus cuſtos. Hermannus prepoſitus. Johannes cellerarius. Volquinus. Gerhardus* canonici maioris eccleſie in *Paderborn*. et ſanctorum apoſtolorum petri et andree canonici. *Ceſarius cuſtos. Thitmarus ſcholaſticus.* Laici etiam aderant miniſterialeſ eccleſie noſtre. *Amelungus comes. Hermannus de Oſdageſſen. Henricus dapifer. Albertus* et filius *Albertus de Bruke. Bernhardus de Northe. Georgius. Henricus luſcus. Johannes de Aſpe. Johannes clenodium. Anſelmus de Atlen* et alii. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M. CC. X. indict. XIII. preſidente apoſtolice ſedi *Innocentii III.* ēptus noſtri anno VII.

CCCLXXXVII.

Compoſitio litis de manſis Siburgehuſenſibus a. 1241.

Nos *Simon* dei gratia Paderborn epiſcopus omnibus preſens ſcriptum uiſuris notum facimus. quod *Albertus de antiquo caſtro* et *Arnoldus uulpes frater eius* militeſ. ſicut ueridica relatione intelleximus. libere renuntiauerunt omni actioni. quam ſuſcitauerant eccleſie in *Amelungesborne* ſuper quibuſdam bonis in *Syborgehuſen* tribus uidelicet manſis et dimidio. aſſerenteſ ex eiſdem bonis ex morte *auunculi* ſui *Otraueni de Hildeſſe*. qui eadem ab eccleſia noſtra Paderbornenſi in feodo tenuerat ius hereditarium ſe habere. hec enim renuntiatio taliter facta fuit. quod prefata eccleſia in *Amelungesborne* et conuentus eiuſdem prefatis fratribus ſoluit octo marcas grauium denariorum et iidem fratres firmiter promiſerunt. ſe fideliter curaturos. quod ſoror ipſorum *Helenburgis* et liberi ipſius et omnes ipſorum liberi et heredes prefatam eccleſiam nunquam de cetero impeterent de premiſſis. iure nihilominus eccleſie noſtre ſaluo . . . . . Huic facto teſtes fuerunt adhibiti ſubnotati. *Arnoldus eiuſdem loci abbas* pro tempore. *Rotherus prior. Conradus ſacerdos. Arnoldus de Hauerſuorde. Henricus de Wenthuſen. Johannes de Emne* militeſ. Actum et datum *Dryborgk* anno domini M. CC. XXXXI. III. id. Iun.

CCCLXXXVIII.

Compoſitio controverſiæ de curte Siburgehuſana 1241.

Ego *Bernhardus* dictus *de Oſethe* notum facio . . . . quod lis. que uertebatur inter abbatem et conuentum de *Amelungesborne* cyſterc. ordinis ex parte una. et *Hermannum* et *Stephanum fratres de Scardenberge* ex parte altera. ſuper curte quadam predictorum abbatis et conuentus in *Syburgesbuſen*. mediante prudentum uirorum conſilio amicabili compoſitione coram nobis eſt terminata. adeo ut prefati fratres *Hermannus* et *Stephanus* iuri ſuo et cauſe penitus renunciantes etiam. dictorum bonorum contra omnem perſonam fidelem warandiam ſese promit-

mitterent exhibituros. pro huius rei teſtimonio ad utriuſq. partiſ inſtantiam preſens pagina conſcripta noſtri ſigilli et burgenſium noue ciuitatiſ in *Wartberge* extat impreſſione communita. Teſteſ ſunt. *Hermannuſ marſcalcuſ. Raueno de Papenheim. Henricus* et *Mathias de Thinckelborgk. Henricus ſapiens. Johannes capellanus de caſtro. Johannes de Nedere. Adolfus de Richwardeſſen. Theobardus de Northe. Conradus* et *Helmricus* fratres *Burchardus de Weſtem. Fridericus de Horhuſen* et alii quam plureſ. Acta ſunt hec anno dominice incarnationiſ M. CC. XXXXI. in caſtro *Wartberge* Paderbrunnenſis dyoceſis.

CCCLXXXIX.

Conradus comes de Euerſtein donat fratribus Amelungeſbornenſibus ſilvam vulgo dictam *Sundere* cum adiacente poſſeſſione, quæ *Helle* dicitur, quæ in eminentiori parte exiſtunt contigua curiæ *Holenberge*. Teſtes erant *Godeſchalcus de Pleſſe* aliique. Datum anno dominicæ incarnationis M. CC. XVII. diſcordantibus in imperio Ottone et Frederico.

CCCXC.

Venditio bonorum, ad Latvorde ſitorum 1422.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis *Bodo Senior et Bodo iunior fratres de Homborg* . . . . . nouerint uniuerſi quod *Ludegerus Lode* miles . . . . bona ſua in *Latuorde* IIII videlicet manſos et dimidium cum attinentiis ſuis . . . . . eccleſiæ in Amelungeſborne pro marcis vendidit L. verum quia ipſi duo ſoli hæc a nobis in beneficio poſſederunt, in manus noſtras reſignauerunt, et eccleſiæ prædictæ conſenſu coheredum noſtrorum proprietatis contulimus libertatem . . . . . Actum anno . . . . M CC XXII. regnante *Frederico* Romanorum imperatore et ſemper Auguſto.

CCCXCI.

Otto Dux decimam, ad Odagſen obviam, Amelunxbornenſibus donat a. 1241.

Dei gratia *Otto dux de Brunſwik* omnibus in perpetuum . . . . . Ad notitiam omnium tam futurorum quam preſentium uolumuſ peruenire quod ob remedium tam anime noſtre quam noſtrorum preceſſorum quicquid iuriſ habuimuſ in decima *Oſdageſſen* cenobio Amelungeſbornenſi dedimus et aſſignauimus perpetuo poſſidendum. premiſſam enim decimam *Henricus* cognomine kolkorf ad manus noſtras quia a nobis in feodo tenuerat reſignauit. huius autem facti noſtri et reſignationiſ teſteſ ſunt dominus *Bernhardus de Dorſtat.* dominus *Baldewinuſ de blankenborgh.* dominus *Geuehardus de Bortuelde.* dominus *Ludolfus de Grobowe.* dominus *Euerhardus de Odem* et alii quam plures. datum *Tſelle* per manum Henrici notarii anno dom̃. incarnat. M. CC. XXXXI.

CCCXCII.

Sigfridus archiepiſcopus Moguntinus prædictam reſignationem decimæ in *Oſdageſſen* confirmat, decima prius in manus ſuas reſignata, et receptis in compenſationem quatuor manſis in *Snen* et *Helmdageſhuſen*, quos nobilis vir *Hermannus* aduocatus de *Cygenberg* feudali iure ſuſcepit. Datum *Northeim* anno M CC XXXXI. V id. Martii pontificatus ſui anno XI.

CCCXCIII.

Decimæ, Luthardeſſenſis et Hilwardeſſenſis, eis donantur 1241.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. *Sigfridus* dei gratia ſancte *Maguntine ſedis archiepiſcopus:* ſacri imperii per germaniam archicancellarius . . . . notum facimus . . . . quod decimam in uilla *Luthardeſſen* et in proxima uillula uidelicet *Hildwardeſſen* cum omnibus ſuis attinentiis tam de animantibus quam fru-

frugibus. quam uiri nobiles *Conradus Otto Zermannus* et *Lodewicus fratres comites de Euerſtein* a nobis et eccleſia Maguntina titulo feodi obtinebant, in manibus noſtris libere reſignatam. intuitu pietatis nec non ad ſupplicationem iam dicti *Conradi comitis qui prior natu erat* monaſterio de *Amelungeſborne* . . . . iure proprietatis perpetuo contulimus poſſidendam. propter ea ut indemnitati eccleſie Maguntine caueatur a ſepe dicto C. comite tres manſos proprietatis ſue in uilla *Berge* ſitos recepimus in reſtaurum. quos eumdem iure feodali uolumus obtinere ita ſane ut predictorum manſorum proprietas ad nos et ad noſtram eccleſiam pertineat pleno iure . . . . . Datum *Northeim* V id. martii anno uerbi incarnati M.CC.XXXX.I. pontificatus uero noſtri anno decimo primo.

CCCXCIV.

Gerhardus dei gratia *archiepiſcopus Moguntinus* ſacri imperii per Germaniam archicancellarius decimam in *Holdeſſe*, a) quam *comites de Waldenberg* a Maguntina eccleſia in feudo tenuerant, reſignatam in manus ſuas libere propter Deum et petitionem *patrui ſui comitis Ludouici de Euerſtein* proprietati eccleſiæ Amelungeſbornenſis permittit aſſignari, et idem *comes Ludouicus* in compenſationem dictæ decimæ de proprietate ſua ſex manſos in *Bredenuorde* in manus archiepiſcopi reſignauit et in feudo recepit. Datum apud *Werdere* b) Kal. april. anno domini M. CC. LII. pontificatus ſui anno primo.

a) Hulderſſen villa ad Eimbecam.

b) Werder Vicus in Principatu Corbeienſi.

CCCXCV.

Traditio decimæ Snetingehuſanæ circa 1235.

Nos *Burchardus* et *Burchardus fratres comites de Lutterberge* et *Burchardus* et *Erneſtus comites de Scartuelde* uniuerſis fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis notum facimus, quod nos partem quandam decime uille in *Snetinghuſen*, quam ab eccleſia Maguntina tenuimus in manus domini *Sygfridi archiepiſcopi* illius nominis *ſecundi* per litteras noſtras reſignauimus profitentes preſentium teſtimonio et ſub fideli ſacramento quod quam cito ad eum accedere perſonaliter poterimus. quod iam per ſcriptum fecimus. manu et ore faciemus. ſub eadem etiam pollicitatione promittimus. quod quam cito *Zermannus* et *Erneſtus* milites *de Uſlaria* et *Bernhardus* ac *Guntherus fratres de Zardenberge*. uel ſimul omnes uel aliqui eorum ad nos uenerint et nos monuerint. nos promittemus eis. quod iam dictam decimam in manus domini archiepiſcopi reſignabimus. et quod eccleſia in *Amelungeſborne* ſuper hoc contractu de cetero non debeat a nobis uel a quoquam hominum ex parte noſtri in aliquo moleſtari.

CCCXCVI.

Decima quædam Snetingehuſana traditur 1235.

Sigfridus archiepiſcopus Maguntinus declarat, *Burchardum* et *Burchardum fratres Comites de Lutterberge* et *Burchardum* et *Erneſtum comites de Scartuelde* decimam octo manſorum in *Snetingehuſen*, et *Hermannum aduocatum de Cegenberge* decimam XIII. et dimidii manſorum, quorum tres manſi in *Henigehuſen* ſiti erant pro remedio animarum ſuarum reſignaſſe, ut proprietas fratribus adſignaretur Amelungeſbornenſibus. Recepit archiepiſcopus ab *Hermanno de Uſlaria* quatuor manſos in *Dranſueld* in feudi oblationem et de cetero conſenſit. Datum *Amelungeſborne* Kal. Maii anno pontificatus eius quinto.

Nota. Diploma eſſe datum anno 1235, patet e charta ſupra allata num. 393.

CCCXCVII.

Confirmatio venditionis bonorum Snetinghuſenſium 1257.

In nomine domini amen. *Borchardus comes de Lutterberg* omnibus hoc ſcriptum intuentibus in perpetuum. ſepe in illis negotiis atq. cauſis calumnia oritur. in qui-

quibus oppositum cautele studium scriptis aut testibus minime inuenitur. hinc est quod uniuersitati nostre cupimus notum esse quod de conniuentia *coniugis* nostre domine *Ode* atq;. consensu liberorum nostrorum *Ottonis Heidenrici* et *Henrici* et heredum nostrorum approbamus et ratam habemus uenditionem bonorum in uilla *Holthusen*. quam *cognatus noster Ludolfus de Plesse* abbati fecit et conuentui de *Amelungesborne* cum omni iurisdictione et iure. quod sibi aut nobis competebat. uel competere uidebatur. sane cum aliquandiu nos impeteremus memoratos abbatem et conuentum, ac de tempore in tempus questionem permouissemus eisdem super emtione bonorum predictorum iam facta, de consilio bonorum duas accepimus marcas, et in manus domini *Arnoldi abbatis de Amelungesborne* et ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli in *Walkenrede* presente domino *Gerhardo abbate de Herswitesheusen et abbate de Walkenrede* et conuentu omni petitioni renunciauimus et querele. et ex parte coniugis nostre ac liberorum nostrorum predictorum pariter et heredum. que nobis competebat et potuit competere in bonis memoratis. ad hec permisimus et tenore presentium promittimus etiam bona fide. quod nos et liberi nostri atq;. heredes simul cum nostro cognato *Ludolfo de Plesse* warandare uolumus et debemus abbatem et conuentum predictos omni tempore. omni loco. Ut autem in posterum nulla calumnia de premissis ualeat suboriri. scriptum hoc super his editum sigillo nostro fecimus communiri. Nihilominus in monimentum euidentis rei huius sigilla de *Walkenrede* et de *Herswitesheusen* abbatum ut apponerentur, attente supplicauimus et obtinuimus ab eisdem.

Datum et actum in *Walkenrede* in presentia conuentus anno domini M. CC. LVII. in die et festo sancte trinitatis. Testes sunt dominus *Germotus campensis*, dominus *Gerhardus Herswithensis abbates*, *Bernhardus abbas de Walkenrede* et conuentus ibidem.

CCCXCVIII.

Traditio mansi unius ad Holthusen iuxta Eimbecam 1263.

In nomine domini *Conradus* dei gratia *Eimbicen* prepositus omnibus tam presentibus quam futuris hoc scriptum audientibus notum esse cupimus, quod nos proprietatem mansi unius siti in *Holthusen*, ad *Eimbicensem* ecclesiam pertinentem, ecclesie beate Marie in *Amelungesborne* ob reuerentiam eiusdem uirginis et fauorem ipsius conuentus pia deliberatione contulimus ab eis iure perpetuo possidendam. et quia eodem manso *Theodoricus filius Gerlaci de Holdese* inbeneficiatus fuerat. idem Thidericus. receptis quinq;. fertonibus a fratribus memoratis. dictum mansum ante castrum *Grubenhagen* in manus nostras libere resignauit. Ut autem ecclesia nostra in hac parte maneret indemnis. a *Lippoldo Giselberto* et *Georgio fratribus de Wetsen* mansum unum situm in *Hollenstadt* ad eos iure proprietatis spectantem recepimus in restaurum et eundem ipsis titulo porreximus feodali. In cuius rei euidentiam et munimen presentes litteras inde conscribi et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt *Conradus de Kamenatis* sacerdos et monachus. *Iohannes* cellerarius frater. *Hartmodus* magister de *Snetingehusen*. *Lodewicus de Rostorp* miles. *Lippoldus de Wetsen* miles et fratres sui *Giselbertus* et *Georgius*. Acta sunt autem hec anno domini M. CC. LXIII.

CCCXCIX.

Adquisitio decimæ Wettesensis 1267.

Henricus dei gratia *dominus in Homborg* . . . . notum uolumus esse et constare quod ecclesia de *Amelungesborne* decimam in *Wettesen* cum omni iuris plenitudine totam et integram pro LXVI marcis argenti a *lippoldo* milite *de Wettesen* de consensu fratrum suorum *Giselberti* et *Georgii* emptione legitima comparauit. uerum quia idem *Lippoldus* dictam decimam a nobis iure tenuit feodali. sic nobiscum composuit et ordinauit. quod omni iuri nostro, quod habere uidebamur in ea, animo libenti renunciantes, ecclesie ante dicte contulimus perpetuo possidendam. Ut autem hoc factum rationabile debite firmitatis robur obtineat et nullorum inposterum calumnia ualeat irritari. presentem paginam inde conscri-

ptam cum subscriptione testium memorate ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Huius rei testes sunt *Johannes de Oldendorp* et *Johannes de Stochem sacerdos*. hermannus laicus. *Conradus de Luthardessen. Johannes de Rodenberge. Conradus de Rodenberge. Junius de Wetsen* milites. Rodolfus ciuis et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXVII.

CCCC.

Renuntiatio & resignatio iurium in duos mansos Holthusenses 1280.

Ego *Lodewicus comes de Euerstein* . . . . notum esse uolo . . quod cum *Bertoldus* et *Conradus fratres filii Henrici de Moringen* et *Bertoldus filius Conradi ipsorum patrui* ecclesiam in *Amelungesborne* de duobus mansis in *Holthusen prope Moringen* impeterent, se aliquid iuris in predictis mansis habere estimantes, tandem dicta causa amicabiliter sopita, ipsi coram me et *consulibus ciuitatis Huxariensis* de dictis mansis totaliter desiuerunt. et ipsos mansos cum omni iure liberaliter predicte ecclesie resignauerunt. hanc resignationem et renuntiationem me cum *camerario* de *Amelungesborne Frederico* manu ab eis suscipiente. illisq. constanter et publice permittentibus id quod manu et lingua in *Huxaria* fecerunt in *Moringen* coram ciuibus ipsius uille. cum temporis opportunitas se offerret. similiter se facturos . . . . . In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus sigillisq. meo et ciuitatis Huxariensis firmiter communiri. presentibus *frederico camerario. Johanne de Osenbrugge. Henrico* custode. *Arnoldo Rebock* monachis in *Amelungesborne. Godeberto de Uslaria. Conrado de Beseworm. Volperto de Brunswick. Arnoldo de Voltessen. Arnoldo de Natesungen* aliisq. Datum *Huxarie* anno domini M. CC. LXXX.

CCCCI.

Lis sopita de molendino 1284.

Nos *Bernhardus* dei gratia Corbeiensis ecclesie prepositus tenore presentium protestamur, quod coram nobis et nobilibus uiris domino *Lodewico seniore comite de Euerstein* domino *Alberto comite de Swalenberge* ac ciuitatis *Huxarie* consulibus dominus abbas et fratres in *Amelungesborne* ex parte ecclesie sue *Wernhero filio Henrici* felicis memorie *de Molendino* super causa siue questione quam mouebat de molendino . . . . . plenariam fecerunt iustitiam. in huius rei testimonium sigilli nostri munimine comitis *Lodewici de Euerstein* comitis *Alberti de Swalenberge* nobilium predictorum ac ciuitatis *Huxarie* consulum presens scriptum duximus roborandum. Datum anno domini M. CC. LXXX IIII. non. Jul.

CCCCII.

Traditio decimæ Everdissensis 1284.

Henricus dei gratia *abbas* ecclesiæ *Corbeiensis* adnuit piæ petitioni nobilium virorum *Adolfi* et *Alberti comitum de Swalenberge* conferentium decimam in *Euerdissen* ecclesiæ Amelungesbornensi, additque confirmationem ac capituli sui consensum. Testes *Berhardus præpositus. Ludolfus prior. Henricus custos. Ludolfus hospitalarius, dictus de Holte. Herboldus portarius dictus de Amelungessen. Dominus abbas Mauritius. Adolfus* et *Albertus comites de Swalenberge. Conradus de Beseworm. Conradus de Uslaria* burgenses ciuitatis *Huxariæ* et alii quam plures. Datum anno domini M. CC. LXXX IIII. non. Julii.

CCCCIII.

Traduntur 2 mansi Goltbecenses ecclesiæ Bernighusensi 1287.

Nos *comes Engelbertus de Euerstein* recognoscimus . . . . quod cum *auus noster comes Conradus de Euerstein* cum filia sua *Agnete* cognata nostra, quam tradidit religioni, II mansos sitos in *Goltbeke* ecclesie in *Bernighusen* libere possidendos in perpetuum contulisset. nos huiusmodi tam piam donationem ratam habentes . . si-

. . . . . sigilli *patrui* nostri *comitis Ludouici senioris de Euerstein* et nostri munimine iussimus roborari. Datum anno domini M. CC. LXXX. VII. in die sancti Iohannis baptiste.

CCCCIV.

Venduntur ei mansi Amelunxbornensibus 1287.

Nos soror *Gisla* dicta *abbatissa* totusq. conuentus monialium in *Beringhusen* . . . . cupimus esse notum, quod nos consensu unanimi duos mansos in *Goltbeke* . . . ecclesie in *Amelungesborne* pro X marcis puri argenti uendidimus absq. aduocatia et exactione qualibet . . . . possidendas. Datum *Suxarie* anno domini M. CC. LXXX VII. in die beati Iohannis baptiste.

CCCCV.

Diploma nobilis domini de Homborg, quo vendidit monasterio Amelungesbornensi bona quædam Brunessensia anno 1299.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis nos *Bodo miles* et *dominus in Homborg* scripti presentis tenore coram intuentibus uniuersis recognoscimus publice protestantes, quod nos de consensu uoluntario *fratris nostri Henrici*, canonici ecclesie Hildensemensis, quandam curiam nostram sitam in uilla *Brunessen* et duos mansos et unam aream ibidem cum omnibus pertinentiis suis in aquis pratis siluis pascuis agris cultis pariter et incultis liberos etiam ab omni seruitio petitione et exactione atq. ab omni iure secularis potestatis tam dominorum quam aduocatorum. receptis decem et septem marcis puri argenti. matura deliberatione rationabiliter uendidimus domino abbati et suo conuentui monasterii *Amelungesborne* cysterc. ordinis Hildensemeñ diōc. libere et quiete in perpetuum possidendos. promisimus etiam bona fide. nos eorundem bonorum dicto conuentui plenam et firmam warandiam quocunq. tempore oportuerit prestituros. preterea *uillicus siue colonus*. cuiuscunq. etiam iuris uel conditionis fuerit. quam diu ipsis bonis colendis a domino abbate uel a suis officialibus statutus presederit. a seruitiis petitionibus tributis exactionibus ex parte nostra et totius familie nostre libere et absolutus manebit. quamuis ad hoc faciendum aliquo iure siue ad nos siue ad quenquam alium pertinere antea uidebatur. ea dicta bona ad manus *auunculi nostri comitis Hermanni de Woldenberg*. a quo hactenus iure possedimus feodali. cum pleno supra dicti *fratris nostri Henrici* consensu ad utilitatem et profectum prenominati abbatis et conuentus. quibus ut dictum est rationabiliter uendidimus. libere resignamus. nos uero *comes Hermannus de Woldenberg* de consensu plenario *cunegundis uxoris nostre* et *Bodonis filii nostri* et *Gerburgis filie nostre* pariter et assensu. ad quos dictorum bonorum pertinet perprietas. receptis duabus marcis puri argenti. sepe dicto domino abbati et conuentui monasterii *Amelungesborne* sepe dicta bona cum omnibus suis attinentiis. quemadmodum *auunculus noster Bodo dominus in Homborg* a nobis in feodo possederat. proprietauimus et libertauimus quiete et libere perpetuo possidenda. ipsa igitur bona integraliter resignauimus ad manus domini abbatis et conuentus dicti monasterii. nihil nobis iuris nec alii cuiquam hominum reseruantes. sed et si quis forsan in posterum quacunq. occasione de ipsis bonis monasterii eiusdem conuentum inquietauerit. nos una cum predicto *auunculo nostro domino de Homborg* promissum sub fide data sufficientem prestare seu facere tenebimur warandiam. conuentum exempturi ab impetitione qualibet liberum et indemnem. In huius igitur uenditionis tam ipsorum bonorum quam proprietatis rationabiliter a nobis ambobus factorum et nostris heredibus siue coheredibus supradictis similiter et resignationis ac etiam warandie faciende tam ab auunculo nostro quam a nobis secundum omnes conditiones premissas euidens et sufficiens testimonium nostri et auunculi nostri prefati *comitis Hermanni de Woldenberg*. ad quem sepe dictorum bonorum pertinebat proprietas. firmatum sigillis ipsi conuentui dedimus perpetuo presens scriptum. Testes presentes aderant. *Gerhardus de Ganderssem. Henricus Raibo. Wasmodus de Hastenbeke. Hartungus de Elize* milites. *patruelis noster Henricus de Homborg. Conradus de Lutharddessen. Arnoldus minor*

de Zauerſuorde. Bruno de Rodenberg. Erneſtus de Embere. Zermannus Bock. Zenricus de Luthardeſſen famuli et alii quam plures fide digni. Datum et actum in noſtra ciuitate *Oldendorp* anno domini M. CC. LXXXX. VIIII. proxima die ſequenti Sancti Viti martyris.

CCCCVI.

Henricus Dux Amelunxbornenſibus adiudicat bona, ad Lotbeke ſita, 1304.

Dei gratia *Zenricus dux de Brunſwik* omnibus in perpetuum. quia ſtrenuus miles *Reinberus de Vornbolte* ad inſtantiam honorabilis uiri *Bertrami abbatis* et conuentus in *Amelungeſborne* trina citatione legitimiſq. dilationibus conceſſis citatus coram nobis nec per ſe neq. per reſponſalem aliquem comparare curauit. ultimo termino peremptorio prefatus abbas ſuo et ſui conuentus nomine conſtitutus in noſtra preſentia ſufficienter declarauit per litteras prefati militis de *Vornbolte* ſe emiſſe duos manſos et unam curiam et decimam in uilla et in campo uille *Lotbeke* cum omni iure a *Reinhardo* milite memorato. et per litteram *comitum Ottonis* et *Ludouici de Euerſtein* reſignationem decime prefate ſufficientem et eiuſdem decime appropriationem monaſterio et conuentui prefato in *Amelungeſborne* per litteras uenerandi *domini Ottonis epiſcopi* et capituli *Paderbornenſis*. nos uero his uiſis et auditis. iuris ordine obſeruato. *auctoritate iudiciaria a rege Romanorum nobis conceſſa*. quia predicta bona in noſtra iuriſdictione ſunt ſita, eiſdem bonis memoratum abbatem ſuo et ſui conuentus nomine inueſtimus et in poſſeſſionem eorum miſimus ipſum in ea et ſuum monaſterium quantum de iure poſſumus et debemus ſuſcipimus perpetuo defenſandum. Actum et datum anno domini M. CCC. IIII. in octaua natiuitatis beate marie uirginis. preſentibus *domino Erneſto capellano noſtro plebano* in *Zerteſbergk. Ecberto* milite noſtro in *Zatdorp. Brunone notario noſtro. Wernhero de Barkenuelde. Johanne de Gunſen* et aliis fide dignis. In cuius rei firmitatem preſentem litteram dedimus ſigillo noſtro roboratam.

CCCCVII.

Reconciliatio inter Dynaſtas Homburgicos & Amelunxbornenſes 1308.

Bodo *dominus in Homborg* et *filius eius Henricus* profitentur, reconciliationem ſeſe inter et cenobium *Amelungeſbornenſe* fuiſſe initam ſuper extirpatione noualium et *noua porta* cenobii ampliata ac extenſa. ceterum nec dominus abbas nec conuentus memoratus nos ſuper *caſtro* a) *iuxta villam Grene* conſtructo conuenire debebunt, niſi hoc eiſdem a ſuis ſuperioribus fuerit imperatum, et tunc licite nos poterunt conuenire *coram domino feudi ipſius caſtri*, a quo dominium eiuſdem caſtri aſſerimus nos in feudo habere. Sigilla ſubdiderunt præterea *Sigfridus epiſcopus Hildeſhem, Henricus decanus* ibidem, *dominus Lippoldus de Rottingen ſenior*. Teſtes *Mauritius comes de Speigelberge, Hartmannus de Dudingen, Bruno de Vrencke* milites, *Bruno de Rodenberge, Iohannes proit* aduocatus, *Arnoldus de Swalenberge* monachus Amelungeſbornenſis. Datum anno M CCC VIII. in craſtino diuiſionis apoſtolorum.

a) Caſtellum priſcum Grene, in colle edito haud procul Leina ſitum, quod adhuc exſtat.

CCCCVIII.

Simonis Comitis Daſſelenſis ultima donatio 1325.

Ex autographo Senatus Alfeldenſis.

Vann goddes gnaden wy *greue Simon vann Doſſe* dohn wittlick allen criſten ludenn de duſſen bref horen eder ſehenn datt wy mitt gantzer redelicheit unnſes ſinnes und witte mitt fulbordt *unnſer frowen greuinnen Sophien* vann goddes gnadenn unde alle der de man van rechte dar to eſchen ſcholde hebbet gegeuen unde geuet ahn unſeme ſeelgerede dem conuentte vann *Amelungeſborne*

ſes

In nomine sancte et individue Trinitatis Heinricus divina favente clementia rex: Omnis sancte dei ecclesie nostrique fidelis presentium actitatur sed et cum cooperatione

universitatis. Qualiter domina Frederuna ve abbatissa eiusque soror imma comitissa Gerone comite adiuvante et structerunt quidam monasterium ad honorem

sancte dei genitricis et perpetue virginis marie dedicatum ad quod omnem hereditatem hoc est Heminetan hegen. Barigi. Lundirum. Sibere hecsi. Inuluhi. Varstan

inanga. Rothe. Inunikana vel de Bardenuuic. Hot manneffiu. Wuitthorp. Brilingi. Biangi. Budiburg. Uddunesthorp. Hatherbiki. Bodanhusen. Sutherburg. Bibardan

ga. Clanki. Bidrevani. Wuigmannerburstal. Benne desthorp. Inmosidi. Uualdersidi. Kokerbiki. Inhe ilanga. Holana. Uun. Seula. Inhogirunga. Hepstidi.

Simgai. cunctaque earum ss.

RNEs

Signum domini Heinrici

Egilbertus cancellarius vice Willigisi archi cappellani notavit



Data IIII Non. Noub. Anno dominice Incarn. M. IIII Indictione II. Anno vero domini Heinrici Regis III Actum Magadeburc

ſes marck geldes lodiges ſuluers dorch gott unnde unſe ſeele alſo dat men tho twen altaren in deme ſuluen goddeshuſe alle dage ewigliken miſſe leſen ſchall unnd unnſer ſeele unſer frowen unnd all unſes geſchlechts und *unnſer herrn Zertogen Otten* gedenckenn ſchall mit vliete in der miſſen unnd datt man inn unnſer ihartydt unnd unnſer frowen mitt godes deinſte uns Vlitelich begahn ſchall. deſſuluen dages unnſer ihartydt ſchall men geuen ein gutt deinſt dem conuentte alle denn perſonen de da iegenwordich ſindt im godesdeinſte. dut vorgeſprokene geldt ſchall men geuen alle ihar tho beſcheidentlike vann deme *Rahtbuſe tho Aluelde* vann drittich marck geldes de wy van unſeme herrn dem *biſchope vann Zildenſem* unnde ſinem capittel getugett hebben redeliche. Tugen . . . . . de edele man *Zerman vann Pleſſe* riddere und *ſin broder Godtſchalck* knape herr *Zinrick vann bouenten* herr *Iohann vann Gladebeke* herr *Iohann vann Rorungen* riddere . . . . gegeuen na goddes bort derteyn hundert iahr darnha in deme vief unnde twintigeſten iahre in deme meye.

CCCCIX.

Diploma fundationis monaſterii Keminadenſis ad Viſurgim ad a. 1004.

Ex autographo Corbeienſi.

CJn nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. *Heinricuſ* diuina fauente clementia rex. Omnium ſancte dei eccleſie noſtrorumq. fidelium preſentium ac futurorum comperiat uniuerſitaſ. qualiter domna *frederuna* venerab. abbatiſſa eiuſq. ſoror *imma* comitiſſa *gerone* comite adiuuante conſtrucſerunt quoddam monaſterium ad honorem ſancte dei genetricif & perpetue uirginiſ marie dedicatum. ad quod omnem hereditatem hoc eſt *Keminetan. hegen. Barigi. tundinun. othere.* hec ſunt in *tilithi. uarſtan.* in *auga. Rothe.* in *uuikanauelde. Bardenuuic. Hotmanneſſun. uuithorpp. Britlingi. Biangibudiburg. Addunefforp. haterbiki. Bodanhuſon. Sutherburg.* in *hardanga. claniki.* in *dreuani. uuigmanneſburſtal. Bennedefforp.* in *moſidi. uuidila. vualderſidi. kokerbiki.* in *heilanga. holana. aun. Setila.* in *hogtrunga. hepſtidi. Smigaſ.* cunctaq. earum hic prememorata predia gratiſſima uoluntate tradiderunt quę u. ſita ſunt in comitatu *bernhardi duciſ.* unde noſtram regalem aggreſſę maieſtatem ſupliceſ rogauerunt ut ipſum monaſterium in noſtri mundiburdio ſuſciperemuſ. taliſq. libertatiſ ac legiſ primatum concederemuſ qualem *ganderſheim. quitilinburg. heruuiſci* tenere uidentur. quod noſ petitione *theodorici mimidonenſis* epiſcopi feciſſe omnium noſcat uniuerſitaſ fidelium. Ad hęc ſtatuimus ut in prefatę abbatiſſę ſuęq. ſororiſ comitiſſę poteſtate predictum monaſterium et abbacia noſtro perſiſtat conceſſu diebus uitę earum. poſt obitum u utrarumq. earum ad noſtrum publicum eadem abbacia iuſ in perpetuum pertineat. Inſuper autem uolumuſ ut nulla maior ſiue minor regni noſtri perſona in eadem abbacia placitum facere aut aliquam ſibi moleſtiam inferre uel publicam funccionem exigere niſi *aduocatuſ* abbatiſſę cunctarumq. monialium. Hoc &iam noſtra regali auctoritate ad hoc concedimus abbacie ut ſanctimonialeſ eiuſdem monaſterii abbatiſſa defuncta licentiam habeant eligendi aliam ad hoc idoneam. Et ut huiuſ noſtre auctoritatiſ preceptum firmiuſ omni tempore perſeueret hanc paginam manu propria roborantes ſigno noſtro iuſſimuſ inſigniri.

Signum domni Heinrici [Locus ſigni regis Heinrici.] regiſ inuictiſſimi.

egilbertuſ cancell. uice uuilligiſi archicapellani nota. data IIII. non. noub. anni dominice incarn. M. IIII. indictione. II. anno u domni Heinrici regiſ. III. actum Magadeburc.

Nota. Heinricus II in hoc diplomate annos regni ſui numerat a die coronationis ſuæ. Otto III mortuus eſt die 21. Januarii a. 1002, & Heinricus electus fuit Werlæ circa medium menſis aprilis, quia Eccardus marchio, Heinrico in regem Romanorum electo, occiſus eſt Palithi a comitibus de Northeim die 30 menſis apri-

aprilis a. 1002, uti demonstrauimus supra §. 104. Eodem anno dominica VIII. pentecostes Maguntiæ a Willigiso eiusdem ciuitatis archiepiscopo ordinatur Heinricus, teste Auctore Vitæ Meinwerci T. I. S. R. B. Leibnitii p. 521. Bernhardus dux, cuius meminit diploma nostrum, etiam appellatur Benno. Ipse erat filius Hermanni Billingi, ducis Saxoniæ, mortuus demum anno 1011, teste eodem auctore Vitæ Meinwerci. Jus aduocatiæ monasterii - - olim ad progenitores nobilium dominorum de Homborg spectavit.

CCCCX.

Diploma regis Conradi III. quo ad annum 1147. Abbatiæ Corbeiensi duo monasteria conferuntur, et eiusdem Abbatiæ priuilegia confirmantur.

Ex autographo, in alba membrana nigris litteris scripto.

In nomine sanctę et indiuiduę Trinitatis Cunradus diuina fauente clementia romanorum rex secundus. Principalis dignitatis munificentiam decet bene de re publica merentibus. premia rependere. & per congruos honorum gradus proiectos. ceteris in exemplum et tanquam bonę spei signum proponere. ut tam hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant. quam illi a simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quo circa nouerit omnium fidelium nostrorum tam futuri quam presentis temporis industria quod nos propicia serenitate. fidem. labores. et constantiam fidelissimi nostri nobisq;. carissimi *Wiboldi Corbeiensis abbatis* intuentes. tradidimus in perpetuum Corbeiensi monasterio. & eidem qui nunc diuina uocatione & communi atq;. concordi fratrum electione preest. abbati scilicet *Wiboldo.* nec non cunctis successoribus ipsius auctoritate in eternum ualitura. duo feminarum monasteria *Keminada* uidelicet atq;. *Visbike* & de nostro atq;. regni iure. per manum *Herimanni palatini comitis de Rheno.* quem ad hoc rite peragendum assumpseramus aduocatum. transegimus. et firmauimus super reliquias corporis sancti Viti membris per aureum donationis nostrę anulum. in potestatem & ius atq;. dominationem Corbeiensis monasterii in manum predicti abbatis *Wiboldi.* et *Adelberti marchionis de Brandenburch.* qui uice *Herimanni comitis de Winzenburch Corbeiensis monasterii aduocati.* eandem donationem nostram seu transactionem suscipiebat. ita uidelicet. ut Corbeiense monasterium. duo prenominata monasteria. Keminada scilicet & *Visbike.* cum omnibus prediis. siluis. et aqvis. tam foris quam intus ad ipsa loca pertinentibus habeat. possideat. ordinet. utatur & fruatur. sicut tenet sub suo regimine. iure uidelicet proprietario.

tres abbatiolas quas fundator eiusdem novę Corbeię *Luthewicus pius.* magni *Karoli* filius. ad eandem *Corbeiam* contulit. scīl. *Eresburch.* nobile quondam Saxonum castrum. nec non *Meppiam* et *Visbike.* Sane ad prefata duo loca. neq;. militia neq;. ullum seruitium nobis aut regno debebatur. & quam Corbeiensi monasterio. tam in militia quam in seruitio ad honorem regni & defensionem sanctę ecclesię dignitas collata est. nos iudicio principum. ad coronę nostrę augmentum. sicut prescriptum est. manere decernimus. Primam iudicii sententiam dedit *Burchardus argentinensis* episcopus quam secutus est *Adelbero Treuirensis archiepiscopus. Anshelmus hauelenbergensis episcopus. Heinricus Leodiensis episcopus. Sifridus Wirceburgensis electus. Frithericus dux svevię.* & *alsatię. Hermannus palatinus comes de Rheno*

Cvnradus dux ceringa. Cunradus marchio de Witting. Adelbertus marchio *de Brandeburch. Otto filius ipsius eque marchio. Herimannus filius* eiusdem *Adelberti*

marchionis. *Lvthewicus comes patrię de Thuringia. Herimannus marchio de Bada. Wernherus comes de Bathen. Othelricus comes de Lenzenburch. Othelricus comes de Orninga. Heinricus comes de Cazzenelenboge. Marquardus. Sibodo. Theodoricus comes de Montheliart.* & alii plures qui tunc affuere. Hoc quoq;. notum esse uolumus. quod uenerabilis pater noster *Eugenius.* sanctę Romanę ecclesię summus pontifex. frequenti nos admonitione tam per suos. quam per nostros legatos hortatus est. ut monasteria feminarum quę nostrę ditioni & ordinationi in regno nostro specialiter pertinent. in quibus diuina religio penitus dilapsa est. regulare. & reformare dignaremus. Et quum sepe nominata monasteria. *Keminata* & *Visbike.*

bike. non iam monasteria. sed omnibus pretereuntibus uiam in peccatis communia. corrigi post multos labores non potuerint & Corbeiensi monasterio uicina sunt. tam ad correctionem quam in proprietatem inibi contradidimus. nullo reclamante. nisi sancte regule inimicus & pudicicie hostis fuerit inuentus. auctoritate u. nostra regia. prefatis duabus cellis. keminada & *Visbike* damus. ac decreto in perpetuum ualituro confirmamus. eandem libertatem quam habet Corbeiense monasterium. scilicet prefecturam urbis que uulgo dicitur Burgban. ea uidelicet priuilegii ratione. ut nullus dux. nullus marchio. nullus comes. nullus aduocatus potestatem habeat exercendi iudicium in atrio predictarum ecclesiarum. sed quidquid preter ius & equum. a famulis. que tam abbati quam congregationi obsequio cottidiano deseruiunt. commissum fuerit. ab abbate uel ab eo. cui ipse mandauerit corrigatur. Et ut hec omnia rata & inconuulsa in perpetuum habeantur preceptum hoc conscribi et imaginis nostre impressione insigniri iussimus.

Signum domni Cunradi romanorum regis scdi.



ego Arnoldus cancellarius uice Heinrici moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Actum anno dnice incarnat. M. C. XLVII. indict. X. anno u dñi CVNRadi scdi regis inuictissimi VIIII. Data frankenewort in Xpo feliciter AMEN.

CCCCXI.

Diploma Conradi III, Romanorum regis, quo ad annum 1147 Corbeiensi abbati Wiboldo eiusque successoribus traditur Abbatia .... cum prædiis adiunctis.

Ex autographo, quod est aureis litteris in rubra membrana scriptum.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Cunradus diuina fauente clementia Romanorum rex scds; Principalis dignitatis munificentiam decet. bene de REPVblica merentibus premia rependere. & per congruos honorum gradus proiectos. ceteris in exemplum. & tanquam bone spei signum proponere. ut tam hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant. quam illi a simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quocirca nouerit omnium fidelium nostrorum tam futuri quam presentis temporis industria. quod nos propicia serenitate. fidem. labores. et constantiam. fidelissimi nostri nobis que karissimi *Wiboldi Corbeiensis* abbatis intuentes. tradidimus in perpetuum Corbeiensi monasterio. et eidem qui nunc diuina uocatione. & communi atque concordi fratrum electione preest. abbati scilicet *Wibaldo*. nec non cunctis successoribus ipsius auctoritate in eternum ualitura. monasterium feminarum quod uocatur *Keminada*. et de nostro atq. regni

regni iure per manum *Herimanni palatini comitiſ de RHeno.* quem ad hoc rite peragendum aſſumpſeramuſ aduocatum tranſegimuſ & firmauimuſ ſuper reliquiaſ corporiſ ſancti viti martiriſ per aureum donationiſ noſtrę anulum. in poteſtatem & iuſ atq;. dominationem Corbeienſiſ monaſterii in manum predicti abbatiſ *Wiboldi.* & *Adelberti marchioniſ de Brandenburch.* qui uice *comitiſ Herimanni de Winzenburch Corbeienſiſ monaſterii aduocati.* eandem donationem noſtram ſeu tranſactionem ſuſcipiebat. ita uidelicet. ut Corbeienſe monaſterium. prenominatum monaſterium ſcilicet *Keminada.* cum omnibuſ prediiſ. ſiluiſ et aquiſ. tam foriſ quam intuſ ad ipſum locum pertinentibuſ habeat. poſſideat. ordinet. utatur et ſeruet. ſicut tenet ſub ſuo regimine. iure uidelicet proprietario. treſ abbatiolaſ. quaſ fundator eiuſdem noue *Corbeię Luthewicus* piuſ. magni Karoli filius ad eandem *Corbeiam* contulit. ſcīl. *Ereſburch* nobile quondam Saxonum caſtrum. nec non *Meppiam* atq;. *Viſbike.* Sane de prefato loco. neq;. militia neq;. ullum ſeruitium nobiſ aut regno debebatur. & quoniam Corbeienſi monaſterio. tam in militia quam in ſeruitio ad honorem regni & defenſionem ſancte eccleſię dignitaſ collata eſt. ex conſenſu fratrum & miniſterialium ipſiuſ eccleſię ſtatuimuſ. ut pro augmento prefati monaſterii. quod eccleſię Corbeienſi in perpetuam poſſeſſionem tradidimuſ. ad debitum regiſ ſeruitium ſex marcę. aut ſeruitium ſex marcarum regno de abbatia Corbeienſi perſoluantur. atq;. hanc noſtrę auctoritatiſ donationem ex iudicio principum regni noſtri. ſicut preſcriptum eſt. manere in perpetuum decernimuſ. Primam iudicii ſententiam dedit *Burchardus argentinenſis* epiſcop. quam ſecutus eſt *Adelbero Treuirenſis archiepiſcopuſ. Anſhenbermuſ hauelegenſis* epiſcopus. *Heinricuſ Leodienſis* epiſcopus. *Sifridus Wirceburgenſis* electuſ. *Frithericus dux Svevię* & *alſatię. Herimannus palatinuſ comes de Rheno. Cvnradus dux de Ceringa. Cunraduſ marchio de Wittin. Adelbertuſ marchio de Brandeburch. Otto filiuſ* ipſiuſ eque marchio. *Herimannuſ filiuſ* eiuſdem *Adelberti* marchioniſ. *Lvthewicuſ comeſ patrię de Thuringia. Herimannus marchio de Bada. Wernheruſ comeſ de Bathen. Vthelricuſ comeſ de Lenzenburch. Vthelricuſ comeſ de Horninga. Heinricuſ comeſ de Cazzenellenbogan. Marquardus. Sibodo. Theodoricuſ comeſ de Montbeliart.* & alii plureſ qui tunc affuere. Hoc quoq;. notum eſſe uolumuſ. quod uenerabiliſ pater noſter *Eugeniuſ* ſancte Romane eccleſię pontifex. frequenti noſ admonitione tam per ſuos. quam per noſtroſ legatoſ hortatuſ eſt. ut monaſteria feminarum que noſtrę ditioni & ordinationi in regno noſtro ſpecialiter pertinent. in quibuſ diuina religio penituſ dilapſa eſt. regulare. & reformare dignaremur. Et quoniam ſepe nominatum monaſterium *Keminada* non iam monaſterium. ſed omnibuſ pretereuntibuſ uiam in peccatiſ commune. corrigi poſt multoſ laboreſ non potuit. Siquidem multiſ religioſiſ & precipue Mindenſi epiſcopo. in cuiuſ parochia ſitum eſt idem monaſterium. hanc operam iniunxeramuſ. ut inibi diuina religio & ſancte conuerſationiſ cultuſ inſtitueretur. & rite obſeruaretur. & quoniam Corbeienſi monaſterio uicinum eſt. tam ad correctionem quam in proprietatem inibi contradimuſ. nullo reclamante. niſi ſancte regulę inimicuſ & pudicitię hoſtiſ fuerit inuentus. Aduocatiam uero ſepe fati loci id eſt *Keminada* & omnium prediorum ibidem pertinentium. quam uir illuſtriſ *Heinricuſ dux Saxonię* a noſtra & predeceſſorum noſtrorum regum uidelicet ſeu imperatorum manu habuerat. tradidimuſ iam dicto Corbeienſi monaſterio. nec non prenominato *Wiboldo* ſuiſq;. ſucceſſoribuſ canonice & regulariter ordinatiſ. in perpetuum. ipſo duce conſentiente & annuente. & eandem aduocatiam de manu ipſiuſ abbatiſ hominio priuſ ei cum iuramento fidelitatiſ propter id ipſum facto. ſponte & ultro recipiente. auctoritate uero noſtra regia. prefate celle *Keminade* damuſ. ac decreto in perpetuum ualituro confirmamuſ. eandem libertatem quam habet Corbeienſe monaſterium. ſcilicet prefecturam urbiſ que uulgo dicitur *Burchban.* ea uidelicet priuilegii ratione. ut nulluſ dux. nulluſ marchio. nulluſ comeſ. nulluſ aduocatuſ poteſtatem habeat exercendi iudicium. in atrio predicte eccleſię. ſed quidquid preter iuſ & equum a famuliſ. qui tam abbati quam congregationi obſequio cottidiano deſeruiunt. commiſſum fuerit: ab abbate uel ab eo. cui ipſe mandauerit. corrigatur. Et ut hęc omnia rata & inconuulſa in perpetuum

Cunradus dei gratia Romanorum Rex Sedis; Principalis dignitatis munificentia decet bene de Republica merentibus premia rependere. Et per congruos honores gradus proiectos ceteris in exemplum. Et tamquam bone spei signum proponere, ut tam in sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant, quam illi a simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quia nouerit omnium fidelium nostrorum tam futuri quam presentis temporis industria, quod nos propicia serenitate fidem laboris et constantiam fidelissimi nostri nobilis Rmi Wiboldi Corbeiensis abbatis intuentes, tradidimus in perpetuum Corbeiensi monasterio, et eidem quoque diuina uocatione. Et communi atque concorditer fratrum electione prece abbati feliciter Wiboldo, nec non cunctis successoribus ipsius auctoritate in eternum ualitura, monasterium feminarum quod uocatur Keminada.

Signum domini Cunradi Romanorum Regis Sedis Inuictissimi.

Ego Arnoldus Cancellarius uice hermanni Augustensis Archiepiscopi et archicancellarii Regis Romanorum.





Data anno domini incarnationis M° C° XLVII Indictione X Anno V° domini Cunradi Sedis Regis Inuictissimi VIII Actum Franke Nevort in Christo feliciter Amen.

tuum habeantur. preceptum hoc conscribi et imaginis nostrę impressione insigniri iussimus.

Signum domni Conradi Romanorum Regis secundi inuictissimi. *Monogramma regis vide in Tabula.*

Ego Arnoldus cancellarius uice heinrici moguntini archiepiscopi et archi cancellarii recognoui;

Data anno dominicę incarnationis M. C. XLVII. indictione X. Anno uero dñi Cvnradi secundi regis inuictissimi. VIIII. Actum Frankenevort in Christo feliciter Amen.

Nota. Patet ex his duobus diplomatibus Conradinis, Nicol. Schatenium, doctum e societate Jesu patrem, qui in Annal. Paderb. T. I. p. 770 seqq. prius, etsi non satis accurate descriptum, in lucem emisit diploma, virgulam censoriam non meruisse. Vir quidam doctissimus censet, Schatenium mala fide egisse, & diploma Conradinum exhibuisse mutilum, & fortassis studio omisisse illa, quæ de aduocatia loci Keminada in Principatu Wolferbuttelano agunt, quippe quæ pro præsenti rerum statu minus grata fore sibi persuaserit. Sed edidit Schatenius l. c. diploma Conradinum prius, non posterius. Tamen, lacunas & variantes lectiones, easque momenti plenas, nos quoque multas in diplomatis a Schatenio editis obseruasse, diximus iam supra.

CCCCXII.

Diploma Heinrici Leonis Saxoniæ ducis, quo ille ad annum 1147 feudum aduocatiæ monasterii Keminadensis Domino Regi resignat, idemque iterum ab abbate Corbeiensi recipit.

Ex autographo.

†. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gratia dux Saxonię. Notum esse uolumus uniuersis Christi nostrisq. fidelibus, quod beneficium nostrum uidelicet aduocatiam de monasterio Keminata & de aliis bonis ad illud monasterium pertinentibus in manu domini nostri *Conradi* Romanorum regis secundi, spontanea uoluntate resignauimus, ut eandem aduocatiam monasterio Corbeiensi in perpetuam possessionem contraderet, hac uidelicet conditionis ratione, ut predictam aduocatiam de manu uenerabilis abbatis *Wiboldi* in legitimum beneficium reciperemus, quod etiam eodem ordine quo predictum est tam a domino rege quam abbate completum est & a nobis obseruatum. Hoc autem de beneficio nostro facere propter humilem peticionem domini nostri regis non abnuimus, ea maxime de causa, quod predictus uenerabilis abbas nobisq. carissimus *Wibolduſ* glorioſissimo *auo nostro* imperatori *Lothario* diu multumq. ac fideliter seruiuit & in administratione Romani imperii singulari constantia usque ad mortem adhesit, dignumq. est ut sicut possessionum heredes eidem imperatori succedimus, ita retributionis circa gratos ac fideles ipsius non degeneres succedores existamus.

Actum Brunesvvich. anno dominice incarnationis M. C. XLVII. indictione X anno V domini Conradi Romanorum regis sēdi X.

Testes u qui affuerunt hi sunt. *Bruno prepositus. Liuthardus. Bernarduſ. Anno. Bertolduſ. Rikece. Baldevvinus. Gerhardus. Erembertus.* & de Corbeiensi monasterio *Adelbertus prepositus. Conradus prepositus Kaminatensis. Heinricus* capell. *Heinricus* clericus. *Karolus. Bernharduſ. Reinheruſ. Rederuſ. Godefriduſ. Johannes. Adelharduſ. Elueric.*

CCCCXIII.

Diploma Adelhozi episcopi Hildesheimensis, quo ad annum 1181. monasterio S. Godehardi, intra urbem Hildesiam sito, bona quædam tradidit.

Ex membrana.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Adelhogus* dei gratia *Hildenesshemensis episcopus*. Pastoralis officii cura nos ammonet ecclesie. quam regendam suscepimus. solerter intendere ac filiorum ipsius utilitati et quieti diligentia circumspectiori prouidere. huius pie deuotionis gratia inuitante *cenobium beati Godehardi* ab antecessore nostro pie recordationis *Bernhardo* inchoatum et fidelium Christi studio decenter constructum debita honestate promouere decreuimus. et ut deo ibi seruientibus paternitatis nostre non desit affectus omnimodis elaborare curauimus. Quocirca nobis intentionem gerentibus in hoc eorum securitatem summopere constare iudicauimus. ut si que res a nobis aut aliis fidelibus donate uel ab ipsis conquisite fuerint. ita nostra speculatione perpetua stabilitate fulciantur. ne quorumlibet hominum temerario ausu serui dei graue incommoditatis periculum patiantur. Eapropter decimam in *Alem* super VII mansos eidem ecclesie pertinentes. quam promouente *Thiderico abbate* III. fratres predicti loci ab *Hermanno ministeriali nostro* XVIIII. marcis soluerunt. ipsorum prebende addidimus. similiter et decimam in *Bodenstenen*. a) quod alio nomine *Holthuson* dicitur. ipso *Thiderico abbate* elaborante ab *Hermanno camerario* item ministeriali XVIII. marcis absolutam fratrum usui concessimus. preterea dimidiam decimam in *Wakkenstidde* cum LII iugeribus mediante supra dicto th. abbate ab *Heinrico ministeriali nostro* LXXX marcis acquisitam nobisq;. sicut priores resignatam utilitati eorundem fratrum tradidimus. nihilominus in *Harlesheim* LXXX agros cum attinentiis. areis et pratis. a quatuor fratribus *Isone haoldo heinrico echerto* predicto abbate th. promouente LX marcis absolutos. iuri sepe dicte ecclesie fideliter delegauimus. item prediolum in *Haostert*. b) quod *cono* ibi conuersus fratris sui *Willehelmi* aliorumq;. heredum suorum consensu beato *Godehardo* contulit. eius ecclesie stabiliter confirmauimus. Ut hec igitur in omnia post futura tempora rata et inconuulsa permaneant. auctoritate apostolorum petri et pauli banno nostro ea roboramus et uiolantibus ea perpetuam dampnationem conseruantibus autem eternam retributionem deo largiente promittimus. et presentem paginam sigilli nostri impressione et presentium qui aderant nominibus eorum infra conscriptis testimonio muniuimus. confirmamus etiam eidem ecclesie mansum in *Welethe*. quem *Offemia comitissa* pro remedio anime sue et *comitis Ottonis* ad prebendam eorum fratrum deuote donauit. Testes *Bertholdus maior prepositus. Berno decanus. Godefridus* presbyter. *Bruno cellerarius. Eilbertus. Thietmarus. Hartbertus. Iozelinus* presbyter. *Lodewicus* presbyter. *Ludolfus prepositus sancte cruc.* *Poppo prepositus sancti Mauritii* et maioris ecclesie canonicus. *Richm decanus eiusdem ecclesie sancti mauritii. Bortolfus* et *Luidhardus* canonici. *Fredericus* subdyaconus maioris ecclesie canonicus. *Bertolfus decanus sancte cruc. Bertholfus uice dominus.* laici. *Burchardus de Eymessen. Arnolfus* et *Gherhardus fratres de Cantelesheim. Thidericus de Ordenberg. Fredericus de Nouali. Gerhardus* et *Eckericus fratres. Luppolfus aduocatus. Luppulfus de Escherte. Eustachius filius aduocati. Luppolfus de Stockem. Johannes de Ochtersem. Widego de Blikenstide* et *filius eius Arnolfus. Widego* et *frater eius Luderus. Waltherus de Frethen. Hermannus de Tossem.* Thidericus de *Tossem. Odelricus de Riuo. Udo de Nitelegen. Eylhardus de Elsethe. Godescalcus de Iesen. Sigehardus de Astenbike. Thetherus de Ringelhem.* Hermannus sine . . mīa *Godefridus de Slikt. Wernherus de Berniggeroth* et *filius eius Werherus. Odalricus Conradus Heinricus* et *frater eius Arnolfus de Embrike. Berno* et *frater eius Luidolfus de Cramme. Johannes de Borsem. Heimricus de Suechlite. Heinricus de* sancto Godehardo. *Jordan de Westfelde Bertolfus frater eius. Heithenricus filius Sigebodonis de Schartfelde. Rodolfus de Mendere. Benno* et *filius eius. Burchardus de Eckelesheim. Conradus de Uilem. Hermannus de Clowen. Rothericus de Ezesbem. Sifridus de Rothe. Walbertus de Berckem. Conradus* et *Bertolfus fratres de sancta cruce. Hermannus Marscalcus.*

Acta sunt hec in presentia nostra et testium qui supra scripti sunt anno domini M. C. LXXXI.

a) Bo-

a) Bodenſtein in præfectura Lutter ad Bavenberg intra Principatum Wolferbuttelanum.

b) Villa deſolata prope oppidum Bokenum.

CCCCXIV.

Litteræ indulgentiarum Papæ Nicolai IV. pro eccleſia in Holthuſen villa, hodie dicta Wriſbergholtſen, ad annum 1291.

E membrana.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Vite perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem ciuium ſupernorum, a redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo corpore redemptoris meritorum debet acquiri uirtute, inter que illud eſſe pregrande dignoſcitur, quo ubiq. ſed precipue in ſanctorum eccleſiis maieſtas altiſſimi collaudetur. Cupientes igitur ut eccleſia ſancti Martini in Holthuſen Hildeſemenſis diōc. congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus uere penitentibus et confeſſis, qui eandem eccleſiam deuote uiſitauerint annuatim in annunciationis, natiuitatis, purificationis et aſſumptionis beate Marie uirginis ac predicti ſancti Martini feſtiuitatibus, et per octo dies feſtiuitates ipſas immediate ſequentes, nec non in anniuerſario die dedicationis ipſius eccleſie unum annum et quadraginta dies de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Datum apud urbem ueterem V. non. maii pontificatus noſtri anno quarto.

Nota. Ad ſericum filum dependet ſigillum plumbeum, in cuius parte antica apparent duo vultus barbati cum inſcriptione: SPA SPE. In medio utriuſque vultus conſpicitur gladius Petri. In facie autem poſtica ſunt verba expreſſa: NICOLAUS PP. IIII.

CCCCXV.

Translatio bonorum Bergenſium ad feudi Dominum Homburgicum 1301.

Nos Hinricus dictus Hegher miles recognoſcimus preſenti littera munita noſtro ſigillo quod *Erneſto* dicto Haken famulo uendidimus unam noſtram curiam ſitam in *Borige* a) cum tribus manſis de beneplacito et conſenſu omnium heredum noſtrorum cum omnibus ſuis pertinentiis pratis paſcuis et in ſiluis pro quadraginta marcis *honnouerenſium* denariorum et eandem nobili domino noſtro *Bodoni de Homborch*, a quo dictam curiam in pheodo tenuimus, libere reſignauimus, anteponendo conditionem cum amicabili arbitrio utrobiq. quod de feſto pentecoſtes nunc preterito ad trium annorum decurſum illorum bonorum reemendi habeamus liberam poteſtatem, preterea ſi denarii eiuſdem monete fuerint meliores uel uiliores marcam examinatam computabimus per triginta ſolidos a tertio dimidio ſolido, ſi bona eadem reemere non poſſemus, apud heredes *Erneſti* ſi ipſum mori quod abſit contingeret debent bona eadem permanere. Et nos *Bodo dominus in Homborch* ſolio, quo hec omnia placitata ſuauiter cognoſcimus, ſigillum preſentibus iuſſimus alligare. Datum anno domini M. CCC. primo.

a) Borige, Berge, in præfectura Grone ad Viſurgim.

CCCCXVI.

Confirmatio adiecta Simonis C. Daſſelenſis 1304.

Nos *Simon nobilis comes de Daſle* omnibus hanc litteram uiſuris aut audituris cupimus eſſe notum, quod honeſtis famulis Hermanno et *Erneſto* fratribus dictis Hake allodium noſtrum in *Daſle* in dominii iure et uſufructu cum una marca denariorum Hux. uſualium duodecim ſolidorum reputata in cenſu noſtro ibidem iuſto titulo conceſſimus feodali, iſta condicione interiecta, quod dicta bona in

feſto Martini proximo nunc inſtante ad annum reemere poſſimus pro XXV marcis puri argenti de illa pecunia. quam nobilis uir *comes Otto de Waltecke* nobis tunc ſoluendo tenetur obligatus. ſoluta uero a predicto *comite Ottone* noſtra pecunia et nos per negligentias tardantes de ipſa pecunia bona noſtra non reemerimuſ. dicti fratres *Zermannus* et *Erneſtus* eadem bona perpetualiter in iuſto feodo obtinebunt. ſi uero. quod abſit. ultimo termino Martini iam prefixo a predicto *comite de Waltecke* de noſtra pecunia nobis nihil ſolueretur. et nuncio predictorum fratrum ex ipſa pecunia XXV marce argenti notorie preſentetur. et per infortunium ab ipſo nuncio raperentur aut perderentur. iam dicti fratres *Zermannus* et *Erneſtus* nobis de damno nobis compatientes plenam dabunt poteſtatem. bona noſtra reemendi pro pecunia iam taxata a die beati Martini ſuperius narrato ad decem annos immediate ſubſequentes. a proximo uero beati Martini uſq. ad annum ſupra dicti fratres *Zermannus* et *Erneſtus* de predictis bonis nullum fructum colligunt excepta ſola marca cenſuali. aliis uero decem annis in ſequentibus uſum et fructum eorundem bonorum integraliter pleno iure debent percipere quam diu in ſupra dictis annis ab eiſdem non reemerimus pro ſumma pecunia ſuperius nominata. Ut autem hec premiſſa rata et inuiolabiliter a nobis obſeruentur. Sigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Teſtes huius nobiles *Otto* et *Otto comites de Euerſteine. Burchardus miles de Stenem COMES DE OLDENBORCH. Johannes* et *Zermannus fratres dicti de Euerſteine. Florentius de Zolthuſen. Grubo de Guſtede* famuli et alii quam plures fide digni. Datum et actum in caſtro *Polle* anno domini M CCC IIII in uigilia aſſumptionis regine celi.

Nota. De comitibus Oldenborgicis in Paderbornenſi epiſcopatu vide Grupenii *Orig. Pyrm.* p. 37.

CCCCXVII.

Otto C. de Everſtein vendit Hakiis duos manſos, ad Holtsmindam ſitos, a. 1306.

Quoniam ſecundum uerba uiri prudentis inquietum eſt cor humanum et infinitis queſtionibus ſe immiſcet. nunc geſta hominum obliuioni tradendo nunc ſponte et in fraudem uiam ueritatis deferendo. ideo illi uitio induſtria humana per ſcripture teſtimonium procurauit. proinde ego *Otto dei gratia domicellus de Euerſten appellatus de Buren* recognoſco preſenti littera ſigillo meo munita. quod de conſenſu et bene placito heredum meorum omnium uendidi iuſto titulo uenditionis duos manſos ſitos in campo *opidi Zolteſmynne domino Erneſto* militi dicti *Zake* ſuis heredibus et ſuo fratri *Zermanno Zake*. nec non quinq. ſolidos grauium denariorum. quos ſingulis annis de quibusdam agris in predicto campo ſitis pro cenſu recipere conſueui hereditario iure. de quibus omnibus predictum militem inpheodaui. et ſi predictus miles ſine ueris heredibus quod abſit uiam uniuerſe carnis deceſſerit. ſupra dictum famulum inpheodabo de omnibus predictis ac debitam et iuſtam warandiam faciam quandocunq. fuero requiſitus. ceterum ſi impetitiones de predictis manſis ab aliquo ſuſtinerent qui ſe heredem diceret. a tali impetitione ſeu actione eripere debeo et refundere quod in uulgari *Orſaten* dicitur. ſicut fide data propria manu ad manus fratrum predictorum permiſi. Datum anno domini M. CCC. VI. in feſto beati Kiliani.

CCCCXVIII.

Otto C. Everſteinenſis confert Hakiis feuda 1307.

Nos *Otto* dei gratia *comes de Euerſtein* uniuerſis, quibus preſentes littere fuerint exhibite cupimus notum eſſe quod pleno conſenſu *uxoris noſtre Lutgardis* et omnium heredum noſtrorum bona uoluntate omnia bona ſita in uilla *Odere* nec non in uilla *Emmeren* a) cum omni iure et fructu, quo nobis reſignauit rationabiliter et rite dilectus noſter amicus ac ſtrenuus. miles *Thidericus dictus Stuve* poſt mortem uxoris ſue ſtrenuo militi ac nobis dilecto *Erneſto* nec non *Zermanno* fratribus dictis *Zaken* iuſto pheodo contulimus et omnibus heredibus ueris eorum titulo pheodali conferimus in his ſcriptis. ſi autem uxorem mili-

militis predicti uidelicet *Stuuen* bona prehabita nobis uel noſtris in uita reſignare contingeret. nichilominus predicti fratres uel heredes eorum bona prehabita in pheodo legitime poſſidebunt. In cuius rei euidens teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine dedimus communitum. Datum et actum anno domini M. CCC. ſeptimo feria quarta poſt feſtum paſche.

a) Ad fl. Emmeram prope Pirmontum.

CCCCXIX.

Simon C. Daſſelenſis vendit Hakiis bona Daſſelenſia 1308.

Nos *Simon* dei gratia *comes de Daſle* omnibus preſens ſcriptum intuentibus cupimus eſſe notum publice profitentes. quod cum conſenſu heredum noſtrorum ſtrenuis uiris *Erneſto militi* et *Zermanno* famulo fratribus dictis *Haken* et ipſorum heredibus curiam noſtram in *Daſle* et V manſos ſitos in campo *uille Daſle* cum decima eorundem quinque manſorum. nec non cum omnibus ſuis iuribus in campis pratis ſiluis et aquis ad duodecim ſolidorum communium denariorum reditus *in caſis noſtris fabricalibus* pro XXV marcis puri et examinati argenti uendidimus ſub hac forma, quod nos et noſtri heredes predicti bona a prefatis fratribus uel eorum heredibus pro prenotata ſumma argenti uſq; ad feſtum beati Iohannis baptiſte nunc proxime inſtantis reemendi liberam habebimus facultatem. Si uero antedicta bona ab eiſdem fratribus tempore ante ſcripto reemere neglexerimus iidem fratres et eorum heredes fructus ſeu prouentus meſſis et anni ſubſequentis integrantur tollere et recipere licite et quiete. tempore tamen reemptionis noſtre nihilominus uſq; in feſtum beati Martini tunc proxime inſtantis nobis durante. ueruntamen ſi ante fata bona nos aut noſtri heredes tempore ſeu feſto beati Martini preſcripti ab ante nominatis fratribus uel ipſorum heredibus pro prefata ſumma argenti. quam ipſis in *caſtro Euerſtein* ſoluere promiſimus. tunc reemere neglexerimus. ſepe dicti fratres et eorum heredes prelibata bona a nobis et noſtris heredibus quiete et perenniter in feudo poſſidebunt. hoc tamen adiecto. quod ſi nos medio tempore quod abſit decedere contigerit *Sophia noſtra conthoralis* predicta bona a ſepe dictis fratribus uel ab eorum heredibus pro ante dicta ſumma argenti ac ſub eadem condicione qua et nos reemendi liberam habebit facultatem. Teſtes ſunt nobiles uiri *Otto* et *Otto comites de Euerſtein. Burchardus de Stehnem* miles. *Florentius de Holthuſen. Conradus de Dieke* b). *Bodo de Ouldeleueſen. Johannes de Flſe*, famuli et alii quam plures fide digni. Ne igitur impoſterum ſuper his oriri poterit dubitatio preſens ſcriptum noſtro ſigillo duximus roborandum. Datum anno domini M CCC VIII craſtino apoſtolorum ſimonis et iude.

b) Alias *de Piſcina* ſolet dici.

CCCCXX.

Nobiles de Ilten deſtruunt domicilia extra portam Hannoveræ, Steinthor. 1314.

Nos *Thidericus* et *Olricus* milites et *Johannes* famulus, fratres dicti *de Iltene* recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod ob petitionem illuſt. principis. domini noſtri domini *Ottonis ducis de Luneborgh.* ac conſulum et burgenſium in *Honover* deſtrui fecimus caſas, quas habuimus extra valuam lapideam ciuitatis *Honover* et *Brulonem*, et promiſimus fide data Domino noſtro Duci et conſulibus et Burgenſibus predictis, quod nos et heredes noſtri nunquam . . . . . extra dictam valuam et extra Bruſonem caſas reedificare volumus ſeu aliquas manſiones. Si uero areas venderemus, precauebimus, quod emtor ſeu emptores ipſius aree non debent id ipſum ſimiliter attemptare. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini. M CCC XIIII. in vigilia ſancti Thome apoſtoli.

Nota. Adhærent membranæ tria ſigilla, quæ trianguli figuram præ ſe ferunt, in quorum medio adparet clipeus, & in medio clipeorum apparent formæ duorum canum, unus ſub altero. In circumferentia eſt ſculptum: ✠ *S. Tideric de Ilten.* ✠ *S. Olrici de Ilten.* ✠ *S. Johannis de Ilten.* In dorſo membranæ ſcriptum legitur: *de nobilium caſis deſtructis extra valuam lapideam de anno* 1314. *de Ilten.*

CCCCXXI.

Hermannus C. Everſteinenſis confert Amelunxbornenſibus bona 1315.

Nos *Hermannus* dei gratia *comes de Euerſten* uniuerſis preſentia uiſuris et audituris uolumus eſſe notum quod accedente voluntate et conſenſu *fratriſ noſtri Ottonis* proprietauimus venerabilibus dominis abbati et conuentui eccleſie Corbeyēñ. tres manſos ſitos in *Stale* a) in campo et medium manſum in monte et unam caſam ad inſtanciam honeſti militis *Arnoldi de Hauerſforde* in recompenſam bonorum in *Elerſen*, b) que appropriauerunt religioſis viris dominis abbati et conuentui monaſterii in *Amelungeſburnen*. Et in ſignum et teſtimonium predictorum ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum feria tercia poſt octauas penthecoſtes anno domini milleſimo trecenteſimo decimo quinto.

a) Stale villa Principatus Corbeienſis.
b) Allerſen ad Viſurgim & Oppidum Holzmindam.

CCCCXXII.

Indicium oppignoratæ partis in feudo 1323.

Nos *Hermannus nobilis de Pleſſe* recognoſcimus uniuerſis hoc ſcriptum uiſuris, publice proteſtantes, quod *thidericus* dictus *meding* et eius uxor legitima *Hildegundis* et *Rudolfus de Eſcher* nec non *Conicundis* uxor eius legitima ipſorumq;. heredes habent et poſſident quinquaginta ſeptem marcas puri argenti in quatuor manſis ſitis in campis uille *Deterſſen*, c) quos a nobis veri heredes *Hermanni* quondam dicti *Haken* tenent iuſto titulo pheodali. verum quocunq;. modo ſe res prenominatorum filiorum *Hermanni Haken* diuerterit ſiue in vita ſiue in morte ſancimus et proteſtamur in his ſcriptis, quod ante dicte perſone *Thidericus* et *Rudolfus* et eorum ueri heredes cum uxoribus ſuis legitimis habent premiſſam ſummam quinquaginta ſeptem marcarum in bonis prenotatis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus appenſum. Datum anno domini M CCC XXIII. in die beati thome apoſtoli.

c) Deirſen, prædium Dominorum de Campen ad Stadt Oldendorp.

CCCCXXIII.

Pleſſenſis infeudatio Hakiorum 1350.

We *Godeſchalck here von Pleſſe* bekennen alle den de duſſen breff ſehen unde horen, dat we hebben gelenet ein recht leen veer houe imme dorpe tho *Deterſſen* herrn *Erneſte* unde *Hermanne den broderen* de dar heten *Haken* de houe de *Hunoldes* kindere unde *Wernehr vanme Solte**) von unss hadden unde willen der vorgeſprokenen houe ore werent ſin wor ſeih bedorffet *tho houe unde tho dage* des hebbe wy ohn duſſen breff gegeuen de geueſtent is mit uſeme ingeſegele na den iahren dar gott geboren wart duſent iar dreihundert iar in den funfften iahre.

*) Salinæ tor Höllen ad Leinam.

CCCCXXIV.

Conradus de Warmeſtorp renunciat iuri ſuo in dimidiam decimam proveniente in campis villæ Adenſtede 1326.

Ex autographo.

Jch . . *Conrade von Warmeſtorp* knecht bekenne in deſſem ophenen brebe. dat ich habe vorkoft dem erenberen rittere. hern *Aſcwine von deme Steynberghe* unt ſinen rechten eruen redelichen unt rechtlichen den halben czenden tzo *Adenſtede* unt ſende in up *den edelen greuen* minen herren *von Waldenberc* in deſſem openen brebe mit deſſem undeſcede uf ſe denſelben halben tzenden demſelben hern *Aſcwine* unt ſinen eruen lenen tzo eynen rechten lene. went ich owch dar ſelben von liueſ not nicht czo komme ne mochte ſo ſende ich in owch up bi tzwen iren mannen hern *daniele* unt hern *Heinriche von Weſterhoue* de czo eyner betzughinge mit mich deſſen brep mit eren inghefeghelen beſeghelet dit

is

is gheſchen na Ghoddes bort duſent drehundert iar in deme ſex unt zwinteghe-ſten iare in deme heylighen daghe ſent iuregen.

Sigilla ſunt illæſa. Sigillum Danielis de Weſterhove vide in Tabula IX. num. 8.

CCCCXXV.

Infeudant Holtgrevii Henricum Idenzen a. 1332.

Ex autographo, quod etiam eſt in manibus ipſius editoris.

Nos *Thidericus miles dictus Zoltgreue* Junior et *Zenricus filius eius* recognoſcimus preſenti littera, noſtris ſigillis munita, quod *Zinrico* dicto *de Idenzen* ciui in Zonouere et vxori eius ac ipſorum veris heredibus curiam cum tribus manſis *oſtermuncle* ſitis cum omni iure et utilitate tam ipſa villa quam extra villam pro quinquaginta marcis bremeñ argenti cum conſenſu et voluntate heredum noſtrorum vendidimus et iure contulimus pheodali, dictus quoq; *hinricus* et vxor ſua ac ipſorum *veres* (ita legitur in membrana) heredes nobis dederunt hanc gratiam. quod ipſam curiam et manſos pro dicta pecunia reemere potuerimus quandocunq;. voluerimus ipſo feſto pentecoſtes ſi modo dictum *Zinricum* et vxorem quam ac ipſorum heredes in anni auſpicio preſcire faciamus. promiſimus quoq;. eis fide data et preſentibus communicata manu promittimus quod dictarum curiarum et manſorum predictorum eis veram preſtare voluimus warandiam vbicunq;. ipſis neceſſe fuerit et quandocunq;. fuerimus requiſiti. Datum anno domini M CCC XXXII.

Nota. Appendent duo ſigilla cerea triangularis formæ, in quorum medio clypeus, et in clypeo tignus, et in tigno tredecim globuli conſpiciuntur. In circumferentia ſcriptum eſt: ✠ S. THIDERICI HOLTGREVE. ✠ S. HINRICI HOLTGREVE.

CCCCXXVI.

Diploma Diderici, Johannis & Bertoldi de Ilten, quo vendunt decimam villæ Emplede dominis de Sode ad annum 1332.

Ex autographo, quod eſt in manibus editoris.

We *diderik Johan* vnde *hertold brodere* gheheten *van Iltene* knechte bekennet in deſſem breue de gheueſtenet is mit vſen Jngheſeghelen dat we mit vulbort al uſer eruen de ot antreden mach. hebbet vorkoft den gancen Thegheden to *Emplede* to eneme rechten kope mit alleme rechte vnde nvt, *Johanne vanme Sode* vnde *Zannẽ* ſiner huſvrowen, *Diderike* vnn *Zilbrande* ſinen broderen borgheren to *Zonover* vnn oren eruen aldus„ dat we ſchullen ſe to deme negheſten to komenden Lechtmiſſen in dat ghvt ſetten alſo dat ſe dar an bewaret ſin vnde vaſte dar an ſitten vnde lenen on vnde weme ſe ot hebben willet dat ghvt mit alleme rechte vnde nvt, binnen dorpe vnde buten dorpe, vnde mit allen dinghen de dar van rechte to horet, to eneme rechten erue ewichliken to beſittende vnde ſcullen des ghvdes ore rechte warent weſen vor allerhande anſprake *eruetales* wor vñ wodicke ſe des bedoruet vnde van vs eſſchet, alle deſſe vorbeſcreuenen dingc loue we on entruwen in deſſer ſcrift mit ſamender hant vaſte vñ vmbrekeliken to holtende, vortmer we *Zenrik van beuelte, Jordan van Iltene, Johan van Zarboldeſſen* hern *bertrammes ſone* de iungheren, *Johan van Sledinghe, Euert* hern *Johanes broder van alten, Johan van Alten, Bruninge van Alten,* vnde *Diderik Leuwenröde* knechte bekennet in deſſem breue vnder vſen ingheſeghelen, dat we hebbet ghelouet vnde louet mit ſamender hant entruwen in deſſer ſcrift den vorbenomden borgheren vnde oren eruen aldus, weret dat ſe in deſſen vorbeſcreuenen dinghen ieneghen broke leden vnde we dar vmme ghemanet worden, ſo ſcolde we

we binnen verteyn nachten na der maninghe in de *olden Stad* to *Honovere* inkomen intolicgkhende vñ van dennen nicht to benachtende de broke de ne were on ganſliken er vullet eder ot ne were in orer leue, Deſſe bref is ghegheuen na goddes bort, duſent vnde drehvndert jar in deme twe vnde dritteghesten jare in der Hochtit to paſchen.

Appendent XI Sigilla.

CCCCXXVII.

Fundatio altaris in eccleſia monaſterii Lamſpringe Hildeſheimenſis dioeceſeos, profecta a Burchardo de Steinberg anno 1335.

Ex autographo.

Omnibus audituris hanc litteram vel viſuris. Dei miſeratione. *Herbordus prepoſitus Johanna prioriſſa.* Totumq;. collegium monaſterii *Lammeſpringh* ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Notum eſſe volumus quod honeſtus vir *Borchardus de Stenberghe* armiger ad honorem dei et pro remedio anime ſue. et *elyzabeth* vxoris ſue. pro animabus quoq;. patris ſui *Henrici* et *alheydis* matris ſue. altare glorioſe virginis marie in eccleſia noſtra infra chorum dominorum conſtructum propriis bonis ſuis videl. quatuor manſis in *breynem.* et areis que ad bona pertinent ante dicta ibidem ſitis dotauit. nichilominus annuens et placida voluntate concedens ut bonorum fructus pariter predictorum que in dotem predicti altaris legauit ad inſtaurationem officii pelliciorum collegii noſtrarum poſſimus conuertere dominarum. ob huius igitur pietatis affectum quem memoratum *borchardum* ad monaſterium et conuentum noſtrum habere tanta piorum operum exhibicione probamus Statuimus et ad hoc nos et monaſterium noſtrum preſentibus obligamus ut in predicto altari quatuor miſſas ſpeciales videlicet vnam de beata maria. vnam de patronis eccleſie duasq;. pro defunctis pro ſalute animarum patris et matris ſue predictorum pro anima quoq;. ipſius et vxoris ſue predicte et poſterorum ſuorum in qualibet ſeptimana celebrari iugiter faciamus. volentes et fideliter promittentes quemlibet monaſterii noſtri prepoſitum ſiue priorem dictarum celebrationem miſſarum debere per diſcretum ſacerdotem perpetuis obſeruare temporibus. et de predicto pelliciorum officio cui bona addita ſunt predicta noſtri collegii duabus quolibet anno in feſto beati martini de pellibus agninis triginta pellitia miniſtrare. vt autem hec rata permaneant et inuiolabiliter obſeruentur preſentem litteram inde conſcribi et ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus communiri. Actum et datum anno domini. M. CCC. XXXV. die beate katarine virginis.

Confer C. B. Behrens *genealogiſche vorſtellung derer von Steinberg* in den Beilagen p. 9.

CCCCXXVIII.

Haversvordii vendunt Hakiis bona 1337.

Nos *Arnoldus de Hauerſuorde* domini *Brunonis de Hauerſuorde* *) militis filius ac *Bruno Arnoldi filius* nec non *fredericus* et *Arnoldus* fratres domini *Arnoldi de Hauerſuorde* militis filii recognoſcimus omnibus audituris preſentia ſeu viſuris quod cum bona voluntate vxoris legitime *Arnoldi* domini *Brunonis filii* predicti et pleno conſenſu omnium noſtrorum verorum heredum quorum conſenſus ad hoc neceſſario fuerit requirendus vendidimus iuſto titulo et vendimus per preſentes *Arnoldo* dicto *Haken* et ſuis veris heredibus et ad manus ipſorum fidas *Thiderico Haken* fratri ſuo et ſuis veris heredibus inferiorem noſtram curiam et vnam caſam que kote dicitur in villa *Beueren* ſitas cum omni utilitate et uſufructu ad ipſas tam in villa quam extra villam pertinentibus videlicet campis ſiluis paſcuis atq;. pratis pro ſedecim marcis cum dimidio floreno puri argenti Bodenwerderenſis ponderis et valoris in hunc modum predictam curiam atq;. caſam non prius niſi infra feſta ſcilicet beati michaelis archangeli et beati martini proxime ſequens feſtum michaelis proxime affuturum ultimum ad annum reemere debemus pro pecunia pretaxata quam ipſam in *Bodenwerdere* perſoluere volumus et debemus. ſi autem illam reemptionem in predicto tempore negligentes extituri ſumus et tunc

tunc infra quindenam proximam poſtquam *Arnoldus Zake* aut ſui heredes predicti hoc a nobis poſtulauerint ante cum ipſis equitabimus ad reuerendum dominum noſtrum *abbatem eccleſie Corbeyenſis* cui predicta bona ad manus *Arnoldi Zaken* iam dicti et ſuorum heredum verorum predictorum reſignabimus, ordinantes hoc cum dicto domino noſtro quod *Arnoldum Zaken* et ſuos heredes ſepe dictos inpheodare debet cum bonis omnibus ſupra ſcriptis que ipſi et tunc iure hereditario perpetuo poſſidebunt. Zec omnia et ſingula ipſis fide data promittimus et in hiis ſcriptis promiſimus per appenſionem ſigillorum noſtrorum inuiolabiliter obſeruare. Datum anno domini M CCC XXX VII. feria VI ante feſtum palmarum.

Appendent quatuor Sigilla.

*) Nunc villa Haſper prope Hameliam & Viſurgim, ubi Kipiorum ſedes.

CCCCXXIX.

Ego *Johannes Symonnich de Groten Richlinghe* recognoſco preſenti littera, ſub ſigillis huic littere appenſis quod *Zeinrico de Ydenſen* ciui in *Zonouere* et vxori ſue, ac ipſorum veris heredibus curiam meam et omnia mea bona in eadem *Richlinghe* ſitas cum omni iure et vtilitate tam in villa quam extra villam cum conſenſu vxoris mee, et heredum meorum ac patroni mei *Johannis filii* quondam domini *Zenrici de Wetberghe* militis pro ſeptuaginta quatuor marcis bremeñ. argenti vendidi et reſignans renuntiaui manibus et lingwa, eiſdem bonis coram conſulibus ciuitatis *Zonouere* ac patrono meo *Johanne* predicto, nec non terre ibidem iudice tali forma quod ego et idem meus patronus ac vxor mea nec non noſtri heredes, eadem bona poſt annum nunc primitus inſtantem in feſto natiuitatis domini noſtri reemere poterimus quandocunq;. voluerimus pro pecunia memorata, ceterum ego *Margareta* vxor predicti *Johannis Symonnich* recognoſco ſub ſigillis preſenti littere appenſis honeſtorum famulorum in hac littera conſcriptorum, quod renuntiaui manibus et lingwa, coram conſulibus predictis, et patrono meo, ac iudice terre, dotalitio meo quod liſgheding dicitur, ac omni alii iuri quod in eiſdem bonis more dominarum poſſem habere vel aliquatenus poſſidere, itemq;. ego *Johannes de Wetberghe* predictus recognoſco in preſentibus meo ſigillo munitis quod reſignatio et renuntiationes prefate bonorum ſupra dictorum coram me et cum meo mandato conſenſu facte ſunt, ac ea bona predicto Zenrico et ſue vxori, ac ipſorum heredibus iure contuli pheodali, volensq;. inſuper ipſis eorundem bonorum veram et firmam cum Johanne Symonnich predicto, preſtare warandiam vbicunq;. eis neceſſe fuerit vel quandocunq;. primum fuero requiſitus, promitto eis nihilominus quod prefata bona ante feſtum paſche nunc primitus aduenientes cum a me poſtulauerint volo cum conſenſu fratrum meorum Reuerendo domino meo, ac patri in Chriſto, domino - - *mindenſi epiſcopo* reſignare et cum eo ordinare, fideliterq;. circa eum plurimum laborare quod prehabita bona Zenrico ſepe dicto et vxori ſue, eorumq;. veris heredibus pheode conferantur hec omnia et ſingula promiſi fide data et in preſentibus promitto eidem Zenrico, I. et ſue vxori, ipſorumq;. heredibus firmiter et inuiolabiliter obſeruare, preterea nos Johannes filius quondam domini *Bertrammi* militis *de Zarbekeſſen iunioris*, *Johannes* et *bruninghus* dicti *de Alten*, ac *Borchardus de Wetbberghe* famuli recognoſcimus quod ſepe memorato Zenrico et vxori ſue ac ipſorum veris heredibus data fide communicata manu promiſimus et per preſentes ſub ſigillis noſtris promittimus ut ſi in premiſſis uel premiſſorum aliquo defectum aliquem ſuſtinuerint et nos primum moniti fuerimus ex tunc infra quindenam proximam antiquam ciuitatem *Zonouere* ad iacendum intrabimus ibidem non pernoctaturi niſi defectu tali ſuppleto uel niſi ipſorum fuerit voluntatis. Datum anno domini M. CCC. XXXVI. in die beati Thome apoſtoli.

Appendent quinque Sigilla autographo, quod eſt in manibus editoris.

CCCCXXX.

Litteræ Thiderici Holtgreve militis, in quibus vendit anno 1338 Henrico de Idenſen tres manſos in Oſtermunſle villa, hodie dicta Oſtermunzel in ducatu Calenbergico.

Ex autographo, quod iam poſſidet editor.

Nos *Thidericus miles* dictus *iunior Holtgreue*, et *Henricus* famulus filius eius recognoſcimus preſenti littera ſigillis noſtris munita quod *Henrico* dicto *de Idenſen* ciui in *Honouere* et ſue vxori, eorumq;. veris heredibus curiam vnam trium manſorum *Oſtermunſle* ſitam cum omni iure et vtilitate tam in villa quam extra villam cum conſenſu domine *Mechtildis* vxoris mei *Thiderici*, militis predicti et omnium heredum meorum pro Sexaginta marcis bremeñ argenti vendidimus et iure pheodali contulimus perpetuo poſſidendam, volumus etiam eiuſdem curie et manſorum eis veram preſtare warandiam vbicunq;. ipſis neceſſe fuerit et quandocunq;. perinde fuerimus requiſiti, hec omnia et ſingula fide data manu communicata promiſimus et preſentibus promittimus eiſdem ſcilicet *Henrico* et ſue vxori, eorumq;. veris heredibus predictis inuiolabiliter obſeruanda, preterea nos *Bertoldus de Landeſberghe*, *Hartbertus* et *Conradus* fratres *filii* quondam domini *Hartberti* militis dicti *de Mandeſlo* et *Santerus Schele* filius quondam *Hartmanni Schelen*, famuli recognoſcimus, quod predicto *Henrico de Idenſen*, et ſue vxori eorumq;. veris heredibus data fide communicata manu promiſimus et preſentibus ſub ſigillis noſtris promittimus ut ſi in premiſſis defectum aliquem ſuſtinuerint et nos proinde moniti fuerimus ex tunc infra quindenam proximam antiquam ciuitatem *Honouere* ad iacendum intrabimus inde non pernoctaturi niſi defecto tali ſuppleto uel niſi ipſorum fuerit voluntatis. Similiter fideiubemus pro illo quod predicta domina *Mechtildis* nullum Lifghedinghe uel nullum aliud ius in bonis debet extorquere uel querere prenominatis. Datum anno domini M. CCC. XXX VIII. dominica palmarum.

Appendent ſex Sigilla.

CCCCXXXI.

Litteræ Ottonis ducis in Brunſwich, quibus confert ſex manſos in campis villæ Breynum, hodie dicta Breimen ſub præfectura Winzenburg in Hildeſheimenſi epiſcopatu uxori Gherardi de Vreden anno 1341.

Ex autographo.

Ad noticiam omnium volumus peruenire. quod Nos dei gratia *Otto dux in Brunſwich.* ſex manſos in campis ville *Breynum* ſitos. cum ſuis pertinentiis in campis et in villa cum iuribus vniuerſis contulimus preſentibus et conferimus *Rickardi Gherardi de Vreden* famuli legitime conthorali ad tempora vite ſue nomine dotalicii poſſidenda et habenda pacifice et quiete. Jn euidens huius teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum ſub anno domini M. CCC. XL primo. frā quinta ante diem Symonis et Jude apoſtolorum beatorum.

Sigillum ducis Ottonis vide in Tabula IX. num. 5.

CCCCXXXII.

Oppignoratur civi de Idenſen bonum in Graveſtorpe 1342.

Ego Heyſeco dictus de Hupede Recognoſco preſenti littera ſigillo meo munita quod *Henrico* dicto *de Idenſen* ciui in *Honovere* et vxori eius ac ipſorum veris heredibus pratum vnum dictum Reynoldinghe camp cum omni iure et vtilitate *Graueſtorpe* a) ſitum pro ſex marcis breñargenti cum conſenſu vxoris mee et heredum meorum vendidi tali forma quod ego et vxor mea ac mei heredes preſcriptum pratum poſt tres annos nunc proximos pro dicta pecunia ree-

reemere poterimus quandocunq;. voluerimus in festo pentecostes dummodo predictum Henricum et vxorem suam ac ipsorum heredes in septimana paschali prescire faciamus. id ipsum arbitrium prefatus Henricus et vxor sua ac ipsorum heredes habebunt si prescriptam pecuniam voluerint rehabere, promitto eis eciam fide data quod prescripti prati ipsis veram prestare volo warandiam vbicunq;. eis necesse fuerit, et quandocunq;. fuerimus requisiti. Datum anno domini M. CCC. XLII. feria tercia añ festum pentecostes.

Sigillum est fractum.

a) Grastorp, villa præfecturæ Koldingen ad fl. Leinam.

CCCCXXXIII.

Comites Hallermundenses infeudant Hakios a. 1343. bonis ad Volksen sitis.

We *greue Gherd* unde iuncher *Henrich* van der gnade godes *van Halremunt* betughet uñ bekennet openbarliken in desseme openen breue de bezegheliet is mit unsen inghezeghelen dat we de erlicken brodere *diedericke* uñ *Arnolde* genohmet *haken* knapen belehnet hebben to rechteme lene unde to rechteme erbe mit einem houe unde mit ver houen beleghen to *Volckersen* b) mit alleme rechte unde mit aller schlachte nut de dar . . . . . werden mach to deme suluen ghode alsó ot beleghen is in deme dorpe unde buten deme dorpe unde willet on des lenes bekennen wor unde wanne on des nod unde behou is. desser ding to einem vasten betughnisse hebbe we use ingezeghele ghehenget to desseme ieghenwardigen breue. dessen breu de is ghegheuen na godes bord dusent iar uñ drehundert iar in deme dre unde verteghisten iare, in sunte marcusses daghe des hilligen euangelisten.

b) Villa Volksen in præfectura Sesen iuxta oppidum Bokenum.

CCCCXXXIV.

Bernhardus, Hildesheimensis episcopus, confirmat coenobium Amelunxbornense anno 1141.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Bernhardus* dei gratia ecclesie *Hildensemeñ.* episcopus. Notum sit omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus qualiter *Sigefridus comes* cenobium monastico ordini in *Amelungesborne* construxerit eiq;. de hereditate sua quantum illi dominus inspirare dignatus est delegauerit. Sed quia idem monasterium in episcopatus nostri dyoceси situm est abbas eiusdem loci *Heinricus* tuitionem nostre auctoritatis expetiit quatinus seruitores Christi in eo loco ab omni impedimento mundane infestationis liberi cum pace et misericordia quieta tempora ducant. cuius petitioni ut equum erat benigne adnuentes. locum et omnia eidem collata siue in posterum conferenda banni nostri auctoritate firmauimus et in testimonium eiusdem firmationis cartam hanc conscribi facientes sigillo nostro insigniuimus. Et quia nostri officii est piorum studiis concurrere. in augmentum presentis consolationis ipsi cenobio decimam eiusdem loci contulimus absolutam a iure ecclesie nostre. in *Eschereshusen* aliquatorum mansorum in *Odeberge* restitutione. Si quis autem hec temerario ausu presumpserit inuadere. a sorte viuentium auulsus anathemate perpetue feriatur. Testes sunt huius actionis *Burchardus prepositus de monte sancti Mauricii. Bruno* et *Albuinus* et item *Bruno* canonici sancte Marie. *Marcolphus* decanus et *Reinimarus* canonici de monte sancti Mauricii. *Willehelmus. Lambertus* canonici sancte crucis. *Ludolfus. Heremannus. Lambertus* capellani. *Echertus camerarius. Arnoldus Eytzo. Echertus. Cono. Wicel. Rodinger. Odelricus* ministeriales nostri et alii plures. Data in *Hildeneshem* anno dominice incarñ. M C XXXXI. indict. IIII. quarto idus maii.

CCCCXXXV.

Otto IV imperator ecclesiam sancti Jacobi in Osterode confirmat anno 1218.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis dei gratia Otto romanorum quartus imperator et semper augustus. quia diuine dispensationis prouidentia ad hoc honorem imperatorie maiestatis sublimauit ut quanta erga nos sua exhibuerat beneficia tanto gratius nostra sibi seruitus sit deuota. Uniuersis Christi fidelibus clericis et laicis presentibus et futuris notum esse uolumus quod nos ecclesiam sancte Marie uirginis sanctiq. Iacobi in *Osterrode* in fundo hereditatis nostre constructam perhenne tuitionis nostre monumentum cum omnibus que nunc possidet uel in futurum de bonis imperii & aliis bonis iuste & rationabiliter habitura est benigne suscepimus & eidem ecclesie diuine clementie respectu *aduocatiam* nostram benigne contulimus ut nullus eam *comes* siue *uicecomes uel aduocatus* subaduocatus seu aliqua secularis persona aliquo ausu inquietare presumat. Et ut hec nostre largitionis auctoritas firma & inconuulsa habeatur & inuiolabilis perseueret presentem paginam cum sigilli nostri impressione & idoneorum testium subscriptione fecimus insigniri. huius rei testes sunt *Barnardus de Dorstat. Gunzelinus imperialis aule dapifer. Conradus de Wilre. Basilius de Osterode. Otrauerus de Harlesheborch. Herwicus de Uttensem. Herwicus de Scouwen* et alii multi.

Acta sunt hec anno incarnationis domini M. CC. XVIII. anno regni nostri XVIII. imperii VIII. datum Goslr. Kal. maii ind. V.

CCCCXXXVI.

Conradus nobilis dominus de Werberghe parochis quibusdam dat securitatem omnium bonorum suorum a. 1326.

E membrana.

Nos *Conradus* famulus *nobilis* dictus *de Werberghe* uniuersis presentia visuris vel audituris recognoscimus publice protestantes. quod nos cum bona voluntate omnium fratrum nostrorum et cum consensu unanimi omnium nostrorum heredum damus plebanis in *Magno Kisselue* et in *Magno Vrelstede* et in *Woldestorp* et in *Rodhe* post eorum mortem securitatem omnium bonorum suorum. ita. quod nos dotes eorum non priuemus. neq. aliquis de nostra familia predictos sacerdotes post eorum obitum in oblatione bonorum suorum nullatenus aggrauet nec perturbet. sed prefati plebani adhuc in carne viuentes intromittant se de bonis defuncti et prout eorum discretioni videbitur expedire. pro hac vero gratia prenominati plebani se proprio motu adstrinxerunt. quod singulis annis anniuersarium nostrum et omnium parentum nostrorum peragant cum solempnitate vigiliarum et missarum et aliorum diuinorum. Vt autem huiusmodi gratia a nobis et nostris heredibus inuiolabiliter obseruetur presentem literam nostro sigillo duximus roborandam. Testes huius rei sunt *Thidericus Kappe. Hermannus* patruus suus et *Hermannus* filius eius. *Bertoldus* et *Conradus Konemannus* et *Godefridus* fratres dicti *Busekessen. Bertoldus de Nendorp.* Jordanus *de Woldestorp. Sesarius de Bodenrodhe. Nicolaus Kroppenstede. Arnoldus Borchgreue* et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXVI. in vigilia beati Bartolomei in quo die si dominis placuerit anniuersarius peragetur.

CCCCXXXVII.

Milites, de Soltdalem dicti, vendunt a. 1305. agros xenodochio Brunsuicensi.

Nouerint uniuersi presentium inspectores, quod nos Hermannus miles dictus *de Soltdalem* et *Eylhardus* ac *Baldewinus* dictus *de harlingebereche* promisimus fide data communi manu et in solidum procuratoribus hospitalis sancte Marie in *Brunswich* pro *Fredherico* amico nostro et fratre predicti *Eylhardi.* ut idem *Fredhericus*, cum ad partes *Saxonie* venerit, eandem venditionem et emptionem, quam fecimus maturo consilio in quatuor mansis sitis in *Adenem* *) et in duobus man-

manſis ſitis in campis ville *Oſterbiwende* ratam et inconuulſam obſeruare hoſpitali ſancte Marie in *Bruneſwich* cum omni iure et utilitate perpetuo poſſidendis, et renunciare omni iuri, quod ſibi competebat in eiſdem bonis vel competere poterit in futuro ac ſimiliter reſignare debeat predictos manſos inclito domino noſtro *duci Alberto de Bruneſwich*, ſicut nos libere reſignauimus, quandocunq;. ab ipſo *Fredherico* vel a nobis ex parte predicti hoſpitalis fuerit requiſitum. Ad hec omnia premiſſa obligamus nos præſentibus unico ſigillo roboratis, cum nos *Eylhardus* et *Baldewinus* ſigillis careamus, predictæ domui firmiter obſeruanda. Datum anno domini M. CCC. quinto in die beati marcelli pape et martiris.

*) Ahlem, præfecturæ Salzdalem locus prope Wolferbuttelam, alias *Odenhem*.

CCCCXXXVIII.

Albertus, marchio, tradit 1160. monaſterio Hilleſloue villam Slaatiz in terra Balſamorum.

E vetuſto Diplomatario monaſterii Groningenſis.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ omnibuſ uniuerſaliſ eccleſie fidelibuſ in perpetuum. Ego *Adelbertuſ* diuina cooperante clementia *marchio* tam futurorum quam preſentium ob precauendaſ execrande auaritie fallaciaſ notum eſſe cupio ſancte uniuerſitati fidelium qualiter allodium quoddam quod emi in *balſamiſ* uillam uidel. *Slaatiz* cum ſuiſ appendiciiſ et debitiſ redditibuſ ſiluiſ pratiſ paſcuiſ aquarumue decurſibuſ una cum *filio meo Ottone marchione* cuiuſ poteſtati ſubiacet ceterorumq;. heredum meorum pari conſenſu ſancto Laurentio in *Hilleſloue* et bone memorie *Irminhardo abbati* ad perpetuaſ inibi deo ſeruientium uſuſ contradi et tam nobilium quam miniſterialium meorum ſtabili teſtimonio et ueraci confirmatione nec non ſigilli mei impreſſione corroborari precepi. Ad huiuſ igitur confirmationem tam nobilium quam aliorum fidelium nomina adſcribi uolui quatinuſ omnimoda preſentium tollatur obliuio et futurorum fraudulenta ceſſet oblocutio quorum hec ſunt nomina. *Odelricuſ halberſtadeñ epiſcopuſ. Walo hauelbergeñ. epiſcopuſ. Conraduſ camerariuſ. Rodolfuſ uice dominuſ. Hermannuſ* et *Gero* canonici. *Gerarduſ* prepoſituſ maior eccleſie Magdeburgeñ. *Haceko* decanuſ. *Ludowicuſ* canonicuſ. *Burchharduſ comeſ de Valkenſten. Werneruſ comeſ de Veltem* cum filio ſuo *Adelberto. Criſtianuſ comeſ de Gardenleue. Theodoricuſ aduocatuſ. Theodoricuſ de Angeren. Badericuſ Bruno* et *Adolfuſ de Gerſloue. Otto de Bardenleue. Euerharduſ* et *Hermannuſ de Ploceke* cum ceteriſ fidelibuſ. Si quiſ igitur deinceps quod abſit futurorum uel preſentium hec confirmationiſ noſtre ſcripta temere infringere temptauerit uel exiguum hoc oblationiſ noſtre munuſculum ab eccleſia prefati martiriſ beati Laurentii tollere preſumpſerit. nouerit ſe noſtro rogatu ab epiſcopo *Odelrico* cuiuſ auctoritati ſubiacet perpetuo damnatum anathemate ireq;. dei omnipotentiſ et uindicte ſanctorum omnium irreuocabiliter tam diu obligatum ſubiacere quouſq;. preſumptioniſ ſue reatum cognoſcat et omni potenti deo prefateq;. congregationi digne ſatiſſaciat.

Data anno dominice incarnationiſ M. C. LX. indict. VIII. Actum *Euendorp* XV. Kal. Februarii in dei nomine feliciter amen.

CCCCXXXIX.

Henricus, Dux Saxoniæ, Dominus Brunſuici, a. 1221. confert eccleſiam Elmensburgenſem ordini Mariano Teutonico.

Ex autographo.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. HENRICVS dei gratia *Dux Saxonie et Comes Palatinus Rhenenſis*. Quum facta temporalia temporalem ſequuntur exitum, teſtimonio debent fulciri teſtium, et literarum munimine roborari. Notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris omnibus Chriſti fidelibus, quod nos *eccleſiam de Elmensborch* a) cum omnibus attinentibus *domui teutonicorum* contulimus in honorem beate et religioſe virginis Marie pro ſalute et remedio

omnium peccatorum noſtrorum. Et ut hec collatio ſemper firma maneat et inconvulſa, hanc cartam inde conſcriptam ſigillo noſtrarum litterarum et earundem teſtimonio fecimus communiri. Affuerunt et huic facto teſtes idonei et veraces tam *nobiles* quam noſtri *miniſteriales*. Bernardus de *Dorſtat*, Wilkinus Marſcalcus, b) Jordanus Dapifer. Ludewic de *Blankenborg*, Baldwinus de *Wendhuſen*, Baldwinus frater Dapiferi, Woltherus de *Ganderheimb*, Lippoldus de *Doren*, Lippoldus de *Hürtzperch*, Gerardus de *Guſtede*, Widekindus de *Derſem*, Dittmarus de *Vlogelinge*, Godefridus Advocatus, *Harnth* de *Wreſtede*, Johannes *Holtappel*. Acta ſunt apud Brunswic anno dominice incarnationis 1221. indictione octava concurrente quarta decima Epacta, ſolis cycli 6. Dat. per manum Johannis Notarii Ducis Saxonie.

a) Caſtellum vetus in extremis ſilvæ Elm ſupra pagum Twiflingen haud procul Scheninga. Rudera hoc ſæculo ſunt diſſipata. Ordo Marianus teutonicus, nominatim Commendator Luckenemenſis, loci uſum in beneficium ſeu feudum tradidit Gen. dynaſtis, de Köhler cognominatis.

b) Marſcalcus Willikinus erat Iordani dapiferi frater. Huius vero Iordani frater erat Baldewinus. Baldewini tunc floruerunt duo, unus *nobilis* de Blankenburg & alter nobilis vir de *Herzberg*, ad Herciniæ radices Oſterodam inter & Northuſam caſtro. Alius Baldewinus erat advocatus in Dalem, ſeu Voigtsdalem. Woltherus fuit advocatus caſtri Gandersheim & multorum prædiorum poſſeſſor. *Doren* locus eſt prope Hannoveram. *Guſtede* locus exſtat prope Salinas Gitterenſes in præfectura Libenburgi Hildeneshemenſi. *Derſem* eſt locus Darſſem in Principatu Halberſtadenſi. Baldewinus indicio eſt, Iordanum fuiſſe dominum, dictum de Kampe.

CCCXL.

Heinricus rex monaſterium Heiningenſe confirmat anno 1013.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ *Heinricuſ* diuina fauente clementia rex: Quia perpetuo ſancitum eſſe nouimuſ eccleſiaſ dicti cum perſoniſ cooptatiſ tueri & ſublimare regnum quoq;. noſtrum monarchicum dicti miſericordia iugiter conſeruandum totaliter immuniri & perſeuerare liqu& ſupradictiſ iugiter ſatisfacere non piget. cunctiſ noſtriſ fidelibuſ ſancte quoq;. eccleſie filiiſ preſentib. ſcil. & futuriſ notum eſſe uolumuſ. Qualiter ingenua femina quedam *Hildeſuuid* nomine & filia ſua *alburgiſ* diuina protectione ammonite predium quod poſſiderunt in hiſ lociſ *Heiningi. Flati. Aedel. Bedingeroth. Hadel. Biriſlac. Aderſledi. Quenſledi. Riſledi. Thidrikingeroth. Ailrendingeroth* Chriſto & ſancte Marie ſanctoq;. petro & dicti eccleſie in oppido *Heiningin* dicto ſuper ripam fluuii Ouacre conſtituto *in pago Haſtuala* iure hereditario tradiderunt. eo uidelicet tenore ut in uſuſ ſanctimonialium inibi domno ſeruientium perſiſterent. Unde ueñ. ſancte *hildenſemenſiſ* eccleſie epiſcopuſ *Beruuarduſ* cum dominabuſ duabuſ preſcriptiſ ad anteceſſorem noſtrum felicis & bone memorie *tercium Ottonem* ceſarem uenienſ humillime precabatur ut predictum oppidum futurum iamq;. monaſterium cum appendiciiſ quibuſcunq;. ad hoc pertinentibuſ ſub tuitionem & mundiburdium regale regaliter reciperet quo ſanctimonialeſ feminę cum prefato epiſcopo in cuiuſ parochia coenobium illud ſitum eſt liberam haberent facultatem electioniſ inter ſe facere ſi taliſ ineſſet perſona que earundem preſuli condigna uideretur ſiue aliunde infra eiuſdem epiſcopi terminoſ ſicubi inueniretur. aduocationem pariter & ſimilia queq;. eiſ neceſſaria omnia cum conſenſu epiſcopi & uoto ut ſibi licitum eſſet diſponere impetranteſ obtinebant. Nunc ergo qua diuina miſericordia noſ imperare decreuit ad noſtram celſitudinem recurrenteſ coenobium illud eiuſq;. doteſ ſeu quaſcunq;. facultateſ ut ſub noſtram tuitionem & immunitatem iuxta ordinem premiſſum recipiamuſ flagranteſ inhiant. Quorum petitionibuſ quia iuſtaſ ſcimuſ aſſenſum prebemuſ & huiuſ auctoritate confirmare uolumuſ. precipienteſ ergo iubemuſ ut nulluſ iudex publicuſ uel iudiciaria quelib& poteſtaſ nec aliquiſ ſancte dei eccleſie ſeu noſtri fideliſ loca uel agroſ ſeu reliquaſ poſſeſſioneſ quaſ modeſno tempore prenominata eccleſia iuſte & rationabiliter poſſidere uidetur in pagiſ quibuſcunq;. uel territoriiſ quidquid &iam dein-

deincepſ propter diuinum amorem ibidem conlatum fuerit ad cauſaſ audiendaſ uel freda exigenda ſeu manſioneſ uel parataſ faciendaſ aut fideiuſſoreſ tollendoſ aut hominеſ ipſiuſ loci tam ingenuoſ quam & ſeruoſ iniuſte diſtringendoſ uel ullaſ reditioneſ aut illicitaſ occaſioneſ requirendaſ ulloq;. unquam tempore irrumpere ſeu moleſtare preſumat ſed liceat congregationi predicte tranquillitate congrua reſidere & pro nobiſ & coniuge prole quoq;. regia noſtriq;. totiuſ imperii diuinituſ conlati & iugitur conſeruandi diuiniſ ſepiuſ inuigilare. & ne quiſ ſupergrediatur auctoritatiſ iſthec donatiua ſiue infringere a modo preualeat ſcriptiſ confirmamuſ iſtiſ manu quippe ſubſcribenteſ propria ſigillo noſtro inſigniri iuſſimuſ

Signum Henrici regiſ inuictiſſimi.

Guntheruſ cancellariuſ uice Erchambaldi archicapellani recognoui.

(L. S.)

Indict. XI. anno dominicę incarnationiſ M XIII. anno u domni Heinrici Secundi XI. Actum *uuerla* feliciter Amen.

CCCCXLI.

Lodewicus Ep. Mindenſis abſolvit a banno eccleſiaſtico Ebingehuſanos fratres, Albertum et Henricum 1344 feria quarta poſt dominicam Quaſimodogeniti. Abſolutioni ſimul ſeſe adiunxit Gherhardus Decanus, qui Lodewico, Ottonis Strenui, Ducis Luneburgici, filio poſtea in Epiſcopatu ſucceſſit.

Sigillum Lodewici Epiſcopi habet *Tab.* IX, n. 9.
Sigillum Gerardi Decani exhibet *Tab.* IX, n. 10.

CCCCXLII.

Johannes, Henricus & Bruningus, fratres dicti de Wetberghe, famuli, promittunt Iohanni Grudere & Iohanni de Ydenſen, civibus *in Honovere*, ſolutionem trium marcarum puri argenti ad feſtum Simonis & Judæ proximum. Spondent Engelbertus de *Lente*, Conradus de *Alten*, et Euchardus, filius Volcmari quondam dicti de Alten, ſe alioquin ius obſtagii in urbe *Honovere* exercituros. 1347.

Sigilla Henrici de Wetberge & Engelberti de Lente exhibentur in *Tab.* IX, n. 11. 12.

CCCCXLIII.

Aſchwinus et Henningus, Aſchwini filii, de *Stenberghe*, commorantes in *Bodenborgh* componunt lites cum cognatis Borchardo de *Stenberghe* huiusque filiis, Borchardo, Aſchwino, & Cortio. Teſtes Hermannus de Stenberghe, milites Cord de Stenberghe, Hans de *Oldwerdeshuſen*, Henricus de *Walmeden* & Hans *Hoyen*, Lippoldi filius. 1460, III dominica quadrageſimali.

Sigillum Aſchwini de Steinberg offert *Tabula* X, n. 2.
Hermanni de Steinberg n. 3.
Iohannis de Oldershuſen n. 4.
Henrici de Walmeden n. 5.

CCCCXLIV.

Magnus, Epiſcopus Hildenſemenſis, facultatem concedit Beatæ Swarten oppignorandi decimam Storingenſem *) ad preces Henningi de Steynberghe, & Aſchwini atque Henningi, ex Henningi prioris fratre nepotum, 1427 die Iohannis Bapt.

Sigillum Magni refert *Tabula* X, n. 6.

*) Villa *Storinghe* eſt præfecturæ Woldenbergicæ epiſcopalis Hildenſemenſis locus.

CCCCXLV.

Henricus de Wenden, Sifridi filius, famulus infeudat Hermannum Mutzele cenſu molendini (molenſtade) in *Embore*, villa ſita ad Honoveram 1434 die Margaretæ.

In ſigillo *Tab.* X, n. 7.

Hen-

Henricus se vocat *dominum*, licet esset famulus, invito b. G. S. Treuero in der *Geschlechtshistorie der Herren von Munchhausen*, Vorrede des Anhangs Sect. I, §. 5.

CCCCXLVI.

Magnus, Episcopus Hildensemensis, concedit a. 1438 die Antonii Abbatis Dominis de Steinberge, Asschwino & Henningo fratribus, facultatem oppignorandi quædam bona, ad *Ostrem* et *Graffel*, villas pagi Flenithi, receptis 270 florenis rhenanis.

Sigillum Magni exhibet *Tab.* X, n. 8.

CCCCXLVII.

We de Rad uppe deme solte to *Detforde* bekennen - - dat we vñ de olderlude des nien altarss user leven fruwen in user kerken hebben eynen besegelden breff van *Hennighe* von *Steynberg* uñ *Borghарde* von *Steynberge*, dar den olderluden unde den vorstenderen is inne besegelt dat gud to *Sedellem* vor vestich gude rinsche gulden, dat se dar korne uñ gelt scullen upnomen - - 1447 in octava visitationis Marie.

Sigillum habet *Tab.* X, n. 9.

Salzdenfurt est vicus & Sedellem seu Sehlen villa intra præfecturam Wincenburgicam Hildensemensem.

CCCCXLVIII.

Henricus Episcopus Mindensis 1474 infeudavit Henricum Ydensen Hannoveranum casa, 2 mansis, & area (*kotstede*) *to groten Rickelinge - - des Mandages vor Matthei apostoli.*

Sigillum Episcopi refert *Tab.* X, n. 10.

Episcopus electus fuit. 1473, 30. Iul.

CCCCXLIX.

Ernestus, administrator ecclesiæ Magdeburg. & Halberstadensis, Dux Saxoniæ, Lantgravius Thuringiæ & Marchio Misniæ, infeudat Bertoldum de *Honrode*, Ludolfi filium, sesquimanso et domicilio in villa *Westernbiwende*, *) anno 1480.

Sigillum Ernesti exhibet *Tabula* X, n. 11.

*) Villa Westernbiwende vocatur nunc Grotenbiwende, locus ad fl. Okeram, milliari uno distans a Wolferbuttela.

CCCCL.

Wilhelmus Dux Br. & Lun. infeudat Henricum Idensen quinque mansis, ante portam urbis Honoveræ sitis, 1487 die S. Barbaræ virginis.

Sigillum Wilhelmi offert *Tabula* X, n. 12.

CCCCLI.

Methildis Priorissa monasterii Lammespringe eiusque conventus profitentur, Borchardum de Steinberg tradidisse ipsis bona quædam, sita in *Sedelem*, ita tamen ut ea reposcere queat . . 1496, die Mercurii Pentecostali.

Sigillum Priorissæ habetur in *Tab.* X, n. 13. et monasterii in *Tab.* XI. n. 1.

CCCCLII.

Ericus Dux Br. & Lun. infeudat Hansum Ydensen octo mansis, ad Honover sitis, & domicilio tribusque mansis, in Ostermunzell obviis. 1500.

Erici sigillum offert *Tab.* XI, n. 2.

CCCCLIII.

Johannes, Episcopus Hildensemensis, confirmat hypothecariam traditionem bonorum ad *Graffel* sitorum, ab Hilmaro, Asche & Henningo, fratribus de Steinberge, profectam. 1510.

Iohannis Episcopi, sigillum habes in *Tab.* XI, n. 3.

CCCCLIV.

CCCCLIV.

Prior & Conventus monasterii *Warborgensis*, ordinis Prædicatorum & Dioec. Paderborn. oppignorant civitati Huxariæ domum suam Huxariensem.

Sigillum habet *Tab.* XI, n. 4.

CCCCLV.

Franciscus confirmatus Monasterii & Osnabrugæ, Administrator basilicæ Mindensis, Comes de Waldek, infeudat Hansum Idensen a. 1536 duobus mansis, ad Groten-Rickelinge sitis 1536.

Sigillum affertur in *Tab.* XI, n. 5.

CCCCLVI.

Franciscus, episcopus Monasterienſis & Osnabrugenſis atque Administrator Mindenſis, nec non comes de Waldeck, infeudat Hansum Idensen anno 1536. duobus mansis in Groten-Rickelinge.

Ex autographo, (quod est in manibus editoris.)

Wy *Franciscus* van gotz gnaden *Confirmerter to Munster vnd Osenbrugge Administrator to Minden* Doen kundt vnd Bekennen apenbaer betugende, yn vnd mit dussem breue, vor vns, vnd vnse Nakomelinge dat wy hebnn beleent vnd belenen Jegenwordigen yn crafft dusses breues mit hande vnd munde yn der alder besten formen. so wy van rechte schullen. vnd mogen, *Hanse Idensen* Borger to *Honouer*, myt enem houe, twen Houen landes vnd ener kottstede to *groten Rickelinge* myt allem rechten nuth vnd tobehorungen, bynnen vnd buten dem vorgeschreuen dorpe belegen. to enen rechten vulstendigen Erue Manlehene erffligen. tobesittende, vnd willet ok vnd schollet, sodaene lehens vnnd guder vorbenompt ein gichtich bekennich here, vnd recht warende wesen, wo, wanner, wo ducke vnd vaken, des noith vnd behoiff ys, vnd dat van vns geeisschet wert, Ock bewillen wy yn dussem suluen breue, vor vns vnd vnse Nakomelinge dat wy dem vorbenompten *Hanss Idenssen* synen dochteren *Annen* vnnd *Alheide* begeuen dusse sulfften vorbenompten guder de tyth eres leuentz, off de an vns vellen vnd verleddiget worden dodeshalven. Dusses to vorder bekantnus, hebben wy vnse Ingesegel witligen doen hangen an dussen breiff De Gegeuen Jm Jair vnses Heren dusent visshundert Sess vnd derttich am Maendage na Natiuitatis Marie virginis.

Nota. Franciscus ille de Waldeck fortissimus erat miles, & turbator anabaptisticæ factionis ac furentium Corybantum profligator, quam in Westfalia animose extirpauit, urbe Monasterienſi expugnata anno 1535. Eius sigillum diplomati nostro appensum exhibuimus *Tabula* XI, num. 5.

CCCCLVII.

Asche & Henning fratres de Steinberg infeudant Hansum Wildfuer quinque mansis in Listringen, & decima in vico Heinde, eandemque infeudationem anno 1537 confirmat Heinricus iunior dux Brunsuicensium & Luneburgensium.

Ex autographo.

Wy *Aschen* vnd Henning *von Steinberge* gebrudere Henning seligern *Sohne* bekennen vnd betugen opentlich in vnd mit diesem briesse vor vns vnsere eruen ervnehmen vnd alsweme so vnd nachdeme vnser freuntliche leve vader seliger verschiener Jahr *Hans brandes* etwan burger tho *Hildesem* seliger seinen eruen vnd innnehebber sines gegeuenen briues vnsen frien Meyerhoff mit viff houe landes tho samt aller gerechtigkeit vnd einem kotthose in vnd vor dem dorfe *Listringen* gelegen vnd den ganzen korn oues vnd fleischtegeden buten vnd binnen dem Dorpe tho Heinde, tho sampt ohren fruchten vnd thobehoringe

vor eine genante Summa geldes inhalt ſegel vnd breue verpendet vnd vorſettet des itzund de erſame vnd wolweiſe *Hans Wildefwer borgemeſter tho Hildeſſem* mit vns vnderhandlet vnd erholden dat wy vth ſonderlicker gunſt vnd thoneigunge willen gedachten *hans Wildefwer* ock *heinrich Eynem Harmans* ſeliger Sohn *Hans* vnd *Johſte Einem* gebrodern *Tilen* ſeligern Sohne bewilliget vnd thogelaten, angezeigte guetere allenthalben tho ſampt ohrer gerechtigkeit vnd thobehoringe mit vnſers vaders vnd vnſer gegeuen ſegell vnd breiuen: ock an der will wien vor den pant ſchilling als wegen hundert vnd twintig gude fulwichtige reenſche goldſl. vnd vertig punden luttich hildenſheimiſcher wehringen an ſick tho bringen des hebben wy von ſtund vor vns unſer eruen vnd mede beſcreuenen de obgemelte *Hans Wildefewer Henrich Hans* vnd *Johſte Eynem* vnd ohre manlieues eruen tho einem rechten ſampt erfflicken manlehne nah lehens recht vnd gewonheit mit gedachten meigerhofe vnd viff houe landes ock einem kotthofe in vnd vor dem Dorpe *Liſtring* ock den ganzen korn ouet vnd fleiſchtegeden buten vnd binnen dem dorpe tho *Heinde* tho ſampt aller ohrer gerechtigkeit vnd thobehoringe ock ohne alle beſchweringe ieniges deinſtes vnd andere vnplicht dartor wy de meier ſchullen vnd willen glick andern vnſen eigenen guedern vorbidden vnd vordegedingen mit hande vnd munde belehnet hebben vnd don ſolckes iegenwertigen in vnd mit crafft duſſes breiues ok deſuluigen hiemit in dei rawliken brukende hebbende wehre wiſen, dergeſtalt ſick angezeigte guder von ſtund ohne iemandts hindern effte verbeiden na alle ohren gefallen rawlick tho gebruken, allene vorbeheltlicken, dat vorgemelte Meiger vnd Kothoue ein ieder vns *iarlicks veer Tage* intſambt tho deinen ſchullen ſchuldig ſin. So willen vnd ſchullen wy denſuluen de tydt der veer tage ierlicks alſo leggen dat ohnen ſolkes nicht ſchal up einen hupen komen wy willen vnd ſchullen ock vorgemelte beide geſchlechte vnſen belehneten mannen duſſer guder ohre rechte bekennige here vnd ware weſen ock aller rechten anſprake entheuen. begeue ydt ſick ock nafolgende dat alle man eruen vorgemelter twyer geſchlechte na verhenckeniſſe goddes des almechtigen doitlick verſcheiden vnd affgingen alsden ſchulle wy oder unſe eruen neine gewalt edder macht hebben deſuluige guder keimandt anders thouorlehnen thouerpenden effte vns ſulueſt ouermathen ſondern eſtlick thouoruth den negeſten eruen vorgemeldter twier geſchlechte ſo dan negen hundert vnd twintig gude fulwichtige reiniſche goltſl. vnd vertig lutke punde hildenſemſcher wehringe thor genoge vnd dancknamich tho entrichten vnd tho betalen vorplichtet weſen alles getrulich vnd vngefehrlich vnd wy *Henrick* von Gotts gnaden *der iunger Hertoge tho Brunſhwig und Luneborch* bekennen in duſſen ſuluen breiue vor vns vnſere eruen vnd als wehme dat duſſe verhanlinge vnd belehningen mit vnſer witſchop wetten willen vnd fulborde geſchein iſt verheten vnd verplichtet vns ock hirmit in crafft vnd macht duſſes breiues, efft vorgemelte guder vns edder vnſer Eruen durch den todtlichen abgang erledigen heim vnd loſſ fallen deſuluigen als dan keimandt tho vorlehnnen noch tho verpendende effte thouorſetten edder vns ſulueſt in keiner wiſe tho ouermathen de vorgerurte twier geſchlechte de *Wildfewr* vnd *Eynem* edder ohre negeſten Eruen ſin erſtlich voorgemelts ohres pandtſchillings negenhundert vnd twintig gude fulwictige Reiniſche goltſl. vnd vertich lutken punden hildenſemſcher wehringe dancknamich vnd thor genoge entrichtet vnd betalet liſt vnd alle gefehrde darin uthgeſchoten. Des in Orkunde, der warheit hebben wy *obgemelte forſte* vnſe forſtlicke ingeſegell thouorn vnd wy *Aſchen* vnd *Henning von Steinberge gebrodere* ein ieder ſin gewonlick angeborne ingeſegell darnegſt witlick an duſſen breiff don hengen, geſchein vnd gegeuen na Chriſti vnſes hern gebort im veſteinhunderſten vnd Seuen vnd drittigſten Jahre mantags in den hilligen Oſtern.



CCCCLVIII.

CCCCLVIII.

Senatus civitatis Hannoveranæ declarat anno 1538, Annam Ydenſen quotannis accipere debere ex proventibus cameralibus decem libras Hannoveranas.

Ex autographo, (quod poſſidet editor.)

Wy die *Rath tho honouer* Bekennen vnd dhon kundt vormiddelſt dieſem vorſegeldem breue vor vns vnnſe nakomen, dat wy mit rade vnd volborde vnnſer Stadt geſchworen der andechtigen Junckfruwen *Annen Ydennſen* von den Renthen vnd vpkomen ſo dem *Conuente jm ſuſter huſe* etwan thobehorich vnd vns dem Rade ouerwiſet, vth vnſer Stadt rediſthen vpkomenn tein hanoueriſche punt jerliger renthe halff Johãis vnd die andere helffte tho winachten tho ohren liue vorſchreuen, de will ſye der termine wellick afleuende werd van vnnſer Stadt kemerer der Renthe vnd liſgedinge rauwetigis tho betalen wyrd ſe auer verſtaruẽ ſchullen vns ſolliche tein punt hanoueriſch renthe vryfallen der cyt wan dan ſo konen nach vnſer Chriſtligenn ordenunge thogebruckenn, vnnd ſchullen ohren eruen oder nemande dar tho wider tho antwurdenn vorplicht ſynn, alle puncte dieſs breues gelouen wy die rath wie gemelt gedachter Junckfruwenn getruweligis wal thohaldenn. Des to Vrkunde vnſer Stadt Jngeſegell witligenn an dieſenn breif dhon hengen Gegeuen nha gots gebort duſent vifhundert darnha jm achte vnd drittigeſten Jare am Mitweck poſt palmarum.

Nota. Sigillum appenſum differt ab eo, quod J. M. Heineccius in Syntagmate Hiſtorico de veteribus Germanorum aliarumque nationum Sigillis Tabula XVI. num. 6. exhibuit. Noſtrum ergo ſigillum delineandum curauimus, quod vide in Tabula XI. num. 6.

CCCCLIX.

Sophia de Althen, domina, totusque conventus monaſterii in Wennigſen infeudant Hanſum Jdenſen octo manſis, ad villam Empelde ſitis, anno 1563.

Ex autographo, (quod eſt in manibus editoris).

Wir *Sophia von Althen* Domina. *Valentin Dillies* Amptman, *Anna von Werdinghuſen* Supprioriſſa. vnnd gantz Conuent dieſes ſtiffts Wennigſſen Thun kunth Craft dieſes unſers brieues fur vns vnd vnſer nachkomen offentlich bekennent. Das wir den Erſamen vnd furſichtigen *Hanſe Jdenſen* purgern zu *Hannober*, alſe den eltiſtenn, auch zu medebehueff ſiner gebruder Jhren Man leibs lehens erben, mit achte huben landes zweien Meierhoben vnd einem Kothobe, ein vnd auſſer dem Dorff *empelde jm gerichte Kalenberge* belegenn. mith aller nutz vnd zubehorung, jn holtze, velde, waſſer, wiſchen vnd weidenn zu gebrauchende, zu einem rechten erb manlehene belehnet habenn. Vnd belehenen ſie hiermit kegenwerdige jn crafft dieſes brieues, wie ſolich zu rechte oder nach gewonheit geſcheen ſoll kan. oder magk, alſo das wir Jhnen vnd ihre manliebes lehens erbenn ſolichs lehens recht heren vnd warende weſen willenn vnd ſollenn, vnd wollen ſie auch fur aller vermeinthen anſprache, ſo offt jne des nodig iſt vn von vns zu rechter Zeit gefurdert, entledndigen vnd benhemen, Darjegenn ſollen vnd wollen die gemeltenn gebruder die *Jdenſen* ſampt jhren manlibes lehens erben, alſe getruwe lehen leuthe, vnſer vnd vnſers ſtiffts peſte thuen vnd wiſſen, auch vnſernn ſchaten ſo viell maglich verhuten helffen, dieſelb auch fur niemaths anderſt, dan fur vns verrechten, auch ahne vnſern Conſent vnd guthen willen jn keine andere handt verpfenden oder alieneren, ſondernn dieſelben gethruelig bie einbehaltenn, alles getruelig vnd vngeferlig, wen auch der Fhall keme das dieſe itzige obbemelthe Domina oder andere die mith zeithen nach jhr komen vnd geſetzet werden, nach dem willenn gotts mith Dode abgingen. oder der elther van dieſen furbemelthen *Jdenſen* geſlechte vorſturbe, ſo ſollenn vnd wollen ſie ſodane furgeſchrebene guther, alzeit wen der fhall kumpt

mith zwantzigk Jochimthalerenn von vns oder vnsern nachkomen widderumb zu lehene empfangenn, Dieses zu mehrem gelaubenn habenn wir obbemelthe Domina Amptman vnd Conuent vnsers klosters vnd probsti Jngesegell ahn diesen briefl thuen hengenn, vnd wir die Domina vnd Amptmann mith vnsern hantzeichen befestiget, Geschcen Jm Jar nach Christi gepurth des ringer thals dre vnd sestigk ahm Mandage nach dem Sondage esto mihi ist gewest der ein vnd zwantzigiste Februarii.

ffyge vā altē dñā myn hant — Valentin dillies Amptman min handt:

CCCCLX.

Ericus dux Brunsuicensis & Luneburgensis infeudat anno 1576 Hansum Jdensen octo mansis ante urbem Hannoueram sitis & ad villam Ostermunsell positis.

Ex autographo.

Wir *Erich* von Gottes Gnaden *Hertzog zu Braunschweig und Luneburgk* etc. Bekennenn offenbar jn diesem briefe vor alsweme, das wir belehenet haben zw einem Erblichenn manlehen, vnnd belehenenn gegenwertigenn jn crafft dieses briefs *Hansen Jdensenn* burgernn zw *Hannouer*, als denn eltistenn, mith zubehueff seiner bruder *Georgenn vnnd Curdt Jdensenn Georgens* seligenn Sone, mith funff hufen landes, vnnd jhren zubehorungen auff dem *Steindorer felde vor Hannouer* belegenn. mith einem Hofe vnnd dreyen huffen landes, gelegenn zw *Ostermunsell*, mith jhrem zubehorungenn wollenn vnnd sollenn jhnenn sodans Lehnes vnnd guther jhr rechter bekenniger her vnnd warende wesenn, so vakenn jhne des zuthuende, vnnd ann vns gesonnen wirdett. Dagegenn aber sollenn sie das Lehenn zw jedem Fall, der gebuer gesinnen vnnd empfangenn, vnnd vns dar uonn getrew vnnd hold sein wie er vns dessenn zw Gott ein leiblichen aidt geschworenn, vnnd sein Reuers herausgegeben vnnd habenn dess zw vrkundt, vns mith aigner handt vnterschriebenn, vnnd vnser secrett neddenn, an diesenn brieff thuen hangenn Nach Christi vnsers herrenn geburt jm funffzehenn hundertenn vnnd Sechs vnnd Siebentzigstenn Jhare, denn Siebenzehenndenn. Septembris.

Herzog Erich manu propria *fff.* — Wilh. Sp. *ff.*

Nota. Sigillum ducis Erici exhibuimus in Tabula XI. Num. 9. Splendet illud torque aurea aurei velleris signo, quam Dux noster acceperat ante tres annos ab Hispaniarum rege, de qua vid. Joh. Letzneri Dasselsche Chronica Lib. III. f. 131. seq.

CCCCLXI.

Hermannus, Episcopus Mindensis & comes de Schauenburg, infeudat anno 1578 Hansum Jdensen duobus mansis in Grossen-Ricklingen sitis.

Ex autographo, (quod est in editoris manibus.)

Von gotts gnaden Wir *Herman Confirmirter des Stiffts Minden* Thun kundt vnnd bekennen offenbahr bezeugende, jn. vnnd mit diesem briefe, fur vnns vnnd vnsere nachkomenn, Das wir habenn belehnet . . vnnd belehnenn Jegenwertigenn, jnn krafft dieses briefes, mit hande, vnnd munde, jnn der aller bestenn formenn, so wir vann rechte sollenn, vnnd wollenn, *hans Jdensenn.* burgernn zu *hannouer*, alse denn eltistenn. mit vnnd zubehuff. seiner bruder, *Georg*, vnnd *Curdt*, mit einem hofe. zwenn houe landes, vnnd einer kotstede. zu *grossenn Ricklinge.* mit allem rechtenn. nutz, vnnd zubehorungenn, binnenn. vnnd buthenn dem vorgeschriebenenn durffe. belegenn, zu einem rechtenn vulstendigenn erbe manlehne, Erblichenn zubesitzende, vnnd wir wollenn, vnnd sol-

ſollenn, ſothanes Lehens, vnnd guter, vorbenombt, denn obgemeltenn *Jdenſenn*, ein rechter bekenniger her. vnnd wahrende weſenn, ſo offt. vnnd vokenn des not iſt, vnnd das von vnns geeſchet wirt, Deſſenn zu furter bekandtnus, habenn wir dieſenn brief mit vnſern handen vnterſchriebenn, vnnd vnſerm Jngeſiegell wiſſentlich befeſtigenn laſſenn, Der gegebenn zu *Mindenn*, jm Jar vnſers hernn. Tauſent funfhundert. vnnd acht vnnd Siebentzigk, denn viertzehenden Januarii,

Hermannus Confirmatus Mindenſis manu propria.

Nota. Sigillum adiunctum vide in Tabula XI. num. 10.

CCCCLXII.

Friedericus Ulricus dux Brunſuicenſium & Luneburgenſium infeudat anno 1629 dominos de Steinberg bonis, per dominos de Kerſtlingerode intra Principatum Göttingenſem olim poſſeſſis.

Ex autographo.

Von Gottes Gnaden Wir *Friederich Ulrich Hertzog zue Braunſweig und Luneburgk* etc. thuen kund und bekennen hiemitt, vor unſs unſere Erben und regierende hertzogen zu Braunſweig, gegen Mennichlichen offenbahr, daſs wir den weilandt Ehrnueſten unſern Stadthalter, geheimen Rhatt und lieben getrewen *Ernſten von Steinberg* und ſeine manliche Leibes lehens Erben vmb ſeiner unſs geleiſteten getrewen dienſte willen uff *Otten Chriſtoffs* und *hanſen Wilhelms gebruedern von Kerſtlingeroda, heiſſe Ottens* ſeligen Sohne, von unſs und unſeren hochloblichen furſtlichen hauſe Braunſchweig zu lehen tragende, und uff der *Garte in unſerm Landt Gottingen* belegene Dorffere, und deren allen und ieden zubehorung, jmmaſen Sie dieſelbe itzo inne haben und genieſsen, Nemlich *Rettmerſſhauſen, Kerſtlingeroda, Beienroda, Weiſſenborn* und *Biſſhauſen*, wormit wir Sie die von *Kerſtlingeroda*, im Jhar Ein Tauſendt, Sechshundert und Zwantzig ereſt von newen belehnet, auff den Fall, da itztgemelte von *Kerſtlingeroda* und ein ieder mit ſeinen mit belehnten Jnſonderheit, ohne manliche Leibeſs Lehens Erben, Todts verfahren, und dadurch ſolche gueter unſs anheimb fallen ſolten, hiebeuorn auſs gnaden hinwieder eventualiter belehnet haben. Weill er aber immittelſt Todts verfahren, So belehnen wir ſeine Sohne und deren manliche Leibes Lehens Erben, und wan deren auch keine mehr im Leben ſein werden, alſs dan *Burcharden von Steinberg* ſeligen Sohne und deren manliche Leibes Lehens Erben, mit ſolchen jhren deren von *Kerſtlingeroda* von unſs zu Lehen habenden obſpecificirten Dorffern und allen deren pertinentien auff geſetzten Fall, hiemit und krafft dieſes, in der beſten form, maeſse und geſtaldt wie ſolches von Lehen Rechts und gewohnheit wegen, am krefftigſten beſchehen ſoll, kan oder mag, dero geſtaldt und alſo, daſs ſie und ihre mitbeſcriebene ſolcher der von *Kerſtlingeroda* Lehen gueter, wie berurt, mit allen ein-und zubehorungen, auf den fall wie vorſtehet eigenes gewaldts ſelbſt ergreiffen, und ohne unſern, oder unſer Erben auch ſonſten Mennichliches verhinderung, beſitzen, Jnnehaben und genieſſen muegen, wie dan unſere Droſten vnd Beambten, worunter ſolche Dorffer belegen, hiemit ernſtlich befehligt ſein ſollen, uff gedachte fälle mehrgemelten *Ernſten von Steinberg* ſeligen Sohne und deren Mitbegriffene, uff Erſuchen die hulffliche handt ohne einige verhinderung darin zu bieten, und zu deme allen zu befodern, auch biſs an vnſs dabey Ambtshalben zu ſchutzen, Und ſollen *Ernſten von Steinberg*, ſeligen Sohne, und deren manliche Leibeſs, Lehens Erben, alſs dan und auff mehr angedeutete falle, daruff auch nach Abſterben deroſelben *Burcharten von Steinbergs* ſeligen Sohne und deren mitbenante, ſolche Lehen bey unſs gepuhrlich geſinnen und underthenig empfahen, auch deſswegen unſs und unſern mitgeſetzten getrewe und holdt ſein, und anderſs mehr thun waſs auffrichtigen Lehen mannern eigenet und gepuhret Jmmaſsen unſs Sie daruber Jhren reverſſ brieff herauſs geſtellet, Dagegen wollen wir und unſere Erben die *Regierenden Hertzogen zu Braunſchweig* Sie und Jhre Mitbelehnten, ſolcher Lehen Jhr rechter bekenniger herr vnd gewehr ſein, darin auch nach dato dieſes briefes keine belehnung oder geding; Anwart:

verpfand: verenderung, Leibzucht, auffsend: oder andere beschwerung, ohne Jhren der von Steinberge. und Jhrer Mitbenanten, aufstrucklichen Consens, nicht geben noch zulassen, und wo die daruber aufsgewurckt und Jhre oder ihren Mitbelehnten briefflliche bewilligung dabey nicht befunden wurde, so soll doch solches alles jhnen und jhren Erben unuerbindt: und unschadtlich sein, Alless getreulich und ohne gefehrde, zu Urkundt haben wir diese Anwartungs belehnung mit eigen handen underschrieben, auch unser furstlich Braunsweigisch Gross Jnsiegel daran wissentlich hengen lassen, Geschehen und geben auff unserer veste Wolffenbuttel, Nach Christi unsers lieben herrn und seligmachers geburt Jm Ein Tausendt Sechshundert und Neun und zwantzigsten Jhare am vierten Monatstage Februarii.

Fried. Ulrrich.

Nota. Sigillum Friderici Ulrici ducis vide in Tabula XI. num. 11.

CCCCLXIII.

Ericus Archiepiscopus, Sigfridus Episcopus, Otto Marchio Brandeburgensis & alii Principes a. 1291 in pacem iuratam suscipiunt ciuitatem Helmstat.

Ex autographo Helmstadiensi.

Nos *Ericus* dei gratia sancte *Magdeburgñ* Ecclesie Archiepiscopus, *Sifridus* eadem gratia Episcopus *Hildensheymēn*, *Otto* eiusdem gratia *Brandenburgensis Marchio*, *Albertus* et *Wilhelmus* simili gratia *Duces de Brunswic*, nec non *Otto* eadem gratia *Comes Ascharie*, et Princeps in Anhalt, ceterique Nobiles et Barones uniuersi, iurate pacis conseruatores, recognoscimus coram omnibus Christi fidelibus, litteris presentibus publice protestantes, quod honestos viros, Consules, et Burgenses uniuersos ciuitatis *Helmenstedi* ipsamque ciuitatem cum omnibus bonis et rebus, eisdem attinentibus, assumpsimus nostre paci, defensioni, pariter et tutele, ita quod ipsos in omnibus suis causis, et negotiis, huiusmodi pacis termino durante, promouere tenebimur, efficaciter et tueri, Nichilominus tamen et ipsi simile nobis tenebuntur facere uersa uice, utpote qui se iuramento astrinxerunt paci nobiscum. In huius rei securitatem maiorem et euidens testimonium, presentes litteras conscribi iussimus, sigilli pacis generalis munimine roboratos, Acta sunt hec et data in castris ante *Harlingeberge* Anno Dominice Incarnationis M, CC, LXXXXI, VII. Idus Augusti.

Sigillum exhibetur in Tab. XI. num. 12.

CCCCLXIV.

Otto comes Eversteinensis confirmat jura civitatis Holtesminne ad annum 1245.

Ex autogropho Senatus Holzmindensis.

Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis *Otto* dei gratia *comes de Euerstene.* Quoniam omnium hominum memoria labilis est et ea que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore consueuit prudentum industria scripti testimonio perpetuare scire desideramus tam presentes quam posteros presens scriptum inspecturos quod nos oppido nostro *Holtesminne* tale recognoscimus ius quale a progenitoribus nostris habebant ab initio plantationis. primum est quod recognoscimus prefato oppido omnem libertatem iure imperatorio ut nullam decimam dent inhabitantes ibidem quod vulgo *Ogtme* vocatur. et quod nullum iudicem nec sacerdotem eis instituamus nisi de voluntate ipsorum et consensu statuimus etiam quod quicunq. intrauerit mansurus in eo siue seruus vel cuiuscunq. conditionis homo infra annum et diem a nemine requisitus de cetero *liber habeatur.* nullam specialem exactionem a nemine requiremus nisi forte in euidenti causa excesserit. tria principalia iudicia erunt in anno et quidquid tunc vadiatum fuerit due partes cedent nobis tertia ciuitati. nunquam prefaciemus eis aduocatum sed quicquid per iudicem statutum ordinatum fuerit ratum habere volumus. Suspitionem vero mali quod in iudicio *vare* vocatur penitus abolemus. Semel in anno

anno celebrabitur synodus circa festum beati Petri et tunc pro synodalibus denariis et omni impensa tam sacerdotis quamaliorum dabitur fertom archidiacono et si petitores accesserint ad locum petituri denarios tertia pars cedet ecclesie. Si quis alium occiderit collum pro collo lesionem pro lesione pro effusione sanguinis XV solidos leues pro manifesta alapa XX leues solidos pro iurgio et pro dissidio V leues solidos. qui alium leserit sine accito instrumento XVIII denarios vadiabit. nullus alienus poterit ferre testimonium in ipsa ciuitate nisi solummodo per ciues ciuitatis nisi forte de euidenti causa. Si aliquis proscriptus vel in aliqua necessitate positus fuerit unusquisq. ciuium poterit fide iubere pro altro per suum domicilium. nulla hereditas quod vulgo *rathe* vel *herewede* dabitur alicui infra vel extra ciuitatem sed tantum hereditas que *erve* dicitur dabitur proximo heredi. iudex solus non poterit aliquem conuincere ex ciuibus nisi per duos probatos ciues. nec aliquis poterit alium prouocare ad duellum vel ad *ignitum ferrum* ni ex consensu utriusq. unusquisq. profugus habebit pacem in domo nisi iusto iudicio extractus. Si aduena obierit in ciuitate et heredes illius subito non accurrerint hereditas eius per annum et diem reseruetur ut si venerint data certitudine datur eisdem sin autem due partes nobis tertia cedat ciuitati. Si aduena ciuitatem intrauerit et res ciuium accommodauerit et postmodum recedens non persoluerit res illius per iudicem obligentur ad restitutionem eorum, quibus debitor est. qui vero prius obligauerit primo restitutionem accipiat. Ne igitur hec actio et donatio libertatis a successoribus suis in posterum possit irritari presentem paginam sigilli nostri appensione iussimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo quadragesimo V.

Si aliquis proscriptus fuerit aut profugus fuerit propter culpam facti heredes illius hereditatem suam quiete possideant quoad usq. amici eius componant. Quodsi compositio non accesserit ita ut iudicium subeat tamen quiete possideant.

CCCCLXV.

Otto, Dux Brunsuicensis, confirmat priuilegia oppidi Holtesminne a. 1414.

Ex autographo Holzmindensi.

Von Godes gnaden we *Otte Hertoge to Brunswigh* Hertogen Otten sone seliger bekennen med dussem opin breve vor uns, unse erven, und nakomen, dat we unsen leven getruwen den Burgermestern Rade und der gantzen gemeynde unses wychbeldes to *Holzmine* solken willen gedan und bewiset hebben, don und bewisen in craft dusses breves, dat we se semplich und eynen igliken besundern und ore nakomen by aller olden gewontheit rechte und gnaden, de se gehad hebben wentheer und als se unse fader seliger vorgenomed darby gelaten heft, laten scolen und wollen, und on de stede und gantz holden sunder argelist und ane geverde. Dusser dingk sin getuge Her *Iohan von Scheden* unse overste scryver, *Hans von Gladebeke Herrn Heyssen sone*, *Tile von Halle*, *Hildebrand Holthusen* unde Iohans Borchardi unse leven getruwen. dusses to bekentnisse geven we on dussen breff vorsegelt med unsem Ingesegel festlich hyran gehangen, de gegeuen is up unser leven frawen dach lechtmissen Anno domini millesimo quadringentesimo decimo quarto.

CCCCLXVI.

Bernhardus Dux Brunsuicensis eiusque filius Otto a. 1400 confirmant priuilegia oppidi Bodenwerderæ.

Ex autographo Bodenwerderensi.

Van Godes gnaden wy *Berendt* und *Otte unse Sone*, Hertogen tho Braunschweigh unde Luneburgk, bekennet openbar ihn dussem breve vor uns unde unse erven, dat wy scholet und willet unse leven getrewen de Borgemeister unde Radt unnd gantzen Meynheit to dem Bodenwerdere by gnaden, by rechte, unde by gantzer guden olden wonheit unnd by orenn Breven laten, de se hebbet gehadt und noch hebbet wenthe ahn dusse tidt van der *Herschop tho Homborch* unde wy unnd unse erven willet se dar truwelichen by beholden, unde louet ane alle list.

list. Dusles tho openbarer bekanteniſſe unnd tho tugeniſſe hebbe wy unſe Ingeſegell vor uns unnd unſe Erven gehanghen laten ahn duſſen breff na goddes bort verteinhundert Iahr, darna in dem hilligen dage ſünte Dioniſius.

CCCCLXVII.

Bruno de Beveren inſtituit parochiam Beverenſem anno 1506.

Ex autographo Beverenſi.

Wy *Brun van Beveren* knape *Anna* myn elike huſfrowe *Johan* und *Wulfghank* unſer beyder Kindere bekennen openbar in duſſem breue dat wy ut milder andacht umme vermeringhe Godesdenſtes unſer vorelderen zelen unde allen kriſtenzeylen to Troſte de hoghen Altaer in der parkerken ſancti Iohannis to *beveren* welke Kerke unde Altar ſo vaken ſe entledighet uns unde unſen eruen to verleynende unde preſenterende toſteyt unde behoret beghifftiget hebben beghiſtigen unde doteren in macht duſſes breues myt dertich morghen landes der vive ligghen in deme *beverhaghen* achte morgen harde vor dem dorpe uth deme dore na *Holtſmynne* na deme Weghe heer noch theyn morgen in den twere ackeren unde ſeven morghen vor deme *borchberghe* dede alles deynſtes teghet fryg ſyn, unde vorder eynnen Meygerhoff van vertich morgen landes, den nu tor tydt Hans Bremer buwet, myt aller ſyner tobehorunge, upkome unde *Slachtenutte*, alleyne daranne beholden eyn hon unde den tegheden van den vorgenomeden vertich morgen landes eſſte meygerhofe uns alle iar beholden. Unde wy *Brun, Anna, Iohan* unde *Wulfghanck* vorgenomede hebben vortichtiget und vorlathen, vortigen und vorlathen vor uns unſe erven ſodan vorgenomede godere unde lant in macht duſſes brefes alle unſe rechtigheytt unde eyghendomes uthgegan ſetten den erſamen Hern *Iohanne Bodenhaghen* preſtere unde erſten pernere der vorgenomeden kerken unde alle ſyne nafolghere in eyne rowelike beſittinghe unde brukenden were, ſo dat ſe ſik ſodaner vorgenomeden godere na alle orem willen unde nutte bruken moghen ſunder uſe, unſer erven noch iemandes indracht bruken moghen unde ſcholen. Darvoer ſchal de vorgenomede paſtor myſſe van unſer leven vrowen in der vorgenomeden kerken unde altar tho ewighen tyden toholdende in deme noth effter edelike ſake ſe nicht benomen verbunden unde vorlichtighet ſyn. Ok alle ſondage vor uns, unſere vorelderen, flietliken in derſulven kerken tho gode bydden, dat ick Herr *Johan* vorgenomet vor mek unde myne nafolghere flietich tho holdende rede unde love. Duſſes to orkunde unde tuchniſſe der warheyt hebben wy *Brun* vor uns unde unſe erven unſe ingheſeghel an duſſen breff ghehanghen na Chriſti ghebort duſent viffhundert. unde ſeſſe am daghe Vincentii martyris.

CCCCLXVIII.

Conradus de Wipper, officialis Paderbornenſis, inſtitutionem eccleſiæ parochialis Beuerenſis confirmat a. 1506.

Ex autographo Beverenſi.

Conradus de Wipper officialis curiæ Paderbornenſis ac reuerendiſſimi in Chriſto patris et domini domini *Hermanni archiepiſcopi Colonienſis* et adminiſtratoris eccleſiæ Padeburnenſis in ſpiritialibus vicarius generalis et commiſſarius ad infra ſcripta ab eodem ſpecialiter deputatus, uniuerſis et ſingulis Chriſti fidelibus cuiuſcunq. ſtatus, conditionis et dignitatis fuerint, ad quos preſentes literæ peruenerint ſalutem in domino ſempiternam. Vt rei geſtæ agnoſcere veritatem, iuſtis et honeſtis ſupplicum votis et ſpecialiter illis, qui diuini cultus augmentum et ſalutem animarum reſpiciunt libenter annuimus illoſq. proſequimur fauoribus opportunis. Hinc eſt quod dotationem, aſſignationem et donationem nonnullorum agrorum ad altare maius S. Johannis in *Beveren* in retroſcriptis literis, quibus hæ noſtræ literæ ſunt transfixæ, expreſſorum et ſpecificatorum per validum *Brunonem de Beveren* armigerum aſſignatorum et donatorum in omnibus et ſingulis clauſulis, modis, formis, et articulis, in eiſdem retro-

retroſcriptis literis præexpreſſis, auctoritate noſtra ordinaria, qua in hac parte fungimur, auctoriſauimus confirmauimus et approbauimus ac auctoriſamus, confirmamus, et approbamus per præſentes decretum noſtrum ordinarium, quantum opus fuerit, interponentes, dotemq. et aſſignationem ac intra retroſcripta ſub clauſulis modis et articulis, eccleſiaſticis libertatibus et priuilegiis, eorumq. defenſioni, tuitioni et protectioni, perpetuis ſubiicienda, aggreganda, et unienda duximus ac ſubiicimus, aggregamus pariter et unimus per præſentes, ut eo fidentius diuinus cultus augeatur, et dictorum donatorum et aſſignatorum et cunctorum fidelium defunctorum animarum ſalus uberius procuretur. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium præmiſſorum ſigillum noſtrum officiolatus maius, quo utimur ad cauſas, præſentibus duximus appendendum. Sub anno domini milleſimo quingenteſimo ſexto, die vero decima quinta menſis octobris.

CCCCLXIX.

Wy die Rath to *Honover* bekennen - - dat wy mit rade und volborde uñſer Stadt geſchworen, der andechtigen Iunckfruwen Annen Ydennſen von den Renthen und Vpkomen, ſo dem *Conventé in Sufterhuſe* etwann thobehorich - - tein honoveriſche punt ierliger renthe - - tho orem live vorſchreven - - van unnſer Stadtkemerie dei Renthe und liſgedinge rauweligis tho betalen - - 1530 am mitweck poſt Palmarum.

Sigillum habet *Tab.* XI, n. 6.

Differt id ab eo, quod exhibuit J. M. Heineccius in *Syntagmate de Veteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis Tab.* XIII, Fig. 6.

CCCCLXX.

Sophia de Althen, Domina Conventus religioſi Wennigſenſis, Valentinus Dillies *Amptmann*, *Anna de Werdinghuſen* ſupprioriſſa, - - infeudant Hanſum Idenſen octo manſis, ad villam *Empelde im Gerichte Kalenberge* ſitis. 1563, 21. Febr.

Sigillum monaſterii Wennigſenſis exhibetur in *Tabula* XI. Fig. 7.
Et ſigillum Præpoſituræ in *Tabula* XI, Fig. 8.

CCCCLXXI.

Hermannus, Epiſcopus Mindenſis, natus Comes Schawenburgicus, infeudat 1578 Hanſum Idenſen duobus agrorum manſis ad *Groſſen Ricklingen* ſitis Mindæ 14 Ian.

Sigillum Hermanni dat *Tab.* XI, n. 10.

CCCCLXXII.

Ericus, Dux Brunſuico Luneburgicus, Hanſum Idenſen infeudavit octo manſis, iuxta urbem Hannoveram ad villam *Oſtermunſell* ſitis, 1536, 17 Sept.

Sigillum Ducis Erici exhibet *Tab.* XI, n. 9.

Inſigne, aurei velleris torques, in eo conſpicitur, a. 1533 a Carolo V obtentum, teſte Io. Letznero in *Daſſelſche Chronica* L. III. p. 131, ſ.

CCCCLXXIII.

Fridericus Vlricus, Dux Br. Lun. infeudat Dominos, de Steinberg dictos, bonis, quæ intra terras Goettingenſes olim poſſederant Domini, de Kerſtlingerode cognominati, 1629, 4 Febr.

Sigillum Ducis Friderici Vlrici offertur in *Tab.* XI, n. 11.

CCCCLXXIV.

Otto Præpoſitus, Hermannus Decanus, Syfridus Scholaſticus, totumque Hildenſemenſis eccleſiæ Capitulum ſanciunt 1331, feria V dominicæ Quaſimodogeniti, ſe, moriente ſuo Epiſcopo Ottone, ſucceſſorem recens electum haud admiſſuros ad terrarum epiſcopalium adminiſtrationem, niſi poſtquam ſatisfactum fuerit Asquino de *Stenberch* famulo, Eylardo de *Doteſſem*, eorumve heredibus, et poſt eos Theodorico de *Reden* & Florino de *Dalem*, famulis, pro damnis,

quæ ad regionem episcopalem defendendam ab *incendiario ecclesiarum & cymiteriorum* Nobili de *Plesse* acceperant.

Sigillum habes *Tab.* XII, n. 1.

CCCCLXXV.

Henricus Hassiæ Lantgravius strenuum militem, dominum Burchardum de *Steinberge* eiusque privignos, Henricum et Henningum fratres de Walmode eorumque heredes in defensionis suæ favorem suscipit 1340 *an der tzwelf apostelen tage*, alse die tzusant worden.

Sigillum dedimus *Tab.* XII, n. 2.

CCCCLXXVI.

Comites de *Regenstein*, Bernhardus, Vlricus, ac *Bosse*, huius filius, et Albertus, eorum consanguineus, nec non Conradus Comes de *Wernigerode* eiusque filius Conradus sese obstringunt promisso, quo negant, se captivitatem Vlrici Comitis Regensteinensis vlturos. Hunc captivum duxerant Burchardus de *Stenberge* aliique, ac Wulvesburgum, Bartenslebiorum arcem, abstraxerant, haud exiturum inde, nisi summa argenti non exigua redemtum. Reconciliationis in societatem, *Sone*, suscepti fuerunt alius Burchardus *de Stenberge*, filius eius Cord, Aschwinus & Henningus, eorum consanguinei; Hans *Hoyen*, Henricus de *Grubenhagen*, eorumque heredes & universi dynastæ, *de Bartensleben* dicti, tunc castelli *Wulvesburch* possessores. 1365 *des Sondaghes vor sunte Marien Magdalenen daghe.*

Sigilla, diplomati adnexa, exhibita sunt *Tab.* XII, n. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

CCCCLXXVII.

Johannes Episcopus Hildensemensis profitetur, se debere Clauwenbergio *Hoyen*, fratribusq. Burchardo & Aschwino de *Steynberge*, ducentas marcas argenti Brunsuicensis pretii ac alboris, ad damnum resarciendum, quod hi ad *Benum* *) devicti acceperant. 1418 des sunavendes na unser leven vrowen dage visitationis.

Sigillum habes *Tab.* XII, n. 9.

Perigraphe: Secretum Iohannis episcopi Hildensem.

*) Villa præfecturæ Libenburgicæ Hildeshemensis haud procul Wolferbuttela.

CCCCLXXVIII.

Aschwinus ac Cord fratres, dicti de Russchepoyle, oppignorant ex consensu Ducis Wilhelmi Senioris, Brunsvic. Luneburgensis, nonnihil bonorum in *Ferdessen*, domicilium villæ *Hemmendorpe* cum tribus mansis & prato - - soluturi acceptos trecentos florenos rhenanos intra *Hadensem* aut *Solthemmendorpe*. Sponsores et prædes se præstitit Henricus Russchepoil, Canonicus basilicæ Hildensemensis, frater Aschwini ac Cordi, & alii, qui fuerunt ante dicti. 1447 *des sundages* in den hilgen *dagen to passchen.*

Habet sigilla *Tab.* XII, n. 10. 11.

Ferdessen est villa præfecturæ Grene iuxta silvam Hils, dicta hune Varssen. *Hadensem* seu Haddenhusen fuit olim villa intra præfecturam Lauenstein ad Salam, qui iuxta Elzam oppidum in Leinam sese exonerat.

CCCCLXXIX.

Albertus Dux Brunsuic Luneburg, Erici beati filius loco pupilli & consanguinei sui Henrici infeudat Henningum de *Steynberge*, filium Henningi, IV mansis ac XI iugeribus agrorum, ad *Jerstede* sitorum - - 1479 die Mariæ Magdalenæ.

Sigillum Alberti habet *Tab.* XIII, n. 1.

Jerstede est villa præfecturæ episcopalis Hildensemensis Libenburg, haud procul Goslaria.

CCCCLXXX.

Alardus de Burchtorppe ex consensu Henrici Ducis Brunsuico Luneburgici constituit uxori suæ Mettæ de Veltem vitalitium in vico Achem a. 1504 in die purificationis Mariæ.

Sigilla, ex membrana pendentia, exhibet *Tab.* XIII, n. 2. 3. 4.

CCCCLXXXI.

CCCCLXXXI.

Henricus, Dux Brunsvic. Luneb. confert bona feudalia Ierstedensia in feudum Hilmaro de *Steynberge* huiusqꝫ. fratri Asswino a. 1509 *am hilligen pinxstavende.*

Sigillum Ducis habet *Tab.* XIII, n. 5.

CCCCLXXXII.

Philippus, Dux Brunsvicensis, Senior Domus, eamdem infeudationem impertit fratribus Hilmaro, Asswino, & Henningo, de Steynberge, anno 1529 *am middeweken na Petri und Pauli der hilligen Apostelenn.*

Sigillum habet *Tab.* XIII, n. 6.

CCCCLXXXIII.

Conegondis Abbatissa, Priorissa totusque Conventus sanctimonialium in *Woltingerode* Aschwinum de *Stenberch* in confraternitatem recipiunt anno 1336 Nonas Ianuarii.

Sigillum habet *Tab.* XIII, n. 6.

CCCCLXXXIV.

Magnus ac Ernestus, fratres, Duces Brunsuicenses, infeudant fidelem suum Hermannum, militem, et Aschwinum, famulum fratres de *Steinberge* eorumque heredes prædio in *Breynum* sito *mid aller slachten nud an dorpe unde an velde, dat us ledich worden was van desselven Gherdes van Vreden dode, to hebbende unde to besittene to eneme rechten lene na des Gherdes Wives dode - - 1344 des neghesten vrydaghes vor sente Lucien daghe.*

Sigilla Ducum, Magni et Ernesti, exhibet *Tab.* XIII, n. 8. 9.

Breynum est prope Bodenburgum vicum villa in ora terrarum episcopalium Hildensemensium præfecturæ Wincenburgicæ. Gerhardus de Vreden fuit ultimus sui generis, sedem habens olim avitam in *Hus der Vreden* ad Leinam haud procul castro Wincenburg.

CCCCLXXXV.

Burchardus de *Steynberge* famulus ad remedium animæ altare S. Mariæ Magdalenæ in parochiali ecclesia oppidi *Allevelde* Hildensem̃ dioceſis siti ex consensu venerabilis Patris Domini Bernhardi, Illustris Domini Frederici in Brunswig et Luneborg Ducis filii, administratoris ecclesiæ Hildensemensis, et Bernhardi, plebani dictæ ecclesiæ parochialis in Allevelde, fundat & dotat 220 florenis auri rhenani, 1455 dominica, qua in ecclesia Dei cantatur *Reminiscere.*

Sigillum Bernhardi offert *Tab.* XIII. n. 10.

CCCCLXXXVI.

Absolutio a banno a. 1422.

Officialis curiæ Verdensis, iudex et executor quarundam legum et constitutionum imperialium Friderici II & Caroli IV per sedem apostolicam approbatarum, significat singulis divinorum (sacrorum) rectoribus per civitates & dioceses Brem. Mind. Verdens. Hildess. Halberstaden. Magdeburg. ac ubiqꝫ. constitutis, a sese absolvi banno violatores pacis publicæ Godschalcum, de *Pletze* domicellum, Henricum de *Swichelte*, Ghuntslevum de *Bertensleve*, Beseken de *Vreden*, Tydericum de *Reden*, Syfridum de *Cramme*, Hinricum de *Stenberge*, Aschwinum de *Saldere*, milites, Thedele de *Walmode*, Henningum de *Reden*, Henningum de *Stenberge*, Brandonem de *Swichelte*, Iohannem de *Cramme*, Ordenberghium *Bok*, Iohannem de *Wetberghe*, Iohannem de *Möllem*, Borchardum de *Cramme*, Hinricum et Ludolfum de *Velthem*, Burchardum et Henricum de *Bervelde*, Baldewinum de *Gustede*, Hinricum de *Reden*, Albertum *Bok*, Tydericum Heynekonem Ortghisum et Iustacium fratres dictos *Clencke*, Alheidem dictorum Clencke matrem, Lodewicum de *Hus*, Iohannem et Hartungum de *Frencke*, Conradum Gheverhardum et Hinricum de *Halle*, Conradum Iohannem et Tydericum *Buschen*, Swederum de *Holte*, Ernestum et Hermannum *Haken*, Bennen *Kampen*, Heynholte, Ernestum de *Werdere*, Hinricum de *Hubede*, Iohannem Rolandes,

des - - Otravenonem de *Landesberghe*, - - Ortghiſum & Olricum *Beren* - - Marquardum, Thomam, et Hinricum de *Hodenberghe*, Hermannum et Iohannem de *Kampen* - - Hermannum, Iohannem, Rychardum, Heyneconem & Conradum de *Mandelslo*, - - Lyppoldum & Arnoldum de *Roſſingen*, Luderum et Iohannem de *Marenholte*, Wernerum Heyneconem & Tydericum de *Alten* - - Volbertum de *Botmer* - - 1422 octava die corporis Chriſti.

Sigillum habet *Tab.* XIII, n. 11. cum perigraphe: Sigillum *officialis curie Verdenſis.*

CCCCLXXXVII.

Hiſtoria J. A. S. *de Translatione Capitis S. Perpetuæ, anno* 1708 *Corbejam inſtituta.*

Brevem dum meditor hiſtoriam translationis capitis S. *Perpetuæ* virginis et martyris ex S. Mariæ valle in Corbeiam, S. Vito dicatam, duarum duntaxat Perpetuarum in quibusdam martyrologii romani editionibus mentionem fieri obſervavi. Harum altera cum fuerit quidem martyr, non tamen virgo, utpote quæ, teſtibus Tertulliano *de Anima* c. 55, & *Actis* apud Ruinartum, paſſionis ſuæ tempore erat lactans: a) altera vero virgo, ſed non martyr; b) nec hæc nec illa cum noſtra S. *Perpetua* virgine et martyre convenire poterit. Plures enim fuiſſe S. *Perpetuas*, ſingularia provinciarum, dioeceſium, eccleſiarum majorum et monaſteriorum quoque martyrologia antiqua indicabunt, easque vel ſolas vel in coetu ſanctorum numeratas; ut adeo ex re ſtudii martyrologici eſſe ſemper iudicaverim, ſi illa præcipue in Germania ſedulo conquirantur, inter ſe conferantur, et hac ratione martyrologium germanicum plenius ex iis conficiatur.

Noſtra S. *Perpetua* eſt neptis Arthuri regis Britannici, S. Vrſulæ conſanguinei. Matrem habuit Octoniam, Arthuri filiam et S. Nataliæ virginis inclytæ ſororem. c) Fuit et alia *Perpetua* regis Canuti conſanguinea, ſorores habens Felicitatem et Eugeniam, omnes prudentiſſimas virgines, et multa virtutum gratia valentes. d) Vtraque ſcribitur tertio a Chriſto nato ſeculo fuiſſe ex Vrſulanis ſociis, quarum expeditiones, peregrinationes et fata cum notiſſima ſint, non permittunt, ut anguſto hoc loco pluribus recenſeantur. Meum potius erit, paucis indicare, quomodo S. *Perpetuæ* caput tertia jam vice migrare neceſſum habuerit. Poſtquam ex Colonienſi civitate translationes corporum ſociarum S. Vrſulæ ſub initium ſeculi XII fieri coeperant, ordo præcipue Ciſtercienſis præ reliquis ita ditatus fuit his reliquiis, ut non tantum Ciſtertium duas ſtatim acceperit virgines, et ejus filia Morimundenſe coenobium quatuor, ſed hujus maxime filia *Mons vetus* ſive *Altenbergenſe* monaſterium, anno M C XXXIII. ædificatum in terra Montenſi, quatuor a Colonia diſtans milliaribus, plusquam mille Vrſulanæ ſocietatis corporibus inclaruerit, ut id teſtatur *Cæſarius* Heiſterbacenſis Ord. Ciſt. qui circa translationis hujus tempora vixit. e) Ipſe quoque *Gaſpar Jongelinus*, abbas O. C. primo Diſenbergenſis, ac poſtea Vteririæ vallis in dioeceſi Spirenſi, f) circa medium ſuperioris ſeculi adhuc clarus, numeravit 483 capita expoſita in diverſis hujus ampliſſimæ eccleſiæ altaribus. Venerunt autem tot reliquiæ in hoc monaſterium ſub abbate *Goſvino*, qui anno M C LXXXII. monaſterio illi præfuit et per annos viginti et unum eidem præſedit. Hunc illas obtinuiſſe putat *Hermannus Crombach* S. J. g) partim a Friderico præſule, Comite Altenenſi tunc, cum ſerveret inventio circa annum M C LVIII qui locum ſepulturæ ibidem elegit, partim a Brunone, qui circa annum MCXCIII. ex archiepiſcopo Colonienſi monachum induit, dicto paſtea abbate Goſvino. Ex illo ergo *Veteri Monte* caput S. *Perpetuæ* fuit translatum in *Vallem S. Mariæ*. Ex quo enim anno M C XXXVIII. fundamenta monaſterii Vallis S. Mariæ fuerant jacta, fundator h) Fridericus II, natus e familia Comitum Sommerſeburgenſium, et Saxoniæ Palatinorum, fratres quidem ſive monachos ex monaſterio *Veteris Campi* evocavit. Primum vero abbatem voluit eſſe *Bodonem*, qui antea aliquandiu in collegio *Veteris Montis* vixit; ut adeo utrumq. monaſterium ad conſtitutionem coenobii

Val-

Vallis S. Mariæ sua contulerit. Quemadmodum vero abbates, qui his reliquiis abundabant, faciles erant in illis communicandis cum aliis præcipue sui ordinis vel monasteriis vel ecclesiis, ita etiam *Vallis S. Mariæ* vel sub abbate sexto *Arnoldo*, qui ab anno M C LXXX ad M CC III. suis præfuit, vel sub ejus successore *Joanne*, ex illo thesauro hoc caput benigne accepit, ut, quemadmodum ea jam tunc monachorum vita regulari erat celebris, hoc quoq;. monumento magis inclaresceret. Insigne præterea deprehensum est caput illud nota certissima, quæ in aliis etiamnum observatur, vulnere scilicet in capite, per sagittam disrupto. In ipso enim *Veteri Monte* sagittæ capitibus adhuc infixæ complures ostenduntur, teste oculato *Combachio* supra indicato. Huc ergo illud translatum, a benefactoribus argentea fuit conclusum theca, os pectusq;. virginis referente, in qua ab eo tempore ad præsentis seculi annum septimum sancte fuit asservatum. Accidit vero, ut eo ipso anno Reverendissimus Abbas Werdinensis et Helmstadiensis cum viris venerabilibus Præposito S. Ludgeri, Priori Corbeiensi, et aliis ex colle S. Benedicti Ludgeriano monachis in vallem S. Bernardi humilem, S. Mariæ virgini sacratam, Helmstadio vicinam, descenderet. Ea occasione ex rarioribus coenobii monumentis caput illud fuit productum et ab omnibus jure meritoq;. magni æstimatum. Optabat quidem reverendissimus dominus Abbas *Perpetuam* hanc *Felicitati* suæ conjungere; sed, fama de his reliquiis Corbeiam perlata, placuit Sereniſſimo Principi ANTONIO VLRICO, Duci Brunsvicensium et Luneburgensium, ut FLORENTIUS illustrissimus S. R. J. Princeps et Corbeiæ Abbas reverendissimus tanto thesauro bearetur. Eum in finem anno sequente Serenissimus Princeps non exiguam argenti summam, in usus templi Mariævallensis convertendam, loco illius misit clementissime, et proximis diebus caput ipsum Corbeiam transferri curavit. Ita nihil in rebus humanis est perpetuum! Litteris hæc commendavit Joannes Andreas Schmidius, tunc Abbas coenobii Marienthalensis prope Helmstadium, Professor theologiæ Helmstadiensis, a. 1725 pie defunctus, genuinus quondam Polyhistor. Communicavit hæc nobiscum Vir Ill. Consiliarius aulicus A. H. Kochius. Edidit & adnotationibus instruxit Schmidii olim discipulus, Joannes Christophorus Harenberg a. 1751.

a) Beda in Martyrologio natalem eius ad Non. Martii retulit & quidem ad natalitium Severi Principis ac civitatem Tuburbinatorum in Mauritania. To. III. Opp. p. 397. ed. Basil. 1563, fol. Idem *de* VI. *Aetatibus Mundi* p. 185. To. II. ita: *Perpetua & Felicitas apud Carthaginem Africæ in castris bestiis deputata pro Christo Nonis Martiis.* Conf. Iosephus Augustinus Orsi *Diss. apologetica pro Sanctarum, Perpetuæ & Felicitatis, & Sociorum Martyrum Orthodoxia*, Florentiæ 1728, 4. Compendiose argumenta Orsi exposui in *Supplem. ad* N. *Acta Erud.* To. II. Sect. XII. p. 532. s.

b) Non omittenda erat uxor Petri apostoli martyr. Cruenta eius Christi confessio celebratur a Clemente Alexandrino *Strom.* VII. p. 736. & Eusebio H. E. III. 30. Origene *ad Matth.* XIX, 27. Epiphanio *Haeresi* XXX. n. 22. Hieronymo *ep.* 34, & Hincmaro *ep. ad Rodulfum & Frotarium Sect.* 8. Vxor illa Petri in Martyrologiis adpellatur *Perpetua.* At in Chronico Simeonis vocatur *Iohanna.* Hoc vero nominis in matrem Petri conferunt alii, consentiente *Indiculo*, quem Jo. Bapt. Cotelerius evulgavit ad *Constitut. apostol.* II, 63. Simeonem indicavi Metaphrasten.

c) Vid. Hermanni Steinfeldensis lib. 2. *de expeditione sociarum S. Vrsulæ* cap. 23. Nihil eiusmodi legitur in Beda sive evolvas *Martyrologium* sive eius *ecclesiasticam historiam gentis Anglorum.* Constantius Chlorus tunc imperabat Britanniæ, qui, teste Lactantio, in corpora hominum nil duri statuit, licet templa christianorum ad cedendum tempori demoliretur. Beda tamen, qui ignorat Regem Arthurum, memorat *Hist. eccl. gentis Anglorum* I, 8, martyrium Albani, Aaronis, Iulii aliorumque utriusque sexus diversis in locis tortorum & immani membrorum discerptione laceratorum. Chronicon Saxonium, opera Edmundi Gibsoni Oxoniæ 1692. 4. editum, ad a. 283 martyrium S. Albani habet & Martyras nullos præterea, p. 8. Confer Spelmanni *Concil.* To. I. p. 37. In Chronico Weingartensi, a. 1197 circiter composito, Perpetuæ & Felicitatis martyria ad Severi Pertinacis ætatem referuntur. To. I. Leibn. script. Brunsvic. p. 795.

Consentit Engelhusius in *Chronico* p. 1029. T. II. Leibn. At hæc utraque martyr erat Afra, Carthagine enecata.

d) Idem autor Hermannus lib. cit. cap. 12.
e) In *dialogo miracul.* lib. 8. c. 88. p. m. 260.
f) In *notitia abbatiarum* O. C.
g) In S. *Vrsula vindicata* Tom. 2. cap. 9. p. 664.
h) Henr. Meibomii *Chronicon Marienthalense* p. 249. f. To. III. script. rer. Germ.

CCCCLXXXVIII.

De gente Ketelhodtiana, ad p. 729. f.

Origo gentis antiquissimæ et multo generosissimæ ex pago Nisin est arcessenda. Adferenda sunt igitur pauca, ut situs pagi, seu provinciæ *Nisin* diluceat, ut progenies Mansfeldica ad a. 1738 emortua, in notitiam revocetur, atque ut Diplomatum argumenta ex autographis adjiciantur, quibus firmatur series progenitorum Meclenburgicorum, quorum posteros in hunc usque diem benignissima Dei providentia servavit atque perstare iussit.

Pagus *Nisin* variis adpellationibus olim expressus fuit. Vocatur enim in libris historicis ac diplomatibus Seculi X et XI nunc *Niseni, Nisani, Nisen,* nunc *Nizizi, Nize, Nisizi, Nisici, Nietshe, Nietci, Nieciti, Nithsice* et *Niciza.*

Pagus ille inter Albim et Sprenam in Misniæ superioris parte orientali et Lusatia nostræ ætatis superiori ad Elistram usque nigrum ponitur a Ven. Abbate Gothefredo Bessel *Chron. Gottwic.* Tom. I. L. IV. p. 707. Annalista Saxo pagum illum adpellavit *provinciam Slavorum Nizizi* a) et ad plagam Spreæ Lusaticæ occidentalem b) collocavit. Huc Reges Germaniæ transtulerunt Seculis X et XI viros, genere, manu, et consilio illustres, qui Christianos a Slavorum insultibus arcere possent et vindicare. Exstitit ex Dynastis, in pago Nisin commoratis, triplex progenies pro numero fratrum trium, ex *Vredebero* natorum, nempe *Gerhardi, Nicolai,* et *Georgii.* Ex primo procrevit prosapia, per Saxoniam superiorem olim illustris: ex secundo exorta fuit progenies, quæ ad Rhenum progressa, cognomen ex *Scheim* reportavit: ex tertio enata fuit Stirps Meclenburgica, quæ ad ætatem nostram viget ac florem jucundissimum ostendit. Dedimus p. 731. f. stirpem illam Ketelhodtianam eamque Meclenburgicam. Evulgatum ibi fuit p. 732, Georgium in Teterow obiisse 1479. Irrepsit in numerum error. Repone annum 1579. Ibidem prope *Lutke* vocem deleatur Ludeco, et loco F. *magistri* legatur *filia magistri.* Superstitant in terris Meclenburgicis quatuor gentes generosissimæ temporum Venedicorum, quæ cognominantur *de Gamm, de Pritzbuer, de Ketelhot,* et *de Plüskau.* Dux Saxoniæ, Henricus Leo, reliquas expulit eisque Nobiles Saxones Bavarosque substituit. Ketelhodtiorum gens, de *Scheim* dicta, fuit dudum exstincta. Scheim pridem est sedes præfecturæ Darmstadinæ, & antea Erpacensis. Villam *Brockhusen,* in terris Principatus Corbeiensis sitam, tenuerunt post Ketelhodtii discessum dynastæ, de Brokhusen dicti, et, his demortuis, Domini *de Kanne,* nunc Pontificii, antea Evangelici & autores memorabilis ecclesiasticæ ordinationis. Addere nunc liceat communem gentis autorem, et quidquid de prosapia prima ac secunda ad notitiam nostram pervenit.

Id vero prænotionis instar animadvertendum esse arbitror, *milites* Sæculo decimo ac undecimo fuisse *regni* et *imperii ministeriales,* et, a Regibus Germaniæ ultro citroque ad munia militaria obeunda missos adhibitosque, agros passim loco stipendii annui obtinuisse, a Ducum jussis tantisper pependisse, Regi tamen paruisse tanquam capiti, nec dum nutui Ducum penitus fuisse obnoxios, Sæculo autem XII et XIII magna ex parte in potestatem Ducum, Comitum, nobiliumque Dominorum cessisse. Quo factum est, ut milites Seculo X et XI tantopere fuerint dispersi respectu prædiorum, nec in uno simul loco permanserint. Ita

Vre-

Vredeber, qui primus circa annum 1069. dictus fuit *Ketelhodt*, ex pago *Nisin* missus fuit ad Visurgim, ibique prædium obtinuit. Ita tres filii, ex ipso progeniti, ad Rhenum, ad Oceanum Balthicum, et per Saxoniam nacti sunt annuos prædiorum proventus. Dolendum est, prosapiarum harum trium membra priora sigillatim recenseri haud posse ætate nostra. Dandum hic est aliquid temporum obscuritati, donec dies diem doceat, et plura ex angulis monimenta protrahantur, scopo genealogico accommodata. Prosapiam Mansfeldicam, nuper exstinctam, evolvere iuvat explicatius, ne in adornanda eius Serie genealogica hæreamus. *Gerhardus*, Dominus Brokhusanus, ad Sæculum XI. vergens est referendus, innotescens ex fragmento *Traditionum Corbeiensium*, supra p. 727. adlato. *Henricus Kesselhut* ad annum 1244 in Documentis illius ætatis jam obvius est. *Conradum*, magnum ordinis Mariani Teutonici Commendatorem, Livonicarum ac Prussicarum rerum Scriptores c) circa annum 1331 memorant. *Curtium* Dominum in Lettin ad annum 1455 d) deprehendimus. *Petrum*, *Curtium*, *Henningum*, fratres, ad a. 1518 e) obvios habemus. Fuerunt ex ipso quatuor filii progeniti. Quarto nomen fuit *Vrbanus*. Ex primo procrevit *Glorius*, ex secundo *Christophorus*, ex tertio *Laurentius*; ex Urbano *Henricus*. Primi duo f) a Comite Mansfeldensi Gebhardo in beneficium masculum susceperunt prædium Hedersleben a. 1553. 11. Jul. Primus debitum naturæ persolvit a. 1610. Tertius cum Henrico et Christophoro idem vinculum feudale renovavit a. 1562. die Lunæ post Conversionis Pauli penes Christophorum, Comitem Mansfeldensem. Ex Christophoro natus fuit *Asmus Christophorus*, maritus postea Magdalenæ Krebsiæ, infeudatus a Comite Mansfeldensi Friderico Christophoro ad annum 1611. 22. Oct. Obiit ipse a. 1645. Superstes ei filius, *Christianus Fridericus*, in lucem editus fuit 1616. 22. Jan. Glorii filius *Bernhardus* æque ac Asmus Christophorus a Comite Friderico Christophoro bona Hederslebiensia in feudum 1611. 22. Oct. suscepit. Uxore gavisus fuit Juditha de Behr, ex Zöbiker oriunda. Obiit ipse a. 1649. *Balthasar Ernestus*, Bernhardi filius, maritus Marthæ Agnesæ de Lauen, infeudatus fuit a Comite Christiano Friderico bonis Hederslebicis 1649. 8. Sept. militavit ductu Chiliarchæ Cuseneck, Croatis præfecti, ac diem obiit supremum 1668. 27. Apr. Quid fratres ejus *Ulricus*, *Laurentius* et *Bernhardus* egerint fecerintque memorabile, prorsus ignoro. Balthasari Ernesto torus fuit felix proventu filiorum *Joannis Bernhardi*, *Adami Henrici*, *Friderici Wilhelmi*, *Caroli Ernesti* ac filiarum unius et alterius, quarum *Martha Sybilla*, nata 1657. 20. Nov. obiit 1726, coniugii expers. *Joannes Berhardus* a. 1653. 5. Jul. natus, castra secutus fuit et arma Osnabrugensia, usus auspiciis ducis militiæ de Usseln, vexillifer, defunctus 1690. et sepultus ad ædem cathedralem Osnabrugensem. *Adamus Henricus*, Hederslebii Dominus, 1657. 12. Febr. natus, centurionem secundarium Regis Daniæ egit. Vxor ejus prior, Vrsula Lucretia, filia Willhelmi Balthasaris de Trebra in Wolfferstet, obiit 1732. Posterior coniux, Amalia Augusta, nata ex Georgio Henrico de Böck in Adendorff 1711. 26. Nov. iugata connubio 1733. 23. Jul. obiit 1734. 21. Jun. Defunctus fuit ipse maritus 1738. 27. Jul. prosapiæ suæ postremus, licet ex priori coniugio quatuor nactus fuisset liberos, et ex filio *Friderico Gottlibio*, Danico militum præfecto, *Wilhelmum Gottlibium Antonium*. Nam decessit e vita hic ultimus ad 1726. 19. Jul. filius Friderici Gottlibii, defuncti 1728. 11. Nov. ex Dorothea Magdalena de Legate. Prædium Hedersleben apertum pervenit posthæc 1738. 27. Sept. ad dominum de Thulmeyer, Regis Borussiæ Status Ministrum.

a) A. 969. p. 318.
b) A. 1005. p. 409.
c) Leo in *Historia Prussiæ* c. 3. p. 141.
d) Dreyhaupt in *Magdeburgischen Saal-Creysse* T. I. p. 756.
e) Spangenbergii *Mansfeldische Chronic.* p. 411.
f) Testibus tabulariis chartarum Islebiensibus, et documentis a Johanne Georgio Klungero Archivario 1745. 11. Febr. communicatis.

En

En tabulum genealogicam!

Vredeber Ketelhot, miles, a. 1069.

Gerhardus Dominus in Brockhusen, | Henricus Kesselhut 1244. | N. N. | Curtius, Dominus in Lettin, 1455. | Petrus anno 1518. Curd, Henning.

Nicolaus, Dominus in Scheim ad Rhenum. Vx. Hildegardis. | Wilhelmus Kesselhut de Scheim Vice Dominus Rhingaviæ 1345. | Johannes, præfectus violentiarum Moguntiæ a. 1426. | Wilhelmus, præfectus violentiarum Moguntiæ 1461. et Advocatus Cassellis. 1471. | Wendelinus, Walpodius Moguntiæ a. 1492. | Adamus, præfectus violentiarum Moguntiæ 1496. ministerialis Electoris Mog. 1497.

Georgius, Dynasta prædii Ketelhodtesdorp. | Vredeber. 1248. vide supra p. 731. eius posteros.

Conradus, Magnus Comendator Ordinis Teutonici in Prussia 1331.

N. Glorius, in Hedersleben † 1610. | Bernhardus in Hedersleben † 1649.

N. Christophorus, 1553. 1562. | Asmus Christophorus, † 1645. | Christianus Fridericus natus 1616. 22. Jan.

N. Laurentius 1562. | Hans, 1601.

Urbanus, Henricus 1562.

Balthasar Ernestus in Hedersleben † 1668. 27. Apr. | Martha Sybilla n. 1651. 20. Nov. † 1726.

Vlricus, | Hans Bernhardus n. 1653. † 1690.

Laurentius, | Adamus Henricus, in Hedersleben, n. 1657. 12. Febr. vx. 1) Ursula Lucretia de Trebra † 1732. 2) Amalia Augusta de Böck † 1734. Ipse † 1738. 27. Jul. | Maria Sophia, n. 1685. 25. Jun. † 1717. 17. Jul. in aula Bernburgica. | Rudolfus Augustus, n. 1689. 22. Maj. † 1721. 14. Jan. vexillifer Reg. Borussiæ.

Bernhardus, | Fridericus Wilhelmus n. 1658. 10. Sept. † 1706. ad Castilionam Italiæ, Chiliarcha Hasso-Casselanus. | Fridericus Gottlieb, n. 1694. 7. Dec. † 1728. 11. Nov. præf mil. Dan. Vx. Dorothea Magdalena de Legate. 1724. 8. Maji. | Wilhelmus Gottlieb Antonius n. 29. Oct. 1725. † 1726. 19. Jul.

Hans Georgius, n. 1638. 6. Aug. | Anna Rosina n. 1685. 21. Febr.

Carolus Ernestus, n. 1665. 17. Febr. † 1690. in itinere. | Filia † | Henrica Carolina, n. 7. April. 1697. † 1727. 23. Jul. nupta 1715. 7. Mart. centurioni Hanso Henrico Ernesto de Legare in Hedersleben, n. 1654. 2. Jul. † 1730. 5. Febr.

Decerpta ex tabulariis chartarum Meclenburgicis, cum testimoniis Archivarii Johannis Henrici Schultzii et Secretarii Christiani Ludovici Benmanni Suerini anno 1741. *d.* 13. *Apr. ad Mandatum Ducis Meclenburgici Christiani Ludovici corroboratis, ac aliunde accepta, ad Illustrem familiam de Ketelhodt cognominatam facientia.* Ad To. I. p. 731.

1. *Gerardus Kytelhhoth, miles*, memoratur ad a. 1257. 8. Kal. April. inter testes Litterarum, quibus Johannes Dux Meclenburgicus coenobio Dobberan confirmavit emtionem villæ Abtshagen, quam coenobium emit ab Hermanno, Ekhardo, et Johanne, fratribus, filiis Alberti, militis de Buch.
2. *Idem* inter testes est obvius in litteris Ducis Meclenburgici ad a. 1258. 16. Kal. Mart. quibus is Johannes cum filio Henrico Duce confirmavit coenobio Reinfelde molam Borzowiæ, a dynasta de Bülowe emtam.
3. *Gerardus dictus Ketelhot, miles*, et *Nicolaus Ketelhot* inter testes adparent ad a. 1267. 1. Jan. in litteris Henrici de Bulowe militis, qui pro se, filiis heredibusque, in remedium animæ suæ coenobio Rhena, tradidit duos mansos ad Loviz sitos in terra Godebuz.
4. *Gherardus de Ketelhot, miles*, inter alios egit testem 1272. Kal. Aug. quum Nicolaus, Princeps et Dominus in Werle, consentientibus filiis Henrico et Johanne, coenobio Sonnencamp, privilegia universa per regionem sibi subiectam corroboraret.
5. *Gerhardus et Nicolaus, fratres, dicti Ketelhut, milites*, inter testes eximios ad a. 1273.

a. 1273. 4. Non. Octobr. laudantur in diplomate Hermanni, Episcopi Schwerinensis, confirmantis privilegia decimasq; monasterii Dobberan ordinis Cistercienſis.

6. *Gerardus Ketelhot, miles*, a. 1275. Kal. Oct. testem refert in charta Nicolai, Henrici, et Johannis, Principum ac Dominorum in Werle, qua hi coenobio Sonnencamp donarunt villam (Dorff) Duscin cum stagno et templo, nec non villam Minutze cum pratis atq; reliquis, excepta potestate iudiciali suprema, quam quippe sibi reservarunt.

7. Henricus et Johannes, Principes Dominique Werlenses constituunt a. 1277. modum, quo Clerici anno gratiæ suo fruituri essent. Inter testes adhibitus fuit *Gherardus Ketelhot, miles.*

8. *Matthias Ketelhuth, miles*, a. 1284. 5. Id. Jun. laudatur inter testes Diplomatis, quod dedit Nicolaus, Princeps ac Dominus Werlensis.

9. Nicolaus miles, dictus Hahne a. 1287. Dominica Palmarum vendit coenobio Dobberan, acceptis 50. marcis penningorum Rostochiensium, sex marcas annui fructus in villa Slaweckendorp. Testes et fideiussores fuerunt amici et consanguinei eius *Matthias* et *Gerhardus*, fratres, milites dicti *de Ketelhode.*

10. *Matthias Ketelhud, miles*, memoratur ad a. 1287. 8. Kal. Jan. in Diplomate Henrici, Principis ac Domini Werlensis.

11. Hermannus, Episcopus Schwerinensis, donat 1288. die Elisabethæ coenobio Dargun Decimam villæ Vipperniz, quam Hermannus, miles, de Mustekow, ab Episcopo in feudo habuerat, nunc resignatam. Inter testes *Matthias* et *Gerardus, fratres* dicti *Ketelhut*, milites.

12. Anno 1289. ⊙ infra Octav. Epiphan. allegantur testes *Matthyas* et *Gerardus* fratres dicti *Ketelhot*, milites, in Documento, quo Hermannus miles, dictus Musteko resignat juribus villæ Metlick, et decimis villæ Vippernitz a coenobio Dargun redemptis.

13. Abbas Buthowii et urbs Cosselin componunt controversiam, quæ intercesserat coenobio Dargun cum Wichardo ruffo seu *roden*, arbitro *Matthia Ketelhuth* milite a. 1289. in die Lamberti.

14. Henricus filiique ejus Nicolaus et Henricus, Principes ac domini Werlenses, consentiunt in venditionem villæ Warneckenhagen, quam ecclesiæ Ruhnensi concesserant *Matthias*, *Nicolaus* et *Gerhardus Ketelhodt*, milites. Inter testes adparet *Matthias Ketelhodt* miles. Actum et Dat. 1290. in die Viti.

15. Nicolaus, Princeps et Dominus Werlensis, consentit in id, quod Johannis de Ducin militis filii coenobio Sonnencamp loco 60 marcarum, quas pater eorum ob filias in illo coenobio constituerat pro *præbenda* 6. marcas quotannis hypothecæ veluti pretium, ex villa Cobandishagen recipiant, donec sors omnis persolvatur. Inter testes *Nicolaus Ketelhot* miles. 1291. in vigilia cathedræ Petri.

16. In Diplomate Nicolai eiusdem Principis, ad ecclesiam Zehnæ referendo, conspicitur inter testes *Matthias Ketelhut*, miles, 1291. 16. Kal. Maji.

17. Nicolaus idem vendit coenobitis Dobberani Dimidium molendini Gustrovienſis una cum reditibus annuis ac anguillarum Captura, receptis 400. marcis argenti puri 50. marcis numorum Lubecensium et 10. marcis numoram Slavicorum, nec non piscationem retibus expediendam, quæ vocantur *Stolzenetz* et *Worpenetz*. Inter testes *Matthias Ketelhot* miles 1292. 16. Kal. Aug.

18. Nicolaus idem, Wietzlaus Princeps Rugiæ, Helmoldus et Nicolaus comites Schwerinenses confoederationem pangunt cum Johanne et Henrico Principibus, Dominisq; Meclenburgicis de mutuo auxilio ferendo. Inter testes adstiterunt *Gerhardus Ketelhut* et *Thidemannus Ketelhut*. 1292. die Lunæ *vor unſer Frauen Tag, als ſie gebohren ward.*

19. Nicolaus idem concordiam restituit inter Conradum, Abbatem de Lapide 5. Michaelis a) ordinis Cistercienſis, ac basilicam Gustrovienſem cathedralem respectu stagnantis aquæ ad molendinum in Glevin. In numero testi-

a) Michelstein in Principatu Blanckenburgico ita dicitur; At hoc loco aliud designatur coenobium, Meclenburgicum.

um fuit *Matthias Ketelhot* miles 1296. feria quinta ante nativitatem Johannis Baptiſtæ. b)

20. Henricus, Princeps et Dominus Meclenburgi, conſenſum impertit in venditionem, qua Ludolfus Negendanck miles, adprobantibus uxore et heredibus, ad coenobium Reinfelde villam Venedicam Tarnevitziam, a Principe feudi loco poſſeſſam transfert, receptis 600 marcis Slavicis Principiq. ſolutis 200 marcis numorum Lubecenſium. Inter teſtes eminet *Thidericus Ketelhot*, miles, ad annum 1301. feria quarta ante purificationem Mariæ.

21. Diploma Guſtrovienſis Capituli cathedralis memorat conſtitutionem de pane præbendato, et Scholaſticum inter Canonicos ad annum 1301. pridie Nonas Septembris, cui nomen *Nicolai Ketelhot*. c)

22. Henricus, Princeps Meclenburgi vendit Jordano de Ruthva Piſcium civi Lubecenſi 500. marcis Slavicorum numorum reditus quosdam ex molendino Gadebuſchenſi et molendino in Kize, ad Gadebuſcham ſito. Inter teſtes ſunt obvii *Gerardus* et *Thidericus Ketelhod.* 1302. in Octava Epiphan.

23. Alexander, Johannes et Henricus fratres de Zuerin fatentur, ſe Præpoſito et Abbatiſſæ coenobii Sonnencamp ceſſiſſe bona ſingula, quæ ipſi a coenobio feudi inſtar tenuerint, nominatim villas Duszin, Minize et Niendorpe cum adhærentibus iuribus prædiisq. Fidejuſſor fuit contractus præter alios *Thidericus Ketelhot*, miles, cuius *Sigillum* adhuc eſt conſpicuum, præferens tres rotundos pileos in modum aheni poſitos, e quorum ſingulis dependet decuſſatim convoluta tænia 1302. feria ſecunda poſt Epiphan.

24. Henricus, Princeps Meclenburgi, conſentit in oppignorationem redituum annuorum II. marcarum ex villa Robertesdorff ſolvendorum, quas Cyrow et eius uxor Walpurgis Johanni de Bockholte, Decano baſilicæ Lubecenſis, accepta 100 marcarum Slavicarum ſumma, ad biennium tradidiſſe fertur. Inter teſtes memorantur *Gerhardus* et *Theodoricus Ketelhut*, milites a. 1302. feria tertia poſt Epiphan.

25. In diplomate Nicolai, Principis ac Domini Werlenſis occurrit *Gerhardus Ketelhot*, miles, 1307. Sabbatho Invocavit.

26. *Nicolaus*, Præpoſitus Verdenſis et Scholaſticus Guſtrovienſis, *Vredebernus*, *Thydericus*, *Hinricus* et *Gherardus fratres de Ketelhuete* inſtituunt in æde primaria et cathedrali Guſtrovienſi Vicariatum ex conductoribus trium caſarum in villa Kadow. 1307. Dominica Oculi.

27. Dynaſtæ Bulowii vendunt coenobio Reinfelde molendinum Borzovienſe cum agris adiectis, feudi loco poſſeſſis a Principe Meclenburgico, receptis 40. marcis penningorum. Venditionem confirmant Principes, Johannes pater et filius Hinricus, tradita coenobitis proprietate et receptis 30. marcis penningorum. Inter teſtes memoratur *Gherardus Ketelhoht* miles. 1308. XVI. Kal. Martii.

28. Nicolaus et Johannes, Principes Dominique Werlenſes, cedunt coenobio Dargun, receptis 400 marcis, proprietatem villæ totius Demetzyn ad Peinam ſitæ, cum molendinis, piſcatione iuribus reditibusque, excepto iudicio capitali. Inter teſtes eminet *Johannes Ketelhot* ad annum 1310. feria quarta ante Palmarum.

29. Eidem Principes tradunt, ad preces *Nycolai*, *Epiſcopi Verdenſis*, *Hinrico Ketelhut* militi proprietatem 12. marcarum, redeuntium quotannis ex tribus villæ Radowe mansis, ad inſtituendum inde vicariatum. 1312. in vigilia Laurentii.

30. Guſtrovienſis Præpoſitus Hinricus et Decanus Johannes nec non Capitulum baſilicæ profitentur a. 1314. in die commemorationis Pauli *Thidericum Ketelhod* militem eiusq. uxorem *Walpurgem* et utriusque filium *Arnoldum* tradidiſſe non nihil inſtituendæ Vicariæ. 1314. in die commemorationis Pauli.

31. *Henricus Ketelhodt*, miles, conſenſu uxoris ac heredum ac adprobante Henrico Principe Meclenburgico vendit Capitulo Butzowienſi octo marcas Slavicorum numorum redeuntes quotannis ex villa Hermanshagen receptis 120 mar-

b) Hoſce tres fratres Matthiam, Nicolaum et Gerhardum milites Ketelhodt, a. num. 3. usque. 18. memoratos, fuiſſe filios *Vredeberni Ketelhot* conjiciendum eſt ex documento a Jo. Heinr. de Falckenſtein in *Anal. Thuringo-Nordgau. Spicileg.* IX. p. 187. not. f. allegato.

c) Qui dein Propoſitus Verdenſis et tandem Epiſcopus ibidem fuit, teſte Spangenbergio in *Chronico Verdenſi*, conf. n. 25. et 28. h.

marcis Slavicis, renuntiatque iuribus suis, feudi loco a Principe Henrico possessis. 1314. in die Thomæ Apostoli.

32. *Thidericus Ketelhot*, miles, profitetur eodem die, se consentire in illam fratris sui *Henrici Ketelhot* militis venditionem.

33. In Diplomate Henrici, Principis Meclenburgici a. 1316. feria quinta post Jacobi dato propter villam Torgelow, testis adparet *Henricus Ketelhut*, miles.

34. Leo in *Historia Prussiæ* L. III. p. 141. ad annum 1331. circiter: *Elegit Luderus* magister ordinis teutonici, in *Magnum Commendatorem* F. *Conradum Kesselhut*, in *Marscalcum Ditrichum, Dominum* ab *Aldenborg, in Provinciæ Commendatorem* F. *Johannem a Wildenberk, in Hospital.* F. *Syfridum ab Hoyneck, in Trapiarium F. Günterum, Dominum a Schwartzborg, in Thesaurarium F. Ludolphum Koenig.* Christianus Kelch in libro, *Liflændische Histori*, Revaliæ 1695. 4. editi p. 107. ad annum 1307. *Es wurde Heermeister in Liefland Conrad von Jocke, der balde am Anfange seiner Regierung ein Hauffen Volck zusammen brachte, auch aus Preussen unter Kettelharz* (Kettelhoodts) *Commando eine Anzahl Hülfsvölcker erhielte, mit denen er nach Russland gieng, die Stadt Pleskau belagerte und eroberte - - die Russen zwang einen Friden zu schliessen*, quæ desumpta ex Balthasaris Russowen Revaliensis Chronica Rostochii 1578. 4. edit. pag. 31. b. *Anno 1307. Hefft Conrad van Jocke de Meisterschop in Liflandt bekamen, welcker Meister ein groth Volck van Inheimischen unde uthlendischen Kryges-Lüden vorsammelt hefft, dartho em ock uth Prüssen vele Kryges-Lüde, derer Hövetman einer Ketelhodt genannt gewesen, tho Hulpe geschicket worden, mit welckerer rüstinge de meister in Russlandt getagen ys &c.*

35. Nicolaus et Bernhardus, Principes Dominique Werlenses dispertiunt terras suas inter sese. Testis inter alios *Nicolaus Ketelhut* famulus, (Knape), 1347. vespera divisionis omnium Apostolorum.

36. *Gerhardus* et *Ludolphus*, fratres *Ketelhodtii*, filii b. *Gerhardi Ketelhodt* militis, una cum sua matre *Belda* donant templo Campsensi locum coemeterio vicinum cum servitio inde præstando ac reditu annuo 8. gallinarum. 1350. in crastino Adscensionis Domini.

37. Woldemarus, Rex Daniæ, & Albertus, Dux Meclenburgi foedus ineunt pro sese ac heredibus, ac statuunt legem, qua controversiæ forte in posterum invicem exoriturae possint componi. Inter testes ex parte Waldemari obvius est *Gerhardus Ketelhot*, famulus 1360. die S. Laurentii.

38. In Diplomate Ducum Meclenburgi, Henrici Senioris et Ulrici, mentio fit *Henrici Ketelhut* in Camptze 1463. in die Johannis media æstate.

39. *Lutcke Ketelhut*, in Letzen habitans, emit a tutoribus Georgii Beverneſt, arcem Camptzensem 120 florenis 1522. in die Dorotheæ.

40. *Lutke Ketelbot*, subscribit concordiæ reparatæ 1523 in die vinculorum Petri.

41. *Henricus et Lutke Ketelhodii*, patrueles transigunt de bonis. Henricus, Senioris Lutkii filius, foris agens, Lutkium patruelem, in Loetzem habitantem, adsciscit bonorum suorum administratorem. Mansi aliquot Campzenses *Henrico Ketelhutto*, Hermanni patrueli, erant oppignorati, item area una, cuius loco *Lutke Ketelhut* Senior fratri suo Fremer hortum circumseptum (Wort) dederat. 1523. vespera Matthæi.

42. Duces Meclenburgici, Henricus et Albertus, in dicasterio publicant definitam sententiam inter *Lutkium Ketelhodt* et Georgium Platen, Gustrovii, 1528. sabbatho post 11000 Virg.

43. Anno 1542. Hans Meinecke testatur, patrem suum ante 40. annos gratum fuisse *Fremero* et *Lutkio*, fratribus *Ketelhodtiis*.

44. *Lutke Ketelhodt* in Campze oppignorat prædium suum Campze Christophoro de Bülow 1300. florenis, minus 20, ad annos 18. consentientibus Ducibus Meclenburgicis Henrico et Alberto a. 1543. in die Fabiani et Sebastiani.

45. Inter Servitiorum equestrium censum provincialem nobilium terræ Venedorum et Stargardiensium refertur *Lutke Ketelhodt* in Camptze a. 1545.

46. *Georgius Ketelhodt, Lutkii* filius, in tributorum censu memoratur 1555-1560.

47. In Diplomate Caroli, Ducis Meclenburgici, commemoratur Georgius *Ketelhut* in Camptze a. 1569. in die Simonis et Judæ.

48. Elisabeth Linstowen, vidua b. *Georgii Ketelhut*, refert, maritum suum ante trimestre obiisse, et expetit litteras recognoscendi feudi bonorum in Campze 1570. 4. Jul.

49. *Gerhardus Ketelhut* Georgii filius, memoratur in censu servitiorum equestrium 1599.
50. Inter equestres nobilesq. familias Meclenburgicas memoratur *Gerhardus Ketelhut* in Camptz a. 1605.
51. *Gerhardus Ketelhuet* ex consensu fratrum *Georgii* et *Hansi* oppignorat incolam et casam in *Karbow*, acceptis 600 florenis adprobante negotium Duce Carolo 1605. II. Mart.
52. Matthias Smecker, incola villæ *Kötel*, oppignorat *Georgio Ketelhuet*, dynastæ Camptzens-et Teterowinsi, casam sitam in Wotrum cum accessionibus innexis, 1000 florenis 1609. 22. Jan. Consensit Dux Carolus.
53. Fidem suam addixit *Gerhardus Ketelhut*, dynasta Campzensis, Adolfo Friderico ac Joanni Alberto, Ducibus Meclenburgicis. 1609. Jun.
54. *Gerhardus Ketelhut* tradit, ex consensu fratrum, *Georgii* in Teterow et *Hansi* in Anclam, Hermanno Campzen, in Wahren moranti, oppignoratam casam ovillam cum agris, 600. florenis acceptis. Consentiunt Duces modo dicti. 1612. 1. Apr.
55. *Gerhardus Ketelhut* vendit, ex consensu fratrum memoratorum ac uxoris Dorotheæ de Wildbergen, bona sua Carmpzensia et Carbovienſia Henningo Rohr dynastæ in Brunn et Dreyplaz ad 15. annos, receptis 12060. florenis. Consentiunt Duces eidem, 1612. 30. Sept.
56. *Gerhardus Ketelhut* moritur. 1612. post Michaelis.
57. Sacramentum clientelare nuncupat *Lutke Ketelhodt* in Camptz Ducibus Adolfo Friderico et Joanni Alberto 1632. Dec.
58. *Gerhardus*, filius *Gerhardi* † 1612. recognoscit feudum Camptze 1649. 16. April, ex quo inde a 12. ætatis anno *per* 40 *annos* bellum secutus fuerat cum *septem fratribus*, qui, an viverent, ignorabat, obiit Gerhardus 1688. 5. Sept.
59. *Gustavus Joachimus de Ketelhuet*, Gerhardi huius filius, in Patriam ex nobili famulitio (Pagen) Ducis Augusti, Administratoris Hallensis, absolutis Leocopetræ in Augusteo sub celeberrimo M. Christiano Weisio et in Academia Jenensi Studiis, ao. 1679. rediens et Ducibus Gustrovienſibus *per* 40 *annos* inserviens, litteras recognitionis feudalis de prædio Campze obtinet 1692. 16. Jan. ac infeudatur a Duce Friderico Wilhelmo 1702. 15. Febr. Ipse tunc erat cubiculi Ducalis Domicellus. Infeudationem iteravit 1714. 19. Jun. Obiit 1732. 27. Dec. Quantus in ipso fuerit probitatis amor, et quam necessariam administris aularum illustrium existimaverit esse probitatem, rarum sane ferculum, eminet et intelligitur ex ipsius symbolo: *Ehrlich währt am längsten*, *probitatis duratio diuturnior*. Exemplum sane pii ac probi Aulici infrequens et venerandum!
60. *Christianus Ulricus de Ketelhodt*, Dominus Cambsi et Lichstedi; Lucem primam adspexit Gustrovii anno 1701. ad 5. Aug. et in S. baptismatis lavacro nomen a Christiano Ulrico, Duce Wurtenberg-Olsensi, accepit. Patrem nactus fuit modo dictum *Gustavum Joachimum*, Ducibus Meclenburgicis Gustrovienſibus usum faventibus, centurionem eorum, qui corporis Ducalis custodiam agebant militarem, postea cubiculi Ducalis Dominum, ac tandem supremum equilis Ducalis præfectum, anno ætatis 79. eoq. 1732. ad 27. Dec. defunctum. Mater illi obtigit *Anna Catharina de Hunemörder* ex gente domus Fienstorff, quæ diem obiit supremum anno 1736. ad 6. Sept. annum agens 63. Filiis ipsa maritum beavit tribus, quorum duo fuerunt rebus humanis exemti, solus, qui supereſt, elementa religionis Christianæ ac humanitatis adripuit ex institutione Christiani Stollii, Cantoris aulici, et M. Rampii. Annum ingressus 1714, Gustrovienſi Gymnasio nomen diligentiamque addixit, proficiens ductu magistrorum, subrectoris Friderici Thomæ, *Anna, lectorum Gustrovienſium* scriptoris, Conrectorum M. Jacobi Dürfeldii ac M. Davidis Richteri, cuius *Genealogia Lutherorum* Berolini et Lipsiæ 1733. 8. evulgata exstat. Expolivit Nostri studia porro Rector Joachimus Otto, qui in Programmate invitatorio ad habendam a Nostro Panegyrin, eum tunc Præceptorum delicias ac condiscipulorum exemplum fuisse, testatur: Nam discesserat e vita Magdalena Sybilla, Ducis vidua, a 1719. In cujus exsequiis a. 1720. d. 28. Febr. Noster non modo gestavit unum insignium Ducalium, sed etiam die sequenti in panegyri virorum illustrium Laudationem funebrem in memoriam viduæ de-

defunctæ, adplaudente et collaudante conata coetu, dixit. Perplacuit oratoris indoles et promtum dicendi genus Domino de Gersdorf, Equiti ordinis Danebrogici, Legato Daniæ, ita ut reginæ Danorum Ludovicæ eum commendaret ornandum. Destinata præscidit mors hujus reginæ nec opinata. Pater Christiani Vlrici, Viri Perillustris, mortem viduæ Ducis Gustrovensis sensit cum fine muniorum suorum aulicorum esse coniunctissimam, retrocessit privatus in prædium suum Camps 1720. 18. Jul. ac filium secum tenuit comitem aliquamdiu, donec hic Rostochii in academia ad 30. Oct. 1721. nomen inter Musarum ac Minervæ filios civesve academicos, auspiciis Rectoris ac Professoris publici D. Hermanni Christophori Engelkeni, profiteretur. Operam ibi dedit M. Markio philosopho, D. Val. Joh. Beselino, JCto et disputatori expedito, ac præcipue D. Joachimo Christiano Hildebrando JCto, quo præeunte, comitatus Domino Joach. Alberto de Sperlingk, ex Dominis Rubowiæ nato, nunc Chiliarcha Danico, curriculum stadii iuridici emensus fuit ita, ut, examini sese privatissimo addicens, eoque defunctus laudabiliter, confirmatior inde rediret. Prædicavit tantam sedulitatem et mentis subactæ certamen glorioſum dictus Hildebrandus a. 1724. Idibus Febr. litteris, elogiorum plenis. Interiecto tempore parentavit manibus defuncti centurionis secundarii de Zepelin, in Meltz Pensionarii, oratione funebri 1722. 31. Martii. Profectus fuit anno 1723. mense Majo in Daniam, perlustratisque rebus memoratu visuque dignis Hafniæ, Rotschildæ, Fridericoburgi, Helsignoræ, Cronenburgi, aulisque regiis, innotuit administris summis ac professoribus academiæ Hafnienſis, laudum adfluentibus honorumque cumulo. Anno eodem inclinante ex Academia Rostochienſi parentum lares repetiit, atque Cambsium salutavit suum. Sequenti anno in aula Ducali Mirowienſi sese adprobavit Serenissimo Adolfo Friderico III. Strelizenſi tantopere, ut Strelizæ victu Ducali frui ac dicasterio, quod *Cancellariam* adpellant, audiendo interesse ei 5. Jun. d. a. contingeret ac liceret. Discessit inde, spe muniorum capessendorum fera vix adspirante commotus, Ducisque gratia sustentatus, suasu Ducis Augustæ Dargunenſis, Berolinum, ubi in aulis Ser. Marchionum nonnihil temporis contrivit. Inde gradum promovit ad aulas Zorbyenſem ac Serveſtanam nec non Dessovienſem. In Aula Ducis Saxo Barbienſis Heinrici a. 1725. 21. April. coepit agere huius *aulæ Domicellum*, si vocem medii ævi licet adhibere. Paullo post capessivit munus auscultatoris et assessoris deinde in dicasterio Ducis summo. Legationem nomine eius mense Augusto obiit ad aulam Serveſtanam, ut Principi Ser. natalem gratularetur. Invisit deinceps aulas Ducum Weissenfelsenſium ac Merseburgicorum ipsiusq. Principis Kötheno-Anhaltini. Ineunte anno 1726. consensu Ducis sui, Saxo Barbienſis, salutavit aulam Schwartzburgici-Rudelstadtienſis Principis Sereniſſimi, usquequaque probatam, ut operam suam ei commodaret. Nullum hic munus aulicum, ea tempestate vacans, deprehendit. Rediit itaque Barbiam, comitatus consiliario intimo de Kayn, Serveſta per diverticulum salutata. Dux Barbienſis reducem aulæ Ducali Oelsenſi commendare constituit, cum inter hæc expetitus fuit et vocatus ad manus moderandi mores Comitis adolescentis, Ludovici Friderici Alberti, ab Hohenlohæ-Weickersheim cognominati. Adnuente Duce suo iter iniit, ac, nondum accepto hocce munere, in eo itinere aulam Rudelstadtienſem denuo adiit. Vacare inter hæc coeperat indidem munus aulicum, quod olim desiderio suo crediderat haud indignum, idque iam ultro oblatum, ceu vocationem divinam, accipiens, restitit Rudolfistadii, in aulam adscitus ad 8. Apr. a Principe Sereniſſimo Friderico Antonio, ut *aulæ domicellum* ageret, quem noſtrates adpellant *Hofjuncker*. Ad 26. Octobr. d. a. assessor regiminis provincialis fuit renuntiatus publice. Anno 1727. 25. Aug. Decreto Principis declaratus fuit cubiculi Sacri Domicellus, ac 1729. Kal. Nov. Comitis cuiusdam regundi partes rursus a se declinans, præterea consiliarius aulæ ac regiminis. Constitutus fuit porro 1743. 31. Octobr. consiliarius dicasterii sacri primus. Adjunxit hisce dignitatibus Ser. Princeps Johannes Fridericus, meritorum iudex, sincerus, splendorem novum sanciens, ut consiliarius Illustris Vice-Cancellarium Regiminis ac dicasterii sacri Propræfidem ageret. Decrevit ita Optimus Princeps 1750. Kal. Jan. Muniorum officiis explendis non solum vocavit

totusque deditus fuit per 5. luſtra Propræſes ille Perilluſtris, ſed, ad mandatum Principis ſui, extraordinariis quoque et laudatiſſimis laboribus exhauriendis nonnihil temporis tribuit: Laudationem funebrem dixit in templo oppidano Rudolfſtadii in honorem Ser. viduæ Annæ Sophiæ, ex Ducibus Saxo-Gothanis natæ, anno 1729. 30. Jan. Idem miniſterium triſte in dicto templo exhibuit memoriæ Principis ſui Friderici Antonii ad annum 1744. 11. Octobr. Et in æde aulica Sacra dixit funebres Laudes in honorem defunctæ Seren. viduæ Chriſtinæ Sophiæ a. 1750. 26. April. quæ ex Principibus Friſiæ nata et ante matrimonium, cum Friderico Antonio initum, aliquamdiu Parthenona Gandersheimenſem vita, Canonicam decente, ornaverat. Muneribus ſuis præfecit 1750. 6. Jun. Kriebelium, Præfectum Leutenbergenſem, officium Judicis ei ex II. Paral. XIX. 6. 7. inculcans, 1751. 4. Mart. Dom. a Schönfeld. Aulæ Mareſchallum, in compenſationem meritorum proponens. Peroravit, occaſione mutationis ſenatus, in ſenatu oppidi Rudolfſtadii ad Kal. Octobr. 1748. de neceſſitate magiſtratuum, 1749. 24. Octob. de uſu Legum ac gubernationis politicæ 1750. 28. Octobr. de officiis magiſtratuum ac eorum, qui eis ſunt obnoxii, 1751. 13. Octobr. de vera rerum dijudicatione; nec non in ſenatu oppidi Koenigseenſis 1750. 9. Dec. de incommodis officio Magiſtratus annexis, ac ibidem 1751. 29. Octobr. de beneficio ſtatus Magiſtratus non agnito dixit. Ad gerenda et expedienda Principum negotia huc illuc haud raro fuit delectus atque miſſus, verbi cauſa, Vinariam, Iſenacum, Gotham, Meinungam, Salfeldam, Coburgum, Serveſtam, Sondershuſam, Geram, Schlaizam &c. Adfuit etiam 1728. ſolemnitatibus, quibus Berolini menſe Majo ac Junio Rex Fridericus Wilhelmus Regem Poloniæ Auguſtum II condecoravit. Thermis fuit in Carolinis Bohemicis 1732. Junio menſe, quum aquas ibi medicatas biberet Auguſtiſſimæ memoriæ Imperator Carolus VI cum coniuge ad omnem ætatem inclitiſſima: commoratus fuit 1742 Francofurti ad Moenum, comitans Principem heredem Sereniſſimum, qui iam patri ſucceſſit, Joannem Fridericum, coram ſpectaturus feſta ac ſolemnia decora, quibus Caroli VII Imperatoris ac coniugis Imperatricis, Mariæ Amaliæ, coronatio effulſit. In ſocietatem Jureconſultorum Saxoniæ ſuperioris Lipſienſem ob ſolidam Juris notitiam adſcitus fuit 1743. 16. Mart. nactus in ea nomen Leonidæ. Teſtimonium eius momenti publicavit conſiliarius aulicus Joannes Henricus de Falckenſtein in *Analectis Thuringo-Nordgavienſibus*, eorumque ſpicilegio (Nachleſe) XI. p. 451. Duci Sereniſſimo Meclenburgico eique Strelizenſi Adolpho Friderico III. a. 1745. 21. Octobr. in teſtimonium ſingularis gratiæ viſum fuit, Noſtro, nato Equiti Meclenburgico, impertire *ordinem fidelitatis ac conſtantiæ*. Conſecravit ei Falckenſteinius Partem II Analectorum, quorum modo meminimus. Dedicavit ei Johannes Fridericus Soergelius, collegii Ludoviciani collaborator, nunc Paſtor Schweinbachenſis, evulgatum Rudolphipoli 1750. 4. γαλεωμαχίαν ἀδηλε, *hoc eſt, felis et murium pugnam incerti auctoris, Latinitati* ſimul *datam*, recordatus ſimul M. Joannis Keſſelhutii, Rectoris Gymn. Brunsvici meritiſſimi, qui illud carmen Helmſtadii 1570 formis publicis deſcribendum curaverat ex exemplari vetuſto, quod Jo. Herwagius Baſileæ 1544. ediderat typis publicis expreſſum. Soergelius Joannem Keſſelhutium *erronee* exiſtimat fuiſſe ex Perilluſtri Keſſelhutiorum gente oriundum. Exſtitit græcum illud carmen iam Seculo XV. ante Ariſtobuli Apoſtolii patrem Michaelem Apoſtolium. Autor nondum eruditis innotuit. Joannem Keſſelhutium carminis illius iambici primum fuiſſe auctorem, ſolide dixerit nemo. Quantum Vice-Cancellarius Chriſtianus Ulricus Ketelhodtiades opis adtulerit ad Valentini Königii librum *Adelshiſtorie* dictum et ad Gauhii emendatum *Nobilitatis Lexicon*, nemo facile ignorat. Gaudet hicce Perill. Propræſes, veritatis et juſtitiæ omnisq. boni, absq. partium ſtudio, pro ſymbolo ſuo: *Pietate et juſtitia*, amator, optima Muſarum ſacrarum ac liberaliorum cultura, nutu Principis Ser. amplificata. Teſtes hujus rei ſunt documenta, in *Actis Hiſtorico-Eccleſ.* T. XI. p. 242. T. XIII. p. 410. ſeq. 707. 717. et T. XIV. p. 719. ſeq. expoſita publice. Matris, qua uſus eſt Perill. Chriſtianus Ulricus, Annæ Catharinæ genus, *de Hünemorder* adpellatum, intercidit haud ita pridem. Expoſuerunt de eo J. H. de Falckenſtein

in

in *Analectis Thuringo - Nordgavienſibus.* p. 217. not. b. IX. *Nachleſe*, et Eccleſiaſtes Gauhe P. II. *Adelslexici* p. 481. Verſata fuit gens Hunemörderorum Sæc. XIII. in terris Meclenburgicis. Sigillum Ottonis de Hunenmörderen ad a. 1295. dedit Dominus Cancellarius aulicus de Weſtphalen To. IV. *Monument. inedit. rerum Germanicar.* ad p. 1262. Tab. XVIII. Conceſſit gens illa deinde in terras Brandenburgicas ac denuo in Meclenburgicas revertit; Quam ob rem conſiliarius intimus de Beehr eam familiis equeſtribus Meclenburgicis advenis adnumeravit in Opere *de Rebus Meclenburgicis* VIII. 15. p. 1682. Ex ea gente notiſſimi fuerunt domini duo poſtremi *Nicolaus de Hunemörder*, natus 1629, filius præfecti navis Hamburgenſium *Hanſi Hunemorder*, fuit Suecici equitatus magiſter equitum et maritus *Mariæ de Levitzow* ex gente Lunow et Fienſtorff. natæ 1636. ac defunctæ 1706. Ipſe ex hereditate amitæ Sophiæ, viduæ Caſparis Poley, chiliarchæ Suecici, accepit prædium equeſtre *Fienſtorff*, ac ſibi comparavit prædia *Alverstorff* et *Harmstorff*, quæ ſunt allodialia ſeu prorſus priva ac hereditaria. Interfuit etiam obſidioni Hafnienſi 1659, ac rebus humanis 1698. dixit ultimum vale. Prolem reliquit memoratu haud indignam, *Joachimum Ottonem*, *Nicolaum Wilhelmum*, *Annam Catharinam*, *Annam Sophiam* et *Annam Eliſabetam.* Joachimus Otto, dynaſta Fienſtorffii, centurio ſecundarius Suecicus et cognitor cauſarum præfecturæ Ribuiz, duxit in uxorem Dorotheam de Levetzow, viduam de Hoben, ac obiit improlis 1730. 31. Oct. Fit hujus Joachimi Ottonis mentio in *Actenmäſſigen Bericht der in Meclenburg geordneten kayſerlichen Execution* in Beylagen N. 402. p. 397. Nicolaus Wilhelmus, dynaſta Fienſtorfi, ex coniuge Hedewige Jlſa de Moltken filiam, paullo poſt exſtinctam, ſuſcepit, obiitque 1731. ad 11. Mart. *poſtremus maſculæ ſtirpis Hunemorderiannæ.* Anna Catharina obtigit uxor Patri noſtri Perill. Vice-Cancellarii *Guſtavo Joachimo de Ketelhodt*, Domino Campſii, defuncta 1736. 6. Sept. Anna Sophia nupſit. 1) Danico commerciorum conſiliario, de Löwenſtirn cognominato, 2) centurioni Hartwigo de Schack ao. 1735, defuncta 1737. 19. Jul. *ſtirpis ſuæ poſtrema.* Anna Eliſabeth matrimonium iniit cum centurione Suecico Chriſtiano Adolpho de Deſſin, rebus humanis exemta ad 1716. 11. Jul. Gentis Hunemörderiæ *genealogiam* alias exhibuit Valentinus Koenig in Opere *Adelshiſtorie* P. III. p. 556. Coronidis loco addimus, Dominos de *Ketelhodt* dictos, ius *patronatus* tenere eccleſiæ, quæ in *Campze* colligitur. *Georgius* enim *Ketelhodt* a. 1569. adſcivit eccleſiaſten Valentinum Sadelerum ac parochiæ iuribus proventibusque infeudavit die Dominico ſecundo poſt Paſcha. *Gerhardus*, *Georgius* et *Hanſus* de *Ketelhodt* Valentini Sadeleri matri ac uxori aream condendæ Domui aptam conceſſerunt ad vitæ tempus a. 1590. *Gerhardus de Ketelhodt* a. 1596. ſibi delegit eccleſiæ paſtorem Stephanum Rungium eumq. obtulit examinandum Andreæ Celichio, ſuperintendenti primario Güſtrovienſi. Omittimus reliquos eccleſiaſtas, eodem iure vocatos, et allegaſſe ſuſſecerit *Additamenta* (Beyträge) *Act. Hiſtor. Eccleſ.* Tom. II. P. 2. p. 301. ſeqq. Meminiſſe autem iuvat, Chriſtianum Ulricum ex matrimonio cum *Maria Catharina*, Perilluſtr. Conſiliarii intimi Georgi Ulrici de *Beulwitz*, Domini in Löhma, et Marthæ Catharinæ de Brandenſtein, e gente Domus Kolba filia, a. 1729. d. 25. Nov. contracto, XI ſuſcepiſſe liberos, quorum VII adhuc ſuperſtites ſunt, nempe IV filii, *Carolus Gerhardus*, *Ludovicus*, *Erneſtus*, *Johannes Fridericus*, et III Filiæ, quæ ſingulæ in numerum Parthenonum Meclenb. ſunt relatæ: et quidem *Chriſtina Sophia*, nat. 1730. *Malchoviæ* d. 7. Jul. 1731. *Wilhelmina*, nat. 1735. *Dobbertini*, d. 7. Nov. 1736. *Henrietta*, nat. 1743. *Ribnizii* d. 15. Januarii 1744. Provident in quolibet coenobio duo dynaſtæ Meclenburgici, ne quid noxæ Parthenonibus illis inferatur. Virgines generoſiſſimæ, locum ibi adituræ, expendunt 50 thaleros, quos vocant *emtionis numos*, æque ac 10 thaleros, proviſoribus ac culinæ magiſtris perſolvendos.

Emit denique Perill. Chriſtianus Ulricus a Diterico Levino, *de Jlten* cognominato, eiusq. heredibus, ex conſenſu Principis Sereniſſimi Friderici Antonii, bona equeſtria *Lichſtadii* in præfectura Blanckenburgenſi ſita, feuda ac allodia, prædium ſuperius ac inferius cum JCtione baſſa ſolitaria in ſubditos ac cenſitas ſecundum regulam Carpzovii, allodia Principi in feudum obtulit ac bona conſolidata recepit in feudum, in quod exſtinctis

ctis singulis successoribus masculis, proximæ gradu consanguinitatis feminæ valent succedere. Infeudationi 1744. 25. Martii peractæ adstiterunt Fridericus Christianus de Reitzenstein, consiliarius intimus, cancellarius et consistorii ecclesiastici præses et idem ipse centurio præfecturæ Leutenbergi, præterea Christophorus Leopoldus de Hertenberg, consiliarius intimus et ærarii director ac præfectus major ditionis Königsee: nec non Augustus Gothefredus Dennstedt, consiliarius iustitiæ: Ludevicus Fridericus de Sommer, consiliarius regiminis ac Joannes Hermannus Windbeck, Secretarius feudalis. Feudum hocce Schwartzburgicum, æque ac de feudo equestri Meclenburgico *Camps*, ejusq. pertinentiis *Carboviæ*, in curia Feudali Ducis Meclenburgici Christiani Ludovici ao. 1750. d. 16. Nov. fuerat factum, idem recognovit Possessor Perill. a Joanne Friderico, Principe ac Domino suo Serenissimo a. 1745. 2. Octobr. Principe, inquam, laudes nostras multum vincente ac supergrediente, autore annuarum synodorum ecclesiasticarum, seminarii theologici, theatri anatomici et rerum quam plurimarum, quas sera posteritas concelebrabit, Deusque præstantissimis prosequetur, sic eveniat diu! fructibus publicæq. utilitatis accessionibus ac incrementis, inter indefessos labores fidelis Ejus Administri, Christiani Ulrici de Ketelhodt, cujus nomen ac familia universa natique natorum et qui nascentur ab illis, ita observanter precamur, usq. ad finem universi floreant.

Dignum laude Virum Musa vetat mori.
Horat. lib. IV. od. VIII.

Addendum pag. 25, est supra omissum, Diploma.

CCCCLXXXIX. *Carolus IV Imp. infeudat Alardum de Borchtorf a.* 1357.

„Wir Karl von gots gnaden romischer keiser zu allen zeiten merer des Richs und kunig zu Behem bekennen und tun kunt offenlich mit diesem briefe „alln den die yn sehen odir horen lesen daz unsir lieben getruwen *alard von Borch-* „*dorp* vor unsir keiserlich wirdekeit komen ist. und hat von seinen vnd *alarts* und „*henrich* seiner bruder wegen von *Borchtorp*. diesse nach geschriben gut von uns „vnd dem heiligen Rich zu lehene entfangen, vor irst viertzehen huben landes „zu *Werlde*, und das kirchlehen, funf hofen zu *Borchtorpe* unde das kirchlehen „mit allem nutz, und vogetie den markt und gericht, in dem dorf und wichel- „dis recht, und holzgrafschaft doselbes und das gras achte hoven zu *Lowen* bei „*Borchtorpe*, funf huben zu *grozzen dornde* die zu dem dinghoue gehoren zwo „huben zu *lutzil dornden*, funf huben zu *dorndehusen*, nun huben zu *dornthon*, nun „huben zu *lutzil elvede*, und das kirchlehen, sybentzehen pfunt keisirs pfennige „in der vogdie zu *Gosler*, und dru haus in derselbn Stat, vier holtzblech, und an- „dirhalbe hube bei *Woltingherode* die zu dem aleidesstem gehoirn, zwen hofe zu „der *nyenstat* undir der *hartsborg*, cyn hofe zu *grozzen were*, mit allem nutze, dritte „halbe hube zu *kalbechte*, acht huben zu *Grona*, syben huben zu *Bodenhusen*, und „hat uns mit vleizze gebeten das wir diese vorgen gut, kirchrecht vnd gulte in „der weis als er und sein eltern, dieselbn, von dem heiligen Rich zu rechtem le- „hen sollen han vnd besitzen geruthen yn vnd irs lehens erben zu lihen, des haben „wir angesehen stete truwe vnd nutzliche dienste die vns vnd dem Rich die vor- „gen gebruder sullen vnd mogen getun, vnd haben yn vnd yren lehens erben „die vorgen gut kirchlehen vnd gulte zu rechten manlehen geluwen auzgenomen „vnsir vnd des heiligen Richs in denselben, vnd solln des egen *alard, alard*, vnd „*henrich* vnd ir lehens erbn, vns vnd dem heiligen Rich, dorumb verbunden sein „mit steten truwen dienst, vnd manschaft, als lehens recht vnd gewonheit ist, „mit vrtkund ditz briefs versiegilt mit unss keiserlichen maiestat Insiegel. Geben „zum *Wizzenwazzer* nach cristus geburt drutzenhundert Iar, darnach in dem sy- „ben vnd funftzigestem Iar, am nuhsten Dornstag, vor des heiligen sant „Martins tag vnsir Riche in dem zwolften vnd des keisirtums in „dem dritten Iare.

Sigillum Caroli IV. exhibet fig. X. n. 1.

SARA-

Tab. I.

1.



2.



3.



4.



8.



5.



6.



7.



8.



9.





Tab. II.

1.



3.



2.



4.



5.



6.



7.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Tab. III.


1.
ARNOLFVS REX
2.
ABBAS · WIDEKINDVS · DI · GRA · CORBEIENSIS · ECCLIE
3.
DERICIDE HORDE SIGILLVM FRE
4.
SIGILLVM · OTTONIS · PADERBOR · ECCLESIE · EPISCOPI
OTTONIS · SECRETVM
5.
SIGILLVM · ECCLESIE · PATHERBORNENSIS



Tab. IV.

1.



2.



3.



4.



5.



6.





Tab. VI.

1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.





Tab. VII.

1.



2.





3.



4.



5.





Tab. VIII.

1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.



8.



9.





Tab. IX.

1.



2.



4.



3.



5.



7.



6.



8.



9.



10.



11.



12.






Tab. X.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



Tab. XI.

1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.



8.



9.



10.



11.



12.





Tab. XII.

1.



3.



4.



2.



5.



6.



7.



8.



9.



10.



11.





Tab. XIII.

1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.



8.



9.



10.



11.







UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SARACHONIS

ABBATIS CORBEIENSIS

REGISTRVM

BONORVM ET PROVENTVVM

ABBATIAE

CORBEIENSIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SARACHO *Abbatiae Corbeiensi* praefuit
ab anno 1053 usque ad 1071.

Intra hos annos ergo exaratus fuerit oportet
hic Codex, et huic aetati etiam
autographi literae
respondent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Ego S indignus pro nunc abbas monasterii sanctorum martyrum Stephani atque Viti Corbeia uulgariter nuncupati hoc registrum bonorum et prouentuum ecclesie nostre de uetusto chartulario in formam subsequentem ea qua potui industria transscripsi ac redegi et iussi conseruari ut sciant tam successores mei quam posteri quale commodum temporalis subsidii in nostra ecclesia sub canonica et regulari disciplina domino nostro Iesu Christo indefesse seruientes et perseueranter famulantes possideant ad laudem et honorem omnipotentis dei glorioſissimeque genetricis semperque uirginis marie nec non sanctorum martyrum Stephani Viti atque Iustini.

2. In *Haribernessun in pago Fleithi* continentur LXXXX iugera que habent guncelin et dietbolt et persoluent LXXXX modios siliginis
3. In *Scitira in pago Huuetigo* megindac habet mansum unum et persoluet in uno anno XXX. modios siliginis et XXX. modios auene et IIII oues
4. In *uuidisleue in pago Hardego* continentur VII mansi quos habent geruuart menni siggo diezelin sibo luizo et reddag et quouis anno singuli persoluent XXX modios siliginis XXX modios auene et II oues
5. In *uellibechi in pago logne* continentur VIIII mansi quos colunt suuin uuilligo ado dudi ueddi uuerimar uuulfhard hauuard et heligo et persoluent singuli XX modios siliginis III oues II pelles et I porcum
6. De *gango in pago Hahogo* uuezelin persoluet quouis anno IIII tauros XX oues et X porcos XX denariorum
7. In *Tuistai in pago Guddingo* continentur salice terre IIII mansi quos habent luidman meynric redbern et ridger et singuli persoluent II oues I porcum XXIIII denariorum V modios siliginis et LXXII. auene
8. In *Fallun in pago Laingo* continentur VII mansi geruuar habet XX iugera et persoluet II porcos XVI denariorum IIII oues et XX modios siliginis et XX auene bucco similiter ut geruuar dasbold similiter ado habet LX iugera et persoluet LX modios siliginis et LX auene altero anno singulis autem annis VI oues et IIII porcos XXXII denariorum ado simliter ut ado adalgo similiter ut ado bruoder similiter ut ado meginzo similiter ut ado et luider ut ado.
9. In *Autburga in pago afterburgi* continentur III mansi quos habent landwart godicho et buozo et persoluent singuli in quolibet anno L modios siliginis et XXXX modios auene
10. In *Falohus in pago Nithega* continentur CC iugera terre arabilis sigeuuart habet LX iugera et persoluet quouis anno XXX modios siliginis

xx hordei et IIII ouef uuillo habet xxxx iugera et perſoluet xx modioſ ſiliginiſ et xx auene rehard ſimiliter ut uuillo uuibald ut uuillo landac habet xx iugera et perſoluet x modioſ ſiliginiſ et x auene

11. In *Guddianſtede in pago Falim* continentur VIII manſi quoſ habent heridag foicho heio uuilega mannigo dedic geruard heriuuald aio heridac eddi renold heriman bucco dodo et gerbrat et quilibet habet xxx iugera et quouiſ anno perſoluet xxx modioſ ſiliginiſ totidem auene et I agnum

12. In *uuaritbeke in pago auga* IIII iurnaleſ pertinent ad monaſterium ſancti uiti

13. In *uuerihem in pago uuimodia* medietatem gangi habet bruocho et perſoluet quotanniſ II boueſ

14. In *Immanhuſ in ducatu Aſtfala in pago Aringho* continetur manſuſ area et II horti que habet odolf et perſoluet quouiſ anno XIIII modioſ ſiliginiſ IIII oueſ cum agniſ II paldoneſ et IIII pannoſ

15. In *buria in pago Ahmunga* habent gerdag abbigo bobbo fibar hildimar et eigo VII manſoſ et perſoluent ſinguli quotanniſ LX modioſ auene IIII ſiliginiſ II oueſ et unam eminam melliſ

16. In campo *Bochinafeld in pago Derlingo* ſito fridebern habet IIII manſoſ et perſoluet quouiſ anno CXX modioſ ſiliginiſ LX modeoſ hordei et LX modioſ auene et IIII oueſ

17. In *Loingo in pago Enterigawi* continentur V manſi quoſ habent hauuart odulf bruoder dendi daſbold bruoder brunhart ado boigo et geruuar et ſinguli perſoluent XVI modioſ auene II oueſ et VIII denarioſ ſiue porcum

18. In *Hretha in pago Nethga* habent regindag uuenna uuilhard ricold dedo heligo godeſcalc hildibern aldman uualdric ſibert et buodo VI manſoſ ſiue CCCLX iugera et ſinguli perſoluent quouiſ anno X modioſ ſiliginiſ X modioſ hordei et I ouem.

19. In *Honeſleua in pago Northuringi* luizo habet manſum et perſoluet quolibet anno XX modioſ ſiliginiſ XX modioſ auene et duoſ porcoſ XVI denariorum

20. In *Theutmareſhuſ in pago Suilbergi* habent edo et richirn manſum et XXX iugera edo perſoluet quotanniſ XXV modioſ ſiliginiſ XX modioſ auene et II oueſ richern autem perſoluet X modioſ ſiliginiſ et totidem auene et III oueſ

21. In *Duncgon in pago Auga* continentur X manſi et fructuſ congregantur in horreum abbatiſ.

22. In *Loferdi in pago Tilithi* duoſ manſoſ habent ruodold oſich landico et odulf et ſinguli perſoluunt quouiſ anno X modioſ ſiliginiſ X modioſ auene et I ouem.

23. In *uuithem in pago Auga* continentur III manſi et congregantur fructuſ in horreum abbatiſ

24. In *Rodeneſleua in pago Norththuringi* olim ſpectarunt ad eccleſiam noſtram LX manſi et XX liti per concambium olim traditi aduocato ottoni a quo eccleſia noſtra in recompenſatione accepit bona in pago *nithega*

25. In *Stalo in pago Auga* fructuſ XXXX iugerum congregantur in horreum abbatiſ

26. In *Budinifelde in pago Hardego* continentur VI manſi quoſ habent diozo ricald thiedricus regindag gheruuard et uualdger et quilibet perſoluet quotanniſ XXX modioſ auene IIII oueſ et III porcoſ III ſiclorum precio.

27. In *odenhuſ in pago Derlingo* continentur III manſi quoſ habent boicho adago



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adago et brundag et ſinguli quouiſ anno perſoluent xxiiii modioſ auene et viii oueſ

28. In *Dallengebudli in pago Derlingo* olim poſſedit eccleſia noſtra xv manſoſ et totidem colonoſ quoſ otto aduocatuſ accepit in recompenſatione pro bonif in pago Nithega traditiſ eccleſie noſtre.

29. In *Boclo in pago Derlingo* continentur xvii manſi quoſ habent ado adaldac hoio bucco ruoder figo oſich luider landuuart ritmar ſiger nithuuart rihbod gerdoi bobbo uuenigo libdac uuerinzo uuillo eilo maggo milo hanzo ebbi unno hauuart eddi uuilligo heriuuald didman hamigo et haliguuart et quouiſ anno quilibet perſoluet xx modioſ auene ii oueſ et i porcum xii denariorum.

30. In *Honeſleua in pago Norththuringi* habent landico boico ſuuin godeſcalc odic et geigo iii manſoſ et quilibet perſoluet quotanniſ xv modioſ ſiliginiſ x modioſ auene et i ouem.

31. In *Sneuithi in pago Logne* continentur ii manſi quoſ habent uuoluerich et adaldac et quilibet quotanniſ ſoluere debet xxx modioſ ſiliginiſ xxx modioſ auene et iiii oueſ

32. In *Haion in pago Tilithi* ii manſoſ habent raindac meginzo bruoder ennicho beigo dudi brunhart et ruoduuart et quilibet habet xv iugera et perſoluet xii modioſ ſiliginiſ vi modioſ auene i porcum et ii oueſ

33. In *marca Sturmethi* heigo habet xxxx iugera et quotanniſ perſoluet xx modioſ ſiliginiſ xx modioſ auene i eminam melliſ et i pannum

34. In *Hunloun in pago Leri* landico et uuiderich habent manſum unum et quouiſ anno perſoluent xxx modioſ ſiliginiſ xx modioſ hordei et i ouem.

35. In *uueſterhuſen in pago Norththuringi* uuillibern habet duoſ manſoſ et quouiſ anno perſoluet cxx modioſ ſiliginiſ et x auene.

36. In *Saltbeke in pago Norththuringi* luider habet duoſ manſoſ et perſoluet quotanniſ cxx modioſ auene et lx modioſ ſiliginiſ.

37. In *uualdeſlef in pago Nurthtburingi* bernig habet i manſum et quouiſ anno perſoluet lx modioſ auene et xx modioſ ſiliginiſ

38. In *olua in pago Norththuringi* euego habet i manſum et perſoluet quotanniſ lx modioſ auene et xxx modioſ hordei.

39. In *Suntſtede in pago Derlingo* continentur vi manſi quoſ habent dago bernig et ſigere et quouiſ anno ſinguli perſoluent lx modioſ ſiliginiſ et lx modioſ hordei et ii oueſ

40. In *Heribrumun in pago Pathergo* boigo et uuodi habent duoſ manſoſ et perſoluent quotanniſ xxxx modioſ ſiliginiſ xx modioſ auene et i eminam melliſ.

41. In *Haſlbechi in pago Auga* fructuſ colliguntur in horreum abbatiſ.

42. In *Biueran in pago Auga* ado manſum habet et quotanniſ perſoluet xxx modioſ ſiliginiſ ii pannoſ et iii oueſ.

43. In *Bracu in pago Huuetigo* dago et eigo duoſ manſoſ habent et perſoluet quotanniſ quilibet xxxx modioſ ſiliginiſ x modioſ auene et duoſ porcoſ xii denariorum.

44. In *Budinifeld in pago Logne* continentur iii manſi quoſ habent ſini ello uuitmar ſiger dago et uueddi et quilibet perſoluet quouiſ anno xv modioſ ſiliginiſ vii modioſ auene et ii oueſ.

45. In *Ambrichi in pago Heſſi ſaxonico* continentur iiii manſi quoſ habent bernig egi eio landac beddi uuerinzo uuofuerihc et almedac et quilibet perſoluet quotanniſ xv modioſ ſiliginiſ x auene et x ſalmoneſ.

46. In *Herſiti in pago Logne* bruoder habet xxx iugera et perſoluet xx modioſ ſiliginiſ et xx modios hordei.

47. In

47. In *Hagerſhem in pago Logne* meginzo habet xxx iugera et quouiſ anno perſoluet xx modioſ ſiliginiſ xx modioſ auene et 1 ouem.
48. In *Uuinadahuſ in pago Logne* landico et figo unum habent manſum et perſoluent quotanniſ xxxx modioſ hordei et x modioſ ſiliginiſ.
49. In *Eilfeſhuſen in pago Logne* LXXXX iugera habent hoio bernig et uuodi et quilibet perſoluet quouiſ anno XXII modioſ ſiliginiſ VI modioſ auene et 1 ouem.
50. In *Steinanebeke in pago Logne* landico habet xxx iugera et perſoluet xx modioſ ſiliginiſ et VIII modioſ hordei uuiderich habet XXV iugera et perſoluet xxx modioſ ſiliginiſ 1 ouem et 1 porcum.
51. In *Dungeſdorphe in Falhon in pago Leri* continentur ſalice terre CXX iugera que habent dietuuart friduren geruuere et adigo et unuſquiſque quotanniſ perſoluit XIII modioſ ſiliginiſ XVI modioſ auene II pannoſ uniuſ ſicle et II oueſ.
52. In *pago Haſugo marcae meginricheſdorf et Mimileuu* quondam ſpectarunt ad eccleſiam noſtram quaſ otto imperator accepit in recompenſatione pro boniſ ſuiſ in *pago Nithega* eccleſie noſtre traditiſ.
53. In *Stotinghuſ in pago Auga* fructuſ colliguntur in horreum abbatiſ.
54. In *ſneuidi in pago Logne* raindac habet xx iugera et perſoluit quotanniſ xx modioſ auene et XVIII modioſ ſiliginiſ.
55. In *odonhuſ in pago Heſſi ſaxonico* ruoder habet xx iugera et perſoluit quouiſ anno XV modioſ ſiliginiſ et xx modioſ auene.
56. In *Iconrode in pago Auga* continentur IIII manſi e quibuſ fructuſ colliguntur in horreum abbatiſ.
57. In *Scerua in pago Heſſi ſaxonico* ſuego habet xxxx iugera et perſoluit quotanniſ XVIII modioſ ſiliginiſ et XXIIII modioſ hordei.
58. In *Chirſenbrucge in pago Derlingo* continentur III manſi quoſ habent dudi faſtenit ello iſi maggo et adeler et unuſquiſque quotanniſ perſoluit xxx modioſ ſiliginiſ et x hordei.
59. In *Nienthorpe in pago Derlingo* habent uuilligo uuenigo ſiger buſo heridac boigo bernig uader libdac et beddi V manſoſ et quilibet quouiſ anno perſoluit xxx modioſ ſiliguniſ XV modioſ hordei et 1 ouem.
60. In *Bochem in pago Nithega* adaldac habet manſum et quotanniſ perſoluit xxx modioſ ſiliginiſ et xxx auene.
61. In *uualdeſleiſ in pago Norththuringi* continentur XII manſi quoſ habent landico luider ado oſich gerdoi ſiger gerricht gerdoi uuillimar heriuuart uader buoſo ritmar ſuuin uuillo hoigo hauo robbo brunicho radolf geligo aſmar abbigo et megindac et unuſquiſque perſoluit quotanniſ xx modioſ ſiliginiſ et x modioſ hordei.
62. In *odnotheſhuſ in pago Ahugo* manſoſ II et VI iurnaleſ habet uuilligo et perſoluit quotanniſ C modioſ hordei et xxx carradaſ ligni.
63. In *uualdgereſleue in pago Norththuringi* III manſi habent edo adalgo bruni aio luizo et luidmari et unuſquiſque perſoluit quouiſ anno xxx modioſ ſiliginiſ x hordei II oueſ et 1 porcum XIIII denariorum
64. In *Lithingi in pago Falhen* ſunt VI manſi quoſ habent richirn aldman egiluuard erkulf heligo uuilhard diozo uuirmger uuulfhart ridger bruoder et bruoder et quilibet perſoluit quotanniſ XXIIII modioſ ſiliginiſ 1 ouem et 1 porcum VIII denariorum
65. In *Scherua in pago Heſſi ſaxonico* ſunt V manſi quoſ habent gezelin uuilderich brunicho hezelin et albheri et unuſquiſque dat quotanniſ xxxx modioſ ſiliginiſ x auene et II oueſ.
66 In *Odonhuſ in pago Heſſi ſaxonico* manſum habet uuerindag et perſoluit quouiſ anno LX modioſ hordei et xx modioſ ſiliginiſ.
67. In *luttringi in pago Auga* fructuſ colliguntur in horreum abbatiſ

68. In

68. In *Stocheim in pago fuilbergi* uualdman xxxx habet iugera et persoluit xx modios siliginis et xx modios hordei.
69. In *Immanhus in pago fuilbergi* thancal habet xx iugera et quouis anno persoluit x modios siliginis et xvi modios auene
70. In *stalo in pago Auga* fructus in horreum abbatis colliguntur
71. In *Albertes hus in pago Auga* fructus colliguntur in horreum abbatis.
72. In *Astenbechi in pago Ambergo* tutto et halecbert habent lx iugera et quotannis persoluunt l modios hordei et x modios siliginis.
73. In *Silbergi marcu* biuangum habet suitger et quotannis persoluit x porcos xii denariorum et xii oues.
74. In *Smathi in pago Nithega* retheri habet mansum et quouis anno dat xxx modios siliginis et xxx modios auene.
75. In *Harun in pago Almunga* adago habet iurnalem et in uno anno persoluit ii modios siliginis in altero duos modios hordei.
76. In *Thurisloun in pago Hessi franconico* abbico habet ii iurnales et quotannis persoluit ii modios siliginis et ii modios auene.
77. In *Aluchi in pago Derlingi* olim possedit ecclesia nostra quandam partem de opere salis quam otto aduocatus accepit in recompensatione pro bonis ecclesie nostre traditis in pago Nithega.
78. Ex opere salis in *Amplithi in pago Guddingo* decem carrade salis dantur quotannis ad monasterium quas hildired afferre debet
79. In *Fresienhus in Angaria occidentali et in pago Nithega* althard et folcher habent ii mansos et unusquisque quotannis persoluit xxx modios siliginis et xxx modios auene.
80. In *Tuischinun in pago Hessi franconico* adago habet mansum et persoluit quouis anno xxiiii modios siliginis et xxiiii modios hordei.
81. In *Thurisloun in eodem pago Hessi franconico* geruuart habet mansum et persoluit tantum quantum adago.
82. In *Hoiga in pago Enterigauui* continentur salice terre iiii mansi quos habent osich geigo ado gerdoi buoso siger uueddi et hiligo et unusquisque persoluit quouis anno xii modios siliginis x modios hordei et x modios auene
83. In *Stela Aldbertes hus Higenhus* et *Hameres hus in pago* nostro *Auga* sitis continentur xii mansi e quibus fructus colliguntur in horrea abbatis.
84. De gango prope *ossenthorpe in pago Laingo* hildiret quotannis dat ecclesie nostre iii oues et iiii porcos unumquemque xii denariorum.
85. De bisango *in pago Hartego* uuiderich quotannis ecclesie nostre dat vii oues iiii pannos et x porcos unusquisque xii denariorum
86. In *Haanstedihus in Germaremarcu* busigo habet iii mansos et persoluit quouis anno lxxx modios siliginis lx modios auene et iiii oues
87. In *Birgistrotum silua* c carrade ligni ceduntur que uendi possunt ii marcis argenti monete *eresbergensis.*
88. In *uuinithusen in pago Nethga* asicho buno et libdac lxxxx iugera habent et unusquisque quotannis persoluit xv modios siliginis x modios hordei et x modios auene.
89. In *Guddingun in pago Logne* rikeri heriuuald unicho et heriman lxxx iugera habent et quilibet quouis anno dat x modios siliginis et x modios hordei.
90. In *Northu in pago Logne* uuillicho grimbraht bucco et hemicho c iugera habent et quilibet quouis anno persoluit x modios siliginis x modios auene et ii oues.
91. *In pago Uuikanauelde kogerde* uilla cum omnibus rebus ad eam spectantibus hoc est agris areis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus siluis uenationibus et mancipiis utriusque sexus ad eccle-

siam nostram pertinet et uillicus habet LX iugera VI ouef IIII porcos II capreas IIII pannos et II friskingas

92. In *uuithem in pago Auga* adhuc continetur unus mansus et fructus congregatur in horreum abbatis.

93. In *Fresienhus in pago Nethga* euego et osich habent LX iugera et quotannis unusquisque persoluit X modios siliginis X modios hordei et X auene.

94. In *uuulfridesbrec in pago Nethga* reindac habet LXXXX iugera et quotannis persoluit XXXVI modios siliginis et XII carradas ligni.

95. In *Hagersheim in pago Logne* libnot habet XXXX iugera et quouis anno persoluit XII modios siliginis et XX modios auene.

96. In *uualde in pago Loingo* luider habet XXX iugera et persoluit quotannis V modios siliginis XV modios auene et III oues.

97. In *Liauildindburstal in pago Loingo* uuillibern et ruodold habent XXX iugera et quilibet persoluit quouis anno X modios auene et III oues.

98. In *Bamlinestade in pago Loingo* nithuuart et uuodi XXXX habent iugera et unusquisque quotannis persoluit XX modios auene II paldones et II oues.

99. In *Lianbeke in pago Derlingo* IIII mansos habent uuulfheri linigo geuigo siger rithmar uaderich buno et ebbi et quilibet quotannis persoluit V eminas mellis X modios hordei V modios siliginis et X modios auene

100. In *Bionhus in pago Hardego* amigo habet XX iurnales et quouis anno persoluit X modios siliginis IIII pannos et II oues.

101. In *Marcbertesbus in pago Suilbergi* LXX iugera habet landuc et datur ab eo quotannis bos III siclorum et pannus lineus in longitudine habens XVI cubitos et in latitudine III et IIII modii siliginis et X auene

102. In *Hottenheim in pago Hessi saxonico* eio habet XX iugera et dat ecclesie nostre X modios siliginis et totidem hordei.

103. In *sckerua in pago Hessi saxonico* LXXXX habent iugera aio uuanno adaluuard bucco heio et egiluuald et quilibet persoluit IIII modios siliginis VI modios hordei et VII modios auene.

104. In *uueringerinchusen in pago Logne* dodo uuasgelt et iddilo habent LX iugera et unusquisque ecclesie nostre dat III oues II pannos lineos II siclorum et IIII modios siliginis.

105. In *Eggerhem in pago Guddingo* egiluuald et friduuualt LXXXX habent iugera et egiluuald persoluit quotannis XV modios siliginis I pannum lineum VI denariorum et II eminas mellis totidemque friduuualt.

106. In *Cocoressced in pago Riboarienssi* buno habet XXXX iugera et persoluit quotannis XXXX modios tritici

107. In *Fergeressced in pago Riboarienssi* uastberg habet XX iugera et quouis anno dat ecclesie nostre XX modios tritici

108. In *Hoonberg in pago Riboarienssi* dodo habet XX iugera et quotannis persoluit XX modios tritici.

109. In *Sursia in pago Falhen* geruuerc etdi bennigo et icho CLX habent iugera et quilibet quotannis persoluit XXX modios siliginis et XXX modios auene

110. In *Gerdinum in pago Nithega* adigo habet XXX iugera et persoluit quouis anno XV modios siliginis X modios hordei et II oues

111. In *Meyngeresbus in pago Itergouue* dibbold habet XXXX iugera et persoluit quotannis XX modios siliginis XX modios auene ouem et agnum et I eminam mellis.

112. In *Fliathorpe* eio ziozo et ebbi LXXXX habent iugera et unusquisque persoluit quotannis XV modios siliginis et totidem mellis eminas.

113. In *Rimbechi in pago Hessi saxonico* landac maggo et adigo CLXXX habent



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bent iugera et quilibet quouiſ anno dat eccleſie noſtre xx modioſ ſiliginiſ xx modioſ hordei et xxxx eſoceſ

114. In *Dunge in pago Auga* continetur manſuſ et fructuſ congregatur in horreum abbatiſ.

115. Ex opere ſaliſ in *Amplithi in pago Guddingo* adhuc v carrade ſaliſ dantur quouiſ anno ad monaſterium noſtrum quoſ luider debet afferre

116. In *Billurbechi in pago Huuetigo* libnot et figo manſum habent et debent perſoluere quotanniſ xxx modioſ ſiliginiſ xx modioſ auene et III oueſ.

